ANNALES
ECCLESIASTICI
AUCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
Ordinis Minorum Convent. S. Francisci.

In qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

Additur prætereа Dissertatio Hypatica ejusdem Pagii; *& Epistola consularis Henrici* Card. Norisii.

In hac vero editione Fasti Consulares ab A.U.C. 709. ad annum Christi 567. illustrantur, supplentur, & castigantur.

Accedunt animadversiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digestam.

Tomus Nonus.





LUCÆ
Typis Leonardi Venturini MDCCXLI.
De Superiorum Licentia.



ANNALES
ECCLESIASTICI

JESU CHRISTI ANNUS 500. | SYMMACHI PAP. ANNUS 2. | ANASTASII IMP. 10. THEODORICI REG. 8.

I. Adventus Theodorici Regis in urbem.



Quingentesimus volvitur Christi Redemptoris annus Patricio, & Hippatio notatus Consulibus. *Sub quibus* (inquit Cassiodorus) *Rex Theodoricus Romam cunctorum voto expetitus advenit, & Senatum suum mira affabilitate tractans, Romanæ plebi donavit annonas; atque murandis mœnibus deputata per annos singulos pecuniæ quantitate, subvenit. Sub cujus felici Imperio plurimæ renovantur urbes, munitissima castella conduntur, consurgunt admiranda palatia, magnisque ejus operibus antiqua miracula superantur.* Hæc Cassiodorus. Dicemus autem de ædificiis a Theodorico erectis opportunius in ejusdem

PAGIUS

SÆC. V. Anno Eræ Hispan. DXXXVIII. A. C. 500.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5993.

☉ 5. BA. ☽ 7. P. 2. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 500.

SYMMACHI PAPÆ 3.

ANASTASII IMP. 10.

THEODORICI REG. 8. & 12.

I. *Consules.* [1] Coss. *Fl. Hypatius & Patricius*, uterque Orientalis: Hypatius enim erat *Augusti ex sorore nepos*, ait Procopius de Bell. Pers. lib. 1. cap. 8. Secundini & sororis Anastasii Imp. filius ut scribit Theophanes ad annnum XIV. Anastasii Imp. Duxerat uxorem *Magnam* hujus Imperatoris sororem, ut docet Nicephorus CP. in sua Chronologia. Legendus Ducangius de Familiis Byzantinis, in Anastasii Familia. Alter Consul nomine *Patricius* Phryx erat, ut prodit Procopius laudatus, qui capp. 8. & 9. de Gestis ejus bellicis plura habet.

Ad num. I. *Theodericus* Italiæ Rex sub hujus anni Coss. Romam venit, ibique varia egregia ædificia construxit, ut tradit Cassiodorus in Chronico, cujus verba recitat Baronius. De Theodorici Romam adventu hæc habet Anonymus Valesianus, qui tempore Baronii non extabat: *Eodem tempore contentio orta est in Urbe Roma inter Symmachum & Laurentium; consecrati enim fuerant ambo: ordinante Deo, qui eo dignus fuit, superavit Symmachus. Post factam pacem in Urbe Ecclesiæ, ambulavit Rex Theodoricus Romam, & occurrit B. Petro devotissimus, ac si Catholicus. Cui Papa Symmachus & cunctus Senatus, vel populus Rom. communi gaudio* II. *Theodorici Romam adventus.*

NOTÆ [1] *Coss. Fl. Hypatius & Patricius.* Prænomen *Flavii* præterit Relandus. Victor: *Patricio & Hypatio.* Ita & Marcellinus. Procopius lib. I. de bel. Persic. cap. VIII. *Patricius Phryx, & Hypatius Imperatoris ex sorore nepos.* Reinesius Cl. XX. pag. 964. ex Aringho lib. VI. cap. XLIII. & exstat inter Inscriptiones basilicæ S. Pauli num. 275.

DEPOSITUS. EST. XV. KAL. MAIAS. ITERVM.
POS. CONS. PAVLINI.

Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Iterum P. C. Paulini.* GEORGIUS

dem Regis obitu: ſed modo de ejus in Urbem adventus occaſione, turbationeque Romanæ Eccleſiæ nobis agendum erit.

Me-

PAGIUS *dio extra Urbem occurrentes: deinde veniens ingreſſus Urbem venit ad Senatum, & ad Palmam populo adlocutus ſe omnia, Deo juvante, quod retro Principes Romani ordinaverunt, inviolabiliter ſervaturum promittit. Per Tricennalem* (legendum, Decennalem) *triumphans populo ingreſſus Palatium exhibens Romanis ludos Circenſium. Donavitque populo Rom. & pauperibus annonas ſingulis annis centum viginti millia modios, & ad reſtaurationem Palatii, ſeu vel recuperationem mœnia Civitatis ſingulis annis libras ducentas de arca vinaria dari præcepit. Item Amalafrigda germana ſua in matrimonium tradens Regi Vvandalorum Tranſimundo, &c. Deinde ſexto menſe revertens Ravennam alia germana ſua Herminifrido Regi Toringorum: & ſic ſibi per circuitum placuit omnibus gentibus.* Ita Auctor ille barbarus, ſed accuratus. Valeſius in Notis ad hæc verba, *facta pace in Urbe Eccleſiæ*, intelligit de pace cum Anaſtaſio Imperat. ſancita, poſtquam Theodoricus duos Legatos Conſtantinopolim miſiſſet, de quibus ipſemet Theodoricus loquitur in ſua Epiſtola Anaſtaſio Imp. data, quam refert Caſſiodorus lib. 1. Epiſt. I. & ex eo Baronius anno CDXCIII. quo eam ſcriptam exiſtimat.

III. *Celebrat Decennalia & triumphat.* Verum Anonymus iſte loquitur de pace Eccleſiæ Romanæ; quod ex eo manifeſte liquet, quod immediate antea ſcripſerat: *Accepit uxorem de Francis nomine Anglofedam* (ſeu melius Audofledam, ut eam alii vocant. *Nam uxorem habuit ante Regnum de qua ſuſceperat filias, unam dedit nomine Arevagni Alarico Regi Vviſigothorum in Gallia; & aliam filiam ſuam Theodegotham Sigiſmundo filio Gundebai Regis. Facta pace cum Anaſtaſio Imperatore per Feſtum de præſumptione Regni & omnia ornamenta Palatii, quæ Odoachar Conſtantinopolim miſerat, remittit. Eodem tempore contentio orta eſt*, ut ſupra. Quare Anonymus ille de duplici pace a Theodorico facta loquitur. Prior inter Theodoricum & Anaſtaſium Imp. inita, &, ſi Theophanes non fallitur, anno ſuperiori. Is enim anno Incarnat. ſecundum Alex. CDXCII. Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti inchoato, ait: *Hoc anno Feſtus Senator Romanus ob publica quædam negotia Conſtantinopolim ad Anaſtaſium Roma miſſus*, ideoque & recitata Caſſiodori Epiſtola, eo anno data. Poſterior pax inter Symmachum Papam & Laurentium Schiſmaticum hoc anno compoſita, ut ſtatim oſtendam. Recte tamen monet Valeſius, loco *per Tricennalem*, legendum eſſe, *per Decennalem:* recteque hæc Decennalia Theodorici Regis ab anno CDXCIII. a ſecunda nempe Theodorici Regis Epocha, deducit; at male addit, *toto biennio, Decennalia ſi tunc celebravit*, Theodoricum anticipaſſe, *quod*, inquit, *non inſolens fuiſſe, Eruditi ſciunt*. Theodoricus enim, quæ a poſtremis Cæſaribus in Italia regnantibus fieri mos erat, retinuit, eumque *Decennalia* exhibuiſſe oſtendunt ludi Circenſes Romæ ab eo editi ac ejus Triumphus cum iiſdem ſolemniis de more conjungi ſolitus. At nec Theodoricus, nec umquam ullus Romanus Princeps, *Decennalia* ſimiliave Feſta toto biennio anticipavit, aut toto biennio diſtulit, ut oſtendi in Diſſert. Hypatica. Quare *Theodericus* Decennalia Regni ſui anno CCCCXCIII. ſuſcepti dedit, ſed anno uno anticipata, qui ideo anno CDVCII. Quinquennalia ediderat.

Juvat hic *Theodorici* Regis Italiæ Familiam, ad majorem Annalium Eccleſiaſticorum claritatem, exponere. Fuit Theodoricus filius Theodemiris Gothorum Regis, & *Erelivæ* Catholicæ feminæ, vel *Erelievæ*, ut a Jornande vocatur lib. de Reb. Geth. & ſecundo matrimonio ſibi *Audefledam* filiam Chlodovei Francorum Regis copulavit, ut prodit Jornandes lib. de Reb. Geth. cap. 58. qui addit: *Antequam de Audefleda ſobolem haberet, naturales ex concubina, quas genuiſſet adhuc in Mœſia, filias habuit, unam nomine Thiudigotho, & aliam Oſtrogotho, quas mox ut in Italiam venit, Regibus vicinis in conjugio copulavit, id eſt, unam Alarico Veſegotharum, & aliam Sigiſmundo Burgundionum;* &c. *Eutharico Amalaſuentham filiam ſuam in matrimonio jungit, &, ut in plenum ſuam progeniem dilataret, Amalafridam germanam ſuam matrem Theodihati, qui poſtea Rex fuit, Africæ Regi Vandalorumque conjugem dirigit Traſemundo; filiamque ejus neptem ſuam Amalabergam Thuringorum Regi conſociat Hermenfredo.* Procopius lib. de Bell. Goth. cap. 12. Jornandi ſuffragatur, aitque, *poſt Odoacri necem* Theodoricum *Regi Viſigothorum Alarico Juniori Theudichuſam virginem filiam ſuam, & Hermenefrido Thoringorum Regi Amelobergam, Amalfridæ ſororis ſuæ filiam.* Quare laudatus mox Anonymus ſic ſupplendus: *Alia germana ſua Herminifrido Regi Toringorum filiam ſuam Amelobergam conjugem dedit;* locus enim ille mancus eſt, & Hermenefridum neptem Theodorici conjugem habuiſſe, ipſemet Theodoricus apud Caſſiodorum lib. 4. Epiſt. 1. teſtatur. IV. *Familia Theodorici Italiæ Regis.*

In Theodorici Decennalibus *Edicti* titulo ex leges promulgatæ, quæ editæ habentur in Codice legum antiquarum, & cum Caſſiodori Epiſtolis: aliæ enim ſunt leges *Theodoricianæ* Viſigothorum, de quibus ſuo loco egimus) a legibus quas pro Oſtrogothis *Theodoricus* Italiæ Rex compoſuit. Audiendus hac de re Auctor Chronici Alexandrini ſub Conſulatu Symmachi anno CDLXXXV. geſti, ubi ait: *Hoc anno ad Theodoricum, qui Romæ regnabat, acceſſit femina Senatorii generis Romana, Juvenilia nomine, Regemque hiſce verbis eſt allocuta:* Tertium jam annum cum Formo Patricio controverſiam habeo, fac, ut expediar, *Rex accerſitis utriuſque partis Judicibus:* Niſi, inquit, intra conſtitutum diem ſententiam tuleritis & litigantes dimiſeritis, plectam vos capite. *Ii vero biduo invicem congreſſi, ſententia ex legibus data, utrumque dimiſerunt. Tum Juvenalia accenſis cereis Regem convenit, ut gratias ageret, quod a lite eſſet abſoluta. At rex indignatus accerſitis judicibus.* Quare, inquit, quod uno biduo confeciſtis protraxiſtis in triennium? *Et extemplo utriuſque partis judices ſecuri percuſſit, ex quo ingens in alios exortus eſt terror. Rex poſtmodum* (hoc ſcil. anno Decennalibus ſuis dicato) *Decreto de ſingulis legibus edito, Urbe digreſſus, Ravennam maritimam civitatem conceſſit, ubi uſque ad vitæ exitum habitavit*, καὶ ἐποίησε διάταξιν περὶ ἑκάστου νόμου καὶ ἐξελθὼν, &c. Procopius quidem lib. 2. de Bell. Goth. cap. VI. ſcribit, *Theodoricum* nullas leges edidiſſe; ſed *Athalaricus* Italiæ Rex apud Caſſiodorum lib. 9. Epiſt. XIV. contrarium diſerte aſſerit, proditque: *Edicta glorioſi Domni avi noſtri, vel univerſa præcepta, quæ ad Siciliam pro commonendis* (legendum componendis) *univerſorum moribus deſtinavit,* V. *Edicta Theodorici Regis.*

II. *Synodus Rom. ſecunda ſub Symmacho Papa.* Meminiſſe debemus, anno ſuperiori, cum adhuc Theodoricus Ravennæ eſſet, ſchiſmaticis rurſum adverſus Symmachum inſurgentibus, petentibuſque Viſitatorem in Urbem mitti, qui accuſationes in Symmachum allatas cognoſceret, miſſum illuc ab eodem Rege fuiſſe Petrum Epiſcopum Altinenſem: quem tantum abfuit ut Eccleſia Romana ſuſciperet, ut Regem in eumdem interpellaret; & poſtea congregato centum & quindecim Epiſcoporum Concilio, idem Petrus, qui judicium ſibi Romani Pontificis arrogaſſet, fuerit condemnatus; ſimulque Laurentius, qui iterum a ſchiſmaticis fuerat revocatus, eamdem ſententiam damnationis exceperit. Hæc quidem hoc anno cœpta, duobus ſequentibus ita tranſacta eſſe, Anaſtaſius paucis his narrat (a): *Eodem tempore B. Symmachus congregavit Epiſcopos centum quindecim, & facta Synodo purgatur a crimine: & damnatur Petrus Altinas Invaſor ſedis Apoſtolicæ, & Laurentius Nucerinus, qui vivo Symmacho Epiſcopo pervaſerunt ſedem ejus. Tunc ab omnibus Epiſcopis, & Presbyteris, & Diaconibus, & omni Clero, & plebe redintegratus ſedi Apoſtolicæ B. Symmachus cum gloria apud B. Petrum ſedere Præſul.* Hæc ipſe, in unum conflans duarum Synodorum res geſtas, quarum altera in Baſilica Julii, altera in Baſilica Seſſoriana habita eſt; prout quartæ ſub eodem Symmacho Synodi Acta declarant.

(a) *Anaſtaſ. in Symm.*

III. *De Viſitatore a Theodorico miſſo.* At nobis ſingula ordine tempore, quo geſta ſunt, recenſenda erunt. Ex Ennodii diaconi apologetico tunc temporis edito ſumenda eſt ipſa hiſtoriæ veritas, & rerum geſtarum ordo. Schiſmatici igitur a Catholica communione divulſi, adverſus Catholicæ Eccleſiæ conſuetudinem, contra Romanum Pontificem a Theodorico Ariano Rege Viſitatorem petiere, eo falſo prætextu, quod facto ſuo teneri deberet Romanus Pontifex obligatus, ut qui Viſitatores ad cognoſcenda Epiſcoporum delicta mitteret, ipſe æque Viſitatorem & cognitorem ſuorum criminum ſubire deberet. Porro Theodoricus Rex ad conciliandam Romanam Eccleſiam id fore neceſſarium ratus, Viſitatorem miſit, ita tamen, ut aliqua ex parte conſultum eſſet Pontificiæ dignitati: quamobrem in mandatis dedit Petro Epiſcopo Altinenſi ad ejus muneris functionem delecto, ut cum Romam perveniſſet, mox Pontificem Symmachum in Bſilica Vaticana conſiſtentem conveniens ſalutaret; ſed id adverſarii Symmachi, cum in Urbem venit, præſtari ab eo penitus vetuerunt. Verum audi

PAGIUS *vit, ſub tanta volumus obedientia cuſtodiri, ut ſacrilegii reus habeatur, quiſquis belluinis moribus excitatus, munimen tentaverit irrumpere juſſionum.* Hoc itaque anno, quo Theodoricus Roma relicta Ravennam venit, leges ſuas *Edicti* titulo promulgavit, Imperatorum Rom. exemplo, qui in Decennalibus, & hujuſmodi ſolenniis idem præſtare ſoliti erant.

VI. *Viſitatorem Theodoricus Romam miſit anno DIII.* A. num. II. ad IX. [1] Quæ narrat hoc anno Baronius geſta eſſe in ſecunda Synodo Romana, pertinent ad annum quingenteſimum tertium, quo ſecundum Schiſma adverſus Symmachum conflatum, & *IV. Synodus Romana, Palmaris* dicta, celebrata eſt, ut eo anno videbimus, ad quem ideo revocandum, quod hic narrat Baronius de Viſitatore a Theodorico Rege miſſo, qui Epiſcoporum delicta cognoſceret. Quia vero non ſolum a Baronio; ſed etiam ab omnibus Conciliorum Collectoribus, aliiſque Scriptoribus ordo Synodorum Romanarum ſub Symmacho præpoſtere digeſtus eſt; ad confuſionem vitandam, rectum hic earum ordinem ex Codice MS. Bibliothecæ S. Victoris Pariſienſis, a quadringentis & amplius annis exarato, proponam, & ſuis locis ſolide confirmabo, ſingulis Synodis annis, quibus habitæ fuere, diſcuſſis.

VII. In illo itaque Codice Victorino poſt Decreta Symmachi Papæ legitur hic titulus: *Incipiunt Capitula primæ Synodi Romanæ ſub Symmacho.* Tum Synodus his verbis inchoatur: *Poſt Conſulatum Paulini V. C. Kal. Martii.* In fine ejuſdem Synodi habetur: *Explicit Synodus prima Romana ſub Symmacho Papa. Secunda deeſt.* Dehinc ibidem legitur: *Incipit tertia Synodus Romana ſub Symmacho Papa. Flavio Avieno V. Cl. Juniore Conſule. Sub die VIII. Iduum Novembrium*, &c. Quæ Synodus his verbis clauditur: *Explicit tertia Synodus Romana ſub Symmacho Papa.* Sequitur quarta, cujus titulus: *Incipit quarta Synodus habita Romæ Palmaris ſub Theodorico Rege.* Synodi vero initium habet: *Rufo Magno, Fauſto, Avieno, Viris clariſſimis Conſulibus ſub die Kalendarum Novembrium, Sancta Synodus apud Urbem Romam* &c. In fine legitur: *Explicit* IV. *Synodus Romana ſub Symmacho.* Deinde ſequitur hic titulus: *Incipit Præfatio Ennodii in libro ſequenti.* Poſtea: *Incipit liber Ennodii S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi contra obtrectatores IV. Synodi habitæ Romæ Palmaris a Symmacho Papa ſub Theodorico* Rege. Poſt quatuor illas Synodos legitur: *Incipit Actio quintæ Synodi CCXVIII. Epiſcoporum ſub Symmacho Papa tempore Theodorici Regis.* Qua recitata habetur hæc clauſula: *Explicit quinta Synodus ſub Symmacho Papa:* Denique: *Incipit ſexta Synodus Romana ſub Symmacho Papa habita tempore Theodorici Regis.* Præterea in Codice Colbertino num. CCCLI. poſt primum Concilium Romanum ſequitur alterum, his verbis inchoatum: *Flavio Avieno V. C. Juniore, ſub die VIII. Iduum Novemb. in Baſilica B. Petri* &c. Eſt

Verus ordo Sex Synodorum Romanarum ſub Symmacho PP. habitarum.

NOTÆ [1] Viſitatorem a Theoderico miſſum non quidem anno 503. ſed anno 501. vel præſenti ſuſpicor, nam ex Fragmento laudando a nobis in Nota ad annum 502. 2. conſtat eo anno Viſitatorem illum veniſſe, quo Synodus coacta & ſententia pro Symmachi abſolutione data fuit, quæ nos cum anno 501. ibidem illigamus. MANSI

(a) Ennod. libel. pro Symm. t. 1. Concil.

audi de his justas Ennodii querelas: qui primum excusans Theodoricum de misso Visitatore, hæc ait (a):

IV. *Superest, ut hoc ipsum doceam in his excessibus, quod bono universitatis contigit, non teneri: quia directum, non occasionem litis, nec fomitem jurgii, sed causam voluit esse concordiæ: prævidens, scilicet, quod nisi simplicem tutelam jussionum suarum vallaret, cito in escam diffidit toxica vestra subreperent* (*scriptum est enim* (b): *Vir simplex credit omni verbo*) *idcirco mandati limitem fixit, quem nulla liceret transgressione violari. Præfatum*, scilicet Visitatorem, *ad B. Petri Basilicam, mox ut Romam fuisset perductus, mandavit occurrere*, Symmacho nempe, *faciens de sacerdotis voto Regis imperium. Quis enim non putaret Pontificem sponte pariturum in ea parte, quam licere sibi Princeps non credidit, etiam si vetaret? Ibique Papam ab eo salutatum, jussit affari, ut traderet Coepiscopis mancipia nullis subdenda tormentis, servanda profecto ad disceptationem Synodalis examinis.* Et inferius: *Boni enim providit Principis inquisitio, servilem assertionem innocenti examine non probandam. In electione enim* * *venerandorum Judicum ipse accusantes extra ordinem repulit, ipse ad spem retulit accusatum.*

(b) Prov. 14.

* etiam.

V. Visitator præteriit limina Apostolorum.

Videamus tamen ista si facta sunt, si Dei inimici etiam terreni domini non fuistis, dum Christum, & Regem parili temeritate despicitis, & unus vobis, ad utramque contumeliam ductus est criminum destinatus Antistes, ab ipso complendæ jussionis confinio oris vestri spiris abripitur, & ad incentivum confusionis aptatur. Qui paci militaturus advenerat, Visitator ipse scilicet, *invisis B. Apostoli liminibus, jam nescius sui, advocatur: & illud, quod ex omnibus Orbis cardinibus devotos attrahit*, templum videlicet Apostoli Petri, *positum in vicinitate transitur; Ecclesiarum fundamentum cum adire non permittit structura mediocris, tunc spem bonorum fructuum perdidit a radice separatus. Dicatis forsitan, Apostoli gremio* * *decerpi, si putatur Cœli civis terrarum locis includi. Tamen quamvis benedictio poscentibus ubique præstetur, & exigat præsentiam martyris fides, & devotio supplicantis: negari non potest, diligentiæ natali solo plus tribui, & majorem affectum loca impetrare, de quibus ad superna transitur: quam fidem allegationi curationum multitudo jam præstitit, & utitur post obsidionem diabolicam testibus jam sanatis.*

Limina Apostol. totius orbis concursu frequentata.

* genio.

Intelligis, lector, quam scite, & luculenter non adversus schismaticos tantum, quibuscum manus conferit, sed & adversus Novatores hæreticos Ennodius argumentetur ex signis divinitus frequenter exhiberi solitis, tum in morbis curandis, tum in obsessis a dæmonibus liberandis, jure a Fidelibus frequentari limina sanctorum Apostolorum, licet ubique locorum liberum sit unicuique eos invocare, atque precibus frequentare? Sed pergit ipse in eadem sententia perstans: *Hæc licet per Redemptorem nostrum in toto Orbe celebrentur; est tamen non modica monumenti illius per frequentiam comparata nobilitas: quia per eum, qui hominem mutavit in Angelum, illustrari potuit natura telluris. Hanc visitatori vestro invidisti gratiam; æstimantes quia errorum vestrorum sectator, esse desisteret, si reverendæ Confessionis* * *penetralia contigisset. Ecce non habetis in regia auctoritate subsidium: Ecce post cœlestem commotionem juste vos, & Principalis, quam sperni fecistis, censura percellit. Videamus si superest aliqua de regulari propositione defensio.* VI.

* passionis.

Visitatores (*inquiunt*) *& aliis Episcopis dedit ipse*, nimirum Symmachus: *& justum est, ut facti sui lege teneatur. Non vos in* VII.

PAGIUS

Est hæc tertia Synodus Romana. Post illam legitur quarta *Rufio Magno Fausto Avieno V. C. Cons. sub die Kalendarum Novembrium. Sancta Synodus apud Urbem Romam*, &c. Hujus Synodi titulus est, *quarta Synodus habita Romæ Palmaris.* In Codice MS. San-Germanensi, numero XXV. tempore Caroli Magni exarato, post primam Synodum Symmachianam sequitur alia, cujus initium est: *Flavio Avieno V. C. Juniore sub die VIII. Iduum Novemb.* &c. & post nomina Episcoporum habetur: *Bene quidem Fraternitas vestra*, &c. post illam sequitur; *Quarta Synodus habita Romæ Palmaris.* Ejus initium est: *Sancta Synodus*, &c. Desunt in eo Codice aliæ Synodi Romanæ. In Codice Colbertino, qui fuit Nicolai Fabri V. C. numero 1863. Synodi Romanæ sub Symmacho, hoc ordine descriptæ: *Residente venerabili Papa Symmacho, uti* Tom. IV. Concil. pagina 1312. Tum: *Bene quidem fraternitas vestra*, &c. ut ibidem habetur pag. 1334. *Abieno Juniore V. Clarissimo Consule, sub die octo Id. Novembris.* Deinde: *Dominis sanctis & venerabilibus*, &c. ut ibidem pag. 1328. postea: *Cum ex diversis provinciis*, ut legitur in eodem Tomo pag. 1323. Sequitur: *Incipit contentio Episcoporum Ritio Magno Fausto Evieno V. V. V. C. C. C. sub die Kal. Novembrium. Sancta Synodus apud Orbem Romanum gloriosissimi Regis Theuderici*, &c. Denique sequitur in eodem MS. Epistola Symmachi data anno DXIII. cujus initium, *dilectissimo fratri Cæsario Symmachus*, &c. quæ integra recitatur ibidem pag. 1295. Horum MSS. opera singulas Romanas sub Symmacho Papa Synodos suis annis me redditurum spero.

De priori Synodo Romana anno superiori, quo ea habita, egimus. Eam Merlinus, aliique quidam Conciliorum Collectores *secundam* appellarunt, sed evidenti errore, ut Baronius, Binius, passimque alii jam viderunt. Secundæ Synodi Acta, ad nos non pervenere; ea tamen currenti tantum anno celebrata. Hæc *Lauren-* VIII.

Secunda Synodus Romana hoc anno habita.

Romanus Pontif. nullum supra se Judicem habet.

in hoc titulo falsitatis incesso; diu mendaciis adhærentia verba non arguo: Dico tamen, lationem juris diffinitionis suæ, nisi velit, terminis non includi: & nisi Princeps fastigii summa moderetur, frustra ad illud, quod dederit, jus vocatur. Lex probitatis, & mentis est, quæ hominem viventem, sine lege castigat: proprie moribus impendit, quia * *necessitati non debet disciplinam. Aliorum forte hominum causas Deus voluit per homines terminare, sed sedis istius Præsulis suo sine quæstione reservavit arbitrio: Voluit B. Petri successores Cœlo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inviolatam exhibere conscientiam. Nolite timere eas animas de inquisitione non habere formidinem, quas Deus præ cæteris suo reservavit examini. Dicas forsitan: Omnium animarum talis erit* * *in illa disceptione conditio. Replicabo uni dictum:* (a) *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta, & in Cœlis. Et rursum Sanctorum voce patet, Pontificum dignitatem sedis ejus sanctam, toto Orbe venerabilem: dum illi* * *quicquid Fidelium est, ubique submittitur, dum totius Orbis caput esse designatur: de qua mihi videtur dictum per Prophetam* (b): *Si hæc humiliatur, ad cujus confugietis auxilium? & ubi relinquetis gloriam vestram?* Et post nonnulla: *Nolite Symmachum Papam pressuris vestris juvare: Si reus est, mihi credite, cum cessaverit humanæ impugnationis ministerium, divinum mox succedet arbitrium, &c.* Hæc & alia plura aureis notanda signis Ennodius adversus schismaticos, qui ausi essent Visitatorem postulare a Rege contra Symmachum Romanum Pontificem. Sed rem gestam ordine prosequamur.

* quam.

* erat.

(a) Matt. 16.

* illic.

(b) Isai. 10.

VIII. Causa Theodorici adventus in urbem.

Cum qui essent Romæ Catholici, & tuerentur causam legitimi Ecclesiæ Romanæ Pontificis, rei indignitatem cum iniquitate conjunctam exhorrescerent, missum nempe contra Symmachum a Rege Visitatorem, eumdemque parti schismaticorum addictum: apud absentem adhuc Regem egere, rogantes, ut sineret res Romanæ Ecclesiæ more majorum absque ignominiæ nota tractari. Annuit iis Rex Theodoricus: idemque considerans haud fore Synodum absque coercitione securam, turgescentibus odio adversariis; præsentiam suam dilatam, hactenus, opportuno tempore Urbi civili bello periclitanti exhibere, dignum necessariumque esse putavit. Sic igitur (ut vidimus ex Cassiodoro) diu expectatus, hoc anno tandem in Urbem se contulit, concilians sibi Regia munificentia populum atque Senatum. Quo autem exceptus honore, quanta gloria comitatus, & a Senatu populoque Romano obsequiis frequentatus fuerit, ex his, quæ in rebus gestis S. Fulgentii Episcopi Ruspensis in Africa leguntur, ex parte saltem aliqua intelligere possumus.

IX. S. Fulgentii adventus Romam.

Accidit enim hoc ipso anno, quo Theodoricus Romam venit, ut etiam S. Fulgentius visitaturus sacra limina Apostolorum, ex Sicilia navigaret in Urbem, repereritque novi Regis adventu populum exultantem, excipientemque magna pompa ipsum Principem: hæc autem in rebus gestis ipsius quam fidelissime scriptis ita narrantur (c): *Occasione igitur navigii felicioris inventa Romam venit, & auctorum sæcularium consono semper ore laudatam, caputque mundi veraciter appellatam, festinus ingreditur Civitatem. Fuit autem tunc in Urbe maximum gaudium, Theodorici Regis præsentia Romani Senatus, & populi lætificante conventus. Unde contigit, ut B. Fulgentius, cui Mun-*

(c) *Vita S. Fulgent. apud Sur. die 1. Jan.*

PAGIUS

rentium Schismaticum, ut Ecclesiam turbare desineret, Nuceriæ Episcopum renunciavit: *Cum hujusmodi perturbatio*, inquit Theodorus Lector lib. 2. *tres continuos annos in Urbe Roma perseverasset* (ab anno sc. CDXCVIII. quo Symmachus Pontificatum adeptus est, ad præsentem) *Theodericus Afer, qui tum Romæ regnabat, quamvis secta esset Arianus, collecta tamen Synodo, Symmachο, quidem Episcopatum Urbis Romæ confirmavit: Laurentium vero cujusdam Urbis, quæ Nuceria dicitur, Episcopum constituit: Laurentius tamen haud quaquam quievit, sed Episcopatum Urbis Romæ adhuc ambire non destitit. Quam ob causam eum deponi, & in exilium mitti curavit Symmachus. Atque hoc modo seditio consopita est.* Ubi, quæ post secundam hanc Synodum contigere, uno tenore refert Theodorus, cujus verba excripsit Theophanes ad annum Incarnat. secundum Alex CDXCIII. Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoatum. Idem habet Nicephorus lib. 16. cap. 35. In textu tamen Græco Theodori non dicitur perturbationem *tres continuos annos* durasse, sed tantum fuisse τριῶν ἐνιαυτῶν, id est, *trium annorum*, qui etiam utrimque incompleti intelligendi. Quare locus ille male a Valesio in Latinum versus. Neque enim toto illo triennio *Laurentius* turbas cievit, cum Synodo priori Romanæ, anno 499. coactæ, his verbis subscripserit; *Cælius Laurentius Archipresbyter tituli Sanctæ Praxedis his subscripsi, & consensi Synodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia.*

IX. *Responde-tur ad rationes contrarias.*

De hac secunda Synodo Romana hæc Anastasius Bibliothecarius habet: *Eodem tempore Papa Symmachus congregavit Synodum, & constituit Laurentium in Nucerina Civitate Episcopum intuitu misericordiæ.* Quia vero Anastasius annum rei gestæ non memorat, Baronius anno CDXCIX. num. X. laudatis his Anastasii verbis dicit, *Laurentium* in prima Synodo Romani Nuceriæ creatum esse Episcopum. Verum factum id post triennium a quo *Symmachus* Pontificatum iniit, ut ex Theodoro Lectore, Theophane, & Nicephoro citatis mox ostendi. Dicit

Mundus fuerat olim crucifixus, postquam sacra Martyrum loca venerabiliter circuivit, omnesque servos Dei, quorum in brevi notitiam capere potuit, humili obsequio salutavit, in loco qui Palma aurea dicitur, memorato Theodorico Rege concionem faciente, Romanæ curiæ nobilitatem, decus, ordinemque distinctis decoratum gradibus adspectaret; & favores liberi populi castis audiens auribus, qualis esset hujus sæculi pompa gloriosa cognosceret.

X. *Neque tamen in hoc spectaculo libenter aliquid intuetur, neque illis nugis sæcularibus superflua illectus delectatione consentit; sed inde potius ad illam supernam Hierusalem feliciter desiderandam vehementer exarsit, salubri disputatione præsentes, sic admonens fratres: Quam speciosa potest esse Hierusalem cælestis, si sic fulget Roma terrestris? Et si in hoc sæculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem; qualis honor, & gloria præstabitur Sanctis contemplantibus veritatem? Multa his similia B. Fulgentius illo die salubriter disputavit: & jam toto corde Monasterium suum revisere cupiens, ad Africam velociter per Sardiniam navigavit, vix credentibus præ nimio gaudio Monachis suis beatum rediisse Fulgentium.* Hæc ibi.

Fulgentii reditus in Africam.

XI. ☞ Jam tutum redditum erat commercium inter Africanos, & Italos, cum sancivisset fœdus Rex Theodoricus cum Wandalorum Rege, a quo hactenus frequentes fiebant in solum Italicum incursiones. Stabilita est enim inter eos Pax fœdere nuptiarum, data ei in matrimonium Amalafrida. De qua inita inter illos concordia hæc Ennodius in Panegirico Theodorici: *Quid castigatas Vvandalorum ventis parentibus eloquar deprædationes, quibus pro annua pensione satis est amicitia tua? Evagari ultra possibilitatem nesciunt. Duce sapientia, affines esse meruerunt, quia obedire non abnuunt.* Hoc igitur Regum concordiæ commeatu Fulgentius, ex Africa Romam, & inde in patriam remeavit. ☜

Porro haud incognitus ab Urbe Fulgentius discessit; sed probe notus quantæ esset sanctitatis atque doctrinæ, magnum sui reliquit desiderium, illis præsertim nobilissimis feminis, ad quas postea litteras dedit, de quibus suo loco dicturi sumus. Reversus vero in Africam Fulgentius, arridente tunc temporis Pace Ecclesiis sub Trasamundo Rege, monasticam, ut prius, exercuit disciplinam, & eam in alios latius propagavit: quomodo autem post annos tres Ruspensis Ecclesiæ fuerit creatus Episcopus, suo loco dicemus. XII.

Sub iisdem Consulibus, Indictione octava, data legitur epistola (a) Symmachi Papæ ad Liberium Patricium de electo Episcopo Aquilejensi, præbentis idem electioni assensum, extat eadem, sed sub titulo Ennodii inter ipsius Ennodii litteras perperam collocata. XIII.

(a) Extat t. I. Conc.

Qui

PAGIUS cit ibidem secundo Baronius, errare eundem Theodorum, qui hæc omnia *Theodorico* Regi adscribit, & Pontificatum Symmacho ab eodem confirmatum effutiit. At Theophanes & Nicephorus locis laudatis eodem plane modo ac Theodorus loquuntur, qui ideo benigne interpretandi sunt; qui enim Synodus, *Theodorici* Regis jussione convocata fuerat, ii Symmachi confirmationem eidem Regi attribuunt. Dicit tertio Baronius, in ipsis Actis nullam hujus rei mentionem haberi. Ubi loquitur Baronius de Actis prioris Synodi Romanæ; sed in iis sermo esse non potuit, de re quæ in secunda Synodo Romana, cujus Acta periere, peracta est. Cæterum *secunda Synodus Romana* videtur hoc anno celebrata, antequam Theodoricus in Urbem adventaret; cum Anonymus Valesianus, cujus locum integrum supra retulimus, asserat Theodericum Romam venisse, *facta pace*, Symmachum sc. inter & Laurentium. Et hæc tantum de secunda Synodo Romana a Baronio aliisque prætermissa innotescunt. Eam cum præsenti anno accurate connectit Hermannus Contractus ex editione Canisii, licet quota ordine fuerit, non exprimat.

X. Marius Aventicensis sub Hypatii & Patricii Consulatu, gesta Francos inter & Burgundiones his verbis recitat: *His Coss. pugna facta est Divione inter Francos & Burgundiones, Godegesolo hoc dolose contra fratrem suum Gundobagaudum machinante. In eo prælio Godegesolus cum suis adversus fratrem suum dimicavit; & fugatum fratrem suum Gundobagaudum Regnum ipsius paulisper obtinuit: & Gundobagaudus Avenione latebram dedit. Eo anno Gundobagaudus resumtis viribus Viennam cum exercitu circumdedit, captaque Civitate fratrem suum interfecit, pluresque Seniores & Burgundiones, qui cum ipso censerant multis exquisitisque tormentis morte damnavit: Regnumque quod perdiderat cum eo quod Godegeselus habuerat, receptum, usque in diem mortis suæ feliciter gubernavit.* Agit de eodem bello Turonensis lib. 2. cap. 32. & seq. postquam cap. superiori Chlodovei Regis baptismum retulit, eoque narrato de Gundebodo ait: *Ipse regionem omnem, quæ nunc Burgundia dicitur in suo Dominio restauravit.* Quare cepta hoc anno Gundebadi Monarchia in Burgundia antea enim cum Godegesilo fratre corregnarat; de quibus ante eorum dissidium idem Turonensis habet: *Tunc Gundobaldus & Godegesilus fratres, Regnum circa Rhodanum aut Ararim cum Massiliensi Provincia retinebant. Erant autem tam illi, quam populi eorum Arianæ secta subjecti.*

Gundobadus obtinet universum Burgundiæ Regnum.

JESU CHRISTI ANNUS 501.	SYMMACHI PAP. ANNUS 3.	ANASTASII IMP. 11. THEODOR. REG. 9.

I. Avieni Consulatus & laudes.

QUi sequitur annus Domini quingentesimus primus, Consulatu Avieni atque Pompeii, tam a Cassiodoro, quam etiam a Marcellino adscribitur Fastis. Fuit Avienus iste cognomento Faustus, cujus filius Avienus item dictus anno sequenti Consulatum gessit: Senior autem hic appellatus, qui ante annos decem Consulatu itidem functus est ordinario, idemque ex clarissima Scipionum familia oriundus, ut constat auctoritate Ennodii id afferentis in epistola ad Faustum Consulem, cujus est exordium: *Abundante Dei misericordia, &c.* Ubi inter alia laudum genera: *Tu* (inquit) *per duratum pro avorum avorumque Scipionum tramitem, jam grandiorum pene praecedentium connexus lateribus ambulasti, ita ut sub conjunctione numquam interpolatae felicitatis prodires* * (* mordeores.). *Ad Avieni mei adhuc teneri virtutes pertinet, & tuo generi continuare fasces, & nostro reddere.* Erat enim affinis Fausto Ennodius: idemque paulo post: *Illud tamen inter maximas Redemptoris nostri remunerationes credo numerandum, quod limen felicis infantiae Consul meus cum honore sanctus ingressus est, &c.* Haec de Avieni Senioris Consulatu hujus anni, & Avieni Junioris anni sequentis retulisse voluimus; quod contigerit secundum illud Propheticum (a): *Generatio rectorum benedicetur.* Constat enim hunc Faustum Avienum adversus Festum, & Probinum potentissimos Senatores schismaticos pro Symmacho infatigabili studio laborasse, atque tandem furentes adversarios repressisse, superasseque.

(a) Psal. 111.

II. Hoc igitur anno Ecclesiae Romanae status aliquantisper praesentia Theodorici Regis quievit: schismatici enim vanam spem conceperant, fore, ut circumventus falsis calumniis Symmachus, favore ejusdem Principis deponi posset: at ubi senserunt, ipsum aequi amantissimum Regem nihil de causa Symmachi velle decernere, sed ex sententia Episcoporum qui convenerant rem agendam; furore perciti ad violentiam conversi, caedibus miscere omnia sunt aggressi, ut quae dicentur anno sequenti apertissime declarabunt. Interea vero Rex Theodoricus, interpellatione Catholicorum, & aliorum qui erant in Urbe faventium Symmacho Senatorum de cogenda Synodo cogitat. Cum vero satis sciret, haud suarum esse partium, Orthodoxos Antistites, ad Synodum convo-

Theodoricus de Sede Apostolica benemeritus.

PAGIUS ANNO PERIODI GRAECO-ROMANAE 5994.

SÆC. VI. Anno Erae Hispan. DXXXIX. A. C. 501.

☉ 6. G. ☽ 8. P. 21. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 501.

SYMMACHI PAPAE 4.

ANASTASII IMP. 11.

THEODORICI REG. 9. & 13.

I. Decennalia Anastasii Imp. [1] COSS. *Rufius Magnus Faustus Avienus*, & *Fla. Pompejus*; prior Occidentalis filiusque, vel nepos Avieni anno CDL. Consulis. Porro hoc tempore Romani plura nomina praeferebant, sed solo postremo, ut plurimum, tanquam cognomine appellabantur. Fallitur Baronius, quando ait, *Avienum* ante annos decem etiam Consulatum gessisse. *Faustus* enim Avienus Anno CDXC. hoc magistratu ornatus, diversus est ab Avieno hoc anno Consule; cum is in nullis Fastis cum nota numerali efferatur. *Pompejus* Orientalis fuit, ac filius Fl. Hypatii qui frater erat Anastasii Imp. De eo plura Ducangius in Familiis Augustis Byzantinis, dum de familia Anastasii Aug. sermonem habet. Hujus Imperatoris *Decennalia* hoc anno edita, quorum varia supersunt vestigia, uti abolitio Chrysargyri tributi, gravissimi, & pugnarum cum bestiis, de quibus anno primo Anastasii cum Baronio egimus, ac Consulatus Pompeii Imperatoris ex fratre nepotis.

II. Ad num. II. [2] Hoc & sequenti anno Romae omnia tranquilla fuere, quia *Laurentius* Schismaticus, qui anno superiori *intuitu miseri-*

NOTÆ [1] COss. *Ruffius Magnus Faustus Avienus*, & *Fla. Pompejus*. Relandus ita: *Pompejus*, & *Rufius Magnus Faustus Avienus*. Vetus inscriptio apud Fleetvodum pag. 495.

OBIIT. IN PACE. III. KLS. SEPTEMBRIS.
AVIENO .... CONS.

Acta Synodi Romanae hoc anno: *Rufo Magno Fausto Avieno V. C. Coss.* Epistola Symmachi ad *Avitum: data III. Id. Octob. Abieno & Pompeio.* Coss. Victor: *Abieno & Pompejo.* Marcellinus: *Pompeio & Avieno.*

Epitome temporum & Indiculus Paschae: *Abieno.* GEORGIUS

[2] HOc anno nihil gestum esse in causa Symmachi falsum esse ostendemus in Nota ad annum sequentem, num. 2. quo Synodos absolutionis Symmachi binas habitas esse demonstrabimus. MANSI

vocare; non sibi plus æquo tribuens, Regia incedens via, more majorum, auctoritate in primis ipsius Symmachi Papæ id perficiendum curavit; ab ipsoque Pontifice litteras ea de re ad Episcopos, ut se ad Synodum die statuta conferrent, dari voluit. Hæc quidem ita se habuisse, sequentis anni Concilii edita Acta significant, quæ suo loco reddentur. Res plane digna memoria, cum Barbarus, Gothus, alienigena, hæreticus, Arianus Princeps, licet importunis schismaticorum studiis, & illiberalibus eorumdem urgeretur assultibus, reveritus tamen culmen Apostolicæ sedis, ejus se potius protectorem quam persecutorem exhibuit, ut ipsa Acta Synodalia manifestant. Sic igitur Theodorici reveriti præsentiam æstuantes furore schismatici hoc anno siluisse noscuntur.

III. At quam Theodorico dispar Anastasius Imperator, qui cum se specie tenus Orthodoxum profiteretur, Dei Ecclesiam acerrime impugnavit, dolo agens, & vi, omni denique conatu nisus, ut Catholicam fidem impietate convelleret: ipsum quidem per Festum Senatorem legatum auctorem fuisse Ecclesiæ Romanæ dissentionis, & schismatis, quæ dicta sunt superius, satis docent: rem namque ex sententia se fore consecuturum existimavit, si aliquo modo sibi aliquando assentientem posset nancisci Romanum Pontificem; quo uno adversante, satis sciret omnes suos eludendos esse conatus. Hæc quidem in Romanam Ecclesiam; in Constantinopolitanam vero quæ hoc anno patravit, omnem superant tragœdiarum casum.

IV. Qui enim hactenus tolerasset Constantinopolitanum populum sibi in his quæ sunt fidei adversantem, quem, & novisset partibus studuisse Isaurorum, addictumque Zenonis Augusti cognatis: periculosam sensit, illis adhuc superstitibus, se jacturum aleam, si in Cives Constantinopolitanos vindictæ gladium, ut furor suadebat, exereret: illis vero penitus, e medio sublatis, Longino ipso Zenonis fratre jam haud pridem extincto, silentibusque undique Barbaris, summam illam tranquillitatem in civium cladem convertit, haud diutius ratus impunitam populi sinere vagari licentiam, qua palam Imperatorem dicteriis, & contumeliis insectabantur hæreticum: delegat opus Urbis Præfecto, quem sævissimum delegerat, Constantino. Quid autem iste molitus sit, rem grandem paucis Marcellinus absolvit sub hujus anni Consulibus scelus immanissimum referens, quod sic se habuit: Anastasius Imp. quid in Cives Constant.

V. Quæ dira passi Orthodoxi Constant. Hoc namque anno, populus Constantinopolitanus professor Catholicæ fidei, idemque inhærens suo ipsorum Episcopo Chalcedonensis Concilii adversus Imperatorem acerrimo defensori, cum ad spectacula ex more intuenda in theatro clausi essent inermes: repente prosilientibus, qui erant in insidiis collocati, diverso armorum genere trucidantur, enecatis ex ipsis ultra numerum trium millium, præter alios, quibus licuit acceptis vulneribus foras egredi, domumque repetere sauciatos. Felices omnes, & inter martyres recensendi, nisi labefactati essent Acacii ipsorum antecessoris Episcopi communione. Ad hæc namque spectat, quod postea scribens ad Orientis Episcopos Symmachus Papa deplorat his verbis: *Nullus ambigat eadem nihilominus esse ventura, quæ in Constantinopolitana nuper Ecclesia contigerunt. De quibus mihi pariter ingemiscere necesse est, & tacere. Nam qui*

PAGIUS

Nihil hoc anno & sequenti in causa Symmachi gestum. *sericordiæ*, ut loquitur Anastasius, Nucerinus Episcopus creatus fuerat, iterum Romanam Sedem non invasit ante annum DIII. Quare neque hoc, neque sequenti anno aliqua Synodus in causa Symmachi Romæ habita est; licet Baronius anno sequenti Synodum *quartam* vulgo *Palmarem* dictam consignet, aliique communiter currenti; quod ea in Actis, quæ hactenus prodiere, dicatur celebrata *Rufio Magno Fausto Avieno Consule*. Verum Consulatum illum in ea Acta intrusum fuisse, & Synodum illam IV. anno tantum DIII. habitam, ex dicendis certo constabit.

III. *Codex Legum Burgundicarum promulgatur.* Turonensis lib. 2. cap. 33. postquam de tota Burgundia a Gundebaldo Burgundionum Rege subacta locutus est, ait: *Burgundionibus leges mitiores instituit, ne Romanos opprimerent.* Harum legum Codicem hoc anno Gundabodus publicavit: nam in Præfatione earum legum, quæ in Codice veterum legum apud Lindebrogium leguntur, dicuntur promulgatæ *Avieno Consule*, editæque *secundo Gundebaldi Monarchiæ anno*. Cum vero hoc anno *Avienus* Senior sequenti *Avienus* Junior Consulatum gesserit, hinc controversia orta, an hoc vel sequenti anno, Codex ille publicatus fuerit. Hæc tamen facile dirimitur ex methodo Decennalium. *Codices* enim legum annis quibus Imperatores ea solemnia dabant, promulgari soliti, ut in Dissert. Hypat. ostendi. Reges autem Burgundionum Romanos Imperatores, tanquam si Domini eorum fuissent, venerabantur, & ab his dignitatum titulis exornabantur, ut patet ex variis Aviti Episcopi Viennensis Epistolis. In Epistola LXIX. ad Anastasium Imp. sub nomine Sigismundi Regis dictata, ait Avitus: *Dulce est si hi, quos militiæ fascibus, & peculiares gratiæ pietate sustollitis, quos in extremis terrarum partibus aulæ pollentis contubernio, & veneranda Romani nominis participatione ditatis; specialiter gaudia vestræ perennitatis agnoscant; quæ generaliter cunctis fama concelebrat. Ornat quippe Imperii vestri amplitudinem longinquitas subjectorum, & diffusionem Reipublicæ vestræ asserit, quod remotius possidemur.* Tum in Epistola LXXXIII. ad eumdem Imperatorem data: *Vester quidem est populus meus, sed me plus servire vobis quam illis præesse delectat.* Tra-

qui Apostolicæ sedis admonitionem negligendam esse crediderunt, merito inciderunt ea quæ venire solent solatio destitutis. Hæc Symmachus in epistola ad Orientales, de qua suo loco agendum erit. Et ipse Ennodius, ubi de Orientalibus hæreticis agit, hæc ait: *De his quæ præfati sumus, notum est quod in Constantinopolitana nuper Ecclesia fertur admissum: unde patimur sine vocis usura tristitiam. Qui enim oblatis remediis non obedierunt, merito nihil consolationis, tempore quo premebantur, non habuerunt.* Ad hæc pariter spectant quæ Theodorus Lector de eodem Urbis Costantinopolitanæ Præfecto sic subdit (a): *Contra seditiones Populi, quæ contra Imperatorem in Civitate fiebant, hæc Anastasius Imperator excogitavit, ut Eparchus Civitatis litanias Populi sequeretur*, cum armatis militibus scilicet: *timebat enim zelum eorum qui pro Quarta Synodo incursiones faciebant. Et hoc deinceps in consuetudinem abiit. Inimici Macedonii Episcopi Constantinopolis Acolium quemdam subornarunt, qui gladio illum impeteret. Macedonius vero, ut mansuetudinem suam ostenderet, munera Acolio dari præcepit. Tale quid etiam erga sacrilegos quosdam fecit.* Hæc Theodorus.

(a) Theod. Lect. Coll. lib. 2.

VI. Vides ne tu lector (appello te) quanta pro religione, ipsa Catholica fide, pro defensione inquam Quartæ œcumenicæ Synodi suscepta ab iis fuere certamina, exantlati immensi labores, sanguis pro fide fusus, mortesque adeo crudeles toleratæ? tanta hæc abiere tamen in ventum absque corona martyrii, & præmio confessionis, prorsusque inania reddita, non aliam quidem ob causam, quam quod schismate propter Acacii communionem, ab Ecclesia Catholica, & ab ipso ejus Capite Romano Pontifice scissi essent. Nullus est ausus Constantinopolitanorum Antistitum illic pro fide necatos inter martyres recensere, quos scissent non habuisse characterem scriptum in frontibus suis, quo, & Ecclesiæ Catholicæ filii, & Dei

PAGIUS *Traxit istud a proavis generis meis apud vos decessoresque vestros semper animo Romana devotio, ut illa nobis magis claritas putaretur quam vestra per militia titulos porrigeret celsitudo: cunctisque auctoribus meis semper magis ambitum est, quod a Principibus sumerent, quam quod a patribus attulissent. Cumque gentem nostram videamur regere, non aliud nos quam milites vestros credimus ordinari.* Quare cum hoc anno Anastasius *Decennalia* dederit Gundebodus Codicem legum Burgundicarum publicavit, anno secundo suæ Monarchiæ. Agobardus Lugdunensis Episcopus, qui post quadringentos annos quam Burgundia a Chlodovei Regis filiis in Provinciam redigeretur, floruit, *Ludovicum Pium* Imperatorem Epistola quadam hortatur, ut si fieri possit, Burgundiones, *quos suos*, & Gundobados appellat, legibus Francorum uti jubeat, legem Gundebaldi Regis Burgundionum hæretici, licet non jure & Virorum suorum testimoniis sed, aut rei ipsius jurejurando, aut armis terminantem abrogando.

IV. *Collatio in Burgundia habita pro conversione Gundebadi Regis.* Turonensis lib. 2. cap. 32. & seq. postquam locutus est de legibus a Gundobado Rege institutis, agit de ejus conversione ab *Avito* Episcopo Viennensi tentata. Quæ res a Baronio anno CDXCIV. num. LXVIII. loco non suo recitata; cum ea *Collatio* post bellum Burgundicum, & post promulgationem Codicis legum Burgundicarum a Turonensi referatur, & hujusmodi Collationes annis *Decennalibus* Imperatorum addictis de more fierent; quem in Burgundia servatum fuisse non videtur dubitandum. Hæc Collatio, quæ Baronii tempore non extabat, legitur in IV. Tom. Concil. pag. 1318. ejusque titulus est: *Collatio Episcoporum, præsertim Aviti Viennensis Episcopi coram Rege Gundebaldo adversus Arianos.* Præter Sanctum Avitum, huic Disputationi interfuit Sanctus *Eonius* Arelatensis Episcopus, & Episcopi Massiliensis & Valentinus, quorum nomina in Collatione corrasa. Ariani in ea convicti fuere, & ex illis plures ad pœnitentiam adducti, sed quoad Gundobadum Regem, *quia Pater eum non traxerat, non potuit venire ad Filium, ut veritas impleretur: Non est volentis, neque festinantis sed miserantis Dei*, ut dicitur in Collatione: quam hoc tempore habitam ostendunt verba Gundobadi, qui in prima Sessione dicit: *Si vestra fides est vera, quare Episcopi vestri non impediunt Regem Francorum, qui mihi bellum indixit, & secum inimicis meis sociavit, ut me destruerent.* Ubi loquitur Gundobadus de Bello Burgundico superiori anno gesto, quo Chlodoveus Francorum Rex utens occasione discordiæ inter duos fratres Burgundiæ Reges ortæ, *missa Legatione ad Gundobaldum, ut ei per singulos annos tributa imposita reddere debeat, jubet. At ille & de præsenti solvit, & deinceps soluturum esse se promittit*, inquit Turonensis lib. 2. cap. 32.

V. *Ecclesia S. Sabæ Abbatis dedicatio.* Hoc anno dedicatio novæ Ecclesiæ Deiparæ Virginis a Sancto Saba Abbate constructæ ab *Elia* Episcopo Hierosolymitano peracta *primo Julii Indictione nona, agente magno Saba annum ætatis sexagesimum tertium*, ut testatur Cyrillus Monachus in ejus vita cap. 32. Quare hæc dedicatio legitimo tempore facta; cum hoc anno Indict. IX. ante Septembrem notato, dies primus mensis Julii in Dominicam inciderit, & Anastasius Imp. *Decennalia* exhibuerit. Paulatim tamen in Occidente, ubi Imperium Romanum extinctum erat, ea consuetudo desiit; tandemque, tam in Occidente, quam in Oriente quibusvis indiscriminatim annis Ecclesiæ dedicatæ, & Sanctorum Reliquiæ translatæ; sed tamen diebus fere semper Dominicis, aut Festis solemnioribus.

VI. *Cabades in Regnum Persarum restituitur.* *Zamasphes* Persarum Rex Perozi filius *sua sponte Regio solio excessit, Regnumque potius relinquere censuit, quatuor annos eo gavisus*, postquam sc. *Cabades* qui e custodia elapsus ad Hunnos confugerat, cum valido exercitu ad sua remissus fuit, filia Regis uxore antea accepta, ut narrat Agathias lib. 4. pag. 138. Quod præsenti vel superiori anno contigisse, inde liquet, quod anno Christi 531. postquam annos triginta iterum regnasset, e vivis excesserit, ut suo loco demonstrabimus. Ex initio *Cabadis* iterum regnantis, ejus decessorum tempora accurate fuisse a nobis consignata, ordo retrogradus ostendit. De *Cabadis* restitutione in

Dei domestici dici meruerint. Vetus namque hæc præscripta inter Fideles regula est, ut qui non habent in terra Ecclesiam matrem, neque Deum habere possint in Cœlo Patrem.

Se-

PAGIUS in Regnum agit etiam Procopius lib. 1. de bell. Pers. cap. 6.

VII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. CCCCXCIV. qui Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoatur, scribit: *Hoc anno, qui vocantur Bulgari, excursionem in Illyricum & Thraciam fecerunt: cum nondum eorum natio audiretur de nomine* Marcellinus tamen in Chronico ad Consulatum Joannis Gibbi, seu ad annum Christi 449. primam Bulgarum in Thraciam irruptionem memorat, in eaque Illyricianam militum virtutem periisse refert. *Bulgares in Ditiones Imperii Romani primum excurrunt.*

JESU CHRISTI ANNUS 502. | SYMMACHI PAP. ANNUS 4. | ANASTASII IMP. 12. THEODOR. REG. 10.

I. Palmaris Synodus unde dicta.

SEcundus poſt quingenteſimum ſequens Chriſti annus, Avieni Junioris, ac Probi ſignatus Conſulatu a Marcellino, & Caſſiodoro notatur in Faſtis: licet in Synodalibus Actis loco Probi Ruffus reperiatur inſcriptus: Quo anno habita eſt Romæ Quarta Synodus ſub Symmacho Papa ☞ Quartam hanc nomenclator appellat, quæ tamen reſpectu aliarum præcedentium ſub eodem Symmacho Synodorum Tertia dicenda eſſet: quæ enim ab eo tertia ordine ponitur, non fuiſſe Synodum per ſe diſtinctam, ſed ejus, quæ ab eo Quarta dicitur, Actionem, ea quæ hoc ipſo anno inferius dicturi ſumus, perſpicue demonſtrabunt. Sic igitur iſta quæ tertia, quarta dicta eſt ☜ eademque cognominata Palmaris: de qua antequam agere aggrediamur, primum omnium unde id fuerit conſecuta cognomen, dicendum eſt. Atque in primis non placet quod aliquis putavit textum eſſe depravatum. Sed cur Palmaris? Numquid ſicut apud Tullium (a) *ſententia palmaris*, ita

(a) *Cicer. de nat. deor. l. 1.*

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hiſp. DXL. A. C. 502.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5996.

☉ 7. F. ☽ 9. P. 14. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 502.

SYMMACHI PAPÆ 5.

ANASTASII IMP. 12.

THEODORICI REG. 10. & 14.

I. *Conſules.*

[1] COSS. *Fl. Avienus Junior*, & *Probus*: prior Occidentalis, qui in lege 18. Cod. Juſtin. *de Collationibus*, in Chronico Marii, & in Chronico Cuſpinianeo *Junior* vocatur, & in Synodo Romana tertia, perperam quarta a Baronio appellata, recte dicitur *Flavius Avienus Junior*: unde liquet, eum fuiſſe ejuſdem familiæ cum aliis illius nominis Conſulibus. *Probus* in Oriente creatus eſt, quem Onuphrius in Faſtis Anaſtaſii Auguſti ex ſorore nepotem fuiſſe dicit, quod Procopius lib. 1. de bell. Perſ. cap. 12. de Juſtino Imp. loquens ſcribat: *Mox Probum Imperatoris Anaſtaſii a ſorore nepotem, virum Patricium miſit Boſphorum cum ingenti pecunia.* Verum in Græco legitur, Καὶ Πρόβον τὸν Ἀναςασίου τοῦ βεβασιλευκότος ἀδελφιδοῦν ἄνδρα πατρίκιον, &c. ſed cum vox ἀδελφιδοῦς, ſignificet nepotem ex fratre vel ſorore, incertum, an *Pompeii* vel *Hypatii* frater fuerit, aut ab aliqua Anaſtaſii ſorore prognatus. De eo Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis, ubi de Anaſtaſii Aug. Familia agit.

II. *Synodus Palmaris anno ſequenti habita.*

A num. I. ad XXII. [2] Quæ hic narrat Baronius de Synodo quarta Romana, ſub Symmacho, contigere anno ſequenti, quo ea Synodus, Palmaris appellata, congregata fuit. Neque enim hæc recte intelligi poſſunt, niſi quæ ea præceſſere, prius exponantur.

NOTÆ

[1] COſſ. *Fl. Avienus junior & Probus.*

Relandus ſcribit: *Probus & Rufius Magnus Fauſtus Avienus junior*. Reineſius Cl. XX. pag. 961. ex Aringho tom. I. pag. 338.

D E P. I N P A........

A V I E N O. I V N. V. C O N.

Victor: *Abieno juniore Coſ.* Marcellinus: *Probo & Avieno*. Symmachi Papæ Epiſt. *Probo V. C. coſ.* Acta Synodi Romanæ hoc anno celebratæ: *Flaviano Avieno V. C. juniore conſule.*

Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *Abieno juniore. Synodus congregata eſt pp.* (ideſt propter) *Symmacum papam.* GEORGIUS

[2] QUæ hic Pagius erudite diſcutit Viris doctis minus probantur, ea præſertim quæ de tranſponendis Synodis hic ab eo operoſe diſputantur. Quare nos hic rectiorem ordinem chronologicum hiſtoriæ Synodorum in cauſa Schiſmatis hujus conſtituere adnitemur, non quidem ad mentem noſtram, ſed ex ſententia PP. Bollandianorum ad vitam S. Symmachi die 19. Julii pag. 636. facem etiam præferente veteri fragmento vitæ S. Symmachi vulgato a Cl. Joſepho Blanchinio ante IV. tomum Anaſtaſii, noviſſimæ editionis Romanæ pag. LXIX. Igitur primo diſplicet PP. Bollandiſtis, & nobis cum illis, quod Pagius anno 500. Synodum quamdam a Symmacho coactam ſtatuerit pro demandando Laurentio olim Antipapæ Epiſcopatu, Nucerino. Nihil enim de hoc Concilio apud Anaſtaſium, apud quem legitur tantummodo coacta Synodus (anni ſcilicet 499.) & Laurentius in Nucerinum Epiſcopum renunciatus, non quidem in eadem Synodo cui Archipresbyteri nomine ſubſcripſit, ſed paulo poſt. Diſplicet etiam, quod Synodum ſub Fauſto Avieno e ſede ſua anni 501. removens, in annum 503. perperam rejecerit. Porro illa in vulgatis Actis coacta legitur ſub Conſulatu *Rufii Magni Fauſti Avieni, die X. Kalendas Novembris*, nempe anno 501. idque non ſemel in iiſdem Actis legitur, ſed & repetitur perſæpe & in aliis documentis, ut in Præcepto Theodorici Regis dato VI. Idus Auguſti *Rufo Magno Fauſto Avieno V. C. Coſ.* in quo mandaſſe ſe dicit Epiſcopis, ut iterum ad Kalendas Septembris convenirent. Tum & eodem Conſule notatur alia Regis præceptio miſſa ad PP. qui ad Synodum convenerant die VI. Kalendas Septembris. Difficile autem quis crederet has omnes Conſulatus notas ſuppoſititias & intruſas eſſe. Ita ergo chronologiam hanc reſtituo. Petrus Altinenſis miſſus fuit Viſitator anno 501. circa Feſtum Paſchæ. De feſto Paſchæ ita in fragmento: *Pro diebus Paſchalibus ab omnibus pene Vir venerabilis Petrus Altinatis Epiſcopus* (ita ſcribit Author Schiſmati Laurentiano favens) *a Rege Viſitator Eccleſiæ Romanæ depoſcitur.* Statimque coacta eſt Romæ Synodus, ut idem

ita, & *Synodus Palmaris* a palma dicta? Certe quidem non abhorrere eam vocem ab hujus sæculi nomenclaturæ usu, ex Fulgentio hujus temporis luculento scriptore dici potest, qui hæc habet scribens ad Monimum (a): *Hanc etiam asseris hæreticorum esse quasi palmarem interrogationem* hoc est, irrefragabilem: & paulo post: *Hæc ergo sectantes hæretici, ea sibi quasi palmaria, & invicta videntur proponere, &c.*

(a) Fulgent. ad Monim. lib. 2.

II. Verum quod inusitatum fuit hactenus, Synodum aliquam aliunde quam a loco, vel numero denominari: de loco ipso, a quo ita sit dicta, investiganda est ratio: Num & fortasse accidit, dictam esse *Palmarem*, quod ob schismaticorum grassationem hæc ipsa Synodus non valuerit in Ec-

NOTÆ idem Author subdit. *Et post sanctam Festivitatem Synodus in Urbem Romanam pro voluntate Senatus & Cleri jubente Rege convenit.* Prior hæc Episcoporum convocatio innuitur etiam in illa Regia Præceptione missa ad Episcopos Romæ agentes die VI. Idus Augusti verbis illis. *Ad hunc se tramitem Consilii (nostri) cura convertit, ut rursum ad Kalendas Septembris diem eumdem censuerimus Sacerdotum numerum convenire, qui dudum fuerat convocatus.* Et inferius Synodum hanc futuram *secundum conventum* Rex appellat, secundum nempe post primum eodem anno post Pascha habitum. Quod autem Synodus hæc prior sub Pascha anni 501. celebrata fuerit, discimus ex variis Theodorici rescriptis, ex quibus collegisse videmur eodem anno duos conventus Episcoporum habitos fuisse; constat autem secundum conventum ad annum 501. notatum consulatu Rufi Fausti Avieni pertinere. Actum fuit in priori Concilio de accusationibus in Symmachum ab adversariis ejus objectis, sed illo recusante coram eadem Synodo se sistere, quamquam id vehementer urgebant adversarii, tandem Patres illi rebus quantum valuerunt *pro Symmachi persona constitutis*, ait Fragmenti Author, *Urbem in summa confusione derelinquunt.* Hæc summa est rerum in priori Concilio gestarum. Iterum vero Episcopi illi eodemque anno a Rege jussi sunt convenire; & hæc Synodus tertia est inter Synodos sub Symmacho habitas; secunda vero inter Conventus anni 501. Hanc vero Author Fragmenti, vel prorsus silet, quod Laurentio, cujus partibus favebat, iniqua fuit, vel cum priori illa eodem anno habita confundit & continuat. Ad hanc secundam Synodum pertingit periodus annorum quatuor incompletorum, qui ab Anastasio in Vita Symmachi ante Synodum ejusdem Pontificis causæ propitiam enumerantur. Cœperunt illi ab exordio schismatis, anno scilicet 498. Post hæc si Authori Fragmenti credimus, Ecclesia licet universa Symmacho adhærebat, adhuc tamen Laurentius a Schismaticorum factione in Urbem revocatus fuit, in qua annis quatuor mansit, non cessantibus subinde Schismaticis turbas ciere, & Regis animum pertentare, donec per Dioscorum Diaconum Alexandrinum, (quem alium credimus a Dioscoro Juniore Schismatico qui non diu post, anno scilicet 517. in solium Alexandrinum conscendit) requisitus Theodoricus, titulos omnes Romanæ Urbis Symmacho adjudicavit, & *unum Romanæ Urbi voluit esse Pontificem*. His spoliatus Laurentius ex Urbe secedens in prædia Patricii Festi concessit, ubi *sub ingenti abstinentia terminum vitæ sortitus fuit;* anno nempe 505. vel 504. Hæc fragmenti Author qui silentio involuit præter ea quæ supra innuimus, aliam etiam Synodum a Symmacho convocatam anno 502. VIII. Iduum Novembris *Flavio Avieno V. Cl. Juniore Cos.* Hanc Synodum recte Pagius collocat, ut patet legenti ejus Criticam ad annum 502. 4. sed in eo peccat, quod inverso ordine hanc præposuerit Synodo habitæ anno 501. quam proinde ad annum 503. referta Consulatus nota reiicit. An vero Ennodii Libellus pro Symmacho in Synodo anni 501. vel in altera anni 502. prodierit, definire meum non est. PP. Bollandistæ censent editum illum fuisse post Synodum anni 502. quæ quarta & Palmaris dici & haberi debet, in qua absolutio Symmachi iterum confirmata, adversarios iterum exasperavit, qui propterea libellum adversus eundem Pontificem ediderunt, cui Ennodius respondit.

Hæc scripseram de causa Symmachi & Laurentii, quæ Vir non scientia minus quam dignitate summus, cui adnotationes hasce meas libens subjeci, ita probare se significavit, ut duo tamen majori expositione indigere arbitraretur. Si enim, ajebat, Symmachus, qui anno 498. exeunte cœpit, anno tandem 501. mense Septembri absolutus fuit, spatio annorum quatuor, quos ab ejus assumptione ad novum usque schismaticorum molimen excurrisse notat Author Pontificalis, locus nullus supererit, cum ne integrum quidem triennium intercesserit. Insuper geminæ illæ Synodi anni 501. unica potius longius prorogata, quam duæ plane discretæ haberi posse videntur.

His viri doctissimi animadversionibus hæc reponimus. Pontificalis liber in iis quæ ad notas numerales pertinent corruptissimus est, ut nedum ex variis lectionibus, quæ ex variis ejus MSS. Codicibus resultant, intelligimus; sed & constat ex correctionibus, quas Chronologi magni nominis in ejus textum sæpe inferre coguntur. Id plane ad sensum patet ex collatione catalogi Blanchiniani, quem nos in Nota ad 557. a coævo confectum demonstrabimus. Si enim illum cum libro Pontificalis, quoad tempus sedis aliquorum Pontificum conferas, intelliges profecto, quam sæpe Librum hunc sequentes aberremus. Agapetus ex catalogo sedit *menses undecim, dies octo;* cum in Pontificali sint menses XI. dies XVIII. Silverius ex Pontificali sedit anno uno, mensibus V. diebus XI. ex Catalogo vero mensibus IX. tantummodo. Quibus ita se habentibus, facilius mendum in Pontificalem librum quoad numeralem notam irrepsisse reputaremus, quam falsi argueretur Consulis nomen in Synodalibus Actibus toties repetitum. Si quis tamen contenderit quatuor illos annos retinendos esse; hic me assentientem facile habebit, si annos utrimque incompletos, pro more apud veteres nonnullos Chronologos recepto, supputet. Id enim si admiseris, anno 501. quadriennium, de quo in Libro Pontificali, habebis.

Id vero quod ait vir doctissimus de unica Synodo ad plures menses prorogata, minus habet indaginis. Cum enim prima hujus anni Synodus post Pascha habita fuerit; ac dein Theodoricus die VI. idus Augusti conventum Episcoporum ad mensem Septembris indixerit; habitam hanc mense Septembri Synodum, nova convocatione accitam, a Paschali illa eodem anno coacta plane diversam constituamus oportet. MANSI

Ecclesia celebrari, sed opus fuerit eamdem in Regia sive Curia agi, quæ appellata est *Palma aurea*, de qua quidem hæc in rebus gestis S. Fulgentii (*a*): *In loco qui Palma aurea* dicitur, *memorato Theodorico Rege concionem faciente*, *&c.* Est, & mentio apud ipsum Theodoricum Regem in epistola (*b*) ad Albinum Patricium de domo *Palmata* dicta, his verbis: *Porrecta itaque supplicatione, testatus es, Curiæ porticus, quæ juxta domum Palmatam posita, forum in morem areæ decenter includit, superimponendis fabricis licentiam condonari*, *&c.* At quoniam haud liquet apud Curiam hanc Synodum celebratam, magis autem apud Basilicam S. Petri, quo ab adversariis lapidibus impetitus Symmachus se recepit, prout Acta ipsa significant; ut hæc Synodus Palmaris dicta sit, placet, ut e loco itidem deducto vocabulo, a porticu illa S. Petri nomen acceperit, quæ Palmaria dicebatur, de qua Anastasius in Honorio Papa hæc habet: *In porticu B. Petri Apostoli, quæ appellatur ad Palmaria*, *&c.* Sed de nomine satis. His igitur elucidatis, jam ad res gestas deveniamus. ☞ Verum describendæ hic sunt primo loco Theodorici Regis litteræ, & Episcoporum, & alia quæ intervenerunt in hac causa, digna memoria monumenta, quæ Parisiis missa a nostro Nicolao Fabro, cui hoc nomine plurimum nos debere fatemur, accepta, ab antiquitate licet nonnihil læsa, ut videre poteris, pluribus locis corrupta, quæ conjecturis in margine positis sanari, si non penitus, ex parte possint, sic enim se habent.

(*a*) In Vit. S. Fulgent.

(*b*) Cassiod. Variar. l. 4. epist. 30.

Theodorici Regis litteræ ad Episc. ad Synodum Rom. convocatos.

Præceptio quæ missa est per Germanum & Carosum Episcopos.

Dominis sanctis, & venerabilibus patribus Laurentio, Marcelliano, & Petro, & cunctis Episcopis in Urbe residentibus Theodoricus Rex.

*Vos quidem rem fecistis proposito congruentem, nos potius directo vestro secundo consulere, quam indictum * consilium alienæ facultatis imitatione differere, ne discendentibus universis sub manifesta deserti dispositione judicii major urbem regiam seditiosis motibus turba concuteret. Sed non optavimus commisisse sanctæ congregationis examinationis sub hac protrahi dilatione negotium, nec * universitas animum * gravius præjudicio pendere suspensum. Quia nec tranquillitati Urbis definitionis mora, nec sacerdotali proposito, sententia potest convenire discordiæ. Molesta igitur accepta confusione, quæ nata est * cæterum quæ discessum, quia propter turbam quæ aut casu vitio aliquorum contigit, iterata quæ cœperunt relinquere judicia. Qui tamen si dixerit potius cogitassent, exemplo vestro in urbe residere expectantes de his quæ illic facta de nostræ providentiæ * ordinare remedium. Cum in multas vias cogitatio nostra disperserit *. Adhuc si tramitem consilii cura convertit, ut rursum ad Kalend. Septembr. diem eumdem censuerimus sacerdotum numerum convenire, qui dudum fuerat convocatus. Ergo ingrabantis sanctitatem reliquorum præsentia convenit operire, ut * cum præso tumultu & dissensione submota, quæ ab omnibus * certa est ab omnibus causa peragatur. Nam * Revennam, quemadmodum speratis non putavimus revocandum esse Concilium, dum aliorum labore *, dierum permovemur ætate, parati ut nisi secundo conventu causæ finem judicium synodale posuerit juxta desiderium vestrum, quos nos poscitis esse præsentes; occupationibus nostris Romæ quietis amori postpositis, nos potius Romam Deo auctore veniamus, ut præsentibus saltem nobis citra confusionem atque discordiam, secundum Dei timorem tanta causa terminum sortiatur. Ut non diutius urbs regia turbarum tempestate fatigetur, sed vestri æquitate judicii redeat ad quietem. Ne mora vobis videatur onerosa, fas est vestræ æstimare providentiæ, si quomodo sit, aut sub nostrorum temporum tanquillitate tolerandum, solutus ne in aliqua definitione Concilio sub incerto Ecclesiam, sub hoc certamine Romanam perdere Civitatem: alia manu. Orate pro nobis domini, ac venerabiles patres. Datum sub die 5. Idus August. sed Ecclesia. Rufo magno Fausto Avieno, VV. CC. Cons.*

*conciliumaliene facilitatis imitatione deferere.

*universitatis.

*graviori.

*

* ordinatione.

* Ad hunc sea.

*compresso.

* orta.

* Ravennam.

* aliorum

Senatus vel Marcellini Episcopi cum cæteris, & alia præceptio, quæ data est per majorem domus Regis.

Præceptio Regis IV. missa ad Synodum.

Flavius Theudoricus Rex universis Episcopis ad Synodum convocatis.

*Romanæ Ecclesiæ pacem, Episcopo Symmacho criminosis propositionibus impedito sub ea quam cernitis confusionem turbæ quoniam * non magis potuit providentia nostra consulere, quam ut juxta petitionem Senatus & Cleri, ad congregandos ex diversis provinciis causam revocare, & Antistites, & de rligiosæ actione personæ sanctum facere *. Indicare Concilium, in oculis sunt dudum ab universis Synodum destinatam, & conscientiæ nostræ adstipulatur oracula, quibus * solus integritatis affectum, hoc jus Pontificibus commisimus evocatis, ut sub synodalis æquitate sententiæ, aut propter obiecta convictus reatui subjaceret. Post hujusmodi constituta, quis finem tanto dandum dubitarit esse negotio? quis de tam numeroso concilio sacerdotum magis nasci crediderit confusionis ambiguum? quid profuit * sine vita de prolixo itineris citra ad nos imposuistis negotio? quid tantarum Ecclesiarum absentibus sacerdotibus fu-*

* non, adjecit Faber ex conjectura.

*

* solius vel solis.

fuisse suspensum? quid peteret reliquum si tanto exitum non datur impetrare conventu. Sed transacta sufficiant, quæ ad hoc tantum in memoriam satis est revocare, quid desinat. Bona est præteritorum recordatio si quæ displicent secuta cura correctionis emendet. Non saltem discedentibus aliquibus delatoque negotio, ad secundæ concordationis venientis repetita judicia pro Fide, pro innocentia, pro æquitate concordis remotis studiis aliquibus * dissentit integritas: hoc petitione nostra Romanæ confertur Civitati, ut sacerdotali consideratione proposito delegato terminum detis sine contentione negotio, scientes examen vestrum de his, securum esse judicium. Cogitate matrem confusionis esse discordiam, & quemadmodum consensu dubia solidantur, ita etiam firma dissensione dissolvi. Numquid laboriosa, numquid conscientiæ vestræ gravia, numquid inimica proposito, ab antistitibus suis pacem poscit Ecclesia, & ab his quibus per * regiones professionis vestræ cura debeat esse propensior, fidem tumultuosam expectat? intentio est vobis servandæ justitiæ, in cognitione libertas remotis omnibus occasionibus integros si vestræ voluntatis objectorum criminum causa examinare judicium, dummodo studiosa certamine defendi amorem omne confusionis amputetur ambiguum, maxime cum hanc vobis pro religionis reverentiæ consideratione justitiæ nostræ oracula tribuant facultatem, ut sicut vobis est inquirendæ in hoc negotio voluntas, & cura veritatis, personis illic omnibus constitutis, per quas potest fides rerum quæsita præstare, vos noveritis, & Deus quid in ipsa causa judicare debeatis pacem modis omnibus Clero, Senatui & Romano populo post judicium reddituri; ne qua turbatio, nulla discordia in Civitate remaneat, sive vultis, ut quod propositum est transeat, sine discussione negotium, vos sciatis, & Deus qualiter ordinetis: dummodo pax Clero, Senatui, populoque Romano sub vestra ordinatione reddatur. Ecce coram Deo, & hominibus arbitrio vestro committentes universa, conscientiam nostram, sicut decebat absolvimus, tantum est sub justa ordinatione rem fuisse finitam, & Civitatem redditam * dissedentibus incidet. Neque enim tolerabile est ob hanc negligentiam regiæ civitatis amor quo tenemur ad rem mittit, ut rebus omnibus Deo auctore pacatis sola tranquillitate erigi, & in media urbe confundi, ut desideratur civilitas in archi latiora, quæ est sub hostium vicinitatis cura, & neque omisisse videamur cum * necessaria credideritis Episcopi Symmachi in cognitione præsentiam, Gudilam & Bedulphum sublimes viros, majores domus nostræ quos de præsente misimus cum Conzatrierno. Ne quid dubitationis habeat jussio nostra sacramenta præstabunt satisfacturi designatio Episcopus, quemadmodum æstimaverit ordinatio vestra sufficerit ut vocatus ad Concilium, citra urbem & molestiæ metu securus occurrat. Orate pro me domini sancti, & venerabiles Patres. Datum sub die sexta Kal. Septembr. Ravennna.*

* quo desinant.
* dissentiat.
* rationem.
* necessariam.

Relatio Episcoporum ad Regem.

*Agimus Deo gratias, qui Regum corda pietatis suæ manu, & gubernat, & temperat, quando ab ipso venit quod clementia vestra * extra more suo præceptis ad nos moderantissimis per majores domus Gudilam & Bedulphum sublimes vestros missis ostendit. Sic enim mansuetos principes cæli Dominus fecit esse quos diligit, & quibus est propitiata divinitas eos in causis omnibus mandatis suis ordinat obedire quod scriptum est dicente Deo: Sine me nihil potestis facere. Quod utique, boni intelligendum est, Deoque nostro toto affectu, & obsequio jussioni vestræ parere voluimus, & ad Papam qui impetebatur, quater cum sacerdotes nostros ex * secum sancta Synodo direximus, ut ad judicium conveniret. Sed occurrere audientiæ nostræ penitus non * possit statutus, mandans. Primo ad conventum vestrum quando Romæ venistis, sine aliqua dubitatione properavi, & privilegia mea voluntati Regiæ submisi, & auctoritati Synodi dedi sicut habet Ecclesiastica disciplina, restauratione Ecclesiarum regulariter poposci: sed nullus mihi a vobis effectus est: deinde cum venirem cum Clero meo crudeliter mactatus sum, ulterius me vestro examini non committi in potestate Dei est, & domini Regis quid de me deliberet ordinare. Post Episcopos tamen, qui majoris domus vestræ * illustris vero argenno dereximus, cui quid responsi dederit sua suggestione renuntiat, & * in te manus tamen serenissimo domno, quia nobis quid possimus facere non remansit, nec invitum ad disceptationem nostram adducere possumus. Ipsi per Canones appellationes omnium Episcoporum commissæ sunt, & cum ipse appellat * egiret faciendum? nec in absentem valemus ferre sententiam, nec contumacis locum deputare, qui se judicibus occurrisse præclamat; maxime quia cum nova est res Pontificem sedis istius apud nos * adire, nullum constat exemplum. Voluimus quod restabat pacem juxta præceptum & voluntatem reddere civitati, quæ res, & proposito nostro amica est, & beatitudini vestrorum temporum congruebat. Qua * confessione tantæ civitatis, & gemimus, & horrescimus. Ad amplissimum Senatum, collegasque nostros secundum direximus, orantes, ex verbis Apostoli, qui monet: Quod ex vobis est cum omnibus pacem habentes, non vosmetipsos*

Episcoporum ad Regem responsio.
* ex amore suo.
* sacrosancta.
* posse statuit.
* illustrem virum Agerium.
* inti mavimus.
* ecquid.
* audiri.
* confusione.

*ipsos vindicantes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est etiam: Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus, nec admonitioni clericorum defuimus, quibus regulariter voluimus subvenire, qui etiam salutare monitum contempserunt, & ideo vestri erit * temperii nutu Dei respicere Ecclesiæ redintegrationem, Romanæ civitatis, & provinciarum quietem. Nunc rogamus ut infirmitatibus & * demnitatis nostræ, quod pii domini est, succurratis, quomodo calliditati sæculari sacerdotum simplicitas non sufficit, & jam diutius nostrorum mortes, & pericula propria Romæ pati non possumus? sed concedente nobis optatissimo præcepto vestro, ut ad Ecclesias nostras liceat nos reverti, quia post hæc quæ suggerimus, nihil est quod a nobis possit ordinari, optamus vobis domine patri ceb.*

* imperii metu.

* indemnitati.

Præceptio Regis. Flavius Theodoricus Rex universis Episcopis ad Synodum convocatis.

Aliæ Theodorici Regis ad Episcopos litteræ.

*Decuerat quidem beatitudinem vestram divinæ considerationis reverentia excitum jam finire negotium: ut vobis ordinantibus submoveri potuisset tanta de civitate confusio, maxime cum prætentis affectibus jusserimus quemadmodum vestrum visum fuisset arbitrium, memoratum vos terminare debere certamen, dummodo sub justa ordinatione finitum dissentientes unitati & concordiæ redderentur; post quæ miramur denuo fuisse consultos cum si nos de præsenti ante voluissemus judicare negotio, habito cum proceribus nostris de inquirenda veritate tractatu, Deo auspice, potuissemus invenire justitiam, quæ nec præsenti sæculo, nec futuræ forsitan displicere potuisset ætati, sed quia nostrum judicavimus de Ecclesiasticis aliquid censeri negotiis. Ideoque vos de diversis provinciis fecimus evocare, ut sub divini timore judicii, totius certaminis vobis disponentibus causa * transierit, urbique nostræ, Deo favente, optata per vos concordia redderetur. Nunc vero eadem quæ dudum præsentibus intimamus oraculis, nos coram Deo, & hominibus absolventes, ut causam Dei, quam vestræ congregationi * amplissimam Senatus, & * pace clerici sperantes, commisimus, quemadmodum visum vobis fuerit * nec a nobis ordinis vestri expectetur forma judicii, sed vos qualiter vultis ordinate, sive discussa sive indiscussa causa, proferte sententiam, de qua estis rationem divino judicio reddituri, dummodo, sicuti sæpe diximus, hoc deliberatio vestra provideat, ut pax Senatui Populoque Romano, submota omni confusione reddatur, ne qua, quod absit, post judicium turba, aut aliqua remaneat in civitate discordia: sin autem secundum mandata nostra concordia sacratissimæ urbi a vobis fuerit restituta: Tunc universitas agnoscere potuerit justum sacri ordinis vestri extitisse judicium. Orate pro nobis domini sancti, ac venerabiles Patres. Datum sub die Kal. Octobr. Regum Synodi Ecclesiastici * vos au agnoscite Regis.*

* transigeretur.

* amplissimi.

* Cleri pacem spectantes.

* transigatis, addit F.

* f. vocem.

Primo salutandi Episcopi, & dicendum eis causa quæ agitur.

*Si mihi visum fuisset, aut justitia habuisset, ut ego debuissem audire cum Proceribus Palatii mei, potueram tractare quomodo & Deo placuisset, & posteritati ingratum non fuisset: sed quia causa est Dei & clericorum; ideoque modo adpetitionem Senatus vel Cleri ex diversis civitatibus convenire antistites * ut & Deo medio secundum quod legitis in Evangelio ex Apostolo ad Corinthios hoc sequamini. Si vero vobis visum fuerit sine discussione causam finire, aut discussam, aut indiscussam, quemadmodum visum fuerit, judicate; meam personam nolite metuere, reddituri rationem ante conspectum Dei, tantum est ut Senatum, Clerum, & populum pacificum dimittatis, & quod judicaveritis scribatis. Nos autem hoc probavimus vos bene ordinare, si Populo, Senatui, Clero pacem integram reddatis? Quod si minime feceritis, ostendetis vos uni parti favisse. Nullius ergo personam ante oculos habeatis, quamvis si ex vobis aliquis violenter vellet quæ injusta sunt imponere, remissis rebus vestris justitiam custodire debetis. Nam multi, & vestræ, & nostræ regionis Episcopi propter Dei causas, & de Ecclesiis ut de rebus suis jactati sunt, & tamen vivunt. Ego non solum impono, sed etiam rogo, ut faciatis, quæ Deus præcepit, & quæ legistis in Evangelio, & Apostolo. Si autem discutitis causam, vel sub aliquo colore melius causam judicatis. Si autem indiscussum dimiseritis, datis exemplum sacerdotibus omnino male conversandi. Hæc cum diceret, proposuit similitudinem: Aliquando * Asparia a Senatu dicebatur ut ipse fieret Imperator; qui tale fertur dedisse responsum. Timeo, ne per me consuetudo in Regno nascatur, * ita dico, ut modo ne irascantur sancti Patres nostri, ne per eos cum non discusserint & ita judicaverint, consuetudo peccandi omnibus sacerdotibus * generaliter. Item si voluerint discutere causam, ut securus egrediatur, Arigerisus Gudila, & Bedulphus sacramenta ei præstabunt. De area vero vel de domo Lateranensi, prout judicatum fuerit eadem Synodus reddat * de vindictam; quæ sperant discussionem si eis placuerit, aut ipsi vindicent, aut nos deputemus legibus exequantur culpas.* Hæc sunt quæ a Fabro nuper accepimus, jam quæ spectant ad ipsam Synodum prosequamur. ☞

* jussi addit F.

* Aspari.

* mala, addit F.

* generetur.

* debitam quæ speratur.

III. Qui ad Synodum tunc Romam vocati sunt Pontifices, & inter illos, qui sedium præ-

Abſtinuerunt Epiſcopi a conſuetudine Symmachi.

prærogativa cæteris eminebant Laurentius Mediolanenſis Epiſcopus, atque Petrus Ravennas Antiſtes, cum Romam ſe contuliſſent, ne in ſuſpicionem venirent Symmachi cauſæ defenſionis, qui convocati fuerant Judices cognitores, abſtinuerunt ſe ab ejuſdem Symmachi conſuetudine, non tamen a Catholica communione, mentionem ejuſdem facientes ex more in ſacris. Docet hæc Ennodius in apologetico pro Quarta Synodo verbis iſtis: *Deinde per quæſtionum torrentes venerabilem Laurentium, & Petrum Epiſcopos a communione Papæ ſe ſuſpendiſſe replicatis: & quod providit cautio convocatorum, ducitis ad crimen impetiti. Ullo ne eo tempore, dum celebrarentur ab his ſacra Miſſarum, a nominis ejus commemoratione ceſſatum eſt? Umquam pro deſideriis veſtris ſive ritu Catholico & cano more ſemiplenas nominati Antiſtites hoſtias obtulerunt? &c.* Vides, lector, ſemiplenum dici ab Ennodio ſacrificium, in quo Catholicæ Eccleſiæ capitis commemoratio prætermittitur; pluraque ſubdit, quibus docetur, non præſentia corporali, ſed animorum in una voluntate conjunctione exteriori ſigno patefacta declarari Catholicam cum Romano Pontifice communionem: a qua tantum abeſt ut iidem ſe abalienaverint, ut ea defenſionis Apoſtolici culminis fibula ſeſe arctius colligantes adſtrinxerint. Qui enim ad Synodum venientes Antiſtites, viſi ſunt ad tempus prudenter a congreſſu Symmachi abſtinere, in ipſa Synodo facti ſunt ipſius & Apoſtolicæ ſedis auctoritatis acerrimi defenſores, ut quæ dicentur ex Synodalibus Actionibus declarabunt.

IV. De actionibus ante in Baſilicis habitis.

Quæ extant ipſa Synodi Acta edita, nonnihil cum depravata eſſe reperiantur, contulimus cum antiquitus ſcripto codice Creſconiano, atque ut licuit emendavimus. Ad quæ intelligenda ſciendum in primis eſt, (ut ex iiſdem patet Actis) ante ejuſmodi Patrum Conventum duas alias hoc eodem anno ab iiſdem Epiſcopis habitas Actiones, quarum prior in Baſilica Julii, poſterior in Baſilica Hieruſalem dicta in atrio poſita Seſſoriano celebrata eſt; quæ licet Synodi appellatæ reperiantur, tamen potius Synodales Actiones, quam Synodi ipſæ dicendæ eſſe videntur. Porro rerum in eis geſtarum monumenta penitus exciderunt, quarum dumtaxat mentio habita reperitur in Actis Palmaris Synodi, quæ ſic ſe habent:

V. Acta Palmaris Synodi.

Sancta Synodus apud urbem Romam ex præcepto glorioſiſſimi Regis Theodorici diverſis e regionibus congregata in Chriſti nomine dixit.

*Cum ex diverſis provinciis ad Urbem convenire ſacerdotes regia præcepiſſet auctoritas, ut de his quæ Venerabili Papæ Symmacho ſedis Apoſtolicæ Præſuli ab adverſariis ipſius dicebantur impingi, ſanctum Concilium judicaret: Liguriæ, Æmiliæ, vel Venetiarum Epiſcopis, quos ad præſentiam Principis ipſe itineris ductus attraxit, conſulendi * Regem incubuit neceſſitas, qua hos voluiſſet ætate fractos debilitate corporis invalidos congregari? Reſpondit præfatus Rex piiſſimus, bonæ converſationis affectu plura ad ſedem Papæ Symmachi actibus horrenda fuiſſe perlata: & in Synodo oportere ſi veræ eſſent inimicorum ejus objectiones, judicatione conſtare.*

* Apud Creſc. Conſuluimus Regem, qua cauſa nos voluiſſet debilitate corporis invalidos congregari.

VI.

*Memorati Pontifices, quibus allegandi imminebat occaſio, ſuggeſſerunt, ipſum qui dicebatur impetitus, debuiſſe Synodum convocare; ſcientes quia ejus ſedis primum Petri Apoſtoli eſt meritum, vel principatus: deinde * ſecuta juſſione Domini Conciliorum convocandorum auctoritas ei ſingularem in Eccleſiis tradidit poteſtatem: nec ante dictæ ſedis Antiſtitem minorum ſubjeciſſe judicio, in propoſitione ſimili facile forma aliqua teſtaretur. Sed Potentiſſimus Princeps ipſum quoque Papam in colligenda Synodo voluntatem ſuam litteris demonſtraſſe, ſignificavit. A manſuetudine ejus paginæ poſtulatæ ſunt, quas ab ea directas conſtabat: haſque dari ſacerdotibus ſine tarditate conſtituit; & quicquid in eodem negotio actum, ſcriptis Romam ex diverſis terrarum vel regionum partibus Dei proſecutione præventum eſt.* Vides quam expreſſum habes nec Arianum quidem Regem abſque conſenſu, & certis litteris Romani Pontificis Synodum congregare præſumpſiſſe; quod id ſibi minime licere, in comperto eſſet; ſed audi cœptum ſemel Actorum ordinem:

* proinde ſecura. Romani Pontificis, & non Regis eſſe Synodum convocare.

VII. Actio Synodalis in Baſilica Julii.

*Et dum in venerabili collectione ſermo de incipiendo haberetur negotio, prout ſuſcipiebat cauſæ tractatus: ſanctus Papa Symmachus Baſilicam Julii, in qua Pontificum erat congregatio (prout habuit cura) celeriter ingreſſus eſt: & de vocatione Synodali clementiſſimo Regi gratias retulit, & rem * deſiderii ſui eveniſſe teſtatus eſt. Cauſa ergo de ſacerdotum animis, quæ de Concilio non dum firmato triſtitiam miniſtrabat, aſciſſa eſt: auctoritatem ordinis colligendi, ſicut poſcebant Eccleſiaſtica ſtatuta, in omnium quæ ibi aderant, Epiſcoporum præſentia, ſe * dare profeſſus eſt; ſperans, ut Viſitator, qui contra religionem vel contra regulas majorum a parte cleri, vel ab aliquibus laicis fuerat poſtulatus, ex ordinatione Antiſtitum prima fronte cederet: & omnia quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati ejus legaliter ab honorabili Concilio redderentur, & tanti loci Præſul regulariter prius ſtatui priſtino redderetur, & tunc veniret ad cauſam; & ſi ita recte videretur, accuſantium propoſitionibus reſponderet.*

* ex deſiderio ſuo.

* a ſe datam.

Di-

VIII. *Digna res visa est maximo sacerdotum numero, quæ & mereretur effectum. Decernere tamen aliquid Synodus sine regia notitia non præsumpsit. Sed suggestio ju-*
* ista. *sta * per legatorum negligentiam non meruit secundum vota responsum. Justus est regiis præceptionibus PapaSymmachus ante patrimonii vel Ecclesiarum, quas amiserat, receptionem, cum impugnatoribus suis in disceptatione confligere, qui potestatis suæ privilegia æque pro conscientiæ (quantum juste æstimamus) emendatione submiserat, nec haud voluit ne vice resumere.*

IX. Actio Synodi in Basilica Sessoriana. *Sed dum esset Synodus in Hierusalem basilica Sessoriani Palatii constituta, aliquibus sacerdotibus visum est, ut libellus quem accusatores paraverant, qui quotidie seditionibus appellabant *, susciperetur a*
* intendebant. *Synodo. In quo suscepto * duo erant, quæ*
* libello. *vel veritati inimica essent, vel ipsi (quantum ostenditur) Conventui, vel Ecclesiastico proposito repugnarent. Unum quia dicebant crimina memorati superius Symmachi Papæ apud regiam constitisse noti-*
* perclaruit. *tiam; quod falsum esse declaravit *: Non enim quasi novam causam audientiæ commisisset, si ejus conscientiam convictam de errore solam sciret expectare sententiam). Aliud, quod per servos de his, quæ objiciebant, se eum loquebantur posse convincere: addentes, ut ipse mancipia traderet, quibus (quantum illi asserebant) posset in judicatione superari. Quæ res canonibus & ipsis publicis erat legibus inimica: cum Patrum statuta sanxissent, ut quos ad accusationem leges sæculi non admittunt, iis dicendi in cognitione, vel accusandi aliquid delegenda non esset licentia.*

X. *Et dum inter ista, quæ essent facienda tractabantur: præfatus Papa, ut causam diceret, occurrebat:* Sed quibus comitantibus, accipe ex Ennodio, qui in apologetico adversus schismaticos agens, hæc ait: *Ergo ne illam multitudinem Deo devotæ plebis non pro fide diligentia, Chri-*
* exactio. Populi erga Pontificem amor. *stiana magis expectatio *, quam furor evocavit? Quisnam ad inferendam violentiam currens, lacrymas comites habet? Et qui studet esse formidini, vultum timentis ostendit? Multitudo illa juncta sacerdotis officiis, attulit ad nos lamenta, non jacula; nec venit telis minax, sed fletibus, miserabilis; una tantum intentionem vestram ostentatione gravatura, quia uberibus oculorum fluminibus demonstrabat, quam esset per acerbitatem vestram conditio condolenda pulsati; & in sobrietate venerandi examinis afflictione propria commendabat, quem voce non poterat:* Et de mulieribus Romanis una progressis hæc inferius: *Mulierum turbas urbanis coloribus cum præfato ad judicia convenisse, & illa vestra subtilitate obtenditur sexus, qui majorem Antistiti debuisset affectum, &c.* Plane significans totius populi utrumque sexum compassum omnium parentis innocentiæ, & cum vitæ discrimine comitatos esse Symmachum ad judicium collacrymantes.

XI. Sed quæ acciderint in via, cæpta semel recitari Synodalia Acta declarant his verbis de Symmacho Papa dicentia: *Qui veniens ab irruentibus turbis æmulorum suorum ita tractatus est, ut multis presbyteris, qui cum ipso serant *, per cæ-* * erant.
dem ipsam mortis fuisset occasio (quod probant recentium adhuc vestigia vulnerum) nisi vir illustris Comes Aligernus & sublimes viri Gudila, & Vedeulphus Majores domus regiæ prospexissent: quos secum, unde egressus fuerat, Pontifex scilicet, *ad B. Petri Apostoli septa conne-* Redit Symmachus in Basilicam S. Petri.
*xit *:* Hæc cum obiter recensentes Pa- * conduxit.
tres leviter tamquam notissima transeant, nobis ex aliis locis ejusmodi scelestissimæ schismaticorum grassationis credulitatis narratio petenda erit. At in primis quod ad ipsum Pontificem Symmachum pertinet, hæc de se ipse habet in epistola ad Anastasium Imperatorem: *Inter imbres lapidum totus * evasi: Judicavit* * positus.
Deus: Hæc breviter ipse. Apud Anastasium autem ista leguntur:

XII. Schismaticorum rabies & crudelitas. *Eodem tempore Festus caput Senatus Exconsul & Probinus cæperunt intra urbem Romam pugnare cum aliis Senatoribus, & maxime cum Fausto Exconsule; & cædes, & homicidia in clero ex invidia fiebant. Qui vero communicabant B. Symmacho juste, publice qui inventi fuissent intra Urbem, gladio occidebantur. Etiam, & sanctimoniales mulieres, & virgines deponentes de monasteriis, vel de habitaculis suis, denudantes sexum femineum, cædibus plagarum afflictos vulnerabant, & omni die pugnam contra Ecclesiam in media civitate gerebant, & multos sacerdotes occiderunt, inter quos Dignissimum, & Gordianum presbyteros * ad* * titulorum.
*Vincula S. Petri, & ad sanctos Joannem, & Paulum fustibus, & gladio interfecerunt, & multos Christianos; ita ut nulli esset securitas die & nocte de clero in civitate * ambulare. Solus autem Faustus* * inviolate.
Exconsul pro Ecclesia pugnabat. Hæc ibi. Porro de laboribus a Fausto pro Catholica Ecclesia susceptis Ennodius meminit in epistola ad ipsum scripta, quam postea pro triumphi lætitia congruo loco reddemus.

XIII. Necati in schismate martyrio coronati. De enecatis autem idem Ennodius hæc habet in alia epistola ad eumdem Faustum conscripta: *Sed ista* (inquit) *magis illis cum lacrymoso gaudio dixi, quos aut effusus sanguis Albo curiæ cælestis adscripsit, aut clara confessio: qui secundis confirment primordia nostra successibus.* Hæc ipse: quibus declarat, necatos in hoc schismate, martyrii dignos fuisse corona; & il-

& illos gloria confessionis nobilitatos, qui aliquid ea de causa passi essent; secundum illam magni Dionisii Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopi suo loco superius recitatam sententiam, hic autem opportune repetendam, qua ait (a): *Oportebat omnia incommoda pati potius, quam Ecclesiæ Dei discidisse concordiam. At illud martyrium, quod quis patitur, ne dirimatur Ecclesiæ confessio, non minus certe, sed multo plus, meo quidem judicio, habet commendationis, quam illud quod suscipitur, ne idolis omnino immoletur.* Hæc Dionysius. Scimus etiam (quod suo loco superius dictum est) Constantinopolitanam Ecclesiam necatos clericos a schismaticis tempore S. Joannis Chrysostomi æque ut martyres coluisse, cujus probasse constat judicium universam Ecclesiam Catholicam, eosdem martyres pariter venerantem. At de his satis. Jam vero quæ post hæc acta sunt in ejusdem Symmachi Romani Pontificis causa, ex eorumdem Patrum relatione audiamus: qui in eadem Synodo constituti, & res gestas ordine prosequentes, quæ sequuntur narrare pergunt his verbis:

(a) *Apud Euseb. hist. l. 4. c. 37.*

XIV. *His ita actis, & varia confusione turbatis, iterum nos ad justitiam contulimus Principalem: scientes, Divinitate propitia Regem dominum, quem ad Italiæ gubernacula ipse prævideraт, ejus * mansuetudini omnia per relationis seriem (sicut res poscebat) ingessimus: intimantes etiam, sæpe nominatum Papam post cædem, cui subjacuerat cum suis, si voluntatem rursum haberet exeundi ad judicium, fuisse commonitum: sed allegasse eum per directos Episcopos, nominatis canonibus secessisse, affectu purgationis suæ culmen humilians, qui tantis periculis pene fuisset oppressus: dominum Regem habere quod vellet jus faciendi, sed interim justitiæ renitentes statutis canonibus non posse compelli.*

* cujus. Quæ Symmachus ad Theodoricum nuncianda misit.

XV. *Ad hæc serenissimus Rex, Deo aspirante, respondit: in Synodali esse arbitrio in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reverentiam de Ecclesiasticis negotiis pertinere: committens etiam potestati Pontificum, ut sive propositum vellent audire negotium, sive nollent, quod magis putarent utile, deliberarent, dummodo venerandi provisione Concilii pax in civitate Romana Christianis omnibus redderetur.*

Theodoricus Rex causam Symmachi dimittit Synodo.

XVI. *Quæ cum juste offerrentur, Dei mandata complentes *, Italiæ suum dedimus rectorem, agnoscentes nullum alium laborem nobis remansisse, nisi ut dissidentes cum humilitate Præpositi nostri ad concordiam hortaremur. Quia unum tantæ rei restabat, unde Deo placeremus, scilicet ut tanti * Principis voluntate invitaremus Senatum amplissimum, quali oportuit legatione destinata monentes, & instruentes, causas Dei ipsius judicio committendas, qui (b) valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam, qui dicit: Mihi vindictam, & ego retribuam: Apud quem conscientia nuda est: cui non absconduntur occulta. Cogitare prudentes viros oportere, quanta inconvenienter in hujus negotii principio contigissent, & eos per hanc quam ipsi vocant remissionem, peccatis non aperire, sed claudere: qui (quod dicebatur) majori Judici servamus, instruentes eos, quia per quos illis Christus innotuit, non esse ovium lupi insidias prævidere, sed pastoris: maxime quia in causa præfata multos, qui sede dignabantur agnoscere, & Deo satisfacere, error involverat. Et quia non poterant * plura sub hac occasione membra dispergi, sed magis per mansuetudinem sustineri, sicut boni nos operis Paulus magister instruxerat, dicens (c) sanandos esse plurimos per patientiam, & doctrinam.*

* Apud Cresc. complentur Italiæ suæ dare rectorem.

* sancti. Quid cum Senatu Romano Synodus.

(b) *Matt. 10. Rom. 11. Ezech. 9. Deuter. 32. Hebr. 3. Eccl. 39. Jo. 10.*

* oportebat.

(c) *2. Tim. 4.*

XVII. *Sed * quicumque putantur rei, & gravibus peccatis involuti (quando nullus est qui delicto careat, sicut Joannes testatur Apostolus (d): Si dicam quia peccatum non habeo, mendax sum) hos tamen magis pressuris hominum funestari *, & perterreri, hasque passiones judicio divino suspendi: maxime cum illa, quæ præmisimus, inter alia de auctoritate sedis obstarent. Quia quod possessor * ejus quondam B. Petrus meruit, in nobilitatem possessionis * accessit; & claritatem veterum nobis dat de Christi dote rectoribus, clamantibus scriptum esse per Prophetam (e) in persona Dei: Numquid non valet manus mea ad consumendos eos qui erraverunt? Hæc autem sæpissime sicut oportuit commonentes, ut ab ista intentione discederent; & factum nostrum, quod Deus adspiraverat, juxta mandatum Principis non discuterent, sed sequerentur, sicut decebat Ecclesias filios; nec sub hac intermissione contenderent, & crescerent, Ecclesiæ detrimenta: quæ res poscebat cum festinatione succurri: & nobis hujus celeritatis, & illis obedientiæ necessitas imminebat; maxime cum omnem pene plebem cernamus ejus communioni indissociabiliter adhæsisse, cujus vos non modica cura stimulabat, ne in aliquo laberetur errore.*

* Et.

(d) *1. Jo. 1.*

* sustentari.

* præcessor.

* possessoris, successoris.

(e) *Isai. 50.*

XVIII. *Quibus allegatis, cum Dei nostri obtestatione decernimus, harum necessitatum, vel religionum * consideratione adstricti, & cælesti inspiratione perpensis omnibus quæ in causa erant decretis, ut Symmachus Papa sedis Apostolicæ Præsul ab hujusmodi propositionibus impetitus, quantum ad homines respicit (quia totum * causis obsistentibus superius designatis constat arbitrio divino fuisse dimissum) sit immunis, & liber, & Christianæ plebi, sine aliqua de objectis oblatione, in omnibus Ecclesiis suis ad jus sedis suæ pertinentibus tradat divina mysteria; quia eum ob impugna-*

* religiosorum.

Synodi sententia in absolutione Symmachi.

* tot.

gnatorum suorum impetitionem, propter superius designatas causas obligari non potuisse cognovimus.

XIX. *Unde secundum Principalia præcepta, quæ nostræ hoc tribuunt potestati, ei quidquid Ecclesiastici intra sacram urbem Romam vel foris juris est, reformamus: totamque causam Dei judicio reservantes, universos hortamur, ut sacram communionem (sicut res postulat) ab eo percipiant; & Dei & animarum suarum meminerint quia ipse, & amator pacis est, & ipse pax est, qui monet (a): Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: Et in quacumque civitate pacem esse confirmandam affirmans (b), beatos dicit esse pacificos.*

(a) Jo. 14.

(b) Matt. 10.

XX. Quid indultum adversariis resipiscentibus. *Hæc quicumque ex instructione nostra (quod non existimamus, vel non admittit, vel retractari posse crediderit: videat, quia in divino judicio contemptus sui rationem est (sicut de Deo confidimus) redditurus. De clericis memorati Papæ, qui ab Episcopo suo ante tempus aliquod contra regulas discesserunt & schisma fecerunt, hoc fieri decrevimus, ut eos satisfacientes Episcopo suo misericordia subsequatur, & officiis Ecclesiasticis se gaudeant restitui: quia Dominus Redemptor noster oves perditas, ab errore lætatur inventas, & super profugum filium paternam libertatem cælestis mediator accommodat. Quisquis vero clericorum post hanc formam a nobis prolatam quocumque sacrato Deo loco in Ecclesia Romana Missas celebrare præsumpserit præter conscientiam Papæ Symmachi, dum vivit; statutis canonicis velut schismaticus percellatur. Ista sufficiat nunc cum Dei notitia nos sincere prolulisse.* Hactenus sententia *Ann. Eccl. Tom. IX.*

Patrum, finisque impositus Synodo, quæ ab eisdem suis ipsorum munita est subscriptionibus, primo loco Laurentio Mediolanensi Episcopo ita subscribente: *Laurentius Episcopus Mediolanensis huic statuto nostro in quo totam causam Dei judicio commisimus, subscripsi.* Ita, & reliqui qui interfuerunt Episcopi.

At vero antequam ea quæ hujus Synodi reliqua sunt absolvamus, admonemus, ne te moveat, lector, quod audieris in recitatis modo Synodalibus Actis, ipsum Theodoricum Regem quantumlibet Arianum, ab iisdem nominatum esse piissimum, vel sanctum secundum variam lectionem: meminisse enim debes, quæ dicta sunt secundo Annalium tomo (c) sanctissimos episcopos Ethnicos etiam Principes titulis illis solitos nuncupare, quibus consueverant a suis honoris causa appellari, sicque eosdem ab illis dictos esse interdum non pios tantum, & sanctos, sed, & sanctissimos, idque (ut diximus) exemplo Apostoli Pauli, cum nefarium hominem, Præfecturam tamen gerentem, consueta nomenclatura optimum vocavit Felicem (d): quo sensu, & a Dionysio Episcopo Alexandrino Valerianum, & Gallienum Imperatores sanctissimos nominatos diximus. XXI. Tituli non ex meritis, sed ex consuetudine dari soliti.

(c) Anno D. 260. c. 22.

(d) Act. 24.

Jam vero quæ hujus Synodi reliqua sunt, absolvamus. Sed quænam ista? dices. Scias, lector, eamdem quæ habetur notata titulo Tertiæ Synodi habitæ Romæ sub Symmacho, hujus de qua agimus esse Synodi Actionem habitam post dies quatuordecim, nempe (ut ipsa Acta indicant) octavo Idus Novembris in basilica S. Petri, eosdem namque Romam con- XXII. Alia actio ejusdem Synodi.

 vo-

PAGIUS III. *Synodus Romana III. quarta vulgo male appellata.* A num. XXII. ad XXX. Habita hoc anno *tertia Synodus Romana*, quam Baronius num. XXII. putavit esse partem quartæ Synodi, *Palmaris* vulgo appellatæ. Certum tamen esse debet, fuisse Synodum ab ea distinctam, & ante eam congregatam. In Codice enim MS. Victorino, ut videre est anno D. num. VII. in quo Symachi sex Synodi Romanæ recto ordine dispositæ sunt, tam in principio quam in fine *tertia* appellatur. Secundo, in Codice Colbertino, de quo ibidem, post priorem Synodum Romanam altera subjungitur, cujus initium est: *Flavio Avieno V. C. Juniore, sub die VIII. Iduum Novemb. in Basilica B. Petri*, &c. Est hæc tertia Synodus Romana, de qua Baronius citatus agit; secundæ enim nulla ibi mentio, cum ejus Acta perierint. Tertio, in Codice San-Germanensi loco citato a me memorato, post priorem Synodum Romanam, eadem Synodus, licet non dicatur *tertia*, exarata est, eodemque die & Consule coacta dicitur. Denique in Codice Colbertino, de quo ibidem, eadem Synodus legitur, diciturque etiam *Avieno Jun. Cos. & VIII. Id. Novemb.* congregata. Et in his omnibus codicibus MSS. hæc Synodus ante Palmarem refertur. Quare manifestum est, *Palmarem*, in qua *Symmachus* innocens declaratus, ordine fuisse *quartam*, ideoque hanc *tertiam* Synodum Romanam, in Editione Conciliorum Labbeana perperam vocari *quartam* ac *Palmarem*, & male etiam a Baronio dici, eam esse Actionem Synodi quartæ Palmaris, cujus priorem Actionem ante istam Synodum III. habitam fuisse contendit. Sirmondus in Notis ad Libellum Ennodii pro Synodo Palmari, recte observavit Synodum Palmarem *quartam ordine* esse; sed deceptus a Librariis, qui eam his verbis exorsi sunt: *X. Kal. Novemb. Rufio Magno Fausto Avieno U C. Consule*, eam anno superiori, quo Rufius Magnus Faustus Avienus Consulatum gessit, habitam esse putavit, & omnibus fere viris eruditis persuasit. Non loquitur Sirmondus de Synodo Romana *VIII. Kal. Novemb.* hoc anno habita, sed tantum de Libello Ennodii scribit: quo nomine adeo Episcopis omnibus probatus est liber, ut cum Synodus altera, quæ post Consulatum Avieni habita est, suffragio suo confirmarit, atque inter quartam & quintam Synodus Symmachianas collocari, Decretique vim obtinere jusserit. Hodie tamen perperam post Synodum Avieno Juniore coactam ponitur Libellus Ennodii, cum alteri, quæ *Fausto Avieno*, ut dixi, Consule habita est, subiici debeat. Hæc enim, non illa Synodus fuit absolutionis, & quarta & Palmaris, *a Symma-*

vocatos Episcopos modo in Basilica Julii, modo in Basilica dicta Hierusalem in Atrio Sessoriano, modo vero ad Basilicam S. Petri convenisse, quæ sunt superius narrata demonstrant. Porro hanc eamdem esse hujus Synodi hoc anno habitæ Actionem, Consulatus ipse significat, dum sub Avieno Juniori Consule congregata docetur his verbis: *Flavio Avieno V. C. Juniore Consule, sub die Octavo Iduum Novembris, in Basilica S. Petri Apostoli, præsidente venerabili viro Papa Symmacho, &c.* Sed & ne quis errorem irrepsisse in Consulis nomen causari possit; ipsa facta ab eodem Symmacho prælocutio coram Synodo de rebus ab ipsis Patribus in præcedenti Actione tractatis, id aperta luce demonstrat: sic enim se habet:

XXIII. *Bene quidem fraternitas vestra Ecclesiasticis legibus obsecuta, sub divini tenore judicii quæ erant statuenda definivit & ad justitiæ cumulum perduxit, dum sufficienter universa complectitur, nec adjectione indiget plenitudo, maxime de clericis, quos amor damnationis invasit, & jugum disciplinæ Ecclesiasticæ fecit respuere: quos propterea schisma fecisse apud vos constitit: quibus misericordiam tamen, quam Deus mandat universis impendi, sicut oportuit, non negastis, si duritia cordis eorum non sibi acquirat pœnam, dum contemnit oblata remedia, quorum excessus enarrare difficile est, &c.* Hæc Symmachus prælocutus, decretum illud vere Apostolicum stabilivit, quo ab electione Romani Pontificis laicorum præsumptio quavis regia fulta potentia arceretur.

His autem adjecit Symmachus Papa decretum de bonis Ecclesiasticis non alienandis, cassa penitus reddita ea constitutione, quam sæcularis regia potentia de iisdem sancire præsumpserat, bona licet, non tamen bene decernente. Porro primum de his decretum Symmachi ita se habuit: XXIV.

De non aliena̅ndis bonis Ecclesiæ decretum Symmachi.

Sancimus, ut nulli Apostolicæ sedis Præsuli, donec disponente Domino Catholicæ fidei manserit doctrina salutaris, liceat prædium rusticum, quantæcumque fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis, sub perpetua alienatione, vel commutatione ad cujuslibet jura transferre. Nec quisquam excusetur necessitatis obtentu, &c. Non enim ad immobilia, sed ad mobilia eam prohibitionem extendit, quibusdam causis exceptis, quinque de his capitulis constitutis. Ista quidem hoc anno Symmachus, perinde ac si magno otio frueretur, decernit; cum licet etiam a calumniis absolutus, schismaticorum tamen exagitaretur insultibus, & pressuris premeretur sceleratorum hominum, ut quæ anno sequenti dicentur, facient manifestum.

Præsto fuit Symmacho cum aliis Episcopis primum inter eos locum tenens Laurentius Mediolanensis Antistes, magnamque sibi gloriam ex defensa veritate concilia- XXV.

Laurentii Mediolan. commendatur officium.

PAGIUS „ *machi* æmulis oppugnata, ab *Ennodio* defensa. Ita Sirmondus. At recte quidem Vir doctissimus notat, Synodum quartam & Palmarem eam fuisse, quæ Symmachum absolvit, quam Ennodius tuitus est, & Synodum quintam post Consulatum Avieni Junioris, anno scilicet sequenti indictam, jussisse, ut Libellus Ennodii inter quartam, & quintam Synodos Symmachiachianas collocaretur. Sed fallitur in eo quod Synodum illam quartam Palmarem anno superiori coactam fuisse autumet; eam enim ad annum sequentem pertinere, suo loco demonstrabimus.

IV. Hoc itaque anno celebrata Synodus III. Romana, quæ Tomo IV. Conciliorum his verbis inchoatur: *Flaviano* (lege Flavio) *Avieno Viro clarissimo Juniore Consule sub die VIII. Iduum Novembrium, in Basilica Beati Petri Apostoli*, &c. *Bene quidem Fraternitas vestra Ecclesiasticis legibus obsecuta*, &c. ejus celebrationis causa fuit abrogatio legis *Odoacris* Italiæ Regis, qua *Basilius* Præfectus Prætorio sanxerat, ne absque Italiæ Regis consensu, electio Romani Pontificis fieret. Aliqua etiam Decreta in ea condita, quibus prohibetur prædiorum Ecclesiasticorum alienatio, & bonorum Ecclesiæ conservationi consulitur. Nihil vero commune habet hæc Synodus cum Palmari, licet Baronius ejus partem tantum fuisse crediderit. Is error inde ei natus, quod Consulatum *Avieni* Senioris anno superiori gestum cum Consulatu *Avieni* Junioris, qui hoc anno Fastis nomen dedit, confuderit; sicque ex duobus annis unum effecerit, & ex duabus Synodis unicam; ac præterea arbitratus sit, gesta *sub die X. Kalendas Novembris*, ut errore Librariorum initio quartæ Synodi Palmaris legitur, Avieno scilicet Juniore Consulatum gerente, diebus tantum quatuordecim antecedere abrogationem legum a Basilio Præfecto Prætorii latarum; quia in Actis Concilii Romani, hoc anno habiti, recte dicitur *sub die VIII. Idum Novembrium Fl. Avieno Jun. Consule*, eas leges abrogatas esse, die scilicet sexta mensis Novembris, quod putaret Synodum quartam Palmarem die XXIII. mensis Octobris habitam fuisse. Cum tamen, si hæc nota temporaria, *sub die X. Kal. Novemb.* addititia non esset inter gesta sub Consulatu Avieni Senioris, & gesta sub Consulatu Avieni Jun. intervallum intercessisset anni unius integri, & dierum XIV. Verum hæc nota temporaria, X. *Kal. Novemb.* a sciolo quodam addita, & Synodus quarta Palmaris, in qua Symmachus absolutus, anno tantum sequenti congregata. Baronius num. XXII. & seq. arbitratur, hæc verba, quæ in Capitulo III. Synodi Romanæ contra leges Odoacris leguntur: *Bene quidem Fraternitas vestra*, &c. *nec adjectione indiget plenitudo, maxime de Clericis, quos amor dominationis invasit*, &c. *quos propterea schisma fecisse, apud vos constitit; quibus misericordiam tamen non negastis*, &c. existimat, inquam, Baronius hæc verba demonstrare hanc Synodum III. esse tantum partem, & Actionem Synodi Palmaris, ideoque eamdem, aut, ut ipse loquitur, priores ejus Actiones præcessisse abrogationem legum Odoacris Regis. Verum hæc verba referuntur ad Synodum

Synodus Romana III. hoc anno habita.

se-

ciliavit: de quo ista habet Ennodius (*a*): *Secunda post dubium temporis mota est in Ecclesia Romana captivitas, quæ te* (ipsum enim auctor alloquitur) *quasi jamdiu desidem, & laboris fugacem de longe e sinu quietis abstraheret, cum vix, spe pacis, laboris arma deposita resumuntur. Deberetur quidem* (*nisi me laudis tuæ censura pertraheret*) *in lugenda causa silentium, ut una ætate memoriæ pereat res nefanda. Senatus ille curiæ cælestis accitus est: ibi ex variis provinciis Episcoporum turba confluxit: Ubi cætus ille quot hominum genera, tot sententiarum varietates advexit: scilicet quibus inerat spiritualis sapor intelligentiæ, quasi ducem te principalis deliberationis charitate tenuerunt.*

(*a*) Ennod. serm. in die natal. sancti Laurentii.

XXVI. Laurentii Episc. Mediolan. labores pro Symmacho.

Tunc quos minantium impetus blandimentorum melle domuisti? qua superborum corda veneranda humilitatis erectione fregisti: qua labantium animos consilii radice fundasti? explicare non valeo rei gestæ notitiam: scire cupidum ex facti contemplatione compello. Unum te secuti sunt tot electi; in sententiam tuam reciderunt tantarum Principes civitatum. Coquitur lamentationum æstibus, qui a te cruda obstinatione descivit; nihil habet in solatium præter calamitatis lacrymas, qui divisus est. Dicat aliquis forsitan rerum gestarum malignus interpres; Quam fortita est de ejusmodi constantia præsens causa decisionem? Quærat qui fines de laudato sudore contigerunt. Hæc idcirco ingerit ex persona adversantis orator, quod post hæc (ut dicetur anno sequenti) immensæ secutæ sunt strages, sed respondet ipse: *Huic ego fidens replicabo, te Præsule factum: ne sacerdotis ministros acciperet furor alienus; ne cruentæ indignationi Pontificum sententia militaret; ne in usum male commoti traherent* * *evenire posse quod vellent. Postremum improborum loquacitas obmutescat hujus saltem æstimatione secreti* *: *quia odiorum incendia, quæ non ex impugnati merito, sed ex studiorum fomentis arserunt, nec sanctæ deliberationis potuerunt fonte restingui.*

* credererent.
* decreti.

XXVII. *Tibi ergo debetur venerabilium custodia canonum: tibi, quod sine Episcopali nota contigit, quicquid in præsentia sævit improbitas. Tibi patuit, quod alii accusantes clandestina fraude texuerunt. Apud te compertum fuit, non satisfaciendum odiis, quotiens fide deseritur qui lacessit. Sed hæc melius aliis servantur narranda temporibus.* Hactenus Ennodius de Laurentii Mediolanensis Episcopi egregia navata opera in hoc conflictu pro Symmacho. Extat inter alias ejusdem Symmachi Papæ epistola ad eumdem Laurentium data, cujus est exordium: *Prodit religiosæ votorum conscientiæ, &c.* Qua tota in ejusdem Laurentii laude versatur, hacque clausula ipsi finem imposuit epistolæ: *Hæc beatitudini tuæ quasi strictim pro linguæ meæ commendatione dicavi. Si precibus tuis vitæ successus arriserit, gestorum tuorum plena me relatione consecrabo; ut quæ universis nota sunt, mansuris in posterum litteris* (*quatenus gaudeat ætas secutura*) *serventur.* Ex his autem, qualis quantusque iste Laurentius fuerit, ad cujus res præclare gestas conscribendas Pontificius stylus oppignoratur, intelligere satis possumus.

XXVIII. De Petro Ravennate, & Eulalio Syracusano.

Sed, & qui post Laurentium sequitur ordine Petrus Ravennas Episcopus, his temporibus eximia sanctæ vitæ nituit claritudine. Qui insuper tertio loco descriptus legitur Eulalius Syracusanus Antistes, haud silentio prætereundus, utpote & ipse egregia sanctitate conspicuus: ejusmodi enim elogio commendatur in rebus gestis S. Fulgentii Ruspensis Episcopi: *Eulalius vir eximiæ sanctitatis, admirabilis hospitalitatis, perfectissimæ charitatis: in cujus corde thesaurus sapientiæ spiritualis absconditus multos talentorum Dominicorum negotiatione ditabat. Virtute enim discretionis* * *super omnia decoratus, monachorum professionem super omnia diligebat, habens etiam ipse monasterium proprium, cui semper adhærebat, quoties ab Ecclesiasticis vacabat.* Hæc & alia de eo laude digna author: quæ haud otiose voluimus ejusmodi Concilii Actis intexuisse; quo magis compertum fiat, non vulgares homines, sed eximiæ sanctitatis viros, veri amantissimos, & constantissimos defensores pro Symmacho stetisse adversus turbam schismaticorum. Omittimus de reliquis dicere, quos Deus veluti erectas fidei columnas his temporibus regnantium Arianorum Italiæ Ecclesiis voluit bene præesse, ut inter alios qui eisdem interfuit Synodis, nostræ Soranæ Ecclesiæ Sebastianum.

* dilectionis.

XXIX. Symmachi summa modestia simul cum summa constantia.

Vidisti in his decernendis quanta fuerit Symmachi Papæ constantia, dum primo turba falsorum testium obrutus animum non despondit, & imbre lapidum oppressus exiliit vegetior atque fortior: Considerasti etiam, quomodo post hæc summa animi libertate, inconcusso sacerdotali vigore, coram Ariano Rege, cui plurimum debere videri posset, cassat, irritat quæ a prædecessore itidem Ariano Principe per Basilium Patricium fuerant contra Ecclesiasticam immunitatem usurpata

PAGIUS secundam Romanam anno D. habitam, in qua Pax Ecclesiæ constituta, & *Laurentius* Schismaticus, Episcopus Nuceriæ renunciatus. Sed hujus Synodi secundæ Acta, uti jam dixi, non extant.

pata. Sed, & adiice ſimul, quanta in eodem Pontifice enituerit ſumma animi modeſtia una cum invicto inconcuſſoque robore ſacerdotali: Etenim dum ſua ipſius cauſa agitur, cum impetitus eſſet adverſariorum calumniis, ceſſit juri ſuo, ſubiicere ſe voluit ſponte Synodo, conſacerdotum maluit experiri judicium, & expectare ſententiam, quam non tenebatur excipere, ſed ſi voluiſſet, potuiſſet ſuo jure utens effugere: tamen ut ſua integritas omnibus innoteſceret, ad tempus ceſſit, ſe ſubditis ſibi ſubdens. Contra vero, cum non ſua privatim, ſed Eccleſiæ Romanæ cauſa agitur, erigit ſe ſupra Reges, & Principes, nulla prorſus habita temporis deploratiſſimi ratione; cum, & quæ eſſent contra libertatem Eccleſiaſticam uſurpata jura penitus abrogat.

XXX. Sed tanta hæc licet, adhuc tamen tenuja & exigua videri poſſunt, ſi conferantur cum iis quæ in eadem Synodo adverſus Anaſtaſium Imp. Symmachus Apoſtolica ſumma auctoritate decrevit. Conſtat enim (licet Synodalia de his Acta deſiderentur) in tanta corona Patrum, propoſita in medium cauſa Imperatoris hæretici, rogata ſententia ſingulorum, communi omnium conſenſu, a Symmacho excommunicatum impium Anaſtaſium Auguſtum, patet id quidem in primis ex ejuſdem Pontificis litteris, ad ipſum Imperatorem datis, quas reddemus ſuo loco anno ſequenti. Cum vero ille iſta reſciſſet, omne genus contumeliarum in ipſum Symmachum Papam convertit: cujus rei gratia opus fuit eidem Pontifici ſcribere apologeticum, quod pariter invectivam aculeatam ad illum redarguendum haberet, ſed de his inferius agendum. Ad poſtremum vero quod ad eamdem ſpectat Synodum, quid præterea ibidem Symmachus Papa egerit, accipe ex Theodoro Lectore, dum ait (a): *Symmachus Papa Laurentium iterum intruſum deponi, & iterum in exilium mitti curavit: quo facto, quievit ſeditio.* Hæc ipſe.

Anaſtaſius Imp. excommunicatur a Symmacho Papa.

(a) Thod. Collect. l. 2.

XXXI. His igitur quatuor recenſitis Actionibus abſolutam habes Synodum *Palmarem* nuncupatam, a loco eo nomine dictam, & effectu talem eſſe probatam: ex ea enim venerandiſſimi Antiſtites palmam conſecuti ſunt de ſchiſmaticis ſuperatis, & reſtituto in priſtinum Summo Pontifice Symmacho, ac juribus Eccleſiæ vindicatis. Quibus abſolutis, ſinguli in ſuas Eccleſias regreſſi ſunt triumphantes, exceptique a ſuis ob omnium paſtorem conſervatum illæſum, & redditum Catholicæ Eccleſiæ ſumma lætitia. Quo namque plauſu qui inter cæteros externos Epiſcopos tenuit principatum Laurentius Mediolanenſis Antiſtes exceptus fuerit, extat Ennodii dictio ſoluta oratione conſcripta, ſimulque additum carmen: eſt ejuſmodi orationis exordium: *Amica eſt homini ad genitale ſolum revertenti ſemper hilaritas, dum metus quoſcumque ei peregrinanti mens anxia peperit, quaſi præfinitos & Cœlo gratante diſpoſitos, ſe evaſiſſe confidit, &c.* Ita plane omni genere ſcriptionis laudari dignus fuit Antiſtes, cujus potiſſimum opera Catholicæ Eccleſiæ Præſul fuerat e perſecutorum calumniis, & violentia vindicatus.

XXXII. At curioſe perquiret aliquis, quænam fuerit illa calumnia, quam aucupati ſunt adverſarii Romani Pontificis ad conflandas in eumdem accuſationes? Mirum quidem, quod cum trium reperiantur Synodalium Acta Conciliorum, in nullis ipſorum vel levis de his mentio habeatur. Unde habes, lector, quod diſcas, ſepultas profundo volviſſe ſilentio, & oblivione delatas prudentes Epiſcopos omnes illas infamiæ notas, quas inurere conati ſunt adverſarii Summo Pontifici; omnique ſtudio procuraſſe, ne quavis occaſione labes aliqua Summi totius Eccleſiæ Sacerdotis publicis Actis poſteris tradita poſ-

Sacerdotum peccata tegenda.

PAGIUS

V. Ad num. XXX. & ſeq. Exiſtimavit Baronius, hoc anno *Symmachum* Papam excommunicaſſe Anaſtaſium Imperatorem; quod Symmachus in ſua adverſus eum Apologia, anno ſequenti a ſe num XVIII. & ſeqq. recitata, num. XXII. ejuſdem Apologiæ ſcribat: *Inter imbres lapidum totus evaſi.* Sed cum anno tantum ſequenti Symmachus lapidibus impetitus fuerit, poſt præſentem annum ea Apologia edita, & Anaſtaſius queſtus eſt, ſe a Symmacho excommunicatum eſſe, quod is ſcilicet Acacium, a quo Imperator recedere noluerat, excommunicatione perculiſſet.

Nihil hoc anno ſcriptum a Symmacho adverſus Imper.

VI. Putat etiam Baronius Symmachum *Laurentium* Schiſmaticum iterum in exilium mitti curaſſe: quod Theodorus Lector lib. 2. poſtquam locutus eſt de Epiſcopatu Nucerino collato Laurentio, ſubdat: *Laurentius tamen haud quaquam quievit; ſed Epiſcopatum urbis Romæ adhuc ambire non deſtitit. Quam ob cauſam eum deponi, & in exilium mitti curavit Symmachus. Atque hoc modo ſeditio conſopita eſt.* Verum anno tantum ſequenti tumultus ille a Laurentio excitatus, & tranquillitas Eccleſiæ reddita, poſtquam ſcilicet Synodus Palmaris eo anno celebrata fuit. Anaſtaſius enim, poſtquam retulit, Laurentium Nucerinæ Civitatis factum eſſe Epiſcopum, ſubdit: *Poſt annos vero quatuor zelo ducti aliqui ex Clero, & alii ex Senatu, maxime Feſtus & Probinus incriminarunt Symmachum, &c. & occulte revocaverunt Laurentium,* & cætera anno ſequenti referenda. Quare cum Laurentius in Concilio Romano II. anno D. indicto, Nuceriæ Epiſcopus dictus fuerit, annus quartus ab Epiſcopatu ei collato, alius non eſt, quam qui ſequitur, quo tot Romæ tumultus excitati, & Laurentius in exilium miſſus.

Laurentius anno ſequenti in exilium miſſus.

VII. A num. XXXII. ad XXXVI. Narrat Baronius ex Ennodio in Apologetico, *Symmachum* ab æmulis adulterii accuſatum fuiſſe; verum hæc nonniſi anno ſequenti acta, ut ex ibidem dicendis manifeſte liquebit.

Symmachus anno ſequenti accuſatus.

A num.

posset aliquando reperiri: idque ex majorum præscripto celare studentium crimina sacerdotum, ut Origenes referat, dum disserit de fide veteris historiæ Susannæ a senioribus accusatæ. Cæterum ex alio Episcopali sancito decreto, quo omnes præsbyteri, & diaconi jussi sunt habere contubernales, quos vocant concellaneos, seu cellulanos præsentes testes; potest quasi per transennam inspici, & intelligi, sanctissimum Papam Symmachum pulsatum ab adversariis enormi crimine adulterii. Sed reddamus hic ipsum Episcopale decretum, scriptum quidem ab Ennodio, promulgatum vero & præscriptum subjectis sibi Episcopis ab ipso Laurentio Mediolanensis Ecclesiæ Præsule, est autem ejus exordium:

XXXIII. Decretum de concellaneis adhibendis. *Nulli dubium est, hominem qui carnalis concupiscentiæ illecebras sacri amator instituti magister vivendi arte domuerit, & præceptorum falce cælestium erraticos palmites de conversationis suæ radice sustulerit, vitali traditurus incendio fructuosa plantaria ad supernum fovere valitura compendium, unde divina jussa capiunt pensiones:* Et post nonnulla: *Nos tamen, quos pastoralis cura constringit, quibus tuendarum commissa est animarum diligentia, ne summorum quispiam inimicorum arte dispereat* *; *maxime cum mali ipsius recens oculis offeratur exemplar, cum Apostolicæ sedis Præsulem, & omnium bene Ecclesiarum gubernacula tractantem per proximi tumultus incendium inimicorum rabies tali ore momordisset, & in ruinam suam aliquorum furor, sed justa indignatione surrexerit: Hanc ergo volentes morborum desecare perniciem, ne in locum iniquæ assertionis vestrorum aliquis negligentias aucupetur, & similitudinem veritatis ad impugnationem ullus occurrat: qui (ut aiunt) viva hominum testimonia non formidant, dum (quod nefas dictum est) convicti loco deputatur incautus, & fecisse scelus creditur qui potuisse facere perhibetur, non Dei oculos quam hominis judicant plus timeri: Errorem fovere creditur solitudo, & profundam nequitiam incomitatus admittere, quasi Cœlo facinora penetralibus inclusa non pateant; & vindicari malum non queat, quod homo non respicit; credentes quod rem studii possint deputare necessitati: sed dum homo homini custos est, ex illo maledicendi ordine pudicitiam valeat accommodare formidini.*

* despereț.

XXXIV. *Nos quidem vel ex minima parte carpendi occasiones incidimus. Nos supernæ memores disciplinæ, qualemcumque dexteram volentibus perire porrigimus, & arundinem: a ruinæ præcipitio diabolicis actos stimulis retardamus; ut discant loquaces, vel post decreta præsentia religiosum amare silentium. Nullum ergo sacerdotem antiquis, & modernis legibus obsequentem, nullumque Levitarum sine bene probata volumus in quocumque loco manere persona: vel quem subire exilitas non permiserit habere consortem, ipse concellaneus fiat alterius. Publicum sit apud religiosos omne quod geritur: clandestina repudietur obscuritas: multos habeant actuum conscios qui Deo debent innocentiam: videant æmuli, quia qui testes adhibet, vult probari; mala deprehensa inducetur* *, *conversatio, quæ non optat agnosci. Certe vel si mens sit recti conscia, vindicta dignus est qui alii existit causa periculi: dum enim suspicionibus patefacit accessum, fit paterni origo discriminis: & qui peccandi fomenta tribuit, ipsi jugulum mortis impingit, ut ait divinus, & B. Petrus: Noli detrahere, ne eradiceris. Confessor Ambrosius* (a): *Quanti* * (*inquit*) *non dederunt errori locum, & dederunt suspicioni? Suspicio ista est interitus suspicantis, atque non caret peccato, qui dederit.*

Opera sacerdotum cuique patentia esse debere.

* inducetur.

(a) Ambros. offic. l. 1. c. 20.

* Multi.

XXXV. Coabitatio honesta clericorum. *Unde mansuro cum Dei timore, & Redemptoris nostri ordinatione constituto sancimus, Apostolicæ sedis beati Petri, vel Præsulis ejus auctoritate subnixi, quæ vitia desiderat radicitus amputari, ut nullus religiosorum de memoratis ordinibus aliter quam præfati sumus audeat conversari: vel quicumque præsumpserint, cum amissione pudoris damna sustineant. Quoniam grande malum est dicatam Deo personam salutaribus monitis non parere. Nullus secum extraneas habeat mulieres, præter personas canonibus designatas; ne agendo taliter, etiam si vita fuerit innocens, damnum opinionis incurrat.* Hactenus ibi apud Ennodium. Sed, & in his illud considera nonnisi auctoritate Apostolicæ sedis nisos esse Episcopos, qui sibi subditis servanda aliqua decreta proponerent ut dictæ constitutionis legislator (ut vidimus) profitetur.

XXXVI. Hoc eodem anno, sub Consulatu videlicet Probi, Avieni collegæ, data reperitur Symmachi Papæ epistola ad Cæsarium Episcopum: ejus plane nominis Antistes his temporibus (ut superius dictum est) regebat Ecclesiam Arelatensem, de quo & inferius sæpe dicendum erit. Consuluerat more majorum Cæsarius Symmachum de nonnullis, quæ ex reddita ad ipsum

PAGIUS VIII. *Moritur S. Eonius Episc. Arel.* A num. XXXVI. ad XXXIX. Hoc anno Sanctus *Eonius* Episcopus Arelatensis, qui in eadem Ecclesia die XXX. mensis Augusti colitur, ad Deum migravit. Congesserat is in unum multa aureorum millia, quæ Sanctus *Cæsarius* ejus successor, in redimendis captivis, alendisque pauperibus insumpsit, ut testatur Cyprianus in Vita Cæsarii. Hunc Eonius *parum ante triennium in suburbana insula* civitatis Arelatensis constituerat Abbatem Monasterii

ipsum Symmachi epistola nota fiunt: & in primis illud, ne possessiones Ecclesiæ distraherentur, nisi forte clericis, vel monachis, aut peregrinis concedantur ad tempus, reversuræ eædem ad Ecclesiam. Ex quibus potes intelligere, si consideras, lector, beneficiorum Ecclesiasticorum o-

De beneficiorum origine. riginem. Etenim cum solerent clerici ab Ecclesia per Episcopum mensibus singulis victus causa meritam stipem accipere, ut ex sancto Cypriano secundo tomo Annalium demonstratum est; postea vero factum ut aliquibus ex his Ecclesiæ possessiones, quoad viverent, ab ipso Episcopo concederentur, quæ beneficia dici cœperunt, eo quod (ut habet Symmachus in ea epistola) benemeritis tantummodo eas concedi liceret. ☞ Incipit autem dicta epistola: *Hortatur nos æquitas postulationis, &c.* cusa extat inter Symmachi epistolas tomo primo epistolarum Rom. Pontificum. Sed extat, & alia eodem argumento ad eumdem Cæsarium data, numquam hactenus cusa, quam hic tibi ex Arelatensi codice exhibemus: sic enim se habet:

Dilectissimo fratri Cæsario Symmachus.

XXXVII. *Charitati tuæ per omnes Gallicanas regiones utendi pallii concessimus facultatem. Exemplum libelli: Sicut a persona B. Apostoli Petri Episcopatus sumpsit initium; ita necesse est, ut disciplinis competentibus sanctitas vestra singulis Ecclesiis, quid observare debeant, evidenter ostendat. In Galliæ siquidem provincia ab aliquibus personis Ecclesiastica prædia diversis titulis alienantur: Ita sit ut pro suo quis arbitrio devota mente relinquentium, & egentium necessitatibus deputatas imminuat facultates: hoc postulamus ut fieri prohibeat Apostolicæ sedis auctoritas, nisi forsitan aliquid pietatis intuitu monasteriis fuerit largiendum. Illud etiam pari supplicatione deposcimus, ut de laica conversatione qui in singulis Judicum officiis meruerunt, aut certe rexerunt sub aliqua potestate provincias, nisi multo ante tempore præmissa conversatione legitima & vita examinata, nullus aut clericus, aut Episcopus ordinetur. Viduas etiam jam diu religioso habitu assumpto, & sanctimoniales longo jam tempore in monasteriis consistentes poscimus, ut unicuique conjugii causa nec volentes sibi jungere, nec invitas rapiendi libera sit facultas.*

Illud etiam humili prece suggerimus, ut XXXVIII. *nulli perambitum ad Episcopatum concedatur accedere, nec data pecunia sibi potentes homines suffragatores adhibeant. Et ut hæc facilius possint custodiri, clerici & cives decretum facere, vel subscribere sine Metropolitani notitia vel consensu non præsumant penitus. Hæc omnia ultione distri-*

PAGIUS rii, cujus mentio in literis Gelasii Papæ ad Eonium Arelatensem datis, quas Baronius anno CCCCXCIV. num. XXVII. recitat, perperamque Cæsario attribuit, ut eo anno vidimus. Porro illud Monasterium jamdiu a Rhodano absorptum, sed non ante sæculum Ecclesiæ nonum. Ludovicus enim Pius Imp. diplomate dato XII. *Kal. Novemb. anno XXIV. Imperii sui, Indict. XV.* concessit Abbati Monasterii Sancti Aniani in Occitania siti *insulam suburbanam* cum Ecclesiis & appendiciis, *sicut quondam Leybulfus Comes cum Notone Archiepiscopo* (Arelatensi) *excambiavit*, ut legitur in eodem Diplomate, asservato in Archiviis Capituli Arelatensis, cujus mentio apud Mabillonium in Tom.I. quarti sæculi Benedictini pag.224.

IX. *Cæsarius* Monachus fuerat in Cœnobio Le-

Ei successit S. Cæsarius. rinensi sub Abbate *Porchario*, qui Fausto Abbati ad Episcopatum Regiensem assumpto successit, ut in Vita Sancti Cæsarii diserte traditur. Monasterium Virginum Arelatis fundavit Cæsarius, quod etiamnum extat, de quo Cyprianus in ejus Vita scribit: *Monasterium, quod sorori, seu reliquis Virginibus inchoabat fabricari, multa ex parte destruitur, tabulis & cœnaculis Barbarorum ferocitate direptis pariter & eversis.* Eversio tamen illa post *Alarici* Visigothorum Regis necem, cum Franci, Burgundiones, & Gothi inter se ad Arelatem digladiarentur, accidit. Porro ideo Baronius sæculo superiori eum Episcopatum Arelatensem adeptum esse censuit, quod illum in Gennadii Catalogo cap. 86. his verbis recensitum legisset: *Cæsarius Arelatensis urbis Episcopus, &c. Floruit hic eo tempore, quo Faustus* (Episcopus sc. Regiensis) *Anastasio Rempublicam gubernante.* At Gennadius Gelasii Papæ tempore Catalogum illum composuit, & quod Suffridus insertum Gennadio, de Cæsario dixit, Baronius id absque fundamento fingi asserit. Verum, ut inquit Cardinalis Norisius lib.2. Hist. Pelag. cap. 22. *Cæsarium* Gennadii libro infartum esse, vel inde colligere poterat Baronius, quod Gennadius Prosperum acriter reprehendit, qui ideo non pepercisset *Cæsario Faustum* etiam Semipelagianum Doctorem confutanti, qui tamen eo in Opere laudatur. Hinc in editione librorum Sancti Hieronymi, quibus *Gennadii* liber insertus est, nulla de Cæsario mentio fit, quia scilicet *Gennadius* de eo locutus non est.

Cæterum Epistola Symmachi Papæ ad *Cæsa-* X.

rium Arelatensem Episcopum, qua ejus consul- *Symmachus anno DXIII. scripsit ad S. Cæsarium.* tationibus respondet, & cujus partem recitat Baronius num. XXXVII. & seq. data est *VIII. Idus Novembris Probo U. C. Consule*, ut Tomo IV. Concil. pag. 1295. legitur, ideoque ad annum quingentesimum decimum tertium pertinet, quo Probus & Clementianus Consules fuere. *Probus* enim Avieni Junioris hoc anno collega, Consul Orientalis fuit, *Probus* vero Consul anno DXIII. in Occidente creatus est. Mos autem ferebat, ut quando unius tantum Consulis in Actis publicis mentio fieret, Occidentales Consulem Occidentalem, & vice versa Orientales Orientalem memorarent. Hinc quia *Probus*, qui hoc anno Consul processit, in Oriente designatus fuerat, Synodus Romana III. Symmachiana solo Avieni Junioris Consulatu no- XI.

tata reperitur.

Baronium in ea Symmachi Papæ ad Cæsa- *Anni tres Probi Consulatu notati non confundendi.* rium Arelatensem Epistola cum currenti anno alliganda, secutus est Labbeus Tom. laudato Conciliorum, qui error inde profluxit, quod tres diversi anni Probi Consulatu signati reperian-

strictionis vestræ fieri prohibere, quatenus, & in Ecclesia vestra, & in supradicta provincia disciplina bonis actibus amica servetur. Hucusque ex dicto codice. ☞

XXXIX. *Bulgari devastant Thracias & superantur a Theodorico.* De rebus vero Orientalibus Marcellinus in Chronico habet, sub anni hujus Consulibus gentem Bulgarorum deprædatam iterum esse Thracias, nullo Romanorum milite resistente. Porro Anastasius, qui non ferro, sed auro barbaros avertere consuevit, eosdem persoluta pecunia ab Oriente convertit in Occidentem: quos post annum sequentem Theodoricus Italiæ Rex vicit, recepitque Sirmium, quod conjunxit Italiæ, ut Cassiodorus (*a*) affirmat.

(a) Cassiod. in Chron.

XL. Sub hujus quoque anni Consulibus Amidam validum Romanorum præsidum in Mesopotamia a Cabade Persarum Rege monachorum proditione captum post sex mensium obsidionem, idem Marcellinus tradit. Quæ autem acciderint, dum ea civitas ab eodem Rege obsideretur, memoria digna, Procopius enarrat his verbis: (*b*) *Hic* (inquit) *operæ pretium de Jacobo enarrare. Is inter Syros vir admodum justus, qui, & in rebus divinis exercebantur in vico ab Amida unius diei iter distante, jampridem sese intruserat, ut affatim quæ sunt ad pietatem meditari posset. Hic ei addicti homines in brevi spatio cancellis interseratis, ut videri ab audientibus, ac passim consuli posset, ipsum incluserunt: ubi neque æstus neque frigus curans, tantum ex seminibus victitabat, non quotidie, sed intervallo dierum multorum sumptis. Hunc igitur Persæ quidam, excurrendo ad ea loca, sagittis petere tentantes, divino portento, manus, arcusque immobiles visi sunt consistere. Hac fama in castra Persarum perlata, Cabades* * *ire visum statuit. Quo animadverso, horrore simul cum Persis qui aderant captus, barbarorum noxam deprecari cœpit. Ille vero tantum verbo malum hoc pepulit: ex quo homines illi liberati, & in pristinum restituti fuere statum. Tunc Cabades pro meritis ei quod vellet, optionem dedit, putans eum magnas opes petiturum. Tantum ab eo postulavit, ut homines, qui in hoc bello ad eum visendum secederent, salvos esse vellet: quod Cabades facile concessit; insuper syngrapham pignoris loco, ac tutelæ dedit. Hoc itaque rumore pervagato, plurimi ad eum confugientes servabantur. Et hæc sic quidem se habuere.* Hactenus de his Procopius pergens res gestas in ea diuturna obsidione narrare, asserensque non proditione, sed

(b) Procop. de bello Pers. l. 1.

De Jacobo Syro Anachoreta.

* Cadabes.

PAGIUS

riantur, præsens scilicet, annique DXIII. & DXXV. & proclive sit, *Probum* unum pro altero sumere, sicque uno anno gesta in alium transferre. Ad quod inconveniens vitandum observabis, *Probum* hoc anno Consulem in Monumentis publicis ab Occidentalibus sine *Avieno Juniori* collega non memorari, quia Consul Orientalis fuit, & uti jam diximus, mos non erat, ut prætermisso Consule Occidentali Orientalis solus proponeretur, & vice versa, quemadmodum num. superiori jam exposuimus. Quia vero *Probus* anno DXIII. cum *Clementiano* viro Orientali Consulatum gessit, solus potuit in Occidente, in Actis publicis nominari, propter eamdem rationem; quod de Probo anno DXXV. Consule etiam dicendum; quia is *Philoxenum* virum Orientalem collegam habuit. His adde, hunc *Probum* ab alio ejusdem nominis anno DXIII. Consule plerumque ab Antiquis voce *Junioris* discerni, uti suo loco explicatum.

XII. *Epistola Symmachi PP. ad Cæsarium anno DXIII. data.* Quibus positis Epistola Symmachi Papæ ad Cæsarium Episcopum Arelatensem, de qua mox actum, & cujus initium: *Hortatur nos æquitas*, &c. cum hoc anno conjungi non potest, quia hæc ejus subscriptio: *Data VIII. Idus Novemb. Probo U. C. Consule;* alioquin Symmachus vel nominis solius Avieni Consulis Occidentalis meminisset, vel utrumque Consulem memorasset. Cumque *Probum Juniorem* non appellet, manifestum est eam Epistolam anno DXIII. ad Cæsarium datam. Ad eum pariter Christi annum revocandum *Exemplum libelli a Cæsario Episc. Symmacho Papa oblati*, cujus initium Tom. IV. Concil. *Sicut a persona B. Petri Apostoli Episcopatus sumit initium*, & apud Baronium num. XXXVII. & seq. *Charitati tuæ*, &c. quia *Symmachi* Papæ Epistola responsa sex complectitur ad petitiones sex Cæsarii in eo libello expressas. Labbeus loco citato Exemplum libelli Symmacho Papæ a Cæsario oblati cum anno CCCCXCIX. Symmachi vero Responsa cum anno DII. connectit, qui error in altera Conciliorum editione corrigendus erit.

XIII. *Pax Romano, inter & Persas dissoluta.* Ad num. XXXIX. & seq. Marcellinus in Chronico sub hujus anni Coss. scribit: *Consueta gens Bulgarorum deprædatam sæpe Thraciam, nullo Romanorum milite resistente, iterum devastavit. Amidam opulentissimam Civitatem Monachorum ejus astu proditam, Choadis Rex Persarum, quinto mense quam expugnare eam cœperat, irrupit, proditoresque ejus Monachos obtruncavit.* Persæ anno CDXXII. pacem cum Romanis ad annos centum pepigerant, ut eo anno ostendimus; ideoque belli renovationem Marcellinus accurate in præsentem annum confert; cum Evagrius lib. 1. cap. 19. de ea pace & Amidæ urbis expugnatione loquens, scribat: *Quæ ad duodecimum annum Imperatoris Anastasii permansit.* Annus autem XII. Anastasii mense Aprili hujus anni exorditur. Theophanes anno Incarnat. CDXCVI. qui Kalend. Septemb. anni Christi DIII. inchoatur, de hoc bello Persico agit, ideoque uno anno tardius, quam par erat. Irrepsit autem error in numeros Theophanis; ubi enim scribendum erat, *anno CDXCVI.* positum est, *anno CDXCVII.* isque error in annum Incarnationis sequentem propagatur ut legenti ejus Chronicon patebit; Refert Theophanes, *Cabadem* Persarum Regem pecunias exegisse ab Anastasio, eumque cautionem scribere jussisse, *si modo mutuum accipere vellet, alioquin se nullas daturum. Ex quo pacis quondam cum Theodosio Jun. firmatæ violatis fœderibus*, primum quidem *Cabades* in Armeniam irrupit & *Theodosiopolim*, Constantino Illyricarum copiarum ductore eam prodente, cœpit: tum vero penetrata Mesopotamia *Amidam* obsessit

sed ignavia monachorum Amidam oppidum fuisse captum. Cætera de bello Persico si cupis, consulas tu ipse Procopium: secutus est autem ipse Eustathium, qui fusius hæc prosecutus est, & ad hunc usque annum duodecimum Anastasii Imperatoris suam perduxit historiam, & (ut testatur Evagrius *a*) finem videndi fecit. Quin-

(*a*) *Evag. l.3. c.37.*

PAGIUS cessit. *Tandem Amidæ post trimestrem obsidionem a Barbaris bello fatigata, ab turrium una quam propugnandam susceperant Monachi, cujusdam proditione, noctu in hostium (scalis autem ad invasionem utebantur) potestatem venit.* Erat Amida ad fluvium Tigrim, Thedosiopolis vero non procul a fontibus Tigridis & Euphratis posita. *Capta Amida octogesimo obsidionis die, atque ingens oppidanorum strages edita*, inquit Procopius lib. 1. de Bell. Persico cap. 7. qui pluribus hanc obsidionem describit.

XIV. Hoc circiter tempore *Chlodoveus* Franciæ Rex bellum *Britannicum*, suscepit & Civitates *Rhedonum* & *Nannetum*, quæ extincta Romanorum Dominatione liberi juris erant, in suam ditionem redegit, ut patet ex subscriptionibus Episcoporum, qui primo Concilio Aurelianensi, anno DXI. habito, interfuerunt. Civitates Venetum *Coriosiopitum*, *Ossismorum*, & *Diablintum* constituebant Regnum Britannicum; cujus prima fundamenta Valentiniani III. temporibus jecerant Britanni, e majori Britannia profugi. *Clodoveus* Britannis Civitatem *Venetum* eripuit, cæteras eisdem concessit, modo Regio nomine abstinerent, seque *Comites* imposterum ac Regum Franciæ beneficiarios dicerent, ut docet Turonensis lib. 1. cap. 15. ubi ait: *Semper Britanni sub Francorum potestate post obitum Regis Clodovechi fuerunt, & Comites, non Reges appellati sunt.*

Bellum Britannicum a Clodoveo Rege susceptum.

JESU CHRISTI ANNUS 503. | SYMMACHI PAP. ANNUS 5. | ANASTASII IMP. 13. THEODORICI REG. 11.

I. Chronic. Cassiodori mutilum. Quingentesimus tertius Christi annus Dexecrato, & Volusiano Consulibus notatur a Marcellino: ex quo librarii redarguas errorem in Cassiodoro, apud quem omissus anni hujus reperitur horum Consulatus. Acta autem Synodalia anni hujus absque certo Consule, post Consulatum Avieni notata leguntur: sed male

Ann. Eccl. Tom. IX.

D 2 In-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5996.

SÆC. VI. Anno Eræ Hisp. DXLI. A.C. 503.

☉ 8. E. ☽ 10. P. 30. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 503.

SYMMACHI PAPÆ 6.

ANASTASII IMP. 13.

THEODORICI REGIS 11. & 15.

I. *Consules.* [1] COSS. *Dexicrates* Orient. *& Volusianus* Occident. Hic judex cum Symmacho Patricio & Decio fuit in causa Basilii & Prætextati, de magia accusatorum sub Argolico Præfecto Urbis, ut videre est apud Cassiodorum lib. 4. Epist. XXII. & apud Baronium anno sequenti num. VII.

II. *Synodus IV. Palmaris hoc anno coacta.* Anno superiori explicationem Synodi quartæ Romanæ Symmachianæ, vulgo *Palmaris* appellatæ, de qua ibidem Baronius a num. I. ad XXII. ad præsentem remisimus. Quare hic nobis de ea agendum, antequam veniamus ad illa, quæ Baronius hoc anno habet. Eamdem Synodum *Palmarem* ad præsentem annum pertinere, licet hactenus nunquam eodem, a Scriptoribus consignata fuerit, demonstrat primo Anastasius, qui in Vita Symmachi, postquam retulit Laurentium Schismaticum *intuitu misericordiæ* Episcopum Nucerinum constitutum esse narrat quæ hoc anno Romæ contigere, & ea refert, quæ ad Synodum Palmarem melius intelligendam plurimum conducunt: *Post annos IV.* (ab anno scilicet Christi D. quo Synodus Romana II. habita, & Laurentius dictus Episcopus) *zelo ducti aliqui ex Clero, & alii ex Senatu, maxime Festus, & Probinus incriminaverunt Symmachum, & subornaverunt testes falsos, quos miserunt Ravennam ad Regem Theodoricum, accusantes B. Symmachum, & occulte revocaverunt Laurentium, post libellum Romæ factum, & fecerunt Schisma, & divisus est iterum Clerus. Et alii communicabant Symmacho, alii Laurentio. Tunc Festus & Probinus Senatores miserunt relationem Regi & cœperunt agere, ut Visitatorem daret Rex Sedis Apostolicæ. Tunc Rex dedit Petrum Alticinæ* (legendum Altinæ) *Civitatis Episcopum, quod Canones prohibebant.* De hoc Schismate, & de Petro Altinensi loquitur hoc anno Hermannus Contractus ex editione Canisii, nulla tamen Synodi Romanæ mentione facta, quam ad sequentem male differt.

III. *Secundum Schisma adversus Symmachum hoc anno suscitatum.* Secundum itaque *Schisma* sub *Symmacho* hoc anno exortum, & Petrus Altini Episcopus Romam ad tumultus compescendos a Theodorico Rege Italiæ missus. Erat Altinum Civitas prope littus Venetiæ posita, ut videre est apud Cluverium in Italia antiqua lib. 1. pag. 161. quæ cum eversa fuisset, Episcopatus *Torcellum* haud procul inde dissitum sæculo VII. translatus est. Baronius anno CDXCIX. num. XXXIV. & seq. eo anno Petrum Visitatorem Romam missum esse scribit, & anno D. a num. II. ad IX. de eodem Visitatore pluribus agit ex Ennodio in Libello pro quarta Synodo & Symmacho Papa; ostenditque cum Schismaticis favisse. Verum quæ duobus illis in locis Baronius de illo habet, revocanda sunt ad præsentem annum, quo ex citatis Anastasii verbis & ex mox dicendis constat, Visitatorem istum Romam missum fuisse. Sed prosequamur narrationem Anastasii, qui proxime post citata verba subjungit:

IV. *Symmachus hoc anno innocens declaratus.* *Eodem tempore Beatus Symmachus congregavit Episcopos centum & quindecim, & facta Synodo* (nempe Palmari) *purgatur a crimine falso. Et damnatur Petrus Altinus invasor Sedis Apostolicæ, & Laurentius Nucerinus, quia vivo Episcopo Symmacho pervaserunt Sedem ejus. Tunc ab omnibus Episcopis & Presbyteris, & Diaconibus, & om-*

NOTÆ [1] C*OSS. Dexicrates & Volusianus.* Lapis Christianus inter Donianas Inscriptiones Cl. XX. num. 100. pag. 547.

...... QVIESCIT IN PACE INNO ......
...... ER NOMINE VALENTINIANVS
...... XSIT. ANNIS. II. DIES. XX......
..... TVS. EST. PRIDIE. NON. DEC.......
CONSVLATV. VOLVSIANI. V.C.
SS.

Hæc eadem sed integra inscriptio legitur apud Reinesium Cl. XX. num. 403. pag. 991. ex Aringho, it em apud Fleetwod in sylloge pag. 500. Fabrettus pag. 757. num. 632.

DEPOSITA IN PACE. III.
KAL. GIANVARIA
CONSVLATV BOLVSIANI.

Extat & inter Donianas Inscriptiones Cl. XX. num. 104. Marcellinus *Dexicrate & Volusiano.* Acta Synodi Romanæ: *Post consulatum Avieni.* Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Volusiano.* GEORGIUS

Indictione nona, cum undecima scribenda esset Indictio: unde coniicias librarii errorem ita exscribentis IX. loco XI. numeri notas. Sed, & nonnisi librariorum vitio potuit accidisse, ut ad finem Chronici Cassiodori aliquod desiderentur Consulatus: omnis enim suscipio oscitantiæ procul ab ipso abest, qui suorum temporum scriptor luculentissimus, & accuratissimus extitit. Porro ex numero anno-

PAGIUS *& omni Clero, vel plebe, redintegratur. Sedi Apostolicæ Beatus Symmachus, ut cum gloria apud Beatum Petrum sederet Præsul* (hæc omnia Baronius perperam refert anno D. num. II. & male etiam Anastasius Petrum Altinensem Sedis Apostolicæ invasorem appellat). *Eodem tempore Festus caput Senatus Exconsul, & Probinus Exconsul, cœperunt intra Urbem Romam pugnare cum aliis Senatoribus, & maxime cum Fausto Exconsule, & cædes & homicidia in Clero ex invidia fiebant. Qui vero communicabant Beato Symmacho juste, publice, qui inventi fuissent intra urbem gladio occidebantur. Etiam & Sanctimoniales mulieres & Virgines deponentes de Monasteriis, vel de habitaculis suis, denudantes sexum femineum, cædibus plagarum afflictas vulnerabant, & omni die pugnas contra Ecclesiam in medio Civitatis gerebant. Etiam multos Sacerdotes occiderunt, inter quos Dignissimum & Gordianum Presbyteros ad Vincula Sancti Petri Apostoli, & ad Sanctos Joannem & Paulum, quos fustibus & gladio interfecerunt, & multos alios Christianos; ita ut nulla esset securitas die vel nocte de Clero in Civitate ambulare. Solus autem Faustus Exconsul pro Ecclesia pugnabat.* Hæc Anastasius de rebus hoc anno Romæ gestis. [1]

V. *Synodus Palmaris ab hoc anno removeri non potest.* *Theodoricus* Rex, ut istis tumultibus finis imponeretur, jussit Romæ Synodum convocari cui Episcopi CXV. interfuere, licet in vulgatis editionibus LXXIV. duntaxat subscripti legantur. Sed ut observat Baluzius in nova Collect. Concil. pag. 1464. multum diversæ sunt subscriptiones ab editis in exemplaribus MSS. eæque diverso ordine positæ. Certe in Collectionem Conciliorum Labbeana nullum Concilium refertur, in quo literæ, aliaque id genus ad istud Concilium pertinentia, ita præpostere descripta sint. Nec apud Baronium anno DII. num. I. & seqq. documenta hujus concilii meliori ordine digeruntur, quia tam ipse, quam Conciliorum Collectores usi sunt exemplari MS. Nicolai Fabri, quod modo asservatur in Bibliotheca Colbertina, ubi illud percurri. Hoc autem Concilium IV. Romanum Palmare appellatum a loco, ubi celebratum est (de quo Anonymus Valesianus, de Symmacho loquens, ait: *deinde veniens ingressus Urbem, venit ad Senatum, & ad Palmam populo adlocutus* &c.) & quidem hoc anno ut jam ex Anastasio monstravi. Secundo, in Codice MS. San-Germanensi vetustissimo, de quo anno D. num. VII. egi, post tertiam Synodum Romanam sequitur alia cujus titulus: *Quarta Synodus habita Romæ palmaris*. Tum Synodus his verbis inchoatur: *Sancta Synodus apud Urbem Romam ex præcepto gloriosissimi Regis Theodorici*, & cætera, quæ in vulgatis editionibus leguntur, & ad Synodum quartam Palmarem pertinent. Verum in iis, quemadmodum & in Codicibus MSS. a me loco citato memoratis, Synodus Palmaris his verbis exorditur: *Rufo Magno. Fausto Avieno, V. V. C.C. Consulibus sub die X. Kalendas Novemb. sancta*, &c.

Sed utramque notam temporariam ad截 additiam esse, non solum Codex San-Germanensis, a quo abest, demonstrat, sed etiam ex aliis MSS. in quibus ea extat, evidenter eruitur. In iis enim, ut loco laudato videre est, post Synodum VIII. Kalend. Novemb. *Avieno Juniore* Cos. anno scilicet superiori congregatam, describitur Synodus Palmaris, & his verbis inchoatur: *Rufo Magno Fausto Avieno Cons. sub die X. Kalend. Novembris*; cum tamen Rufus Magnus Avienus anno DI. Consulatum gesserit, ideoque & *Synodus Palmaris*, seu quarta Romana, Rufo Magno Consulatum gerente, habita non fuerit; indeque in iis exemplaribus collocetur post Synodum III. Romanam, *Avieno Jun.* Cos. anno scilicet Christi DII. congregatam. Quare ex iisdem MSS. error, qui in eis cubat, detegitur, & certus hujus Synodi annus, ex recto Synodorum ordine ibidem servato, aperitur. Hoc assumentum Conciliorum Collectores in transversum egit; cum enim *Avienus Senior* anno DI. *Avienus* vero *Junior* anno DII. Consules processerint, *Synodum quartam* falsa Consulari nota insignitam ante Synodum III. Avieno Juniore Consule habitam collocarunt, & hanc ultimam quartam ac Palmarem appellarunt, eique Libellum *Ennodii* subjecerunt. Ex quo factum, ut omnes Synodi Symmachianæ, præter priorem, & postremam, quæ sexta fuit, densas animis tenebras offuderint. VI. *Quod probatur ex Codicibus MSS.*

Ad hoc malum aliud accessit quod nempe tam Acta Synodi IV. & Epistolæ Theodorici Italiæ Regis ad Episcopos istius Synodi, quam Relatio Episcoporum ad Regem, Præceptio, & Commonitorium ejusdem Regis, ex Codice MS. adeo depravato descriptæ fuerint, ut identidem sensus in iisdem pervertatur. Synodus ante diem nonum mensis Augusti, coacta fuerat; sed ob confusionem, quæ nata est, aliqui ex Urbe discessere, aliique cæptum judicium reliquere. Quod cum accepisset *Theodoricus* Rex, per *Germanum* & *Carosum* Episcopos Præceptionem misit, quæ apud Baronium anno superiori num. II. legitur. Ea Theodoricus jubet ut secundo conventu Synodo finem imponant, & absentes Episcopos opperiantur quo dissensione summota causa terminum sortiatur, pax Ecclesiæ & Urbi reddatur. Diem conventus præscribit, *Kalendas* nempe *Septembris*. Datum Præceptum illud sub die V. Idus Augusti, sed hæc verba, quæ subduntur, *Rufo Magno Fausto Avieno viris clarissimis Consulibus*, ab aliquo imperito addita. De hoc discessu & dissensu Episcoporum loquitur Ennodius in suo Libello Apologetico pag. 1341. *Non omnes, inquiunt*, (nempe Schismatici) *Sacerdotes, Regis ad Concilium adscivit auctoritas, nec omnes in judicatione consenserunt.* VII. *Tumultus in Synodo a Schismaticis excitati.*

Se-

NOTÆ [1] IN nota ad annum superiorem demonstravimus Synodum absolutoriam Symmachi ad annum 501. pertinere. MANSI

norum Imperii Anastasii integrum, & concinnum esse Marcellini Chronicon, Cassiodori vero mutilatum, apparet. Sed jam sub anni hujus Consulibus res gestas enarrare aggrediamur.

II. Schismatici Romæ non quiescunt.

Quod in primis ad perturbatum Romanæ Ecclesiæ statum pertinet, iterum hoc anno conveniendi necessitas incubuit Episcopis, qui anno superiori Synodum celebrantes Symmachum Papam vendicarant a calumniis accusantium schismatichorum. Conventum autem hujusmodi celebrandi ea præcessit occasio, quod schismatici superiori Concilio condemnati, haud tamen (ut par erat) pœnitentes, licet invitati, unitatem Catholicam quæsivere: sed quo minus iisdem vi agere licuit, a Theodorico Rege coerciti, eo magis linguis obstrepere, ardentiusque pugnare aggressi sunt; compluraque obiicientes adversus anni superioris Synodum, scripserunt libellum hoc titulo prænotatum, *Adversus Synodi absolutionem*, quo eam quam acerbissime carpserunt. Quamobrem ad tuenda confirmandaque sua ipsorum decreta Pontifices iterum coeuntes, provinciam hanc maximi ponderis Ennodio diacono tradiderunt, ut adversus objectiones schismaticorum apologeticum libellum scriberet: quod ipse munus diligenter exolvit, defensorium librum elucubrans, quem absolutum sanctæ Synodo cognoscendum obtulit, qui ab iisdem simul considentibus Patribus jussus est legi. Declarant id quidem Acta Synodalia verbis istis (a): *Post Consulatum Avieni, cum in unum, annuente Domino, ante Confessionem B. Petri Apostolorum Principis resedissemus, sancta Synodus dixit: Libellus qui Synodali auctoritate contra eos qui adversus quartam nostram Synodum, quæ habita est Romæ Palmari* *, *mutire præsumpserunt, ab Ennodio conscriptus est, coram omnibus deferatur, & in præsentia omnium legatur atque roboretur*. Extat ipse, licet mendosus nonnihil.

Cogitur quinta Romæ Synodus.

(a) Tom. 1. Concil. edit. vet.

* Palmaris.

III. Sed quænam essent adversariorum objectiones, ex ipsarum confutatione ab Ennodio diserte elaborata possumus intelligere. Fuit namque primo loco ab adver-

PAGIUS VIII. *Theodoricus Rex Episcopos hortatur ad pacem.*

Sequitur ibidem *Præceptio Regis IV. missa ad Synodum*, quare secunda & tertia desiderantur. Dicitur ea data *sub die VI. Kalendas Septembris Ravennæ*. Hortatur eos Theodoricus Rex, ut in hoc secundo Conventu pacem modis omnibus Clero, Senatui, & Romano populo reddant, & ad hunc effectum *Gudilam* & *Bedulphum* Majores domus Regiæ ad Concilium mittit. Post hanc Præceptionem recitatur Relatio Episcoporum ad Regem, qua ii gratias ei reddunt, quod Gudilam & Bedulphum miserit, adduntque: *Ad Papam, qui impetebatur, quater Sacerdotes nostros ex sacrosancta Synodo direximus, ut ad judicium conveniret*. Ennodius pag. 1348. hanc in rem habet: *Arguitur stylo splendidissimo Papa Symmachus, quare conventionem præveniens, cum populorum cœtibus examen intravit; & postea judicia, cum evocatus quater fuisset, sprevit*. Ingressus est Synodum Symmachus primo Conventu, qui in Basilica Julii actus est: ad alterum item *Sessorianum* proficiscebatur, cum ab adversariis in via circumventus, ac cæsis suis, pene oppressus est, quod jam retulerat Ennodius. Post eam cædem commonitus, an rursum ad Synodi judicium exire vellet, compelli se jure posse negavit. Recitat dein Baronius Præceptionem Regis aliam *universis Episcopis ad Synodum convocatis* directam, quæ data dicitur *sub die Kalendarum Octobris*. In eo ait Theodoricus, decuisse eos jam finiisse negotium, seque mirari denuo ab eis consultum fuisse, ideoque se illis eadem quæ antea intimare, ut proferant sententiam, de qua sint *rationem Divino Judicio reddituri*. Quare Kalendis Octobris Synodus Palmaris nondum ad finem perducta fuerat.

IX. *Actio prima Synodi Palmaris.*

Postea Baronius num. V. refert Acta ipsius Synodi Palmaris, in quibus legitur Symmachum Papam ingressum esse Basilicam Julii, *in qua Pontificum erat Congregatio*, & de evocatione Synodi Regi gratias retulisse, ac dixisse sperare se, *ut Visitator, qui contra religionem contra statuta Veterum, vel contra regulas Majorum, a parte Cleri, vel ab aliquibus fuerat postulatus, ex ordinatione Antistitum, prima fronte cederet; & omnia quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus legaliter ab honorabili Concilio redintegrarentur, seu redderentur: & tanti loci Præsul prius statui pristino redderetur; & tunc, non ante, veniret ad causam: & si ita recte videretur, accusantium propositionibus responderet*. Addunt Acta, Concilium hæc retulisse ad Regem, qui, agentibus Symmachi inimicis, jussit eum ante patrimonii vel Ecclesiarum receptionem, cum impugnatoribus suis in disceptatione confligere.

X. *Actio II. ejusdem Synodi.*

Actus deinde secundus Conventus; sed *dum esset Synodus in Jerusalem Basilica Sessoriani Palatii constituta aliquibus Sacerdotibus visum est, ut libellus, quem accusatores paraverant, susciperetur a Synodo*. At dum veniret Pontifex, *ut causam diceret, ab irruentibus turbis æmulorum suorum ita tractatus est, ut multis Presbyteris, qui cum ipso erant* mortis fuerit occasio. Rebus varia confusione turbatis, rursus Synodus scripsit ad Regem, significavitque *Symmachum*, qui pene fuisset oppressus, a statutis Canonibus non posse compelli. Respondit Rex, *in Synodali esse arbitrio, in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reverentiam de Ecclesiasticis negotiis pertinere*, seque tantum velle, ut *provisione Concilii pax in Civitate Romana Christianis omnibus redderetur*. Quibus acceptis Symmachus Papa innocens declaratus est, Clericique, qui ab eo desciverant, officio suo restituti, dummodo eidem satisfacerent, ut fusius in Actis continetur. Venio nunc ad ea, quæ Baronius hoc anno habet.

XI. *Synodus V. Romana anno sequenti habita.*

A num. II. ad X. Postquam Synodus *Palmaris* hoc anno celebrata fuit, & Symmachus a criminibus, quibus ab adversariis impetebatur absolutus, reperti ex iis aliqui, qui contra Synodum IV. Romanam scripserint Opus, cui titulus erat: *Adversus Synodum absolutionis incongruæ*. His ex Synodi mandato respondit Ennodius, ut legitur initio Synodi Romanæ V. ubi dicitur: *Libellus qui Synodali auctoritate contra eos, qui adversus quartam nostram Synodum, quæ habita est Romæ* (præsenti scilicet anno) *palam mutire præsumpserunt, ab Ennodio conscriptus*

De libello ab adversariis contra quartam Synodum scripto. versariis contra Synodum oblatratum: Non omnes sacerdotes ad Synodum regia auctoritate vocatos: insuper, nec ex iis qui interfuerunt; omnes pariter consensisse: Addebant praeterea, impugnatores Summi Pontificis non auditos, & accusationes non esse confutatas: Insuper, quod refragati essent Episcopi regiae jussioni, cum in Synodo Regi dixerunt, non esse Regis Synodum convocare, sed ipsius solum Pontificis: Adhuc etiam exprobrantes addebant, quod per defensionem Apostolicae sedis jurium, nihil aliud ab eis praetensum esse videretur, quam asserere Petrum, & successores ejus a Domino accepisse cum sedis privilegiis etiam peccandi licentiam. Exprobrarunt itidem Episcopis, quod ad Synodum venissent, quam cogere ex sua ipsorum sententia minime fuisset regiae facultatis. Illud insuper his connectentes, dixere: *Si vera Episcoporum assertio est, sedis Apostolicae Praesulem minorum numquam subjacere debere sententiae; cur ad judicium districta conventione perductus est?* His addebant, quod testes de domo Symmachi petiti, praesentari minime jussi essent: nec refugere debuisse Romanum Pontificem servorum testimonia, cum ipse Dominus noster Jesus Christus non detrectarit servorum subiicere se judicio: sic, & Petrum, Paulumque, olim vero Samuelem, & postremo Athanasium Alexandrinum minime refugisse, sed appellasse in sua causa judicium. Illud praeterea ingesserunt obiicientes, quod cum ex Actis constaret auctoritate Papae potissimum illam fuisse Synodum congregatam, nullum dicebant praecessisse exemplum, ut Papa Synodum convocarit, quae de criminum ejus objectione cognosceret: & falsum esse quod dixissent a Principe Synodum postulatam. Sed & his adiiciebant dicentes: *Quare conventionem praeveniens cum populorum caetibus examen intravit: & postea judicia, cum evocatus quater fuisset, sprevit?*

Objectiones schismaticorum.

IV. At haec omnia quam validissime potenti oratione, firmissimisque rationibus Ennodius confutat; cunctaque mendaciter atque calumniose ab adversariis objecta esse, palam facit atque redarguit: sicut, & omnino falsum ostendit, quod illi magis invidiose quam calumniose objectabant, Romanae plebis utrumque sexum factiose comitatum esse Pontificem ad judicium procedentem; quos tamen non spirantes furorem, sed fundentes lacrymas, comitatos esse Pontificem docet: sicut & quod dixissent, nullam judicii servata forma, absolutum Papam e Synodo recessisse, ob idque nullam fuisse absolventis Synodi firmitatem: sive frivolam illam de Laurentio Mediolanensi Episcopo, & Petro Ravennate quam adjecerunt objectionem, quod ad Synodum venientes, abstinuissent a Symmachi consuetudine; cum tamen communicationem Catholicam solemnibus testatam ritibus numquam deseruissent: vel cum subjecerunt querelam, quod Visitatorem perperam pepulissent: sive alia quae schismatici linguis vipereis exibilantes, caninoque dente rodentes Symmachi Papae famam, jurgia instaurantes, rixasque pene consopitas iterum excitantes objecerunt.

V. His, inquam, omnibus (ut dictum est) occurrens Ennodius, publica docuit oratione, eosdem aerem verberare, & furore percitos insane confligare cum larvis. Ad finem vero orationis, quam per eos Apostolicae sedis sublimitas deprimeretur, ista addit: *Haec (inquit) refero, mundi caput Romam per vestras contentiones* * *esse prostratam, & nutricem Pontificii cathedram quasi ultimum videri sedile despectum:* Et post multa, quales essent ejusmodi accusatores, audi: *Accusatis malitiam, repleti iniquitate, fornicatione, immunditia, avaritia, nequitia, invidia, injustitiis, contentione, dolo, malignitate, superbi, elati, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositi, sine affectione, sine misericordia, docentes fornicantibus* * *neminem esse miscendum, adulterii Laurentii, aut sequaces, aut praevii; per quos ille aut exercuit, aut habebat toxica, aut effundens monstravit quae accepit.* Haec quidem & alia plura idem Ennodius, qui ad eorumdem clericorum instabilitatem ac levitatem respexisse visus est, cum istiusmodi inter moerorem cecinit epigramma (a):

*intentiones.

Schismatici quales essent.

*fornicationibus.

Qui ponti faciem, numerum qui novit arenae:
Femina quem jurans fallere nulla potest:
Astrorum plebem, qui calles spectat amantum:
Cynthia cui certis cornibus innotuit:
Non

(a) *Ennod. carmin. de varietate cler.*

PAGIUS *ptus est, coram omnibus deferatur, & in praesentia omnium legatur, &c. Hic libellus integerrime Synodaliter ab omnibus tueatur, atque inter quarta & quinta Synodorum nostrarum Actiones interponatur, & ita sicut harum Synodorum Decreta habeatur; quia Synodali auctoritate conscriptus est, & roboratus.* Ex quibus intelligimus Synodum quartam Palmarem *Ennodio* mandasse ut libellum Apolgeticum pro quarta Synodo, & *Symmacho* Papa elucubraret; nisi quis credere malit, Synodum V. ubi congregata est, hoc mandatum *Ennodio* dedisse, ut libello confecto eamdem Synodum robur confirmationis suae addidisse. Certe titulus libelli Schismaticorum citatus, hunc post Synodum quartam absolutam, conscriptum fuisse demonstrat. Quare recte Baronius num. II. censuit, libellum illum *Ennodii*, intra tempus unius ejusdemque Synodi, & exaratum & approbatum esse. Quod si ita sit, haec verba quae leguntur ipso

Non valet hic vultus retinere, nomina, mores,
Quos mutat clerus tempus in exiguum:

hæc plane Ennodius in schismaticos.

VI. Romani Pontifices Sanctissimi prædicati. Contra vero cum Symmachum Papam sanctum prædicat, & innocentem, eo fiduciæ impulit ipsum sanctissima vita prædecessorum Romanorum pontificum, ut Petri vitæ merita transfusa esse in successores dicere non dubitarit, ubi ait: *Nos non B. Petrum (sicut dicitis) a Domino cum sedis privilegiis, vel successores ejus peccandi judicamus licentiam accepisse. Ille perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ misit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conversationis splendor illuminat. Quis enim sanctos esse dubitet, quos apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiant quæ a loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat: prænoscit enim quid Ecclesiarum fundamento sit habile, super quod ipsa moles innititur.* Hæc Ennodius exemplis (ut diximus) doctus sanctissimorum, qui hactenus eidem sedi præfuerunt, Romanorum Pontificum. Elaboratus igitur ex sanctæ Synodi jussu ejusmodi Ennodii diaconi apologeticus, oblatusque Patribus in Synodo consistentibus, ab eisdem in Consessu jussus est legi. Quid vero post hæc habeant ipsa Synodalia Acta, ad rerum gestarum cognitionem spectantia, accipe ex eorum verbis: *Eo recitato libello, & ab omnibus consona voce comprobato, sancta Synodus dixit: Hæc futuris temporibus reserventur, atque ab omnibus teneantur, & ab omnibus serventur. Hic libellus integerrime synodaliter ab omnibus teneatur, atque inter quartæ & quintæ Synodorum nostrarum Actiones interponatur, & ita sicut harum Synodorum decreta habeatur; quia Synodali auctoritate conscriptus est, & roboratus.* Hæc fuit Patrum omnium de conservando libello sententia, subdunt mox Synodalia Acta:

De libello Apologetico inter acta recepto.

VII. *Ad quæ beatissimus Papa respondit: Juxta vestrum omnium fiat voluntatem, & ut judicatis, Apostolica habeatur auctoritate, & inter Apostolica (quod dicitis) interponatur decreta, & sicut cætera Apostolica ab omnibus teneatur decreta. Ad quæ omnes ter una voce responderunt, dicentes: Ut fiat, rogamus.* Ita quidem libellus ille non inter Acta tantum Synodalia, sed inter Pontificia meruit adnumerari decreta: qui utinam non corrosus mendis extaret, sed, ut erat cum est recitatus, purus, & integer remansisset.

Rursum vero rogantibus Patribus, ut omnes accusatores Symmachi damnarentur, simulque qui contra Synodum Palmarem obloqui præsumpsissent, hisque faustas acclamationes jungentibus, ipse Symmachus Papa non consensit; sed cum delinquentibus, Christiana mansuetudine adhibita, mitius agendum esse suasit; immo, & penitus ignoscendum, Domini exemplo docuit. Post hæc autem vetera Ecclesiastica jura restituenda proposuit, quibus caveretur, ne populus in Episcopum adversus pastorem oves, ipsum accusando insurgerent, fidei tantummodo causa excepta. Addidit autem ad decretum, ante restituendos esse in pristinum expoliatos Episcopos, quam dicere causam coram aliis Episcopis cogerentur. His, & aliis antiquis canonibus ad hæc spectantibus restitutis, & stabilitis, secutæ sunt Patrum subscriptiones, quibus, & libellum Ennodii roborarunt omnes numero (ut habet inscriptio) ducenti decem, & octo Episcopi. VIII.

Canones veteres restituti pro Episcoporum defensione.

Quod vero huic quintæ Romanæ sub Symmacho Synodo centum, & quinquaginta ferme Episcopi numerentur Orientalis Ecclesiæ; alicujus alterius Synodi longe antea celebratæ, illam esse subscriptionem, non Romanæ, affirmari posse videtur: siquidem quamplurimi ibi recensentur Episcopi, qui interfuisse reperiuntur Concilio œcumenico Chalcedonensi ante annos quinquagintaduos celebrato, quorum nulla penitus post decem annos a tempore dicti Concilii mentio reperitur. IX.

Extat ad eumdem Symmachum ante sedatum schisma data ab Ennodio epistola, cujus est exordium: *Boni operatoris est, probatam in acie militis animare virtutem.* Ubi & hæc inferius: *Utinam Divinitas vestris precibus diabolicum certamen interimat: Utinam devotionem meam in pace manifestet: ut cujus studium resignavit adversitas, illius concordiæ commendet obsequium, &c.* Accidit quidem ex optato, ut Ecclesiæ Romanæ diu exul concordia tandem postliminio redderetur, reciperetur que idem Pontifex ab omnibus amanter, & cupide. Etenim quantum colligere fas est ex ejusdem scriptis Ennodii, iidem adversarii, suasione Theodorici Regis ad eosdem scribentis epistolam, ad concordiam communicationemque Catholicam rediere, subiicientes se ei- X.

Concordia & unitas restitutæ.

PAGIUS ipso initio Synodi Romanæ V. *post Consulatum Avieni*, anno scilicet DIII. non possunt non censeri addititia; cum Synodus IV. mense Octobri currentis anni adhuc haberetur, & non modicum tempus insumendum fuerit tam a Schismaticis, ut libellum suum componerent, quam ab Ennodio, ut ad illum responderet, & a tot Episcopis ad eam Synodum convocatis, ut Romam definito tempore venire possent. Quare hæc Synodus V. Romana ante annum sequentem

eidem Symmacho Romano Pontifici.

XI. Dictio Ennodii post sublatum schisma.

Habetur autem hac de re ipsius Ennodii brevis dictio ejusmodi concepta verbis, nonnihil nimia antiquitate mendosa: *Quia in societatem capitis sui aliquando Romana membra cojerunt: justum erat, ut beatus Petrus Apostolus sedi suæ Ecclesias, & Senatui liberior per Dominum partes debitas reformaret, dignus Regnator, dignus in quo cum ætate votorum summa contigerit. Nam etsi itura ad posteros felicitas perseveret: lætandum illis est laudatione præcipua, a quibus sumpsit exordium. Deo efficaciter supplicastis, ut illius vos virtus erueret, cujus potest servare clementia. Didicistis ejus eventus prosperos, quem videtis dum mandat* * *securam post bella victoriam. Parum superest, ut mansuetudinem mentis illius ita profundam retineatis, quasi sit ignara procinctum. Deo tribuente, nec pax ejus turbari dubiis potest, nec fortitudo qualibet objectione confringi. Nihil aliud apud illum tutius supplicante, solus evasit præliares acies qui rogavit; vicit armorum impetus qui obtulit devotus obsequium.*

* amat.

XII. Theodorici Regis studium commendatur.

Quod vix veteres Principes suo sudore potiti sunt, hoc semper Regis nostri brevis procuravit epistola: per excursus dirigitur felix exercitus ad triumphum, qui credat militem ejus in labore & in perfectione habere quidem superantis gloriam, sed continentiam subjugati. Consummatis congressionibus, de iræ hæreditatibus nihil remanet. Uno tempore, quos perniciosos adversarii viderint, blandos sentiunt tributa pendentes. Et hæc quidem cælesti præparantur pro hac repensione suffragio, quia fides nostra apud eum, nil aliud ipse sectetur: in portu est mirabilis patientia, quæ tenax propositi sui claritatem non obumbrat alieni. Nam & Ecclesiarum nostrarum patrimonia, nisi aucta fuerunt, ingemiscit. Sic factum est, ut, statum suum locupletes pauperum substantiæ teneant, & mediocres ad supremam opulentiam convalescant: in sacerdotibus virtutes, & innatas colit, & non repertas inspirat.

XIII. * præjudico.

Sed cum beatitudinem vestram prævideo * *diffusi sermonis ancipitem, continuo experientia vestra, & spiritalis illa perspectio jejunium me fuisse in filii vestri laudibus accusabit: & cum soleant implicari facta colloquiis, sterilem me relatorem de virtutum tuarum messe causabitur: jam sæculares apices curules, & trabeas, patricias etiam dignitates qualiter aut naturæ reddat, aut moribus domestici perlatoris adstipulatione vulgarit (nam, & veteres in antiqua generis luce durare facit, & novos splendore inopinati fulgoris irradiat) facilius Respublica ejus bono dispensationis in privatam migrat opulentiam, quam famulantium census in Palatina lucra commutetur. Nunc quod superest, meæ servitiis salutationis acceptis, perspicite, ut Christus Redemptor noster quæ in præfato clementissimo Rege tibi contulit, longa ætate conservet: det etiam regni de ejus germine successorem, ne bona tanti hominis in una ætate veterescant, & antiquata temporibus pro sola aurei sæculi commemoratione nominentur.* Hactenus Ennodii dictio, & styli duritie, & textus mendosi scabrositate vix perspicaci pervia intellectui.

Pro Rege preces fudit Ennodius.

XIV. Ennodius minime adulatus.

Ita quidem Ennodius pro Rege, impio quidem si Arianum fuisse consideres; cæterum si officia spectes, de Romana Ecclesia ipsiusque Pontifice Symmacho optime merito. Retinebat mente ista perorans, jussum hoc esse Dei Prophetæ Baruch, cum in Babylone captivus populus teneretur (a): *Orate pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, & pro vita Balthasar filii ejus, ut sint dies eorum sicut dies cæli super terram, & ut det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, ut vivamus sub umbra Nabuchodonosor Regis Babylonis, & sub umbra Balthasar filii ejus, & serviamus eis multis diebus, & inveniamus gratiam in conspectu eorum.* Ejusmodi ergo tibi subiecimus ex divina Scriptura petitum exemplum, ne existimes tantum Ecclesiæ diaconum voluisse Regi turpiter adulari.

(a) Baruch. 1.

XV.

Extant ejusdem auctoris complures ad eumdem Romanum Pontificem epistolæ privatis in causis diversis argumentis conscriptæ, in quibus ille frequens reperitur dicendi usus in rogando, & obtestando, vel alia ex causa dicendo: *Per coronam vestram*, vel, *A corona vestra*. Sed haud recens est ista nomenclatura, vel peculiaris de Romano Pontifice: nam, & usurpata invenitur ubi cum aliis etiam Episcopis actum est; quod docet S. Augustini epistola centesima septuagesimaquarta.

XVI. Ægrotante Symmacho luget Ecclesia.

Post hæc autem ipsum Pontificem Symmachum ægrotasse, sed convaluisse, idem Ennodius scribens ad Faustum declarat his verbis: *Sancti Episcopi Patris nostri prope in dubium salus deducta me terruit: in cujus ægritudine quamvis cuncta illacrymaret Ecclesia, me tamen specialis mœror afflixit, qui ejus plus debeo amori.*

Vidi

PAGIUS

tem cogi non potuit. Initio hujus Synodi forte scriptum fuerat *post Consulatum Avieni* II. quæ formula anno sequenti usurpari potuit, & Librarii utramque notam numeralem omisere. Cæterum in Codice MS. Victorino libellus *Ennodii*, inter quartam & quintam Synodos Romanas, integer descriptus; in editione vero Labbeana inter Synodum III. in qua *Odoacris* Regis leges abrogatæ, & quintam perperam interpositus, ut patet ex dictis.

A num.

* urgente. *Vidi pacem civitatis, vigente * tristitia: discordiam Urbis nostræ limina transcendentem, & ab oculis nostris quasi incertum aliquod, aut vagum fumum elapsum. Sed sufficiat tristibus stricta narratio. Jam ad bonam valetudinem sancti Patris salus optanda, & diligenda respirat.* Hæc Ennodius: quibus intelligis quanto prosequeretur amore universa Ecclesia pastorem suum, cum ejus corporis ægritudine, ipsa animo ægrotaret, & tota lacrymis se proluerct. Unde, & tu habeas, quo mores perditissimos nostri infelicissimi temporis lugeas, cum miseros vides studentes privatis commodis, instar perditissimorum filiorum qui lætantur ad ægritudinem patris, & exultant in obitu, quo invadant diu cupitam hæreditatem, non solum non tristari, sed exhilarari spiritualis morte parentis, quam, & malis artibus sæpe inquirere, & prædicere soleant. En quæ privatus amor, quo ardor Christianæ charitatis prorsus extinguitur, pariat deformia horrendaque visu contra naturam monstra.

XVII. At jam de rebus inter Anastasium Imperatorem, & Symmachum Romanum Pontificem tempore isto transactis agendum nobis est. Qui enim (ut anno superiori vidimus) ab ipso Symmacho anathemate idem damnatus est Anastasius Imperator; quod adversus Pontificem nullam alio modo sibi liceret experiri vindictam, cum jam molitiones omnes per Romanos Senatores adversus eum diutius pertentatæ irritæ prorsus redditæ fuissent; ad maledicta conversus, calumniarum jaculis ipsum e longe appetere conatus est, scribens in eum contumeliis refertum libellum: adversus quem ipse Symmachus apologeticam scripsit epistolam. Hæc quidem non ante hoc tempus gesta esse, ipsæ litteræ Symmachi satis docent, dum in eis mentio habetur de lapidatione, qua a schismaticis anno superiori (ut vidimus) appetitus, Dei providentia liberatus est. Ipsa autem epistola Symmachi sic se habet (a), ejusmodi inscriptione notata:

(a) Extat to. 1. Biblioth. sanct.

Symmachi Episcopi Romani apologeticus adversus Anastasium Imperatorem.

XVIII. *Ad Augustæ Majestatis Gratiani Imp. epistolam octo libris beatus respondit Ambrosius: quia pro fide Catholica & illum non piguit prolixius prædicare, & hic non fastidivit gratanter accipere. Hæc dixerim, ut si modum libelli promendo collegerim, non existimer, quæ non oportuit locutus. Si mihi, Imperator, apud exteros Reges, eosque totius Divinitatis ignaros, pro fide Catholica dicendum foret; quidquid ejus veritati rationique congrueret, etiam prætenta morte perorarem. Væ (b) mihi erit, si non evangelizavero. Meliusque est jacturam vitæ præsentis incidere, quam sempiterna damnatione puniri. Verum tu si Romanus Imperator es, etiam gentium barbararum legationes debes clementer admittere, si Christianus Princeps es, qualiscumque Præsulis Apostolici debes vocem patienter audire.*

(b) 1. Cor. 9.

XIX. *Contumelias tuas, Imperator, quas sub divino judicio ipse perpendis, utrum ne in me religiosa mente profuderis, fateor vel mei causa vel tui dissimulare me non posse. Mei causa, promissionem Domini recolendo dicentis (c): Cum vos persecuti fuerint, & dixerint omne malum adversus vos propter justitiam, gaudete. Tui autem: quia nollem sic meam gloriam provenire, ut te possit non mediocriter onerare. Et ego quidem Dominicis, & Apostolicis eruditionibus institutus, benedictionem studeo ejus, Imperator, referre maledictis, contumeliis honorificentiam reddere, & odiis redhibere charitatem. Sed vide, quæso, ne ab eo qui ait (d): Mihi vindictam, & ego retribuam: quantum a me remittitur, tantum a te cumulatius exigatur. Quid enim Christus dicat de his qui vel minimum in eum credentem scandalizaverint, Evangelium (e) referat, non mea voce promatur.*

(c) Matt. 5.

(d) Rom. 12.

(e) Marc. 9.

XX. *Sed fortasse dicis, potius te esse minimum qui credas in Christo, & de te hoc rectius accipi, & me esse scandalizantem tuam fidem. Christus itaque Deus veraciter totus, & totus homo est sic conceptus, sic editus, sic conversatus in sæculo, sic passus, sic apud inferos, sic resuscitatus, sic cum discipulis apparens, sic elevatus in cælum, sic exinde dictus est esse venturus, sic hodieque in cæli regione persistit, dicente Apostolo (f): In quo habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter, & certe de eo dicit, quod nunc est ipse. Ergo ille est minimus, qui sic credit in Chri-*

(f) Colos. 2.

PAGIUS XII. *Symmachi Apologia adversus Imp.* A num. XVII. ad XXXI. Huc revocandum quod anno superiori de *Laurentio Nucerino* Episcopo in exilium misso, & de Apologia Symmachi Papæ adversus Anastasium Imp. diximus. In ea quidem Apologia, quam Baronius integram recitat, dicit Anastasius: *Inter imbres lapidum totus evasi*, quod currenti anno contigisse paulo ante ostendimus. [1] Verum hinc tantum deduci potest eam post hunc annum in lucem emissam esse.

NOTÆ [1] Cum Synodum absolutoriam Symmachi anno 501. innexuerimus; hinc sequitur suam fidem manere Baronio, qui hoc anno 502. excommunicatum fuisse ab eodem Pontifice Anastasium Imperatorem censuit. MANSI

Christum: sed, & hujusmodi in Christum credit, qui in integrum Christum credit, non in semi Christum, & ideo non in Christum, quia Christus nonnisi integer: integer autem nonnisi hujusmodi. De tali ergo in se credente dicit: ipse etenim minimus ejus, & parvus est, pro quo scandalizato quid promiserit, ipsius (ut dictum est verbis) melius ostenditur.

XXI. *Fortasse dicas, imperator: Sed ego quoque talem Christum credo, & ideo inter ejus minimos jure connumeror. Hoc gravius, si, & talem credis, & tale non credentibus communione misceris: Hæc enim (inquit Apostolus a) non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. An communicare non est consentire cum talibus? Proinde aut doce, alienos non esse; aut longe gravius (ut dictum est) contra notam sibi erit tendere veritatem.*

(a) Rom. 1.

Contumelias igitur, Imperator, quas in meam proferendas putas esse personam, utinam quam mihi gloriosæ sunt, ita te gravare non possent. Domino meo (b) dictum est a quibusdam: Dæmonium habes, Vorator, de fornicatione natus: Et putas quia ego debeam mihi dolere? quam talia proferenti cautum est, & divinis legibus, & humanis? In ore (c) duorum aut trium testium stat omne verbum. Quid cum, & humano te examinante judicio falsa fuerint comprobata? Quid Imperator in divino judicio? An quia Imperator es, nullum Dei putas esse judicium? Taceo quod Imperatorem accusatorem esse non conveniat: postremo iisdem divinis humanisque legibus nemo possit esse accusator, & Judex. Numquid nam sub alieno judicio dicturus es causam, vel accusator astabis?

(b) Matt. 11. Luc. 7.

(c) Joan. 8.

XXII. *Dicis me esse Manichæum. Numquid ego Eutychianus sum, vel Eutychianos defendo, quorum furor maxime Manichæorum suffragatur errori? Roma mihi testis est, & scrinia testimonium perhibent, utrum a fide Catholica, quam in sede Apostoli Petri veniens ex paganitate suscepi, aliqua ex parte deviaverim. Procedat aliquis, & quilibet ratione convincat: alioqui convicia sunt ista, non criminum probamenta. Nescio utrum quibus obiicitur falsum, an falsis objectoribus inimica dicentibus me non ordine consecratum. Inter imbres lapidum totus evasi: Judicavit Deus.*

XXIII. *An quia Imperator es, divinum putas contemnendum esse judicium? Sed fortasse dices, etiam indignantem Deum noxia quoque plerumque permittere. Scriptum est: Ex fructibus (d) eorum cognoscetis eos. Ostende ergo quid existimes arguendum, ut iratum maxime Deum, quæ non convenerant, permisisse demonstres. An quia Eutychianis nullatenus acquiesco? Me quidem ista non sauciant; sed te palam aperteque demonstrant meum cogitasse honorem repellere, quem interventu suo B. Petrus imposuit. An quia Imperator es, contra Petri niteris potestatem? Et qui Petrum Alexandrinum recipis, B. Petrum Apostolum in suo qualicumque Vicario calcare contendis? An bene factus essem, si Entychianis faverem? si Acacii nomini communicarem? Latere non potest cur ista prætendas.*

(d) Matt. 7.

Conferamus autem honorem Imperatoris cum honore Pontificis: inter quos tantum distat, quantum ille rerum humanarum curam gerit, iste divinarum. Tu Imperator a Pontifice baptismum accipis, sacramenta sumis, orationem poscis, benedictionem speras, pœnitentiam rogas: postremo tu humana administras: ille divina dispensat. Itaque ut non dicam superior, certe æqualis honor est: sed hæc modestiæ causa, pergit vero: *Nec te putes Mundi pompa præcellere: Quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Itaque videris quid te deceat. Tamen cum in accusationem præruperis, tam divinis legibus quam humanis pari mecum forte consistis, in qua cariturus honore summo si fuero (quia id mavis) te accusante convictus, amissurus pari ratione, si non conviceris, dignitatem. Sit istud in mundo judicium: spectante Deo, & Angelis ejus, spectaculum omni sæculo simus, quo aut Sacerdos bonæ vitæ, aut Imperator relgiosæ modestiæ consequatur exemplum: quia his præcipue duobus officiis regitur humanum genus, ut non debeat aliquid eorum existere, quo valeat offendi Divinitas: maxime cum uterque honor videatur esse perpetuus, atque ita humano generi ex alterutro consulatur.* XXIV.

Precor, Imperator (pace tua dixerim) memento te hominem, ut possis uti concessa tibi divinitus potestate: quia etiamsi hæc sub humano prævenere judicio, sub divino necesse est, ut discutiantur examine. Fortassis dicturus es; scriptum esse, omni potestati nos subditos esse debere. Nos quidem potestates humanas suo loco suscipimus, donec contra Deum suas non erigunt voluntates. Cæterum si omnis potestas a Deo est, magis ergo quæ rebus est præstituta divinis. Defer Deo in nobis, Senatu, & collegio clericorum Romæ; & nos deferemus Deo in te. Cæterum si tu Deo non defers, non potes ejus uti privilegio, cujus jura contemnis. XXV.

Dicis, quod mecum conspirante Senatu, excommunicaverim te. Ista quidem ego: sed rationabiliter factum a decessoribus meis sine dubio subsequor. Dicis, quod male te Romanus tractet Senatus. Si nos te male tractamus, suadentes ut discedas ab hæreticis; tu nos bene tractas, quos vis sociare præcipitanter cum hære- XXVI.

re-

reticis? Quid ad me (inquies) quod egit Acacius? Recede ergo, & nihil ad te: nam si non recedis ab eo, pertinet ad te, relinquamus uterque mortuum: & nos hoc petimus, ut nihil ad te pertineat quo degit Acacius: Vita, & tu; & ad utrosque non pertinet quod egit Acacius; ut possis sine his quæ egit Acacius, cum ea quæ ad nos pertinet causa conjungi; ut possis sine Acacio nostræ communioni sociari. Nos non te excommunicavimus, Imperator, sed Acacium: tu recede ab Acacio, & ab illius excommunicatione recedis. Tu te noli miscere excommunicationi ejus, & non es excommunicatus a nobis. Catholici Principes quidem semper Apostolicos Præsules institutos suis litteris prævenerunt; & illam confessionem fidemque præcipuam, tamquam boni filii, quæsiverunt debitæ pietatis affectu, cui noscis ipsius Domini Salvatoris ore

(a) Joan. 21. *(a) curam totius Ecclesiæ delegatam. Quod quia per occasiones fortasse publicas tua creditur præteriisse tranquillitas: ne magis honorem meum, quam solicitudinem Dominici gregis appetere judicarer, appellare non destiti meis te sponte colloquiis.*

XXVII. *Vulgatum fuisse designas, quod tua serenitas directa militari manu compelleret eos, qui se a contagione perfidorum multis temporibus abstinere delegerint, vi, & armis in prævaricatæ communionis consortia detestanda. Ubi te rerum humanarum Princeps, qualiscumque sedis Apostolicæ Vicarius contestari mea voce non desino, ut te memineris hominem, quantalibet sis mundi potestate subnixus: circumspiciasque cunctos, qui ab initio dogmatis Christiani Catholicam fidem diverso proposito persequi vel affligere sunt conati, quemadmodum (vastitatis insectatione, cujus placuit contritionis illatæ) ipsi qui intulerint ista, prævalendo defecerint: & Orthodoxa veritas hoc prævaluerit magis, quo putaretur oppressa: quæ sicut sub insectatoribus suis crevisse monstratur, sic obtrivisse cognoscitur insequentes.*

XXVIII. *Miror si non humanus sensus intendit, præcipue qui se Christiano vult vocabulo nuncupari, inter illos sine dubio deputandum, qui rectam confessionem communionemque Christianam variis superstitionibus impugnare sunt nisi, dum hanc, & ipsi quocumque modo percellere moliuntur. Quid interest enim, utrum Paganus, an (quod est deterius) sub nomine Christiano veram sinceramque traditionem Apostolicæ regulæ conetur infringere, atque in hanc prorumpere cæcitatem, ut cum in illis regionibus cunctæ prorsus hæreses opiniones suas habeant publice licentiam profitendi: sola Catholicæ communionis libertas putetur ab his, qui se religiosos existimant, subruenda? Quæ si putatur error (quod non licet) cum cæteris, quibus illic facultas est agere, sinatur erroribus: sin integritas æstimatur, sequenda potius fuerat, quam violenta persecutione vastanda: nec eam probantur insequi potuisse, nisi prava sectantes.*

At ne ipsi convincerentur errare repellere cogitarunt quo notabantur errantes: malentes non affectari quod justum est, sed potius submovere quo docerentur injusti. Sic recessit ab humanis mentibus Deus, ut obstinate contra ejus ordinis voluntatem non aspiciant, & in isto sæculo divinum non deesse posse judicium, & post hujus vitæ cursum illi tremendo se non defuturos examini, sub quo perniciosarum studia modis omnibus actionum discussa patefiant, & patefacta puniantur: nisi qui hæc omnino non credunt, quive illa se perpetrasse impune confidunt. Nos autem humani generis conscientiam contestari qua possumus voce nullatenus cessamus, omnipotentem Deum suis causis minime defuturum, & quantacumque sit humana præsumptio, quantacumque potentia, sub divino nutu hujus atrocitatis censuram sine dubitatione vindicandam. Nam talem ausum neque hic confidimus evasurum: & in illo magno Dei judicio recepturum, quod iis temeritatibus divina retributione debetur. Hæc nos nequaquam tacuisse sufficiat: ut cum superna fuerit ultio subsecuta, & vera nos protulisse consideratio humana cognoscat, & pœnam non inaniter pronunciasse venturam: & præposuisse præmonitionis formam, qua hujusmodi præcipitiis de cætero temperetur. Certe si hujusmodi propterea relinquendos proprio definitis arbitrio, quia nec a Christianis vexari deceat Christum quocumque titulo confitentes, nec viventes in jure Romano lacerari conveniat a Romanis: consequenter ostenditur Romanos homines, & qualiscumque Christianæ professionis impetere, nec Christianum dici posse modis omnibus, nec Romanum. Proinde aut repellendi fuerant, aut nullus penitus impetendus: & quod in uno genere judicas amovendum, in omnibus repelle, si prævales: si omnia sunt sinenda, nullus penitus excludendus: alioqui dum parcendo cunctis erroribus sis amicus, nonnisi solum tibi probatur displicuisse quod verum est. XXIX.

Omnes Catholici Principes, sive cum Imperii gubernacula susceperunt, sive cum Apostolicæ sedi novos agnoverunt Præsules institutos, ad eam sua protinus scripta miserunt ut se docerent ejus esse consortes. Itaque qui hoc non fecerunt, ab eadem se ipsos profitentur alienos: quod chartis quoque tuis apud te etiam possumus astruere, nisi te æmulum, & reum, & inimicum vitaremus, & Judicem. Non mirum si Catholicos persequuntur Manichæo- XXX.

*chæorum patroni, cum falsitas non possit non persequi veritatem. Non mirum si in Orthodoxos sæviant, quibus potest cum cunctis hæresibus convenire: & universis erroribus amici, non possint nisi solis esse non errantibus inimici. Si error est, convincendus est: verum si error non est, tibi verum deesse cognosci, qui persequeris, quo * convinceris errore. Sed pravitatis complex non potest nisi eum persequi qui est pravitatis inimicus.* Hactenus Symmachus ad Anastasium.

* quo profiteris errare.

XXXI. Symmachus exagitat Manichæos. Quod autem ad Manichæos spectat, quorum hæresi falso, ac calumniose ab Anastasio Symmachus infamatur: tantum abfuit ut fuit ut vel levi quaque suspicione de ejus contagio Symmachus laboraret, ut etiam præ cæteris hæreticis sit insecutus Manichæos: quibus occulte Romæ degentibus, ejus industria repertis, quid in illos egerit, liber de Romanis Pontificibus declarat his verbis (a): *Post hæc omnia B. Symmachus invenit Manichæos in urbe Romana, quorum omnium simulacra vel codices ante fores basilicæ Constantinianæ incendio concremavit, & eos ipsos exilio relegavit.* Hæc ibi. At contra ipse Anastasius Imperator omnium Græcorum historicorum testificatione eo crimine infamatur: quod quidem, & hac epistola Symmachus in fine libere asseverat, dum eumdem appellat Manichæorum patronum.

(a) *Tom. 1. Concil. vet. edit.*

XXXII. De Rom. exercitu fugato. Quod ad res bellicas pertinet, cesserunt eædem infeliciter Anastasio Imperatori: nam sub hujus anni Consulibus hæc habet Marcellinus in Chronico: *Tres Romanorum ductores, Patricius, Hipatius, & Areobinda, qui cum quindecim millibus armatorum olim contra Persas missi fuerant, pugnaturi juxta Sifream castellum cum iisdem Persis sine audacia confluxerunt: multi tunc militum, ductoribus exercitus fugientibus, cæsi sunt. Immenso dehinc auri pondere hostibus dato, captam rebusque vacuam Amidam civitatem iidem nostri redemerunt, Celere Magistro Officiorum ibi cum duobus millibus bellatorum in subsidium destinato.* Hæc Marcellinus. Ex quo enim Ecclesiis Anastasius bellum indixit, barbari undique in eum bella ciere, quæ tamen non ferro (ut sæpe dictum est) sed auro ipse sedare solebat. Sed rursum alii barbari emergebant: nam Theodorus Lector (b): *Cum autem Imperator fœdera cum Persis inivisset, Barri populi Pontum invaserunt. Anastasius bellis occupatus ab infestatione Orthodoxorum destitit. Ut autem modicum quietis a bellicis occupationibus accepit, rursus contra Ecclesiam, & Macedonium armatus est.* Hæc Theodorus. Sed de ejus prœliis in Orthodoxos dicturi sumus inferius suis locis.

(b) *Theod. Lect. lib. 2. Collect.*

Se-

PAGIUS XIII. *Romani Amidam auro a Persis redimunt.* Ad num. XXXII. Narrat Baronius ex Marcellino in Chronico, *Patricium, Hypatium,* & *Areobindam* missos esse ab Anastasio Imp. adversus Persas, sed nihil magni eos egisse, *Amida* tantum, immenso auri pondere Persis dato, redempta. Fusius res hoc anno gestas describit Procopius lib. 1. de Bell. Pers. capp. 8. & 9. aitque Imperatorem summam belli credidisse quatuor Ducibus, *Areobindo* scilicet Magistro militum & genero Olybrii, qui Imperium Occidentis olim tenuerat, *Celeri* ordinum Palatinorum Duci, ac Duobus Præfectis militum, *qui erant Byzantii*, nimirum *Patricio* Phrygi, atque Hypatio Augusti nepoti. Eum fuisse exercitum, quo nec superiori memoria, nec post unquam, florentiorem in Persas a Romanis conflatum ullum fuisse fama est. Sed disperse iter illos fecisse, neque in unum corpus coactos esse; cum suos quisque seorsum milites ductaret. Nihil itaque operæ pretium patratum est; *propterea quod bello non unus erat Imperator præpositus, at Duces inter se æquales, & ea re non in varia modo consilia, verum etiam castra distracti. Celer Nymphium amnem, qui proxime Martyropolim fluit, distat qua Amida trecentis stadiis, transmisit cum suis, & in Arzanenen ingressus, brevi excursu regione vastata, confestim rediit.* Subdit Procopius cap. sequenti Byzantium revocato Areobindo, cæteros Duces *Amidam* hyeme obsidione cinxisse, ac sæpe quidem tentasse vi expugnare; sed frustra: *Convenit tandem, ut Persæ auri pondo mille acceptis Urbem Romanis traderent,* idque *altero post anno quam capta ab hoste fuerat.* His similia narrat Theophanes in Chronico.

XIV. *Arzanena Provincia citra Tigrim sita.* Valesius in Notis ad lib. 25. Marcellini cap. 7. ubi hic loquitur de quinque regionibus Transtigritanis, ex quarum una erat *Arzanena*, observat eam etiam sic appellari a Petro Patricio in Excerptis, a Theophylacto, & Procopio in lib. 1. & 2. Pers. Sed in lib. 3. de Ædificiis cap. 2. vocari *Arxanen*, quemadmodum & a Menandro Protectore in lib. 8. at ab Agathia in lib. 4. *Araxianenem*, & a Strabone *Araxenem*, ac denique a Socrate in lib. 7. cap. 18. eam regionem videri vocatam *Azanenam*. Ea tamen unius ejusdemque Provinciæ nomina esse demonstrat Procopius lib. 3. de Ædificiis cap. 2. cum dicit, *Martyropolim* sitam esse in Armenia, *quam Sophanenen vocant*; eamque fuisse hostibus proximam, ac Nymphium fluvium ditiones Romanas a Persicis sejunxisse, & denique *Arxanen* Provinciam trans fluvium positam esse. Quare *Arxana* idem erat ac *Arzanene*, sitaque erat cis Tigrim, cum limites Imperii usque ad Martyropolim, hodie ab Arabibus *Miah. Pharekin* vocatam, extenderentur. Quod hic notandum fuit, quia sæpe de hac Provincia mentio occurrit.

JESU CHRISTI ANNUS 504. | SYMMACHI PAP. ANNUS 6. | ANASTASII IMP. 14. THEODORICI REG. 12.

I. Theodoricus Bulgaros vincit.

SEquens Christi annus quingentesimus quartus unius Consulis Cæthei nomine notatur a Cassiodoro, & Marcellino; Sed puto, pro Cætheo, Cetego restituendum quod Romanum est nomen; & hoc tempore claruisse reperitur Romæ ejusdem nominis Senator amplissimus, ad quem extant litteræ Ennodii Ticinensis. *Sub quo quidem Consule* (inquit Cassiodorus) *virtute domini nostri Regis Theodorici, victis Bulgaribus. Sirmium recepit Italia.* Per Tolum Ducem insignem hoc esse gestum bellum, quæ Athalaricus, ad Senatum Romanum scripsit paucis his satis aperte docet, cum ejusdem Ducis virtutem prædicans, hæc ait (a): *Egit de Hunnis inter alios triumphum, & emeritam laudem primis congressibus auspicatus neci dedit Bulgares toto Orbi terribiles. Ad expeditionem directus est Sirmiensem; ut quod ab illo Martio viro didicerat, verbis in camporum libertate monstraret.* Subjecit sibi Theodoricus Pannoniam Sirmiensem, ad cujus Provinciæ præfecturam direxit Colossæum Comitem: extat, & de his ipsius Theodorici epistola (b). At quam evidenter manu tangere quisque poterit, quæ, & tu ipse probe conspicis lector, cuncta bene cessisse Theodorico, dum licet Arianus, nihil voluit imminutum jurium Romani Pontificis, & fatiscente sub dira schismaticorum persecutione Romana Ecclesia, Symmacho Papæ (ut vidimus) præsto fuit, & fugatam concordiam, abjectamque pacem restituit Ecclesiæ atque Senatui.

(a) Cassiod. Variar. l. 8. epist. 10.

(b) Apud Cassiod. Variar. l. 3. ep. 23.

At non parvi fuit momenti Bulgaros, a Theoderico debellatos esse, prout Ennodius in Panegyrico in laudem ejusdem Theodorici dicto demonstrat, dum hanc præ cæteris ejus victoriis celebrat, ubi, & de Bulgarorum ferocia ista habet: *Hæc est natio, cujus ante te fuit omne quod voluit: in qua titulos obtinuit, qui emit adversariorum sanguine dignitatem; apud quam campus est vulgator natalium: nam cujus plus rubuerunt tela luctamine, ille putatus est sine ambage sublimior. Quam ante dimicationem tuam contigerat agnovisse resistentem: quæ prolixis temporibus solum bella consummavit excursu;* & post multa de eorumdem victu ferino dicta, ista subdit de ipsorum fortitudine, & bellico robore: *His ante Mundus prævius esse credebatur: nunc illam sibi tantum Orbis partem interclusam æstimant, quam tueris, &c.* Subdit, & inferius de iisdem per Theodoricum victis Bulgaris, Sirmioque recepta. Post quam quidem victoriam eam ab Ennodio dictam esse in laudem Theodorici orationem, satis apparet. II.

III. Sexta Rom. Synodus contra usurpantes bona Ecclesiastica.

Quod vero spectat ad res Romæ gestas: Post celebratam anno superiori Quintam sub Symmacho Synodum, Sexta quæ ordine sequitur, hoc anno habita creditur, cujus Actorum ejusmodi extat exordium: *Cum in unum apud B. Petrum Apostolum S. Sexta Synodus canonice a B. Symmacho Ro-*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5997.

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXLII. A. C. 504.

☉ 9. DC. ☽ 11. P. 18. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 504.

SYMMACHI PAPÆ 7.

ANASTASII IMP. 14.

THEODORICI REG. 12. & 16.

I. Consulatus.

[1] CEthegus absque collega Consulatum gessit, ut in omnibus Fastis legitur idque in Occidente; erat enim filius *Probini* ano CCCCLXXXIX. Consulis, ut docet Ennodius in Parænesi Didascalica, ubi postquam locutus est de Probino Patricio, ait: *Est Patricius Cethegus ejus filius vir Consularis, qui canam prudentiam minor transgrediens sine ætatis præjudicio, habet & provectiorum saporem & mella pueritiæ.* Lambecius Tom. VIII. Biblioth. Cæsareæ, & Mabillonius in Opere de Re Diplomatica pag. 460. referunt chartam antiquissimam Ravennæ scriptam, quæ dicitur *data Rufio Petromonico Magno Cethegone Consule.* Sed erratum est a Librario in voce *Petromonicus*, quæ vix intelligi potest. Romanos vero multa nomina tulisse, & ultimo, si aliis abstinere placeret, designatos fuisse, jam sæpe monuimus.

II. Ad num. III. Habita hoc anno *Sexta* Synodus Romana sub Symmacho Papa, in qua nullus

NOTÆ [1] * COss. *Cethegus* sine collega.

Victor: *Cethego* V. C. Cos. Marcellinus: *Cethego solo Consule.* Carta Ravennatensis apud Lambecium Bibliothecæ Cæsareæ tom. VIII. ex quo Mabillonius lib. V. de re diplomatica pag. 460. ubi: *Recitatum est Rufio Petromonico Magno Cethegone consule sub die Nonarum Februarium Ravennæ.* Verum, inquit Mabillonius, præmissa *Cethegi* prænomina difficultate non carent. Ennodius sub finem Parænesis didascalicæ, *Patricium Cethegum, filium Probini Patricii virum consularem* memorat, ejusque sororem *Blesillam.* lib. VII. Epist. XXIX.

Epitome temporum & Indiculus Paschæ, anno a Passione Domini CCCCLXXVII. eoque bisextili: *Cithego.* GEORGIUS

Romæ congregata resedisset, &c. Actum in ea est adversus invasores rerum Ecclesiasticarum: sancitumque ut vendicantes sibi indebite bona Ecclesiastica sive mobilia, sive immobilia, nisi ea restituerent, ut hæretici manifesti debeant anathematizari, nec nisi per satisfactionem ad communionem admitti, qua sententia declaratum est teneri omnes qui facultates Ecclesiæ sub specie regiæ largitatis obtinuissent; eo quod Regum non sit decernere de bonis Ecclesiæ: Nec licere Imperatori vel Regi contra divina mandata, & Patrum constituta sibi aliquid quovis modo usurpare: hæc pluribus Symmachus una cum sancta Synodo, nihil veritus potentissimum Regem barbarum, eumdemque Arianum Italiæ dominantem atque Romanis ipsis jura dantem.

IV. (a) *Apud Cassiod. Variar. l. 2. epist. 29.*

At non sprevisse, sed paruisse Theodoricum Regem Concilii Romani decreto hoc anno edito, quæ post hæc rescripsit pro bonis Ecclesiæ Mediolanensis significant verbis istis (*a*):

Paret Rex Theodoricus decreto Roman. Pont.

Quamvis nullos velimus gravamen aliquod sustinere, quos videtur pietas nostra protegere (quia regnantis est gloria subjectorum otiosa tranquillitas) tamen specialiter Ecclesias ab omni injuria reddi cupimus alienas: quibus dum æquabilia præstantur, misericordia Divinitatis acquiritur. Et ideo Beatissimi viri Eustorgii Episcopi sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ petitione permoti, præsentibus te affatibus admonemus, ut prædiis vel honoribus illius Ecclesiæ intra Siciliam constitutis, tuitionem studeas salva civilitate præstare; nec a quoquam cujuslibet rationis homine contra fas patiaris opprimi, quos decet Divinitatis intuitu sublevari. Hæc Theodoricus interpellatus ab Eustorgio Juniore: Successit iste Laurentio, quem Symmachi Synodis Quartæ, & Quintæ Romæ interfuisse vidimus; sed cum Concilio hujus anni nequaquam præsens fuerit, conjicere possumus ipsum hoc tempore esse defunctum, longo jam senio fatiscentem, ut ex Ennodio patet: licet sciamus alios pro captu animi numerum annorum cuilibet Mediolanensi Episcopo adscribentes, post annos octo Eustorgium ponere Laurentii successorem.

V. (b) *Apud Cassiod. Var. l. 4. ep. 17.*

Quod rursum spectat ad Theodorici Regis observantiam Symmachi Papæ decretis exhibitam, fidem certam faciunt quæ postea rescripsit (*b*) de possessionibus Ecclesiæ Narbonensis, & alia quæ dedit rescripta pro defensione bonorum, & jurium Ecclesiarum. Præstitit plane Arianus Princeps, quæ in pluribus desiderari possint Regibus Orthodoxis: sed consecutus est a Deo in hac vita præmium, ex compensatione frequentium in hostes victoriarum.

VI. De Valentino Episc. Amiternensi.

Quod insuper ad Episcopos qui tum huic Sexto, tum aliis superioribus habitis Romæ sub Symmacho Papa Conciliis interfuere, spectat: inter alios non silendum de Valentino Episcopo Amiternensi, qui iisdem Conciliis reperitur esse subscriptus: sub quo ea contigisse noscuntur, quæ narrantur a sancto Gregorio in Dialogis (*c*) in rebus Equitius cum de Basilio mago agit, qui Roma fugit monastico indutus habitu, ne posset agnosci. Sed qua occasione captarit Basilius iste fugam, ex Theodorici Regis epistolis satis possumus intelligere. Ad hæc autem certius cognoscenda, meminisse debes querelæ Gelasii, qui in Andronicum scribens exprobat, magicas arces vigere Romæ etiam Paganis ipsis horrendas: sed quod deterius fuit, his non viles personæ, sed nobiles intenti erant. Qui autem præ cæteris ejus probrosi criminis Romæ infamati fuerint, ex ejusdem cognosces Theodorici litteris fuisse Basilium, & Prætextatum viros illustres: in eos enim exerceri judicium idem Rex solicito studio jussit; cujus extat de his epistola, ad Argolicum Urbis Præfectum, quæ sic se habet (*d*):

(c) *Greg. Dialog. l. 1. cap. 4.*

(d) *Apud Cassiod. l. 4. ep. 22.*

VII. De judicio adversus Magos epistola Theodorici.

Intolerabilis excessus est, qui superne majestatis affectat injuriam, & oblitus pietatis crudelia sectatur erroris. Quem enim superabit veniæ locum, qui reverendum contempsit auctorem? Abscedat ritus de medio jam profanus: conticescat pœnale murmur animarum. Versari non licet in magicis artibus temporibus Christianis. Magnitudinis itaque tuæ relatione comperimus, Basilium, atque Prætextatum artis sinistræ jamdiu contagione pollutos in accusationem tui examinis personarum intentione deductos: Super qua re nostram te asseris spectare sententiam, ut confidentius fiat quod pietatis nostræ mandat auctoritas. Sed nos quæ nescimus a legibus discrepare, quorum cordi est in omnibus moderatam tenere justitiam, præsenti auctoritate decernimus, ut quinque Senatoribus, id est, magnificis, & Patriciis viris Symmacho, Decio, Volusiano, atque Cæliano, necnon illustri viro Maximia-

PAGIUS *Sexta Synodus Romana.*

Ius temporis character legitur, hisque verbis inchoatur: *Cum in unum apud B. Petrum Apostolum sancta Sexta Synodus canonice a B. Symmacho Romæ congregata resedisset*, &c. Hanc tamen Baronius & Concil. Collectores cum præsenti anno illigant, a quibus sine aliquo fundamento non recedendum. *Sextam* illam ordine inter Symmachianas, postremamque fuisse inter omnes constat, & ex dictis necessario sequitur. Habita fuit contra invasores rerum Ecclesiasticarum, decretumque, ut nisi ea restituerent, velut manifesti hæretici anathematizarentur: De ea plura Baronius. Verum ante hanc Synodum *quinta* Romana congregata fuerat, ut anno superiori ostendi.

*ximiano hanc causam legitima examinatione pensetis: & per omnia juris ordine custodito, si crimen quod intenditur fuerit comprobatum, ipsarum quoque legum districtione plectatur: ut rei adbibiti atque secreti per hoc vindictæ genus a culpis talibus arceantur, quos ad leges trahere non potest incerta notitia. De qua re illustri viro Comiti Arigerno præcepta direximus, ut omnium violenta defensione summota, si se occulant, ad judicium protrahat impetitos, & vobiscum in hac causa residens nec opprimi faciat innoxios, nec lege * sinat evadere criminosos.* Hactenus ad Præfectum Urbis Argolicum Theodoricus.

*leges.

VIII. Clarissimos plane & Senatorii ordinis eos fuisse reos, ex judicii saltem apparatu intelligere facile potes, dum causæ cognitionem præter Urbis præfectum Comiti etiam Arigerno committit, & per quinque Patricios viros in Urbe præcipuos voluit judicium agitari. De Prætextati quidem familia satis nota sæpe superius contigit fieri mentionem. Basilios etiam non semel ad Consulatum provectos, Fasti indicant Consulares. Est præterea mentio de familia Basiliana in epistola Athalarici Regis ad Senatum. (*a*) Sed quid accidit? Dum formidolosum hujuscemodi judicium pararetur (nescio quomodo) iidem magiæ rei fuga lapsi sunt: quod cum Theodoricus Rex accepisset, diligenter inquiri mandavit, ita scribens ad Arigernum Comitem (*b*):

De Basilio & Prætextato.

(*a*) *Apud Cassiod. l. 8. epist. 17.*

(*b*) *Apud Cassiod. l. 4. ep. 23.*

IX. *Quamvis oporteat commissam tibi disciplinam Romanæ civitatis in omnibus custodiri: tamen in eis maxime studiosior esse debes, quæ nostra tibi auctoritate delegata cognoscis; ut circa te augeat gratiam custodita justitia, & augmenta sumas nostri judicii, qui nobis hactenus de integritate placuisti. Præfectus igitur Urbis sua nobis relatione declaravit, Basilium atque Prætextatum magicis artibus involutos impeti accusatione multorum: quos elapsos intimat mentis alienatione custodum: Eos te præcipimus, ubicumque repertos ad judicium Quinquevirale ducere; quod in præsenti negotio nostra delegavit auctoritas, ubi te residere censemus: ut violenta omnium defensione summota, hanc causam discuti facias legibus & finiri; & si rei criminis, cujus impetuntur, fuerint approbati sententiam subeant, quam juris definita sanxerunt. Si vero innocentia eorum detestabili pulsatur invidia, opprimi eos nulla ratione patiaris: quia in omnibus causis consideratione divina illud fieri volumus, quod opinionem nostræ pietatis accumulet.* Hactenus ad Arigernum,

De Magis fuga lapsis.

X. Quanam autem pœna istiusmodi delinquentes præter jus commune afficiendi essent, ipse Theodoricus ista decreverat (*c*):

(*c*) *In edict. Theodor. c. 108.*

Malarum artium conscii, id est malefici, nudati bonis omnibus quæ habere possunt, honesti perpetuo damnentur exilio: humiliores capite puniendi sunt. Num autem iidem reperti fuerint, apud Cassiodorum nunquam mentio; nec apud alios de Prætextato quicquam scribitur. Basilii vero fugientis quædam in scriptis Gregorii Papæ remansere impressa vestigia, quibus nos eum, qui latuit Theodoricum, consequi valeamus. Mentio namque est apud sanctum Gregorium de Basilio mago, qui habitu in monachum transmutato, ne fugiens nosceretur, ab Urbe clam aufugit. Non alium quidem hunc ab illo fuisse, nomen, crimen, fuga, & tempus significant: ad hæc sane tempora ea deduci quæ idem S. Gregorius narrat, ex iis quæ dicemus perspicue apparebit. Recitemus modo quæ de Basilio mago idem scribit. (*d*):

Basilius Magus quomodo egressus ab Urbe.

(*d*) *Greg. Dialog. l. 1. c. 14.*

XI. *Eo tempore, quo malefici sunt in hac Urbe deprehensi, Basilius qui in magicis operibus primus fuit, in monachico habitu Valeriam fugiens petiit. Qui ad virum reverendissimum castrorum Amiterninæ civitatis Episcopum pergens, petiit ab eo, ut eum Equitio Abbati committeret, ac sanandum monasterio illius commendaret. Tunc ad monasterium venit Episcopus* (interfuisse reperitur Episcopus Amiterninus, Valentinus nomine, Synodis nuper sub Symmacho Romæ habitis) *secumque Basilium monachum deduxit: & Equitium Dei famulum rogavit, ut eumdem monachum in congregationem susciperet. Quem statim vir sanctus intuens, ait: Hunc quem mihi commendas, Pater, ego non video eum monachum esse, sed diabolum. Cui ille respondit: Occasionem quæris, ne debeas præstare quod peto. Ad quem hæc Dei famulus dixit: Ego quidem hoc eum esse denuncio, quod video: ne tamen nolle me obedire existimes, faciam quod jubes.*

Basilius Equitio traditur.

XII. *Susceptus itaque in monasterio est. Post nonnullos vero dies idem Dei famulus pro exhortandis ad desideria superna Fidelibus paulo longius a cella digressus est. Quo discedente, contigit ut in monasterio virginum, in quo ejusdem patris cura invigilabat, una earum, quæ juxta carnis hujus putredinem speciosa videbatur, febricitare inciperet, & vehementer anxiari, magnisque non vocibus, sed stridoribus clamare: Modo moritura sum, nisi Basilius monachus veniat, & ipse mihi per suæ curationis studium salutem reddat. Sed in tanti patris absentia accedere quisquam monachorum in congregatione virginum non audebat, quanto minus ille qui novus advenerat, cujusque adbuc vitam congregatio fratrum nesciebat. Missum repente est, ut Dei famulo nunciaretur, quod sanctimonialis illa immen-*

Basilius per Magiam sollicitat monialem.

mensis febribus aestuaret, & Basilii monachi visitationem anxia quaereret.

XIII. Expellitur Magus. *Quo audito, vir sanctus dedignando subrisit, atque ait: Numquid non dixi, quod diabolus iste est, non monachus? ite, & eum de cella expellite. De ancilla autem Dei, quae anxietate febrium urgetur, nolite esse soliciti; quia ex hac hora neque febribus laboratura est, neque Basilium quaesitura. Regressus est monachus, & ea hora saluti restitutam Dei virginem agnovit, qua eamdem salutem illius Dei famulus Equitius longe positus nunciavit; in virtute scilicet miraculi exemplum tenens magistri (a), qui invitatus ad filium Reguli, eum solo verbo restituit saluti; ut revertens pater ea hora filium restitutum vitae cognosceret, qua vitam illius ex ore veritatis audisset. Omnes autem monachi jussionem patris sui implentes, eumdem Basilium ex monasterii habitatione repulerunt. Qui repulsus dixit, frequenter se cellam Equitii magicis artibus in aera suspendisse, nec tamen ei quicquam laedere potuisse. Qui non post longum tempus in hac Romana urbe, exardescente zelo Christiani populi, igne crematus est.* Magis autem in eum exarsit populi furor, quod lapsus crederetur Judicum indulgentia.

(a) Joan. 4.

XIV. Zelus Roman. populi adversus Magos. Consecraverunt plane (ut dicit Moyses (b) de Levitis) Ecclesiae Romanae filii manus suas Deo, memores a Domino dictum (c): *Maleficos non patieris vivere:* cum in totius magorum collegii coryphaeum populus zelo Divinitatis insiliit, flammisque tradidit nefarium impostorem, recolens adversus hujusmodi genus hominum fuisse Apostolorum principibus Petro & Paulo ineundum saepe certamen: merito igitur qui se filios Petri scirent, & Pauli, sicut illi in Simeonem, & in Elymam (d), omnes simul in Basilium insurrexerunt, flammisque absumendum dederunt.

(b) Exod. 32. (c) Exod. 22. (d) Act. 13.

XV. De Equitio Evangelium praedicante. At vero quod occasione Basili de virtute Equitii ex S. Gregorio contigit fieri mentionem; intelligere aeque possumus quo potissimum tempore ipse vixit: Haec ut intelligamus, primumque transacta sunt inter ipsum, & Rom. Pontificem opportune hic repetenda erunt. Factum namque est, ut eidem sancto Equitio munus Evangelicae praedicationis exercendi negotium fieret ab Apostolicae sedis ministris, quod videlicet absque licentia Romani Pontificis tale sibi munus arrogasset. Caute plane in his agendum, recens exemplum admonuit, dum (quod dictum est sub Gelasio Papa) paulo ante quidam imperitus, nomine Seneca in Piceni provincia usurpans sibi docendi munus, Pelagiana semina sevisset. Quamobrem cum quis non missus ejusmodi exercere munus inveniretur, deferebatur quamprimum ad ipsum Romanum Pontificem; ut accidisse S. Equitio, S. Gregorius docet, dum de eo ejusmodi narrationem instituit (e):

(e) Greg. Dial. l. 1. c. 4.

XVI. Praedicator Evangelii qui legitimus. *Quidam Felix nomine, Martiae provinciae nobilis, pater hujus Castorii, qui nunc nobiscum in Romana urbe demoratur, cum eumdem venerabilem virum Equitium sacrum ordinem non habere conspiceret, & per singula loca discurrere, atque studiose praedicare: eum quodam die familiaritatis ausu adiit, dicens: Quid sacrum ordinem non habes, atque a Romano Pontifice, sub quo degis, praedicationis licentiam non accepisti, praedicare quomodo praesumis?* Hic observa, lector veterem morem in Ecclesia semper usu retentum, neque laico cuipiam annunciandi verbi Dei datam esse aliquando facultatem; neque etiam sacris ordinibus Deo consecratis id fuisse concessum absque Summi Pontificis auctoritate: Apostolicum namque munus absque Principis Apostolorum licentia cuiquam usurpare vetitum erat, nisi qui miraculorum virtute se a Deo missum esse, certis notis ostendere potuisset: ut accidit sancto Equitio, de quo caeptam narrationem ita prosequitur sanctus Gregorius:

XVII. Equitius a Deo missus praedicare Evangelium. *Qua ejus inquisitione compulsus vir sanctus indicavit, praedicationis licentiam qualiter acceperit, dicens: Ea quae mihi loqueris, ego quoque mecum ipse pertracto. Sed quadam nocte speciosius mihi per visionem juvenis astitit, atque in lingua mea medicinale ferramentum, idest, fleubothomum posuit dicens: Ecce posui verba mea in ore tuo: egredere ad praedicandum. Atque ex illo die, etiam cum voluero, de Deo tacere non possum.* Et paulo post: *Tantus quippe illum fervor ad colligendas Deo animas accenderat ut sic monasteriis praeesset, quatenus per Ecclesias, per castra, per vicos, per singulorum quoque Fidelium domos circumquaque discurreret, & corda audientium ad amorem patriae caelestis excitaret. Erat vero valde vilis in vestibus, atque ita despectus, ut si quis illum fortasse nesciret, salutatus etiam resalutare despiceret: & quoties alia tendebat ad loca, jumento sedere consueverat quod esse despicabilius omnibus jumentis in cella potuisset reperiri, in quo etiam capistro pro freno, & vervecum pellibus pro sella utebatur. Per semetipsum sacros codices in pelliceis sacculis missos dextro laevoque portabat latere: & quocumque pervenisset, Scripturarum aperiebat fontem, & rigabat prata mentium.*

XVIII. *Hujus quoque opinio praedicationis ad Romanae urbis notitiam pervenit: atque ut est lingua adulantium, auditoris sui animam amplectendo necans: eodem tempore*

Accusatur Equitius apud Rom. Pontif. *pore clerici hujus Apostolicæ sedis Antistiti adulando questi sunt, dicentes: Quis est iste vir rusticus, qui auctoritatem sibi prædicationis arripuit, & officium Apostolici nostri Domini sibimet indoctus usurpare præsumit? Mittatur ergo, si placet, qui huc eum exhibeat, ut quis sit Ecclesiasticus vigor agnoscat. Sicut autem moris est, ut occupato in multis animo adulatio valde subrepat, si ab ipso cordis ostio nequaquam fuerit citius repulsa: suadentibus clericis, consensum Pontifex præbuit, ut ad Romanam urbem duci debuisset, & quænam sua esset mensura cognosceret. Julianum tamen tunc Defensorem mittens, qui Sabinensis Ecclesiæ postmodum in Episcopatu præfuit, ei præcepit ut cum magno honore eum deduceret, ne quicquam Dei famulus ex conventione eadem injuriæ sentiret.*

XIX. Mittitur famulus qui ducat Equitium. *Qui parere de eo clericorum votis concitus volens, festine ad ejus monasterium cucurrit: ibique absente illo, antiquarios scribentes reperit: Ubi Abbas esset, requisivit. Qui dixerunt: In valle hac, quæ monasterio subjacet, fœnum secat. Idem vero Julianus superbum valde atque contumacem puerum habuit, cui vix poterat vel ipse dominari. Hunc ergo misit, ut ipsum ad se sub celeritate perduceret. Perrexit puer, & proterno spiritu pratum velociter ingressus, omnesque illic intuens fœnum secantes, requisivit, quisnam esset Equitius. Moxque ut audivit quis esset, eum adhuc longe positus aspexit, & immenso tremore correptus, cœpit timore lascescere, seque ipsum nutanti gressu vix portare posse. Qui tremens ad Dei hominem pervenit, atque ulnis humiliter submissis, ejus genua deosculans strinxit, suumque dominum ei occurrisse nunciavit. Cui resalutato Dei famulus præcepit, dicens: Leva fœnum viride, porta pabulum jumentis in quibus venistis: ecce ego, quia parum superest, opere expleto, te subsequor.*

XX. *Is autem qui missus fuerat Julianus Defensor mirabatur valde, quidnam esset, quod redire moraretur puer. Cumque revertentem puerum conspicit atque in collo fœnum ex prato deferentem: vehementer iratus cœpit clamare, dicens: Quid est hoc? ego te misi hominem deducere, non fœnum portare. Cui puer respondit: Quem quæris, ecce subsequitur. Tunc ecce vir Dei, clavatis calciatus caligis, falcem fœnariam in collo deferens, veniebat. Quem adhuc longe positum puer suo domino, quia iste esset quem quæreret, indicavit. Idem vero Julianus repente ut vidit Dei famulum, ex ipso habitu despexit: eumque qualiter deberet alloqui, proterva mente præparabat. Mox vero ut servus Dei cominus affuit, ejusdem Juliani animum intolerabilis pavor invasit, ita*

Julianus timet aspectum Equitii.

ut tremeret, atque insinuandum hoc ipsum pro quo venerat, vix sufficere lingua potuisset: qui humiliato mox spiritu ad ejus genua cucurrit, orationem pro se fieri petiit; & quia pater ejus Apostolicus Pontifex eum videre vellet, indicavit.

Vir autem venerandus Equitius cœpit immensas gratias omnipotenti Deo agere, asserens quod se per Summum Pontificem gratia superna visitasset. Illico vocavit fratres: præcepit hora eadem jumenta præparari; atque executorem suum cœpit vehementer urgere, ut cito abire debuissent. Cui Julianus ait: Hoc fieri nullatenus potest; quia lassatus ex itinere hodie non valeo abire. Tunc ille respondit: Contristas me, fili: quia si hodierna die non egredimur, jam crastina non exibimus. Dei itaque famulus executoris sui lassitudine coactus, in monasterio suo eadem nocte commoratus est. Sequenti vero die sub ipso lucis crepusculo, vehementer equo in cursu fatigato ad Julianum puer cum epistola pervenit, in qua præceptum est ei, ne servum Dei contingere vel movere de monasterio auderet. Quem cum ille requireret, cur sententia esset mutata, cognovit quia nocte eadem, in qua ipse executor illuc missus est, per visum Pontifex fuerat vehementer exterritus, cur ad exhibendum Dei hominem mittere præsumpsisset. Qui protinus surrexit, seque venerandi viri commendans orationibus, ait: Rogat Pater noster ne fatigari debeatis. Cumque hoc Dei famulus audisset, contristatus ait: Numquid non die externo dixi tibi, quia si statim non pergeremus, jam pergere minime liceret? Tunc pro charitatis exhibitione aliquantulum executorem suum in cella detinuit, eique laboris sui commodum coacto renitentique dedit. Hactenus Gregorius de rebus Equitii & Romano Pontifice. XXI.

Rom. Pontifex divinitus monetur de Equitio.

Sed ex his perpende eos, qui non ab hominibus, sed a Deo se missos esse ad prædicandum Evangelium gloriantur, quot quantisque signis illustrentur; adeo ut propemodum Dei digito indicentur, ab ipso omnium rerum Domino ejusmodi Apostolorum esse consecuti Evangelium prædicandi facultatem. Audiant hæc Novatores, si dum apud eos laici ejusmodi sublimi Apostolatus munere funguntur, aliquis eorum vel quippiam minimum possit divinitus crediti a Deo ministerii præferre signum. Sequi namque signa eos qui a Deo mittuntur Apostoli S. Marcus ultimo capite in Evangelio docet: cum alioqui satis sit ad munus legitime exercendum, si quis ab auctoritatem habente mittatur, secundum illud Apostoli (a): *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Adeo ut necesse sit alterum de duobus; ut si quis se a Deo missum dicat: aut signa ostendat per miracula Apostolatus; vel ut

XXII. Signa sequuntur eos qui a Deo mittuntur.

(a) Rom. 10.

F

ut ab auctoritatem habente, facultatem sibi doceat impertitam: hic mos receptus semper inter fideles ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ. Hæc autem qui non servat, neque intrat per ostium, sed ascendit aliunde, utique ex Domini (*a*) sententia fur arguitur atque latro. Qui vero ejusmodi præscriptam in Christi Ecclesia regulam secuti fuerint, pax (*b*) super illos, & misericordia. At de his satis.

(*a*) *Joan.* 10.

(*b*) *Gal.* 6.

XXIII. De tempore persecutionis Trasamundi Regis in Africa.

Hoc item anno persecutio Vvandalorum in Catholicos per Trasamundum hactenus pacificum Regem in Africa excitatur, cum Episcopi Africani in Sardiniam insulam deportantur. Quoniam vero hæc ipsa ante annos sex a Mariano Scoto haud ignobili chronographo sub Consulatu Paulini atque Joannis contigisse narrantur; de veritate temporis ratio certior afferenda est. Qui his temporibus vixit, & comes in exilio S. Fulgentio in Sardinia exulanti affuit, resque ab eo gestas quam accurate, & fideliter scripsit, cum testetur eamdem persecutionem eodem tempore quo Fulgentius est creatus Episcopus cœptam esse; constetque nonnisi anno Domini quingentesimo (ut dictum est) ipsum Fulgentium tunc adhuc monachum Roma esse reversum in Africam, ibique annos aliquot commoratum antequam crearetur Episcopus: omnis plane de excitata dicto anno per Trasamundum persecutione ratio evanescit. Ut autem hoc anno potius cœptam eam esse dicamus, illud afferimus argumentum: Cum enim ex eodem constet auctore, Fulgentium sedisse Episcopum annos vigintiquinque, obiisseque in pace Ecclesiæ Africanæ sub Hilderico Rege, quem constat regnasse annos septem, decessisseque anno Domini quingentesimo trigesimo: cumque etiam liqueat, eumdem Fulgentium anno quingentesimo remeasse in Africam, atque monasterium erexisse, præfuisseque eidem, atque inde inter monachos in alio monasterio profiteri cœpisse, rursumque Abbatem suis monachis præfuisse, & presbyterum ordinari coactum fuisse: sicut nequaquam post hunc annum eum fuisse creatum Episcopum dici potest, cum diem obierit sub Hilderico Rege; ita nec ante hunc ipsum præsentem annum ad munus Episcopatus assumptum, ipse multiplex rerum gestarum cumulus pati posse videtur.

XXIV. Quod igitur simul (ut dicemus) cum Episcopatu Fulgentii ipsa persecutio est exorta, jure ex tempore ejus Episcopatus pariter persecutionis tempus, agnoscimus, cujus initium sub hoc anno cum ponimus, describemus ea tantum quæ in Byzacena provincia contigisse reperiuntur. Divisa namque erat Africa (ut hæc obiter ex Orosio attingamus) in has provincias, Tripolitanam, quæ, & Subventana dicta est, vel Arzugitana Libyæ proxima, ubi primaria civitas Leptis; & in huic confinem provinciam Byzacenam, ubi Adrumetum: in huic contiguam ab Occasu provinciam Zeugitanam, ubi Carthago: in Numidiam, ut Hipporegius & Rusicada civitates insignes: atque denique in Mauritanias Sitifensem, & Cæsariensem, & Tinigitanam, ad extremam oram mediterranei maris positam confinem Oceano Occidentali, ut ab Orosio (*c*) ponitur.

Africanæ provinciæ.

(*c*) *Oros. hist. l.* 1. *c.* 2.

XXV. Status Africanæ Ecclesiæ.

Quid autem gestum sit in reliquis Africæ provinciis præterquam in provincia Byzacena, altum silentium; verum ex rebus gestis provinciæ hujus reliquarum quoque possumus acta comprehendere. Erat autem hoc tempore ejus provinciæ Primas Victor: Carthaginensi vero Ecclesiæ Antistes post sanctum Eugenium, de quo plura superius, prohibente Rege, nullus fuerat subrogatus. Porro universæ Africanæ Ecclesiæ ejusmodi status erat, quod etsi alia acrior persecutio minime desævisset, sed finerentur Episcopi suis præesse subjectis Ecclesiis: quod tamen vetitum esset, ne quis in locum defuncti subrogaretur Antistes, id satis ad orbitatem, & desolatio-

PAGIUS III. *Initium persecutionis Africanæ.*

Ad num. XXIII. & seq. Tradit Baronius, Marianum Scotum in Chronico, ad Consulatum Paulini anno CDXCVIII. gestum, scribere persecutionem Vandalorum per *Trasamundum* Regem in Africa, eo anno excitatam fuisse, & Episcopos in Sardiniam exules deportatos. Verum in editionibus hodiernis hujus Chronici, illud non legitur, sed ad Consulatum Theodori & Sabiniani, seu ad annum DV. de Symmacho Papa, & Episcopis Africanis hæc tantum habentur: *Omni anno per Africam ac Sardiniam Episcopis, qui in exilio erant, pecunias ac vestes ministrabat*. Initium tamen persecutionis Vandalicæ in Africa cum præsenti anno, ex conjectura Baronius copulavit: Sanctus enim Fulgentius Episcopus Ruspensis consecratus est eo tempore, quo *Regalis auctoritas Episcopos ordinari prohibuerat, & postquam sacra turba Pontificum, qui remanserant, definierunt adversus Præceptum Regis in omnibus locis ordinationes celebrare Pontificum*, inquit Fulgentii discipulus, qui ejus Vitam scripsit cap. 16. Mortuus est autem Sanctus Fulgentius *postremo die Kalendarum Januariarum, annum sui Episcopatus agens vicesimum quintum*, inquit idem Anonymus cap. 30. Parte alia Victor Tununensis ad Theodori Consulatum anno sequenti gestum ait: *Eugenius Carthaginensis Episcopus Confessor moritur*, in Galliis sc. ac in Albigensi Civitate quo a Trasamundo Vandalorum Rege relegatus fuerat, ut anno CDXCIV. ostendimus. Quare ut tam ex Tununensi quam ex Mariano Scoto mox citato colligitur, persecutio anno sequenti jam excitata fuerat, sed an ante currentem, prorsus incertum, cum hujus rei nullum indicium, die extet, ideoque Episcopatus Fulgentii ini-

tionem ejus Ecclesiæ posse sufficere videbatur: nam eo quidem consilio ista præceperat Trasamundus, ut absque exerto ad persequendum gladio, ipsæ Orthodoxorum Ecclesiæ aliquo temporis spatio orbatæ universæ pastoribus sponte conciderent, uti vinea quæ vetustate consumpta nulla recenti suffectione vitium juvenescit. Quid autem hæc considerantes Episcopi Byzaceni simul coeuntes decreverint, ex eodem auctore res gestas sui temporis, quibus, & interfuit, describente, in medium producamus.

XXVI. Cum igitur probe prospicerent ejus provinciæ Episcopi Orthodoxi, ad breve temporis spatium fore ut jussu Regis prohibentis subrogari novos defunctis Episcopos, arescentibus truncis absque palmitibus, desolarentur omnes Ecclesiæ: indixere Concilium, ut una simul coeuntes sanctissimi Patres, quid esset opus facto consulerent. Mira res! in sacris illis Comitiis summa in omnibus constantia sacerdotalis enituit, cum una omnium sententia illa fuerit, ut omnibus Ecclesiis pastoribus vacuis ordinarent, contra mandatum Principis licet, Episcopos: quod, & confestim opere expleverunt. Quæ autem ex his acciderint, in ipsis sancti Fulgentii rebus gestis, ab eodem rerum istarum inspectore his verbis accurate narrantur (a):

Concilium Byzacenum.

(a) Extat apud Sur. die 1. Jan.

XXVII. *Postquam vero sacra turba Pontificum qui remanserant communicato inter se consilio, definierunt adversus præceptum Regis, in omnibus locis celebrare ordinationes Pontificum: cogitantes, aut Regis iracundiam, si qua forsitan existeret, mitigandam, quo facilius ordinati in suis plebibus viverent; aut si persecutionis violentia nasceretur, coronandos etiam fidei confessione, quos dignos inveniebant promotione: ministerium vero suum facilius impleturos, atque inter ipsas tribulationes propriis plebibus solatia præstituros. Fit repente communis assumptio: presbyteros, diaconos, & si quos inveniret electio, rapere, benedicere, & consecrare certatim in locis singulis properantibus, ne in tali studio aliquis aut tardus, aut novissimus videretur.* Hæc de Episcopis Byzacenæ provinciæ. Quomodo autem S. Fulgentius, fugiens li-

Dantur Episcopi Ecclesiis pastoribus vacuis.

cet, Dei tamen voluntate fuerit Ruspensis Ecclesiæ Episcopus ordinatus, rem gestam idem auctor ita recenset:

Tunc beatus Fulgentius eligentium vota velociori præveniens fuga, latebris incertis absconditur; nec quæsitus, ullatenus invenitur. Plebs ipsius loci, ubi fuerat monasterium constitutum, differre suam prorsus electionem, donec inveniret beatum Fulgentium, cogitabat: Verumtamen timens, ne dum diu B. Fulgentius quæritur, fama hæc Carthaginem perveniret, atque inde rursus regalis interdictio nasceretur; ita compellente festinationis necessitate, suadentur sibi de suis clericis alterum quærere. Sic per multa loca, ubi B. Fulgentius, aut solus, aut primus electus est, postquam minime potuit inveniri, dedit aliis honoris summi licentiam. XXVIII.

Fulgentius fugit Episcopatum.

Repleta jam fuerat provincia Byzacena novis sacerdotibus, & pene vix paucarum plebium cathedræ remanserant destitutæ. Regis quoque commota sævitia cunctos jam decreverat exilio mancipandos: in ipsum primitus ordinatorem, id est, Primatem nomine Victorem procedente sententia. Qui jam a servis Regis exeuntibus captus, ad Carthaginem ducebatur: & omnino succedente majore tristitia, versa fuit in publicos luctus ordinationis assumptæ lætitia. Tunc occultis nunciis edocentibus, transisse tempus faciendæ ordinationis beatus Fulgentius putans, cathedris quam maxime proximis Episcopos haberi proprios, ipse rursus monasterii sui congregationem gubernare revertitur, nihil dubitans, neque formidans, sed omnino se Pontificalis dignitatis evasisse sarcinam gaudens. Verumtamen altiori consilio Deus noster prædestinata perficiens cui dederat salubriter docendi facultatem, doctrinæ salutaris dare jam volebat auctoritatem, ne deesset fidei Catholicæ contra Arianos fidelissimus prædicator. In tempore ego tribulationis abscondere voluit vas electionis, per quem disposuerat implere officium prædicationis. XXIX.

Victor prima Byzacenus captus ducitur ad Regem.

Erat adhuc Ruspæ oppidum nobile, clarissimis habitatoribus prorsus illustre, cui nullus fuerat Episcopus ordinatus: quia diaconus quidam Felix nomine, qui ambire voluerat, repudiatus, honorem Ponti- XXX.

Ruspenses sibi quærunt Episc.

fi-

PAGIUS initium proindeque & annus ejus emortualis, in obscuro latent. Ex Eugenii porro morte liquet, Viros doctissimos errasse, qui ordinationem Fulgentii, & initium persecutionis usque ad annum quingentesimum octavum distulere, & mortem Sancti Fulgentii usque ad annum DXXXIII. cum anni viginti quinque ejus Episcopatus tardius quam sequenti inchoari non possint. Lapsus est autem Baronius, quando scripsit, Fulgentium obiisse sub *Hilderico* Rege in pace Ecclesiæ Africanæ, idque discipulum hujus S. Antistitis asserere. Nihil enim simile in Vita Sancti Fulgentii legitur, ideoque ejus ordinatio ac mors a morte *Childerici* Regis non pendent, quod tamen tanquam suæ opinionis fundamentum, cui postea reliqui innixi sunt, statuit Baronius.

IV. Bellum in Perside hoc anno continuatum. Scribit enim Marcellinus in Chronico ad hujus anni Consulatum, *Celerem* Magistrum Officiorum per *Callinicum* Mesopotamiæ civitatem armatum duxisse militem, castella invasisse, neque ad communia castra, nisi omni præda potitum remeasse. Quæ pluribus narrat Theophanes ad annum Incarnat. secundum Alex. CDXCVIII.

Continuatio belli persici.

qui

*tificis in illo loco nec ipse merebatur, nec alterum patiebatur accipere: frater quippe ipsius germanus, amicus Procuratoris per potentiam sæcularis actionis ministrabat vires ambitionis. Dolor honestorum civium mentes vehementer angebat, cur soli remansissent sine patre spirituali, qui videbantur contra cæteros excellere nobilitate carnali: Cum repente fama verax * dolentibus nunciat, B. Fulgentium, quem tot loca primo sacerdotio judicaverant dignum, nullatenus tempore ordinationis inventum, remansisse presbyterum gloria majore vestitum, quod honoris superioris sic calcaverat appetitum.*

* velox.

XXXI. Eligitur S. Fulgentius Ruspensis Episcopus. *Nesciente igitur B. Fulgentio, Victor Primas in itinere petitur a Ruspensibus: & vicinis Episcopis ordinandi Fulgentium licentia datur.* Vides robur sacerdotis invictum: dum vinctus Carthaginem ducitur victor ob ordinatos Antistites a Rege damnandus, in vinculis positus ordinationem decernit Episcopi. Sed pergit auctor: *Tunc aggregata violentæ multitudinis manu, repente beatus Fulgentius dolens oculos in cellula propria reperitur: invaditur, tenetur, ducitur, & Pontifex esse non rogatur, sed cogitur. Inde ad Episcopum, qui admonitus fuerat ordinationem celebrare, perductus, ignoti populi instituitur pater, ita ut in illo Propheticum illud compleri videretur oraculum (a): Populus, quem non cognovi, servivit mihi. Nimis autem gratissimus viri sapientis aspectus, & favores populi suffragantis augebat: & a quocumque tunc videbatur incognitus, humilitate vestium blandus, modestoque incessu venerabilis habebatur. Cum vero loqui quippiam, cogente interdum ratione, voluisset, ex ejus ore omnis turba pendebat, ex locutione familiari considerans, qualis esset spiritalis magistri futura doctrina: propter quod ex omnibus possessionibus, ubicumque transibat, populus confluxerat ad favendum, Ruspensi Ecclesiæ quanto serius, tanto meliorem confitentes venisse Pontificem.*

(a) Ps. 17.

XXXII. Diaconus dat pœnas ambitionis. *Diaconus porro videns suæ ambitionis conatus vanissimos defecisse: quod solum remanere deluso poterat, sævit; & tardus innumeris congregatis, venienti filio pacis, scandalum (sicut sacer loquitur psalmus b) juxta semitam ponit. Viam igitur, per quam veniebat Dei servus electus obsedit ambitor infestus. Sed ubique simplicibus subvenit Christus, nec impediri potest ab homine sacerdotis electio quam non præcedit ambitio. Nescio quo sancti Spiritus admonentis imperio, per alteram viam populus qui præcedebat ambulavit, & beatum Fulgentium, dum adhuc hostis sederet in via, in suam cathedram collocavit. Celebrata sunt eodem die divina solemniter sacramenta, & de manibus beati Fulgentii communicans omnis populus lætus abscessit. Quod postea diaconus audiens, divinæ voluntati licet tardus cessit. Hunc illico revertentem B. Fulgentius benigne, affabiliter, clementerque excepit, ita ut eum postea presbyterum ordinaret: sed ultionem debitam divina justitia monstravit omnino velociter. Ipse enim diaconus jam presbyter intra annum mortuus, & Procurator ei consentiens ad penuriam redactus dederunt pœnas temporalis audaciæ, quibus potest Deus præparare in futuro gratiam cælestis indulgentiæ. Nos illud propterea vel commemorandum putavimus, ut ostenderemus, hinc B. Fulgentio crevisse circa singulos auctoritatem, dum cognoscerent in istis vigilasse divinam severitatem.*

(b) Psal. 139.

XXXIII. Instituta Monastica retinuit Fulgentius in Episcopatu. *Suscepit interim B. Fulgentius Episcopatum sine aliqua ambitione, cum maxima devotione, manente in contradictores divina ultione. Nec ita factus est Episcopus, ut esse desineret monachus; sed accepta Pontificis dignitate professionis præteritæ servavit integritatem: servata vero professionis integritas plus ornavit Pontificis dignitatem. Numquam denique pretiosa vestimenta quæsivit, aut quotidiana jejunia prætermisit, aut conditos suaviter cibos vel inter hospites manducavit, aut discumbendo saltem requiescere, & resolvere rigidum propositum voluit: sed una tantum vilissima tunica sive per æstatem sive per hiemem patienter indutus fuit. Orario quidem, sicut omnes Episcopi, nullatenus utebatur: pelliceo cingulo, tamquam monachus utebatur: sic studio humilitatis ambitionem vestium corporalium fugiens, ut nec ultima calceamenta suscipiens clericorum, aut ultimis caligis in tempore hiemis, aut caligu-*

PAGIUS qui Kalend. Septemb. sequentis Christi anni inchoatur. Quare anno uno tardius quam par erat, rem istam refert. Libanius in Epistola ad Aristænetum docet, *Callinicum* stationem esse in Msopotamia circa Euphratem, ita' vocatum ex eo quod *Callinicus Sophista* ibi occisus est.

V. Symmacho Ecclesiam Romanam regente *Theodorus* Metropolita Civitatis Lauriaci in Norico positæ Pallium ab eodem Pontifice petiit & impetravit, ut demonstrat ejus Epistola ad Theodorum data, & ab Hundio in Metropoli Salisburgensi, aliisque recitata: *Diebus vitæ tuæ,* inquit Symmachus, *Pallii usum, quem ad Sacerdotalis Officii decorem, & ad ostendendam unanimitatem, quam cum Beato Petro Apostolo universus grex Dominicarum ovium, quæ ei commissæ sunt, habere dubium non est, ab Apostolica Sede sicut decuit, poposcisti; quod utpote ab eisdem Apostolis fundatæ Ecclesiæ Majorum more libenter indulsimus, ad ostendendum, te Magistrum & Archiepiscopum, tuamque Sanctam Lauriacensem Ecclesiam Provinciæ Pannoniorum Sedem fore Metropolitanam,* &c. Harum Symmachi

Symmachus PP. Pallium mittit Archiep. Laureacensi.

ligulis tempore æstatis simpliciter uteretur: subdit de abstinentia carnis, & vini, & aliis quæ rigida severaque monastica institutio suadebat.

XXXIV. Monachorum S. Augustini vetus institutio. (a) Supra anno Domini 391. tom. 4.

Sed unde hujusmodi, quam refert, monastica institutio fluxit in Africam? Si recte memoria tenes (*a*), non ab alio, quam ab ipso S. Augustino, qui eamdem ex Romana, & Mediolanensi Ecclesia primitus mutuatus, in Africam invexit atque latissime propagavit: ut plane intelligas, quam S. Fulgentius est professus monasticam regulam, ab ipso sancto Augustino derivasse, diversique ordinis ab eo institutas fuisse classes; aliorum nempe qui in civitatibus degentes clerici cum essent, una simul degentes, cœnobitica monanachorum instituta servarent, quibus cum idem factus Episcopus habitavit: aliorum vero, qui procul a civitatibus degentes, ejus essent vitæ atque vestitus, cujus hic vides Fulgentium esse cultorem, nempe una induti tunica eademque pellicea zona constricta, quam nec solverent dormituri, super tunicam vero pallio, & casula supervestiti: nam idem auctor hæc subdit: *Casulam pretiosam vel superbi coloris nec ipse habuit, nec monachos habere permisit: subtus casulam nigello vel lactineo pallio circumdatus incessit.* Hæc auctor: quibus, & vides nullam apud eos discriminationem fuisse colorum, num albo vel nigro pallio uterentur, dummodo quem exhiberet in velleribus natura colorem, absque delectu, eum in vestibus usu retinerent. Porro hæc & alia ibi de monasticis observationibus referata sanctus Fulgentius creatus licet Episcopus minime prætermisit, sed arctioris disciplinæ cultu retinuit.

XXXV. S. Fulgentius jussu Regis abducitur.

Permansit in Ecclesia sua ad modicum temporis spatium Fulgentius: etenim cum erigendi monasterii, mox factus Episcopus, accepto aptissimo loco a Posthumiano nobili viro, ac maxime pio, quæ essent operi necessaria præpararet, repente Regis jussione captivus abducitur, prout ejusdem auctoris sequens sermo declarat: *Interea* (inquit) *repente diriguntur ministri regalis furoris, ut detentus etiam ipse cum cæteris in exilium in Sardiniam confessor Christi nobilis truderetur. Abductus ergo velociter, licet doleret Ecclesiam suam nullis adhuc eloquiorum suorum monitis eruditam, remansuramque protinus destitutam; sapienter tamen tristitiam gaudio maiore vincebat, quod tam gloriosæ confessionis esse particeps inchoabat.*

Fulgentius relegatur in Sardiniam.

XXXVI. *Comitantibus ergo monachis simul & clericis, magister egregius utriusque professionis exiit, flentibus laicis omnibus, de cathedra honoris ad locum beati certaminis, paratus fidem Catholicam mente libera voce forti coram Regibus, & Potestatibus confiteri. Suscepit eum Carthago venientem; fructumque ejus notitiæ in paucis diebus fideliter gustans, multa obtulit munera; quæ B. Fulgentius monasterio illi, quod fabricari delegaverat, profutura mandavit. Ipse vero navem crucifixo corde & corpore nudus ascendit habens secum plurimas divitias scientiæ singularis, quibus omnes, quocumque* * *veniebat, indeficienti largitate pascebat. Inter alios sane Episcopos, cum quibus exilium commune susceperat, tempore ordinationis erat inferior, sed patientia & charitatis virtute non inferior. In rebus enim dubiis, ubi quam maxime consilium petebatur, si quando inter se confessores beatissimi de communi utilitate tractabant, ultimus quidem sedebat, verumtamen ipsius sententiam Primas, vel omnes qui Primatem sequebantur, audire & facere cupiebant: quamvis ille nihil sibi per inanem gloriam vendicans, deferret honorem congruum prioribus suis. Si enim cogebatur respondere consulentibus, ita semper paratus erat obedire jubentibus, ne præsumeret aliquid extorquere nolentibus. Post deliberationis, autem longissimas moras quidquid definitio communis invenerat, eloquenter allegandum sensibus cæterorum B. Fulgentio dimittebatur.*

* ubicumque vivebat.

XXXVII. *Hinc etiam quandocumque transmarinis litteris de fide, vel de diversis quæstionibus interrogabantur Episcopi, respondere præ omnibus ab omnibus ei imponebatur. Ita sicut sanctæ memoriæ Aurelius Carthaginensis Antistes Ecclesiæ inter alia privilegia meruit, ut litteras ex Africano Concilio dandas solus ipse scriberet; sic iste meruerat ut litteras ex illo Concilio dirigendas solus ipse dictaret. Sexaginta quippe & eo amplius Episcopos tunc catena ligabat exilii, quorum lingua & ingenium B. Fulgentius Epi-*

Numerus relegatorum Episcoporum.

PAGIUS chi literarum mentionem facit Agapitus II. in Epistola ad *Gerardum* Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopum, qui ejus privilegia renovari petierat; subditque: *Hanc etiam* (scilicet Ecclesiam Lauriacensem) *in exordio nascentis Ecclesiæ & immanissima Christianorum persecutione a Doctoribus istius Sedis Catholicæ fidei novimus rudimenta percepisse, & exinde a succedentibus Prædicatoribus in Superioris atque Inferioris Pannoniæ Provincias ejusdem fidei emanasse gratiam. Quibus etiam duabus Provinciis, illarumque Pontificibus usque ad tempora Hunnorum non alius quam Sancta Lauriacensis præfuit Archiepiscopus: quorum barbarica feritas non solum prædictam Lauriacensem Civitatem; verum etiam in circuitu adjacentes regiones depopulavit atque funditus desolavit.*

VI. Has literas plures Scriptores ab Agapito Papa hujus nominis II. qui decimo sæculo floruit, scriptas esse existimarunt, indeque *Gerar-*

piscopus fuit. Hæc cum scribat auctor dignus comes exilii & consors catenæ Fulgentii, intelligas eum describere dumtaxat numerum Episcoporum exulum Byzacenæ provinciæ, quorum unum erat eodem in loco consistens sacrum collegium: cæterum alios illuc ex aliis Africæ provinciis fuisse relegatos Episcopos liquet: numerant enim alii (*a*) Africanos Episcopos exules in Sardiniam deportatos ducentos viginti, alii (*b*) ducentos vigintiquinque.

(*a*) *Hist. Miscell. Pauli diac. lib.* 15.
(*b*) *Sigeb. in Chron. Marian. Scot. in Chronic.*

XXXVIII. Translatio Corporis S. Augustini in Sardiniam.

Tunc plane accidisse perhibetur, ut Hipponensis Episcopus, & alii ejus provinciæ Numidiæ sacerdotes occulte (ut licuit) sacrum ferrent secum una thesaurum, nempe venerandum corpus magni illius totius Ecclesiæ Catholicæ magistri Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi, simulque ejusdem sacri verticis ornamentum mitram Episcopalem, & Episcopatus insigne baculum pastoralem, sed, & alias plures secum eveherent Sanctorum reliquias. Quænam spes de Ecclesiis pastoribus destitutis ulterius reliqua esse poterat, convulsis earumdem fundamentis, ipsis, quibus innitebantur, Episcopis? Consueverunt Ethnici in excidio civitatum fuga lapsi secum ferre penates: at quanto propensior cura pietatem urgebat sanctorum Episcoporum, in ejusmodi totius Africanæ Ecclesiæ busto sacra pignora, dulcem sarcinam secum vehere? Cujus quidem S. Augustini corporis translationis historia, cum plures sint testes, nobiliori illo monumento consignata relinquitur, quo Oldradus Mediolanensis Episcopus Carolum Magnum Imperatorem id scire cupientem, scripta ad eum epistola, reddidit certiorem, quam suo loco, cum ratio temporis exiget, reddituri sumus. Nobilitata tunc plane est insula illa, inter Beatas ob id vere connumeranda, tot coronis sanctorum Episcoporum illustrium confessorum, ditata est & sacris venerandisque reliquiis ab eis secum allatis, digna tantis vectoribus sarcina. Sed ad Fulgentium redeamus, cui cæteri omnes Episcopi exules prærogativa sanctitatis atque doctrinæ plurimum deferebant: nam subjungit auctor:

XXXIX. *Quandocumque rescribebat consulentibus, Episcoporum cæterorum dicebantur nomina in titulo, sed solus B. Fulgentii sermo retinebatur in stylo. Præter istas quoque publici tractatus epistolas: si quis forte ex ipsis Episcopis absentem plebem suam corrigere vel monere voluisset, ad B. Fulgentium accedebat, & per ministerium linguæ ejus officium suæ dispensationis implebat*. Hæc, & alia de munere scribendarum epistolarum auctor Syncellus, qui & de contubernio cum duobus aliis exulibus Episcopis fratribus ista subdit: *Inter ipsa sane primordia gloriosi exilii, monasterium congregare, paucos secum monachos ducens, minime potuit: sine fraterna tamen congregatione vitam ducere nesciens, Coepiscopos suos, Illustrem scilicet, & Januarium, habitare secum persuasit volentes: quibus unico serviens charitatis affectu, similitudinem magni cujusdam monasterii, monachis & clericis adunatis, effecit. Erat quippe eis communis mensa, commune cellarium, communis oratio simul & lectio: nullus se super alterum insolenter efferebat nec propriis fratribus amplius aut peculiarius consulebat; nisi quod illi monachi, qui B. Fulgentium sequebantur districtioris abstinentiæ regulam custodientes, nihil omnino proprium possidebant, nec inter clericos alios clericorum more vivebant*. Hæc de sacro illo sanctorum confessorum contubernio.

Contubernium exulum Episcoporum.

XL. Beatam rursus dicimus insulam tot tantorumque hospitio sacerdotum; sed & susceptione sacrorum pignorum, & cultura Sanctorum, potissimum vero Fulgentii jugi indefessoque studio eamdem excolentis, jure meritoque quisque ipsam ter quaterque beatam, felicemque præ cæteris insulis Sardiniam prædicarit. Verum scias non omnes Africæ Episcopos fuisse in eamdem insulam relegatos; sed complures ex illis, e suis ipsorum Ecclesiis pulsos, ad alia dura & aspera Africæ loca vi tyrannica abire coactos. Inter alios autem Africanos hujus temporis Episcopos confessione decoros, adnumerandus est Primasius & ipse doctrina insignis; de quo ista Cassiodorus (*c*) habet, ejus scripta recensens: *Nostris quoque temporibus Apocalypsis prædicta, B. Episcopi Primasii Antistitis Africani studio, minute & diligenter quinque libris exposita est. Quibus etiam libris unus, quid faciat hæreticum, cautissima disputatione subjunctus est. Quæ in templo Domini sacrata donaria sanctis altaribus offerantur*. Elu-

(*c*) *Cassiod. instit. div. lect. c.* 9.

PAGIUS *Metropolis Laureacensis anno* DLXVIII. *extincta*.

rardum, qui eas obtinuit, post *Theodorum*, Ecclesiæ Lauriacensi præfuisse tradidere, sicque Lauriacensium Archiepiscoporum seriem susdeque verterunt. Eos in hunc errorem impulit *Hunnorum* mentio in iis facta; Agapitum enim de *Attila* Hunnorum Rege, qui quinto sæculo tot Ecclesias evertit, verba facere persuasum habuere. Verum certum est, *Agapitum* II. respicere ad Hunnos & Avares, qui anno DLXVIII. occupare cœpere loca a Langobardis in Italiam profectis antea in Pannonia occupata: *Tunc Alboin* (Langobardorum scilicet Rex) *Sedes proprias, hoc est Pannoniam, amicis suis Hunnis contribuit, ut si quo tempore Langobardis necesse esset reverti, sua rursus arva repeterent. Igitur Langobardi relicta Pannonia, cum uxoribus & natis, omnique supellectili Italiam properant possessuri*, inquit Paulus Diaconus lib. 2. de Gest. Langobard. cap. 7. Vide quæ dicam anno DLXVIII. n. VIII.

...it tunc quidem eximia Romani ...icis Symmachi erga omnes relega- ...onfessores Episcopos fraterna chari- ... Insistens enim & in hoc prædeces- ...um vestigiis sanctorum passionibus com- (...scopos.) municantium, iisdem egestate laborantibus quæ victui erant necessaria largiter suppeditabat: de eo enim hæc Anastasius (*a*): *Hic omni anno per Africam vel Sardiniam Episcopis, qui in exilio erant retrusi, pecunias & vestes ministrabat.* Sed describamus hic epistolam, quæ licet inter scripta Ennodii Ticinensis reperiatur data ad Episcopos confessores, eam esse potius dixerimus Papæ Symmachi, sed ab ipsius diacono Ennodio nomine Symmachi Pontificis scriptam: est plane hujusmodi, quæ dignum exhibeat talium certantium pro fide militum hortatorem; quæ sic se habet (*b*):

(*a*) *Anast. in Symmac.*

(*b*) *Apud Ennod. pag. 318.*

XLII. Epistola consolatoria ad exules Episcopos. *Lucrum forsitan putaret inimicus, si inter pericula quæ Christianis indixit, credentium animos subegisset, & per diversa Domini grege disperso, non superesset vel inter paucos, a quibus possit fide perseverante calcari. Regnat adhuc ille in numero vestra, qui sibi non tam in multitudine quam in devotione complacuit. Scriptum est* (*c*) *enim, datam satanæ potestatem, ut servos Christi cribraret: ut quod de tritico inveniri posset, horreis jungeretur; quod de paleis, ad ignium alimenta transiret. Ad vos specialiter dictum est: Nolite* (*d*) *timere pusillus grex: complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Venit inter vos gladius perfidorum, qui marcida Ecclesiæ membra resecaret, & ad cælestem gloriam sana perduceret. Quos habeat Christus milites, certamen ostendit: Qui triumphum mereatur, per bella cognoscitur. Nolite metuere, quod Pontificalis a vobis apicis infulas abstulerunt. Vobiscum est sacerdos ille vel hostia, qui non tam honoribus consuevit gaudere, quam mentibus. Majora sunt confessionis præmia, quam nominatæ munera dignitatis. Ad illa plerumque etiam minoris meriti personas favor humanus adducit; ista nisi gratia superna non tribuit. Ipse enim in vobis & pugnavit & vicit, quem fides meretur & inter hominum tormenta sociari.*

(*c*) *Luc. 22.*

(*d*) *Luc. 12.*

XLIII. *Prolixis non est opus ad fervorem in vobis cælestem animare colloquiis. Habet incrementa sua divinæ virtutis incendium. Non est opus eos in trophæo jam positos attolli laudibus, qui sine monitore vicerunt: gravant conscientiam Christiani quidquid afferunt blandimenta præconii. Res quidem virtutis est quam fecistis, sed summi præmii restitutione superanda. Quod tamen, directis ad filium nostrum N.* Ennodium *diaconum litteris, sperastis, Beatorum Nazarii, & Romani benedictionem poscentes, Fidelibus non negamus. Accipite veneranda patrocinia invictorum militum, quia & jam vestram piam fidem in præliis Imperator agnovit. Feliciter confessionis munera consummare dabit Deus, cum ipsi placuerit reducere Ecclesiis quietem; ut & mœrorem, quem induxit adversitas, pacis dulcedine consoletur.* Hactenus ad confessores cum sacris pignoribus a Symmacho missa epistola.

De reliquiis Sanctorum Martyrum missis.

XLIV. Sed quid inter hæc perfidus Trasamundus? (libet hic integram rerum gestarum seriem usque ad ejus obitum texere, quod non sit posse per annos singulos singula ex more reddere). Haud quevit post Episcoporum exilia, sed tamquam lupus insiliit dolosis fraudibus in ovilia pastoribus destituta; sciens autem paratos omnes subire martyrium potius, quam cedere gladiis persequentis, conatur eos coloratis quibusdam, si posset, seducere rationibus. Quæ vero molitus sit, idem qui supra auctor historiæ rerum gestarum S. Fulgentii ita describit:

XLV. Trasamundus Rex novis artibus Orthodoxos tentat. *Interea Trasamundi Regis adversus religionem Catholicam mens implacabilis, & ira terribilis inter asperas persecutionis subdolasque factiones, quibus æqualem Deo Patri negare Christum Catholicos nunc terroribus cogebat, nunc promissionibus invitabat; sub intentione plus decipiendæ multitudinis simulare cœpit, rationem se simpliciter inquirere Catholicæ religionis; reperiri neminem putans, cujus posset in suis erroribus assertione convinci. Proponebat denique multas ineptarum tendiculas quæstionum; nec si quis ei respondere voluisset, aut despiciebat, aut repellebat; immo quasi patienter audiens satisfieri sibi non posse jactabat. Et re vera quis hominum tam obdurato cordi valuisset lumen ostendere veritatis?* Id quidem aliqua ex parte demonstrant diversa sancti Fulgentii scripta, ut liber tertius ad Monimum, & alia ad Donatum: sed pergit: *Efficiebat tamen plurimos religiosos audaces fidei suæ constantia per occasiones a Domino præparatas studiosi Regis convincere blasphemias.*

XLVI. *Dicitur autem requirenti diutius, quis plenissime posset testimoniis evidentibus vindicare veritatem Catholici dogmatis, esse inter Episcopos exulantes B. Fulgentium, cui nihil desset in omni scientia, plurimum redundaret in gratia, qui sapienter & eloquenter roganti Regis satisfaceret. Protinus Rex probare cupiens sacerdotem, cui generaliter testimonium bonum tota nostræ religionis perhibebat Ecclesia, servum strenuum celeriter dirigit; a quo sine mora ductus atque perductus, pervenit Carthaginem lætus: Ubi tamquam fidelissimus dispensator erogandi ta-*

Fulgentius Carthaginem revocatur.

talenta sibi credita reperiens occasionem, cœpit in hospitio proprio venientes ad se Catholicos Orthodoxos diligenter erudire rationem reddens, quomodo Pater & Filius & Spiritus Sanctus, manente trium personarum differentia, Deus unus a Fidelibus prædicetur. Tanta fuit in B. Fulgentio facundi sermonis suavitas, tanta in vultu ejus micabat hilaritas, ut certatim Fideles universos sancta charitas traheret vel interrogare sanctissimum virum, vel audire, quotiens ad interrogata responderet. Ille autem verbum Dei sine invidia tabescente communicans, occurrebat interrogationibus omnium, neminem despiciens, nullum judicans improbum: paratus etiam ipse, si cui forte Deus per Spiritum sanctum melius revelasset, audire, vel discere, tenere, sequi, approbare, sub officio doctoris humilitatem discipuli benignus, & mitis exercens.

XLVII. Proficuus multis Fulgentius. *Unde contigit, ut multo doctior, & se ipso melior fieret, lucra Christo majora perquirens: alios enim jam rebaptizatos errorem suum plangere docebat & reconciliabat: alios autem, ne suas animas pro terrenis commodis perderent, admonebat; & quos jam perditioni proximos sentiebat, ita blandis sermonibus leniebat, ut propter ejus benevolentiam verecundarentur cogitatam implere malitiam, reversique velociter agerent pœnitentiam. Confortati alii verbis, & doctrinæ ejus sale conditi, redarguebant Arianos hæreticos cum omni fiducia. Sic mirabili gratia factum fuit, ut per unum sacerdotem, cujus sapientiam Rex voluerat experiri, sapientium numerus apud Carthaginem cresceret, & per ministerium persecutoris fides Catholica incrementum potius quam defectum acciperet.*

XLVIII. Rex provocat Fulgentium scriptis. *Hæc omnia Rex per occultos nuncios discens, egregii sacerdotis ingenium, sapientiam, doctrinam, fidem, pietatem, mansuetudinem, continentiam probat, & convenientem famæ suæ præconiis, talem esse, qualis prædicabatur, agnoscit. Dictat proinde quædam veneno plena perfidiæ legenda ei, & celeriter dirigit, responsionem sibi flagitans reddi. Suscepit hæc doctissimus Pontifex, & longissimæ narrationis ineptias per objectionum capita dirigens, responsiones subjecit breves, probabiles, necessarias, auctoritate testimoniorum graves, & totius rationis lumine radiantes. Quas cum multis sapientibus viris diu multumque collatas, & ad populi fidelis notitiam perductas, Regi quoque longa expectatione suspenso tradidit ingerendas. Quas Rex ille barbarus intentissime perlegens, quia numquam prædestinatus fuerat ad salutem, laudat sapientiam, miratur eloquentiam, prædicat humilitatem, neque tamen meretur intelligere veritatem.*

Carthaginensis autem populus triumphi spiritualis interpres, propositiones Regis fuisse convictas, læto murmure confitetur: & Catholicam fidem semper esse victricem, conjunctis B. Fulgentii laudibus, gloriatur. Extant ejusmodi objectiones Regis, atque responsiones sancti Fulgentii, quarum est exordium (*a*): *Dictum est, Pater de seipso, &c.* Quibus quidem apparet quanta esset in Fulgentio cum ingenii acumine sacræ Theologiæ eminens excellensque doctrina. Videas miro quodam modo valida sæpe responsione erigere protritam ab hobstibus veritatem, simulque prosternere pollentem regia potentia, insultantemque impietatem, tanta tamen modestia, ut sicut ex eo sublimis ipsius doctrina intelligi possit, ita ex hoc ejusdem intueri valeas sanctitatem. Sed cœptam semel narrationem audiamus, quam auctor ita prosequitur: XLIX. Fulgentius confutat fortiter objectiones.

(*a*) *In Fulg. operibus.*

L. *Adhuc tamen Rex virum doctissimum probare desiderans, de aliis eum quæstionibus rursum interrogat: & interrogationem suam semel tantum B. Fulgentio præcepit legi, neque meditandi, neque describendi tribuens facultatem. Timebat enim, ne verba ejus convincenda, sicut prius, sermonibus ejus insererentur, totiusque civitatis judicio iterum victus esset, iterum reprobaretur. B. Fulgentius semel sibi lecta vix recolere prævalens, respondere differebat: sed respondere eum Rex magis ac magis imperabat, responsionis arguens moras; & cautelam sanctissimi viri, diffidentiam judicans. Unde idem Pontifex discretionis virtute subnixus, ne qua forte per populum mendacia spargerentur, quibus fingeretur, aut non potuisse, aut noluisse B. Fulgentium regalibus quæstionibus obviare: tres libellos mirabiles fecit, ubi memoratum Regem simpliciter alloquens, totius quæstionis seriem, quam tenui auditu perceperat, late reventilabat, docens animam rationalem Christo Domino in susceptione carnis minime defuisse.*

LI. Justa querela cum excusatione Fulgentii. Extant hi tres libri ad Trasamundum Regem conscripti, estque ejus operis ejusmodi exordium: *Triumphalibus sensibus, piissime Rex, numquam crediderim oblivione subtractum, quod nuper mihi quoddam volumen, bajulo Felice, præceperis destinari, jubens me illico respondere. Cujus quia tanta fuit prolixitas, ut egeret aliquanto diutius recenseri, & diurni finis aderat, nocte propinquante, curriculi; vix ejusdem voluminis principia citatæ delibrans lectionis excursu, poposceram, ut ad cuncta plene recentionis ordine perlegenda, noctis unius spatium nobis fuisset indultum: quod vestræ mansuetudinis voluntas omnino statuit abnegandum, ita ut nec saltem ad residua perlegenda scripturæ nobis præcepisses attribui*

bui. Ego vero cum spatio quorumdam dierum ordinationem tui culminis præstolarer, ac deinceps interrogationis illius tenore subtracto, sola fuisset a nobis flagitata responsio: pauca, quibus, Domino adjuvante, nostri parvitas sufficit ingenii, de eadem interrogatione, quam ex principio tenuiter cognovi, vestræ recensenda mansuetudini destinavi: ne forsitan aut fastidio putarer timidus, aut taciturnitatis culpa judicarer obstrictus, quem vestra celsitudo suspicaretur aut superbia responsionem non reddidisse, aut veræ fidei diffidentia tacuisse. Nam studio vestro, clementissime Rex, compertum esse non ambigo, apud eos, qui Christianæ gratiæ participatione redempti sunt, pene id esse fidem nolle asserere, quod negare, &c. Hæc Fulgentius secundum ea quæ de eodem ex dictis Actibus recensuimus. Porro commentario illo, quem Rex ostendi fecit Fulgentio, non hæresis tantummodo Ariana, sed Eutychiana etiam firmabatur: Unde egregie ipse Fulgentius adversus ejusmodi hæresim disputat, docens duas in Christo naturas in una esse persona conjunctas, atque eleganter de Verbi incarnatione doctrinam elucidat.

LII. Quid autem post hæc secutum sit, ejusdem Fulgentii res gestæ ab eodem auctore descriptæ his verbis declarant: *Tunc Rex admiratione maxima repletus, nihil amplius est interrogare nisus? nisi quod unus ex Episcopis ejus Pinta nomine, quasi respondere conatus, tacere potius noluit, quam respondere aliquid potuit. Cui tamen illico B. Fulgentius alterius operis, quod, Adversus Pintam, titulavit, disputatione veridica restitit: & in prima defensione sua victos adversarios, temerarie satis ostendit repetiisse certamen.* Desideratur liber iste, sicut & alia nobilissimi ingenii monumenta, ut liber de Spiritu sancto, de quo idem auctor ista subjicit: *De Spiritu sancto interroganti presbytero Abragilæ, per commonitorium parvissimum testimonia protulit plura, docens eum cum Patre & Filio Deum unum simpliciter confitendum. Cujus etiam commonitorii sententias inter utrumque illius temporis opus ordinavit oportere describi, legentibus omnibus Fidelibus Catholicis, & mirantibus & erubescentibus Arianis, & dolere contra ipsum murmurantibus: donec malæ suggestionis occasione reperta, volenti eum Regi intra Carthaginem diutius detinere, diceretur ab impiis & malis hominibus: Sine causa, Rex, laboras: nihil tua diligentia proficit. In tantum quippe jam doctrina Fulgentii Episcopi prævaluit, ut de sacerdotibus tuis reconciliet aliquantos. Proinde nisi cito subveneris, religio nostra deficiet, & quicumque a nobis est baptizatus. Homousion iterum prædicabit publice reconciliatus: nec si persecutionem volueris concitare, timeri poterit regalis sævitia. Multum quippe confortat & stabiles facit omnes Episcopos Fulgentii præsentia.*

Fulgentius scribere compulsus de Spiritu Sancto.

LIII. *Suggerentibus talia Rex quasi magna necessitate constrictus assensit, & B. Fulgentium rursum ad exilium Sardiniæ revocare compellit. Intempesta igitur nocte (sic enim Rex fieri delegaverat) ad navem B. Fulgentius, populo ignorante, perducitur: sed contrario flatu resistentibus ventis, super littus tantas passus est moras, ut per dies plurimos omnis pene illuc civitas conveniret, & de manu ejus valefaciens communicaret. Ibi autem prophetica gratia per Spiritum sanctum repletus, Juliateo viro religioso nimis afflicto, graviterque pro discessu B. Fulgentii Episcopi ingemiscenti: Diutius, ait, noli flere: cito revertemur ad vos: Catholicæ Ecclesiæ libertate reparata, videbitis nos. Hæc autem, quæso, secretum sit apud te, quod nimia charitas indicare compulit me.* Hæc ipse. Porro illud cito, haud ex mente Fulgentii ita expressum est, ut vel anni terminum significare voluisset: etenim res ab eo gestæ longiorem in eadem insula moram traxisse demonstrant: sed visum est cito, quod numquam amplius fore quamplurimis videbatur.

Fulgentius rursus in Sardiniam redire jubetur.

LIV. Porro in Sardiniam reversus Fulgentius, accepto (ut dictum est) loco ædificandi monasterii apud S. Saturninum martyrem a Primasio Episcopo Calaritano, eodemque felicissime consummato, una cum suis ibi degens alios complures ad idem vitæ genus excolendum illexit. Sed quæ ibidem positus scripserit, idem auctor ejus comes exilii ita recenset: *Scripsit* (inquit) *eodem tempore Carthaginensibus epistolam sublimi exhortatione conspicuam: ubi pene cunctos dolos, & fallaciæ blandimenta, quibus infelices animæ seducerentur ad mortem, gravissima quæstione digessit.* Hæc idcirco Fulgentius, quod non desineret impius Rex fallacibus artibus quærere & aucupari Orthodoxorum a fide Catholica discessionem: sed & tam egregium monumentum periit, sicut aliæ complures tum publicæ & communes tamquam ab omnibus Episcopis scriptæ, & privatæ nomine diversorum Antistitum ad suas cujusque plebes scribentium litteræ, tum aliæ aliis ac diversis argumentis elaboratæ ab eo epistolæ. Excellens quidem pulchritudo paucarum, quæ extant, desiderium ingerunt perditarum. Sed pergit auctor:

De scriptis S. Fulgentii cum reversus est in Sardiniam.

LV. *Tunc etiam de remissione peccatorum consulenti Euthymio viro religioso, duobus libellis sine mora respondit: testimonia quoque prædestinationis, & gratiæ differentias cupientem nosse, salubriter disputans docuit. Jam familiares epistolas,* in

in quibus tamen spiritalis ædificatio continetur, & ibi apud Sardiniam commanentibus, & in Africa degentibus, & Romanis præcipue Senatoribus, viduisque ac virginibus, quarum fama laudabilis habebatur, frequenter direxit.

LVI. De epistolis ad Probam virginem. *Ad Probam virginem Christi de jejunio & oratione libellos duos conscripsit.* Sed desiderantur hi quidem: extant tamen ejusdem Fulgentii ad eamdem epistolæ duæ, quarum prior de virginitate atque humilitate titulum habet; posterior vero de oratione & compunctione cordis præsefert inscriptionem ambæ Fulgentio dignæ. Alios vero de jejunio, & oratione libellos, quos desiderari diximus se ad Probam virginem fore scripturum pollicetur etiam in epistola ad Gallam data, cum ejusdem sanctissimæ virginis virtutes laudat, aitque: *Disponimus enim (si Dominus voluerit, & si vixerimus) ad sororem tuam, sanctam Christi virginem Probam, quam Dominus hoc tempore præcipuum in urbe Romana dare dignatus est virginitatis & humilitatis exemplar, de jejunio & oratione aliquid scribere; sicut in epistola, quam ad eam nuper dedi, mea pollicitatio continetur: cujus tibi præcipue sancta conversatio est in omnibus imitanda.* Probæ Romanæ virginis virtutes. *Quæ cum sit avis atavisque Consulibus, & deliciis regalibus enutrita, tanta illi est humilitas dono gratiæ cælestis infusa, ut amore subjectionis, & usu serviendi, dominam se se aliquando fuisse jam nesciat; cum omnes dominos habere, delectatione sanctæ servitutis affectet. Scit enim a Domino, cui virginitatem vovit & cordis & corporis, pro liberatione nostra humilitatem formæ servilis acceptam: & ob hoc delectatur sponso in hujus servitutis humilitate placere, ut consortio quinque sapientum virginum deputata, cum sponso possit in æterna alacritate regnare. Delicias vero corporis quanta virtute contempserit, & quomodo suam famem satiandis faciat deservire pauperibus; nec ob aliud ipsa vilibus tegatur indumentis nisi ut & humilitatis propositum impleat, & vestiendis pauperibus jugem curam sanctæ pietatis impendat; plenius ipsa videndo cognoscis, quam id a me velis audire, quod minus possum sermonibus explicare. Hanc ergo tibi tamquam speculum pone; & ex illius consideratione, quid tibi jam insit, vel quid adhuc desit sanctorum studiorum operumque, cognosce: & licet illa egregio præcellat virginitatis munere, comitem te debet in cæteris habere virtutibus.* Hucusque de sancta Proba ad Gallam Fulgentius.

LVII. Meminit hujus quoque Probæ præclarissimæ virginis Cassiodorus, quam sibi sanguine propinquam fuisse tradit, dum agens de Eugipio, ab ipso ad eam fuisse conscriptum perutilem commentarium affirmat, ubi ait (a): *Hic Eugipius presbyter ad parentem nostram Probam virginem sacram ex operibus sancti Augustini valde beatissimis quæstiones ac sententias ac diversas res deflorans in uno corpore necessaria nimis dispensatione collegit, & in trecentis triginta octo capitibus collocavit. Qui codex (ut arbitror) quando in uno corpore diligentia studiosi viri potuit recondi, quæ in magna bibliotheca vix prævalet inveniri.* Hæc Cassiodorus. Porro & hic Eugipius magno fuit Fulgentio familiaritatis usu conjunctus, ut declarat ejusdem Fulgentii ad ipsum data epistola de charitate & dilectione, quæ inter ipsos consuetudine litterarum intercedebat. Eugipii cum S. Fulgentio usus. Petierat idem Eugipius a Fulgentio libros illos ad Monimum scriptos, ut in fine datæ ad eum epistolæ docet his verbis: *Libros (sicut præcepisti) ad Monimum datos, in quaternionibus destinavi.* Extat quidem ejusmodi Fulgentii lucubratio post tot naufragia scripturarum, qua vertentem temporibus istis de prædestinatione quæstionem quam doctissime primo volumine pertractat, secundo de tribus quæstionibus, tertio vero de expositione istorum verborum: *Et verbum erat apud Deum.* Sed de libris ad Monimum sequenti tomo dicendum.

(a) Cassiod. de Divin. lection. c. 23.

LVIII. Quod vero idem qui supra auctor ait, ad viduas eumdem S. Fulgentium epistolas conscripsisse: extat adhuc una ipsarum ad eamdem, de qua superius, Gallam Romanam viduam de consolatione super morte mariti, & de statu viduarum. Hæc enim jam forti animo arripuerat perpetuæ continentiæ servandæ propositum; clarissima vero, & Consularis erat femina, atque in admirationem sui ob egregium factum converterat in se oculos omnium: de qua ipse post multa: *Disce igitur* (inquit b) *tu quoque nihil de nobilitate generis assignare: & licet avo, patre, socero, marito Consulibus pridem fueris inter sæculares illustris; nunc in eo te illustrem fieri cognosce, in quo tibi virtus humilitatis accrescit, &c.* At quænam fuerit tanta femina Galla ista, Consulis neptis, Consulisque filia & nurus, & uxor Consulis, ex S. Fulgentii litteris tantopere prædicata, quæ & verticem Christianæ perfectionis videretur animosior attigisse, testificatione etiam S. Gregorii Papæ discamus.

(b) Fulgent. ep. ad Gallam.

LIX. *Interim* (inquit c) *neque hoc silendum arbitror, quod mihi personarum gravium atque fidelium est relatione compertum, Gothorum namque temporibus Galla hujus Urbis nobilissima puella, Symmachi Consulis ac Patricii filia, intra adolescentiæ tempora marito tradita, in unius anni spatio ejus est morte viduata.* Sed an-

(c) Greg. Dial. l. 4. c. 13.

De Galla vidua sanctus Gregorius agit, ad quam Fulgentius scripsit. antequam ulterius campum narrationis ingrediar, vides quot signis habes expressum, eamdem Gallam viduam de qua scribit S. Fulgentius, unam eamdemque esse cum ea de qua agit S. Gregorius. Primum enim nomine convenit, quod Galla dicta; patria, quod Romana; professione, quod vidua; tempore etiam, quod sub Gothorum Rege, & quod a suis majoribus S. Gregorius se ea de Galla accepisse testetur. Convenit insuper & Consulatu patris, nimirum quod Symmachi Consulis filia fuerit, ad quem nonnullæ extant Ennodii Ticinensis epistolæ (de quo & pluribus sequenti tomo). Adde denique, quod adolescentula, adolescentulo sit orbata viro; cum Fulgentius æque testetur, virum ejus celeriter in ipso juventutis flore ex humanis abreptum, ut plane nihil sit, quod dubitare jure valeas, num alia illa ab ista sit Galla, sed certo scias unam eamdemque fuisse insigne decus & ornamentum Christianæ pudicitiæ, nobilitate generis atque splendoribus natalium auctam.

LX. Galla vidua fecedit in monasterium. *Quam* (inquit Gregorius) *dum fervente Mundi copia ad iterandum thalamum, & opes, & ætas vocaret; elegit magis spiritualibus nuptiis copulari Deo in quibus a luctu incipitur, sed ad gaudia æterna pervenitur, quam carnalibus nuptiis subiici, quæ a lætitia semper incipiunt, & ad finem cum luctu tendunt. Huic autem cum valde ignea conspersio* * *corporis inesset, cœperunt medici dicere, quia nisi ad amplexus viriles rediret, calore nimio contra naturam barbas esset habitura; quod ita quoque post factum est. Sed sancta mulier nihil exterius deformitatis timuit, quæ interius sponsi cœlestis speciem amavit: nec verita est si hoc in illa fœdaretur, quod a cœlesti sponso in ea non amaretur. Mox ergo ut ejus maritus defunctus est, abjecto sæculari habitu, ad omnipotentis Dei servitium sese apud B. Petri Apostoli Ecclesiam monasterio tradidit; ibique multis annis simplicitati cordis, & orationi dedita, larga indigentibus eleemosynarum opera impendit. Cumque omnipotens Deus perennem jam mercedem reddere ejus laboribus decrevisset, cancri ulcere in mamilla percussa est.*

*complesſio.

LXI. De transitu S. Gallæ viduæ. *Nocturno autem tempore ante lectum ejus duo candelabra lucere consueverant; quia videlicet amica lucis, non solum spiritales, sed etiam corporales tenebras odio habebat. Quæ dum nocte quadam ex hac eadem jaceret infirmitate fatigata, vidit B. Petrum Apostolum inter utraque candelabra ante suum lectum constitisse: nec perterrita timuit, sed ex amore sumens audaciam, exultavit; eique dixit: Quid est, domine mi? dimissa sunt mihi peccata mea? Cui ille, benignissimi (ut est) vultus, inclinato capite, annuit, dicens: Dimissa: veni. Sed quia quamdam sanctimonialem feminam in eodem monasterio præ cæteris diligebat; illico Galla subjunxit: Rogo ut soror Benedicta mecum veniat. Cui ille respondit: Non, sed illa talis veniat tecum: Hæc vero, quam petis, die te erit trigesimo secutura.*

His itaque expletis, visio Apostoli assistentis & colloquentis ei ablata est. At illa protinus cunctæ congregationis accivit matrem, eique quid viderit, quidve audierit, indicavit. Tertio autem die cum ea quæ jussa fuerat sorore, defuncta est: Illa vero quam ipsa poposcerat, die est trigesimo subsecuta. Quod factum nunc usque in eodem monasterio manet memorabile: sicque hoc a præcedentibus matribus traditum narrare illic solent subtiliter juniores quæ nunc sunt sanctimoniales virgines, ac si illo in tempore huic tam grandi miraculo & ipsæ affuissent. Hucusque Gregorius de Galla filia Symmachi Consulis ejusdemque patris Rusticianæ uxoris Boetii Severini. Consuevisse esse in familia Symmachorum Gallas, & Rusticianas, certum est: nam de Galla satis intelligere potes ex Symmacho Seniori, cujus extat epistola (*a*) ad Nicomachum, ubi hæc de Galla nepte: *Non mediocriter nepoticulæ meæ Gallæ infirmitas contrahit otii mei securitatem.* Habetur, & apud Sidonium (*b*) laudata Rusticiana uxor Symmachi Senioris in epistola ad Hesperium. Quod rursum ad Gallam pertinet; diversa etiam ab hac nostra, de qua agimus, est illa Galla vidua sanctitate quoque ladabilis, cujus meminit sanctus Augustinus scribens, ad Quintianum. (*c*) Porro hæc, cujus felicem ad Deum transitum S. Gregorius narrat, ab Ecclesia Catholica inter Sanctas relata, anniversaria die, tertio Nonas Octobris, jugi commemoratione recolitur. Quæ vero reliqua sunt S. Fulgentii, cujus epistolæ ad Gallam occasione ad ista divertimus, opportuniori loco dicentur.

LXII.

(*a*) *Symmach. l.6. ep.33.*

(*b*) *Sidon. l.2. ep.10.*

(*c*) *Aug. epist.103.*

I. De Manlii Theodori Consulatu.

SEquitur annus Domini quingentesimus quintus, Theodori & Sabiniani Consulatu notatus: quorum prior, nomine Theodorus, cognomento Manlius, ex illo item Manlio Theodoro, cujus summa cum laude S. Augustinus meminit, videtur esse propagatus: hunc autem magis quam purpura Consularis, Consulatus contemptus reddidit, ubique conspicuum. Etenim conjugatus licet, inito cum conjuge sancta consilio, & mutuo communicato consensu, nuncium sæculo remisit, vitamque amplexatus est humilem, summa admiratione non Urbis tantum, sed Orbis, cui ubique per Consulatum inditum Fastis factus fuit claritudine muneris & generis manifestus. Cujus rei præclarissime gestæ cum fama transmarina loca pervaderet, insularum quoque abdita, & confessorum exulum latebras penetravit. Audivit hæc cum aliis S. Fulgentius Ruspensis Episcopus exulans in Sardinia; qui eidem litteris congavisus, scripta ad eum epistola (*a*) hæc post alia habet:

(*a*) *Fulg. ep. 6.*

II. Theodorus Consul abdicat se a sæculo.

Beatus es, quia hoc caro, & sanguis non revelavit tibi, sed ille Pater qui est in cœlis, inter quos cœlos & tu factus es cœlum. Quantum putas inesse luctum diabolo, quod a te contemptum perspicit Mundum, & te conversum cognoscit ad Christum; quod te videt ea in quibus videris esse, deserere, & ab amore temporalium terrenarumque rerum ad illa cœlestia & æterna jam corde migrare? Quamvis enim Christus æqualiter sit pro cunctis Fidelibus mortuus, & æquale cunctis beneficium redemptionis impenderit, dicente Apostolo (*b*): *Non est servus, neque liber, non est masculus, neque femina: omnes enim vos unum estis in Christo Jesu; tamen conversio potentium sæculi multum militat acquisitionibus Christi. Sicut enim multi fratres & amici, clientes & subditi, noti pariter & ignoti talium auctoritate ad mundanæ dilectionis excitantur ardorem, & eo magis igne sæcularis concupiscentiæ succenduntur, quo sublimes sæculi dilectione mundana libenter captivos teneri conspiciunt; ita quotiens ille qui tangit montes & fumigant, dum terrenis rebus intenta corda misericorditer respicit, & consideratione judicii sui tremere compellit; dumque contingit superba corda sublimium, velut altitudines montium, ut in confessione fumigent peccatorum; in talium tremore plurimi contremiscunt, & in talium conversione multi ad subsidium miserationis divinæ confugiunt.*

(*b*) *Gal. 2.*

III. *Ita fit, ut qui sunt in sæculi culmine constituti, aut plurimos secum perdant, aut secum multos in via salutis acquirant. Magna tales aut pœna manet, si multis præbeant malæ imitationis laqueum; aut glo-*

PAGIUS

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXLIII. A. C. 505.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5998.

☉ 10. B. ☽ 12. P. 10. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 505.

SYMMACHI PAPÆ 8.

ANASTASII IMP. 15.

THEODORICI REG. 13. & 17.

I. *Consules.*

[1] COSS. *Sabianus* Orient. & *Theodorus* Occident. Primus fuit filius Sabiniani Magni, ut testatur Marcellinus in Chronico hoc anno, ubi de gestis ejus bellicis agit, sicuti & ad III. Zenonis Consulatum, ubi eum priscis Romanorum Ductoribus parem fuisse tradit, de quo & legendus Jornandes lib. de Regn. Success. cap. 108. & Baronius n. VIII.

II. *S. Fulgentius scribit ad Theodorum Exconsulem.*

A num. I. ad IV. Existimavit Baronius Epistolam Sancti Fulgentii ad *Theodorum*, cujus hæc est Epigraphe: *Ad Theodorum Senatorem de conversione a sæculo* scriptam esse hoc anno, dum Fulgentius in Sardinia exularet. Verum laudata inscriptio contrarium ostendit, cum in ea Theodorus non *Consul*, sed *Senator* appelletur. Dicit quidem in ea Epistola Fulgentius: *Quis non terrena contemnens ad acquirenda cœlestia sibi consulat, quando ad cœlum Romanus Consul terrenorum contemtu festinat?* Sed Fulgentius de Consulatu alias gesto intelligendus, ut laudata Epigraphe ostendit; ideoque hæc Epistola post hunc annum, & quando Theodorus Consularis erat

NOTÆ [1] C*Oss. Sabianus & Theodorus.* Relandus *Manlii* nomen *Theodoro* addit, ex Gudiana inscriptione, in qua.

L. MALLIO. THEODORO
V. C. COS.

Prænomen *Lucii* quoque ex eadem inscriptione addere poterat. Verum Gudiana spectare potest. ad Fl. *Mallium Theodorum* A. D. 399. Consulem. Victor: *Theodoro* V. C. *cos.* Marcellinus. *Sabiniano & Theodoro.*

Epitome temporum & indiculus Paschæ: *Theodoro. Mons besubius eructavit V. Idus Novembres.* GEORGIUS

Magna Christi gloria ex professu potentium. *gloria, si multis ostendant sanctæ conversationis exemplum. Quis enim parvam non despiciat cellam, quando Senator domum despicit marmoratam? Quis non terrena contemnens, ad acquirenda cœlestia sibi consulat, quando ad cœlum Romanus Consul terrenorum contemptu festinat?* &c. In fine autem hæc de sancta matre, piaque conjuge. *Sanctam multum in Christo venerabilem matrem vestram, quæ tuo spiritali studio Christiana fide, & vere materna charitate concordat; sed & venerabilem conjugem, tibi jam in Christo sororem tuam, obsecro, salutare digneris.* Hæc satis sunto ad novi Consulis anni hujus ingressus pompam, non tam ex fascibus, quam ex Cruce; neque tam e veste palmata, quam monastico indumento; nec tam ex munerum editione, quam munerum in pauperes largitione illustrem perpetuaque dignam memoria redditam. Jam vero anni hujus res gestas recenseamus.

IV. Sub iisdem Consulibus Anastasius Imperator ad Eustathium Præfectum Prætorio ejusmodi reperitur dedisse rescriptum (a):

(a) l. 19. Cod. de Episcop. audient.

Leges Anastasii Imp. subdolæ. *Jubemus, eos tantummodo, ad Defensorum curam peragendam ordinari, qui sacrosanctis Orthodoxæ religionis imbuti mysteriis, hæc in primis sub Gestorum testificatione, præsente quoque religiosissimo fidei Orthodoxæ Antistite per depositiones cum sacramenti religione celebrandas patefecerint. Ita enim eos præcipimus ordinari, ut reverendissimorum Episcoporum, necnon clericorum, & Honoratorum, ac professorum*, & Curialium decretis constituantur. Dat. XIII. Kal. Maii, Sabiniano, Theodoro Coss.* Hæc quidem Anastasius speciem præseferens pietatis, intus autem sacrilegium occultans. Sed & ea quæ huic subjecta est Imperatoria constitutione idem præstitit (b):

* possessorum.

(b) l. 20. Cod. eod.

V. *Nemo militet, qui non apud Acta testificatus cum tribus sit, propositis sacrosanctis Evangeliis, se esse Christianum Orthodoxum. Fiantque Acta ad eum magistratum, sub quo militaturus est; & duo tantum aurei pro ea re præbeantur. Si vero id neglectum sit, dabit libras quadraginta is magistratus, ejusque Officium viginti; qui vero militavit, decem, atque a militia eiicietur. Testes qui pejeraverint, in corpus punientur: aliæ vero mulctæ Comitis periculo rebus privatis inferentur.* Hactenus constitutio. Sed qualem ejusmodi leges sensum acceperint ex legislatoris mente, ejusdem Anastasii Imperatoris res gestæ hujus temporis declararunt. Quid de militantibus statuit.

VI. Stabilito autem omnino cum Persis fœdere, ut patet ex Marcellino sub anni superioris Consulibus: idem *Anastasius Imperator* (inquit Theodorus Lector c) *ut modicum quietis a bellicis occupationibus accepit, rursum contra Ecclesiam, & Macedonium Orthodoxum Constantinopolitanum Episcopum armatus est.* Sed vafer sicut leges sanctas, ita & opera sancta ne videretur esse tyrannus, ostentare solebat. Unde subdit: *Multas Ecclesias Anastasius Imperator, Constantinopoli restauravit.* Sed quid insuper? *Quod tyrannorum est timere; contra seditiones populi, quæ in civitate fiebant, hoc excogitavit, ut Eparchus civitatis ipse Præfectus urbis litanias populi sequeretur. Timebat enim zelum eorum qui pro Quarta Synodo,* ipso videlicet Chalcedonensi Concilio, *incursiones faciebant. Et hoc deinceps in consuetudinem abiit.* Hæc ipse. Qua etiam ratione, ne per magistratus illos qui Defensores dicebantur Ecclesiæ, tumultus sub prætextu fidei Catholicæ tuendæ concitaretur; eos tantum curavit creari in posterum Defensores, quos suarum partium esse sciret; jurare eos suasit Zenonis Enoticum, quod fidem Orthodoxam continere dicebat, idque ab omnibus in Palatio militantibus faciendum esse præcepit, quo ab incursione populi profitentis & defendentis Chalcedonense Concilium tutior redderetur. Nec tamen ob id cessarunt a tumultu, quem con-

(c) Theod. Lect. Collectan. l. 2.

Consilium Anastasii Imp. ut regnaret.

PAGIUS erat, data. Cum vero Anastasius testetur Theodoricum Italiæ Regem legasse Joannem Papam ad Justinum Imp. cum Theodoro, Importuno, & Agapeto Exconsulibus, & ex eadem Epistola appareat, *Theodorum* inito cum conjuge consilio jam sæculo renunciasse, quando ea data est; ac aliunde Theodori Legatio gesta sit anno DXXV. ut infra visuri sumus, ea Epistola post illum Christi annum, & post Fulgentii exilium exarata.

III. Ad num. VI. & seq. Baronius scribit, Marcellinum in Chronico sub anni superioris Consulibus consignare fœdus Romanos inter & Persas sancitum; quia ibidem Marcellinus habet de Celere Magistro Officiorum: *Ob percutiendum fœdus cum Persis deliberat, misso ad se pro pepigendo fœdere Armonio a secretis,* induciæ septem annorum inter utramque gentem anno currenti compositæ. Theophanes qui anno uno tardius res Persicas consignat, anno Incarnat. secundum Alex. CCCCXCVIII. qui Kal. Septemb. hujus Christi anni inchoatur, refert pacem ante hiemem, sequentis sc. Christi anni, sancitam esse; Persas *Amidam* restituisse Romanis, qui eam tamen *ob indissolubilem mœnium firmitatem* Persis eripere non potuerant; & Romanos Persis dedisse talenta triginta: *Isque fuit exitus belli ab Anastasio adversus Persas gesti, qui circa decimum, & quintum Imperii illius annum incidit. Cum autem per totum triennium bellum durasset, a quo multo magis quam a cæteris omnibus retro bellis Persarum ditio exhausta fuit, in hunc tamen finem Anastasio decimum & quintum annum imperante deductum est.* Loquitur de ista pace Procopius lib. 1. de bell. Pers. cap. 9. aitque, Persas cum Romanis pepigisse *inducias* an-

Pax Romanos inter & Persas sancita.

constat ex Marcellino iterum post sequentem annum a populo excitatum in Circo.

VII. Macedon. Episc. Constant. quæritur tolli de medio.

Quod vero idem Imperator his adversantem nactus est Macedonium Constantinopolitanum Episcopum Chalcedonensis Synodi defensorem, qui populi totius præsidio vallaretur: haud licuit eum statim (ut optabat) eiicere. Verum dolorem agere aggreditur: *Etenim* (inquit Theodorus a) *inimici Macedonii Eucholium quemdam subornarunt, qui gladio illum impeterent: Macedonius vero, ut mansuetudinem suam ostenderet, munera Eucholio dari præcepit. Tale quid etiam erga sacrilegos quosdam fecit.* Hæc ipse. Sed quomodo idem Macedonius Imperatori hæretico resistens, ex sede pulsus sit, suo loco dicemus.

(a) *Theod. l. 2. Collect.*

VIII. Vidisti & considerasti, puto, lector, morem hæreticorum Principum, omnem forinsecus præseferre speciem pietatis, ut regnent; intrinsecus vero fovere nequitiam. Sed quid Deus? novos in Imperium excitat hostes; vix enim cum Persis icto fœdere, cum in fidem Catholicam arma movet Imperator, adversus eum Gothus sub duce Mundone insiliit in regiones Anastasio subditas; contra quem Sabinianus anni hujus Consul Orientalis Imperii cum exercitu missus, profligatus cum paucis aufugit. Consilio autem, & opera Theodorici Italiæ Regis ejusmodi excitatos esse motus, fractamque pacem inter ipsum, & Anastasium, sequentis temporis res gestæ significant, quo missi sunt Constantinopoli duces, qui piratica classe Italiam infestarent.

Sabinianus Consul victus a Gothis.

Chri-

PAGIUS

annorum septem, ac conventum, ut Persæ *auri pondo mille acceptis* Amidam Romanis traderent.

IV. *S. Macedonius Constantinop. Episc. ab Anastasio vexatus.*

Narrat hæc postea Baronius ex Theodoro Lectore lib. 2. *Anastasius Imp. ut modicum quietis a bellicis occupationibus accepit, rursum contra Ecclesiam & Macedonium Constantinop. Episcopum armatus est.* Verum anno tantum sequenti quo Anastasius Quindecennalia dedit, eaque occasione paci Ecclesiæ consulere pretexuit, Macedonius vexatus; Theophanes enim anno Incarn. secundum Alex. CDXCIX, qui Kalend. Septemb. sequentis Christi anni inchoatur, inquit: *Hoc anno bellis liberatus Anastasius pervertendo Macedonio Patriarchæ a recto fidei sensu studium omne contulit. Plures autem Episcoporum Anastasii gratiæ sibi promerendæ cupidi, Chalcedonensis synodi se declaraverunt adversarios; quorum antesignanus Eleusius Asemensis Episcopus extitit. Manichæum vero quendam Syropersam genere, pictoriæ artis peritum Presbyteri vestibus ornatum Cyzico adduxit Anastasius, qui monstruosa quædam, & a sanctis imaginibus Ecclesiæ aliena ad Imperatoris Manichæorum opinionibus assueti mentem in Helenianorum Palatio depingere ausus est, ex quo magna populi seditio coorta, ut Præfectus in conventibus Ecclesiasticis, vel publicis processionibus Imperatorem pone sequeretur, novo commento Anastasius edixit: sibi quippe timebat a Catholicorum tumultibus, & jam res in consuetudinem transiit. Xenaiam præterea Manichæorum sectatorem, Philoxenum alias dictum, utpote qui una secum sentiret Anastasius Byzantium accersivit. Macedonius autem Clero, Monachis, & populo propter eum tumultuantibus, neque communione, neque alloquii familiaritate dignatus est: quo circa clam eum Urbe subduxit Anastasius. Acholium porro quendam ex infensorum sibi suggestione gladium in caput educentem, menstruam annonam jussit reportare Macedonius, tanta in hominem clementiam laudatus: quam pariter liberalitatem in egenos quosdam qui Ecclesiam compilaverant, exercuit.* Eadem fere habet Cedrenus ad annum XVI. Anastasii Imp. quæ ideo ad annum sequentem pertinent.

I. CHristi annus quingentesimus sextus Messalam Romæ creatum, Areobindam vero Constantinopoli Consules habuit. Est de Messala frequens mentio apud Ennodium, & inter alia cum ipsum rogat, ut pro se preces offerat apud sanctos Apostolos. Sidonius quoque ad Felicem, cum viros insigniter doctos ejus temporis recenset, ait Messalam fuisse hominem ingenii satis profundi. ☞ Est epigramma Ennodii ad ipsum Messalam Consulem, cui ejusmodi inscriptio est affixa:

Epigramma: quod Messala Consul, Ennodius cognomine dictus est.
Consulis ad genium nomen pro stemmate junxi
Dans lucem Fastis, sum trabeis potior.
Quid palmata tuo tantum de murice vernas?
Plus fucata dedit purpura nostra tibi.

Ex quo pariter Ennodii genus intelligas: est enim & ipsius Messalæ ad Ennodium epigramma, quo eum sibi proximum nominat, cum librum ab eo petit his versibus:

Suscipe versiculos, Ennodi proxime, nostros,
Ut librum nobis reddere non desinas.
&c. ☜

Hoc ipso anno celebratum est Concilium Agathæ civitatis in Gallia Narbonensi, sub Alarico Wisigothorum Rege, anno regni ejus vigesimosecundo, quinto Kal. Septembris, cui præfuit sanctus Cæsarius Episcopus Arelatensis, ut ejusdem Concilii Acta testantur: in quibus licet primo loco nominatus Cæsarius, cujusnam civitatis Episcopus fuerit non exprimatur, prærogativa tamen primatus, quem in subscribendo sibi vendicat, nullum alium præter Arelatensem licet existimare Pontificem: quod quidem absque ambiguitate testati sunt Patres qui interfuerunt Meldensi (a) Concilio. II. Concilium Agathense.

(a) Conc. Meldense c. 73.

III. Synodo huic venerandissimi Antistes numero trigintaquinque interfuerunt, licet vigintinovem tantum nominati habeantur, iidemque gloria confessionis illustres, utpote qui inter Arianos dominantes illibatam sartamque tectam fidem Catholicam conservarint: & inter eos enituerunt aliquot sanctitate celebres in Ecclesiasticis tabulis perpetua memoria consecrati, ut Firminus Metensis Episcopus, quem natalitio die colit Ecclesia (b) quintodecimo Kalendas Septembris; sanctus Quintianus Episcopus Rutenorum, itidem sacris monumentis adscriptus (c), de quo plura inferius dicturi sumus: & alii.

(b) Martyrol. Rom. die 18. August.
(c) Martyrol. Rom. die 14. Jun.

IV. Dedit facultatem Alaricus Rex Arianus, ut Orthodoxi Episcopi in unum convenientes Synodum celebrarent: cujus præstiti beneficii memores Patres, ipsius Peces pro Rege hæretico.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5999.

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXLIV. A. C. 506.

☉ 11. A ☽ 13. P. 26. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 506.

SYMMACHI PAPÆ 9.

ANASTASII IMP. 16.

THEODORICI REG. 14. & 18.

I. Quindecennalia Anastasii Imp.

[1] COSS. *Areobindus Junior*, Orient. & *Messala* Occident. prior in Fastis Heraclianis dicitur *Areobindus Junior*, quia sc. nepos erat Areobindi anno CDXXXIV. Consulis. Vide dicta anno CDXCI. num. I. ubi fuse de eo egi. De *Messala* plura habet Baronius num. I. Erat is Avieni frater & Fausti filius, qui Romæ eloquentiæ operam dabat, ut liquet ex Ennodii lib. IX. Epist. XII. & XXVI. hoc enim tempore pueros Consules creare annos erat. *Quindecennalia* Anastasii Imp. hoc anno exhibita, quorum indicium est quod hoc anno scribit Marcellinus in Chronico: *Anastasii Principis statua, in eodem loco, quo dudum Theodosii Magni steterat super immanem columnam in foro Tauri statuta est.*

II. *Concilium Agathense.*

A num. II. ad IX. Concilium *Agathense* celebratum est in regno Visigothorum *sub die III. Idus Septembris, Messala V. C. Consule anno XXII. Regni Domini nostri Alarici Regis*, inquit Cæsarius Arelatensis Episcopus, in sua subscriptione. Sirmondus, qui illud cum vetustis-

---

NOTÆ [1] COss. *Areobindus junior & Messala.*
Relandus: *Areobindus & Ennodius Messala.*
Marcellinus *Areobinda & Messala cos.* Professio Johannis Diaconi, Concil. tom. IV. pag. 1401. *Messala* V. C. *Cos.* Acta Concilii Agathensis: *Messala* V. C. *Cos. ann.* XXII. *regni D. N. Alarici regis.* Inscriptiones basilicæ S. Pauli pag. IV. num. 56. *Conss.* FL. MESSALA.
Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Messala.* GEORGIUS

psius Synodi exordio pro eodem Rege preces Domino obtulerunt, ut iidem ipsi in ejusdem Synodi præfatione testantur. Leguntur sanciti canones, vel restituti jam antiquati numero septuaginta & unus, quibus pene collapsam Ecclesiasticam disciplinam in vigorem * pristinum restituere conati sunt. Porro ex adhibitis remediis, quibusnam morbis illæ laborarent Ecclesiæ, potest intelligi: & ne evagemur per singulas ibi a Patribus editas sanctiones, hoc ipsum canon quadragesimus sextus ostendit, quo ista decreta fuere:

*virorem.

V. *Missas die Dominica sæcularibus tenere * speciali ordinatione præcipimus: ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Qui si fecerint, ab Episcopo publice confundantur*. At cur hoc præsidens Synodo Cæsarius stabiliendum proposuit, audi ex Cypriano (a) res ab eo gestas omni fide prosecuto: *Cum* (inquit) *die quadam esset ad altare, animadvertit quosdam, lecto Evangelio, ex Ecclesia egredi, quod sancti viri conciones auscultare initio detrectarent. Mox igitur advolat: appellat his vocibus populum: Quid facitis, filii? Quid ita foras absceditis, mala persuasione subversi? State pro animabus vestris ad accipienda verba adhortationis nostræ, eaque auscultate soliciti. Non licebit id vobis in illo tremendo judicii die, moneo, clamo, atque contestor. Ne sitis, obsecro, vel surdi, vel profugi: auditis oris mei buccinam, perinde ac si animas vestras suo mucrone Satan jugularit. Non ego taciturnitatis arguar. Hac de causa sæpissime ostia, lectis Evangeliis, occludi jussit; donec propitio Deo ipsi gratularentur, ea coercitione se profecisse, qui solebant esse fugitivi*. Hæc ipse.

*audire.

(a) *Apud Sur. die 27. Aug.* Cæsarius revocat recedentes ab Eccles.

VI. Extat etiam eo argumento ipsa ejusdem S. Cæsarii dicta ad populum homilia, cujus est titulus hujusmodi: *Admonitio, per quam suadetur, ut omnis populus, donec mysteria celebrantur, in Ecclesia fideliter expectet*. Estque ejus exordium (b): *Rogo vos, fratres carissimi, & paterna pietate commoneo, ut quoties aut die Dominico, aut aliis majoribus festivitatibus Missæ fiunt, nullus de Ecclesia discedat, donec divina mysteria expleantur, &c.* Hæc nos occasione recitati canonis Concilii Agathensis, Cæsarii rogatione in primis editi, non oportuit prætermisisse. Habentur ejusdem sanctissimi viri post aliorum

(b) *Cæsar. homil. 12.*

ejus scriptorum naufragia ad Populum aliæ dictæ homiliæ omnes numero quadraginta, & quidem aureæ, quibus antiquæ Ecclesiæ Gallicanæ pia doctrina cum sacris traditionibus ac ritibus quam fidelissime reseratur; ut inter alia, de pœnis (c) purgatorii post animarum migrationem, & suffragiis pro eisdem sublevandis, atque aliis id genus a majoribus absque ambiguitate acceptis, creditis, & populo insinuatis Catholicis dogmatibus inviolabili observatione custodiendis.

(c) *Cæsar. hom. 8.*

VII. Porro quod ad idem Agathense Concilium, de quo est nobis tractatio, pertinet; quis non videat ab eodem sancto Cæsario statuenda fuisse proposita, quæ ipse populum facere publicis concionibus persuaserat? nam (si licet in his immorari) ejusdem Concilii canon duodecimus ita se habet: *Placet etiam, ut omnes Ecclesiæ filii (exceptis diebus Dominicis) in Quadragesima, etiam die sabbato, sacerdotali admonitione, & districtiori comminatione jejunent*. Hæc item proposita a Cæsario fuisse, qui & de his Arelatensem populum docuerat, satis intelligi potest; cum ea de re præclaram habuerit homiliam, qua ipso ingressu verbis istis suos Fideles interpellat (d): *Rogo vos, fratres carissimi, ut in isto legitimo ac sacratissimo Quadragesimæ tempore, exceptis Dominicis diebus, nullus prandere præsumat; nisi forte ille quem jejunare infirmitas non permittit. Quia aliis diebus jejunare, aut remedium aut præmium est; in Quadragesima non jejunare, peccatum est*. Quibus plane recte cuique intuenti apparet, & Cæsarium primum auctorem in Agathensi Concilio sanciendorum canonum illorum fuisse, & (ut puto) scriptorem: peculiares enim Cæsarii voces, quæ in illis reperiuntur canonibus, id existimare suadent, ut altarium, & his similia. Ex quibus plane intelligas, non solum Cæsarium auctorem fuisse Patribus ea decernendi; sed ex iisdem discas citatas homilias vere germanas esse Cæsarii, quæ adeo Concilio Agathensi, cui idem Cæsarius præfuit, concinne respondeant.

Ex Cæsarii sententia statuti canones.

(d) *Cæsar. hom. 2.* De quadragesimali observatione.

VIII. Quod vero admixtione illa Gothorum Arianorum contingeret, aliquos e fide Catholica in hæresim infelices abduci, eosdem facti pœnitentes ad Ecclesiam Catholicam remeare: quomodo hi suscipiendi essent, sancta Synodus ista decrevit (e): *La-*

(e) *Conc. Agathens. c. 60.*

PAGIUS stissimis MSS. Codicibus contulit, dicit se in iis reperisse tantum Canones octo & quadraginta, & dubium non esse, quin reliqui XXV. qui supra hunc numerum excurrunt aliunde postea deprompti sint, & Synodi cujuspiam alterius auctoritate in Agathensem inserti: Eidem subscripsere Episcopi viginti quatuor & decem legati a suis Episcopis. Inter istos postremos legitur nomen *Firmini* Presbyteri a *Pappolo Episcopo suo* missi. Quare Firminum Episcopum Metensem perperam credidit Baronius. Ei interfuit *Quintianus* Episcopus Rutenensis, qui postea Concilio Aurelianensi primo anno DXI. habito adfuit. Is cum ab Episcopatu

De Lapsis in hæresim ad Ecclesiam reversis.

Lapsis, id est, qui in Catholica fide baptizati sunt, si prævaricatione damnabili post in hæresim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas: Quibus nos annorum multitudine breviata, pœnitentiam biennii, conditione infrascriptæ conditionis imponimus: ut præscripto biennio, tertio sine relaxatione jejunent, & Ecclesiam studeant frequentare; in pœnitentum loco standi & orandi, humilitatem ita noverint observandam, ut etiam ipsi, cum cathecumeni egredi commonentur, abscedant. Hæc si observare voluerint, constituto tempore admittendis ad altarium observatio relaxetur. Quæ si ardua vel dura forte putaverint; statuta præteritorum canonum implere debebunt. Hæc Patres, dispensando (ut ajunt) relaxandoque rigorem antiquorum canonum de lapsis. At quid de relapsis? Numquid per biennium tantum cum cathecumenis dimittendi fuissent? minime gentium. Audiant, obsecro, Galliarum Antistites, quam procul a sanctorum Patrum, a quibus per successionem Evangelium accepere, institutis abhorrent, dum festinam nimis exhibendam clamant lapsis reconciliationem, nec anni unius interlapso tempore pœnitentiæ, immo ferme nullis præcedentibus illis a dicto canone præscriptis pœnitentiæ actionibus. At de Agathensi Concilio hactenus.

IX. Codex Theodos. ab Alarico jussus interpretari promulgatur.

IX. Idem Alaricus hoc ipso anno regni sui vigesimosecundo Codicem Theodosianum ex nimia prolixitate contractum, auctum vero aliquibus interpretationibus per Avianum edendum curavit, visum ante atque examinatum probatumque ab Episcopis, & utendum Judicibus tradidit, hoc rescripto præmisso ad Timotheum V. C. Comitem:

X. *Utilitates populi nostri propitia Divinitate tractantes, hoc quoque quod in jure habetur iniquum, meliori deliberatione corrigimus: ut omnis legum Romanarum, & antiqui juris obscuritas, adhibitis sacerdotibus, ac nobilibus viris, in lucem diligentiæ melioris deducta resplendeat: & nihil habeatur ambiguum, unde se diuturna, aut diversa jurgantium impugnet objectio. Quibus omnibus enucleatis, atque in unum librum prudentium electione collectis, hæc quæ excepta sunt, vel clariori interpretatione composita, venerabilium Episcoporum, vel Electorum provincialium nostrorum roboravit assensus.*

Probatæ ante ab Episcopis leges.

*Et ideo scriptum librum, qui in tabulis * habetur collectus, Gojarico Comiti pro distinguendis negotiis nostra jussit clementia destinari; ut juxta ejus seriem universa causarum sopiatur intentio, nec aliud cuilibet aut de legibus, aut de jure liceat in disceptationem proponere, nisi quod directi libri, & subscripti viri spectabilis Aviani manu (sicut jussimus) ordo complectitur. Providere ergo te convenit, ut in foro tuo nulla alia lex, neque juris formula proferri, aut recipi præsumatur. Quod si factum fortasse constiterit, aut ad periculum capitis tui, aut ad dispendium tuarum noveris facultatum. Hanc ergo præceptionem directis libris jussimus cohærere, ut universos ordinationis nostræ & disciplina teneat, & pœna constringat.* XI.

* qui in thesauris nostris habetur, oblatum tibi pro discutiendis.

Subscriptio Aviani.

Avianus vir spectabilis ex præceptione domini nostri gloriosissimi Alarici Regis hunc Codicem de Theodosiani legibus atque sententiis juris, vel diversis libris electum Aduris anno vigesimo secundo eo regnante edidi, atque subscripsi. Recognovimus. Data sub die quarto Nonas Februarii, anno vigesimosecundo Alarici Regis, Tolosæ. Hactenus decretum Alarici, in eo etiam potissimum commendandi, quod nullam penitus sæcularium legum editionem promulgationemque fieri passus est, antequam eædem cognoscerentur atque ab Episcopis probarentur. Observatione quidem digna res est, quomodo Alaricus Rex quamdiu nullum negotium facessivit Catholicæ Ecclesiæ Episcopis, quam felicissime ad vigintiduos annos regnum, licet inter æmulos barbaros, propagarit. Sed quid accidit? Simulac S. Cæsarium Arelatensem Episcopum calumnia oppressum exulare cogit, simul cum illo, & felicitatem fecit extorrem, atque regni pariter cum vita infelix dispendium passus est. At quomodo id acciderit, anni sequentis narratio declarabit. XII.

Quod autem ad Orientales res pertinet; sub hujus anni Consulibus, nempe decimosexto Anastasii Imperatoris anno, nova occasione obortos Constantinopoli adversus Imperatorem tumultus Cedrenus recenset his verbis: *Adduxit etiam Anastasius Cyzico pictorem quemdam Syropersam habitu presbyteri, qui in Regia jussu Imperatoris (nam is Manichæis ludis delectabatur) quædam monstra & ab imaginibus Ecclesiasticis aliena pingeret: ob id magna populi coorta est seditio.* Haud passa est XIII.

Pictorum licentia religioni subjecta.

PAGIUS

patu suo a Visigothis ejectus fuisset, creatus est postea Episcopus Arvernorum, ut testatur Turonensis lib. 3. cap. 2. post mortem Sancti *Euphrasii*, quod Cointius anno DXV. num. IV. eo anno contigisse existimat.

III. Ad num. XII. Hoc anno *Alaricus* Visigothorum Rex Romanarum legum Collectionem instituit, quibus Romani sibi subditi inter se disceptarent. Eæ potissimum desumptæ ex Codice Theodosiano, tum ex Gregoriano, Hermogeniano, Pauli sententiis, Caii Institutis, atque ex Novellarum corpore. Hoc *Breviarium Aniani*, ut vulgo audit, seu Codex publicatus est *tertio Nonas Februarii anno vicesimo*

Breviarium Aniani promulgatur.

Christiana pietas vel in Palatio pingi quæ a religioso ritu abhorrere viderentur: ut plane per censuram Ecclesiasticam licentia illa pictoribus atque poetis a Gentilitiæ superstitionis cultoribus concessa intelligatur esse sublata; peccareque in religionem iidem intelligantur, qui ea quæ non ædificationem, sed offensionem præstant, quoquo pacto in Ecclesiam introducunt, quæ nec in aulæ regiæ parietibus pingi Constantinopolitanus populus passus est. Habes hoc argumento complura luculenter scripta a Gabriele Paleoto S. R. E. Cardinale, quæ expetita a Catholicis contra hæreticos sub prælo modo esse dicuntur: ferunt ea secum laudem suam, ut non indigeant alieno præconio.

XIV. Sed accipe rursum quæ idem auctor Cedrenus istis subiicit de altercatione duorum Episcoporum, alterius Orthodoxi fidei Catholicæ defensoris, alterius vero impii Ariani acerrimi disputatoris: *quem cum effugientem omnem argumentationem Orthodoxus convincere minime posset, pietate fretus eam ipsi Ariano obtulit conditionem, ut omissa disputatione, per ignem cujus fides esset verior probaretur, seseque ambobus in flammas dantibus, ille victor judicaretur, qui ab incendio illæsus abscederet: quod recusante facere Ariano, Orthodoxus intrans in ignem, illæsus exivit.* Hoc ipse quidem sub Anastasio Imp. factum narrat, verum ad tempora Marciani Augusti Theodorus Lector refert; sub tempore autem Anastasii quod subiicimus accidisse commemorat: *Deuterius Arianorum Constantinopoli Episcopus cum Barbatem quemdam sic dictum baptizaret, reprobata, & corrupta Dominica traditione, ausus est inter baptizandum dicere: Baptizetur Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto. Quo dicto, aqua ex Colymbetra evanuit. Barbas vero arrepta fuga, exivit, & miraculum hoc cunctis significavit.* Hæc Theodorus. Sed quod antiquiores Patres diximus ita recepisse baptizatos ab Arianis, ut tamen ad Ecclesiam venientes minime rebaptizarent, sed chrismate tantummodo delinitos solemni ritu reconciliarent Ecclesiæ;

De Ariano Episcopo Constantinop. agente.

satis potest intelligi eos non alia forma quam Ecclesiæ Catholicæ consentanea baptizare consuevisse.

XV. At quanam occasione Anastasius Imperator hæreticis libertatem dederat Constantinopoli commorandi, & quæ vellent agendi, idem paulo superius his verbis indicat: *Imperator Macedonium vehementer ursit, ut idem ipse faceret*, nempe ut damnaret Synodum Chalcedonensem. *Ille vero sine universali Synodo, cui magnæ Romæ Episcopus presideret, nihil se facturum dixit. Quare Imperatorem contra se incitavit: qui ob id ad magnam Ecclesiam confugientes, inde avelli curavit, & leges libertatis hæreticorum Ecclesiis præbuit.* Hæc de impio Anastasio Augusto Theodorus: quæ autem præmisit de Elia Hierosolymorum Episcopo, nempe damnasse Chalcedonense Concilium, quam a vero procul abhorreant, præter illa quæ dicta sunt, denuo inferius dicturi sumus.

Macedonius Constant. Episcop. perstat in confessione.

XVI. Hoc eodem anno; defuncto Joanne Mela Episcopo Alexandrino hæretico, cum sedisset annos novem, in ejus locum subrogatus est Joannes ejusdem nominis tertius, cognomento Machiota, idemque hæreticus. Hæc ex Nicephoro in serie Episcoporum Alexandrinorum. De eo autem Liberatus Diaconus ista habet (a): *Joannes Machiota successit Joanni Melæ: hic etiam ipse suos Principes secutus est, suscipiens quidem Unitivum Zenonis edictum; non autem suscepit Calcedonense Concilium, aut epistolam sancti Leonis Papæ, tamquam non communicaret Flaviano Antiocheno, Eliæ Hierosolymitano, & Timotheo Constantinopolitano*, qui postea successit Macedonio. *Dicebat autem, perfecte edictum se habere.* Hæc cum dicat ipse, simulque uno fasce includat Joannem hunc non communicasse neque Flaviano, nec Eliæ, neque Timotheo; plane horum diversa ratio fuit. Non enim communicavit Flaviano, & Eliæ, quod hi reciperent Concilium Chalcedonense: non communicavit vero Timotheo, quod iste, sicut Anastasius Imperator, reciperet Zenonis Enoticum, quod esset tamquam

De Joanne tertio Episcopo Alexandrino.

(a) *Liber. Diac. Brev. c. 19.*

PAGIUS *no secundo, Tolosa, regnante Alarico Rege*, ideoque hoc Christi anno. De eo Codice legendus Gothofredus in Prolegomenis Codicis Theodosiani cap. 5.

IV. Ad num. XV. Huc referenda, quæ anno superiori num. IV. de *Macedonii* Constantinopolit. Episcopi vexatione, quod Concilium Chalcedonense damnare nollet, in medium adduximus. Baronius enim ea in duos annos divisit, quamvis ad ad præsentem solum spectent.

Macedonius Constantinop. Episc. ab Imperatore vexatur.

V. Ad num. XVI. Cum *Joannes Mela* Episcopus Alexandrinus hæreticus annos novem sederit, ut tam Nicephorus in Chronico quam Tabulæ Theophanis docent, annoque CDXCVI. Episcopatum illum adeptus fuerit, mors ejus contigit superioris anni initio. Auctor enim Historiæ Patriarcharum Cophitarum testatur, eum Ecclesiam Alexandrinam rexisse annos *octo & dies CCXXIV. & quarto Bescinas die Veneris*, vitam cum morte commutasse, seu die vicesima nona Aprilis nostri, quæ anno superiori in feriam sextam cadebat. Quare cum *Athanasius* decessor ejus die XVII. mensis Septembris anni CDXCV. qui cum Dominica concurrebat, vivere desierit, *Joannes* ipsomet die consecratus fuerat Episcopus Alexandrinus seditque annos VIII. dies CCXXIV. die emortuali excluso. Joannem *Melam* excepit *Joannes Niceota*, ut recte eum Theophanes appellat, non vero *Joannes Machiota*, ut habet Liberatus in Bre-

Moritur Joannes Mela Epis. Alexandria.

quam imperfecta confessio, cum nulla ibi fieret expressa mentio damnationis Concilii Chalcedonensis. Hæc ita se habuere, ipsa Ecclesia Alexandrina colente Dioscorum & Petrum Mogum in deterius prolabente.

Ann. Eccl. Tom. IX.

H 2 Qui

PAGIUS Breviario cujus locus in variis, quæ legi Codicibus MSS. varie corruptus est. Hic etiam hæreticus fuit.

VI. *Thalmud* Judæorum, quod Babylonicum vocatur hoc anno promulgatum est, ut anno CCCCLVI.XX n. XIX. ex Kalendario Judaico deduxi. Hæc publicatio in Quindecennalia Anastasii Imp. referenda. *Thalmud Babylonicum.*

I. Alaricus Rex occiditur.

QUi sequitur Christi annus quingentesimusseptimus Consulatu Anastasii Augusti tertium & Venantii Decii adnotatur: Quo Alaricus Rex Gothorum Arianus, cum regnasset in Gallia Aquitania a Rhodano ad Ligerim usque & Pireneos, a Clodoveo Rege Franchorum victus occiditur. Hæc autem quomodo se habuerint, & quæ præcesserint, accurata sunt perverstigatione narranda. Accidit plane, ut sicut cum in humano corpore ossa franguntur, prosternitur homo; ita cum e regno sanctissimi viri tolluntur, qui totam molem precibus fulciebant, ipsum magno fragore corruat. Quod igitur sanctorum subnixum precibus diu steterat inconcussum Alarici regnum, pro cujus felicitate sacri Antistites ad Deum juges fundebant orationes: simulac ab eo sanctus Cæsarius Arelatensis Episcopus est passus exilium, & sanctus Quintianus factus extorris; omnino collabitur.

II. Alaricus coluit sanctum Remigium.

Quomodo autem hæc acciderint, antequam describamus, de priori cultu Alarici Regis quo prosequebatur sanctos Orthodoxos Episcopos, qualis fuerit, aliquo est exemplo primum significandum. Alaricus enim quantumlibet Arianus esset, tamen sanctos Antistites Catholicæ communionis coluit & frequentavit officiis, eos præsertim, quos editione miraculorum Deo gratissimos sentiebat, ut inter alios S. Remigium Rhemensem Episcopum. Ad hunc enim cujusdam Benedicti sui regni nobilis viri filiam arreptitiam curandam misit, quam Sanctus divina virtute non solum a dæmone liberavit, sed & jam defunctam revocavit ad vitam: cujus rei causa ejus parens Benedictus villam quamdam Rhemensi Ecclesiæ dono dedit. Ejus quidem ruris dum meminit idem S. Remigius in suo testamento, attigit hæc omnia verbis istis: (*a*) *Et eas res quas in Provincia Benedictus quidam* (*cujus filiam mihi ab Alarico missam gratia sancti Spiritus per impositionem manus meæ peccatricis non solum a diabolicæ fraudis vinculo, sed ab inferis revocavit*) *ad usum luminis tui*, Rhemensis Ecclesiæ scilicet, *& loci ubi corpus meum jacuerit, continuatim deservire præcipio, &c.*

De filia Benedicti missa ab Alarico ad S. Remigium.

(*a*) *Apud Brisson. in formul.*

III.

Hæc cum in suo testamento totidem verbis dicat ipse Remigius; nescio quomodo ab Hincmaro (*b*) ejusdem Ecclesiæ Episcopo in Vita ejusdem sancti Remigii errore factum sit, ut pro Benedicto isto patre puellæ, homine prædivite in Provincia, positus sit S. Benedictus hoc tempore monasticam vitam in Italia apud Sublacum excolens, cujus nomine & perbrevis epistola ad eumdem S. Remigium data refertur, cum nihil præter nomen commune habere Benedictus iste cum alio cognoscatur. Cæterum majoris apud me fidei est ipsum ejusdem Remigii testimonium in suo testamento disertis verbis id asse-

(*b*) *Apud Sur. die 14. Januar. & die 1. Octob. in sermone ejusdem.*

PAGIUS

SÆC. VI.

Anno Eræ Hisp. DXLV.

A.C. 507.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6000.

☉ 12. G. ☽ 14. P. 15. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 507.

SYMMACHI PAPÆ 10.

ANASTASII IMP. 17.

THEODORICI REG. 15. & 19.

I. *Consules.*

[1] COSS. *Anastasius Aug. III.* & *Venantius* in Occidente creatus; fuit enim pater *Decii* anno DXXIX. Consulis Occidentalis, & *Paulini* anno DXXXIV. eadem dignitate in Occidente exornati, ut patet ex Epistola Athalarici Italiæ Regis apud Cassidorum lib. 9. Epist. XXIII. quamvis utriusque nomen Athalaricus Rex taceat, solumque dicat filios eadem qua pater dignitate exornatos fuisse, plurimumque Decianam familiam laudet. Ad hæc Epistola IX. lib. II. scripta est a Theodorico Italiæ Rege Venantio, qua eum *Domesticorum Comitem* creat. Anastasius, qui septimo Imperii sui anno Consulatum secundum præter morem antea servatum capessiit, rursus decimo post anno a secundo suo Consulatu tertium iniit, aut propter eandem causam, aut ob aliam nobis ignotam.

A num.

NOTÆ [1] COss. *Anastasius Aug.* III. & *Venantius*. Reinesius pag. 944.

.KA. DIE SATURNI. ORA. PRIMA. D. N. FL. . . . sio. AUG. III. CONS.

ad *Flavium Anastasium* III. *cos.* refert idem Reinesius.
Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Venantio.*
Victor: *Venantio & Celere.* Marcellinus; *Anastasio Aug.* III. *solo cos.* Lex *Theodorici* Ravennæ lata; *Venantio* V. C. *cos.* GEORGIUS

afferentis, quam cujusvis auctoris, vel multiplicium aliud afferentium. Sed discutiamus eam quæ hac de re S. Benedicti ad S. Remigium data fertur epistola: extat illa in appendice Chronici Cassinensis a Leone Ostiense editi, cui ejusmodi inscriptio præfixa legitur:

IV. Epistola quæ dicitur S. Benedicti. *Dominico sacerdoti Remigio frater & conservus in Christo Jesu cœnobialis vitæ humilis cultor Benedictus æternæ benedictionis munus.* Hæc quidem inscriptio de impostura magnopere suspicionem auget; inusitatum quippe omnino, ut scribens inferior ætate & dignitate ad majorem, se fratrem & conservum appellet, & benedictionem impertiatur. Ipsa autem epistola sic habet:

V. *Sanctissimo tuo congratulans profectui, sacerdos Regis* *, *quia summi capitis membra sumus, quod mihi deesse sentio (laus Deo) possidere me credo in te. Ecce quod mea peccata fieri probibuerunt, tuæ auctoritatis sacerdotalia habent merita: & desinant modo circa me rumores hominum, cum apud te constet omnium perfectionem esse virtutum. Hanc captivam & ab antiquo hoste obsessam tuæ delego celsitudini, quatenus pro ejus liberatione sacram hostiam offerre Deo debeas, & meam parvitatem victoria ipsa non minimum lætifices. Vale sacerdotum Christi limpidissime calcule.* Hactenus nomine S. Benedicti epistola apud Leonem in appendice collocata: de cujus fide tu, consideratis & perpensis quæ dicta sunt, quamlibet sententiam ferto: nobis certe nec minimum quidem arridet, cum præsertim discrepare intelligatur a scripto testamento S. Remigii, quod non solum doctus Brissonius qui edidit, sed qui illud inspiciunt eruditi omnes legitimum probant atque germanum absque fuco ullo admixto conscriptum.

* æterni.

VI. At quonam modo acciderit, ut qui externos longeque positos sanctos Episcopos coluit Alaricus Rex Gothorum, eos vero quos domi haberet magni nominis æque sanctos, ut Cæsarium Arelatensem, & Quintianum Rutenorum Episcopos fuerit insecutus, jam dicendum: atque de S. Cæsario primo loco quæ ab hujus temporis fidelissimo auctore Cypriano scriptis sunt prodita ad ejus sororem Cæsariam nominatam, verbis ipsius hic describamus: (*a*) *Accidit autem* (inquit) *ut sancti viri tranquillum animum post aliquot dies livida satanæ malitia infestaret; & cui non posset ulla corporis obicere vitia, ei fœdam proditionis notam inurere conaretur. Nam Licummannus beati viri Notarius, homo nequam & perditus, non dubitavit talem se gerere adversus virum Apostolicum, qualem olim Judas adversus Salvatorem. Armatur improbus ille sævæ delationis veneno: suggerit Alarico Regi per eos qui illi erant a secretis, beatissimum Cæsarium, e Galliis genus ducentem totis in id viribus incumbere, ut deditionem faciat, & urbem Arelatensem Burgundionibus prodat; cum ille pastor præstantissimus flexis genibus pacem gentium, urbium tranquillitatem diebus ac noctibus a Domino precaretur. Quare magis credendum est, diabolo instigante, in sancti viri exilium barbaram ferocitatem incitatam esse: non enim gratus aut carus est hosti qui id orat quod cum ejus factis & conatibus pugnet. Itaque iis qui tum aderant instigantibus, nec innocentiæ fides attenditur, nec accusationis veritas inquiritur; sed vana & iniqua delatione damnatus, ab Arelate extractus, cogitur apud Burdegalenses exulare.* Quod autem exul miraculum ingens ediderit, audi:

(*a*) Extat apud Sur. tom.4. die 27. Aug.

Alaricus exulare cogit S. Cæsarium.

VII. Cæsarius miraculis claret. *Sed ne obscura esset in illo gratia Dei casu accidit, ut nocte quadam ea civitas voracibus vastaretur flammis. Tum vero cives ocyus occurunt ad hominem Dei: Sancte Cæsari, clamant, precibus tuis extinguas ignem sævientem. Audiens id vir Dei dolore pariter & pietate commotus, venienti flammæ procedit obviam, humique ad preces prosternitur; mox igneos premit abigitque globos. Concurrunt eo omnes, & divinæ virtutis consonis vocibus laudes celebrant. Deinceps vero tanta apud omnes admiratione fuit, ut in ea urbe non solum ut Pontifex, verum etiam instar Apostoli haberetur, & persecutionis auctor diabolus pudefieret, cernens eum quem proditionis reum peragere nisus esset, divini operis miraculis clarere. Id vero ita gestum esse, ut diximus, fideli relatione comperimus.* Sed quomodo ab exilio liberatur, accusatorque damnatur, pergit idem auctor hæc subdens:

VIII. *Cum autem illic degeret, uti semper, & ubique consueverat, Ecclesiam docuit reddere Cæsari* (*b*) *quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei Deo: Obedire juxta Apostolo-*

(*b*) Math. 22.

PAGIUS II. *Primum S. Cæsarii Episc. Arelatensis exilium.* A num. VI. ad IX. Sanctus *Cæsarius* Arelatensis Episcopus bis in exilium missus est; primum ab Alarico Visigothorum Rege; iterumque a Theodorico Rege Italiæ. De secundo isto exilio infra sermo erit; sed quia Baronius de priori hoc anno differit de eo nobis hic agendum, Cyprianus in hujus Sancti Antistitis Vita lib. 1. cap. 12. refert improbum quendam suggessisse Alarico Regi *beatissimum Cæsarium e Galliis genus ducentem, totis in id viribus incumbere, ut ditionem & urbem Arelatensem Burgundionibus prodat*, indeque hunc iniqua delatione damnatum, *cum ab Arelato fuisset abstractus, in Burdegalensem Civitatem, quasi in exilio* relegatum esse. Posthæc comperta innocentia beati viri, *Alaricus* sanctum Antistitem ad

(a) Rom. 13. (b) Matt. 5.

Cæſarius ab exilio liberatur.

ſtolum (a) Regibus & poteſtatibus, quando juxta præcipiunt: ſed in Ariano Principe contemnere dogmatis pravitatem. Atque ita (quemadmodum teſtatur Veritas b) non potuit lucerna abſcondi ſupra candelabrum Domini poſita; ſed quocumque acceſſit, omnes illuminavit. Poſtea vero quam beati viri innocentiam comperit nefarius Princeps, oravit, ut ad ſuam reverteretur ſedem, ſeque & civibus & clero exhiberet. Porro delatorem ejus juſſit lapidibus opprimi. Populo igitur ad lapides concurrente, ſubito ad aures viri Dei juſſio Regis perfertur. Properat illico, & ſua interceſſione maluit accuſatorem ſuum ſervare pro agenda pœnitentia, quam juſta animadverſione puniri: ut animam ejus per pœnitentiam curaret, quam ipſe iniqua delatione diabolo captivam reddiderat; & hoſti domeſtico clementer ignoſcens, antiquum adverſarium in una re conſcientia pura bis vinceret. Solebat vero ſanctus vir accurate obſervare, ut nemo ex illis qui ipſi parebant, ſive ſervi illi eſſent, ſive ingenui, ſi pro culpa ſua flagellandi eſſent, amplius triginta novem ictibus ferirentur. Si quis vero in gravi culpa deprehenſus eſſet, permittebat quidem ut poſt dies paucos iterum vapularet, ſed paucis: conteſtabaturque Eccleſiæ Præfectos, ſi quis juberet quempiam diutius flagellari, & ea verbera illi mortem afferrent, ut is homicidii reum ſe ſciret. Jus quidem virgarum fuiſſe penes Epiſcopos, ut delinquentes illis ſubiicerent, ſatis hoc exemplo intelligere potes. Sed pergit: *Ubi autem percrebuit apud Arelatenſes, hominem Dei reverti, jamque eum urbi appropinquare: omnes utriuſque ſexus cum crucibus & cereis ei proceſſere obviam pſallentes, & ingreſſum ejus opperientes. Cum ſoleat autem Chriſtus ſervos ſuos illuſtrare virtutibus, & perfidos aperta mirabilium operum luce confundere; ad adventum ſancti viri Dominus terram longiſſima ſiccitate arentem perfudit imbre, ut cum revertente gratioſiſſimo diſpenſatore fructuum quoque ubertas ſequeretur.*

De reditu S. Cæſarii Arelatem.

Hucuſque de exilio, & reditu Cæſarii Cyprianus Epiſcopus: quibus & expreſſam litteris vides religioſam pompam antiquitus obſervari ſolitam in hodiernum uſque retentam crucibus fulgentem, atque cereis emicantem, cum, prævio clero, populo ſubſequente, proceditur.

IX. Quod ad bellicos pertinet apparatus, injerunt una ſimul fœdus Gundebadus Rex Burgundionum cum Clodoveo Rege Francorum adverſus Alaricum Wiſigothorum Regem in Aquitania regnantem: quod quidem antequam detegeretur, & eſſent milites in procinctu; laboravit Theodoricus Rex Oſtrogothorum dominator Italiæ, ut diffidentem Clodoveum Francorum Regem cum Alarico pacis fœdere conciliaret; eaque de cauſa legatos miſit in Gallias, ſcripſitque ad ipſos diffidentes Reges litteras, nimirum ad Alaricum alias, alias vero ad Clodoveum; rurſumque dedit alias ad Regem Burgundionum, atque inſuper ad Regem Erulorum, necnon alias ad Regem Guarnorum, itidemque ad Regem Toringorum, ut omnes ſimul id ipſum Franchorum Regi ſuadere ſtuderent. Extant (c) ipſæ litteræ apud Caſſiodorum omnes quatuor numero. Quomodo autem his contemptis litteris juncti cum Burgundionibus Franchi adverſus Alaricum pugnaverunt, ſuo loco dicturi ſumus.

(c) *Caſſiod. Var. l. 3. ep. 1. 2. 3. 4.*

X. Modo autem de S. Quintiano narrata a Gregorio (ut propoſuimus) hic deſcribamus; quibus de turbationis Galliarum cauſa hæc præmittenda. Gens illa ab exordio naſcentis Eccleſiæ Catholicis ſemper aſſueta dogmatibus, haud facile patiebatur Arianum barbarum nobiliorem Galliarum partem, utpote Italiæ magis propinquam, obtinere; memores quot quantaque majores ipſorum ſanctiſſimi, qui ſub Conſtantio Auguſto claruere Epiſcopi obiiſſent ſtrenue adverſus Arianos pro Catholica fide certamina. Movebantur amplius, cum novum Regem, eumdemque Catholicum, barbarum licet, ſumma tamen religione nitentem regnare ſcirent in Galliis Clodoveum. Cum igitur inter

Gallicanæ fidei puritas haud patitur Gothos Arianos.

PAGIUS

ad Eccleſiam Arelatenſem revocavit, & accuſatorem ejus lapidari juſſit. Quod cum ad aures Cæſarii perveniſſet, interceſſione ſua apud Regem delatorem ſuum a morte liberavit. Hæc ſummarie ex Cypriano excerpta. Sed cum Alaricus Rex hoc anno, ut mox videbimus interierit, & *Cæſarius* per aliquod tempus in exilio verſatus fuerit, is ante hunc annum proditionis apud Alaricum Regem accuſatus.

III. Ad num. X. & ſeq. Turonenſis lib. 2. cap. 36. & in lib. de Vita Patrum cap. 4. refert, *Quintianum* Rutenorum Epiſcopum ab Urbe a civibus expulſum interficere, Gothos, *qui in hac Urbe morabantur*, cogitaſſe, quod cum viro Dei nunciatum fuiſſet Arvernos venit, ibique a ſancto *Eufraſio* Epiſcopo benigne ſuſceptus, qui ei largitus eſt tam domos, quam agros & vineas. Cum autem Turonenſis hæc narret, antequam cap. inſequenti ſermonem habeat de bello Chlodoveum inter Francorum, & Alaricum Gothorum Reges geſto exiſtimavit Baronius, ſanctum *Quintianum* hoc anno in exilium miſſum; notatque num. VI. *Alaricum* qui ſanctos Epiſcopos coluit inſecutum tamen eſſe duos magni nominis Antiſtites, *Cæſarium* ſc. Arelatenſem, & *Quintianum* Rutenenſem. Verum in Gregorii Turonenſis Hiſtoria Quintiani exilium, præpoſtero ordine narratur, ut ex ipſomet Turonenſi demonſtrari poteſt, Quintianus enim ſubſcripſit Concilio Aurelianenſi primo ſicuti & *Eufraſius* Epiſcopus Arvernenſis: illud autem anno DXI. *ſub die VI. Idus Julias* congregatum, ut mox oſtendam

S. Quintianus Epiſc. Rutenenſis in exilium miſſus.

inter alios Quintianus id se cupere testaretur, ut Rex Catholicus Catholicis dominaretur: a delatoribus delatus ad Gothos, & ab eisdem quæsitus ad necem, est factus extorris. Narrat rem gestam ita Gregorius (a): *Multi jam tunc ex Gallis habere Franchos dominos summo desiderio cupiebant. Unde factum est ut Quintianus Rutenorum Episcopus per hoc odium ab urbe depelleretur. Dicebant enim ei: Quia desiderium tuum est ut Franchorum dominatio possideat terram hanc.*

(a) Greg. hist. Franc. l. 2. c. 36.

XI. Quintianus fugit persequentes Gothos. *Post dies autem paucos, orto inter eum & cives scandalo, Gothos, qui in hac urbe morabantur suspicio attigit, exprobrantibus civibus, quod velit se Franchorum ditionibus subjugare; consilioque accepto, cogitaverunt eum perfodere gladio. Quod cum viro Dei nunciatum fuisset, de nocte consurgens, cum fidelissimis ministris suis ab urbe Rutena egreditur, Arvernos advenit; ibique a Sancto Euphrasio Episcopo, qui quondam Aprunculo Divinionensi successerat benigne susceptus est; largitisque ei tam domibus quam agris & vineis, secum retinuit, dicens: sufficit hujus facultas Ecclesiæ, ut utrumque sustineat: cum tanta charitas, quam B. Apostolus prædicat, permaneret inter sacerdotes Dei. Sed & Lugdunensis Episcopus largitus est ei aliqua possessionis Ecclesiæ suæ, quam in Arverno habebat. Reliqua vero de S. Quintiano, tam insidiæ quas pertulit, quam illa quæ per eum Dominus operari dignatus est, scripta sunt in libro Vitæ ejus.* Hucusque Gregorius. Porro Quintianus interfuisse reperitur pluribus Synodis, ut Aurelianensi atque aliis: qui egregia clarus sanctitate, meruit post obitum inter Sanctos adscribi (b), quos Eclesia Dei annua celebritate colere consuevit.

(b) Martyr. Rom. die 14. Junii.

XII. De tempore mortis Alarici Regis. His igitur de sanctissimorum Antistitum pressura narratis, reliquum est, ut sermonem habituri de Alarici Regis interitu, de tempore quo accidit, quam exactissimam ineamus rationem. Qui enim existimarunt Alaricum vigintiduobus dumtaxat annis regnasse anno superiori finem vivendi fecisse tradiderunt. At veteres sunt de his consulendi chronographi. Sanctus Isidorus Hispalensis Episcopus res Gothorum duplici scripto prosecutus, nimirum Chronico & Historiæ compendio; triplici chronographia sub hoc anno Alarici mortem consignat, nempe numero Æræ, annis Imperii Anastasii, & tempore ipsius Alarici regni; dum videlicet tradit ipsum regnasse annos vigintitres, decessisseque anno decimoseptimo Anastasii Imperatoris; atque in ejus locum mox suffectum ipsius filium Geselicum eodem anno decimoseptimo Anastasii, Æra quingentesima quadragesimaquinta, qui est hic ipse annus Domini quingentesimus septimus. Ex his autem habes, unde erroris arguas Gregorium Turonensem, dum victum a Clodoveo Alaricum ponit anno quinto ante ejusdem Clodovei Regis obitum, nempe post annos duos: sed & fortius idem redarguitur a Cassiodoro hujus temporis scriptore, dum sub sequentis Anni Consulibus Venantio Juniore atque Celere victoriam ponit Theodorici Regis adversus Franchos

PAGIUS dam. Præterea Turonensis lib. 3. cap. 2. prodit, Eufrasium, *quatuor annos post Chlodovechi obitum* vixisse, & *vicesimo quinto Episcopatus sui anno* ad Deum transiisse. *Cum autem hoc Theodorico nunciatum fuisset, jussit ibi Sanctum Quintianum institui dicens, hic ob nostri amoris zelo ab urbe sua ejectus est.* Ex quibus evidenter deducitur, post Chlodovei Magni mortem quæ anno DXI. accidit, Gothos multa loca, quæ hoc & sequenti anno Clodoveus subegit, pervasisse, & recuperata civitate Rutenica, *Quintianum* Episcopum in exilium expulisse anno DXV. qui quartus est a morte Cholodovei Regis illum in locum Sancti *Eufrasii* Arvernorum Episcopi subrogatum esse; tunc Arvernos paruisse *Theodorico* Regi Chlodovei Magni filio, & denique Rutenos in Francorum potestatem nondum rediisse. Hoc igitur anno S. Antistes a Gothis ex Urbe Rutenensi eiici non potuit; cum ea *Clodoveus* Rex usque ad mortem potitus sit.

IV. *Tempus exilii S. Quintiani ex ordinatione ejus successoris innotescit.* Juvat hæc confirmare ex Vita Sancti *Dalmatii* Quintiani in Sede Rutenica successoris, a Labbeo ex Codice MS. Moyssiacensi publicata in fine Tom. II. novæ Biblioth. In ea legitur, Dalmatium *in quinquaginta sex annis Episcopatus sui*, multas virtutes fecisse in sæculo; Turonensis autem lib. 5. cap. 46. testatur eum anno *quinto Childeberti Regis*, Christi sæculo DLXXX. migrasse e sæculo. Quare *Dalmatius* anno DXXV. Episcopatum Rutenensem adeptus est; cumque Auctor ejus Vitæ prodat Urbem Rutenorum tunc in potestate Gothorum fuisse; illum a Narbonensi Metropolitano consecrationem accepisse; & postea cum Amalarico Visigothorum Rege Ariana hæresi infecto congressum esse, apparet Rutenos nondum paruisse Francis. Verum postquam anno DXXXIII. Theodoricus & Chlotarius Francorum Reges adversus Visigothos bellum gessere, ut suo loco dicetur, *Ruteni* in potestatem Francorum rediere ut patet ex Concilio Arvernensi primo anno DXXXV. celebrato, cui *Dalmatius* inter Episcopos ex ditionibus Theodoberti Regis congregatos subscripsit. Loquitur Anonymus ille de hac posteriori ad Franciam accessione, aitque *Dalmatium* statim ad Theodobertum Regem devotissimum accessisse. Ruteni itaque, qui ab antiquis temporibus Bituricensi Metropoli subdebantur, post *Alarici* Regis mortem modo Metropolitanæ Sedi Narbonensi, modo Bituricensi subjecti fuere, quia Urbs illa modo Gothos, modo Francos Dominos agnovit. Sed de *Dalmatio* & *Quintiano* ejus decessore infra rursus sermo erit. Quis vero a recessu Quintiani ad ordinationem Dalmatii Rutenensem Ecclesiam rexerit, incompertum.

V. A num. XII. ad XXII. Bellum Visigothicum recte

chos, quam post occisum Alaricum accidisse consentiunt omnes.

XIII. *Causæ belli adversus Gothos.* Quænam autem belli hujus causa præcesserit; Theodoricus Rex Italiæ ad eumdem Clodoveum scribens, legatosque pro ineunda concordia cum Alarico mittens, mediocres causas intercessisse testatur (*a*). Scripsit idem & ad Alaricum eodem quoque argumento per legatos epistolam (*b*), qua ait inter eos parvam quamdam de verbis extitisse contentionem. Cum vero Theodoricus neque a Rege Burgundionum, neque a Rege Franchorum auditus esset, præsto esse Alarico gentili suo animo decernens, expeditionem adversus eos adornat, atque ad suos Gothos scripsit epistolam (*c*) de expeditione Gallicana paranda, cum jam accepisset Clodoveum arma tractare. Gregorius autem Turonensis religionis zelo permotum ait Clodoveum adversus Alaricum, quod Christianissimus Rex indigno ferret animo in Galliis regnare hominem Arianum: nam hæc ipse de eo (*d*): *Igitur Clodoveus Rex ait suis: Valde moleste fero, quod hi Ariani partem teneant Galliarum. Eamus cum Dei auditorio, & superatis, redigamus terram in deditionem nostram. Cumque placuisset omnibus hic sermo, commoto exercitu, Pictavos dirigit: ibi tunc Alaricus commorabatur.* Hæc de causa belli Gregorius.

(*a*) *Apud Cassiod. Var. l. 3. ep. 4.*
(*b*) *Apud Cassiod. Var. l. 3. ep. 1.*
(*c*) *Apud Cassiod. l. 1. ep. 24.*
(*d*) *Greg. Tur. hist. Franc. l. 2. c. 37.*

XIV. His visis, jam narrare aggrediamur, quisnam fuerit Christianissimi Principis bellicus apparatus, nonnisi prævia religione dispositus: ut simul intelligas, quantum valeat ad debellandos hostes cum Dei timore pietas optime custodita. Quidnam autem ipso expeditionis exordio egerit, audi primum ab Hincmaro Rhemensi Episcopo, res gestas sancti Remigii prosequente: *Tunc* (inquit) *per consilium Reginæ suæ fecit Ecclesiam in honorem Apostolorum Petri & Pauli in Parisiorum civitate.* Pugnaturus enim adversus hæreticos, jure sibi Principes Apostolorum eo munere conciliandos putavit, utpote validissimos adversus impios propugnatores Ecclesiæ: Sed quid præterea auspicando difficillimo prælio præmittendum putarit Rex Christianissimus Clodoveus, audi ista subiicientem Hincmarum: *Per consilium B. Remigii in Aureliano civitate Episcoporum Synodum convocavit, in quo Conventu multa utilia constitua fuere. Rex quoque devotissimus pergens contra Alaricum Arianum, benedictionem petiit a S. Remigio; cui & benedictionem dedit & victoriam in verbo Christi respondit: deditque illi plenum vas, quod vulgi consuetudo flasconem appellat, de vino quod benedixit.* Addit de eodem vino multiplicato divina virtute usque ad finem belli: cujus miraculi cum nullus alius antiquorum meminerit, fides sit apud auctorem: Cum haud inficias jerimus complura viro disertissimo innotuisse ex archivo Rhemensis cui præerat Ecclesiæ; nec dubitemus de divina virtute, cujus in edendis miraculis vis omnem semper captum humanum superat. Accepta igitur a sanctissimo sacerdote ad periculosum conficiendum bellum benedictione, a quo & sacrum quoque baptismum acceperat, universo exercitui edita sanctione mandavit, ne quid per hujusmodi bellum damni inferretur Ecclesiis, sacrisve ministris, personis rebusque ad eos spectantibus. Hujus quidem a se conditæ legis meminit ipse in epistola data ad Episcopos Aureliani ad Concilium congregatos: ut plane magnopere sit in religiosissimo Principe commendandum, in procinctu ipso nihil antiquius habuisse, quam pietate conciliare sibi cœleste numen. At describamus hic epistolam, quam diximus ea de re a Clodoveo ad sanctum Episcoporum Concilium datam: *Clodoveus scribit ad Episcopos Concilii Aurelianensis.*

Dominis sanctis, & Apostolica sede dignissimis Episcopis Clodoveus Rex.

Enunciante fama quid actum fuerit, vel præceptum omni exercitui nostro, priusquam in patriam Gothorum ingrederemur, beatitudini vestræ præterire non potui. In primo quoque de ministerio Ecclesiarum omnium præcepimus, ne ad subripiendum ea aliquis conaretur, neque de sanctimonialibus, neque de viduis quæ in religione Domini devotæ esse probantur: simili conditione de clericis, vel filiis supradictorum tam clericorum, quam viduarum, qui cum in illis in domo ipsorum consistere videbantur. Idem & de servi- XV. *Quæ a militibus servanda Clodoveus proposuerit.*

PAGIUS *Chlodoveus Rex bellum indicit Alarico Regi.* recte hoc anno Baronius collocat, sed perperam Turonensem lib. 2. cap. 42. reprehendit, quod scripserit, *Chlodoveum* Regem migrasse e sæculo *post Vocladense bellum anno quinto*; cum enim nunc certum indubitatumque sit, hujus Regis mortem anno quingentesimo undecimo contigisse, annum quo istud bellum gestum, manifestius declarare non potuit Turonensis. Hujus belli causam idem Historicus lib. 2. cap. 37. Zelum fuisse Christianæ religionis propagandæ asserit: *Chlodovechus Rex ait suis: Valde moleste fero, quod hi Ariani partem teneant Galliarum:* paulo post: *Cumque placuisset omnibus hic sermo, commoto exercitu Pictavis dirigit. Ibi tunc Alaricus commorabatur.* Verum si Chlodoveus præter Arianam hæresim quam *Alaricus* profitebatur, nullam aliam odii sui causam habuisset, omnes Principes Arianos in se procul dubio concitasset, nec *Gundobaudum* Burgundionum Regem Arianum ad suas partes pertrahere potuisset. Fredegarius itaque in Epitome cap. 25. & Aimoinus lib. 1. cap. 20. aliam hujus belli occasionem extitisse scribunt. Miserat *Chlodoveus* Legatum suum nomine *Paternum* ad Alaricum Regem, ut quæ pacis essent, tractaret; sed cum *Alaricus* fraudulenter cum

vis Ecclesiarum quos de Ecclesiis tractos per Episcoporum sacramenta constiterit, præceptum est observare, ut nullus ex ipsis antiquam violentiam vel damnum patiatur. Quod ita ad integrum est intelligendum, ut ex his supradictis si aliquis vim captivitatis pertulisset sive in Ecclesia, sive extra Ecclesiam, omnino sine aliqua dilatione præcipiamus esse reddendos. De cæteris quidem captivis laicis, qui extra pacem sunt captivati, & fuerint approbati Apostoli, aut cui volueritis arbitrii vestri, non est negandum. Nam de his qui in pace* nostra tam clerici quam laici subrepti fuerint, si veraciter agnoscitis, vestras epistolas de annulo vestro intra signatas sic ad nos omnimodis dirigatis, & a parte nostra præceptionem latam noveritis esse firmandam*: sic tum populus noster petit, ut cuicumque epistolas vestras præstare fueritis dignati, cum sacramento per Deum, & benedictione vestra dicere non tardetis, rem istam quæ poscitur, veram esse: quia multorum varietates & falsitates inventæ sunt, ut comprehendantur, sicut scriptum est (a): Perit justus cum impio. Orate pro me, domini sancti, & Apostolica sede Papæ dignissimi.* Quid ad ista rescripserint sacerdotes, inferius verba facturi de eodem Concilio Aurelianensi suo loco dicemus.

*Apostolici hoc est Catholici. *parte. *servandam. (a) Gen. 18.

XVI. Quod vero religiosissimus Princeps lege sancita cavit, illud ipsum inviolabiliter quidem voluit custodiri; ut quæ de ipso his verbis scribit Gregorius Turonensis, aperte declarant (b): *Quoniam (inquit) pars hostium per territorium Turonicum transibat, pro reverentia beati Martini dedit edictum, ut nullus de regione illa aliud quam herbarum alimenta aquamque præsumeret. Quidam autem de exercitu, invento cujusdam pauperis fœno, ait: Nonne Rex herbam tantum præsumi mandavit, & nihil aliud? & hoc (inquit) herba est. Non enim erimus transgressores præcepti ejus, si eam præsumimus. Cumque vim faciens pauperi, fœnum vi abstulisset; factum pervenit ad Regem. Quo, dicto citius, gladio peremSpto, ait: Et ubi erit spes victoriæ, si Beatus Martinus offenditur? Satisque fuit exercitui, nihil ulterius ab hac regione præsumere.*

(b) Greg. Turon. hist. Franch. l. 2. c. 3. In Fœni raptorem severe ultus Clodoveus.

Ipse vero Rex direxit nuncios ad beatam basilicam, dicens: Ite, & forsitan aliquod victoriæ auspicium ab æde sancta suscipietis. Tunc datis muneribus, quæ loco sancto exhiberent, ait: Si tu, Domine, adjutor mihi es, & gentem hanc incredulam, semperque æmulam tibi meis manibus tradere decrevisti, in ingressu basilicæ sancti Martini dignare propitius revelare; ut cognoscam, quia propitius dignaberis esse famulo tuo. Maturantibus autem pueris, & ad locum accedentibus juxta imperium Regis dum sanctam ingrederentur basilicam, hanc antiphonam ex improviso Primicerius qui erat incepit: Præcinxisti (c) me Domine virtute ad bellum: supplantasti insurgentes in me subtus me; & inimicorum meorum dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. Quod satellites audientes, & Domino gratias agentes, & vota B. Confessori promittentes, læti renunciaverunt Regi. XVII.

(c) Ps. 17. Ex Prophetæ Psalmo Prophetia victoriæ innotuit.

Porro ille, cum ad fluvium Vigennam cum exercitu advenisset, per quem locum transire deberet, penitus ignorabat: intumuerat enim ab inundatione pluviarum. Cumque illa nocte Dominum deprecatus fuisset, ut ei vadum, quo transire posset, dignaretur ostendere; mane facto, cerva miræ magnitudinis ante eos nutu Dei flumen ingreditur, illaque vadante, populus qua transire posset agnovit. Veniente autem Rege apud Pictavos, dum eminus in tentoriis commoraretur, pharus ignea de Basilica sancti Hilarii egressa, visa est ei, tamquam super se advenire; scilicet, ut lumine B. Confessoris adjutus Hilarii, liberius hæreticas acies, contra quas sæpe idem sacerdos pro fide conflixerat, debellaret. Contestatus est autem omni exercitui, ut nec ibi quidem aut in via aliquid spoliarent, aut res cujusquam diriperent. XVIII.

Erat autem in his diebus vir laudabilis sanctitatis Maxentius Abbas reclusus in monasterio suo ob Dei timorem intra XIX. De S. Maxentio Abbate.

PAGIUS

cum Legato egisset, eumque contumeliis affecisset, *Chlodoveus* e Francia in Aquitaniam venit, & adversus Alaricum movit.

VI. *Theodoricus* Italiæ Rex; ubi de hoc inter duos Reges dissidio edoctus est, scripsit *Alarico* genero suo, ne moveret bellum cum adversario, donec pax inter eosdem tractaretur, maxime quod adhuc *de verbis* parva contentio esset, ut videre est apud Cassiodorum lib. 1. Epist. II. Erat *Theodoricus* Chlodovei fororius, & socer Alarici, sed cum præterea & gente, & religione, utpote Gothus & Arianus, *Alarico* jungeretur, hujus sese partes amplexurum non obscure significavit. Prius tamen existimavit, ad *Chlodoveum* Regem bellicosissimum Oratores dirigendos esse cum literis exhortatoriis ad concordiam cum adversario servandam, donec eorum controversia, Legatis amicorum finitimorumque Regum intercurrentibus, finiretur. Extant eæ apud Cassiodorum lib. 3. Epist. IV. ex quarum collatione cum superioribus ad *Alaricum*, hunc rerum gestarum ordinem deprehendit Cointius hoc anno & seqq. *Alaricus* Legatos ad *Chlodoveum* misit, ad illam Legationem, quacumque de re fuerit, cum eam *Theodoricus* non exprimat, protinus excanduit *Chlodoveus*; *Alaricus* Chlodovei responso, quod nec in literas relatum fuit, læsum se quoque putavit. Cum res in eo statu essent, & mediocres irarum causæ viderentur, *Theodoricus* ad *Alaricum* generum, cui plurimum timebat, Oratores destinavit, qui cogni-

Theodoricus Italiæ Rex de pace inter utrumque agit.

ta

tra terminum Pictaviensem; cujus monasterii nomen lectioni non indidimus, quia locus ille usque hodie Cellula S. Maxentii vocatur. Cujus monachi cum hostium cuneum unum in monasterium cernerent propinquare, Abbatem exorant, ut de cellula sua egrederetur ad consulendum eis. Illoque demorante, hi timore perculsi, eum aperto ostio producunt de cella sua. At ille in occursum hostium quasi pacem rogaturus pergit intrepidus. Unus autem eorum evaginato gladio, ut in caput ejus libraret; manus ad aurem erecta diriguit, gladiusque retrorsum ruit. At ille ad pedes B. Viri, veniam deposcens, sternitur. Quod videntes reliqui cum timore maximo ad exercitum redierunt, timentes ne & ipsi pariter interirent. Hujus vero brachium B. confessor cum oleo benedicto contrectans, imposito signo Crucis restituit sanitati: ejusque obtentu monasterium permansit illæsum. Multasque & alias virtutes operatus est; quas si quis diligenter inquiret, librum vitæ illius legens, cuncta reperiet. Sed non extat. Viget vero Maxentii memoria indelebili nota in sacro Ecclesiæ Martyrologio, annis singulis sexto Kal. Julii rediviva. Subdit autem ista Gregorius de victoria Clodovei:

XX. Vincitur & occiditur Alaricus a Clodoveo.

Interea Clodoveus Rex cum Alarico Rege Gothorum in campo Vocladense, decimo ab urbe Pictavo milliario, convenit, & cum confligentibus his eminus resistunt, cominus illi: cumque secundum consuetudinem Gothi terga vertissent, ipse Rex Clodoveus victoriam, Domino adjuvante, obtinuit. Habebat autem in adjutorium suum filium Sigeberti Claudi nomine Clodericum (hic Sigebertus pugnans contra Alamannos apud Tulbiacense oppidum percussus in geniculo claudicabat.) Porro Rex cum fugatis Gothis Alaricum Regem interfecisset, duo ex adverso subito advenientes, contis utraque ei latera feriunt: sed auxilio tam loricæ, quam velocis equi, ne periret, exemptus est. Maximus ibi tunc Arvernorum populus, qui cum Apollinare venerant, & primi qui erant ex Senatoribus corruerunt. De hac pugna Amalaricus filius Alarici in Hispaniam fugit, regnumque patris sagaciter occupavit. Clodoveus vero filium suum Theodoricum per Albigensem ac Rutenam civitatem ad Arvernos dirigit. Qui abiens, urbes illas a finibus Gothorum usque Burgundionum terminum, patris sui ditionibus subjugavit. Regnavit autem Alaricus vigintiduos annos, exactos videlicet. Clo-

PAGIUS

ta Visigothi voluntate, mox ad Burgundionum aliarumque nationum Reges se conferrent eos rogaturi, ut aut pacem inter Visigothos ac Francos consolidarent, aut fœdus cum Alarico contra gentem Francorum inirent. Deinde alios Legatos in Franciam misit qui suaderent amicitiam cum Visigothis perpetuo servandam, acceptoque responso statim, quid consilii *Chlodoveus* caperet, Alarico renunciarent. Utrisque literis propensus fuit *Theodoricus* ad sopiendam controversiam, metuens *Alarico* rei militaris ignaro, si prælio lis dirimeretur.

VII. *Pugna ad campos Vogladenses.*

Priusquam Franci cum Visigothis conferto prælio dimicarent, *Theodoricus* literas dedit ad *Gundobadum* Burgundionum Regem, recitatas a Cassiodoro lib. 3. Epist. II. Dedit & alias Regibus Herulorum, Guarnorum, & Thuringorum super eodem argumento, ut videre est apud Cassiodorum lib. 3. Epist. III. Sed tot Legationibus nihil profecit Theodoricus; ventum est ad arma: *Chlodoveus Rex cum Alarico Rege Visigothorum in campo Vogladensi decimo ab Urbe Pictava milliario convenit, & confligentibus his eminus resistunt, cominus illi. Cumque secundum consuetudinem Gothi terga vertissent, ipse Rex Chlodovechus victoriam Domino adjuvante obtinuit*, inquit Turonensis, qui addit, illum fugatis Gothis *Alaricum* Regem interfecisse, *Vogladum*, ubi pugnatum est, vulgo *Vougla*, castellum est in Pictonibus Clenno appositum, a Civitate Pictaviensi tribus leucis dissitum.

VIII. *Chlodoveo tota Aquitania cessit.*

Hac victoria *Aquitania* tota Franciæ ditioni subjecta. Metropolis *Turonum*, in qua corpus Sancti Martini quiescebat, prima Civitatum Alarico subjectarum, & quidem ante pugnam, Francos recepit. Ex agro Turonum hi recta contenderunt *Pictavum*, ubi *Sanctus Maxentius* Abbas florebat, qui eo tempore multas virtutes operatus est, ejusque obtentu Monasterium permansit illæsum, ut habet Turonensis, cui suffragatur Auctor Anonymus Scriptor Vitæ hujus Sancti a Mabillonio sæculo I. Benedictino recitatæ. Superest adhuc Monasterium illud paulo infra ortum *Separis* fluvii, quod Sancti Maxentii Oppido nomen dedit. Celebratur maxime sepulchro Sancti Leodegarii Martyris & Episcopi Æduensis, qui ibidem Abbas fuit. Sanctus *Maxentius* miraculis clarissimus transivit de mundo ad Christum *sexto Kalendas Julias*, ut in Vita ejus dicitur, anno circiter DXV. Post pugnam Vogladensem *Chlodovechus filium suum Theodericum per Albigensem ac Rutenam civitatem ad Arvernos dirigit. Qui abiens Urbes illas a finibus Gothorum usque Burgundionum terminum patris sui ditionibus subjugavit*, inquit Turonensis laudatus, qui præterea subdit, Chlodoveum hiemem egisse Burdigalæ, quo sicut apud Aimoinum lib. 2. cap. 37. legitur, *ad patrem victor rediit* Theodoricus postquam *Rutenos Cadurcosque, atque Arvernos subegit*. Hoc itaque anno Chlodoveus Turonos, Pictavum, Burdigalam cepit; Theodoricus ejus filius Cadurcos Albigenses, Rutenos Arvernos subegit, & Franciam usque ad Occidentalem Burgundiæ limitem propagavit, Gothis in illa regione ne Oppido quidem relicto.

IX. *Gesta anno sequenti a Chlodoveo in Visigothico bello.*

Anno vero sequenti *Chlodoveus* Burdigala, Turonos, atque inde Parisios rediit, sed antea hæc ab eo gesta esse refert Turonensis lib. 2. cap. 37. quæ Baronius num. XX. recitat: *Chlodovechus apud Burdegalensem urbem* hiemem agens cunctos thesauros Alarici a Tolosa auferens Ecolisinam venit, cui tantam Dominus gratiam tribuit, ut in ejus contemplatione muri sponte corruerent. Inculisma Turonos iter arripuit, inquit ibidem Turonensis; ut autem in Gestis Reg. Franc. cap. 17. legitur *in Santonico, vel Burdigalense Francos præcepit mane-re*

Clodoveus vero apud Burdegalensem urbem, hiemem agens, cunctos thesauros Alarici a Tolosa auferens, Engolismam venit. Cui Dominus tantum gratiæ tribuit, ut in ejus contemplatione muri sponte corruerent: tunc vero exclusis Gothis, urbem suo dominio subjugavit. Patrata post hæc victoria, Turonos regressus est, multa sanctæ basilicæ B. Martini munera offerens. Hactenus de his Gregorius.

XXI. Quæ vero alia ab his diversa addit Procopius Græcus historicus, ex verbis ipsius accipe (*a*): *VVisigothi interea, postquam Germanos* (ita ipse Franchos appellat) *circa Carchasonem urbem castra habere certiores sunt redditi; confestim his obviam eunt, & positis castris quietos se continent. Sed cum in ea obsidione temporis plurimum contererent, tædere cœpit inertiæ, & ægre ferre per hostes loca sua vastari, in prædamque omnia agi. Unde & Alaricum contumeliis & probris incessere, & quod hostes formidaret, odisse, suique ducis cunctationem & segnitiem criminari; & identidem affirmare, per se quidem & solos absque copiis Theodorici, quæ expectabantur, Germanos posse vincere. Unde suorum importunitate victus Alaricus, etsi haud præsentibus Gothis, cogitur statim in aciem adversus hostes prodire. Sed Germani ea congressione superiores jam facti, Uvisigothorum vi maxima cæsa, Alaricum simul ducem obtruncant; & Galliis majorem in partem potiti, Carchasonem urbem celerrime obsident, ut in qua abditas esse regias opes acceperant, quas Alaricus quondam Senior, cum Romam cepisset, abstulerat. In his ferunt Salomonis fuisse pretiosissimam supellectilem, & aspectu dignissimam, ut quam ingentis pretii gemmis ornatam ex Hierosolymis dicunt advexisse quondam Romanos.* Quæ autem post hæc secuta sunt de liberata per Theodorici exercitum Carchasonensi civitate ab obsidione, in sequentem annum esse reiicienda, Cassiodorus in Chronico monet. Vides, lector, quem finem consequi soleant bella, quæ religio movit, & pietas dispofuit, atque ipsum jugiter est comitata procinctum. Jam vero ad Patres Aurelianensis Concilii redeamus.

(*a*) *Procop. de bello Goth. l. 1.* Eadem historia ex Græcis petita.

Qui igitur Clodovei litteras datas acceperunt, cum de iis quæ ipse Synodum consulverat diligenti discussione tractassent, sacris sancitis decretis, eadem cum his litteris ad eum scriptis misere, quæ sic se habent (*b*):

(*b*) *Conc. Aurel. c. 20.*

XXII. Concilium Aurelianense.

Domino suo Catholicæ Ecclesiæ filio Clodoveo gloriosissimo Regi. Omnes sacerdotes, quos ad Concilium venire jussistis, quia tanta ad Catholicæ religionis cultum gloriosæ fidei cura vos excitat, ut sacerdotalis mentis affectu sacerdotes de rebus necessariis tractaturos in unum colligi jussertis; secundum vestræ voluntatis consultationem & titulos quos dedistis, ea quæ nobis visa sunt, definitione respondimus; ita ut si ea quæ nos statuimus, etiam vestro recta esse judicio comprobantur, tanti consensu Regis ac domini majoris, auctoritatem servandam tantorum firmat sententia sacerdotum. Hucusque ad Clodoveum epistola sacri Concilii, sed quæ mendosa nonnihil appareat. Quod autem audis jussu Clodovei ad Synodum esse convocatos Episcopos; monente id sancto Remigio factum esse, in rerum gestarum ipsius historia testatur Hincmarus: ita plane bene hæc suadens novo Christiano fortissimo Principi, tunc ipsi cuncta dextere processura, cum primum omnium optimo religionis statui Rex accurate prospiciat.

Monitione S. Remigii collegit Concilium Clodoveus.

XXIII. Quod autem ad sancitos sacros canones pertinet, trigintatres numero summa pru-

PAGIUS *re ad delendam Gothorum gentem*, copiisque illis præfecit Theodoricum filium, *qui Civitatibus captis circa maritima jussu patris ad eum reversus est*, ut scribit Fredegarius in Epitome cap. 26. His igitur finibus, ut observat Cointius anno DVIII. num. III. circumscribendæ sunt Urbes ac Provinciæ sub jugum a Chlodoveo missæ hoc & sequenti anno; ab ortu Regno Burgundiæ, Oceano ab Occasu, Ligeri a Septentrione, a Meridie Pyrenæis montibus & Gallia Narbonensi; ita tamen ut agri Tolosanus & Ucecienfis, qui partem Galliæ efficiebant, adscribantur Franciæ. Hoc terrarum circuitu comprehenduntur tres Provinciæ Aquitanicæ, cum Civitates Turonorum, Tolosatium, & Ucecensium, quarum prima Metropolis erat Provinciæ Lugdunensis III. duæ aliæ Civitates erant Provinciæ Narbonensis primæ. De obsidione Urbis *Carcassonensis*, quam Baronius num. XXI. delibat, agemus anno sequenti.

X. A num. XXII. ad XXVI. Concilium primum *Aurelianense*, cujus Canonibus præfigitur Episcoporum ad Chlodoveum Epistola, a Baronio recitata, quæ illum ad religionis Catholicæ cultum promovendum maximo studio exarsisse ostendit, anno tantum quingentesimo undecimo celebratum. Hanc certam sedem defigit ei *Felicis* Consulatus, quem in subscriptionibus præferunt multi Codices antiqui ut Sirmondus in Conciliis Gallicanis observavit. *Cyprianus* quippe Burdigalensis metropolita eidem subscripsit *sub die VI. Idus Julias Felice V. C. Consule*, anno sc. DXI. Cointius eo anno num. III. ait se semper suppositium existimasse characterem Consulatus in Synodis Gallicis appositi, quia, inquit, Reges Francorum non erant obnoxii Romano Imperio, & inter tot Auctores Francos, qui de rebus gentis suæ scripserunt, unus duntaxat occurrit Marius Aventicensis Episcopus, qui Chronicon suum per Consules ideo digessit, quod illud Consularibus Fastis Prosperi subjecit. Cæteri Scriptores hoc abstinuerunt charactere. Gregorius Turonensis vix unius aut alterius Consulatus sub Romanis Imperatoribus ante conditam Francorum in Gallia Monarchiam meminit. Sola pene Concilia præferunt aliquos Consulatus in suis subscriptio-

Epocha Concilii Aurelianensis.

prudentia reperiuntur fuisse editi: quorum qui ad rerum gestarum ampliorem cognitionem spectat, extat septimus, quo declaratur eumdem Christianissimum Regem complura contulisse Ecclesiis munera, aliaque fuisse pollicitum. Sunt enim hæc ejusdem canonis verba (*a*):

(*a*) Conc. Aurel. c. 7.

Ecclesiis complura dona a Clodoveo data.

De obligationibus, vel agris, quos dominus noster Rex Ecclesiæ suo munere conferre dignatus est, vel adhuc non habentibus, Deo sibi inspirante, contulerit, ipsorum agrorum vel clericorum immunitate concessa; id esse justissimum definimus, ut in reparationibus ecclesiarum, alimoniis sacerdotum, pauperum refectione, vel redemptione captivorum, quicquid Deus in faventibus dare dignabitur expendatur, & clerici ad adjutorium Ecclesiastici operis constringantur, &c. Ex quibus perspicias receptum veterem usum de rerum Ecclesiasticarum triplici distributione sancitum.

XXIV. Quod vero ad Arianos Clodovei gladio superatos, hæc iidem Patres sanctissimi statuere (*b*): *De hæreticis clericis, qui ad fidem Catholicam plena fide & voluntate venerint, vel de basilicis quas in perversitate sua Gothi hactenus habuerunt, id censuimus observari: ut si clerici fideliter convertantur, & fidem Catholicam integre confiteantur, vel ita dignam vitam morum & actuum probitate custodiant; officium, quo eos Episcopos dignos esse censuerit, cum impositione manus*

(*b*) Conc. Aurel. c. 12.

De Ecclesiis & Clericis Arianis.

PAGIUS

ptionibus. Ita Cointius, qui subdit, se ideo ab illis Consulatibus in Synodis Gallicis signandis non recedere, quod aliæ se ad eumdem calculum trahant, aut rationes aut conjecturæ.

XI. *Concilia Gallica nota Consulari insignita.*

Verum frustra Vir doctissimus viam regiam deserit, ut dubiam incertamque sequatur. Visigothi & Burgundi Imperio Romano subditi non erant, & tamen Concilium Agathense anno superiori in Regno Visigothorum congregatum *Messalæ* Consulatu eo anno gesto notatur; Concilium Epaunense in Regno Burgundico habitum signatur Consulatu *Agapiti* anno DXVII. quo illud indictum, suscepto. Immo *Chlodoveus* Rex Consulatum ab Anastasio Imperatore seu Patriciatum accepit ut infra ostendetur, & *Sigismundus* Burgundiæ Rex Patriciatu ab Anastasio Imp. exornatus fuit, ut ibidem ostendemus. Ad hæc varii lapides in variis Galliarum partibus detecti, in quibus leguntur nomina Consulum qui post celebratum Concilium Aurelianense primum Fastis nomen dedere. Baronius anno DLIII. num. CCLIV. refert Epitaphium Sancti *Florentini* Abbatis, quod etiamnum Arelate legitur, ubi Florentinus dicitur obiisse *duodecies* P. C. *Basilii V. C. Junioris*, *Indict. prima*, anno sc. DLIII. quo tamen tempore *Arelate* Francis parebat. Præterea Sponius in Miscellaneis eruditæ Antiquitatis sect. IX. pag. 314. refert Lugduni, ubi ipse vitam duxit, ad D. Irenæum extare hoc Epitaphium.

IN HOC LOCO REQUIESCIT
FAMOLUS DI STEPHANUS PRIMICIRIUS
SCOLÆ LECTORUM SERVIET IN SECL.
LUGDUNINSI VIXIT ANNOS L XIV.
OBIIT IX. XL. DECEMBRIS
DUODECIES P. C. JUSTINI
INDICTIONE XV.

Consulatum *Justinus* gessit anno DXL. ut infra videre est, ideoque hoc Epitaphium anno DLI. quo Indictio XV. mense Septembri cœpit, positum Lugduni, quæ Urbs jam ante annum DXL. Francis subdita erat. Quare eo Christi anno, in quem Justini Consulatus cadit, hæc nota temporaria in Monumentis publicis describi solita. Immo postquam Consulatus a Justino Juniori Aug. abrogatus est, hæc nota Chronologica in Epitaphiis aliquando etiam usurpata, ut demonstrat Epitaphium *Cæsariæ*, quod anno DLXXXVII...num. XII. ... recitabimus. In illo *Postconsulatus Basilii*, in isto vero *Postconsulatus Justini* singulari, quod sciam, exemplo, adhibetur. Sponius dicit, *Stephanum* in hoc Epitaphio memoratum defunctum esse duodecim annis post Consulatum Justini, anno Christi DLXXIX. Sed sine dubio fallitur; ut ex iis, quæ eo anno num. I – tam de Indictione, quam de Postconsulatibus eo anno currentibus dixi, manifestum est. Fallitur & Ducangius in Notis ad Chron. Alex. pag. 604. qui eamdem opinionem sequitur. Indictio enim XV. in toto Justini Junioris Imperio cum mense Novembri non conjungitur, nisi anno DLXVI. quo Consulatum nondum capessierat. Argumenta negativa a Cointio in medium allata, vel solo Canone Paschali Victorii Aquitani Consulibus insignito, annoque CDLVII. scripto, inania esse demonstrantur. [1]

XII. *Episcopi Sanctitate inclyti Synodo Aurelianensi I. interfuere.*

Editi sunt in hoc Concilio Canones num. XXXI. quos ferme omnes suo Decreto inseruit Gratianus, quibus subscripsere varii Episcopi sanctitate celebres, *Aventinus* Carnotensis Episcopus, qui obiit *pridie Nonas Februarias*, ut habet Auctor Vitæ ejus apud Bollandum ad diem IV. mensis Februarii; *Principius* Episcopus Cenomannensis, qui colitur *XVI. Kalend. Octob. Camillianus* Episcopus Trecensis, qui celebratur *quinto Kalend. Augusti*, *Livanius* Episcopus Sylvanectensis, qui colitur *VII. Idus Octobris*, *Quintianus* Episcopus Rutenensis, qui postea Arvernorum Episcopus fuit, coliturque a Rutenis die *XVII. Kalend. Julii*, ab Arvernis *Idib. Novemb. Eufrasius* Episcopus Arvernen-

NOTÆ

[1] *IN illo Postconsulatus Basilii; in isto vero Postconsulatus Justini singulari, quod sciam, exemplo adhibetur &c.* Rara quidem, sed & alia tamen nonnulla ejusmodi Postconsulatuum exempla in Galliis reperire licet. Cl. Scipio Maffejus in Antiquit. Gallicis Epistola XX. recitata Gallicana Epitaphia bina cum annis Postconsulatus Basilii; aliud quidem cum quarto, aliud vero cum decimo Indictione quarta exhibet. Ibi pariter aliud profertur Epitaphium Lugduni ad S. Ireneum repertum in quo hæc temporis nota exhibetur: VIII. KAL. APRILIS LXI. PC. JUSTINI INDICT. QUARTA. MANSI

nus benedictionem ſuſcipiant, & Eccleſias * innovari *ſimili quo noſtræ invocari * ſolent, placuit, conſecrari*. Hæc ibi. Cæteros ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſartam tectam conſervandam editos canones tu conſulas.

XXV. SS. Epiſc. qui huic Concilio interfuere. Porro qui ſanctitate conſpicui huic Concilio interfuerunt Epiſcopi, hi notiores numerantur, Gildardus Rothomagenſis, Lupus Sveſſionenſis: fuit hic filius S. Principii Epiſcopi Sveſſionenſis & ejus ſucceſſor in Epiſcopatu, nepos vero S. Remigii Rhemenſis Epiſcopi, ut ex ejus Actis apparet, necnon ex ejuſdem S. Remigii teſtamento. Interfuit etiam Melanius Rhodonenſis, Quintianus Rutenus, & Theodoſius Antiſſiodorenſis: quos omnes habet ſacer Eccleſiæ catalogus, quæ eoſdem colit, publicoque præconio celebrat quolibet anno ſingulis natalibus ipſorum diebus. Sed & Leontius Toloſanus ibidem inter alios recenſetur, ejus temporis Epiſcopus magni nominis. Qui vero in caſtris Clodovei tunc militavit Aquilinus vir illuſtris, abdicato ſæculo, poſtea creatus Epiſcopus Ebriocenſis egregia enituit ſanctitate, ut res ab eo præclare geſtæ teſtantur (*a*).

(*a*) *Extant apud Sur. die 19. Oct.*

XXVI. Geſilicus ſuccedit Alarico. Quinam autem, occiſo Alarico, in locum ejus ſucceſſit, & quam impar fuerit ut collabentem regni molem denuo reſtitueret, Iſidorus brevi compendio tempus regni ejus perſtringens, hæc ait: *Æra quingenteſima quadrageſima quinta, anno decimoſeptimo Anaſtaſii Imperatoris; Geſilicus ſuperioris Regis ex concubina filius Narbonæ Princeps efficitur; & regnavit annos quatuor, ſicut genere viliſſimus, ita infelicitate & ignavia ſummus. Denique dum eadem civitas a Gundebado Burgundionum Rege direpta fuiſſet, iſte cum multis cum dedecore & cum magna ſuorum clade apud Barcinonem ſe contulit. Ibi moratus, quouſque regni faſcibus a Theodorico fugæ ignominia privaretur. Inde profectus ad Africam, Vvandalorum ſuffragium poſcit, quo in integrum poſſit reſtitui. Qui dum non impetraſſet auxilium, mox de Africa rediens ob metum Theoderici Regis, Aquitaniam petiit. Ibi anno uno delitescens, Hiſpaniam reverſus, ab Ebbine Theoderici Regis duce, duodecimo a Barcinone urbe milliario, commiſſo prœlio ſuperatus in fugam vertitur, captuſque trans fluvium Druentium Galliarum occiditur*. Hic finis Alarici filii patri hoc anno ſuccedentis in regnum. At de rebus geſtis Theodorici adverſus Franchos agemus anno ſequenti. Succeſſit autem Geſilico Amalaricus natus ex filia Regis Alarici, ut Procopius docet.

Quod vero ad res Orientales ſpectat, tumultuatum eſt Conſtantinopoli a populo, de quo Marcellinus in Chronico iſta habet: *Seditio popularis in Circo facta eſt, mileſque armatus obſtitit. Gradus Circi Septentrionalis ſimul cum fornice incenſi, collapſique ſunt, Anaſtaſio Cæſare in Proceſſibus commorante*. Eodem anno (*b*) decimoſeptimo Anaſtaſii Imperatoris, ab ipſo ædificatur præſidium contra Perſas, quod Daram antea nominatum, Anaſtaſiopolim appellavit. Agit de eadem munitione Evagrius (*c*), atque Procopius (*d*): Theodorus vero Lector iſta his addit: *Anaſtaſius condidit Daram: & cum condidiſſet: vidit in ſomnis Bartholomæum Apoſtolum dicentem, ſubvertiſſe ipſum civitatis cuſtodiam, quod reliquias ſuas illo miſſas reprobaſſet*. Hæc au- XXVII. De munitione Daræ.

(*b*) *Cedr. in Annal. hoc an.*

(*c*) *Evagr. l.3 c.37.*

(*d*) *Procop. de bel. Perſ. lib. 1.*

PAGIUS nenſis, quem Turonenſis lib. 3. cap. 2. *ſanctum* appellat. Denique ſanctus *Melanius* Epiſcopus Rhedonenſis in minori Britannia, cujus Vitam a vetuſtiſſimo Auctore ſcriptam recitat Bollandus ad diem VI. menſis Januarii, in qua cap. 2. dicitur Melanium *in refellendis hæreticorum objectionibus, atque in conſtituendis Catholicæ fidei ſaniſſimis ſententiis, ſicut in Præfatione ejuſdem Concilii habetur inſertum*, inter omnes enituiſſe. Tum: *Quanta vero vel qualia Capitula de ſtatu canonico ab ipſo Sancto in eodem Concilio fuerint ſtatuta, quanque fuerint Spiritu Sancto profitente ab omni errore eliquata, quicumque plene ſcire voluerit, ejuſdem Concilii deſcriptionem requirat; & inveniens ſingulas cum propriis Auctoribus ſententias, animadvertet hujus ſanctiſſimi Viri verba, non ſolum præſentes inimicorum Chriſti fallacias; ſed etiam quandoque futuras, Spiritu providente, jugulaſſe verſutias*. Idem fere habet Vincentius Bellovacenſis lib. 21. cap. 23. Verum ea Præfatio, eaque Acta nunc deſiderantur, & ſuperſunt ſoli Canones. Mortuus eſt anno DXXX. aut inſequenti, ut eo anno n. VII. oſtendit Cointius.

XIII. Ad num. XXVI. *Alaricus* Viſigothorum Rex regnavit annis *viginti & tribus*, ut ait Iſidorus in Chronico Gothorum, vel *annos viginti duos*, ut tradit Turonenſis lib. 2. cap. 37. quem perperam reprehendit Cointius hoc anno num. II. non advertens eum menſes anni XXIII. Alarici Regni negligere, & annos tantum completos numerare. *Qui cladi ſuperfuerant Viſigothorum Giſelichum Alarici minoris filium non ex matrefamilias in principatum perduxere, quod Amalaricus Theuderici per filiam nepos per ætatem impar eſſet*, inquit Procopius lib. 1. de Bell. Goth. cap. 12. quod Iſidorus citatus *Narbonæ factum, anno XVII. Imperii Anaſtaſii*, prodit, indicatque, bellum Viſigothicum hoc anno confectum eſſe, ſicut & Anonymus Chronico Victoris Tununenſis inſertus qui ad Conſulatum Venantii & Celeris, ſcribit: *Alaricus Rex in prælio a Francis interfectus eſt. Regnum Toloſanum deſtructum eſt*. De Giſelicho rurſus infra ſermo erit. *Giſelichus ſuccedit Alarico in Regno Gothorum.*

XIV. *Anaſtaſiopolis ædificatur.* Ad num. XXVII. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. D. qui Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni exorditur ait: *Hoc anno Anaſtaſius Imp. Daras caſtrum Meſopotamiæ magnum atque firmum, in Romanæ ac Perſicæ ditionis finibus ſitum mœnibus cinxit: & Eccleſias horreaque reponendis frumentis, ac ciſternas recipiendis aquis, necnon porticus in eo conſtituit & nuncupavit Anaſtaſiopolim: ſed & publica* com-

auctor suorum temporum res gestas summatim percurrens; quod enim Manichæus Anastasius esset, hoc potissimum signo declaravit, cum Manichæorum sit, reliquias Sanctorum execrari. Ex his vero insigniter Nicephorum (a) erraſſe comperies, dum putavit ab eodem Anastasio Imperatore illuc fuisse translatas ejusdem sancti Bartholomæi reliquias. Etenim non Anastasius, sed Justinianus Imperator coli voluit eodem in loco sanctum Bartholomæum Apostolum, cui (teste Procopio (b) erexit ibi basilicam: post enim recensita ingentia ædificia divino instinctu pro defensione munitionis illius erecta, ista subdit de eodem Justiniano Imperatore: *Et duo templa extruxit; unum, quod Magnam ecclesiam vocant; alterum sancto Bartholomæo Apostolo sacrum.* Sic igitur quas repudiavit Anastasius Bartholomæi reliquias, Justinianus invexit, eisdemque erexit templum. Habes ergo vindicatum sanctum Apostolum, falso a Nicephoro insimulatum consuetudinis cum hæretico Imperatore, cum scriptum sit; (c) *Impiorum victimæ abominabiles Deo.* Chri-

(a) Niceph. l. 16. c. 37.

(b) Procop. de ædific. Justin. Imp.

(c) Isai. 1. Hier. 6.

PAGIUS *commoditati, duo balnea dicavit, & loco Civitatis concessit jura;* de pago Dara Procopius lib. 1. de Bell. Pers. cap. 10. scribit: *Distat Nisibi stadiis C. minus duobus, a limite autem utriusque Imperii circiter XXVIII. Persas bellum Hunnicum tenuit, quominus ex animi sententia Opus id impedirent.* Hoc Monumento Anastasius Consulatum suum III. memorabilem reddere voluit.

I. CHristi annus quingentesimus octavus descriptus habetur in Fastis Consulatu Venantii Decii Junioris & Celeris. ☞ Ita Fasti Panvini pro arbitrio addentis vel mutantis passim nomina, quem in priori editione me secutum pœnituit. Etenim Cassiodorus Decium non habet, sed Venantium iterum & Celerem; sed et apud Marcellinum Comitem nulla de juniori Decio prorsus mentio. Porro in Consulibus error alios parit errores. Cum igitur hi Consules ordinarii in antiquioribus Fastis positi habeantur, nec de Clodoveo qui litteris Anastasii fuerat designatus, usquam mentio, plane opinari licet ☜ respuisse Clodoveum Franchorum Regem oblatos ab Anastasio hæretico Imperatore codicillos quos miserat Consulatus, de quibus ita Gregorius (*a*): *Ab Anastasio Imperatore codicillos de Consulatu accepit: & in basilica B. Martini tunica blatea indutus est & chlamyde, imponens vertici diadema. Tunc ascenso equo, aurum argentumque in itinere illo, quod intra portam atrii & Ecclesiam civitatis est, præsentibus populis manu propria spargens, voluntate benignissima erogavit: & ab ea die tamquam Consul & Augustus est vocitatus.* Hæc Gregorius, putans eo modo Clodoveum sumpsisse Consulatus insignia: verum quæ illa essent, a Cassiodoro ita describuntur in formula Consulatus (*b*): *Per illam indictionem Consulatus te decoramus insignibus; Pinge vastos humeros vario colore palmatæ: validam manum victoriali scipione nobilita: lares proprios etiam calceis auratis egredere: sellam curulem pro sua magnitudine multis gradibus enisus ascende.* Hæc ergo cum ita sint, proprius dici potest, ea

De Consulatu oblato Clodoveo.

(*a*) Greg. histor. Franc. l. 2, c. 38.

(*b*) Cassiod. Var. l. 6. ep. 1.

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXLVI. A. C. 508.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6001.

☉ 13. FE. ☽ 15. P. 6. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 508.

SYMMACHI PAPÆ 11.

ANASTASII IMP. 18.

THEODORICI REG. 16. & 20.

I. Consules. [1] COSS. *Celer & Venantius Junior.* Prior Orientalis, de cujus gestis in bello Persico suo loco mentionem fecimus. Posterior Occidentalis, quem cum Cassiodorus, Tununensis, & Chronographus Cuspinianeus *Juniorem* appellent, liquet eum fuisse ejusdem familiæ cum Venantio anno superiori Consule; cumque in nullis Fastis cum nota numerali edatur, & diversus sit a Venantio Seniore, perperam dicitur a Baronio *Consul* II. recteque in Fastis Heraclianis scriptum de eo: *Alius Venantius.*

II. A num. I. ad IV. Gregorius Turonensis lib. 2. cap. 38. scribit; *Ab Anastasio Imperatore codicillos de Consulatu accepit*, Chlodoveus sc. post quam Alaricum Visigothorum Regem devicit; Imperator enim victoris benevolentiam honoribus aucupari satagebat, ut Theodorici Italiæ Regis potentiam in dies crescentem facilius retunderet. Arbitratur Baronius, *Chlodoveum* honorem illum, quia ab Imperatore hæretico oblatum, respuisse; quod *Chlodovei* nomen nullis in Fastis legatur. Verum *Consulatus* nomine nihil aliud intelligit Turonensis, quam *Patriciatum*, a Romanis Imperatoribus sæpe collatum Regibus Imperio Romano amicis. Sic Avitus Viennensis in Epistola VII. *Sigismundum* Burgundiæ Regem *Patricium* appellat, ejusque decessores *Magistri militum* ab Imperatoribus Romanis nuncupati fuerant. Id quidem etiam negat Baronius, quod, inquit, *inferior esset Patriciatus dignitas Consulatu ac communis pluribus.* Sed cum Consulatus annuus esset, Patriciatus vero dignitas perpetua, ut docet Cassiodorus lib. 6. Variorum in Formula Patriciatus, hæc de more in Principes Viros conferebatur. Hinc Procopius lib. 1. de Bell. Goth. cap. 1. testatur, *Theodoricum* Gothorum Regem a Zenone *Patricium* renunciatum fuisse, antequam in Italiam mitteretur, & Malchus Rhetor in Excerptis pag. 94. prodit eundem Impera-

Consulatus Chlodovei Francorum Regis.

NOTÆ [1] COss. *Celer & Venantius* junior.

Inscriptiones basilicæ S. Pauli n. 304.

DEPOSITUS IN PACE SUB DIE....
ET VENANTIO V. C. CONS

Victor: *Venantio juniore* V. C. *Cos.* Marcellinus: *Celere & Venantio.*

Lapis Grabedone in agro Comensi, apud Muratorium in novo thesauro veterum inscriptionum tom. I. pag. CDXVI. 4.

DEPOSITA DIE VII.
KAL. JULIAS. VENANTIO V. C. IND. I.

Epitome temporum & Indiculus Paschæ, anno a Passione Domini CCCCLXXXI. eoque bisextili: *Basilio Venantio.* Victor: *Venantio juniore V. C. Cos.* Marcellinus: *Celere & Venantio.* Alcimus Avitus huic *Celeri* epistolam XLIII. scribit. GEORGIUS

ea quæ ſcribit Gregorius, repræſentare ſpeciem de victoria obtenta triumphi, quam inſignia exprimere Conſulatus. Nam ſi (ut putavit) acceptavit Clodoveus oblatum ab Anaſtaſio Conſulatum; cur non eſt inditum ejus nomen Conſularibus Faſtis? Haud enim par eſt credere alium quam ordinarium Conſulem tantum Regem Clodoveum ab Anaſtaſio deſignatum: ſiquidem quem nominant honorarium, vel ſuffectum, cuilibet ordinis Senatorii quam facillime dari conſuevit. Nam ſi exemplo res agenda eſt; cum a Zenone Imperatore Theodorico Regi Gothorum oblatus eſt Conſulatus, fuit ille ordinarius, & nomen ejus in Faſtis cum ordinariis Conſulibus receptus eſt: quod utique de Clodoveo itidem accidiſſet, ſi oblatum ab Anaſtaſio ordinarium Conſulatum acceptaſſet. Sed & qui Patriciatu, non Conſulatu putat Clodoveum donatum, mea
(a) *Amon. l. 1. Hincmar. in Vit. S. Remigii, & alii.* quidem ſententia fallitur; inferior enim erat Patriciatus dignitas Conſulatu, & communis pluribus. Cæterum veteres (*a*) omnes Conſulatum, non Patriciatum oblatum dicunt.

II. Inter Anaſtaſium & Theod. bellum conflatum. Sed unde iſtiuſmodi muneris Anaſtaſio Auguſto hoc potiſſimum tempore exhibendi ratio? Meminiſſe oportet inimicitias exortas inter Anaſtaſium Imperatorem & Theodoricum Italiæ Regem, huncque vendicaſſe ſibi Pannoniam, quæ ad Orientale ſpectare videbatur Imperium; perſeveraſſe autem ejuſmodi odium acrioribus incrementis, res geſtæ ab Anaſtaſio ſub hujus anni Conſulatu declarant, de quibus ita perbreviter Marcellinus in Chronico: *Romanus Comes Domeſticorum, & Ruſticus Comes Scholæ cum bis * armatis navibus, totidemque dromonibus octo millium armatorum ſecum ferentibus, ad devaſtanda Italiæ littora proceſſerunt, & uſque ad Tarentum antiquiſſimam civitatem aggreſſi ſunt; remenſoque mari, inhoneſtam victoriam, quam piratico caſu Romani ex Romanis rapuerunt, Anaſtaſio Cæſari reportarunt.* Hæc ipſe. Talia Anaſtaſius præſumpſit hoc anno, quo ſciebat Theodoricum eſſe in expeditione (ut dicemus) in Galliis. * centum.

III. Anaſtaſius aucupatur amicitiam Clodovei. Pergrato igitur accipiens animo excitatum potentiſſimum Franchorum Regem adverſus Gothos ſuos hoſtes Anaſtaſius Imperator, accepto obtentæ de illis victoriæ nuncio, quo tantum demerere Principem poſſet, ad eundem legatos cum codicillis Conſularibus miſit, eidem gratulaturus, & in propoſito perſiſtere magis magiſque cohortaturus. Sed ut dixi) ſprevit Chriſtianiſſimus Franchus Rex ab hæretico Imperatore oblatum munus: unde opus fuit Anaſtaſio alium loco ipſius Conſulem ſubrogare, quem diximus nomine Celerem. At de Conſulibus ſatis.

Jam

PAGIUS ratorem *Odoacrem* Italiæ Regem *Patricium* creaſſe. Denique Pipinum, ac deinde Carolum Magnum, & Carolomannum a Romanis Patricios dictos, liquet ex Anaſtaſio in Vita Stephani III. Papæ. Conſulatus vero nomen Patriciatum etiam ſignificare ex eo colligit Hadrianus Valeſius lib. 6. Rer. Francic. quod Carolus *Magnus*, qui in brevi veterique Chronico de Viſigothorum rebus, Francorum Rex ac Patricius Urbis Romæ dicitur, vocetur etiam *Conſul*. Adhæc Continuator Fredegarii tradit, a Gregorio Papa hujus nominis II. adverſus Leonem Imp. & Luitprandum Langobardorum Regem auxilium petente, Carolo Martello Conſulatum miſſum eſſe, ubi Conſulatus nomine *Patriciatum* Continuator intelligit. Vide Ducangium in voce *Patriciatus*.

III. *Idem ac Patriciatus.* Voces hæ *Conſul*, & ὕπατος, non raro Viris doctis crucem fixere. Falconerius in Notis ad Inſcriptiones Athleticas, ait, Philoſtrato vocem ὕπατος interdum eſſe *Summates*, *Magnates*, ac quos dixeris, *Primores Principes Civitatis, aut gentis alicujus*. Tum animo hæſitans dicit, ſe conjecturam ſuam doctiorum judicio arbitrioque æſtimandam relinquere; cum tamen vocabulum illud ὕπατος & Conſulem, & Viros primarios ſignificare, minime in dubium poſſit revocari. Spanhemius non minus Libris quam Legationibus clarus in Verſione Gallica Cæſarum Juliani Auguſti pag. 270. & rurſus pag. 439. explicans locum Juliani, in quo *Julius Cæſar* introducitur, quaſi diceret, populum perſecutum eſſe Brutum & Caſſium ejus interfectores, & ubi *Silenus* reſpondet, οὐχ ἐπειδὴ σε ἀπέκτειναν, διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὺς ὁ δῆμος ἐψηφίσατο εἶναι ὑπάτους, ait Spanhemius, vocem ὑπατὸς, quæ ibi diſerte legitur quæque Conſulem ſignificat, videri corruptam; cum certum ſit, Brutum & Caſſium poſt Cæſaris cædem Conſules non fuiſſe; & loco *Proconſulis*, Conſulis vocem irrepſiſſe, queriturque de Canteclaro & Petavio, quod in Notis locum illum difficillimum ſilentio prætermiſerint, contenti illum ita vertiſſe: *Haud equidem propterea quod te occiderant: ob id enim populus eos ſuis ſuffragiis creavit Conſules.* Sed non minor locus querendi eſt, quod vocem illam ita male verterint, cum ibi ſignificet populum eos habuiſſe pro Urbis Romanæ principibus ac publicæ libertatis reſtitutoribus, ut etiam ex verbis Dionis lib. 44. intelligimus: *Percuſſores*, inquit, *otioſo animo nulli præterea rei intenti, libertatis reſtitutores & tyrannicidæ cognominabantur.*

Sed, ut ad Conſulatum Chlodovei redeam, vocem illam Latinam, ſicut vocem Græcam ὕπατος, *Patriciatum* denotare, illuſtri exemplo demonſtro. Theodorus Lector lib. 2. ſcribit, *Illum* Verinæ Auguſtæ perſuaſiſſe, ut Leontium Patricium Imperatorem coronaret. Hæc ejus verba: καὶ παρασκευάζει αὐτὴν, στέψαι βασιλέα Λεόντιον τὸν ὕπατον; quæ ſic vertit Valeſius: *perſuaſitque illi, ut Conſulem Leontium Imperatorem coronaret.* Sed perperam: Leontius enim tyrannus de quo loquitur Theodorus, nec Conſul erat, nec ea dignitate alias exornatus fuerat. Quare vox ὕπατος eo in loco *Patricium* denotat, non vero *Conſulem* ut nos docet Theophanes, qui plura ex Hiſtoria Theodori, quam integram habuit, in ſuum Chronicon corrivavit; ὁ δὲ πατρίκιος, Ἴλλος σὺν Λεοντίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς παραγίνεται εἰς τὸ Παπουρίου Καστέλλιν. καὶ ἐξαγαγὼν Βερίνην Αὐγοῦσταν εἰς ταρσὸν τῆς Κιλικίας, ἐποίησεν αὐτὴν στέψαι ἔξω τῆς πόλεως εἰς τὸν ἅγιον βασιλέα Λεόντιον τὸν Πατρίκιον, id eſt: *Illus autem* IV. *Quod egregio exemplo demonſtratur,*

IV. *De pugna Gothorum cum Franchis.*

Jam vero quæ inter Clodoveum Franchorum Regem & Theodoricum Regem Italiæ hoc anno transacta sint, videamus ex Procopio fideliter rem gestam ita narrante (a): *Theodorico deinde cum Gothorum exercitu adventante, trepidanter Germani*, ipsi nimirum Franchi, *obsidionem Carchasonæ solverunt, indeque profecti, eam Galliarum & præter Rhodanum flumen mox occupant regionem, quæ in Oceanum vergit; quos cum loco depellere Theodoricus nil posset, ut sibi haberent quæ jam occupaßent, permisit; ipse vero reliquam Galliarum tunc partem recuperavit.* Hæc sincere Procopius: qui autem impensius quam par est studuere Gothorum rebus historici, ut Cassiodorus atque Jordanus, ingentem hoc anno cladem Franchos a Gothis accepisse testantur. Nam Cassiodorus sub hujus anni Consulibus hæc ait in Chronico: *His Consulibus, contra Franchos a domino nostro destinatur exercitus: qui Gallias Franchorum deprædatione confusas, victis hostibus ac fugatis, suo acquisivit Imperio.* Hæc Cassiodorus. Jordanus vero ipse Gothus Gothis favens sic ait (b): *Non minus trophæum de Franchis per Hibbam suum Comitem in Galliis acquisivit, plus triginta millibus Franchorum in prælio cæsis.* Hæc ipse. At sicut non inficias imus, bellum pene deploratum, ab ipso Thedorico prope in integrum restitutum, ita minime consenserimus tam immensam Franchos cladem suscepisse. Etenim quomodo potuisset protritus adeo ingenti strage Franchorum exercitus ad tertiam usque Indictionem perseverasse in obsidione civitatis Arelatensis, ut proxime dicturi sumus? Quomodo, inquam, profligatus a Gothis Franchorum exercitus (ut idem Cassiodorus (c) testatur) ausus est in urbe munitissima atque fortissima obsidere Gothos? Victoris enim & non victi est, obsidere in urbe primaria regni hostes.

(a) Procop. de bello Goth. l. 1.

(b) Jord. de reb. Getic.

(c) Cassiod. Variar. l. 8. ep. 10.

V. *Franchi obsident loca Gothorum.*

Accipe igitur quæ de Arelatensi obsidione apud Cassiodorum leguntur, dum laudes Toli unius ex ducibus, qui intus propugnabant, ab Athalarico Rege narrantur: *Admonet* (inquit) *etiam expeditio Gallicana, ubi jam inter duces directus & prudentiam suam bellis & pericula promptissimus ingerebat. Arelate est civitas supra undas Rhodani constituta, quæ in Orientis prospectum tabulatum pontem per nuncupati fluminis dorsa transmittit. Hunc & hostibus capere, & nostris defendere necessarium fuit. Quapropter excitata sunt Gothorum, Franchorumque validissima tempestate certamina. Affuit illic dubiis rebus audacia candidati,* Toli nimirum ducis, de quo est sermo, *ubi tanta cum globis hostium concertatione pugnavit, ut & inimicos a suis desideriis amoveret, & vulnera factorum suorum signa susciperet: vulnera, inquam, opinio inseparabilis, sine assertore præconium, propria lingua virtutis, quæ licet ad præsens periculum ingerant, reliquum tamen vitæ tempus exornant.* Et inferius, cum iterum eadem ex causa idem in Gallias dux Gothorum Tolus est missus: *Mittitur igitur, Franco & Burgundione decertantibus, rursus ad Gallias tuendas, ne quid adversa manus præsumeret, quod noster exercitus impensis laboribus vindicasset.* Sed quando id factum sit, dicemus inferius.

VI. *Relaxat tributa Gallis Theodoricus.*

Vides ex his magnopere laboratum a Gothis, ne ipsi cum populis succumberent victoribus & aliena invadentibus Franchis: unde factum est, ut liberata civitate Arelatensi, aliisque locis ab oppugnantibus Franchis, Theodoricus Rex tum Arelatensibus, tum aliis populis relaxaverit quartæ Indictionis proxime sequentis tributum. Est de his epistola ipsius Theodorici ad Gemellum (d), ubi hæc leguntur: *Arelatensibus itaque, qui nostris partibus perdurantem gloriosæ obsidio-*

(d) Apud. Cassiod. Var. l. 3. ep. 32.

PAGIUS *tem Patricius Leontio reliquisque Comitibus ad Papurii castellum profectus Verinam Augustam ex custodia Tarsum Ciliciæ eductam, extra Urbis muros ad B Petrum, ut Leontium Patricium Imperatorem coronaret, effecit.* Ita Theophanes ad annum VII. Zenonis Imp. qui ne vox ὕπατος incautum lectorem in errorem induceret, aliam magis expressam, idemque significantem in locum ejus substituit, Leontiumque *Patricium* vocavit. Quare honos, quo Chlodoveus ab Anastasio Imp. cohonestatus, *Patriciatus* fuit quem Turonensis Consulatus nomine designavit; indeque in ejus Epitaphio *Patricius* dictus est, ut in morte ejus videbimus.

V. *Chlodoveus Rex Franciam dilatat.*

A num. IV. ad XXXV. Anno superiori n. IX –. Urbes a *Chlodoveo* Francorum Rege Visigothis hoc anno ereptas memoravimus, Francosque *Carcaßonem* obsidione cinxisse diximus. Ea tamen ad annum sequentem pertinere videtur. Cassiodorus enim in Chronico ad Consulatum Venantii & Celeris anno DVIII. gestum, scribit: *His Coss. contra Francos a D. N. destinatur exercitus, qui Gallias Francorum deprædatione confusas victis hostibus ac fugatis suo acquisivit imperio.* Marius vero in Chronico ad Consulatum Importuni, anno sc. sequenti, scribit: *Hoc Consule Mammo Dux Gothorum partem Galliæ deprædavit.* Quare hoc & sequenti anno bellum continuatum. *Theodoricus* Italiæ Rex cum Gothorum copiis in Provinciam Narbonensem venit, ut refert Procopius de bell. Goth. cap. 12. & Carcassonem ab obsidione, qua cingebatur a Francis, liberavit. Isidorus in Chronico refert, *Gundebadum* Burgundionum Regem Narbonam devastasse, & Giselichum Visigothorum Regem in Africam, auxilii obtinendi caussa, profectum esse: *Dum eadem Civitas* (nempe Narbona) *a Gundebado Burgundionum Rege direpta fuißet, iste* (sc. Giselichus) *cum multo sui dedecore & cum magna suorum clade apud Barcilona se contulit; ibi moratus quo usque etiam Regni fascibus a Theodorico fugæ ignomi-*

dionis penuriam pertulerunt, per Indictionem quartam fiscalia tributa nostra relaxat humanitas, ita ut futuro tempore ad solitam redeant functionem. Usque plane ad illud tempus perseverasse laboriosissimam obsidionem, quæ post nonnulla sequuntur verba ista declarant. *Non decet* (inquit) *statim de tributis esse solicitum, qui pro nostra fidelitate casum vix potuit declinare postremum: a quietis ista*, tributa scilicet), *non obsessis inquirimus.* Eadem concedens Provincialibus in Gallia constitutis, ad ipsos scribens (*a*), causam relaxandi tributi istam insinuat: *Vobis itaque hostili ferocitate vastatis pro qualitate læsionis per Indictionem quartam relaxatam agnoscite tributariam functionem: quia non gratulamur exigere quod tristis noscitur solutor offerre, &c.* Vides igitur qua ratione velint Franchorum exercitum armis Gothorum fuisse protritum, qui obsidentes civitates Gothorum, duos & amplius annos in defensione civitatum obsessarum usque ad quartæ Indictionis ingressum eosdem Gothos occupavere.

(*a*) *Cassiod. l.3. ep.40.*

VII. His autem ad labefactatam historiæ veritatem vindicandam in medium adductis, qualia quantaque in Arelatensi obsidione pati contigerit sanctum Cæsarium ejus urbis Episcopum, enarrare aggrediamur; præsertim vero dignam perpetuis monumentis in summis periculis ostensam sæpe viri constantiam. Qui igitur spectator rerum interfuit Cyprianus, ista omni fide signata posteris legenda tradidit (*b*): *Franchis* (inquit) *& Burgundionibus urbem Arelatensem obsidentibus, Alarico Rege a fortissimo Clodoveo Rege in conflictu perempto; Theodoricus Italiæ Rex, missis ducibus suis, in eam provinciam ingressus erat. In hac ergo obsidione monasterium, quod sorori ejus*, sanctæ Cæsariæ, *& cæteris virginibus construebatur, magna ex parte destructum est, tabulis & cœnaculis barbarorum ferocitate direptis & eversis. Cum autem vir Dei laborem, quem ipse accelerari jussisset, suaque manu & sudore promovisset, subrui videret, gemino quodam dolore correptus est.*

(*b*) *Cyprian. Vit. S. Cæsar. apud Sur. die 27. August.*

VIII. *Tunc enim clericus quidam civis & cognatus ejus, se captum iri metuens, juvenili levitate permotus, malo dæmone beati viri odio eum incitante funiculo sese noctu e muro submisit, & proxima luce ultro se dedidit hostibus urbem obsidione prementibus. Quod ubi Gothi qui intra erant oppidum compererunt, incurrunt in sanctum virum, populus & in primis Judæi impotenter * insultant, motaque seditione, vociferantur, Antistitem urbis prodendæ causa concivem suum ad hostes noctu ablegasse. Nullus hic fidei, nullus probationi, nullus denique puræ conscientiæ relinquitur locus, Judæis præsertim & hæreticis procaciter & sine intermissione clamantibus. Itaque ex Ecclesiæ domo extrahitur Antistes, atque in Palatio arctissimæ custodiæ traditur, ut noctu in Rhodanum demergatur, aut certe in castro Ugernensi detineatur, donec exilio mulctatus, prolixiores det pœnas. Domus itaque Ecclesiæ & cubiculum Antistitis ab Arianorum turbis occupatur.*

* impatienter. S. Cæsarius ut proditor detrusus in carcerem.

IX. *Sed ecce dum Gothus quidam, cæteris contradicentibus, in ejus lecto recumbit, divinitus percutitur, & altera die excedit e vita, ne quisquam deinceps servi Dei locum polluta conscientia violare auderet. Sed cum ex utraque ripa dromonem, qui hostium obsidione injectus fuerat, Gothi, Dei nutu erigere non valerent, nocte sanctum virum in Palatium revocarunt; sed usque adeo ejus celantes personam, ut utrum adhuc esset in vivis, nullus Catholicorum scire posset. Dum ergo diabolo exultante, & Judæis plaudentibus, hæc geruntur, Judæis etiam in nostros ubique, nulla cujusquam habita ratione, perfidiæ probra jactantibus, nocte quadam unus ex illis ex eo loco, quem ad agendas in muro excubias forte acceperat, ligatam saxo epistolam, tamquam in hostes illud vibrans, in castra illorum*

PAGIUS *minia privaretur. Inde profectus ad Africam Vandalorum suffragia poscit, quo in Regnum possit restitui, qui dum non impetraret auxilium, mox ex Africa rediens ob metum Theodorici Aquitaniam petiit, ibique anno uno delitescens Spaniam revertitur.* Cointius anno DIX. num. I. laudatis illis Isidori verbis asserit, Theodoricum Regem profectum esse in Hispaniam & Giselichum coegisse, relicta Barcinone, in Africam abire. Verum licet id etiam Lucas Tudensis, aliique Hispani in literas miserint, omnino tamen fabulosum; illud enim non dicit Isidorus, nec Cassiodorus, nec ullus antiquus Scriptor tam longinquæ profectionis meminere. Anonymus Chronico Victoris Tununensis insertus ad Consulatum Boetii anno DX. gestum ait: *Hoc anno idem Gesalicus ab Helbane Theodorici Italiæ Regis Duce ab Hispania fugatus Africam petit.* Hæc quoad rei gestæ annum.

VI. Urbs itaque *Carcassona* a Francis expugnari non potuit: excisum tamen Regnum Tolosanum Gothique partim superiori anno partim currenti pulsi sunt a duabus Aquitaniis, atque a Novempopulania, ab ipsa Tolosa Regni Sede, & ab Ucecia Civitate; Reliqua Regni illius parte penes Reges Gothos remanente, qui eam vocavere *Provinciam Galliæ*. Ejus & cæterarum Hispaniæ Provinciarum accuratam descriptionem ex antiquis MSS. edidit Garsias Loaisa in Collectione Concil. Hispaniæ. Illic sic describuntur Civitates Episcopales Provinciæ Galliæ, additis ad singulas earum terminis: *Narbonæ Sedi subjacent hæ Sedes, Beterris, Agatha, Magalona, Nemauso Luteba, Carcasona, Elna.* Quare existimandum est, inquit Marca lib. I. de Marca Hispanica cap. 16. duas istas Urbes, *Carcassonam* nempe & *Helenam*, Civitatum Episcopalium decus adeptas esse procurantibus Go-

Carcassonam irrito conatu obsidet.

rum coniicere conatus est: in qua nomen suum religionemque exprimens, hortabatur ut noctu eo loco, quo ipsi excubarent, scalas admoverent urbem ingreßuri, ea conditione, ut pro tanto beneficio id redderent Judæis, ne quisquam eorum aut caperetur, aut rerum suarum jacturam faceret.

X. Proditio Judæi patefacta. *Mane vero digressis nonnihil a muro hostibus, quidam e propugnaculo egressi, epistolam illam conspiciunt, tollunt, secum intra urbem asportant, cunctisque in foro publicitus ostendunt. Mox auctor epistolæ producitur, convictusque punitur: sæva Judæorum immanitas Deo & hominibus invisa tandem evidentissime confunditur. Daniel noster, id est, sanctus Cæsarius e lacu leonum educitur: satraparum accusatio publicatur: completur in eorum auctore illud Propheticum:* (a) Ps. 7. *(a) Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foveam quam fecit.*

XI. S. Cæsarius pascit ac redimit captivos fideles. *Porro Arelatem Gothis cum innumera captivorum turba revertentibus, replentur sacræ Basilicæ, replentur Ecclesiæ domus Fidelium multitudine: & cum multa inopia laborarent, quæ ad victum vestitumque pertinerent, affatim eis præbuit vir beatus, donec ab ipso omnes essent redempti argento, quod venerabilis Eonius antecessor ejus Ecclesiæ mensæ reliquerat; observans illud, quod Dominus in paropside intinxit panem, non in vase argenteo; discipulisque præcepit, ne possiderent aurum vel argentum. Hoc autem sanctum opus ita prosecutus est, ut etiam ab illis, quæ ad divini mysterii dispensationem pertinent, non abstineret, thuribulis, calicibus, patenis argenteis. Dicebat enim: Ne homo rationalis Christi sanguine redemptus, amissa libertate & dura preßus servitute, aut Arianus efficiatur, aut Judæus aut ex ingenuo servus, aut ex libero servus. Ornavit igitur & defendit, non deformavit Ecclesiam: patere voluit filiis viscera matris, non præcludi, hoc sæpissime dicens: Velim respondeant mihi plerique Domini sacerdotes, & reliqui de clero, qui nescio quo superfluitatis amore nolunt dare insensibile argentum & aurum ex Christi donariis pro*

mancipiis Christi: Velim, inquam, dicant mihi: si quo casu ipsi in eam calamitatem inciderent, vellent ne ejusmodi insensibilibus donariis in libertatem vindicari; aut potius sacrilegii loco haberent, si quis eis ex divinis munusculis subveniret? Equidem non puto id ingratum esse Deo, de suo ministerio redemptionem parari, qui se ipsum pro hominibus redimendis dedit. Sic ille. Nos vero vidimus quosdam laudare in sancto viro quod ita fecerit, non tamen ullo pacto velle imitari. An non in vitro habetur sanguis Christi? An non in ligno suspensum fuit ejus sacratissimum corpus, nostræ salutis causa? Nos quidem credimus & confidimus in Domini misericordia, fide & precibus B. Cæsarii id effectum esse, ut ipsius temporibus ita obsessa sit ab hostibus civitas Arelatensis, ut tamen nec capi potuerit, nec prædæ patere: atque sic deinde a Wisigothis in Ostrogothorum ditionem pervenit, hodieque in Christi nomine paret clarissimo Regi Childeberto Clodovei filio, *ut possit de ea quoque dici: Transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum: & non permisit Deus sub illo hominem nocere Arelatensibus suis.* Commendata Cæsarii erga captivos Charitas.

Et post nonnulla de monasterio ab eo sacris virginibus erecto, de eodem sancto Cæsario subiicit:

XII. Rursus Cæsarius accusatur. *Sed hoc quoque nomine in beatum virum invidiæ facibus inflammatus Satan, in eum accusatione conficta, id effecit, ut Ravennam usque sub custodia pertraheretur* ad Theodoricum Regem: *ut impleretur etiam in illo, quod habet Scriptura divina (b): Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus.* (b) Sap. 3. *Venit ergo in Palatium ad Theodoricum Regem, eumque intrepide salutat. Cernens Rex eum nihil formidantem & aspectu venerabilem, reverenter ei assurgit, eumque depositis capitis ornamentis, clementer resalutat. Deinde placide sciscitatur ab eo de labore itineris, de Gothis suis & Arelatensibus. Postea egresso sancto Pontifice Rex ad suos ait: Non parcat illis Deus, qui tantæ sanctitatis & innocentiæ virum frustra compulerunt tam prolixum iter conficere. Quantus enim ille sit, vel hinc*

PAGIUS

Gothorum Regibus, qui detrimenta Tolosæ & Uceciæ, quæ a Francis tenebantur, sarcienda eo modo arbitrati sunt ut Provinciæ Galliæ antiquus numerus octo Cathedrarum Episcopalium constaret. Nam in vetustissima Galliarum Notitia, quam anno CCCLXXIV. retuli sic describitur Provincia Narbonensis: *Provincia Narbonensis prima, Metropolis Civitas Narbonensium, Civitas Tolosatum, Civitas Beterrensium, Civitas Nemausensium, Civitas Lutevensium, Castrum Uceciense.* Sed in Notitiis, quas edidit Duchesnius Tom. I. de Scriptor. Histor. Franc. *Civitas Aquatensium seu Agathensium, & Civitas Magalonensis* adduntur superioribus. In omnibus vero Carcassona & Helena desiderantur: quoniam ut notat Marca loco citato, quandiu Provinciæ istius imperium fuit penes Romanos, duæ istæ Urbes non fruebantur dignitate Civitatum, neque etiam dum aula Gothorum stetit apud Tolosam; quod docent Agathensis Synodi anno DVI. celebratæ subscriptiones; ubi cum nomina octo Episcoporum provinciæ Narbonensis compareant, & inter hæc etiam nomina Tolosani & Ucecienſis, nulla tamen mentio fit Carcassonensis & Helenensis, quia sc. eo Christi anno neuter Episcopatus institutus erat. Quare Sanctus *Guimera*, quem Sammarthani in Gallia Christiana tanquam primum Carcassonensem Episcopum proponunt, non sæculi quarti initio, ut ipsi

hinc liceat animadverti, quod cum ad salutandum me ingrederetur, totus contremui, vidique in eo angelicum vultum, vidi virum Apostolicum; prorsus nefas puto de tam venerabili viro quidquam durius statuere, aut male de eo sentire.

XIII. Theodoricus veneratus est S. Cæsarium. *Deinde beato viro in hospitium ingresso, misit* idem Rex *magni pretii discum argenteum librarum plus minus sexaginta, & cum eo solidos trecentos; jussitque illi sic dici: Accipe, sancte Episcope: rogatque te filius tuus Rex, ut vasculum istud pro munere tua beatitudo dignetur suis usibus pro ipsius memoria reservare. At vir sanctus, qui præter cochlearia nihil umquam argenti ad suæ mensæ usum adhiberi passus erat, tertio inde die per ministros suos discum prius æstimatum jussit publice vendi, cujus pretio multos redemit captivos. Illico Regis satellites ad eum referunt, se vidisse regium munus palam prostrare, eoque distracto, sanctum Episcopum multos e captivis liberasse. Tam enim ad ejus hospitium ingens confluebat pauperum multitudo, ut præ miserorum suas calamitates exponentium densitate, vix ad salutandum eum pateret accessus: Vidimus vero etiam per plateas miserorum immensos greges cursitare euntium ad virum Dei atque revertentium.*

XIV. Cæsarii magnum nomen. *Postquam autem rem ab eo gestam comperit Theodoricus Rex, tanta eum laude & admiratione prosecutus est, ut in ejus Palatio servientes Senatores ac proceres certatim offerrent beato viro munera, quæ ejus manibus dispensarentur; magno Dei beneficio id sibi præstitum affirmantes, quod talem Antistitem digni fuissent conspicere, qui ipsorum temporibus dictis & factis germanum se Apostolorum successorem & vere Apostolicum declararet. Et quia nihil fama velocius est; cum in ejusmodi sanctissimo opere frequens esset vir sanctus, Romæ celebris ejus extitit opinio; tantoque ejus visendi desiderio arsere omnes Pontifex, clerus, Senatus, proceres & populus, ut prius eum jam animo complecterentur, quam oculis conspexissent. Interea captivos omnes ultra Durtiam *, maximeque Arausicenses, qui omnes capti erant, quorum etiam plerosque Arelate liberaverat, in Italia vinctos (ut potuit) redemit; & ut pleniori gauderent libertate, exhaustos curavit jumentis & plaustris impositos non sine suorum solatio ad propria reduci.* Subdit his Cyprianus, qui interfuit, miracula, quæ ibi Deus per servum suum operari dignatus est in mortuum ad vitam revocando, & dæmonum infestationem ab Elpidio diacono expellendo. Demum vero de ejusdem Cæsarii Romam adventu ad Romanum Pontificem Symmachum ista subjungit:

* Druentiam.

XV. Cæsarius Romam pergit. *Post hæc Romam veniens, beato Symmacho Pontifici, ac deinde Senatoribus exhibetur. Agunt omnes gratias Deo & Regi, quod licuerit ipsis corporeis oculis illum intueri, quem jamdudum animi obtutibus conspexissent; virumque Apostolicum non jam de fama, sed præsentia comprobantes, certatim diligere & venerari student. Atque ipse etiam Pontifex Symmachus præclara ejus meritorum dignitate permotus, non solum eum verissime Metropolitani honore præditum voluit, sed etiam speciali quodam privilegio pallii usum ei permisit; & diaconos ejus, perinde ac Romanæ Ecclesiæ diaconos, dalmaticis uti voluit. His gestis, sanctus vir Arelatem reversus, excipitur cum psalmodiis & canticis; & qui in Italiam exulatum ierat, confecta captivorum redemptione, octo solidorum millia ab Italia secum reportavit.* Hactenus comes itineris Cyprianus. Subdit vero, ipsum propensiori cura erga captivorum redemptionem, ad eos perquirendos & redimendos, clericos atque etiam Abbates ad diversa loca misisse. Certe quidem contulisse eidem ad hoc opus pecuniam ipsum Romanum Pontificem, cum Cæsarius esset Romæ possumus intelligere ex eo, quod scimus, teste Anastasio (a) Bibliothecario, in his potissimum Symmachi enituisse studium, de quo ait: *Hic captivos per Liguriam & Mediolanum & per diversas provincias pecuniis redemit, & dona multiplicavit & dimisit.*

(a) Anast. in Symmacho.

XVI. Ne putes autem auctorem qui ista conscripsit de sancto Cæsario Cyprianum amo-

PAGIUS ipsi autumant sed sæculo septimo vixit, si vere Carcassonensis Episcopus fuit, ut Civitatis illius traditio fert. Antiquius enim testimonium, quo probari possit Cathedram Episcopalem ea in Urbe collocatam fuisse, petitur a Concilio Toletano III. anno DLXXXIX. congregato a Recaredo Rege, cui inter alios Episcopos subscriptus legitur Sergius Carcassonensis.

VII. *Arelate frustra a Francis obsessa.* Franci licet ab obsidione *Carcassonæ* discesserint, Visigothos tamen e finibus Galliæ pellere statuerunt: eamque in rem maxime laborarunt, ut *Arelatem* Civitatem ad Rhodanum positam caperent. Verum Gothi acriter pugnarunt, ne ea in eorum potestatem veniret: *Affuit illic dubiis rebus audacia Candidati*, (scilicet Tuli Ducis Gothorum fortissimi,) *ubi tanta cum globis hostium concertatione pugnavit, ut & inimicos a suis desideriis amoveret, & vulnera factorum suorum signa susciperet*, inquit Athalaricus Rex apud Cassiodorum lib. 8. Epist. X. & apud Baronium num. V. ubi eum *Tolum* appellat. Sed quod Baronius ex eadem Epistola his verbis narrat: *Mittitur igitur Franco & Burgundio decertantibus rursus ad Gallias tuendas*, & cætera, fusius num. XXXII. ab eodem narrata pertinent ad aliud bellum anno DXXIII. gestum, de quo suo loco agetur. Franci transitu Rhodani prohibiti alio trajiciunt, sed illos iterum fortiter repulit Tulus; ita ut nec vi, nec fame Urbs capi potuerit; quod *Sancti Cæsarii* precibus tribuit Cyprianus in ejus Vita: *Nos tamen credimus & confidimus in*

more magistri amplificatione usum, veritatisque terminum supergressum: alium de his testem accipe, suorum quoque temporum scriptorem eximium, Ennodium, dico, diaconum, cujus extant litteræ ad ipsum sanctum Cæsarium datæ, cum quæ erga eum Rex Theodoricus exibuisset officia, idem Cæsarius ante litteris significasset. Epistola autem Ennodii ad Cæsarium reddita ita se habet:

XVII. Ennodii epistola ad S. Cæsarium. *Quod spe perceperam, litteris indicastis: nam venerandi promulgatione colloquii, quid cœlestis Imperator domnum Regem circa vos facere compulisset, agnovi. Ergo cui postquam meritum vestrum patuit, nequaquam se felicitas actionis abscondit. Quis hominum nobilissimo in Christi servitute Pontifici terrenas dominationes nesciat esse subjectas, & minacem Regis potentiam innocentiæ objectione superari? Quando Principalis purpura aut cilicia despexit, aut pallium? Quando libertas illa potissima credidit sibi ante Christianam humilitatem licere quod voluit, aut quando ei licuit velle quod læderet? Quod si inter hæc canæ ætatis exempla recolantur, & sævitiam circa cultores Dei tyrannicam reducas in medium; scimus quia ab illis nostri dogmatis sectatores, ne umquam morerentur occisi sunt: Tunc militibus suis vitam & æternitatem, obsequente gladio, perpetuus ille dux contulit: illi inimicorum suorum ministerio perdiderunt originariam vilitatem.*

XVIII. Mirificæ laudes S. Cæsarii. *Te, mi domine, in Orbe jam Christiano divina lex peperit, & Apostolici uberis lacte nutrivit. Tu cæteros, velut Solis magnitudo astris minoribus comparata, transgrederis. Te qui interioris hominis oculis inspexit, instructus est: nam cum & facie ipsa foveas puritatem, delinquentes feriato ore castigas. Boni de conversatione tua, quocumque processeris, imitanda inveniunt; malis fugienda demonstras. Beatus tu, cui a Deo tributum est, ut & monitis doceas & exemplis; qui ad pii itineris directum semper existens prævius, invitasti. Quis non optet, te loquente, ut sciat plura, non legere, tu dum libris genium * relatione concilias & magistros informas?* * gentium *Tibi debet quicumque ille scriptorum maximus, quod eum dote elocutionis amplificas,* sanctum Augustinum videlicet, quem adversus Faustum eum impugnantem defendit.

In te lux convenit sermonis & operis. Unde hæc prerogativa Transalpinis? Unde parentibus meis inauspicata sublimitas, ut talem virum miserint? Sed cur inter terrena quæritur res cælestis? Potuit ergo ante te quodlibet Palatii supercilium non jacere? Potuit tibi capita subtrahere, quem mitiorem ovibus faciunt errata pugnacem? Latius me & meritum vestrum vocat & diligentia; sed loquacitatem meam lex epistolaris includit. Quod superest, benignæ servitutis meæ munera accipite, & me Deo nostro orationum suffragiis intimate; frequenter de his quæ vobiscum aguntur, vel acta sunt, informantes. Deprecor etiam, ut quicquid apud vos promeruit rustici supplicatio, qui (quantum audio) fornicationes suas nomine vestit uxorum, & vocabulo legis putat excusari posse reum criminis, mihi manifestes ministerio litterarum. Hactenus Ennodius ad sanctum Cæsarium. XIX. Alludit auctor ad res gestas cum Theodorico.

Sed minime prætereundum, fuisse S. Cæsario sororem haud imparis sanctitatis, sicut ejusdem nominis, Cæsariam nominatam, quam Deo dicatam sanctam virginem in Massiliensi monasterio excoli voluit monasticis institutis, eamque postea Arelatensi a se constructo præfecit monasterio virginum, ubi admiranda claruit sanctitate. Narrat hæc Cyprianus in XX.

PAGIUS *in Domino Deo per misericordiam & fidem seu orationem beati Cæsarii, quia sic in diebus suis ab hostibus Arelatensis obsessa est civitas, ut nec captivitati meruerit nec prædæ succumbere. Sic deinde a Visigothis ad Ostrogothorum devolutum est Regnum.* Ejusdem obsidionis meminit Cassiodorus variis in Epistolis, eamque anno DX. quo Kal. Septemb. Indictio IV. cœpit, solutam fuisse, non obscure indicat, lib. 3. Epist. XXXII. in literis Theodorici Regis, tributum per Indictionem IV. remittentis Arelatensibus, obsidionis tempore penuria diminutis: *Arelatensibus*, inquit Theodoricus, *qui nostris temporibus perdurantem gloriosæ obsidionis penuriam pertulerunt, per Indictionem quartam Fiscalia tributa nostra relaxat humanitas.*

VIII. *Arelate* obsidione Francorum liberata, Theodoricus pro reparatione murorum Arelatensium vel turrium vetustarum certam pecuniæ direxit quantitatem, ut videre est apud Cassiodorum lib. 3. Ep. XLIV. Præterea, idem Theodoricus in Epistola ad Gemellum lib. 3. Epist. XLI. inquit: *Tritici speciem ob exercituales expensas, nostra providentia de Italia destinavit, ne fatigata Provincia hujusmodi læderetur, quæ castella supra Druentiam constituta de Massiliensium horreis constat esse portandam.* Ex quibus apparet, Druentiam fluvium limitem remansisse Regni Ostrogothorum. Nam, ut ait Procopius lib. 1. de Bell. Goth. cap. 12. *Inde cum expellere eos* (sc. Francos) *nequiret Theudericus, sivit eos illa habere, satis ducens Galliæ cætera retinere: mortuoque Giselicho* (anno scil. DXI.) *effecit, ut ad suum e filia nepotem Amalaricum Visigothorum Principatus transiret, cujus admodum pueri ipse tutelam suscipiens, pecunias & quæ cæra alia Carcassona erant, Ravennam abstulit subito, mittensque tum Magistratus, tum exercitus in Galliam atque Hispaniam non segniter id agebat sibi ut id Imperium perpetuo firmaret.* Et hoc est quod Cyprianus laudatus indicat, quando ait, Arelatem ad Ostrogothorum Regnum devolutam esse. Hinc Concilia post annum DXI. in Hispania habita, Theodorici Regis nomen præferunt, Regni etiam anno designato. Fran- *Theodoricus Rex Gallo-Provinciam sibi retinuit.*

in Vita quam scripsit S. Cæsarii: sed & Cæsariæ meminit Venantius Fortunatus, (a) cum canit præconia virginum, his versibus:

(a) Venant. l. 8. carm. de virgin.

Has inter comites conjuncta Cæsaria fulget
Temporibus nostris Arelatense decus:
Cæsarii monitis luci sociata perenni,
Si non martyrii, virginitatis ope.

Et inferius:

Dulce decus, ubi sit veneranda Cæsaria præsens,
Præsule Cæsario non caritura tuo.

Scripsisse illi quidem regulas monasticas observandas ipsum S. Cæsarium, idem Fortunatus sæpe declarat, dum de ejusdem Cæsarii regula meminit, ut cum ait de sancta Radegunde eamdem vitam monasticam profitente (b):

(b) Fortun. l. 8. carm. de nomine suo.

Regula Cæsarii linea nota tibi est.

Et alibi (c):

(c) Fortunat. lib. 8. carm.

Concipiente fidem Christi Radegundis amore
Cæsarii lambit regula quicquid habet.

Et ad Martinum Galliciæ Episcopum (d):

(d) Fortunat. lib. 5. carm.

Atque adscita sibi servetur in urbe Genesii
Regula Cæsarii Præsulis alma pii,
Qui fuit Antistes Arelas de sorte Lerini.

Cum vero adeo frequens mentio sit de Cæsarii regulis editis de vita monastica, nec extent illæ quidem; putamus eas in S. Benedicti monastica instituta receptas, non autem periisse. Sicut enim ipsum Lerinense cœnobium cessit usui monachorum S. Benedicti, ita & ipsas Cæsarii constitutiones monasticæ vitæ ut rivum in flumen derivatas esse in regulas S. Benedicti, mihi facile persuadeo.

XXI. Theodor. Rex justitiæ observantissimus.

Ad ejusdem quoque Cæsarii laudem spectare putamus quæ idem Theodoricus Rex pro Gallicanis Ecclesiis juste pieque rescripsit: ac primum ad Ibam ducem hæc inter alia: (e) *Præsenti tibi auctoritate præcipimus, ut possessiones Narbonensis Ecclesiæ, secundum præcelsæ recordationis Alarici præcepta, a quibuslibet pervasoribus occupatæ teneantur, æquitatis facias contemplatione restitui: quoniam versari nolumus in Ecclesiæ dispendio præsumptiones illicitas; dum nostra deceat tempora, sedare confusa. Esto contra talia omnino solicitus: ut qui es bello clarus, civilitate quoque reddaris eximius. Sic & arma tua, Deo adjuvante, corroboras, si justitiam mediocribus servare contendas.*

(e) Cassiod. Variar. l. 4. ep. 17.

XXII. Sed audi aliud quod edidit idem Theodoricus specimen justissimi Principis, cum Severo Episcopo reddi voluit quicquid exercitus transeundo ejus Ecclesiæ damni intulisset: ad ipsum enim scribens, hæc inter alia (f): *Significamus nos per Montanarium sanctitati vestræ mille quingentos solidos destinasse: quos provincialibus, quos quemque præsenti anno, exercitu nostro transeunte, dispendium pertulisse cognoveris, habita læsionis æstimatione, distribuas, ut nullus a nostra munificentia reddatur alienus, quem sua damna gravaverunt.* Habes igitur unde perspicias, cur Theodorico cuncta ferme dextera evenisse contigerit; nimirum quod Arianus licet, Catholicorum nihilominus prospiciebat Ecclesiis, & sacerdotes Catholicos debito prosequebatur honore, atque muneribus etiam frequentabat, nec a suis in expeditione militari quicquam sine compensatione damni patiebatur inferri. Sed ad Cæsarium.

(f) Cassiod. Var. l. 2. ep. 8.

XXIII. His vero de S. Cæsario enarratis, veluti corollarium apponamus veneratione dignum antiquitati monumentum, ab ipsa (ut in fine dicemus) Ecclesia Arelatensi petitum, nempe testamentum per epistolam ab eo conscriptum: quod tamen nonnihil mendosum exesum pulvere vetustas tandem exhibuit: Sic enim se habet:

Pax

PAGIUS IX. S. Cæsarius Monasterium Virginum Arelate ædificat.

Francis Gothisque prope Arelatem digladiantibus *Monasterium, quod sorori seu reliquis Virginibus inchoabat fabricari, multa ex parte destruitur, tabulis & cœnaculis Barbarorum ferocitate direptis pariter & eversis*, inquit Cyprianus in Vita Sancti Cæsarii, loquens de Cœnobio Sanctimonialium a Sancto Antistite ædificari cœpto, quod post diuturnos labores feliciter absolutum est anno quingentesimo duodecimo. Nam idem Cyprianus refert, Cæsarium animam Deo reddidisse *tertia die post Sancti Genesii Festum id est, VI. Kalend. Septemb. ante diem depositionis Sancti Augustini, & post diem Dedicationis Monasterii sui.* Antea dixerat Auctor Vitæ ejus: *Erat constitutio Monasterii ipsius eo tempore annis plenariis triginta*, ac præterea eum annos XL. Ecclesiam Arelatensem administrasse. Quare mortuus est Cæsarius anno DXLII. *sexto Kalendas Septembres*, cum Monasterii Dedicatio anno DXII. peracta sit, *septimo Kalendas Septembris*, qui dies eo Christi anno in Dominicam incidebat: ab anno enim DXII. ad DXLII. anni triginta intercurrunt. Composuit Sanctus *Cæsarius* varia Opuscula cum duabus Regulis, quarum alteram quæ spectat ad Moniales ipse scripsit, alteram quæ pertinet ad Monachos *Teridius* Presbyter ipsius Cæsarii nepos ab eo dictatam, & per diversa Monasteria transmissam fuisse affirmat. Baronius n. XX. autumavit, eas non extare; sed post ejus

S. Cæsarii testamentum per epistolam.

Pax Ecclesiæ Arelatensi. Cæsarius Episcopus presbyteris & diaconibus, sanctæ ac venerabili Cæsariæ Abbatissæ, quam Dominus per meam parvitatem in monasterio nostro præposuit, ac universæ congregationi, quam ibi Dominus sua gratia collocaverit, in Domino æternam salutem. Cum Ecclesiastica pietas consuetudinis suæ rem faciat, ordinabiliter scilicet, quo peregrinis & destitutis opem largitionis impendat; quanto magis cum opportunitas aut necessitas fuerit, ut sanctis quibusque & Deum timentibus aliqua largiatur, amplius debet pia misericordiæ suæ viscera dilatare? Et ideo juxta hanc epistolam, quam manus nostræ subscriptione roboravimus, cuique diem & Consulem subtus adjecimus, Deo dispensante, hoc testamentum meum condidi, vel manu propria subscripsi atque jure prætorio, vel jure civili, & ad vicem illorum codicillo firmavi. Ego Cæsarius peccator dum debitum humanæ carnis reddidero, cunctum monasterium Arelatense S. Joannis, quod ego condidi, sub potestate Arelatensis Pontificis canonice sit, hæredemque meum esse volo ac jubeo. Cæteri, cæteræve exheredes sint. Totum quod cuique aut per hoc testamentum meum dedero, legavero, darive jussero, ut detur fiat. Cæterum autem, Arelatensem Episcopum cohæredem meo monasterio relinquo: quosque liberos, quasque liberas esse jussero, liberi, liberæve sint omnes.

XXIV. *Ego tamen cum nihil de parentum bonis habuerim, hoc testamentum meum præsumere erubui: Illa tamen me sententia compulit, ut plerosque*, Salvatoris formidanda, qua iniqui audituri sunt dicentem, Ite in ignem æternum, pietatis affectu aliquid Ecclesiæ meæ contulisse. Et ne forte post obitum meum aliqui de parentibus meis, exceptis iis rebus, quas illis pro elogiis donaro, inquietare præsumant, cui præsum, Ecclesiam; ideo hanc voluntatem meam tractare amplius desideravi, qua de parentibus meis, ne apud ipsum monasterium præfatum, vel Pontificem Arelatensis Ecclesiæ, præter id quod illis dedero ac dederim, præsumant requirere. Sancto & domino meo Archiepiscopo, qui mihi indigno digne successerit, licet omnia in sua potestate sint, tamen si lubet, & dignum ducit, indumenta paschalia, quæ mihi data sunt, omnia illi serviant, simul cum casula villosa, & tunica, vel galnape, quod melius dimisero. Reliqua vero vestimenta mea, excepto birro amiculari, mei tam clerici, quam laici, cum gratia vel ordinatione domini Archiepiscopi, sibi, ipso jubente, immo donante, dividant. Ea vero quæ monasterio ante per donationem contuli, nunc affirmo: & si cui aliquid per epistolam, aut per pitacium, aut verbo, pietatis intuitu contuli, valere volo.*

* seu plerasque.

Hoc etiam assuete precor, quatenus cellam, quam bonæ memoriæ Augustus subdiaconus in atrio S. Stephani euntibus parte dextera habuit, provisoribus monasterii propter custodiam illorum firmam D. Archiepiscopus perpetuo dignetur jure concedere; ita ut eam sibi succedendam monasterii provisores habeant. Et hoc specialiter volo, & ita, domine Archiepiscope, precor; sive provisorem ad monasterium, sive presbyterum ad basilicam S. Mariæ nullum alium habeat congregatio sancta, nisi quem ipsa elegerit, vel ordinari petierit. Et licet de tua, D. Archiepiscope, pietate præsumam; tamen ne forte contra monasterium nostrum aliquorum suggestiones importunas habeatis, adjuro vos per Patrem, & Filium & Spiritum sanctum, & per tremendum diem judicii, ne umquam apud vos prævaleat hostis antiquus, aut ancillas vestras contristari acquiescatis; aut aliquid illis auferri de iis, quæ possident, eisque contulimus, permittatis: quia Deo propitio non sine discretione vel justitia quibuscumque sæcularibus jure directo res Ecclesiæ vendidimus nisi hoc tantum, quod Ecclesiæ minus utile & infructuosum est. Et quod animabus sanctis & Deo vacantibus cum sanctorum fratrum consensu vel subscriptione tribuimus, perpetuo illis jure permaneat. XXV.

Vos vero dominæ filiolæ, per S. Trinitatem inseparabilem, & per Domini nostri Jesu Christi adventum adjuro, ut Pontificem, qui mihi indigno, ordinante Deo, successerit digne, omni affectu ut dominum rogetis, ac pura mente diligatis, & ne per vestram contristetis inobedientiam. Confidimus enim de Dei misericordia, quod ita omnibus sacerdotibus, quibus religionis collatio est, castum amorem impendat, ut nihil vobis quod ad sustentandum corpusculum opus est, deesse permittant. Te iterum atque iterum, Pontifex optime, rogo gratia divina præfati monasterii, ut curam maximam habeas, & famam illarum cum grandi pietate satagas provideri. Quod si alicujus persona injustum tibi dederit consilium, cum au- XXVI.

PAGIUS jus mortem utraque lucem vidit. Regulam Monialium in medium affert, & pluribus explicat Cointius anno DXXXVI. num. XLVII. & seqq.

X. *Cæsarius* postquam Cœnobium *Cæsariæ* sororis suæ causa inchoatum perfecit *iterum accusatione confecta* extrahitur ab Urbe Arelatensi *& in Italiam sub custodia Ravennamque* perducitur, ubi a Theodorico Rege h nonis e susceptus est. *Interea omnes captivos ultra Durentiam, maximeque Arausici oppidi qui ex toto fuerat captivitati contraditus cujus etiam partem Are-* *Secundum Cæsarii exilium.*

auctoritate respondendum deprecor; quia hoc quod Episcopi agitur verbo, non solum auferri non debet, verum etiam nec omnino potest: tum præcipue quia & hoc ipsa S. Papæ Urbicani suasit auctoritas, ut hoc de te sancto & domino meo Pontifice credam. Nunquam enim apud te prævalebit tam iniqua suggestio, ut contra justam voluntatem qualiscumque Antistitis pro meo studio substantia ad te multum profecerit, & prope duplicata sit. Additur ad hoc, quod Deus misericors per parvitatem meam, etiam immunitatem tributorum, tam juxta urbem & infra, quam etiam in suburbanis & villis ex maxima parte concesserit.

Agellum igitur Aucharianum, unde parvam particulam monasterio dedimus, multa servamus; nam plus minus centum aripennes vineæ & trecentorum modiorum campos reservavimus: ita quod supradictum monasterium, tantum modiatas de terra, quam ego plantavi, habeat modiatas quadraginta; & de vetere vinea vix triginta aripennes contulimus agellum Gallicomanum, Mercloanum, vel agellum Gemellos cum stagnis & paludibus cum omni jure & termino suo; & pascuum in campo Lapideo, vel si qua alia sunt, vel campum in Trifinitio super viam munitam, vel reliqua quæcumque sunt; agellum Orvedum, & agellum Martinatis, & agellum Silvanum, in quo est sita ecclesia S. Mariæ de Ratis, & agellum Missiamanum cum omnibus sibi pertinentibus pascuis, paludibus, cum omni jure & termino suo sanctæ tuæ Ecclesiæ reservavimus in stipendiis earum. Unde te S. Pontifex, adjuro, ut si Deus omnipotens per manus se timentium sanctæ matri Ecclesiæ monasterio sanctarum virginum aliquod majus bonum dederit tua sancta dilectio unum ab altero non disjungat. Si vero (quod Deus non patiatur) congregatio ibi aut congregata non fuerit, aut forte postea (quod absit) cum congregata fuerit, esse desierit, ad matrem Ecclesiam revertantur.

XXVII. *Hæc quidem ego, ut timori meo satisfacerem, scripsi. Nam absit ut de tua, piissime Pontifex, inscientia inculperis: quia (ut supra jam dixi) pietas divina concessit, ut per meam humilitatem immunitas Ecclesiæ in tot capitibus daretur. Quod monasterio cum fratrum consensu dedimus, per hanc voluntatem meam confirmo. Ancillæ nostræ Cæsariæ Abbatissæ, quem ipsa fecit, mantum majorem, quem de canabe fecit, dari volo. Domino meo Leoni presbytero manutergium dari volo. Domino meo Cypriano Episcopo mantum, & cunctorum * meliorem dari volo. Quicquid servo meo Briciano contuli, nunc per hoc testamentum meum confirmo. Agritia puella mea propria libentissime monasterio S. Cæsariæ Abbatissæ serviat: & vere * gariolas, quas illis vel parentibus eorum dedi, confirmo. Omnes cubicularios meos tibi domine Episcope, coram Deo & Angelis ejus commendo.* Hactenus quæ reperiuntur testamenti S. Cæsarii, quod etsi non in aliis, in die saltem & Consule, & ipsius Cæsarii atque testium subscriptione esse decurtatum, haud dubium esse potest: Cujus exemplar petitum ex archivo Ecclesiæ Arelatensis, exscriptum per Claudium Saxi Notarium, accepimus ab Archidiacono Arelatensis Ecclesiæ Francisco Clareto Romæ cum esset, a quo etiam nos accepturos complures ejusdem S. Cæsarii epistolas, quæ in eodem archivo asservari dicuntur, spem magnam concepimus: quod si voti compotes facti erimus, eas quæ historiæ rerum gestarum inservire noscentur, secunda editio exhibebit.

* cinctorium melius.

*

XXVIII. Quod autem ad id testamentum spectat; audisti monasterium monialium cui præerat sancta ejus soror Cæsaria illud ipsum munitum voluisse Cæsarium auctoritate Romani Pontificis: non aliud quidem illis verbis significavit, ubi ait: *Et hoc ipsa sancti Papæ Urbicani firmavit auctoritas.* Scias vero, ad imitationem S. Cæsarii qui Arelate erexit monasterium monialium, paulo post Childebertum Franchorum Regem quartum filium Clodovei ibidem Arelate struxisse monasterium monachorum, quod absolutum a Vigilio Papa voluit Apostolica auctoritate firmari. Extat de his epistola S. Gregorii Papæ ad Virgilium Arelatensem Episcopum (a). Sed de ejusmodi peti solitis & concedi ab Apostolica sede privilegiis alias dicendum erit: nunc in Cæsario versetur oratio. Quoto autem suæ sedis anno diem objerit, quod æque fine careant quæ a Cypriano Episcopo ejus discipulo sunt scripta, haud consequi licuit. Scripsit vero ejus Vitam idem auctor rogatus ab illius sorore sancta Cæsaria, ad quam extat inscripta præfatio.

De alio Monasterio monachor. Arelat.

(a) Greg. l.8.ep.115.

XXIX. Ad postremum vero duo quæ invaluerunt de eodem S. Cæsario mendacia cavenda memineris: quorum alterum superius deteximus atque confutavimus, dum non

PAGIUS *Arelato liberaverat redimendo, mox inventos in Italia redemit, ut potuit,* inquit idem Cyprianus. Est hoc secundum Sancti Cæsarii exilium quod post annum DXII. ejusque Monasterii fundationem contigisse citata verba demonstrant. Gothi Druentiam fluvium trajecerant, & e Regno Burgundionum, ad quos Arausio pertinebat, quamplurimos Gundebadi Regis subditos abduxerant, quos *Cæsarius* soluto prætio in libertatem asseruit.

Ad

Error exploditur de tempore Cæsarii. non ad hæc tempora Symmachi, sed floruisse anno sexcentesimo septuagesimo, complures toto cœlo errantes dixere; in quem errorem Gennadii scholiastes Suffridus, Trithemium incaute sequens, impegit, dum nequaquam de eo esse scriptum a Gennadio, sed & Gennadium eam narrationem de ipso suppositam existimavit. Alterum vero illud est, quod æque mendaciter afferatur Cæsarius ultimus Episcopus, primus vero Archiepiscopus Arelatensis; quod scilicet Ecclesia Arelatensis nonnisi sub Cæsario a Romano Pontifice fuerit Archiepiscopatus munere insignita: cum tamen quæ dicta sunt sæpe superius, id præter veritatem afferi, manifestent. Sedes Arelatensis Archiepiscopalis. Nonne Archiepiscopalis sedes erat, quæ sub se habuit sedes Episcopales? Nonne dictum est suo loco superius, Saturninum Arelatensem Episcopum collegisse Concilium subjectorum sibi Episcoporum? Nonne cum de diœcesum juribus altercatum esset inter duas sedes Archiepiscopales Viennensem & Arelatensem, in Concilio Taurinensi decretum fuit, ut quisque ipsorum Archiepiscoporum vicinioribus præesset Episcopis? Sunt & aliæ de his certæ probationes; sed in adeo claris minime immorandum. Fefellit puto simplices, quod qui præcesserunt Cæsarium Antistites Arelatenses non Archiepiscopi nominati reperiuntur, sed Episcopi: Verum sciant veterem nomenclaturam, qua etiam Patriarchalium sedium, immo & ipsius Romanæ Ecclesiæ Præsules æque dici solebant Episcopi. At de Cæsario satis, quem inter cælites receptum celebrat colitque Ecclesia Catholica anniversaria repetita memoria die vigesimaseptima mensis Augusti.

XXX. Quod vero reliquum est rerum Arelatensium hujus temporis dignum memoria prosequamur. Quid enim uni ex Ducibus Theodorici agenti custodiam civitatis diebus istis acciderit, haud prætermittendum putamus, quod Gregorius Turonensis in libro de Gloria martyrum narrat his verbis (a): *Aran* (inquit) *Theodorici Regis Italiæ Dux dum in Arelalensi urbe resideret, extitit ei quidam Archipresbyter parochiæ Nemausensis invisus. Tunc fervens felle contra eum misit pueros, dicens: Ite quantocyus, & ligatis pedibus ac manibus adducite eum cum vi, ut cognoscat quod sim dominus regionis hujus. At illi non intellexerunt Archipresbyterum; putaverunt quod Archidiaconum jussisset adduci: & ascensis equitibus, venerunt ad urbem, interrogantesque de Archidiacono, digito eis ostensus est: Erat enim hic Joannes nomine, valde religiosus, & in archidiaconatu suo studium docendi puerulos habens: apprehensumque pueri Ducis, ligatis manibus ac pedibus sub alvo equi adduxerunt eum. Sed non desiit virtus martyris Baudelii alumno proprio subvenire.*

(a) Greg. Turon. de Glor. martyr. lib. 1. c. 78.

Quid per ducem Theodorici præsumptum.

Archidiaconus loco Archipresbyteri capitur.

XXXI. *Pueri vero juxta portam*, Arelatensis scilicet civitatis, *cum eo mansionem habuerunt; quia jam obseratis pro nocte portarum valvis, ingredi non potuerunt. In ipsa vero nocte, Duce obdormiente, adest ei Archidiaconus per visum, dicens; Quid tibi, o homo, culpabilis extiti, quod me in hanc humilitatem redactum, cum tali jussisti injuria accersiri? Vere dicam tibi quia non effugies judicium Dei. At ille expergefactus, consternatusque metu, exclamat suis: Inquirite, si pueri, quos Nemausium direximus jam venerunt. Interrogantesque de muro urbis: responderunt se adesse cum homine. Renunciant nuncii quæ audierant. Confestimque Dux ait: Exhibete ad me hominem quem adduxistis. Quod cum factum fuisset, aspiciens eum Dux, timore perterritus, ait: Archipresbyterum ego adduci præcepi, non Archidiaconum. Et prostratus ad pedes ejus, ait: Indulge, quæso, injuriam delicti hujus; quia non est in conscientia mea, ut hæc passus fuisses. Et statim dignis honoratum muneribus remisit ad urbem: quem in tanto timore pro ipsa martyris reverentia dilexit in posterum, ut decedente urbis illius sacerdote, ipsum sacerdotem mandaret institui, sed nec Archipresbyterum amplius inquiri jussit.* Hæc Gregorius de rebus Arelatensibus.

Dux territus dimittit cum honore Archidiaconum.

XXXII. Quomodo autem idem Theodoricus Italiæ Rex Burgundionum regione potitus sit potius arte quam armis, Procopius narrat (b), & quidem sincere; licet tum ipse, tum alii cum eo videantur errore lapsi, dum ante bellum Clodovei adversus Alaricum gestum, id contigisse affirmant. Etenim integras fuisse res Burgundionum, cum Clodoveus adversus Alaricum parabat arma, litteræ (c) Theodorici ad ipsorum Regem Gundebadum scriptæ declarant, cum eum rogat ut in conciliandis inter se Alarico & Clodoveo laboret. Sed & Athalaricus Rex Italiæ, qui Theodorico successit, dum Toli strenui Ducis sub ipso Theodorico recenset strenue facta, primo quidem missum ipsum fuisse post Alarici obitum ad defendendam Arelatensem civitatem tradit, inde vero occasione bellorum inter Burgundiones & Franchos ortorum ipsum provinciam illam acquisivisse (ut dictum est) Theodorico. Sunt enim hæc ibi conscripta: (d) *Mittitur igitur, Francho & Burgundio decertantibus, rursus ad Gallias tuendas, ne quid adversa manus præsumeret, quod noster exercitus impensis laboribus vindicasset. Acquisivit Reipublicæ Romanæ, aliis contendentibus, absque ulla fatigatione provinciam; & factum est quietum commodum nostrum, ubi non habuimus bellica contentione periculum: Triumphus*

(b) Procop. de bell. Goth. l. 1.

(c) Apud Cassiod. Var. l. 3. ep. 2.

De bello Clodovei cum Burgundionibus.

(d) Apud Cassiod. Var. l. 8. ep. 10.

phus sine pugna, sine labore palma, sine cæde victoria. Tantum ergo ejus gloriæ debemus, quantum utilitatis accepimus: quem & ille arbiter rerum largitione redditum judicavit esse prosequendum, ut ibi fieret dominus possessionum, ubi utilitati publicæ procuravit augumentum. Hæc ibi de tanti Ducis industria.

XXXIII. (a) Procop. de bell. Goth. l. 1. Sed quæ breviori summa subobscure perstrinxit, Procopius elucidat (a), ubi primum ait, Franchos cum Gothis iniisse fædus adversus Burgundiones pactis conventis, Theodoricum vero suis ducibus cum exercitu ab Italia missis dedisse in mandatis, ut moras in itinere tererent, donec cum Burgundionibus Franchi pugnassent: qui si vincerent, tunc quam celerrime sese ad eos conferrent communi victoria potituri. Sunt hæc ipsius verba: *Franchi interea cum Burgundionibus soli manus conseruere; & cum bellatum naviter esset, magna utrimque fit cædes: nam pede collato, ad multum diei fortiter est prælium gestum: sed Franchi demum ubi in fugam hostes penitus vertere, in ultimas quas illi incolerent terras fugarunt, ubi & fugientibus pleraque erant & validiora ad receptum præsidia, quæ sola his saluti fuere; cæteris hostes potiti. Hæc victoria ubi est ad aures Gothorum perlata, quam celerrime ad socios & victores se conferendo, sui præsentiam faciunt: ab hisque increpiti, quod prælio non tempore suo interfuissent, locorum causabantur difficultates, paratos se pactam pro pæna pecuniam statim dependere: qua ibidem depensa, terras ex hoste captas, uti conventum jam ante fuerat, cum victoribus partiuntur. Qua in re cognita Theodorici prudentia est, qui sine ulla suorum jactura, modico auro persoluto, hostium sibi loca paraverit.* Hæc Procopius.

XXXIV. (b) Greg. Turon. de Glor. martyr. l. 1. c. 7. 8. Sed quænam ista præcesserint, quibus in se Burgundiones divinam concitarunt iram, Gregorius ita narrat, cum martyris Juliani miracula recenset (b): *Venientes* (inquit) *quidam de Burgundionibus ad Brivatensem vicum, eum cum armorum multitudine copiosa circumdant: captoque populo, direpto ministerio sacrosancto, ultra amnem transeunt; & viros gladio interficere, reliquum vulgus sorte dividere parant. Tunc Hellidius quidam a Vellavo veniens, & (ut ajunt) commonitione columbæ alitis incitantis, super eos irruit; hortatusque socios, ita hostes ad internecionem cecidit, ut captivis laxatis, triumphans in laudem martyris, amne transmisso, ad beatam cellulam tamquam novus Moyses cum omni populo canendo revertitur.* Et paulo post: *Prostratis ergo ab Hellidio hostibus, quatuor ex his per fugam dilapsi patenam & urceum, qui Anax dicitur, in patriam deferunt, & divisam in tantis, ut erant partibus patenam, urceum Regi Gundebado ob gratiam exhibent conquirendam. Reliquum vero argentum Reginæ sagacitas reperit; cui additis multis muneribus, loco illi sancto restituit, fideliter insinuans Regi, non oportere eum ut gratiam martyris sancti propter argenti parvitatem amitteret.* Hæc Gregorius de Burgundionibus, quorum Rex Gundebadus sequenti anno defunctus ponitur: agemus de his suo loco. Burgundiones dant pœnas de sacrilegio.

XXXV. Clodoveus ægrotans a S. Severino sanatur. Compositis rebus bellicis, pace reddita, Clodoveus Parisios profectus est, ubi contigit eum laborare corporis infirmitate: cumque spes salutis a medicis diu alita frustraretur, consilio Tranquillini viri illustris & Archiatri, missis nunciis, accersivit sanctissimum virum (c) Severinum Agaunensis monasterii Abbatem, magni nominis apud omnes suæ ætatis virum: etenim excellenti miraculorum virtute fulgebat: cujus quidem facultatis in via egregium illud specimen edidit, dum ad Nivernensem perveniens civitatem, Eulalium Episcopum loquendi & audiendi privatum ob morbum officio, ipsum visitans, confestim restituit sanitati. Pari-

(c) Vita Severini Sur. tom. 1. die 11. Febr.

PAGIUS XI Floret S. Severinus Abbas Agaunensis. Ad num. XXXV. & seq. Faustus Monachus discipulus Sancti Severini Abbatis Agaunensis, in ejus vita a Mabillonio sæculo I. Benedictino publicata, ait: *Cum Chlodoveus Rex Francorum anno XXV. regnaret in Urbe Parisius, tunc in corpore suo gravis obvenit infirmitas typus frigoris per duos annos, ut non a sacerdotibus loci illius, neque ab ullo Medico corpori suo potuerit invenire medicinam.* Addit Faustus, monitum fuisse Regem, ut *ad sanctum Monasterium Agaunensium* accederet, aut Legationem transmitteret, quia ibi Sanctus Severinus Abbas orationibus suis multos ad pristinam revocabat sanitatem. Misit Rex Cubicularium suum ad Sanctum Severinum, qui Parisios veniens, & *exuens casubulam, corpori Regis induit eam & statim dimisit eum Febris*. Post sanitatem Chlodoveo redditam idem Sanctus *Castra-Nantonense* se contulit, *ibique infra tres dies reddidit spiritum*. Ita Faustus. Quare cum Chlodoveus anno CDLXXXI. Regnum inierit, anno DV. typo, seu febri divexari cœpit, annoque quingentesimo septimo a *Sancto Severino* sanatus est, & dum vir Dei Agaunum rediret, incerto die mortuus est apud Castrum-Nantonis Gallice *Chateau-Landon*, agri Vastinensis in Diœcesi Senonensi oppidum, in quo Sancti Severini Reliquias etiamnum servant Canonici Regulares Ordinis Sancti Augustini. Auctor quidem Anonymus, qui Caroli Magni tempore, jussu *Magni* Senonensis Episcopi, Vitam Fausti expolivit, & interpolavit, quam exhibet Bollandus ad diem XI. mensis Februarii, tradit, Severinum *mortis debitum tertio Idus Februarii feliciter* consummasse. Sed interpolatores diem cultus aut dies Martyrologiis inscriptos pro die obituali, plerumque sumpsere, & multa ex incertis monumentis deducta, non raro in Vitas, quarum errata se emendare professi sunt, inferuere;

Parisios inde se conferens, ad portam civitatis leprosum excubantem osculo salutatum a lepra mundavit. Indeque ad Clodoveum perductus super ægrotantem Regem, præmissis precibus, imponens casulam qua erat indutus, febrem ejus medullis fixe inhærentem fugavit.

XXXVI. Restitutus vero incolumitati Christianissimus Princeps, flexis genibus Dei servum est veneratus: cui & ob gratiarum actionem illud præstitit, ut quos vellet vinctos e carcere liberaret, & quantum vellet pauperibus ex regio acceptum thesauro erogaret. Cumque detentus fuisset haud paucos dies Parisiis, magnus factus est ad eum laborantium diversis morbis concursus. Inde vero (ut ante divinitus admonitus fuerat) ad Nantoniense castrum se contulit Deo spiritum redditurus: susceptusque est hospitio a presbyteris Paschasio & Ursicino, qui eumdem viventem omni charitatis officio sunt prosecuti, & post obitum eidem extrema persolverunt munera pietatis: in cujus memoriam postea Clodovei filius Childebertus nobile templum extruxit. Hæc autem paucis perstricta copiose descripsit Faustus presbyter ejusdem temporis scri-ptor

PAGIUS re; quod vel ex isto Anonymo liquet, qui in suo Prologo ait: *Sacram sane libelli seriem, quam Faustus Presbyter discipulus Sancti Severini abbatis de ejus Vita vel Actibus post ipsius ediderat obitum, transcribentes, jubente etiam venerabili viro Magno meritis & nomine urbis Senonicæ Antistite, vitia Scriptoris corrigere curantes, commodum duximus, secundum ingenioli nostri capacitatem, ejusdem Historiæ textum aliquanto clariore propagare sermone, & licet verba non ipsa, sensum tamen & ordinem ejusdem lectionis funditus exequendo, nec etiam diversum aliquid huic textui inserendo, nisi quod a præfato Presbytero eidem agnovimus Historiæ insertum quod etiam facile Lectoris poterit comperire solertia.*

XII. *Vita S. Severini a Fausto scripta, sed postea interpolata.* Afferit itaque Anonymus se duntaxat vitia Scriptoris correxisse, nihilque Fausti textui inseruisse; & tamen Faustus diei emortualis Severini nullam mentionem fecit. Præterea revelationem mortis Severino ab Angelo factam his verbis recitat Anonymus, Severinum loquentem inducens: *Sicut in ipsa didici visione, est in hac Burgundia locus montis vertice sublimatus, in quo situm fuerat quondam Oppidum, quod Castrum-Nantonis, ubi me non post multum temporis oportet novissimum hujus lucis concludere finem*, &c. Et tamen Faustus non dicit, ibi fuisse Oppidum, sed tantum montem, neque etiam illum in Burgundia situm affirmat. Hæc ejus verba, antequam Agauno discederet, ad Monachos suos habita: *Sic mihi ostensum est a Domino in visu noctis per Angelum suum. Mons est, cujus vocabulum est Castra-Nantonense, ibique corpusculum meum a Paschasio & Ursicino erit tumulandum.* Et quando de Severini post sanatum Chlodoveum ad Castra-Nantonense accessu loquitur, ait tantum: *Ingressus in Oratorium ex ligno munitum Paschasio & Ursicino Presbyteris locutus est sanctus Dei Severinus.* Quare oppidum illud videtur post hujus sancti mortem constructum, cum sc. Childebertus Francorum Rex Chlodovei Magni successor *super sepulchrum beati Viri ædificari jussit Ecclesiam conspicuam, & Clericos ibidem Deo deservientes instituit, & de Fisco suo emunitatem integram sua perceptione designavit*, ut loquitur Faustus.

XIII. *Eam interpolatam fuisse magis probatur.* Nec denique verum est, tunc *Castrum-Nantonis* pertinuisse ad Regnum Burgundiæ. Ex his enim quæ Cointius variis in locis suorum Annalium narrat, patet Castrum-Nantonis, Civitatem Senonum, cæteraque oppida Senonensis episcopatus, Chlodoveo Regi paruisse, priusquam ab Abbate *Severino*, quem Agano vocaverat, incolumitati redderetur. Iste igitur Interpolator secutus est Galliarum divisionem ætate *Severini* ac *Fausti* posteriorem, ut recte vidit Cointius anno DVI. num. VI. & jam subdubitaverat Bollandus loco laudato. Perperam tamen uterque mortem Sancti *Severini* die XI. Februarii contigisse tradunt; non tantum quia Vitam ejus a *Fausto* scriptam non viderant; sed etiam quia diem Martyrologiis inscriptum pro die emortuali de more usurpant. Adhæc Cointius hujus Anonymi protestatione deceptus, ait: *Anonymus quo solum usuri sumus, eandem ferme quam Faustus auctoritatem sibi conciliat*; cum tamen quamcumque fidem nobis faciant Interpolatores, eis vix tuto credi possit in omnibus. Quod de isto dicimus ad alios pertinet, ostenditque in illis legendis omnem solertiam diligentiamque adhibendam esse, ut vera quæ a primævis Auctoribus accepere, ab incertis aut falsis, quæ sæpe commiscent, discernere valeamus. Anno DXLIV. insignis Interpolationis exemplum, quod hactenus Scriptorum ingenia torsit, in medium adducemus. Porro ex verbis Fausti initio numeri superioris citatis liquet, Monasterium *Agaunense* jam ante annum DVI. ædificatum fuisse, ideoque *Sigismundum* Burgundiæ Regem, qui conditor illius dicitur illud tantum postquam eversum fuit, reædificasse; sed hac de re infra.

Historici Anglici circa hunc annum *Utheri* Britannorum Regis mortem, & *Arthuri* ejus successoris, Principis bellicosissimi initium consignant, sed quæ de utroque referunt, adeo implicata, incerta, & fabulis intexta sunt; ut eorum incertitudine, rerum quas narramus firmitatem crederemus vitiare, si in illis immoraremur. Sufficiat hic notare, *Arthurum* per hæc tempora, quibus Britannorum Ecclesiæ per Saxones vexabantur, maximasque calamitates, patiebantur, Christianis, qui supererant, imperasse, & quidem per plurimos annos. XIV. *Moritur Utherus Rex Britanniæ.*

Chiffletius in fine Historiæ Ecclesiasticæ Bedæ exhibet Vitam sanctæ *Genovefæ* Virginis ex Codice pervetusto Ecclesiæ in qua Parisiis ea Monumentum habet, eruto, in qua legitur, eam vixisse in sæculo *amplius octoginta annis*, & defunctam plenam dierum, *sub die tertio Nonarum Januariarum*. Quare cum in eadem Vita dicatur nata Honorio in Occidente, & Theodosio Juniore in Oriente imperantibus, mors ejus in hunc annum incidit, si ea in lucem prodierit anno CDXXIII. quo provecto *Honorius* mortuus est, & si *Chlodoveum* Francorum Regem, *dum iret adversus Alaricum Regem Gothorum in prælium*, hortata sit, ut in honorem Apostolorum Petri & Pauli Ecclesiam ædificaret, sicut in ea Vita habetur. Sic enim anno CCCCXXIX. cum jam sexennis aut septennis esset, Sancto *Germano* Episcopo Antisiodorensi primum in Britanniam proficiscen-ti XV. *Moritur S. Genovefa Virgo.*

ptor. Porro exaratum in tabulis Ecclesiasticis nomen ejusdem viri sanctissimi Severini, anniversaria natalis diei commemoratione jugiter Ecclesia celebravit. Quin-

PAGIUS ti oblata fuit, & currenti anno nata erat annos circiter LXXXV. De ejus virtutibus & miraculis ejus Vita legenda, quam Auctor ille Anonymus *ter senis ab ejus obitu annis* in lucem edidit. Bollandus ad diem III. mensis Januarii duas alias Vitas ejusdem Sanctæ repræsentat; sed utraque ab Auctoribus recentioribus quam sit iste Anonymus, conscripta, ideoque ex eo corrigenda. Baronius anno CDXCIX. n. XXXI. & seq. *Genovefæ* meminit.

I. De Consulatu Importuni. QUingentesimus nonus Redemptoris annus novo Consulatu aperitur Importuni sine collega: ita Cassiodorus; sed pro Importuno, Opportunum Marcellinus habet: at puto melius, Importunum, ut ex Theodorici Regis epistola constat. Hic namque ille videtur Importunus, quem Theodoricus Rex Italiæ auxit Patriciatus dignitate, ut ad eum data ejusdem Regis epistola declarat, (a) necnon alia eadem ex causa ad Senatum scripta (b), qua etiam hunc ex Deciorum antiqua familia prognatum affirmat. Fuerunt cruenta hujus auspicia Consulatus, dum in consuetorum exhibitione munerum & editione Circensium, favens Consul Venetæ factioni, in Prasinos se parum æquum exhibuit; cujus rei gratia in eumdem Consulem commotus ob cædem factam Theodoricus Rex ad speciosum inter alia ista rescripsit (c): *Populi itaque nobis partis Prasinæ petitione suggeritur, dum ad nostrum disponerent Comitatum venire remedia consueta poscentes, se truculentas insidias a Patricio Theodorico, & Importuno viro illustri Consule pertulisse, ita ut unus eorum defleatur extinctus, &c.*

(a) Apud Cassiod. Var. l. 3. ep. 5.
(b) Ib. ep. 6.
(c) Apud Cassiod. Var. l. 1. ep. 27.

II. Cædes facta Romæ in Circo. Accidit enim, ut in conclamationibus illis Circensibus in eosdem jactatæ fuerint contumeliæ, quarum causa iidem suos armassent in populum. Cujus rei indignæ causa factus reus idem Consul una cum Patricio ante Præfectum Urbis Agapitum & collegam Cæcilianum causam dicere jussus est. De quo judicio agens in dicta epistola Theodoricus Rex, contumeliosos coerceri mandans: *Teneatur* (inquit) *ad culpam quisquis transeunti reverentissimo Senatori injuriam protervus inflixit, si male optavit, cum bene loqui debuit.* Sed quod quælibet dicta contemni debuissent, ista mox subdit: *Mores autem graves in spectaculis quis requirat? Ad Circum nesciunt convenire Catones. Quicquid illic a gaudenti populo dicitur, injuria non putatur: locus est qui defendit excessum. Quorum garrulitas si patienter accipitur, ipsos quoque Principes ornare monstratur.*

III. Ad populum autem querentem idem rescribens Theodoricus redarguit (d) eum de jactatis in Circo in Senatores conviciis; cujus rei causa statuit, ut actione injuriarum apud Urbis Præfectum pulsari posset.

(d) Apud Cassiod. Var. l. 1. ep. 31.

IV. Acclamationes Circenses musicæ. Quales vero esse solerent bene compositæ more majorum Circenses acclamationes, ibidem verbis istis insinuat: *Soletis enim aera ipsa mellifluis implere clamoribus, & uno sono dicere quod ipsas quoque belluas delectet audire: profertis voces organo dulciores; & ita sub quadam harmonia, citharæ concavum, theatrum per vos resonat, ut sonos possit quilibet credere, quam clamores. Numquid inter ista rixæ decent, aut inflammata contentio? Abiicite furorem læsi, iram gaudentes excludite, &c.* Extant (e) de iisdem ipsius Regis tum ad Senatum, tum etiam ad Agapitum Urbis Præfectum rescripta; ex quibus quanam occasione primordia hujus sint conflata dissidii, sic habeto. *Ac-*

(e) Apud Cassiod. l. 1. ep. 30. 32. 33.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6002.

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXLVII. A. C. 509.

☉ 14. D. ☽ 16. P. 22. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 509.

SYMMACHI PAPÆ 12.

ANASTASII IMP. 19.

THEODORICI REG. 17. & 21.

I. Consulatus. [1] B*Asilius importunus* absque Collega Consul processit, ut in omnibus Fastis legitur, nisi quod in Chronico Marcellini & in Fastis Heraclianis *Opportunus* Importuni loco obtruditur; cum Cassiodorus, Marius, Tununensis, & Anonymus Cuspinianus in Chronicis *Importunum* habeant; Anastasius in Symmacho *Importuni Exconsulis* mentionem faciat; & in litteris Cassiodori a Baronio citatis *Importuni* Consulatus diserte memoretur, isque a familia Deciana fuisse dicatur, qui ideo Consulatum in Occidente gessit. In Auctario Victorii Aquitani apud Bucherium lib. de Doct. Temp. pag. 66. Basilius hoc anno, sequenti vero Importunus Consul proponitur, quia sc. Auctor illius Supplementi unum Consulem in duos dividit quod jam præstiterat in *Theodoro*, quem anno DV. & insequenti, Consulem exhibet. *Basilii* nomen Decianis familiare fuit, ex eoque intelligimus, Basilium anno DXLI. Consulem, qui in quibusdam inscriptionibus *Junior* appellatur, respectu Basilii Importuni ita vocatum fuisse. Iste *Basilii Junio-*

NOTÆ [1] C*Oss. Basilius Importunus.*
Relandus habet tantum: *Importunus*. Victor: *Importuno juniore V. C. Cos.* Marcellinus: *Importuno solo cos.* Sirmondus legit: *Opportuno.* Relandus lapidem Neapolitanum ex Fleetwodo pag. 452. exhibet, ubi SUB. D. CON. Sigla D. ad *Decium Importunum*, vel ad *Basilium Decium* refertur ex Fleetwodi sententia.
Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Anastasio Importuno.* GEORGIUS

V. De Thoma auriga. *Accidit enim, ut magni nominis Orientalis auriga Thomas, inde recedens, puto aliquam passus injuriam ob Circenses tumultus illos, quos anno superiori pariter Constantinopoli accidisse diximus, Romam venerit; quem Theodoricus Rex menstruis largitionibus honestandum censuit: de quo illud satis ex verbis ejusdem Regis in epistola ad Faustum (a): Frequentia palmarum ei dici faciebat maleficum: inter quos magnum præconium videtur esse, ad talia crimina pervenire. Necesse est enim ad perversitatem magicam referri, quando victoria equorum meritis nec potest applicari.* Passus hic enim videtur invidiam, cujus causa illa fuerit conflata discordia. Post hæc autem ista mox subdit idem Rex de spectaculorum malis: *Spectaculum expellens gravissimos mores, invitans levissimas contentiones, evacuator honestatis, fons irriguus jurgiorum, quod vetustas quidem habuit sacrum, sed contentiosa posteritas fecit esse ludibrium, &c.* Detestatur Rex barbarus quod tamen præstare cogebatur invitus: nam ad finem epistolæ: *Hæc nos fovemus necessitate populorum imminentium, quibus votum est ad talia convenire, dum cogitationes serias delectantur abiicere.* Et in fine: *Expedit interdum desipere, ut populi possimus desiderata gaudia continere.* Hæc ipse quidem postquam eadem epistola Circi & Circensium ludorum Gentilitia sacra pandit, prorsus indigna quæ a populo Christiano frequentarentur.

(a) *Apud Cassiod. Var. l. 3. ep. 51.*

Circensia detestatus Theodoricus cur eadem celebret.

VI. Certum est enim, omnes ubique locorum, sive in Oriente, sive in Occidente sanctissimos Patres suis ipsorum concionibus atque etiam scriptis sedulo studio jugique instantia declamasse adversus Christianos spectacula frequentantes, & quanto magis edentes? Adeo namque ea majores semper detestatos esse, Salviano auctore diximus, ut non finerent, quemquam tingi sacro baptismate, nisi solemni ritu abrenuncians Satanæ & pompis ejus, spectaculis pariter disertis verbis se renunciare profiteretur. At vindex perjurii Deus, & prævaricationis ultor, cum nec per Wisigothos, Wandalos, Erulos, & Ostrogothos Romanam urbem invadentes ejusmodi spectacula e Gentilitia superstitione manantia aboleri potuisse conspiceret; Longobardos tandem ☞ immisit in Urbis diuturnam obsidionem, factumque ut, intentis mænibus civibus, exoleverint Circenses ludi, jamque friguerit ardens libido illa parandorum spectaculorum; sicque factum, ut hujusmodi officinæ dæmonum penitus vacuæ redderentur, ut non esset amplius ☞ qui hujuscemodi diabolicas nundinas frequentaret. At de his hactenus.

VII. Eodem anno secunda currente Indictione, Alamundarus Saracenorum Rex collectis copiis incursans Arabiam & Palæstinam, sanctis monachis nonnihil molestiæ intulit. Hæc autem quomodo se habuerint, auctore Cyrillo hujus temporis res gestas historia prosequente narremus. (b) Cum enim de Joanne Silentiario agit, de quo & nos superius, hæc de his habet. *Eodem vero tempore Alamundarus Sicices, qui accepit Regis auctoritatem in Saracenos subjectos Persis, invasit Arabiam & Palæstinam cum magna ira in Romanos, omnia diripiens, & multa hominum millia abducens in servitutem, & multa faciens nefaria, postquam capta fuerat Amida. Cumque multitudo barbarorum dispersa esset per hanc solitudinem; iique quibus mandata fuerat custodia solitudinis denunciarent, ut caveretur barbarorum irruptio in monasteria: maximæ Lauræ Patres significarunt venerando Patri, ut desisteret quidem* ipse Joannes *in Ruba vitam degere, veniret autem ad Lauram, & quiesceret in sua cella. At divinus quidem Joannes, qui per quietem divinam gustarat dulcedinem, eam libenter sequebatur, & non poterat in animum in-*

(b) *Apud Sur. die 13. Maii.*

Alamundarus Rex Saracenorum incursat Palæstinam.

PAGIUS *nioris* Consulatus non parum animum meum excruciavit, cum nullus alius Basilius Consul in Fastis hoc sæculo occurreret; sed citatus Anonymus me hac liberavit anxietate; adeo verum est nullum librum adeo futilem, in quo aliquid boni non reperiatur. Itaque Basilius ille *Junior* dicitur respectu Basilii Importuni hoc anno Consulis.

II. *Saraceni Arabiam & Palæstinam invadunt.* A num. VII. ad XII. Agit Baronius de excursione *Alamundari* Saracenorum Regis qui invasit Arabiam & Palæstinam, & multa hominum millia in servitutem abduxit. De ea irruptione loquitur Cyrillus Monachus in Vita S. Joannis Silentiarii cap. 2. ubi refert, sanctum virum suasu Patrum maximæ Lauræ reliquisse solitudinem Rubæ, in qua vitam degebat,[1] eumque sanctum Sabam deduxisse *ad maximam Lauram secunda Indictione*, & inclusisse in cella, *cum ageret quinquagesimum sextum annum suæ ætatis*, ideoque hoc Christi anno Indictione II. notato, cum Sanctus Joannes *anno Marciani Imp. IV. Indict. VII.* Christi, sc. 454. in lucem prodierit. Quæ Cyrillus Monachus refert in Vita S. Euthymii Abbatis de Saracenorum, seu Agare-

NOTÆ [1] S*Anctum Virum suasu maximæ Lauræ reliquisse solitudinem Rubæ &c.* Fallitur; nam successum suadentibus magnæ Lauræ Patribus non acquievit. *Non poterat in animum inducere* ait Cyrillus in ejus vita Cap. 2. num. 13. *ut eam relinqueret.* Dein tamen S. Saba authore eremum illam deseruit. MANSI

inducere ut eam relinqueret, apud se hæc reputans & dicens: Si Deus mei curam non gerit, quid vivo? Et sic Altissimum ponens suum refugium, mansit minime obstupefactus.

VIII. *Deus autem, qui semper curam gerit suorum famulorum, Angelis quidem suis mandavit (ut dicit Scriptura a) ut sanctum suum conservarent. Volens autem eum securum reddere, ut qui paululum esset territus, misit sensilem custodem leonem maximum & horribilissimum, qui eum diu noctuque custodiret ab immanium barbarorum insidiis. Atque prima quidem nocte, cum leonem aspexisset prope dormientem, parum extimuit, ut ipse mihi narravit. Cum autem vidisset diu noctuque sequentem leonem, & ab eo non avelli, & propulsare barbaros: quibus ageret gratias Deo, emisit cantica (b): Qui non dimittit virgam peccatorum supra sortem justorum: Atque beatus quidem Pater noster Saba, cum venisset Nicopoli, & novam Lauram constituisset, & venisset ad speluncæ ædificium (ut a me dictum est in secunda oratione) & in mentem revocasset eam quæ in ipso fuit aliquando visionem de sancto Joanne: ivit ad eum in Rubam, & dicit ei: Ecce Deus te servavit ab incursione barbarorum, teque reddidit securum, ad te misso sensili custode: Surge, & tu quoque fac id quod est humanum, & fuge sicut Patres. Multisque aliis ad eum usus admonitionibus, deduxit eum ad maximam Lauram secunda Indictione, & clausit eum in cella, cum ageret quinquagesimumsextum annum suæ ætatis, nullo alio ex conventu cognoscente eum esse Episcopum.* Hæc Cyrillus, qui & de eadem Saracenorum incursione hæc in Euthymio habet;

(a) Ps. 90.

Joannes Silentiarius custoditur a leone.

(b) Psal. 124.

IX. *Sequentibus vero annis, cum Anastasius post Zenonem accepisset Imperium, incursionem autem fecissent barbari, & magnam partem solitudinis vastassent, & depopulati essent; everterunt ipsa quoque Agarenorum tabernacula, quæ eis nuper magnus fixerat Euthymius. Deinde qui ex iis quidem erant insigniores, alia sibi excitant in Martyrii monachi monasterio & templa erigunt. Barbari autem cum rursus eos essent agressi, alios quidem interimunt, alios vero captivos ducunt, alios autem in alios vicos compellunt, nempe eos qui ex opinato ei periculo evasere superiores, cum magna & gravissima fuisset hæc illic barbarorum incursio.* Hactenus de his Cyrillus in Euthymio. In Saba vero de Agarenorum invasione agens (hoc etiam nomine Saracenos appellare consueverunt) hæc miranda plane refert (c), quatuor ex illis hostibus redditos hospites & hospitii gratos remuneratores; cum procacem Agarenum insultantem Sabæ atque ejus socio, terra veluti Dathan absorbuit: quo portento reliqui absterrefacti, ab inferenda sanctis injuria se cohibuere. Porro gloriosæ memoriæ sanctorum monachorum, qui sub eodem Saracenorum Rege Alamundaro occisi sunt, dies decimanona Februarii consecrata est, qua omnes tunc passi martyres in sacris adscripti tabulis, anniversario præconio celebrantur.

Absorptus a terra Agarenus.

(c) Cyril. in Vita S. Saba.

X. His vero addenda putamus quæ de Saracenis depopulantibus Syriam apud sanctum Joannem Damascenum ita leguntur in Anastasio Sinaita (d): *Quatuor passuum Damasco distat locus, qui Carsatas dicitur; quo in loco templum sancti Theodori est. In hoc templum ingressi Saraceni omnibus illud sordibus, & immunditiis ex feminarum & puerorum atque animalium rationis expertium commixtione fœdaverunt. Quadam igitur die dum plures illorum considerent, & colloquerentur, unus illorum sagittam in sancti Theodori contorsit imaginem, & dexterum ipsius humerum vulneravit; statimque sanguis effluxit, & ad extremam usque imaginis partem descendit, omnibus id quod factum fuerat, sagittamque in humero Sancti defixam, & sanguinem emanantem contuentibus. Quo tamen tam admirabili signo per-*

(d) Joan. Dam. de imagin. l. 3.

De imagine S. Theodori a Saracenis vulnerata.

PAGIUS renorum invasione Anastasii Imp. tempore facta, ut videre est apud Baronium num. IX. pertinent quidem ad eam de qua loquitur idem Cyrillus in Vita Joannis Silentiarii; sed quæ sub eodem numero ex Cyrillo in Vita S. Sabæ capp. 15. & 16. narrat Baronius, peracta sunt ante annos triginta aut circiter, ut animadvertit Henschenius ad diem XIX. Februarii, quo Sancti Martyres in Palæstina sub *Alamundaro* hoc anno passi coluntur. Ait enim ibidem Cyrillus, post obitum Sancti Euthymii anno CDLXXIII. vita functi Sanctum Sabam decessisse in solitudinem circa Jordanem, & habitasse cum Sancto *Gerasimo*, quando quatuor Agarenos (quo etiam nomine Saraceni appellati) famelicos excepit, & non multo post quidam Agareni eum ejusque socium invasere; quo tempore unum eorum iis insultantem terra velut Dathan absorptum fuisse Cyrillus affirmat. Dubitat ibidem Henschenius, an *Alamundarus* ille qui post aliquot annos fidem suscepit, idem sit cum Alamundaro, de quo loquitur Cyrillus in Vita Joannis Silentiarii. Et in Notis ad Vitam ejusdem Sancti Joannis ad diem XIII. Maii, referens, hæc verba Theophanis: *Alamundarus Zizices Saracenorum Regulus irruptione facta primam Syriam depopulatus est*, ait perperam hæc Theophanem referre ad annum DXXXIX. *cum* inquit, *hæc irruptio sit XX. annis citius facta.*

III. Verum nullum dubium esse debet, quin Cyrillus, Theophanes, aliique de uno eodemque *Alamundaro* verba faciant, & quin is Christianus factus fuerit. Procopius enim lib. de Bell. Pers. cap. 17. de Alamundaro habet quæ pluribus Antiquorum locis lucem affundere possunt: *Cum prudentia,* inquit, *tum rei militiæ peritia singularis, & constantissima in Persas fides & strenui-*

Alamundarus Saracenorum Rex diu Imperium Rom. afflixit.

perspecto, non resipuerunt; nec eum qui sagittam ejecerat, pœnituit; nec quisquam eorum commotus est: non recesserunt e templo, nec illud commaculare destiterunt. Attamen extremo sunt affecti supplicio: Cum enim viginti essent eorum familiæ, qui in templo commorabantur, intra paucos dies omnes acerbo morbo deleti sunt, cum in eo loco nemo ipsorum diebus illis interierit, exceptis iis qui in templo fuerant commorati. Hæc igitur imago sagitta percussa adhuc superest, sagitta percussa adhuc superest, sagittæ vulnus habet, & vestigium sanguinis. Multi autem eorum qui rem viderunt, & eo tempore fuerunt, quo res hæc admiranda contigit, adhuc vivunt. Et ego ejus imaginem vidi; & quod vidi, monumentis mandavi. Hactenus Anastasius Sinaita, quem recitat Damascenus. Floruit idem Anastasius Episcopus Antiochiæ hoc sæculo temporibus Justiniani Imperatoris.

XI. Cæterum tot signis editis ipse Saracenorum Princeps ad Christi fidem conversus est, deditque nomen, & in fide Catholica baptizatus est postea. Quod ægre ferentes hæretici qui degebant in Syria, nihil prætermiserunt, quo eum in hæresim captivum abducerent, & baptizarent. Conatus est autem id potissimum Severus, a quo Severiani sunt denominati hæretici: de quo ista habet Theodorus Lector (*a*): *Cum Alamundarus Saracenorum Rex Christianissimum complecteretur, misit ad illum Severus hæreticos duos Episcopos, qui illum malitia sua inficerent. Verum hujus conatus prævenit Deus, effecitque ut ab illis baptizaretur, qui Synodum approbabant.* Hæc Theodorus: quando autem baptizatus fuerit, suo loco dicemus. Ita plane secundum illud Evangelicum (*b*): *Si isti tacebunt, lapides clamabunt*, cum blasphemat Anastasius Imperator, confitetur Saracenus.

(*a*) *Theod. Lect. lib. 2. Collect.*

(*b*) *Luc. 19.*

XII. Sed & hoc anno (*c*) etiam Occidentalis Ecclesia aucta est Catholico Principe, Sigismundo videlicet Burgundionum Rege qui hoc anno Rex est creatus succedens patri Gundebado: ex Ariana autem perfidia ad Catholicam religionem accessit suasione sanctissimi viri Alcimi Aviti Episcopi Viennensis, de quo Gregorius (*d*) & Ado (*e*) meminerunt. Quod ergo in Gundebado patre sanctus Avitus (ut vidimus) frustra tentavit, perfecit in filio, quem non tantum Catholica imbuit disciplina, sed sanctis moribus demum ad summum provexit fastigium, ut suo loco patebit. Interea ædificatum ab eo monasterium atque basilicam

(*c*) *Sigeb. in Chron.*

(*d*) *Greg. Turon. de gest. Fran. l. 3. c. 5.*

(*e*) *Ado in Chron.*

PAGIUS *nuitas eximia Alamundarum commendabant. Per annos L. rem pessum Romanam dedit & in genua ut ajunt, coegit succidere. Etenim ab Ægypti finibus excursiones inceptans, totum illum continenter tractum usque in Mesopotamiam pervolabat prædabundus, agebat, ferebatque omnia ædificia quæque obvia delebat igni, myriadas multas abripiebat hominum, quorum maximam partem necabat ex tempore, reliquos magna pecunia commutabat. Nec offendebat venientem ex adverso quemquam. Neque enim erumpebat unquam inexplorato, sed tam repente, tamque in primis apposite ad consilium, ut plerumque cum præda se jam se recepisset, quando duces & milites primo rei accepto nuncio contra tendere instituebant. Sic ubi illum forte assequerentur in persequentes se obvertebat barbaros, & imparatos adhuc inordinatosque adortus fundebat facile, ac profligabat. In summa molestiorem illo hostem passi nullum Romani sunt; idque eo fiebat quia Regio cum imperio unus omnibus praerat Saracenis, qui Regni Persici finibus continentur, & in quamcumque vellet Romanæ ditionis Provinciam toto cum exercitu irrumpere poterat. Nemo autem vel eorum quibus milites Romani parent (hos Duces vocant) vel ex illis, qui Saracenis Romanorum fœderatis præsunt, & appellantur Phylarchi, cum suis copiis valebat Alamandaro se opponere; propterea quod singularum regionum præsidia hostis viribus cedebant. Idcirco Arethan Gabare filium Saracenorum Arabum principem, quamplurimis tribubus Justinianus Augustus præfecerat, ac Regia dignitate auxerat novo inter Romanos exemplo. Nihilo tamen minus, immo etiam gravius Romanam rem Alamundarus atterebat, cum eam Arethas in quavis irruptione & pugnas vel statim proderet, vel ageret infeliciter: nec dum enim sat liquet. Ita accidit, ut totum Orientem Alamundarus populatus sit perdiu: quippe qui longissime vitam produxerit.* De Saracenis, qui sub *Mavia* Saracenorum Regina, sub finem sæculi quarti petierunt a Romanis Episcopum sibi ordinari legendus Henschenius in Vita Sancti Moysis Episcopi Saracenorum in Arabia, ad diem VII. mensis Februarii, ut magis liqueat, Saracenos diversis Principibus fuisse subditos.

IV. *Obitus Gundebadi Regis Burgundionum.*

Ad num. XII. Marius Aventicensis, *Petro Consule*, anno sc. DXVI. scribit: *Hoc Consule Rex Gundobagaudus obiit, & levatus est filius ejus Sigismundus.* Marium recentiores Chronologi secuti sunt; verum constat ex lege 52. Codicis Burgundici, *de mulieribus desponsatis*, quæ dicitur data *IV. Kalend. Aprilis Agapito Consule* Gundabodum Burgundionum Regem vixisse usque ad annum DXVII. quo Agapitus Fastis nomen dedit; mortuum autem oportet ante mensem Septembrem illius anni, quo mox videbimus *Sigismundum* Concilium Epanuense celebrasse, ipso sc. Regni sui exordio. *Gundabodus* duos filios reliquit *Sigismundum* & *Godomarum*, e quibus, tamen, ut laudata Marii verba indicant solus Sigismundus in Regnum successit. Sanctus *Avitus* Viennensis Episcopus multum laboraverat, ut Gundabodum ad fidem Orthodoxam adduceret; sed quod non potuit in patre, peregit in Sigismundo filio, quem patre adhuc superstite fidem Catholicam amplexum esse, liquet ex variis Aviti Epistolis, quarum XXIX. ejus etiam zelum in coercendis hæreticis & præservandis ab eorum fraude noviter conversis subditis indicat. *Sigismundi* exemplum secuti sunt liberi *Sigiricus* & filia Theoderico Regi Francorum Austrasiorum postmodum nupta: de quibus agit titulus VIII. inter Homilias Aviti deperditas: *Homilia dicta in conversione Domini Segifrici postridie quam soror ipsius ex Ariana haresi est recepta.* De Mona-

cam martyrum Agaunensium, iidem tradunt. Fuisse autem huic conjugem filiam Theodorici Italiæ Regis, æque confirmant.

XIII. Ad Catholicam igitur Ecclesiam transiens Sigismundus, nihil antiquius habuit, quam ut ditionem sibi subjectam æque ab Arianorum pollutione purgaret, antiquamque collapsam Ecclesiasticam disciplinam secundum sacros canones in integrum restitueret: cujus rei gratia celebrari voluit Concilium Epaunense, cui præfuit idem sanctus Alcimus Avitus, ejusque germanus interfuit Apollinaris Episcopus Valentinus æque celebris sanctitate, siquidem inter Sanctos adscriptus colitur annuatim tertio Nonas Octobris: Sed & reperitur interfuisse Claudius Episcopus Vesontiensis & ipse relatus in sacra Ecclesiæ tabulas, pariter perseverans in eis anniversaria memoria redivivus octavo Idus Junii: cujus tamen Acta quæ extant (a) haud in omnibus satis videntur esse germana, cum eum ad posteriora referant tempora. Sanctus Gregorius Lingoniensis (b) Antistes huic etiam Concilio præsens fuit, idemque inter Sanctos adnumeratus & annis singulis pridie Nonas Januarii in Ecclesia publico præconio celebratur. Quo etiam honoris cultu dignatur octavo Kalendas Novembris, qui huic item sanctæ Synodo interfuit, sanctus Pragmatius Augustudunensis Episcopus, cujus res præclare gestæ a Gregorio Turonensi reperiuntur omni fide scriptis traditæ: extat de eodem epitaphium versibus editum a Venantio Fortunato, ad quem etiam reperitur data a Sidonio Apollinari epistola (c), qua idem commendat S. Eutropiam viduam, cujus agitur dies natalis decimoseptimo Kalendas Octobris: ut plane coniicere liceat, ad ultimam pervenisse senectutem. Sed & Viventiolus Episcopus Lugdunensis æque sanctitate conspicuus huic pariter interfuisse Concilio reperitur; quem reddunt Ecclesiasticæ tabulæ annis singulis quarto Idus Julias in Ecclesia redivivum. Qui autem in eo subscriptus habetur Silvester Cabilonensis Episcopus, magis placet lectio, ut dicat Cabilicensis: nam Cabilonensis Episcopus ibidem habetur Philagrius. Silvester autem ille sanctus, sic nominatus Cabilonensis Antistes, jam longe ante hæc tempora vixisse cognoscitur, dum constat eum imbuisse sacris officiis Cæsarium puerum, postea Arelatensem Episcopum, hoc tempore longioris ætatis senem. Vides quot quantisque dignissimis sacerdotibus ea hoc tempore Gallicana provincia fuerit illustrata; qualisve ista fuerit corona sanctorum Patrum, quos fides Catholica, morum sanctitas & concessa divinitus miraculorum editio fecit cælo terræque conspicuos.

Concilium Epaunens.

(a) *Apud Sur. die 6. Junii.*
(b) *Apud Sur. die 4. Januar. ex Greg. Tur.*
(c) *Sidon. l. 6. ep. 2.*

Quantum autem hi fuerint in reparanda Catholica fide & abolenda quæ diutius ibi pestis Ariana coaluisset, cum ex aliis, tum ex hujusmodi intelliges canone, quo de Ecclesiis hæreticorum ista sanxerunt (d): *Basilicas hæreticorum, quas tanta execratione habemus exosas, ut pollutionem earum purgabilem non putemus, sanctis usibus applicare despicimus: nisi quas per violentiam a nostris abstulerant, possimus revocare.* Hæc Patres, qui ibidem quadraginta canones statuisse leguntur, quos pius lector maiori consulat otio velim. Quod vero haud ante præ- XIV.

(d) *Conc. Epaunens. c. 33.*
De Basilicis hæreticorum quid statuerint Patres.

sen-

PAGIUS

V. *Obitus Caratenes Reginæ Burgundionum.*

nasterio *Agaunensi* a Sigismundo reædificato agemus anno DXV.

Caratene Gundabodi uxor & Sigismundi mater obiit anno quingentesimo sexto, conditaque est Lugduni in Ecclesia B. Michaelis, quam ipsa extruxerat. Regina benefica in pauperes, cilicio ac jejuniis in Palatio adsueta; filiosque ac nepotes suos ad fidem Caholicam hortari solita, ut docent versus tumulo ejus inscripti, & recitati ab Hadriano Valesio lib. 6. Reg. Franc. *Caretenes* pietatem, ejus tamen nomine tacito laudat Gregorius Turonensis in lib. 2. de Gloria Martyrum, quæ ideo locum in Annal. Ecclesiast. meretur.

VI. *Concilium Epaunense.*

Ad num. XIII. & seq. Concilium *Epaunense* vel *Epaonense* anno quingentesimo decimo septimo in Regno Burgundiæ celebratum: Avitus enim, qui ei præfuit, ait: *Relegi & subscripsi die XVII. Kalendas mensis octavi Agapito V. C. Consule Epaone*, quæ notæ diei, mensis & Consulis, leguntur in variis MS. a Sirmondo citatis. Avitus in Tractoria sua Episcopos convocavit *ad octavum Iduum Septembrium* ad diem nempe VI. mensis Septembris. Quare cum ipse subscipserit Canones quadraginta in hoc Concilio statutos die XVII. Kalend. Octob. die sc. XV. mensis Septemb. apparet Concilium durasse dies decem, hac Burgundos inchoasse annum a Martio, sicut Galli hoc & sequenti sæculo, ut ostendit Mabillonius lib. 2. de Re dipl. cap. 23. num. IV. Quam late patuerit Regnum Burgundiæ colligitur ex ejusdem Concilii subscriptionibus, ubi memorantur Sedes Episcopales XXVII. sc. *Tarantasiensis* & Octodorensis in Alpibus Graiis, *Ebredunensis* in Alpibus maritimis; *Viennensis*, Gratianopolitana, Valentina, & Genavensis in Provincia Viennensi prima; Cabellionensis, Avenionensis, Vasensis, Capentoractensis, Arausicana, Diensis, Tricastina, & Vivarensis in Provincia Viennensi secunda; Sistaricensis, Aptensis, & Vapincensis in Provincia Narbonensi secunda, Lugdunensis, Matisconensis, Lingonensis, Cabilonensis in Provincia Lugdunensi prima; Nivernensis in Provincia Senonensi seu Lugdunensi quarta; Vesontionensis, Aventicensis, Vindonensis & Bellicensis in Provincia Maxima Sequanorum sive Lugdunensi quinta. Conditi in eo Concilio Canones XL. Tom. IV. Concil. legendi.

VII. *Locus Concilii detectus.*

Quoad locum in quo *Concilium Epaonense* celebratum, variæ sunt de eo recentiorum Scriptorum conjecturæ, sed omnes ea excepta, quam Sirmondus in Notis ad Concilium Epaunense seu Epaonense proponit, inutiles. Observat ille ex Stephano Redonensi Episcopo in Vita Sancti Firmati, de quo anno MXC. verba faciemus, hunc Sanctum Turonibus relictis venisse ad locum, *qui dicitur Eona super Rhodanum*, ibi-

sentem annum contigerit ejusmodi Concilium haberi potuisse (male enim ad Gelasii tempore alii referunt) inde certum colliges argumentum, quod haud id liberum fuit Sigismundo Regi, sub quo celebratum illud ipsum scribitur ; nam nonnisi defuncto patre Rege Ariano, ipse Catholicus Catholicæ favit Ecclesiæ, opera (ut dictum est) magni Alcimi Aviti, de quo alia occasione inferius pluribus agendum erit. Sic igitur nulla subest ratio ut contra Arianos eorumque Ecclesias sancta Synodus decernere quicquam potuerit tempore Gelasii Papæ, cum nondum negaret Sigismundus, sed pater ejus Gundebadus Rex Arianus illi præesset provinciæ, homo sacerdotibus suæ sectæ addictus; ut quæ superius dicta sunt, indicare satis possunt.

Quin-

PAGIUS ibique consedisse ; & *Eponam* seu *Epaonam* ad Rhodanum sitam diversam non fuisse ab Eona ac in ea Urbe Concilium de quo loquimur, habitum. Certe littera P in medium nominum Urbium fluminum, ac montium non raro inserta fuit, aut ex iis rescisa secundum ambiguitatem pronunciationis aut populorum morem. Præterea cum locus ille ad Rhodanum non longe a Vienna positus esset, & Concilium Epaonense Nationale fuerit, eique *Avitus* Episcopus Viennensis præfuerit, & omnes Episcopi Regni Burgundici interfuerint, plane opportunus fuit ad hujus Synodi celebrationem. Verum cum Vita sancti Firmati, cui tantum innititur Sirmondus, post medium sæculum duodecimum scripta sit, & ipse quo in loco Rhodano vicino Eona sita fuerit, an adhuc extet & quo moderno nomine vocetur, aut non inquisierit, aut non invenerit, Claudius Castellanus Canonicus Ecclesiæ Metropolitanæ Parisiensis in Notis lingua Gallica scriptis ad Martyrologium Romanum, quæ modo sub prælo sudant, ad diem quintum mensis Februarii hanc difficultatem profligavit, & sequentia mecum benignissime communicavit. Locus, in quo coactum Concilium Epaunense a Sigismundo Burgundiæ Rege, fuit *Epauna* seu *Epaona*, Urbs alias magna, ut ipsemet e ruinis a se dum *Beugesium* lustraret, diligenter consideratis collegit; nunc vero urbecula, caput tamen Beugesii Sabaudici, posita ad oram orientalem Rhodani, Gallice *Yenne*. Examinavit Vir veritatis amantissimus quæcumque antiqua documenta Latina lingua scripta ea in Urbe reperire potuit, & in iis *Epaunam* vel *Eonam* (a qua voce Yenna derivata) constanter appellatam fuisse invenit, cujus rei a Parocho, Ecclesiasticis & præcipuis civibus consignatum scripto testimonium accepit. Ex quibus evanescunt conjecturæ Joannis Jacobi Chiffletii par. 1. Vesontionis pag. 154. & quorumdam aliorum Doctorum Virorum qui hujus Concilii locum irrito labore quæsiere.

Baronius inciderat in Acta hujus Concilii, in quibus quædam nomina depravata erant; ait enim : *qui in eo subscriptus habetur Sylvester Episcopus Cabilonensis magis placet lectio, ut dicat Cabilicensis. Nam Cabilonensis Episcopus ibidem habetur Phylagrius Sylvester ; autem ille sanctus sic nominatus Cabilonensis Antistes jam longe ante hæc tempora vixisse cognoscitur, dum constat eum imbuisse sacris Officiis Cæsarium puerum postea Arelatensem Episcopum longioris ætatis senem*. Verum cum Cæsarius anno CDLXXI. natus fuerit, anno DXVII. quo Concilium Epaunense celebratum, annum XLVII. ætatis nondum egressus erat. In Actis sinceris hujus Concilii *Phylagrius* non dicitur Episcopus Cabilonensis, sed Civitatis Cabellicæ. Sanctis Episcopis qui huic Concilio interfuere a Baronio memoratis addendus *Sanctus Constantinus* Episcopus Vapincensis, qui ad diem XII. Aprilis Martyrologio Romano inscribitur. VIII. *Eidem plures Sancti Episc. interfuere.*

Hoc circiter tempore contigere quæ Turonensis lib. 2. cap. 44. & seqq. narrat de *Sigiberto* qui Coloniæ regnabat, ejusque filio *Chloderico* Chlodovei Regis Francorum consanguineis. Sigibertum Coloniæ Regulum dormientem immissis percussoribus filius ejus interfecit, nunciosque ad Chlodoveum Regem obitum ejus ei referentes, misit, ut sine impedimento Regnum paternum obtineret. Sed cum is accepisset Chloderici dolo Sigibertum occisum, *Chlodoveus* hunc etiam dolo interfici curavit, Regnumque suæ ditioni adjecit. Præterea *Chararicum* Morinorum Regem circumventum dolis cepit cum filio, & capite plecti jussit, quia quando cum *Syagrio* Suessionum Rege pugnavit ad suum auxilium venire noluit, sed eventum rei expectavit. Denique *Ragnacarium*, qui Cameraci regnabat, & *Richarium* fratrem ejus, propinquos suos, ac insuper *Regnomerum* apud Cenomannos degentem morti tradidit & Regnum suum per universam Franciam dilatavit. Plura de illis recentes Historiæ Franciæ Scriptores. IX. *Chlodoveus Regnum Franciæ dilatat.*

JESU CHRISTI ANNUS 510.	SYMMACHI PAP. ANNUS 12.	ANASTASII IMP. 20. THEODOR. REG. 18.

I. QUingentesimum decimum Christi annum Boetii Severini cum Eutharico aperit Consulatus. Extat Ennodii Ticinensis epistola ad Boetium de ejus Consulatu, quæ incipit: *Optimæ spei plenus*, *&c.* Visus est hujus sui Consulatus ipse Boetius meminisse, cum Prædicamentis Aristotelis explicandis manus admovens, hæc ait: *Etsi nos curæ officii Consularis impediunt, quominus in his studiis omne otium plenamque operam consumamus; pertinere tamen videtur ad aliquam Reipublicæ curam, elucubratæ rei doctrina cives instruere: nec male de civibus meis merear, si cum prisca hominum virtus urbium cæterarum in hanc unam Rempublicam Imperium transtulerit, ego ad id saltem quod reliquum est Græcæ sapientiæ artibus mores nostræ civitatis instruxero. Quare ne hoc quidem ipsum Consulis vacat officio, cum Romani moris semper fuerit, quod ubicumque gentium pulcherrimum esset atque laudabile, id magis ac magis imitatione honestare.* Hæc ipse: qui quidem etsi reliquorum philosophorum doctrinam calluerit, Aristotelis tamen doctrinæ sese totum addixit, & hoc præstitit, ut quorum vix nomina librorum Latinitas noverat, ipse eos omnes quos reperire potuerit integros integre Latinitate donaverit: quod idem ipse testatur his verbis: *Ego omne Aristotelis opus, quodcumque in manus venerit, in Romanum stylum vertens, eorum omnium commenta Latina oratione præscribam: ut si quid ex Logicæ artis subtilitate, vel ex moralis gravitate peritiæ, & ex naturalis acumine veritatis ab Aristotele perscriptum est, id omne ordinatum transferam, atque id quodam lumine commentationis illustrem.* Hæc de se Boetius, qui eadem præstare conatus est: nam præter ejus in Porphyrii quinque voces & Aristotelis Prædica-

Boetius sui Consulatus tempore elucidat Aristotelem.

men-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6003.

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXLVIII. A. C. 510.

☉ 15. C. ☽ 17. P. 11. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 510.

SYMMACHI PAPÆ 13.

ANASTASII IMP. 20.

THEODORICI REG. 18. & 22.

I. *Consulatur.* [1] ANicius Manlius Severinus Boetius absque collega Consul processit, Marcellino, Cassiodoro, Auctore Fastorum Heraclianorum, Tununensi, Mario & Chronographo Cuspiniano testibus. Quare reiiciendus e Fastis *Eutharicus*, quem Baronius & Onuphrius collegam Boetii proponunt. Neuter hujus novæ opinionis fundamentum in medium adducit; sed non dubito, quin respexerint ad subscriptionem legis 10. Cod. Justin. *de hæreticis*, quæ dicitur dat. *V. Id. Aug. Boetio V. C. Coss. & Eutherico.* Verum vox illa *Euthericus* a Librariis in eum locum infarta, ut etiam ostendit vox *Coss.* quæ ante *Eutharicum* præponitur, & cum duplici S. exaratur. Sunt & infiniti alii in eodem Codice errores quoad Consulum aliorumque nomina qui Exscriptoribus attribuendi. Præterea in eo peccant Baronius, Papebrocius in Vita Sancti Joannis I. Papæ cap. 2. ad diem XXVII. Maii, aliique quidam, qui *Boetium*

NOTÆ [1] * COss. *Anicius Manlius Severinus Boethius* sine collega.
Relandus: *Anicius Manlius Severinus Boethius*, & *Eutharicus*. Errore typographi, *Mansius*, pro *Manlius* apud Pagium legitur. Lex X. Cod. de hæreticis: *Boetio V. C. & Eutherico coss.* quamvis librariorum Sphalma Pagius putet. Victor: *Boetio V. C. Cos.* Marcellinus: *Boetio solo cos.* Sirmondus ad Ennodium lib. VI. epist. VII.

DEPOSITVS KAL. IVL. CONS. BOETHI. V. C.

Lapis alius in Vico Briard. in Provincia, editus a Muratorio in novo thesauro veterum inscriptionum tom. I. pag. CDXVII. num. I.

OBIIT IN PACE
III. IDVS FERRVARIAS BOETIO
VERO CLARISSIMO CONSVLE

Diptychon consulare Brixiæ de quo Acta eruditorum Italiæ tom. XXVIII. pag. 39.

NAR. MAN. BOETHIVS. V. C. ET INL. EX PP. PV ET CONS.
ORD. ET PATRIC.

Reinesius pag. 970. ex Sirmondo ad Ennodium VII. ID. OCTOB. BOETIO V. C. CONSS. Epitome temporum & Indiculus Paschæ; *Boetio V. C. consule.* GEORGIUS

menta & Perihermeniam, quæ extant perinsignes lucubrationes, transtulit pariter (ut apparet) Topicam Aristotelis, & in Topicam Ciceronis edidit libros: meminit, & in commentariis de enunciatione, libros physicos a se conscriptos.

II. Cæterum ipse Boetius non solum doctrinam Aristotelis illustravit, sed etiam novis inventis locupletavit, cum cudit libros illos quatuor de differentiis Topicis, & quatuor de utroque syllogismo, atque de divisione & definitione singulos. Demum illud sic habeto, Boetio absque controversia primas dandas inter Latinorum ingenia, qui profundum Aristotelicorum sensuum penetrarit, & obscura quæque perspicua reddiderit, Aristotelemque vix nomine hactenus cognitum suorum Latinorum manibus tradiderit; unde posteriores omnes Peripatetici eidem jure bene precentur. Sed unde, dices, vis tanta Latino homini, hoc præsertim sæculo, quo ob barbaros ingruentes nullus ferme locus bonis litteris esset, armis litterarum otium undique profligantibus? Breviter accipe. Qui nobilitate generis nulli secundus, prognatus nimirum ex antiqua Manlii Torquati familia, & eo qui Christianitate resplenduit Anicio gaudens atavo, adolescens Athenas, in quibus fuerant litteræ philosophicæ restitutæ, petit, ubi varia philosophiæ pervestigans dogmata, Aristotelicis tandem sese totum addixit, toto illo decem & octo annorum curriculo, quibus est moratus Athenis. Testatur id quidem ipse in libro (*a*) quem edidit de Disciplina scholarium, prope finem.

(*a*) *Boet. de discip. schol. c.* 4.

III. Quæ Aristotelis libri sint passi naufragia.

Sed quod de his sermo est, illud obiter monendum putavi, haud omnia quæ apud Aristotelem scripta reperiuntur, cuncta Aristotelis esse, ut in ejus verba jurare Peripatetico liceat, cum nonnulla ab aliis constet esse addita, vel misere depravari contigerit. Audi vero de his ipsis Strabonem totam historiam egregie describentem, ubi ait (*b*): *Aristoteles suam bibliothecam Theophrasto tradidit, cui & scholam reliquit. Primus omnium qui nobis sunt noti Aristoteles bibliothecam conductis libris composuit, idque Ægypti Reges facere docuit. Theophrastus bibliothecam Neleo tradidit. Is libros Scepsin translatos posteris suis reliquit ineruditis hominibus: qui incurie positos sub clavibus retinuerunt. Cumque Attalicorum Regum studium intellexissent, quibus Scepsis parebat, conquirentium libros ad construendam Pergami bibliothecam, sub terra suos in fossa quadam occultaverunt. Ibi ab humore & blattis vitiatos tandem qui ex ea stirpe erant, Aristotelis Theophrastique libros Apelliconi Tejo magna pecunia vendiderunt. Tenebatur is Apellico librorum amore, quam philosophiæ studio majore. Itaque erosarum particularum quærens instaurationem, in nova libros transtulit exempla, lacunas non recte implens, edidtque libros mendorum plenos.*

(*b*) *Strab. Geog. l.* 13. *pag.* 70.

IV. *Usuvenit Peripateticis antiquis, qui post Theophrastum vixerunt, cum omnino libris carerent, paucosque dumtaxat, præcipue exotericos haberent, ut nulla de exquisite pertractando eam philosophari possent, sed tantum de propositis disputarent. Posterioribus ab eo tempore, quo libri isti sunt editi, facilius fuit philosophari, & Aristotelem imitari, quamquam ob mendorum multitudinem cogerentur multa probabiliter modo dicere. Multum huc etiam Roma contulit. Statim enim a morte Apelliconis Sylla, cum Athenas cepisset, bibliothecam illius recepit. Quæ cum huc esset allata, Tyrannio a bibliothecæ præfecto obtinuit, ut sibi eorum usus permitteretur, homo Aristotelis studiosus: & librorum venditores nonnulli ineptis usi librariis, neque cum exemplari descripta comparantes; quod & aliis accidit libris qui excribuntur vendendi causa & Romæ & Alexandriæ. De his quidem satis.* Hucusque Strabo.

V. Quæ vere Aristotelis esse dici possint in dubio esse.

Hæc nos verbatim singula hic reddidisse voluimus, quod sciamus reperiri homines adeo Aristotelis studiosos, ut quæcumque in ejus scriptis reperiantur, veluti ex divino quodam oraculo prolata recipiant atque defendant; ut satis sit iis illud instar Pythagoræ discipulorum usurpare, Magister dixit: cum tamen, licet in ejus libris scriptum quid inveniatur, haud satis constet an re vera ipse dixerit, vel Apellico apposuerit, qui multiplices lacunas implevit, vel alii addiderint, qui mendosissimos ab eodem Apellicone (ut ait Strabo) editos codices emendarunt, quos ille corruperat, vel aliter postea librariorum incuria depravarat. Adeo ut verius atque consultius sit dicere, cum Aristotelis scripta citantur, id quod asseritur, apud Aristotelem reperiri, quam Aristotelis esse, & Peripateti-

PAGIUS

tium secundum Consulatum hoc anno gessisse, annoque CDLXXXVII. jam eadem dignitate exornatum fuisse scribunt; ille enim diversus est à Boetio egregio Philosopho hoc anno Consule, qua de re laudati Auctores dubitare nos non sinunt; cum nullus ex eis eum cum nota numerali edat. Varia de Boetio Baronius habet a num. I. ad VI. quibus addendum quod Procopius lib. 1. de Bell. Goth. cap. 1. scribit: *Symmachus, ejusque gener Boetius nobilissimo loco nati, iidemque Viri Consulares in Senatu eminebant. A Philosophia nemo erat illis instructior, nemo studiosior æquitatis. Accedebat benignitas, qua inopiam cum Civium, tum peregrinorum levabant. Hinc magnam adepti gloriam, sibi invidiam accumularunt apud homines*

teticorum potius eam esse sententiam, quam germanam puramque ipsius Aristotelis assertionem. Id quidem asserere, non solum quæ excribentium librariorum incuria irrepserunt menda suadent, cum id omnium ferme librorum commune sit, sed dicere cogit immensa & multiplex illa vastitas lacunarum, quas Apellico (ut ait Strabo) non recte replevit, & edidit primus eosdem libros mendorum plenos. Si enim in philosophicis facultatibus maximi sit ponderis quæque minima linea, vel punctus: quid dicendum de elementis ipsis, dictionibus, verbis, & sententiarum periodis, & fortasse capitibus, quæ edax tempus variis casibus sæpe corrosit? At in his hactenus nos detinuisse satis sua auctoritate Aristotelicus Consul: qui in fine libri quarti commentariorum in Aristotelis Prædicamenta, cum se ea scribere sub Anastasio Imperatore testetur, plane declarat non ad primum, vel ad tertium Consulatum ea, quæ diximus referenda esse, sed ad præsentem secundum Consulatum, quem solum sub Anastasio Imperatore gessisse reperitur. Jam vero quæ sub hoc ejus Consulatu res gestæ reperiuntur, in medium afferamus.

VI. Constantinopolis civili laborat discordia. Quam vidimus Constantinopolitanam civitatem anno superiori diro incendio conflagrasse, hoc anno civilis discordiæ graviori exarsisse incendio, in suo Chronico Marcellinus affirmat. Emota enim semel e cardine fide Catholica, cuncta simul labefactari necesse fuit: sicuti cum fundamenta concutiuntur, universam nutare molem oportet. Fœda quidem & lurida urbis illius facies erat, in diversa ipsa civitate discissa, favente populo Macedonio Episcopo, Anastasio autem Imperatore cum militibus eidem resistente, atque variis cladibus affligente. At quomodo tandem quod diutius fuerat meditatus, sequenti anno perfecit, ut Macedonium exturbaret, & subrogaret Timotheum hæreticum, suo loco dicemus. Sed quid inter alia aggressus hoc anno sceleslissimus Anastasius? Qui in odium Orthodoxorum Ecclesiasticam omnem abstulerat immunitatem, quique leges libertatis sanxerat pro hæreticis (ut superius auctore Theodoro Lectore diximus) hoc anno eam edidit sanctionem (a), qua nihil in Orthodoxos quovis titulo transire voluit bonorum Ecclesiasticorum. (a) l. 10. Cod. de hæret.

VII. Anastasius sub nomine hæreticorum Catholicos a bonis arcet Ecclesiæ. Etenim quamvis titulo mentiatur in hæreticos ejusmodi editam sanctionem: tamen (ut superius adnotatum est) cum fuerit ipse hæreticus, haud dubium ab eo Catholicos esse nominatos hæreticos, qui ejus impietati minime communicarent: bonis namque fuisse tamquam hæreticos spoliatos Orthodoxos ab ipso Imperatore, in quos nec quovis titulo ea redire permittat, ipsa lex ostendit: ut plane intelligi possit, quales esse soleant, qui in bona Ecclesiastica Orthodoxorum manus iniiciunt. Trebonianus autem nihil pensi habuit, constitutiones hæreticorum Imperatorum cum piorum legibus simul intexere; quod eædem licet ab hæreticis latæ contra Catholicos, in ipsos tamen vere hæreticos (ut sonant verba) conversæ sint: cum tamen liqueat, quos Orthodoxos nominat Anastasius, eos fuisse, qui contra Chalcedonense Concilium pugnarent, Zenonis suscipientes Enoticum.

VIII. Quas autem turbas in Orthodoxos impius Anastasius excitarit; vix perpauca, eademque breviori summa perstricta vel ex Marcellino, vel ex Theodoro narrantur: quæ res fuerat prolixæ satis historiæ commendanda: quod præstitisse Basilium Cilicem, Photius in Bibliotheca testatur, dum ait ipsum historiam conscripsisse ab obitu Simplicii Papæ usque ad exitum vitæ Anastasii Imperatoris. Excidit ipsa quidem, vel fortasse inter Græcorum vetera monumenta oblivione sepulta latet: Unde major nobis labor incumbat diversis e locis quæsita fragmenta compingere. Atque in primis (b), quod Anastasius Imperator, ne quis ex suis patientiæ suæ causam de tolerando in sede Constantinopolitana Macedonium, igna- (b) Nicef. l. 16. c. 16.

PAGIUS

nes acerbissimos; quorum calumniis inductus Theodoricus, ambos studii novarum rerum insimulatos morte affecit eorumque bona publicavit.

II. *Anastasius Imp. Synodum Chalcedon. eliminare conatur.* Ad num. VIII. & seqq. Theophanes anno Incarnationis secundum Alex. DI. qui Kalend. Septemb. Christi anni DVIII. inchoatur, scribit: *Hoc anno Anastasius Imp. Flavianum Antiochiæ Episcopum Concordiæ sanctioni a Zenone editæ subscribere coegit, qui Episcoporum sibi subditorum congregata Synodo, prolixam scripsit Epistolam, Nicænam, Constantinopolitanam, & Ephesinam admittens Synodos, Chalcedone vero actam silentio præteriit. Sed & Diodorum, & Theodorum subinde damnavit, quatuor subiiciens capita in quibus cum Chalcedonensi Synodo minime consentire videtur: maxime vero vocibus istis in duabus naturis opponuntur ista capitula. Nonnulli Acacii Constantinop. Præsulis ea capita fatum esse dicunt. Porro Flavianus privatam Anastasio dedit Epistolam, qua in mentem ejus omnino concedit, quemadmodum etiam impius Xenaias, qui eo progressus est temeritatis, ut adversus divinissimum Leonem Romæ Episcopum, Synodum ipsam & utriusque asseclas execrationes immitteret. Quin etiam Constantinus Seleuciæ Episcopus sanctam Chalcedonensem Synodum anathemate percussit, eadem prorsus ac Xenajas scribens. Flavianus autem, ac si ipsos eo nomine accusare maluisset, hæc omnia Imperatori per literas renunciavit. Imperator Flaviano succensuit, Constantinum autem atque Xenajam probavit amplius; tum vero Eliæ Hierosolymorum Episcopo, ut adversus Chalcedonensem Synodum ferret sententiam, scripto mandavit. Elias Imperatori rescripsit, Nestorium, & Eutychen, Diodorum, & Theodorum diris devovit, & actam Chal-*

ignaviæ vel timori adſcriberet, calumnioſe teſtatus eſt, ſe id facere, quod ipſe Macedonius Zenonis Enotico ſubſcripſiſſet. Id vero cum ad aures ipſius Macedonii perveniſſet, confeſtim collecta Ecleſia, ambonem conſcendens pro concione ſe plane Orthodoxum eſſe coram omnibus demonſtravit, edita ſincera profeſſione fidei ex præſcripto Chalcedonenſis Concilii, damnans omnes quæ ei adverſarentur hæreticas opiniones. Quæ quidem res ſicut majorem Macedonio conciliavit populi gratiam, ita in eumdem perfidi Imperatoris odium magis concitavit, ut jam de eo ſede movendo animo penitus ſtabiliret.

IX. Adjecit ad alias calumnias in Macedonium Anaſtaſius Imperator, ut ad concitandos in eum omnium animos, jactaret ab eo falſatam eſſe divinam Scripturam: Teſtatur id quidem Liberatus (a) Diaconus, cujus verborum textus ſic ut vides ſe habet, abſque Græcorum elementorum delineatione, ab antiquario omiſſorum, cum ait: *Hoc tempore Macedonius Conſtantinopolitanus Epiſcopus ab Imperatore Anaſtaſio dicitur expulſus, tamquam Evangelia falſaret, & maxime illud Apoſtoli dictum (b): Quia apparuit in carne juſtificatum in ſpiritu. Hunc enim mutaſſe, ubi habet, qui .... hoc eſt .... monoſyllabum Græcum, littera mutata .... vertiſſe, & feciſſe. ... id eſt, Ut eſſet Deus, apparuit per carnem. Tamquam Neſtorianus ergo culpatus expellitur per Severum monachum.* In poſteriori editione Surii lacunæ hoc modo implentur: *Ubi habet ὅς, hoc eſt, qui, monoſyllabum Græcum, littera mutata o in ω vertiſſe, & feciße ὡς, id eſt, Ut eßet Deus, apparuit per carnem.* At ipſi Græci habent: καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ ἐδικαιώθη πνεύματι. ὤφθη ἀγγέλοις, &c. Id eſt: *Et manifeſte magnum eſt pietatis ſacramentum. Deus manifeſtatus eſt in carne, juſtificatus eſt in ſpiritu, &c.* Sic igitur in eo facta mutatio reperitur, ut quod habet germana lectio, *Apparuit in carne:* mutaſſe diceretur, *Apparuit per carnem:* Ex qua mutatione poſſet fides Catholica in diſcrimen adduci. Ita in ſuſpicionem Neſtorianæ hæreſis, arte perfidi Imperatoris ejuſmodi conflantis calumniam, Macedonius adductus eſt: ſed erant hi prætextus, vulgi ore jactati, non tamen in Synodo ulla cogniti vel examinati; vi enim, non ſententia Epiſcoporum Macedonius ſui paſſus eſt throni jacturam, ut inferius ſequenti anno dicemus.

(a) Liber. Diac Breviar. c.19.

Calumnia de corrupto textu divinæ ſcripturæ.

(b) 1.Tim. 3.

X. Porro Anaſtaſius Bibliothecarius in Chronico ſub eodem anno res paulo latius proſecutus ait: *Conſtantinopolitanus Epiſcopus anathematizabat damnantes Synodum Chalcedonenſem.* Et paulo poſt: *Interea monachi quidam heretici ducenti venientes Conſtantinopolim una cum Severo impio contra Macedonium atque Chalcedonenſe Concilium decernebant. Hos Anaſtaſius honorifice ſuſcepit veritatis inimicos, qui conturbaverunt Orientem, & Conſtantinopoli eadem operantes. Joannes vero Alexandrinus Epiſcopus duo millia librarum dare ſpopondit Imperatori, ſi edicto propoſito perfecte damnaret Concilium Chalcedonenſe. Imperator autem Macedonium rogabat Apocriſariis communicare Joannis, Joannemque recipere, Synodum neque recipientem, neque damnantem. Macedonius autem reſtitit, dicens non ſe illis communicaturum, niſi confiterentur matrem & magiſtram Synodum Chalcedonenſem.* Hæc de his Anaſtaſius Bibliothecarius, qui & iſta addit:

XI. *Porro monachi Orthodoxi, qui erant in Palæſtina, martyrii æmuli, venere Conſtantinopolim acturi contra Severum, & eos qui cum eo erant hæreticos. Dorotheus autem monachus Alexandrinus multorum verſuum librum edidit pro Chalcedonenſi Synodo, quem dedit Magnæ uxori*

Dorotheus relegatur in Oaſim.

PAGIUS III.

Macedonius Epiſc. Conſtantinopolit. ſeſe Imperatori opponit.

Chalcedone Synodum ſe recipere teſtatus eſt.

Tum anno Incarnat. ſecundum Alex. DII. qui Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni exorditur, idem Theophanes habet: *Hoc anno Monachi quidam hæretici numero ducenti ab Oriente Byzantium cum impio Severo transfretati inſidias Macedonio & Synodo damnationem parabant. Iſtos Anaſtaſius cum honore ſuſcepit, ſeu veritatis adverſarios, qui totum conturbarent Orientem, & eadem pariter forent hic molituri. Joannes autem Alexandriæ Epiſcopus ducentas auri libras Imperatori ſe daturum pollicitus eſt ſi modo celebratam Chalcedone Synodum funditus abrogaret. Imperator itaque Macedonium cum Joannis Legatis communionem habere cogebat, & Joanni ipſi qui nec reciperet, nec reſpueret Synodum pacem dare. In adverſum oppoſuit ſe Macedonius dicens. Nullam ſe communionem iis impertiri niſi matrem & magiſtram profiterentur Chalcedonenſem Synodum. Deuterius porro Arianorum Epiſcopus, quempiam nomine Barbarum baptizare paratus, repugnante licet Dominica traditione verba iſtius modi proferre auſus eſt. Baptizatur Barbarus in nomine Patris per Filium in Sancto Spiritu: & confeſtim exaruit piſcina. Barbarus terrore perculſus fugæ ſe dedit, & omnibus poſtmodum quod contigerat miraculum manifeſtavit. In his Imperator Macedonium Conſtantinop. Præſulem habitam olim Chalcedone Synodum reprobare, quemadmodum & Hieroſolymorum Epiſcopum Eliam cogebat. Ad hæc Macedonius: citra univerſalem Synodum, cui primus aſſideret Romanus Epiſcopus, id ſe exequi non poſſe referebat. Quibus Imperator exaſperatus immunitatis quærendæ cauſa confugientes in Eccleſiam per vim abripi juſſit, & libertatis hujuſmodi hæreticorum fanis conceſſit jura. Quilibet autem tam e Clero, quam e plebe Byzantii degentes hæretici, Severo atque hæreticis iſtis in oppugnando Macedonio præſtabant operas. Ex quo Deiferi Palæſtinæ Monachi Divino moti affectu Severum & ejus aſſeclas Monachos confutaturi Conſtantinopolim*

ri fratris Anastasii, cum esset Orthodoxus: ipsa vero Anastasio obtulit librum, sperans per hunc eum fore mutandum: quem cum legisset, & præter votum suum esse reperisset, Dorotheum apud Oasim exilio destinat, & librum pro nihilo ducit, eo quod superius esset inscriptus, Tragœdia, quemadmodum a Magno Basilio fuisse editum ajunt contra Julianum. Macedonius vero quod accepisset Flavianum non recte sentire de Concilio Chalcedonensi, eum cum aliis, qui aliquid mutirent contra idem Concilium, anathematizavit. At res Flaviani se aliter habuisse, suo loco dicendum.

Cum

PAGIUS *lim convenerunt. Dorotheus interim Alexandrinus Monachus pro Chalcedonensis Synodi defensione volumen ingens a se conscriptum Magnæ Anastasii fratris sponsæ rectum de fide sensum illuc usque servanti obtulit; quem ipsa dedit Anastasio claritate doctrinæ virum a perfidia dimovere sperans. Ille libro perlecto, cum præter opinionem Opus digestum animadverteret, Dorotheum in Oasim ablegat, & flocci fecit librum quod gereret inscriptum, Tragœdia, hoc est, Prophetia præsertim rerum status: quemadmodum a magno etiam Basilio adversus Julianum pronunciatum narrant. Cæterum Macedonius Flavianum Antiochensem, & quicumque contra Synodum leviter oblatrarent, anathematum fulmine percellebat Flavianique. Legatos ob quædam negotia se convenientes exsecrationibus suppositos e conspectu amovit.*

IV. *Lex in odium Orthodoxorum emissa.* Utrumque locum integrum describendum censui, quia Baronius Theophanem non viderat, idque uno tenore, ut causa *Macedonii*, *Flaviani*, & *Eliæ* Patriarcharum, varie ab Antiquis narrata minus obscura appareat. Porro quæ narrat Theophanes de *Severo* anno duntaxat sequenti contigere, ut ibidem monstravimus. Liquet autem recte Baronium existimasse legem Cod. Justin. *de hæreticis*, datam esse ab Anastasio Imp. in odium Orthodoxorum, sed eam Theophanem diversimode referre, ac non satis accurate, ut illam legenti patebit. Omnem operam *Anastasius* Imp. hoc tempore adhibebat, ut omnes expressis verbis *Synodum Chalcedonensem* damnarent, & qui refragabantur Episcopi, in exilium mittebantur. Quamobrem adversus *Synoditas*, ut tunc vulgo appellabantur, qui Concilium Chalcedonense tuebantur, hæc lex emissa, sed non contra Arianos aut manichæos; cum ipsemet Imperator de Manichæorum hæresi palam insimularetur, *Justinianus* & *Trebonianus* jure merito hanc legem in Codicem retulere cum quoad rem ipsam optima sit, dummodo adversus eos, qui revera hæretici sunt, adhibeatur. Sic in Codice Justinianeo variæ leges adversus eos ab Imperatoribus Gentilibus latæ leguntur, sublatis tamen iis, quæ religionem Christianam lædere poterant. Immo *Theodosius* Princeps summa pietate præditus legem IV. *De fide Catholica*, datam a Valentiniano II. adversus Catholicos, in Codicem Theodosianum retulit; licet in ea non minus Arianis, quam Orthodoxis conveniendi potestas concedatur, ac statuatur, *ut molientes aliquid contra eam legem, capite ac sanguine sint supplicia luituri*. Quod adversus Catholicos sine dubio dictum. Legendus Gothofredus in hujus legis Comment.

V. *Initium rebellionis Vitaliani.* Victor Tununensis ad Consulatum Boetii scribit: *Vitalianus Patricioli filius fidei Catholicæ subversionem, & Synodi Chalcedonensis damnationem, remotionesque Orthodoxorum Episcoporum, atque successiones Hæreticorum cognoscens, virorum fortium validam manum congregat, & Imperio Anastasii rebellat.* Quod confirmat Jordanes in lib. de Success. Regn. cap. 109. ubi ait, Vitalianum *per sex annos* bellum civile extruxisse. Illud autem anno DXVI. extinctum ut infra videbitur.

I. De Felice juniore Consule. CUm Secundino Felix Christi anno undecimo post quingentesimum, a Theodorico creatus est Consul. Hunc Felicem Gallum natione fuisse, scriptæ ad eum & aliæ ad Senatum ab ipso Theodorico epistolæ (a) docent, quibus & ex Indictionum numero ejusdem tempus Consulatus ostenditur, ubi dicitur: *Sume igitur per Indictionem quartam Consulatus insignia*. Concordant & Fasti Consulares Marcellini dicentis, quarta Indictione creatum fuisse Consulem Felicem cum Secundino. Gallum quidem natione itidem Theodoricus fuisse tradit, & ejus parentem plurimum prædicat; Porro ejus parentis laudes, Felicis item nomine, latius explicatas habes jambis Sidonii Apollinaris, quorum est titulus (b): *Ad Magnum Felicem Consulem*: quem & fratrem appellat, cum in ipsa inscriptione subdit: *Domino pio fratri*, &c. Est carminis ejusmodi exordium:

Dic, dic quod peto, Magne, dic amabo,
Felix nomine, mente, honore, fama,
Natis, conjuge, fratribus, parente,
Germanis genitoris atque matris
Ex summo patruelium Camillo, &c.

Parentem namque ipsius itidem Felicem nominatum meruisse Consulatum, idem Theodoricus in epistola ad Senatum ita declarat (c): *In ore quippe rumoris est, quondam Felicis adhuc vivere Consulatum: quia bona durare norunt post hominem: & quod gloriose geritur, fine temporis non tenetur*. Sed quando, dices, Felix iste Senior Consulatum gessisse reperitur? Apud Marcellinum in Chronico adnotatur Felix Consul cum Vibiano anno

(a) Apud Cassiod. l. 2. ep. 2. & 3.
(b) Sidon. carm. 9.
(c) Apud Cassiod. l. 2. ep. 3. — De Felice Seniore Consule.

PAGIUS

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DXLIX. A. C. 511.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6004.

☉ 16. B. ☽ 18. P. 3. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 511.

SYMMACHI PAPÆ 14.

ANASTASII IMP. 21.

THEODORICI REG. 19. & 1.

I. Vicennalia Anastasii. [1] COSS. *Secundinus* Orient. & *Felix* Occident. Prior uxorem habuit *Magnam* sororem Anastasii Imp. ut docent Nicephorus Constantinop. in Chronologia, & Theophanes pag. 125. 134. & 137. Pater fuit Flavii Hypatii Patricii anno DI. Consulis, ut eo anno vidimus. *Felix* patria & genere Gallus erat, ut testatur Cassiodorus lib. 2. Epist. I. ad Anastasium Imp. qui & epist. II. Felicem his verbis alloquitur: *Rediit per te Transalpinæ familiæ Consulatus*. Baronius num. I. & II. pluribus agit de *Felice*, existimatque, de eo intelligendum Sidonium Apollinarem in carmine IX. cujus est titulus: *Ad Magnum Felicem Consulem*. Verum Sirmondus in Notis ad Sidonium observat, in libris antiquis hujus Carminis titulum esse: *Excusatorium ad U. C. Felicem*. Quare hic Felix fuit filius *Magni* anno CDLX. Consulis, qui & *Magnus Felix* appellatus invenitur sumpto, sc. a patre cognomine. Consul tamen non fuit sed Præfectus tantum Prætorio & Patricius. Prius enim quam ad Consulatum perve-

NOTÆ [1]* COss. *Secundus* & *Felix*.
Flavii prænomen *Felici* dat Relandus ex inscriptionibus Fleetvvod. ex quibus tamen nihil certi eruitur, an ad *Felicem* hujus anni consulem spectent. Vide Sirmondum ad Sidonium lib. I. epist. VI.
Sponius Miscell. pag. 279.

DECIM. SECUNDINUS. V. C. PROCONS.

Incertum quoque, an de *Secundino* cos. lapis loquatur.
Lapis Lugduni in S. Irenæi, apud Muratorium in novo thesauro veterum inscriptionum tom. I. pag. CDXVII. 2.

OBIIT IN PACE
V. KAL. NOVEMB. FELICE. VCC.

Ibidem num. 3. Interamnæ.

DEPOSITUS IN PACE
XV. KAL. SEPT.
FELICE V. C. CON.

Victor: *Felice. V. C. Cos.*
Marcellinus: *Secundino & Felice*.
Epitome temporum & Indiculus Paschæ; *Felice* V. C. *consule*. GEORGIUS

anno Domini quadringentesimo sexagesimotertio: Apud Cassiodorum vero collega Vibiani Basilius ponitur, adeo ut idem Basilius Felix dictus existimetur. Ad hunc itidem Seniorem Felicem scriptas esse complures Sidonii familiares epistolas, quæ extant, mihi facile persuadeo.

II. Quod rursum vero ad eumdem anni hujus Consulem Juniorem Felicem pertinet, idem Theodoricus in epistola ad Anastasium Imperatorem (a) de ejus Consulatu data, hæc inter cæteras viri laudes: *Dignus plane largitatibus nostris, qui in ipso pueritiæ flore maturis moribus lubricam frenavit ætatem; & quod rarum continentiæ bonum est, patre privatus, gravitatis factus est filius, cupiditatem inimicam sapientiæ subjugavit, vitiorum blanda contempsit, superbiæ vana calcavit, &c.* Hæc & alia de laude ejus dum lego, in eam inducor opinionem, ut existimem hunc illum esse Felicem Præfectum & Patricium, ad quem extat Fausti epistola de pœnitentia (b). Ex eodem quoque stemmate ortus videtur Felix ille adeo celebratus Antistes Namneticus, quem Venantius Fortunatus carminibus celebravit, necnon soluta oratione: nam inter cæteros hos de eo versus habet (c):

(a) Apud Cassiod. l. 2. ep. 1.

(b) Extat. tom. 3. Bibliot. sanct. nov. edit.

De Felice Episcopo.

(c) Venant. Fortun. in laud. Felic. l. 3. carm.

Maxima progenies titulis ornata vetustis,
Cujus & a proavis gloria celsa tonat.
Nam quicumque potens Aquitanica rura subegit,
Extitit ille tuo sanguine luce parens,
Germinis antiqui venerabile culmen in Orbe,
Laudibus in cujus militat omne decus, &c.

At satis occasione Consulatus Felicis de ejusdem familiæ a Camillo derivatæ viris illustribus dictum, quibus clarior redditur ejus purpura Consulatus. Jam vero, qui ad limen anni hujus diutius morati videmur, quæ in eo intro reperiuntur res gestæ conspiciamus.

III. Macedonius Episc. Constantinop. eiicitur in exilium.

Magno plane Anastasii Imperatoris scelere Marcellinus signavit hunc annum, nempe exilio Macedonii Episcopi Constantinopolitani, cum jam sedisset annos quindecim: qui tam calumniis exagitatus, quam violentia adhibita summotus, per milites abreptus, deportatus est in exilium, atque in ejus locum nefandus est suffectus Timotheus; quod Catholicæ fidei maximum attulit detrimentum. At quomodo se ista habuerint, quæve præcesserint atque subsecuta fuerint, rerum gestarum ordine referamus ex Theodoro Lectore (d): ex quo etiam intelligi potest facta hæc esse hujus anni tempore majoris hebdomadæ quæ sanctum Pascha Præcedit; more suo diabolo sacris iis diebus majorem excitante adversus Ecclesiam tempestatem. Ait igitur.

(d) Theod. Lect. Collect. l. 2.

IV. Quæ contra fidem Catholicam & Macedonium acta sint.

Divisi vero ab Ecclesia, turba quadam mercenaria collecta, templum Archangeli quod in Palatio est, die Dominica ingressi sunt: Et cum psaltes Trisagion dicerent, illi cum additione Qui crucifixus est pro nobis, respondentes psallunt. Sequenti die Dominica idem in magnam Ecclesiam cum spadonibus ingressi fecerunt. Populus vero zelo raptus, primum vocibus reclamat, & vociferantibus ac conviciantibus conviciando respondet. Tandem vero Imperator cum multis manifeste Macedonio resistens, jam monachos excommunicatos, jam ipsos primores subornat, ut nefandis conviciis & vociferationibus Episcopum impetant, cum quibus erat etiam Julianus Episcopus Halicarnassi Cariæ, & Severus monachus, qui & fidei & sui ipsorum facti fuerant inimici. In tanto rerum fragore cum violentia Imperatoris adeo urgeret Ecclesiam: ne indefensa veritas prostrata penitus remaneret ludibrio exposita hæreticorum: excitavit Deus spiritum etiam parvulorum, ut cum populo omnes assurgerent, atque strenue absque timore ex adverso consisterent: nam subdit Theodorus:

V. Populus Constantinop. fidei ardore resistit Imperatori.

Populus autem cum mulieribus, & parvulis, infinita multitudine cum Præsidibus monachorum congregata, per civitatem clamant: Tempus martyrii est, o Christiani: Patrem nemo deserat. Imperatorem vero, probri gratia, Manichæum, & Im-

PAGIUS veniret sæculum reliquit, & Religiosam vitam amplexus est. Quo tempore insignem ad ipsum, quæ extat, Epistolam scripsit Faustus Episcopus Regiensis, ut ostendit Sirmondus ex Gennadio in Fausto scribente: *Scripsit postea ad Felicem Præfectum Prætorio & Patriciæ dignitatis Virum, filium Magni Consulis jam Religiosum, Epistolam ad Domini timorem hortatoriam, convenientem personis, pleno animo pœnitentiam agere disponentem.* Utriusque præterea distincte meminit Sidonius in Propemptico. Pater itaque Felicis hoc anno Consulis adhuc ignotus. Existimo fuisse nepotem ex patre Felicis anno CCCCXXVIII. Consulari dignitate exornati, nepotes enim nomen avorum de more ferebant.

Denique Baronius referens hæc verba Theodorici Italiæ Regis in Epistola ad Senatum apud Cassiodorum, lib. 2. Epist. III. *In ore quippe rumoris est quondam Felicis vivere Consulatum,* putat Felicem hunc Seniorem anno CDLXIII. Consulem fuisse cum Basilio. At eo anno nullus Felix Consulatum gessit, ut ibidem monstravi. Anastasius hoc anno *Vicennalia* dedit, indeque in *Secundinum* sororis maritum Consulatum contulit, seseque rebus Ecclesiæ immiscens in Orthodoxos sæviit.

II. A num. III. ad XXI. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DIII. qui Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoatur, gesta ab Anastasio Imp. adversus Macedonium Con-

Imperio indignum vocant. Quibus Imperator territus portas Curiæ Imperialis undique claudit, & navigia fugæ accommoda Palatio adhibet. Hæc quidem ea die. Prætermissa autem a Theodoro Evagrius ista addit: *Cum postulationi Anastasii Macedonius strenue resisteret, seque fidem minime proditurum constanter assereraret; Anastasius Imperator insidias contra eum tendere cœpit, ad eum sane finem, uti Episcopatu exturbaret.*

VI. *Itaque tandem accedunt adolescentes calumniatores, qui cum se, tum Macedonium flagitiosi cujusdam facinoris falso reos arguunt. At vero ubi Macedonius genitalibus carere deprehensus fuit, ad alias fallacias se convertunt; nec destiterunt, quoad consiliis Celeris Aulicorum ordinis Præfecti* (hic ante triennium gesserat Consulatum) *ex occulto sede Episcopali dimovissent.* Hæc Evagrius (a), atque Nicephorus (b). Quæ autem præcesserint occultam ejectionem Macedonii, Theodorus Lector ita narrat: *Imperator cum pridie faciem se Macedonii posthac non visurum jurasset, misso nuncio obsecravit, ut illum salutare liceat. Populus vero, cum ecclesiam Macedonius ingressus esset, monachos obtestabatur, dicens: Patrem habemus apud nos. Et qui ad scholam pertinebant, quoties ingrediebatur, cum laudibus ingredientem accipiebant. Et cum ingressus esset, Anastasium redarguit tamquam Ecclesiæ hostem. Ille vero per hypocrisin Ecclesiæ & Episcopo coadunari videbatur.* Hæc quidem ea die, qua Anastasius simulavit se Catholicæ fidei consentire, & Catholicam velle consectari communionem. At quæ nocte sequenti? audi Theodorum:

(a) Evag. l.3.c.32.
(b) Niceph. l.16.c.26.

VII. Timotheus hæreticus Episc. Constantinop. *Suspicatus Imperator, si Macedonius judicaretur, populum illi tamquam insonti opitulaturum: noctu illum violenter abreptum Chalcedonem misit, & inde Euchaitas abduci præcepit. Sequenti vero die Timotheum quemdam presbyterum & custodem ecclesiæ Episcopum elegit: quem Litrobulbam & Colonem, propter facta quædam nominibus istis convenientia, vocarunt.*

Quod ad has voces pertinet, apud Theodorum Lectorem, pro κόλωνα colonem, legendum ex Cedreno & Nicephoro κήλωνα. Est proprie κήλων equus admissarius: inde sumitur pro libidinoso: Suidas interpretatur θερμόνεῖς συνεσ͂ίαν, Litrobulba vero, sive ut in aliis, Litrobula λιτρόβόλης, simile aliquid significat, tametsi ejus vocis origo non exponitur a lexicographis: nisi quis dixerit, ex voce Græca & Latina λυτρόω, quod est redimo, & bulba quod Latine scribitur vulva ita compositum ignominiosum vocabulum, quo significetur homo mulierosus impurus, quem exprimere apertioribus vocibus pudeat. VIII.

Pergit autem Theodorus: *Ecclesiam vero Timotheus ingressus non est, nec ad Liturgiam accessit, nisi prius detractis Macedonii imaginibus & insignibus.* Observa hic, lector, ut aliis in locis, moris fuisse affigi in ecclesiis imagines & signa tunc existentium Episcoporum. Sed subdit Theodorus: *Supplicationes Parasceves in templo Deiparæ, quod in Calcopratiis est, Timotheus fieri excogitavit.* Hæc de Timotheo; sed mox ista de Severo: *Joannes Diacrinomenus de Severo scribit, quod juramentum ab eo Imperator acceperit, si Antiochenus Episcopus fieret, nullo se pacto sub pœna anathematis Chalcedonensi Synodo adhæsurum: deinde, quod illam, eo ipso die, quo ordinatus esset, ascenso suggestu, anathemate damnaret.* Vides originem Severi, a quo dicti sunt hæretici Severiani; & qui nominati erant Acephali, quod tandem nobile caput nacti? Sed ad Timotheum rursum auctor: IX.

Timotheus ab amicis rogatus, Symbolum fidei trecentorum decem & octo Patrum per singulas synaxes dici curavit, ad reprehensionem videlicet Macedonii, quasi ille Symbolum hoc non reciperet; cum antea semel tantum in anno, in Parasceve scilicet Dominicæ passionis, tempore quo Episcopus catechizabat, recitatum esset. Vetus & usitatus hic fuit mos hæreticorum, ut quo se Catholicos populo exhiberent, Nicænum Symbolum publice recitarent. Id peculiare Nestorianis fuisse vi- X. Fraus hæreticorum in professione Symboli.

PAGIUS *Tumultuatum Constantinop. ob additionem Trisagio factam.* Constantinop. Episcopum his verbis refert; *Hoc anno Imperator Macedonio struxit insidias: Schismatici turba mercede conducta in æde ad Palatium Archangelo dicata, & in Magna quoque Ecclesia die Dominico Ter Sanctum Hymnum canentes, addidere: Qui crucifixus es pro nobis: ex quo ad eos etiam adjunctis verberibus extrudendos impulsi sunt Orthodoxi. Imperator autem Schismaticorum Monachorum plerique virorum, & Juliani quondam Cariæ, postmodum vero Halicarnassi Episcopi, & impii Severi Monachum adhuc agentis opera fœdis palam emissis contumeliis Macedonium oppugnabat. Verum Urbis conferta plebs cum mulieribus & pueris, nec non Orthodoxorum Monachorum Præfectis vociferabatur. Adest Martyrii tempus, ne Patrem nostrum deseramus. Et convicia in Imperatorem conjiciebat, ipsum Manichæum, & Imperio prorsus indignum clamitans. Quibus ille territus, Palatii portas obseravit, & ad fugam naves tenuit paratas; quique prius etiam jurejurando Macedonium ad conspectum nusquam admissurum se obstrinxerat, timore correptus, eumdem videre, exoptabat fervide; ac tum eo ad Imperatorem proficiscente, plebs cum magnis acclamationibus ad Abbates & Monachos conversa dicebat: Patrem nostrum apud nos habemus. Sed & militares Schola pertranseuntem illum faustis vocibus prosequebantur. Denique ad Anastasium introductus illum ceu hostem Ecclesiæ objurgavit: ille vero pacem & unum cum Episcopo sensum tenere in præsens tempus simulavit.* Idem refert Ba-

vidimus atque aliis, Arianis exceptis: quod & facere perseverant Novatores temporis hujus hæretici, dum in ore semper versantes Symbolum Apostolorum, Apostolicos se esse perfide mentiuntur, cum re vera Apostolicam & Catholicam doctrinam impugnent. Sed rursum ad Timotheum, de quo hæc ad finem ejus narrationis Theodorus apponit:

XI. * Studiti. Timotheus ad horas fidem mutat.

*Cum is qui in monasterio Studii * præfuerat, mortuus esset; abiit Timotheus in monasterium illud, ut ibi Episcopum eligeret. Is vero qui ordinandus erat, ad eum dixit, non passurum se, ut ordinaretur a viro qui Synodum Chalcedonensem anathemate damnasset. Respondit huic Timotheus: Anathema sit cuilibet homini Synodum Chalcedonensem aversanti, vel anathematizanti. Quo dicto, qui ordinandus erat, ordinationem suscepit. Joannes autem quidam Antiochenus cum Manichæus esset, Timotheum contumeliis affecit; & ad Imperatorem currens, quæ gesta ab illo essent, patefecit. Imperator vocatum ad se Timotheum graviter increpuit. Ille vero negavit dicens: Anathema sit quisquis Synodum Chalcedonensem recipit.* Hactenus de his Theodorus: quibus plane vides inconstantiam hæreticorum, temporariam pro rerum occasione fidem habentium atque mutantium; quod mille ferme exemplis superius demonstratum est.

XII. Sed quæ secuta sint post ejectionem Macedonii de ejus sectatoribus Catholicæ fidei studiosis, hæc a Nicephoro (a) accipe: *Senatus populusque Constantinopolitanus eam ob causam*, ob pulsum Macedonium videlicet, *in magno fuit mœrore: nam & vitæ sanctitatem, & doctrinæ sinceritatem in Macedonio admirabatur. Etenim pietatis studio, dignitateque sacerdotali is valde eminebat, ut qui a Gennadio educatus atque edoctus fuisset, cujus etiam ex fratre nepos fuit. Contra sectatores ejus postea gravis persecutio orta est. Quidam enim exilio, nonnulli relegatione, alii accusationibus iniquis, alii bonorum publicatione afflicti sunt. Multi etiam qui fuga sibi consuluerunt, Romam pervenerunt.* Complures autem esse relegatos in Oasin Thebaidos, ait Anastasius Bibliothecarius in Chronico. At minime his contentus Imperator ob odium quod conceperat contra Chalcedonense Concilium, hæc quæ sequuntur adjecit; sic enim ait idem qui supra Nicephorus:

(a) Nicep. l.16.c.26. Macedonii sectatores quæ passi.

XIII. Acta Chalcedonensia combusta.

Imperator illico Chalcedonensium Actorum libellum, quem Macedonius in arca sanctiore deposuerat, per Calepodium quemdam furtim sublatum conscidit atque igni tradidit, & Macedonio, qui sic ducebatur, condemnationis sententiam misit. Atque is interrogavit, an illi qui se damnassent, Chalcedonensem Synodum recepissent. Et ubi illi qui ad eum sententiam attulerant, id inficiati sunt: ipse; Si, inquit, Ariani & Macedoniani condemnationis libellum ad me misissent, num recipere possum? At ille Euchaitem ductus est. Hactenus Nicephorus. Quod pertinet ad incensum ab Anastasio Actorum volumen, putantur quidem Acta illa, quæ tanta religione custodiebantur a Macedonio, fuisse originaria ipsius Chalcedonensis Concilii. His vero adde quæ apud Paulum, seu Joannem potius Diaconum in Miscella leguntur his verbis (b):

(b) Paul. Diac. Miscel. l.15.

XIV. De Julianæ constantia & aliorum.

Interea Juliana illustrissima femina, quæ templum Dei genitricis apud Honoratas construxerat, valde pro Chaldedonensi Synodo satagebat: ita ut ei nec Imperator quidem, multas adversus eam versutias adinveniens, Timotheo communicare persuadere valuerit: sed nec ipse Timotheus frequenter ad eam pergens hoc potuerit ei persuadere. Pompejum quoque consobrinum illius, & ejus uxorem, quæ mulier erat ornata, multis Imperator Augustus humiliabat, ut ablegaret veneratores Synodi, & eos qui in exilio Macedonio Episcopo largiebantur quæ necessaria erant. Deinde idem Timotheus quosdam ex principibus præcepit in templo S. Theodori Sparatii super ambonem Trisagii additamentum admittere, id est, Qui crucifixus es pro nobis: Ita ut multitu-

Ann. Eccl. Tom. IX.

PAGIUS. Baronius ex Theodoro Lectore lib. 2. neque dubium, quin hæc præsenti anno contigerint.

III. *Macedonius Constantinop. Episc. in exilium mittitur.*

Idem Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DIV. Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoato, narrationem suam continuat: *Hoc anno Commentario per Cellorem* (legendum Celerem, qui anno DVIII. Consulatum gessit) *Magistrum misso Macedonium Imperator decepit: ac primam quidem & secundam Synodum se probare fatebatur, Ephesinam vero & Chalcedonensem penitus tacebat: quam magnam sibi invidiam conciliavit Macedonius: per hujusmodi quippe commentarium Concordiæ sanctionem a Zenone additam probavit, cui jam dum ordinaretur, subscripserat. Ea propter Macedonius ad Dalmatæ Monasterium profectus, ad Clericos & Monachos ferventiori zelo ductos, & visi facinoris fœditate indignatos declamatorio sermone defensionem instituit; protestatus se Chalcedonensem Synodum admittere, & qui eam reiicerent, hæreticos habere; quibus auditis una cum eo Sacra Missarum peregere mysteria. Interea Imperator Clericos atque Monachos una secum sentientes donis impulit, ut alium Episcopum in ejus locum subrogarent, quod Ariadnam & ordinis Senatorii præcipuos afflixit: erat quippe cunctis charus Macedonius, tum ob vitæ munditiem, tum ob rectam & sinceram de fide sententiam, quamvis dolum postmodum fuerit passus. Ad hæc Imperator duos nequam & profligatæ vitæ comparavit viros qui Macedonium præpostera in pueros libidinis & hæreseos crimininarentur, & de istis Præfecto atque Magistro scriptam offerrent accusationem: & aliam parem adversus Catholicos, Presbyteros & Diaconos instruxit. Imperavit denique Cellori Magistro Episcopali æde Macedonium sum-*

titudines indignatæ per diem litaniæ illinc egrederentur: quando & Timotheus per commonitorium ſcriptum omnibus præcepit Eccleſiis, Triſagion in litaniis dicendum cum additamento: quod multi metuentes fecerunt: Monachi vero alium pſalmum pſallendo venerunt. Hos autem populus videns clamavit: Bene venerunt Orthodoxi. Simultas etiam facta eſt multa, & incendium domorum multarum, & homicidia dena millia, turba vociferante adverſus Anaſtaſium, & Vitalianum Imperatorem petente; ita ut fugeret Anaſtaſius & latitaret, ab ipſaque Ariadna laceraretur injuriis, utpote multorum cauſa malorum Chriſtianis effectus. Hæc ibi.

Incendia atque cædes in populo facta.

XV. Quod vero Anaſtaſius militibus præfeciſſet duces eadem qua ipſe impietate fœdatos, per eos a populi furore ſæpe defenſus evaſit; e latebriſque inopinatus emergens, nova rurſus per eoſdem adverſus Orthodoxos prælia excitat, non quidem Conſtantinopoli, ſed foris; in hoc omni ſtudio laborans, ut per Severum monachum hæreſim ſtabiliret, quem ſtrenuum ejus defenſorem ſub pollicitatione Epiſcopatus Antiochenæ Eccleſiæ juramento oppignoraverat, ut ad thronum illum eveheret, cui tunc præſidebat Flavianus defenſor Catholicæ veritatis. Verum ut larvam aliquam juſtitiæ turpiſſimo facinori Anaſtaſius ſuperinduceret, ad id perficiendum, apud Sidonem in Phœnicia Synodum ſequenti anno cogi mandavit, de qua ſuo loco dicemus.

Pro Severo hæretico Anaſtaſius laborat.

XVI. Qualis impius Severus.

De Severo autem monacho modo nobis agendum, qui fax, lues, atque perditio totius Orientalis Eccleſiæ a pravo dæmone eſt productus in medium, monſtrum quidem omnium vitiorum deformitate compactum; ut plane intelligas hujus exemplo, quales eſſe conſueverint, quos ſibi diabolus in omnibus inveniens obſequentes, per eos afflatos ſpiritu malo loquitur contra Deum blaſphemias.

De Severo igitur hæc deprompta eſt Synodicis Actis accipe. In libello enim ſanctorum Patrum Orthodoxorum Conſtantinopolitanæ Synodo (*a*) ſub Menna Epiſcopo congregatæ oblato hæc leguntur de Severo & gregalibus ejus:

(a) Synod. Conſtantinop. Act. 1. t. 2. Conc.

XVII. Severi primordia, ex Mago hæreticus.

Quis neſciat eorum vitam turpem admodum, & ſceleratam ab ineunte ætate eſſe & dæmonibus addictam? Et quod in veneficiis Severus deprehenſus eſt, in civitate Berythorum dæmoniis ſerviens; & ejuſmodi calumniam fugere volens, finxit ſe ponere, & fugere diabolicam opinionem ſuam, & venire (ut dicebat) in Tripolim ad venerabilem domum ſancti & clariſſimi martyris Leontii. Et nondum perfectis diebus his quibus ipſe baptizatur, poſtquam vidit (veritatem paululum ſimulans) perſpicue, quod rurſus ad antiquum gentilitiæ opinionis ſuæ vomitum reverti non poterat, per aliam viam ad id quod ſtudebat pervenit: Nam negavit ſtatim Eccleſiam in qua baptizatus eſt, & proceſſit ad Acephalos hæreticos, qui ea quæ Eutychetis ſunt ſapiunt; vocanſque ſanctas Dei domos diverſoria hæreſis & impietatis, reprobans propter hoc baptiſmum, quem dicit ſe accepiſſe; ut in ipſo impleretur propheticus ſermo, qui de hujuſmodi dicit (b): Alienati ſunt a vulva, erraverunt a veritate, locuti ſunt falſa, furor ipſis ad ſimilitudinem ſerpentis.

(b) Pſ. 75.

XVIII. *Quod autem & ipſam Acephalorum religionem ſimulaverit, ex conſequentibus omnibus manifeſtum fuit. Præſidebat enim ſuæ Acephalæ ſectæ, quod Unitivum dicitur non admittens, ſed novativum ipſum & divulſivum appellans, & in ſuis propriis conſcriptionibus anathematizans.* Hæc de ipſo Patres & alia plura: quibus patet, ſic verſipellem hominem adhæſiſſe Imperatori, ut non Acephalorum tantummodo ſectandam ſibi hæreſim proponeret, ſed illis deteriora doceret. Innatum namque eſt hæreticis, ut nequeant

PAGIUS *ſumma vi deturbare vociferantem, ſe non in Prætorio modo, ſed etiam in Theatro defenſionem ſuſcipere paratum. Hinc e Cleri grege plures in carcerem conjecti, alii fugæ beneficium nacti, per Romanam & Phœniciam Provinciam diſperſi. Impius autem Imperator authenticas rerum apud Chalcedonem geſtarum tabulas Magiſtri ope a Macedonio recipere & diſcerpere contendebat: eas vero ſigillo notatas in altari Macedonius repoſuit quas demum Calepodius Eunuchus, Magnæ Eccleſiæ Oeconomus, furtim ſubreptas ad Imperatorem detulit. Poſtremo Macedonium noctu per vim adductum Chalcedonem primum, deinde Euchaitam deportari juſſit Imperator, nullam ob plebis metum, de ipſi objectis inquiſitionem facere auſus. Sequente luce Timotheum quendam Presbyterum & Eccleſiæ Sceuophylacem ex quibuſdam geſtis nominibus accommodatis cognomento Litrobulem & Celonem declarat Epiſcopum, qui primum Eccleſias ingreſſus, Macedonii depoſuit imagines, atque ita demum Sacris Operam dedit: Joannemque Nicæotam Alexandrinum in Eccleſiæ tabulas recenſuit, Synodicaſque literas ad eum ſcripſit.*

IV. Ob additamentum Triſagii Macedonius in exilium miſſus.

Loquitur & Evagrius de ſeditione Conſtantinopoli hoc anno excitata propter additamentum Triſagii; cujus verba lib. 3. cap. 44. quæ mox ex Theophane num. II. retulimus, mirum in modum explicant: *Conſtantinopoli cum Imperator in hymno Triſagio has voces adiicere voluiſſet: Qui crucifixus es pro nobis, graviſſima ſeditio exorta eſt, perinde quaſi Chriſtiana Religio funditus everteretur. Hujus ſeditionis principem atque auctorem fuiſſe Macedonium & Clerum Urbis Conſtantinopolitanæ ſcribit Severus in Epiſtola ad Sotericum. Quam quidem Epiſtolam ſcripſit, cum nondum Epiſcopatum adeptus eſſet, eo ſc. tempore, quo una cum aliis pluribus, ut ſupra retulimus, ex ſuo Monaſterio ejectus eſt. Ob hanc autem calumniam præter alias cauſas quas antea commemoravi, Macedonium Sede ſua expulſum fuiſſe exiſtimo. Hanc igitur ob cauſam commota plebs, cum amplius cohiberi non poſſet, multi nobilium atque honoratorum in extremum di-*

ant loco consistere, neque sciant solidam stabilitatem; quod delinquentium proprium est, secundum illud Hieremiæ lugentis: *Peccatum peccavit Hierusalem, propterea instabilis facta est*. Sed accipe quid de ejusdem Severi primos dies habet Evagrius (*a*):

(*a*) *Evag. l.3.c.33.& Niceph. l.16.c.29.*

XIX. Varius Severi status.

Huic (inquit) *Severo patria fuit Sozopolis urbs Pisidiæ. Verum simulac in sacro templo Leontii divini martyris, quem Tripolis urbs Phœniciæ maritima colit, fuit lavacro baptismatis tinctus, se a legum studio ad vitam monasticam transtulit, quam quidem vitam traduxit in monasterio, quod medium locum inter urbem Gazam & oppidum Majumam occupat. In quo loco Petrus Hiberus, qui ejusdem Gazæ fuerat Antistes, quique cum Timotheo Eluro fugerat, iisdem incedens gradibus, hominum sermone post multum prædicatus fuit. Porro autem Severus, de quo instituitur oratio, cum Nephalio (qui antea cum eo ejusdem sectæ & opinionis fuisset, nimirum quod una in Christo natura sit, postea tamen Concilio Chalcedonensi, & doctrinæ eorum qui duas naturas in Domino nostro Jesu Christo inesse asserunt, consensit) in disputationem veniens, a Nephalio & ejus fautoribus una cum aliis compluribus, qui eadem fuere opinione, e monasterio suo pulsus est. Inde igitur Constantinopolim recta se contulit, pro se, proque illis qui cum eo ejecti erant, legationem obiturus. Sicque Imperatori Anastasio (sicut traditum est ab eo qui Vitam Severi scripsit) notus esse cœpit. Itaque litteras scripsit ad suos fratres de mutua inter se communione, in quibus nominatim Concilium Chalcedonense anathemate damnavit*. Hæc Evagrius: reliqua suo loco inferius.

XX. Sed & de eodem Severo quæ Liberatus (*b*) Diaconus scribat, ex scriptis ejusdem Severi deprompta, in medium afferamus: *Is enim inquit Severus cum sederet prius in monasterio, non suscipiebat Zenonis edictum, nec Petrum Mogum. Deinde sedens in Abbatis Romani, & Mennæ, qui post eum fuit, monasterio, exinde missus est ut permaneret Constantinopoli, & fit Apocrisarius inter eos qui Petri Mogi erant. Dumque obiiceretur ei: quomodo prius anathematizabas Petrum? dicebat: quia Petrum anathematizavi Apamenum. Hic Severus apud Constantinopolim Synodo derogabat, & anathematizata affirmabat: & ob omnes qui ei communicarent: ita ut & hoc scriberet & ipsi Flaviano, sicut ejus significatur epistolis, & ad Maronem lectorem, & Eleusium, & Eutherium Episcopos, & ad Oecumenicum scholasticum Isauriæ. Fertur autem expositio ejus, quæ ab eo dicta est, in qua Unitivum suscepit Zenonis, & anathematizavit Chalcedonense Concilium, & communicare se confitetur Alexandrino & Constantinopolitano. Erant autem tunc Constantinopoli Timotheus, Alexandriæ vero Joannes Machiota Episcopi. Et tamen dum talis erat, valuit damnare Macedonium, & expellere ab Antiochena sede Flavianum*. Hæc Liberatus de Severo Imperatoris patrocinio omnia audente & invalescente in dies magis. Sed Anastasii conatus adversus fidem Catholicam prosequamur: non tanta

(*b*) *Liber. Diac. Brev. c.19. t.2. Concil.*

Pro ratione temporis fidem Severus mutat.

PAGIUS

discrimen venerunt, & multa insignia Urbis loca igne consumta sunt, &c. Evagrium vero de priori seditione; non vero de ea, quæ anno sequenti contigit, intelligendum esse, ipsemet evidenter insinuat, cum ait, *Severum* nondum Episcopatum Antiochenum adeptum esse, quando Epistolam illam scripsit; is enim anno sequenti die sexta mensis Novembris Antiochenam Ecclesiam invasit, & prior seditio Constantinopolitana hoc anno mota, ut docet Theophanes citatus.

V. *Severus venit Constantinop.*

Evagrius lib.3. cap. 33. narrat, quomodo hoc anno *Severus* e Monasterio, in quo Monasticum vivendi genus excoluit, ejectus sit: *Porro Severus quodam die*, inquit Evagrius, *disputatione habita congressus est cum Nephalio: qui prius quidem cum ipso senserat de unica Christi natura: postea vero defensoribus Chalcedonensis Synodi & iis, qui duas in Domino nostro Jesu Christo naturas prædicabant, se se adjunxerat. Ab hoc igitur Nephalio, & a Monachis, qui cum illo erant, Severus una cum illis qui opinioni ejus adhærebant, ejectus est ex Monasterio. Qui mox ad Urbem Regiam perrexit, tam pro se, quam pro illis, qui una cum ipso expulsi fuerant, Legationem obiturus. Hoc modo ad notitiam & familiaritatem Imp. Anastasii pervenit, ut pluribus refert is qui Vitam Severi conscripsit*. Nephalium Abbatem fuisse Orthodoxum docet Liberatus cap. 18. qui cap. seq. de Severi mora Constantinopoli verba facit, aitque eum fuisse Constantinopoli Apocrisiarium *inter eos*, qui *Petri Moggi erant*. Liberati locum recitat Baronius num. XX. Quare hæc *Severi* Legatio hoc anno incepta, & usque ad Octobrem sequentis anni, quo mense Novembri Sedem Antiochenam invasit, continuata, ut ex mox dictis necessario sequitur.

VI. *Duratio Sedis ejus.*

Hoc ergo anno *Macedonius* in exilium missus, & *Timotheus* in ejus locum subrogatus, ut etiam habet Marcellinus in Chronico ad Consulatum Secundini & Felicis, quod & Baronius recte hoc anno narrat: sed perperam num. IV. ait, intelligi ex Theodoro Lectore lib. 2. *facta hac esse hujus anni tempore majoris hebdomada, quæ Sanctum Pascha præcedit*. Nam tam Theodorus, quam Theophanes, *die quidem Dominico* populum tumultuari cœpisse adversus Anastasium Imp. produnt; sed neuter loquitur de Dominica Paschatis, immo asserunt, hunc non statim Macedonium in exilium misisse. Sedem inierat *Macedonius* anno CDXCVI. quare annos XV. ut habet Baronius, vel annos sexdecim utrimque incompletos, ut legitur in Tabulis Theophanis, Ecclesiam Constantinopolitanam rexit. In Chronico quidem Nicephori ei anni tantum sex attribuuntur, sed errore Librarii, qui numerum denarium omisit.

VII. Quod vero Baronius num. XIV. de *Juliana* habet ex auctore Miscellæ pertinet ad annum se-

ta enim eum cura tenebat ut barbaros subjugaret, quanta ut Catholicam fidem penitus aboleret.

XXI. *Anastasius tentat Sanctissimos viros.* Nam non Macedonium tantum, eosve qui erant Constantinopoli Orthodoxos expugnare conatus est perfidus Imperator, sed etiam longe positos magni nominis sanctissimos viros exagitavit: in quos primum blanditiis, nempe muneribus, litteris, omnique genere illecebrarum & simulatione, atque omnibus ad suadendum aptatis coloribus ad cujuscumque animum commovendum tamquam validissimis arietibus usus est; quod si minime his impulsibus animus flecteretur, instaurato novo certamine, vinculis, carcere, & exiliis, ex blando truculentus persecutor effectus, rem agebat. At vel unum saltem certaminis hujus exemplum adducamus in medium, ex quo & reliqua nobis incomperta intelligere valeamus. Magnus ille Theodosius Cœnobiarcha, qui his temporibus claruit in Palæstina, cujus sæpe magna cum laude Cyrillus (a) meminit, atque Suidas (b) & alii his ab Anastasio Imperatore certaminibus est appetitus; quæ in ejus vitæ rebus gestis his verbis quam exactissime describuntur (ut dicunt) ab ovo, etsi ab incerto, certo tamen temporis ejusdem auctore, ut nihil sit quod jure revocari possit in dubium, utpote veritate omni ex parte constantia:

(a) *Cyril. in Saba.* (b) *Suid. in verb. Anastas.*

XXII. *Tulit* (inquit d) *aliquando nostrum quoque tempus Imperatorem, qui quidem prius fuerat* (*quam tum apparebat*) *paradisus voluptatis, postremo autem rebus fuit cognitus campus destructionis & unus scilicet ex his pastoribus, qui gregis oves dispergunt & perdunt, & eas turbida potant subversione: & ut reliqua illius prætermittam, boc quidem accipiet quod post nos sequetur tempus.* Intelligis puto, lector, sui temporis res gestas auctorem conscribere; qui etsi nomine habeatur incognitus, Cyrillum hunc ipsum existimo, qui sicuti sanctorum Sabæ & Euthymii atque Joannis Silentiarii & aliorum Vitas scriptis est prosecutus, ita haud par est credere quem habebat præ oculis Theodosium præteriisse; prætermisisseque res ab eo præclare gestas, minime præ sui dignitate obruendas silentio, posteris tradere. Coniicio quidem ab imprudente aliquo obliteratum Cyrilli auctoris nomen, qui referens illud ad Cyrillum Hierosolymitanum Episcopum, qui claruit sub Constantio Imperatore, falso putarit tribui Cyrillo historiam, qua res gestæ sub Leone, Zenone, & Anastasio Augustis tractantur, ignorans ipsum de quo est sermo nobilem historicum Cyrillum æque Palæstinum hoc vixisse tempore. Sed quæ his subiicit, audiamus:

(c) *Apud Sur. t. 1. die 11. Januar. ex Metaph.*

Scriptor rerum Theodosii.

XXIII. *Neque enim par est, ut id mandetur oblivioni proper eos, quorum est scelus insigne, qui* (*ut dicit Isaias* (d) *concipiunt dolorem, & pariunt iniquitatem. Hei mibi, impius*, Anastasius scilicet Imperator, *sive ab aliis ad boc motus, sive hunc sceleratum fœtum ex se produxerit,* (*Stultus* (e) *enim stulta loquitur; & cor ejus vana cogitabit*) *Patrum qui Nicææ fuerunt sacra dogmata, tamquam montem Sion, & turrim fortitudinis scilicet aggreditur, illa quidem volens abrogari, valere autem sententiam Acephalorum, quam a ratione alienam, & vere ἀκέφαλον, boc est, carentem capite jure quis dixerit.* Intelligis perspicue, arbitror, lector, etsi non nominet, satis vivis pingi coloribus Anastasium Imperatorem caput se exhibentem hæresis sine capite existentis, de qua satis superius dictum est. Sed pergit auctor de ejus in perverso dogmate stabiliendo conatu:

(d) *Isa. 59.* (e) *Eccl. 21.*

Acephalorum sectæ defensor & propagator Anastasius.

XXIV. *Potentiæ autem admiscet improbitatem, ut bac quidem deciperet, illa autem ad effectum redderet quod contendebat: ut neque vis si esset immixta, & persuasione*

PAGIUS *Chalcedonensem Synodum Anastasius eliminare conatur.* sequentem; Theophanes enim anno Incarnat. secundum Alex. DV. qui Kalend. Septemb. sequentis Christi anni inchoatur, ait: *Juliana Illustrissima femina, quæ templum Deiparæ Virgini posuit in Honoratis, pro viribus Chalcedonensem adeo tuebatur Synodum, ut Imperator ipse adinventis etiam multarum fallaciarum technis, ut Timothei communionem subiret persuadere non valuerit: sed nec ipsemet Timotheus cum eam sæpissime convenisset, non persuasit. Pompeium insuper consobrinum suum, ejusque conjugem ornatissimam feminam & bonis operibus assuetam, seu Synodo bene affectos, & quæ ad vitæ necessitatem conducunt, Macedonio in exilium subministrantes multis calamitatibus oppressit Imperator.* Erat Juliana uxor Areobindi Junioris, filiaque Olybrii Imperatoris & Placidiæ, ut suo loco monstravi. *Pompeius* vero ex Hypatio fratre nepos, cujus conjux *Anastasia* fuit, ornatissima femina & piissima. Theophanis interpres Pompeium appellat *consobrinum* Imperatoris, quod Græcum habeat, Πομπήιον δὲ ἀνεψιὸν αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς, &c. Verum cum vox ἀνεψιὸς non tantum *consobrinum*, sed etiam fratris aut sororis filium significet, manifestum est, vertendum fuisse, *Imperatoris nepotem*, uti vocatur a Marcellino in Chronico & aliis. *Pompeius* postea in gratiam Imperatoris rediit; testatur enim Anonymus Valesianus, Anastasium, sub vitæ exitum de Successore cogitantem, alterum ex tribus nepotibus, Pompeio Probo & Hypatio eligere statuisse, sed Deum aliter decrevisse & in Justinum Diadema transtulisse: *Eodem tempore*, inquit Anonymus, *babebat Anastasius Imp. tres nepotes, idest, Pompeium, Probum, & Hypatium*, &c.

VIII. *Floret S. Theodosius Cœnobiarcha.* Ad num. XXI. & seqq. Vivebat hoc tempore *S. Theodosius Cœnobiarcha* in Monasterio a se non longe ab Urbe Hierosolymitana constructo, quem *Anastasius Imp.* missa ad pauperes alendos pecunia corrumpere tentavit, uti narrat Baronius ex Auctore Anonymo in ejus Vi-

Duplici arte conatur expugnare Catholicos. *ne minime contemperata, molesta videri possit, & plane violenta, ut quæ robur accepisset ex sola occasione: neque rursum persuadere si impotens sit & imbecillum, & quod possit pauca & apud paucos efficere; alios quidem ex Episcopis adoriebatur minis & exiliis, alios autem honoribus & assentationibus, & nonnumquam etiam corrumpere pecunia, & suum malum aliorum quoque efficere, & morbum communicare contendebat, mutabilis non minus quam Protheus (ut Græci dicunt) & non minus, mente quam ille aspectu varius.* Quid mirum? *Ubi enim* (inquit Jacobus (a)) *zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus pravum.*

(a) Jacob. 3.

XXV. Theodosius magni nominis Cœnobiarcha. Sed quid in hunc ipsum, de quo est sermo, Theodosium molitus sit, & quo tempore id aggressus, jam ex eodem auctore intelliges: dum enim ait ipsum postremo Theodosium tentasse, plena prœlia illa ad istæc tempora referas, opus est: cum post ejectum tantæ civitatis Episcopum, Macedonium nempe Constantinopolitanum Antistitem, nulli amplius parcendum putavit. Sed & quod experimento didicisset, quanta vis esset in monachis ad suadendum, quantumque accepisset hæresis ex uno Severo pseudomonacho additamentum; monachorum ductores præcipuos tentare aggressus est, atque inter eos (ut diximus) magnum hunc nomine, & factis eximium atque celebrem Theodosium, concipiens, & ex nomine vanam spem, mente recolens funestissimum illum itidem Theodosium nominatum, ac pariter classibus monachorum præfectum, simulque in eadem Palæstina versatum, qui temporibus Marciani Imperatoris & Pulcheriæ Augustæ sub Juvenali Hierosolymorum Episcopo faverat impietati, atque etiam violentia armatorum foverat eamdem hæresim Eutychianam; stulte, inquam, fore sperans, ut qui idem nomine, & professione, eodemque loco consisteret, Theodosius, eadem ab eo præstari possent, immo cumulatius exhiberi, quod ob vitæ sanctitatem sciret ipsum ad populum commovendum longe esse majoris auctoritatis. At sicut longe diversus penitusque contrarius fuit Judas a Juda, nempe a proditore fidelis Apostolus, & a Simone Simon, nimirum a mago princeps Apostolorum, pastor a lupo, pius ab impio, atque sanctus a nefandissimo peccatore discretus; ita plane Theodosius a Theodosio discrepavit, Catholicus ab hæretico; quod facta ipsa declarant. Nam auctor:

XXVI. Anastasius auro Theodosium tentat. *Postremo* (inquit) *hanc quoque magnam turrim aggreditur Imperator: Machinæ autem erant aurum, idque non parvum, ut posset contemni, sed quod redibat ad summam triginta librarum: eratque donum non nudum & aperte donum, ne non acciperetur, ut quod suspicionem pareret avaritiæ, sed id quoque occultabat prætextus speciosus & valde probabilis, nempe pauperes, & quæ erant necessaria ad usum fratrum ægrotantium: his virum conabatur ingenuum redigere in servitutem.* In quem ita invehitur auctor: *Et si bonum existimas & gratum piorum animis id quod a te, o vir egregie, innovatur; ego illi dixerim: Cur non ab ipso finis trahi amatores, & propria vinci pulchritudine eos qui sunt pulchri amatores; sed id pecuniis ornas & muneribus, quod solet fieri turpibus & deformibus, & quæ sunt aliena ornamenta & artificia?*

XXVII. Consilium Theodosii in accipiendo missam ab Imp. eleemosynam. *Cum ergo cognovisset ille magnus, id quod fiebat ab illa pusilla & abjecta anima, temere adversus se comparari: erat (ut vulgo dicitur) aquila in nubibus; ut qui nec posset capi, nec vinci; sed re vera potius eum capit, qui simulabat. Nam aurum quidem non repellit, ne forte videretur temere suspicari, & offensionis ali-*

PAGIUS Vita, apud Surium ad diem XXI. Januarii, & in Actis Bollandianis ad eumdem diem. Baronius anno CDXCI. num. XIV. hujus Vitæ Auctorem conjicit, esse *Cyrillum Monachum*, a quo Acta SS. Euthymii, Sabæ, & Joannis Silentiarii descripta sunt; Bollandus vero eamdem alicui Auctori Anonymo ejusdem instituti adscripsit. Verum non *Cyrillus*, sed *Theodorus* Petræ Episcopus, Sancti Theodori discipulus, hujus Vitæ legitimus parens, ex qua Compendium in lucem emissum excerptum. Est enim prolixissima, pressis lineis exarata, continetque folia XLII. in magno Registro Vitarum Simeoni Metaphrastæ attributo, quod alias percurrimus in Bibliotheca Mazarina, ubi MS. asservatur. Pauca tamen tunc ex ea mutuati fuimus, quod temporum characteribus fere nudata sit. Sed nuper quidam amicus Combefisii, a quo in linguam Latinam versa fuit, eamdem nobis communicavit, significavitque Antuerpiam ad Papebrocium missam, ut in Supplemento Sanctorum mensis Januarii, quod Vir doctissimus meditatur, ederetur. Quapropter ex ea hic exhibebimus, quæ ad Historiam Ecclesiasticam illustrandam conducunt.

IX. Sæpe Interpolatores in prima persona narrant quæ ex aliis accepere. Baronium, & Bollandum hæc Epitomatoris Vitæ Sancti Theodosii de Anastasio Imp. verba decepere. *Tulit aliquando nostrum quoque tempus Imperatorem, qui prius quidem fuerat, quantum apparebat paradisus voluptatis; postremo autem rebus fuit cognitus campus destructionis &c.* Inde enim Viri eruditissimi Anonymum illum paucis post Sancti Viri mortem annis vixisse collegerunt. At innumeris exemplis constat, Vitarum Sanctorum Interpolatores & Abbreviatores hoc in more positum habere ut quæ primævi Auctores de se ipsis scribunt, eadem ipsi suo nomine etiam proferant, quasi quæ narrant, suis temporibus accidissent, & quæ ex aliis referunt, propriis oculis vidissent. Quæ observatio cum magni momenti sit, hic exemplo confirmanda, & infra subinde indicanda. Evagrius lib.

aliquam præbere occasionem; sed duplici damno affecit adversarium, simul quidem privans pecuniis, cum esset alioqui avarus; & simul etiam spem vanam & inanem ostendens, qua ducebatur, & quæ scopo nihil habebat consequens. Sed quem leonem existimabat se habere in pedicis, eum cum in se concitasset vehementissime, præclare ostendit (ut est in proverbio) capream iniisse pugnam adversus leonem: nam cum jam tempus advenisset, & ille ab eo petiisset confessionem, & adessent qui ea de causa missi fuerant, hic mihi considera animi virtutem & fortitudinem. Sed antequam sanctissimi viri conatum adversus impium & impietatem indefesso studio editum enarremus, hic ne quid patiaris offensionis, in limine siste.

XXVIII. Scimus victimas (*a*) impiorum execrabiles Deo, & Catholicam Ecclesiam respuere, oblationes hæreticorum, quæ solemni ritu ad ecclesiam deferri consueverunt, utpote ab omni communicationis consortio alienorum. At procul abfuit, ut id genus esset Anastasii hæretici Imperatoris auri triginta librarum oblatio, missa ut erogaretur in pauperes, & si quid egerent subjecti sibi monachi, illis Theodosius partiretur. Ad quod præstandum, nempe, ut eleemosynis concilietur Deus, debet quilibet impius suaderi, nedum repelli; exemplo Danielis (*b*) id ipsum Regi æque impio ita suadentis, atque dicentis: *Quamobrem, Rex, consilium meum placeat tibi: & peccata tua eleemosynis redime; & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitam ignoscet delictis tuis.* Sic igitur Theodosius erogandas accepit oblatas ab Imperatore pecunias, tum ut hoc modo ad salutem consequendam viam illi aperiret apud Dominum, tum etiam ut per ejusmodi officium aditum sibi quoque modo ad insinuandam eidem fidentius veritatem patefaceret, ut tamquam amicus audiretur, nec veluti adversarii hominis ejus sermo respueretur; quod & patefecit eventus. Sed pergit auctor de vigilanti solicitudine Theodosii in comparando exercitu, & habendo delectu, quo strueret aciem adversus insurgentem Imperatorem:

(*a*) *Isai.* 1.
(*b*) *Daniel.* 4.

XXIX. De Theodosii epistola Apologetica ad Imperatorem.

Cum (inquit) *omnes simul congregasset cives solitudinis, & dixisset esse tempus, ut finem acciperet dictum illud Prophetæ, quod jubet mitem fieri pugnatorem; & eos instruxisset ad suscipienda pro pietate certamina; se ostendit esse ducem se militem, se virum strenuum & fortem & primum in omnibus.* Atque armorum prœlium imitatus, in quo antequam pede collato cominus concertetur, missilia mittuntur eminus; *ita ipse primum omnium cum Imperatore* (inquit) *per litteras est congressus. Et lubentissime quidem meminissem illarum ipsarum probationum, quibus Theodosius apertas nugas esse ostendit ea quæ ex propositis videbantur esse validissima; sed propter prolixitatem & ea spectans, de quibus agitur in præsentia: multis enim manibus opus esset & libris.* Declarat plane his auctor, haud fuisse Theodosii ad Anastasium Imperatorem brevem tantum scriptam epistolam, sed quæ fidei Catholicæ defensionem fortissimam contineret; ob idque multis eam oportuit fuisse argumentis aculeatam: quam utinam transmisisset ad posteros integram, cum solum ejus meminit in dicendo libertatem, paucisque ostendit, quam esset homo liber & qui nequaquam deiici deprimive poterat: nam accipe quæ in ea scripta sunt:

XXX. Ex epistola S. Theodosii ad Anastasium Imp.

Cum hæc duo sint nobis proposita, o Imperator, vel turpiter & illiberaliter vivere consentiendo Acephalis vel honeste mori sequendo recta Patrum dogmata: scito a nobis mortem esse præferendam. Tantum enim abest ut hæc nova sequamur dogmata, ut non solum in loco mansuri simus præcedentes Patrum leges sequentes;

PAGIUS lib. 3. cap. 23. de Euphemio Patriarcha Constantinopol. & de Petro Patriarcha Alexandrino verba faciens: ait: *Hic accepit Synodicas Epistolas, quas Petrus ad Fravitam scripserat. Cumque in illis anathematizari gesta Chalcedonensis Synodi deprehendisset, magnopere conturbatus est, seque a Petri communione sejunxit. Extant etiamnum utriusque Epistolæ, tam Fravitæ ad Petrum, quam Petri ad Fravitam, quas ob nimiam prolixitatem prætermisi.* Periere hæ literæ a pluribus sæculis; & tamen Nicephorus, qui septingentis post Evagrium annis floruit, lib. 16. cap. 19. Evagrio non citato de iis differit, ac si legisset, quamvis Evagrii verba fere transcribat: *Cum Flavitas adhuc thronum* (sc. Constantinopolis) *obtineret, Synodales ad Petrum Alexandrinum dedit, & ejusdem generis literas ab eodem accepit, in quibus ea de Chalcedonensibus Actis anathemati ea subiiciens scripsit. Cum autem interea Flavianus e rebus humanis excessisset,* &c. *Extant etiamnum utriusque Epistolæ, tam Flavitæ ad Petrum, quam Petri ad Flavitam, quas ob nimiam prolixitatem prætermisi.* Quare, ut jam anno DVIII. num. XIII. de alio Interpolatorum vitio notavi, in legendis Auctoribus sedulo discutiendum, an primigenii, an vero tantum Compilatores, aut Interpolatores fuerint, nihil vel parum hac in re in eorum fide ponentes, quando etiam asserunt, se quæ narrant, vidisse, vel a viris fide dignis accepisse, vel denique quando citatis primævis Scriptoribus se iis nihil addidisse affirmant. Non enim nisi ex horum conscriptione primigenia colligi potest, eos revera aliquid non adjecisse, aut mutasse, & temporibus, quibus, quæ referunt, contigere, vixisse. Utriusque regulæ defectu varia Sanctorum Acta, quæ aut suppositititia, aut ex diversis consarcinata, pro genuinis reputantur, indeque errandi occasio datur. Sed redeo ad *Theodosium*.

tes; sed eos etiam, qui præter hæc alia tueri sustinuerint, pie abdicabimus & subiiciemus anathemati; sed nec ullum ex Acephalis ordinatum per vim suscipiemus. Absit ut hoc fiat, o Rex Christe. Et si tale quid contigerit, veritatis Deum præsidem testantes, vel potius illum ipsum, qui nunc ab ipsis maledictis & blasphemiis appetitur, usque ad sanguinem resistemus & quomodo pro patria, ita pro recta fide lubenter animas profundemus, etiam si ipsa sancta loca igne perdenda visuri simus. Quid enim opus est solo nomine, quando ipsa sacra revera afficiuntur contumelia? Nos ergo nequaquam admittemus aliquid sentire (tantum abest ut dicere) quod discrepet a sanctis & oecumenicis Conciliis: Ex quibus primum quidem ornatur trecentis decem & octo Patribus, qui cum adversus Arium in sancto Spiritu Nicææ convenissent, anathemati miserum subiiciunt, & a corpore abscindunt Ecclesiastico, alienantem a Patris essentia eum qui est natura Filius, & introducentem dogmata aliena a recta fide. Secundum autem impulsu divino congregatum adversus Macedonium, qui ipse quoque scelerate loquebatur adversum bonum Spiritum, eum abdicat. Tertium autem adversus profanam & execrandam linguam Nestorii, qui ipse quoque absurda erat locutus adversus Christi carnis susceptæ consilium pulchre Ephesi convenit. Post hæc quidem fuit etiam Chalcedonense sexcentorum & triginta divinorum Patrum: qui cum etiam ea dixissent quæ conveniebant prioribus; & quæ illi dixerant, adhuc accuratius exposuissent; infelicem & execrandum Eutychetem una cum Nestorio abscindunt a corpore Ecclesiæ, & fidem confirmant Apostolicam; & quicumque non ita sentiebat, decernunt esse alienum ab Ecclesia. Adversus hæc & ignis accendatur, & ensis acuatur, & mors quoque nobis acerba afferatur, immo vero, si fieri possit, pro una innumerabiles; nos vero numquam prodemus veram religionem; neque ea quæ recte placuerunt Patribus, ea abrogando, probro afficiemus. Testes sint eorum sudores, quos pro fide susceperunt, & multæ dimicationes: sed ea manebunt firma & immobilia & apud nos, & apud eos quos fas est & Deum & nos sequi. Pax autem Dei, quæ superat omnem mentem, sit custos & dux tuæ potentiæ.

Generosa confessio Theodosii.

XXXI. *Cum hanc Imperator accepisset epistolam, remittens, & vim afferre, conari persuadere, se potius submittens, aggressus est se se de his excusare, quorum accusabatur; & sic composuit epistolam:*

Anastasii Imp. epistola ad Theodosium.

Hujus innovationis, o homo Dei, nos non sumus auctores. Testem confidenter invocamus, qui omnia cernit, Dei oculum. Sed ab illis oritur hic motus, quos plus quam alii oportebat hæc honorare silentio. Nunc autem cupientes singuli primi videri & dicendi facultate & dignitate, se ipsos feriunt, & nos ad se invicem attrahunt. Quid nos ergo aliud oportet facere, quam dum ii moventur, nos non simul moveri, sed quietem amplecti; ut sic persuadere possimus eis, qui hæc movere statuerint, dimissa tali contentione, una nobiscum quiescere?

XXXII. *Omnino enim tuam non latet pietatem, quod quidam monachi & clerici, qui rectam fidei sibi vendicant sententiam, hæc movere scandala, se ipsos (ut diximus) studentes ostendere primas obtinere partes in harum rerum cognitione, & quod mysterium & fidem in ore suo circumferant. Quæ qui-*

PAGIUS X.

S. Theodosius Concilii Chalcedonensis defensor.

Is in Cappadocia natus destinatus est ad Divinæ Scripturæ libros ex munere populo Christiano lectitandos; qui cum Hierosolymam *extremis temporibus Imperatoris Marciani* venisset, indeque Antiochiam, adiit insignem illum *Simeonem* ex columnæ specula Solis instar universam Ecclesiam, quæ sub cœlo est virtutum suarum radiis collustrantem. Inde *Theodosius* ad Sanæam Dei Civitatem venit *Beato Juvenale* ejus Urbis Archiepiscopo, & ut Præfecturæ onus defugeret, montis summum verticem petit, ubi postea sanctum ejus corpus sepultum fuit. Ibidem Monasterium a fundamentis extruxit; cumque Anastasius Imp. in tantam evasisset dementiam, ut eum in consensum se putaret adducturum, nulla formidine adduci potuit, ut ab iis, quæ a Sancta Synodo Chalcedonensi pie definita essent, recederet, hæcque inter alia ad eumdem Imperatorem scripsit. *Quonam igitur modo, nos Hierosolymitæ post annos quingentos, iisque plures, a Christi adventu, fidem addiscemus! quamobrem certo liquet, eam quæ priori Christianæ fidei nunc temporis emendatio inducitur, non vere Christi doctrinam esse, sed Antichristi, qui videlicet Ecclesiarum pacem & unionem confundere studeat, & ut turbatione atque ordinis eversione, nulla rerum firmitate, omnia impleat, prorsus fatagat. Horum porro omnium auctor ipseque opifex ille pridem & a principio Acephalus, atque ab Ecclesiæ unione abscissus, Severus, qui ipse animæ suæ communisque fidei exitio, Deo sic indulgente, ob nostra scelera, Antiochenus Præsul provectus est. Hic nempe Sanctos Patres nostros anathemate percussit, eos nimirum, qui Apostolicam fidem Sanctorumque omnium trecentorum decem & octo Patrum communibus calculis definitam, nobisque traditam, per omnia confirmarunt, omnesque in ea illuminarunt: cujus nimirum Acephali communionem ac unionem cum repudiemus ac prorsus reiiciamus, rogamus Pietatem vestram, ut Ecclesiarum omnium matris misereatur, Deo chari Imperii vestri tuentes partes; quæ sic indigne probro habeatur ac diripiatur, & ut sancire velitis, ut quæ Sanctæ Dei Civitati imminet procella, penitus depellatur.*

XI. *Scribit ad Anastasium Imp.*

Vita enim & morte in fidei causa nobis propositis mors longe nobis pluris fit. Nusquam enim fiat, ut Ecclesiæ Dei hostium, eorumque inanium dirarum ullo prorsus modo aut ratione socii accedamus, qui Deo nobis auctore Apostolicam fidem teneamus, in qua stamus, & in spe gloriæ Dei glo-

quidem cum non possint comprehendi ab hominibus, nihil aliud quam illos mendaces ostendunt & sycophantas. Ex quo etiam proficiscitur magna Dei in nos indignatio, eo quod existimemus mysterium non esse mysterium, nec ex sola fide consistere, sed ex absurdis nugis; & condemnamus eos, qui nos docuerunt Deum fide & mysterio colere. Vos ergo nunc quoque oportet, si umquam, orare pro Ecclesia, ut nos benignis Deus oculis aspiciat, & pacem suis conciliet Ecclesiis, quæ tam male sunt divisæ propter studia ipsorum Præsulum. Quæ autem a vobis missæ sunt eulogiæ, nobis admodum lubenter ostensæ sunt. Nostrum autem quale sit institutum, annunciabunt pii monachi, qui a vobis missi sunt. Et hoc quidem modo se habuit epistola. Vidisti plane Saul aliquando prophetantem: sed sicut eum evestigio malus aggressus est spiritus, ita plane exagitat Anastasium mentis delirium, & ex malo dæmone immissa phrenesis alienans e mente hominem, vana, fatua atque blasphema loqui ac furere penitus impulit. Declarant hæc quidem quæ de eodem Imperatore auctor post subdit, ubi primum hæc ait:

XXXIII. Rursum furit Anastas. Imp. *Sed qui hæc quidem scripserat Imperator, & tunc de furore paululum remiserat, & bellum quod adversus rectam opinionem, vel suum caput potius gerebat, represserat; non multo interjecto spatio gravis subit pœnitentia: & perinde ac si eum pœniteret, quod omnino parum esse pius statuisset, & se facilitatis nimiæ condemnaret; ad priora est reversus. Difficile enim est (ut in proverbio est) asinum confricantem avertere. Rursum ergo edicta adversus pietatem; rursusque hic egregius martyr citra sanguinem: siquidem consideranda est voluntas, & non rerum exitus. Nam cum omnes essent plane consilii inopes, & dubii quid agerent? & alii quidem blasphemiam defenderent, alii autem vererentur vel solummodo contradicere, fortasse autem etiam hac in re communi patri dicendi libertate cederent, & veluti ducis signum expectarent; tunc evadit manifestum, qualis etiam senectus, quando zelo confirmatur, se fortiter & juveniliter gerit adversus ea quæ pro bono, & honesto suscipiuntur pericula. Contemptis enim illis scriptis & decretis, minisque innumerabilibus, turbaque quæ Imperatorem & Deum ex æquo reverebatur, militibusque qui eos observarent qui essent tale quid dicturi; illis omnibus contemptis tamquam vanis strepitibus & dicens non esse suum, sed puerorum talia borrere tonitrua, leonis suscipiens impetum, cum Dei templum esset ingressus, & suggestum conscendisset, in quo solent legere sacerdotes, manu populo significans silentium: SI QUIS, inquit, QUATUOR SANCTAS SYNODOS NON TANTI ESSE EXISTIMAT, QUANTI QUATUOR EVANGELIA, SIT ANATHEMA.* Theodosius magnis animis veritatem propugnat.

Hæc cum dixisset, & tamquam Angelus populum adduxisset in admirationem, & vocem omnibus ademisset præ miraculi magnitudine, per silentium procedit per medium eorum tamquam dormientium & existimantium se in somnis videre, non autem vere id quod fiebat. Et fuit hoc quidem viri stratagema, ex quo dictas quoque sanctas Synodos in sacris Diptychis col- XXXIV.

PAGIUS *gloriamur; uno omnium sensu unaque fide, Dei munere, qui in sancta hac Terra habitamus, sanctasque quatuor Synodos Evangelica figura numeroque ornatas, eadem concordes sententia in uno spiritu sensuque libenter recipimus; quæ nimirum diversis temporibus ac locis, Deo adspirante, adversus subjectarum hæresum multiplices errores coacta, vocibus tantum, & non virtute differunt, ut quæ Dei digito exaratorum Evangeliorum imago ac virtus existant.* Paucis interjectis: *Certo sciat vestra Majestas coram Deo & electis Angelis nullo nos modo aut ratione, illis, quos dicebam, communione jungendos, qui nimirum ab Ecclesiæ corpore se se absciderunt, quin legitimum Canonicumque procedat Judicium: ac nec ulli unquam ullo modo circa fidem novitati assensum prabebimus, aut ullum Acephalorum ullo unquam tempore per vim ordinatum recipiemus*, & cætera in Compendio Vitæ Sancti Theodosii cap. 12. apud Surium, vel apud Bollandum legenda.

XII. *Responsum Anastasii Imp. ad S. Theodosium.* Epistola vero Anastasii Imp. qua Theodosio Abbati respondet, sic habet: *Scripsit Pietas tua non debuisse mala hæc moveri fidei causa, quæ nostro Imperio mota sunt. Ac quidem non esse nos horum auctores, testis est Dominus Deus universorum Judex: sed quorum partium erat, ut pacem ac tranquillitatem diligerent, illi nobis hæc moverunt & movent, dum alii aliis pravitare videri volunt. Ecquid nos aliud faciemus, quam ut dum illi male moventur, non cum ei pariter moveamur, sed quietem colamus, ut hinc discant, qui hos motus cient, pari nos consilio tranquillitati studere. Omnino enim non nescit Tua Pietas, quosdam Monachos ac Clericos, qui videlicet recte fidei studium præferant, hæc scandala movisse, dum sibi mysterii cognitione primas ambiunt, ac fidem ore circumferunt. Quæ quidem cum humano ingenio incomprehensa sint, nihil aliud quam se mendaces ac sycophantas ostendunt. Ex quo etiam magna in nos Dei indignatio in nos proficiscitur, eo quod existimamus mysterium non esse mysterium, nec sola fide, sed nugis nostris constare, eosque condemnamus, qui nos fide ac mysterio Divina venerari docuerunt. Vos itaque precibus ad Deum agite, ut sua misericordia mala despiciat, ac sic divisis sanctissimis Ecclesiis per ipsorum Præsulum studia tranquillitatem indulgeat, ac eorum nemo cum proximo diffideat. Quas vero misit Pietas Tua eulogias, lubentes suscepimus: ac qui quid nobis animi sit atque velimus, nunciabunt vobis, qui missi sunt reverendi Monachi.* Ita Anastasius ad Theodosium.

XIII. Quæ postquam retulit Theodorus in hujus Sancti Vita, subdit: *Igitur Imperator postquam hæc scripserat, ac bellum adversus Ecclesiam non-*

Circuit Theodosius regiones, armat omnes pro fide tuenda. *collocare statuerunt. Cum post hæc autem nonnihil esset cunctatus, & nec parum quidem substitisset, obiit civitates quæ erant circumcirca, discipulos & alios suos sectatores ex solitudine, veluti quidam dux exercitus eos qui sub se erant inducens, primus canos, primus etiam ostendens promptum animi studium, omnes obiens, factus omnia omnibus, certiores reddens eos qui dubitabant; adhuc confirmans eos qui erant stabiles; eos excitans qui erant socordiores; eorum qui erant prompto & alacri animi studio, augens diligentiam; addens animum his qui extimescebant; adhortans eos qui decertabant; terrens adversarios, quod tam esset magno & generoso animo, ut ad eum non pateret aditus; medicinæ celeritate omnem morbum præveniens; docens omnes, quod Dei Verbum esset quidem idem simul Deus & homo, una autem hypostasis, sive persona, utramque eorum habens naturam, divinitatem scilicet, & humanitatem.*

XXXV. Vana hæreticorum deliramenta. *Ad ea autem quæ dicta sunt probanda, adduxit illam sanctam Synodum œcumenicam*, nempe Chalcedonensem, *quæ ipsa quidem de Christo sic agit: & ea ratione effugit declinationes hæreticorum, quæ fiunt in utramque partem. Nam eo, inquit, quod unam confiteatur personam, repellit impiam Nestorii hæresim: eo autem quod non neget duas naturas, Eutychetis & Dioscori magis impiam exturbat hæresin: neque similiter ut Nestorius, Christum unum dividens in duos Filios & hypostases, neque similiter ut Eutyches & Dioscorus & etiam Severus in unam confundens naturam, unius scilicet Christi divinitatem & humanitatem. Nam plus quam pars sit, habet unusquisque eorum, unus quidem fugiens divisionem, alter vero contractionem.* Et paulo post de Theopaschitis: *Eutyches autem & Dioscorus, & etiam Severus qui se eis nuper adjunxit & impietatis elegit esse particeps, ut qui vellent absurdissimam Nestorii tollere divisionem, malum malo medicantur; & ipsi quoque rursum stulte audent introducere confusionem, unam & eamdem nominantes naturam divinitatis & humanitatis, & ad passionem (quantum ad eos attinebat) non verentes adducere impassibilem divinitatem: si enim ex eorum sententia una est Christi natura (is autem est re vera Deus & homo) fuit ergo divinitas mortis quoque particeps. Sed scelerata his ora obstruantur, & mali male cum suis pereant dogmatibus.* Et post nonnulla ad Catholicam veritatem probandam sapienter adducta, ista ad postremum auctor:

Hæc ergo & his similia docens ille lingua libera, & quam acuerat confidenter loquendi audacia, quoniam Imperatorem magis ad iram provocaverat, ab eo perpetuo damnatur exilio; ab eo, inquam, qui jam inevitabilem suam exterminationem, & quæ hinc erat futura, venientem ignorabat migrationem. Subdit autem de ipsius Imperatoris repentino obitu, de quo nobis suo loco dicendum. Hactenus certamen magni Theodosii, quem vita Angelis haud impar, & in editione signorum ac propugnatione Catholicæ veritatis Apostolis comparanda mirifice nobilitavit. Ita plane decuit præconem veritatis hujuscemodi confessionis insignibus decorari: quo etiam cæcis fieret luce clarissima manifestum, quanam in parte, Severine pseudomonachi, milliesque sacrilegi, an vero Theodosii vita sanctissimi atque miraculis celeberrimi fidei XXXVI.

PAGIUS

Anastasius Imp. rursus Orthodoxos persequitur. *nonnihil remiserat, velut pœnitentia ductus, quod vel paululum omnino pietati studere videri voluerat, ad proprium rediit vomitum. Quid igitur? Rursus adversus pietatem Edicta: ac rursus Vir fortissimi pectoris non sine sanguine Martyr, si modo sic hominum moribus comparatum esset, ut voluntates non rerum eventus expectarent, præclarissimus adversus fidei hostes pugil coronatus existit. Cum enim omnes animi ancipites essent, nec ullus resisteret, ea forte ratione, quod communi Patri hoc in negotio fiducia loquendi partes cederent, & ut ordini honor haberetur, & senectus fungendis Dei causa periculis juvenili prope ardore claresceret, consurgit alacris pietatis lycæo, ut pro pietate palam fidenterque decertet; conscensoque sanctæ Resurrectionis eminenti loco, quo scilicet Sacerdotalis ordinis homines ad plebem Sermonem habere solent*, (suggestum vocant atque ambonem) *elata voce in hæc verba prolocutus est: Si quis quatuor Sanctas Synodos pari cultu ac quatuor Sancta Evangelia non recipit, anathema sit; atque his dictis Sanctas dictas Synodos in Sacris Diptychis reponendas curavit: quæ & hactenus ex eoque tempore nominatim ex illis prædicantur. Hoc facto nec vel minimum ibi trahens moram, Vir animo strenuus ac spiritu fervens circum Urbes & Oppida cum aliis eremi incolis, pari ac ille fidei Zelo lustrabat ac circuibat: cum filiis pater, cum Israelis acie ipse aciei Dux primus canos, primus fervore animi hæreticum omnem morbum ac labem remedii celeritate antevertens, atque omnem animorum langorem recta fidei prædicatione fugans.* Multis interpositis subjungit: *Istiusmodi dictis factisque sanctas dictas Synodos per civitates & loca sacris Diptychis adscribi perfecit. Quibus ira motus Imperator (siquidem Imperatorem Regemque dicere convenit, qui tanto scelere & improbitate, miserabiliter protervire adversus fidem sibi ipse constituisset) sententiam tulit, qua Virum justum a suis locis exulare juberet.*

XIV. Dum eos persequitur, interit. *At antevertens Divina ultio illum quidem vivis exemit, illic hactenus reservatum, ubi cujusque operis exigenda ratio, quod tandem factum animo sit: Beatum autem Virum quibus degebat locis virtutis Monumentum videntibus futurum servavit, Sanctarumque Ecclesiarum, quæ jactabantur, procellam sedavit. Qui eas tenebant ab Ecclesia refugis omnibus, justa sententia exilio damnatis; ac rursus qui pietatis defensores essent, eorum loco Sedibus suis restitutis.* Non fuisse itaque Theodosium in exilium ejectum, extincto

dei veritas esset; cum alioqui plurimi hoc tempore viverent Theodosio haud meritis impares viri præclarissimi, ejusdem Catholicæ fidei assertores atque propugnatores, ut inter alios Joannes Silentiarius, atque Sabas, & qui sub eo militabant præstantissimi monachi & anachoretæ. Quinam autem fuerint his temporibus ipsius Sabæ in fide Catholica defendenda labores, dicemus anno sequenti: sed & de Theodosio inferius agendi occasio frequens erit.

Ad

PAGIUS

cto interim Anastasio, indicat Theodorus. Quare cum Anastasius Imp. mense Julio anni quingentesimi decimi octavi interierit, hæc serius quam præsenti anno contigisse oportet. Denique observatione dignum quod Sanctissimus Abbas de quatuor prioribus Conciliis Generalibus ut quatuor Sacris Evangeliis venerandis asserit; hoc enim Gregorius Magnus postea iteravit, universaque semper tenuit Ecclesia.

XV. *Theodoricus Regni Visigothorum tutelam suscipit.*

Gesalicus Visigothorum Rex *Aquitaniam petiit, ibique anno delitescens Spaniam revertitur, atque ab Ebbave Theuderici Regi Duce duodecimo a Barcinone urbe milliario, commisso prælio in fugam vertitur, captusque trans flumen Druenticum Galliarum interiit, sicque prius honorem, postea vitam amisit*, inquit Sanctus Isidorus in Chronico Gothorum, qui antea scripserat, cum annis quatuor regnasse. Gesalico e medio sublato, Theodoricus Italiæ Rex Regnum ad Amalaricum ex filia nepotem transtulit ejusque tutelam suscepit, ut diximus anno DVIII. num. VIII. . . . . . quod ante VI. Idus Junias currentis anni factum, ostendit Concilium Gerundense *Agapito Consule septimo Theodorici Regis anno*, ea die habitum. Hæc Theodorici epocha secundum quam annis XV. in Hispania regnavit, diligenter observanda, ut Concilia eo regnante in Hispania celebrata suis annis reddi possint. Eam itaque singulis annis præfigemus prætermissa priori, utpote minus necessaria.

Concilium *Aurelianense* hoc anno habitum, anno DVII. num. X. explicatum. *Clodoveus* Francorum Rex moritur ut anno DXIV. numero VII. & seqq. videre est. Synodus *Sidonia* de qua anno sequenti num. II. & seqq.

JESU CHRISTI ANNUS 512.	SYMMACHI PAP. ANNUS 14.	ANASTASII IMP. 22. THEODOR. REG. 20.

I. Conatus Anastasii contra pietatem. AD sequentem annum Domini quingentesimum duodecimum indicandum Consules dant Fasti Paulum & Muscianum: quo ob defensionem Catholicæ fidei populus Costantinopolitanus adversus impium Anastasium Imperatorem insurrexit: quæ autem ab eo patrata fuerint, Marcellinus sub iisdem Consulibus sic breviter recitat: *Die Dominico, dum jubente Anastasio Cæsare, per Platonem in Ecclesia pulpito insistentem in hymnum Trinitatis Theopaschitarum quaternitas additur; multi Orthodoxorum pristina voce psallentes, perfidosque præcones clamoribus objurgantes, in ejusdem Ecclesiæ gremio cæsi sunt, ductique in carceres perierunt.*

II. Populus Constantinopol. tumultuatur. *Altera nihilominus die in atrio sancti Theodosii majori cæde pro fide unica perculsi sunt. Quapropter commota Orthodoxorum agmina die sequenti, id est, octavo Idus Novembris (in qua die memoria cineris dudum totam Europam tegentis apud Byzantium celebratur) in forum cum constantia undique confluunt: quorum alii quidem, cæteris die noctuque hymnum Trinitatis Christo Deo psallentibus, totam peragrant civitatem, & Anastasium Cæsarem monastico habitu affectantes ferro flammisque interimunt: alii claves portarum, omniaque signa militaria ad forum, quo religionis castra metati fuerant, deferunt: ibique, Anastasio Cæsare in Processibus degente, Areobindam sibi Imperatorem fieri clamitant: immaginibusque deinde statuisque Anastasii in terram dejectis, Celerem & Patricium Senatores ad se supplicandi sibi vel satisfaciendi gratia missos, jactis pluviæ instar lapidibus, repulerunt, domibus Marini & Pompeii succensis. In Circum ad Anastasium venientes, & ante ejus solium consistentes, hymnum Trinitatis juxta morem Catholicum concinentes; coruscumque Evangelium, Crucemque Christi ferentes, e foro plurimi convenerunt, Marinum Platonemque pravitatis ejus auctores ferro subiici debere conclamantes. Hos cives Anastasius Cæsar, solitis perjuriis, simulatisque vocibus sæpe facturum cuncta promittens, tertio die ex quo in forum advenerat, sine ullo rerum effectu ad sua fecit habitacula repedare.*

Porro redintegrata Anastasius pravitate, infamem & irridendam Synodum apud Sidonem civitatem (cujus de nomine ridicula nomina præponuntur) octoginta ferme perfidorum Episcopis congregatis adversus Orthodoxorum Episcopos, fieri imperavit. Flavianus Antiochiæ Catholicus Patriarcha, & Joannes Paltensium Pontifex, quoniam hunc cœtum sacrilegum refellerunt, in castellum, quod Petra dicitur, exules missi sunt; ibi Flavianus confessor Christi in Domino requievit; Joannem Justinus Augustus mox Imperator factus revocavit. Hactenus de his Marcellinus, qui a rebus hoc anno gestis exordiens, ut totam rei gestæ periodum clauderet, quæ posteriori quoque tempore sunt facta conjunxit. Nos vero ex more singula singulis reddentes annis, quid hoc gestum sit anno, modo oratione potissimum prosequemur. III. Synodus in Sidone.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6005.

SÆC. VI. Anno Eræ Hisp. DL. A.C. 512.

☉ 17. AG. ☽ 19. P. 22. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 512.

SYMMACHI PAPÆ 15.

ANASTASII IMP. 22.

THEODORICI REG. 20. & 2.

I. Consules. [1] COSS. *Paulus & Muschianus*, ut habent Cassiodorus, Marcellinus, Tununensis, Anonymus Cuspinianeus & Fasti Heracliani, ille in Oriente, hic in Occidente creatus. In Codice enim Justinianeo lex 32. *de donationibus*, dicitur data ab Anastasio *prid. Kal. Maii*, *Paulo V. C. Cos.* prætermisso Muschiano ejus collega quia sc. in Occidente Consul renunciatus fuerat, vel forte quia ejus designatio Constantinopoli nondum innotuerat. Dionysius Gothofredus in Notis ad eam legem, putat hunc esse *Paulum* qui anno CDXCVI. Consulatum in Oriente sine collega gessit, qua etiam in sententia versatur Onuphrius in Fastis; at eos errare, præfata subscriptio docet, in qua etiam non effertur cum nota numerali.

II. Synodus Sidonia adversus Chalcedonensem habita. A num. I. ad XXXIV. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DIII. qui Kalen. Septemb. anni Christi 510. inchoatur, ait: *Hoc anno Synodum Sidoniæ congregari sanxit* (nempe Imperator.) *Soterichus enim Cæsareæ Cappadociæ a Macedonio consecratus Chalcedonensis Synodi*

NOTÆ [1] COss. *Paulus & Muschianus*.

Victor: *Paulo & Muschiano coss.* Marcellinus: *Paulo & Muschiano coss.* Symmachi Papæ epist. *Post consulatum Felicis.*

Epitome temporum & Indiculus Paschæ anno a Passione Domini CCCCLXXXV. eoque bisextili P. C. *Felicis*. Sequitur litteris longobardicis, sed minus antiquis. *Hoc anno in K. Jul. sol. eclipsim* (passus est) *& in monte vesuvio .... Id. Jul.* GEORGIUS

IV. *De Monachis hæreticis occisis.* Rebus autem gestis hoc anno Cedrenus post illatas a populo contumelias in Imperatorem & domos incensas, hæc addit: *Monachum* (inquit) *in mansione S. Philippi prope cisternam S. Mocii inclusum, quod Imperatoris carus erat, necare, eapiteque ejus hastæ affixo, clamare: Hic est amicus hostis sanctæ Trinitatis; & monacham, quam Imperator maximi faciebat, jugulare: cadaver utrumque raptare, & in Studii mansione cremare. His perterritus Imperator, hæresim aliquantisper deseruit.* Hæc auctor. Porro has turbas Constantinopolitanas numquam sedatas esse, sed singulis ferme annis, quoad vixit Anastasius, integratas, quæ sequentibus annis Marcellinus sub uniuscujusque anni Consulibus tradit, aperte declarant.

V. *De tempore Synodi Sidonis.* Quod vero Synodum Sidone in Palæstina celebratam hoc anno referunt, eo quod sub anni hujus Consulibus Marcellinus ejusdem meminerit: antequam de ipsa agamus, dicendum nobis erit de sancti Sabæ legatione ab Elia Hierosolymorum Episcopo missa ad Anastasium Imperatorem: quam hoc ipso anno contigisse, inde haud dubium deducitur argumentum, quod cum Cyrillus rerum omnium inspector & scriptor testetur ipsum Sabam cum sociis ea fungentem legatione fuisse ætatis annorum septuagintatrium, idemque tradat ipsum natum sub decimoseptimo Consulatu Theodosii Imperatoris, qui est annus Domini quadringentesimus trigesimusnonus; plane hoc anno ipsum id muneris obiisse reperies. At licet vulgatus Latinus codex, septuaginta, tantum dicat: Græcum Vaticanum habes, quem consulas de septuagintatribus; quod & certa ratio aperte etiam demonstrat, dum auctor ait ea contigisse, cum jam ejecto Macedonio subrogatus fuerat Timotheus Episcopus Constantinopolitanus. Hæc de tempore exacte discussimus, ut rerum gestarum series sicut certior, ita & facilior disponatur. *Legationis Sabæ tempus & causa.*

VI. Quod vero ad eamdem legationem pertinet, ejus mittendæ occasio inde processit *: quod cum jam ubique locorum divulgatum esset acre certamen ab ipso Anastasio Imperatore adversus fidem Catholicam instauratum, pulsumque esse Constantinopoli ejusdem patronum Macedonium ipsius civitatis Antistitem: jamque odoraretur ipse Elias Hierosolymorum Episcopus eamdem impiorum pugnam Imperatoriis viribus auctam in omnes Orthodoxos Episcopos Orientis in exterminium totius Catholicæ fidei progressuram; ad imminentia mala hæc avertenda, idem Antistes Elias antevertere putavit legatione sanctissimi viri Sabæ & sociorum, de quibus plura superius. Describemus nos hic eamdem legationem memoria quidem digna ab ipso Cyrillo narratam. ** præcessit.*

VII. Sed ante Timothei hæretici Episcopi Constantinopolitani artes in concilianda sibi diversorum tum præsentium, tum absentium communione sunt propalandæ. Quem enim vidimus vita turpissimum anno superiori, simulac sedem ejus Ecclesiæ nactus est, ad aucupandam communionem Studitarum monachorum, ut eorumdem consecraret Antistitem, nullo negotio professionem edidisse Catholicam, Synodumque probasse Chalcedonensem; iisdem artibus tum Antiochenum Episcopum Flavianum, tum Eliam sibi editione Catholicæ professionis conjungere conatus est: quod & facile est consecutus. Verum cum postea ab hæreticis tentaretur Elias, ut damnaret Chalcedonense Concilium tantum abest ut ipse acquieverit, ut edita fidei proprofessione, sese defensorem decretorum ejusdem sanctæ Synodi prætetulerit. His illi graviter offensi, dolo agentes, falsam produnt Eliæ nomine fidei confessionem, qua damnabatur ipsum Chalcedonense Concilium. Hæc quidem omnino ita se habuisse monachi Palæstinæ scripta epistola ad Alcysonem Episcopum manifeste testati sunt: reddemus eam inferius suo loco. *Elias Episc. Hierosol. conf. fidei Catholicæ.*

VIII. Accidit autem, ut eam ab Evagrio editam monachorum Palæstinæ epistolam cum Theodorus Lector minime compertam haberet, inciderit in illam ab hæreticis Eliæ nomine scriptam falsam fidei professionem: & vere esse Eliæ existimans, eum in errorem esse lapsum incaute nimis scriptis prodiderit, atque de ipso sanctissimo viro nimis sit indigne locutus. Quod si perquisisset priorem illam catholice scriptam ad hæreticos eam ex-

PAGIUS *di Decreta, velut fidei regulas se admittere scripto professus est. Ejus autem postmodum factus inimicus, adeo ivit in adversum, ut in Orientem profectus impio Xenaiæ rem omnem communicaret, & ad extirpandam funditus sanctam Chalcedonensem Synodum, aliam Sidoniæ celebrari ab Imperatore postularet uterque; & hæc convocata dicto citius dissipata est, & soluta Eutropii Tribuni ab Imperatore in hunc finem missi opera, qui ea abrogata, Flaviano Antiochiæ & Eliæ Hierosolymorum, subjectisque ipsis Episcopis, ut quæ Sidoniæ fuerant acta, literis ad Imperatorem referret, auctor fuit. Flavianus porro Synodos tres solummodo, & Zenonis Concordiam se recipere scripsit, nulla prorsus de Chalcedonensi facta mentione; Elias autem Hierosolymitanus Episcopus Chalcedonensem proscribere testatus est. Sotericbus autem Cæsareæ Cappadociæ, & Xenaias Imperatori adversus Flavianum & Eliam scripserunt, ipsos nimirum, dum contra Chalcedonensem Synodum palam dare sententiam recusarent, quominus in cœtum & unum sensum coirent, in causa fuisse. Quare iratus Anastasius falsis quibusdam Monachis, ut Antiochiæ convenirent, ubi tu-*

exigentes, vel quam posteriorem dedit, cum se calumniam passum in falsæ editione epistolæ conclamavit, seque vere esse Catholicum demonstravit; nequaquam hæc quæ sequuntur de eo locutus esset, cum ait:

IX. *Eliæ Hierosolymorum Episcopo mandavit Imperator, ut Synodum Episcoporum, quos sub se habebat, colligeret* (nempe Sidone Synodum congregaret) *& Quartam Synodum condemnaret. Elias vero Synodum quidem non congregavit, ipse vero solus Nestorium, Eutychetem, Diodorum, & Thedorum, & Synodum Chalcedonensem anathemate condemnavit.* Hæc ipse, sed plane deceptus (ut dictum est) ex falso adscripta Eliæ composita ab hæreticis fidei professione: quantum autem idem polleret fide Catholica, quæ dicemus de eodem sæpe inferius facient manifestum; cum hujus rei causa, ad avertendum nimirum Imperatorem a prava sententia, quam in Orthodoxos conceperat, missum esse ab ipso Elia Sabam, quæ referre aggredimur ex Cyrillo, demonstrant. Sunt hæc ejus verba (*a*):

(*a*) *Extat apud Sur. tom. 6. die 5. Decemb.*

X. Mittitur Sabas cum aliis Legatus ab Imper. *Studium autem & curam ponebat Anastasius Imperator, ut Flavianus & Elias assentirentur Timotheo: Illi vero Timothei quidem susceperunt communionem, utpote quod ipse quoque conveniret verbo rectæ fidei; Macedonii autem admodum ægre ferebant exterminationem, ut quæ non tam jure ac legibus, quam vi & potestate fuisset facta. Hoc adversus ambos magno furore commovet Imperatorem, & efficitur Ecclesiis causa magnæ tempestatis. Quod quidem cum nescio unde rescivisset Elias, qui Palæstinæ præerat Ecclesiæ, missis legatis, diligenter agit de reconciliatione. Legati autem erant & multi alii Patres, & ipse Sabas (cujus nunc vita est argumentum nostræ hujus orationis) jam septuagintatres * annos natus. Præterea vero mittit etiam Elias epistolam, in qua hæc scripserat:*

* Septuaginta.

XI. Litteræ Eliæ ad Imp. *Habitatores eremi & Sabam cum eis, qui est caput eremi ad tuam potentiam mittimus legatos pro Ecclesiis. Tu vero eorum laborem reveritus, & eos qui sunt in Deo sudores, o Imperator, fac ut cesset bellum adversus Ecclesias, & ne finas malum progredi ulterius: scimus enim tibi curæ esse, ut ea agas, quæ Deo grata sunt qui tibi concessit diadema.* Hactenus Elias ad Anastasium Imperatorem; quæ autem ista secuta sint, idem Cyrillus ita narrare pergit:

XII. Legati ab Elia perveniunt Constantinopolim. *Cum hi ergo divini Patres jam ingressi essent viam quæ ferebat ad Imperatorem, erat Sidone quædam Synodus Episcoporum Orientis & Palæstinæ tunc congregata adversus Flavianum, & Eliam, quæ prætextum quidem habebat jussa Imperatoris: acceperat autem duces Soterichum Cæsareæ Cappadociæ, & Philoxenum Hierapolis Episcopum, qui Chalcedonensem Synodum abrogantes, Eutychetis & Dioscori studebant confirmare dogmata. Cum ergo legati venissent Constantinopolim, arcana & quæ comprehendi non potest Dei sapientia, quæ eminus rerum magnarum præbet occasiones, & iis qui eum glorificant, semper aliquam tribuit gloriam, hic quoque certo consilio aliquid gerit, per quod beatum Sabam, qui indutus erat cilicio, & vili habitu amictus, omni Imperatoria purpura reddit splendidiorem, & eam, quæ in eo habitabat aperit gratiam Spiritus, quæ operta erat multis velis moderationis & humilitatis.*

XIII. Repellitur S. Sabas ab ingressu. *Nam cum ii qui cum eo erant deducerentur ad Imperatorem, & fuissent jam omnes intra aulam Imperatoriam; ille solus a custodibus arcetur ab ingressu, seu propter vilissimam & contritam tunicam, seu Deo potius eum sic volente facere insignem & gloriosum. Cum illos ergo benigne esset intuitus Imperator; & ea dixisset quæ dici solent in adventu, & deinde perquireret quisnam esset is qui erat præcipue in litteris positus Sabas: cum monachi autem in omnem partem circumcursarent (neque enim sciebant quonam modo ille esset ab eis disjunctus, & ubinam mansisset) statimque cum Imperatoris satellitibus ad eum quærendum quoquo versus obirent; invenitur stans in quodam angulo ante aditum Regiæ, & psalmos canens Davidicos. Cum illinc ergo*

PAGIUS *tumultum in Flavianum excitato, Chalcedonensem Synodum, simulque Diodorum, Theodorum, Ibam, & Theodoretum cum execratione eum ejurare postularent, suggessit: quod ille ex animi dejectione executus est, & in Ecclesia publico Conventu, eos una cum Sancta Synodo perculit anathemate.* Verum Theophanem in hac narratione multipliciter peccare, mox ostendam.

III. *In ea Elias Synodum Chalcedonensem damnare noluit.* Auctor Libelli Synodici Synodum Sidoniæ contra Chalcedonensem habitam his verbis refert: *Petro igitur Fullone rejecto, Palladius Solium Antiochiæ suscepit: eoque defuncto Flavianus Zenonis Henoticum recepit, & cum tres sanctas Oecumenicas Synodos scripto probasset, Chalcedonensem silentio præteriit, Imperatori gratificatus. Imperator autem Anastasius per Eutropium Tribunum Flaviano & Eliæ Hierosolymitano mandavit, ut Sydoniæ Synodum convocarent, & anathematismis Sacram Chalcedonensem Synodum subiicerent. Verum hanc Elias re infecta dimisit. Quapropter Patriarchis vehementer Imperator succensuit.* Hanc Synodum Sidoniensem anno DXI. inchoatam fuisse, & currentis initio finitam mox videbimus. De ea agit Baronius num. XIX. & seqq.

IV. *S. Saba ab Elia Episc. Jerosolymorum ad Imp. legatus missus.* Nunc venio ad Legationem *Sancti Sabæ* Abbatis ad Imperatorem, de qua Baronius a num. V. ad XIX. disserit. Ea anno superiori ab Elia Patriarcha Sabæ demandata, eodemque anno obita: Cyrillus enim in Vita Sancti Sabæ scribit, hunc Sanctum Archimandritam jussu Eliæ Patriarchæ ad Anastasium Imp. ex Palæstina profe-

ergo eum diripuissent satellites, & per Regiam eum festinanter introducerent: cum jam esset ascensurus limen, ubi præsidebat Imperator; vidit ille circa eum insignem quamdam plane admirabilem visionem, non ut qui dignus esset talia videre, sed ut ei fieret manifestum, quantum honorem sit Sabas apud Deum consecutus.

XIV. Quid divinitus de Saba ostensum Anastasio Imp. *Visio autem erat hujusmodi. Quidam specie angelicus, veste splendidus eum in orbem circumiens, & ingressus illum præcedens. Hæc cum vidisset Imperator, & virum vere esse divinum censuisset; & ei assurgit, seque in eum ostendit valde officiosum, & magno eum habet in honore. Deinde jussit omnes sedere: re vera enim erat ei magna in monachos reverentia, etsi quidam scelerati efficerent ut conturbaret rectam fidei rationem. Aures ergo præbens omnibus, jussit ut unusquisque diceret de quo vellet. Illi autem veluti obliti communis Ecclesiarum legationis, & cujus causa missi fuerant, unusquisque proprias proponebat petitiones. Imperator vero cum eorum postulata benigne concedens, quæ volebant, implevisset: quoniam petentibus omnibus silebat Sabas, nec omnino quicquam rogabat; ad eum vultum convertens Imperator: Tibi autem, o Pater, inquit, quid sibi vult tantus labor itineris, cum nihil omnino nec roges, nec postules?*

XV. Petitio Sabæ. *Ad hæc ille respondens: Hac de causa (inquit) veni, o Imperator: primum quidem ut tuam adorem pietatem, donec sum adhuc in hoc corpore; deinde ut rogem pro sancta Dei civitate, & eo qui illic est præfectus, ut nullam tuæ potentiæ subeat indignationem, sed pax concilietur potius Ecclesiis: ita enim & ipse Deum habebis propitium, & tibi præclaras præbebit victorias adversus inimicos. Ejus ergo libertatem admiratus Imperator, & quod nihil peteret ex terrenis & iis quæ ad victum pertinent, sed quæ ferunt ad Dei cultum & Ecclesiæ constitutionem; aliis quidem concessit ut recederent, ei autem largitur munus mille aureorum, dicens ea distribuenda esse monasteriis, quæ fuerunt ab ipso constituta: & simul jussit eum manere, statuens, ut ad se posset ingredi citra ullum impedimentum.*

XVI. Testimonium Imperatoris de Eliæ magna constantia. *Cum vero non sustineret sedare iram, quam jampridem conceperat adversus Palæstinæ Pontificem, aliquando dicit magno Sabæ: Qui vestræ præest Ecclesiæ, o venerande Pater, nos (ut videtur) magnæ damnans levitatis, non solum Synodi Chalcedonensis suscepit patrocinium, quæ confirmavit dogma Nestorii, sed etiam effecit ut Flavianus Pontifex Antiochenus eamdem etiam viam iniret: & nunc solum resistit Synodo Sidone congregatæ, Flaviano consentiens, ut non feriantur anathemate qui improbe tutantur dogmata Nestorii. Unde etiam nos putans ludificari, per epistolas nostris jussis fert leges contrarias, jubens ejici quicquid in nostram fidem sentitur recens excogitatum. Sed non amplius tali nostra fruetur lenitate. Sed ecce decernimus (ut vides) illum quidem sede expelli, ejus autem loco eum suffici, qui sit digne præfuturus Ecclesiæ: quoniam non convenit sacra illa loca profanari sceleratis decretis Nestorii.* Intelligis, lector, qualenam, quantumve testimonium de Eliæ fide Catholica & ejus patrocinio proferatur ab hæretico Imperatore ad confutandum eos qui improbe eumdem Eliam sugillant proditæ veritatis? Accipis præterea, quomodo justo quodam prætextu impugnandæ hæresis Nestorianæ prœlia excitata fuerunt ab Eutychianis adversus Synodum Chalcedonensem? Sed pergit auctor:

XVII. Sedat iram Imperatoris Sabas. *Hæc cum dixisset Imperator, & adeo gravi ira ferretur in Eliam; incipiens divinus Sabas Eliam defendere Patriarcham ejus iram ita compressit, ut non solum illam latam rescinderet sententiam, sed etiam Patriarchæ magis caveret, & juberet ei de cætero remanere sedem minime auferendam. Illinc autem cum ad Imperatricem venisset Ariadnam, eam multum rogavit, ut patris Leonis tueretur sententiam, & leges conservaret pietatis. Hinc exercitatorem,* Sabam videlicet

PAGIUS

fectum, benigne ab eo exceptum esse ipso tempore, quo in Phœnice apud Sidonem ab Eutychianis Episcopis Synodus, de qua locuti fumus, habebatur. Hæc Cyrilli cap. 71. verba de Saba & sociis ad Imperatorem Legatis: *Cum hi divini Patres jam ingressi essent viam, qua ferebat ad Imperatorem, erat Sidone quædam Synodus Episcoporum Orientis & Palæstinæ tunc congregata adversus Flavianum & Eliam, quæ prætextum quidem habebat jussu Imperatoris*, &c. a Baronio recitata. Tum narrat Cyrillus Imperatorem Sabæ de Elia Episcopo Hierosolymorum hæc dixisse. *Qui vestræ præest Ecclesiæ, o venerande Pater, nos, ut videtur magnæ damnans levitatis, non solum Synodi Chalcedonensis suscepit Patrocinium, quæ confirmavit dogmata Nestorii, sed etiam effecit, ut Flavianus Pontifex Antiochenus eandem etiam viam iniret: & nunc solus restitit Synodo Sidone congregatæ, Flaviano consentiens, ut non feriantur anathemate qui improbe tutantur dogmata Nestorii.* Dein prodit Cyrillus Sanctum Sabam Imperatorem cum Elia conciliasse. *Quoniam vero menti ejus tempus minime congruebat, statuit Urbanos tumultus in præsentia declinare: & egressus in quendam locum, non procul ab Urbe remotum, qui dicebatur Suburbanum Rufini, hiemavit illic reliquo tempore, &c. Cum post hæc autem ver adventasset, &c. paratus erat de cætero proficisci in solitudinem, &c. ad Palæstinam enavigavit mense Maio quintæ Indictionis*, nempe currenti Christi anno.

V. Ex his Chronologia nostra valide confirmatur. *Saba* ejusque socii Legati ab *Elia* Patriarcha, ut de reconciliatione cum Imperatore age-

licet, *subiit amor vehementior quietis & silentii, & valde desiderabat reditum. Quoniam vero menti ejus tempus minime congruebat (tunc enim vigebat hiems) statuit urbanos tumultus in præsentia declinare; & egressus in quemdam locum non procul ab urbe remotum, qui dicebatur Suburbanun Ruffini, hiemavit illic reliquo tempore.*

XVIII. *Quem quidem in locum & alii quidam ad ipsum ventitabant, maxime autem Valentiniani Imperatoris neptis Juliana, & Pompeji conjux Anastasia, quæ in hodiernum usque diem floret multis recte factis in monte Olivarum. Cum post hæc autem ver adventasset, ille quidem qui jamdiu teneretur magno amore quietis & silentii, paratus erat de cætero proficisci in solitudinem.* Hactenus Cyrillus de priori sancti Sabæ legatione ad Anastasium Imperatorem: quando autem contigerit posteriorem obire, suo loco dicetur. Meminit hujus legationis, de qua est sermo, Nicephorus (*a*), idemque recitat dictam epistolam, ab Elia ad Imperatorem conscriptam. Sic plane factum est, ut veluti miraculo magno, torrens exuberans furore Imperatoris in Catholicæ Ecclesiæ campos effusus fuerit humilis Sabæ virtute repressus, & ad tempus saltem instar Jordanis in Arcæ transitu retrorsum cito conversus.

(*a*) *Niceph. l.16. c.32.*

XIX. Jam vero de ipso pseudoconcilio Sidone in Palæstina jussu Anastasii ab hæreticis congregato instituamus orationem. Fuit quidem illud synagoga malignantium convenientium adversus Dominum & adversus Christum ejus, nempe ab Imperatore hæretico Concilium indictum, ab hæreticis Episcopis celebratum, & ad hoc ipsum, ut quod luceret in Ecclesia Antiochena & Hierosolymis lumine Catholicæ fidei penitus extincto, tenebris universus Oriens erroris obductus pulso una cum fide Catholica Christo luce vera, in dominium redigeretur principis tenebrarum.

XX. Quid autem prætexuerint Eutychiani & Acephali contra Flavianum atque Eliam, ut aliquibus saltem coloribus eos e sede eiicerent, primo dicendum est ex epistola monachorum Palæstinæ ad Alcysonem ea scribentium, remque paulo altius repetentium. At Alcyson iste, ad quem scribunt monachi Palæstini, fuit in Illyrico Episcopus Nicopolitanus Catholicæ fidei professor, de quo suo loco agendum erit. Epistola autem illorum sic se habet (*b*).

(*b*) *Evagr. l.3. c.31.*

XXI. Epistola Monachorum Palæstinæ ad Aclysonem. *Cum Petrus exivisset de vita, Alexandria, Ægyptus, & Libya inter se denuo dissidere cœperunt, reliquæque partes versus Orientem contra se ipsæ digladiari: quandoquidem Ecclesiæ versus Occidentem non alia conditione cum illis communicare volebant, nisi præter Nestorium & Eutychetem & Dioscorum, etiam Petrum cognomento Mogum & Acacium anathemati addicerent. Itaque cum Ecclesiæ totius Orbis terrarum hoc loco erant constitutæ, fautores Dioscori & Eutychetis fuere ad minimum plane numerum redacti. At cum parum abesset quin fuissent funditus e terra sublati, adeo ut non amplius inter homines versarentur; Xenajas quidam* (qui & dictus est Philoxenus Episcopus Hierapolitanus) *a Deo re vera* ξένος, *idest, peregrinus, nescio quid apud animum proponens, aut quas inimicitias, contra Flavianum susceptas ulcisci cupiens, simulata fidei specie (uti multi prædicant) hominum animos adversus eum concitare, eique tamquam Nestoriano obtrectare cœpit.*

XXII. Hæretici exagitant Flavianum Episcopum Antiochenum. *At cum Nestorio una cum ejus errore* Flavianus Antiochenus Episcopus *anathema indixisset; ex illo digressus, ad Dioscorum, & Theodorum, & Theodoritum, & Ibam, & Cyrum, & Eutherium, & Joannem, & ad alios nescio quos neque unde collectos transit: quorum alii re vera Nestorii doctrinam tuebantur; alii quoniam ejusdem doctrinæ in suspicionem venerant, Nestorium anathemate damnabant, inque Ecclesiæ communione conquiescebant. Istos omnes (inquit Xenajas) Nestorii olentes hæresim nisi anathemate damnaveris, tu ipse Nestorii errori favere videberis, etiam si, ei cum sua doctrina & opinione millies anathema edixeris. Idem porro*

PAGIUS

Saba Eliam cum Imperatore reconciliavit.

gerent, sub autumnum anni superioris Constantinopolim missi, quod testatur Cyrillus, cum ait, Sabam *septuaginta tres annos* tunc natum fuisse. Saba enim in lucem prodierat anno CDXXXIX. *Theodosio Aug. VII. Consule*, inquit Cyrillus, idque prioribus anni mensibus. Quare anno superiori, quo annum LXXIII. Saba ingressus est, ei ea Legatio credita. Eo quippe anno Anastasius *Vicennalia* edidit, annisque hujusmodi solemniis addictis Ecclesiæ paci Imperatores consulere soliti erant. Cumque quando se se viæ Legati commisere, Sidoniæ Synodus haberetur, non dubium, quin ea sub præcedentis anni autumnum celebrata fuerit. Adventavit Saba Constantinopolim *hieme*, & postquam obtinuit ab Imperatore Eliam Sede sua non dimovendum, in suburbano Rufini *mansit reliquo tempore* rediitque in Palæstinam *mense Maio quinta Indictione* hoc nempe anno. Sabæ itaque Legatio anno superiori suscepta, & per hiemem absoluta. Porro ex Cyrillis verbis Flaviani & Eliæ Orthodoxia insigniter elucet, ejusque testimonium indicat Theophanem & Theodorum in locis, in quibus de Eliæ & Flaviani fide agitur, accepisse quæ de utroque tradunt ab Orthodoxis, qui pro hæreticis habebant quos Henoticon Zenonis admittere sciebant, aut forte uterque in Acta, aliaque id genus quæ jam fuerant ab hæreticis vitiata inciderat. Certe Monachi Palæstinæ in Epistola ad Alcisonem, quæ extat apud Evagrium lib. 3. cap. 31. de Eutychianis aiunt: *Inter hæc postulant etiam ab Episco-*

porro Xenajas per litteras cum eos qui Dioscori errorem sequebantur, tum hæresis Eutychianæ patronos commovit, persuasitque ut ipsi contra Flavianum subsidio essent; non tamen Concilium, sed personas dumtaxat, de quibus ante dictum est, anathemate damnari postularent.

XXIII. Flavianus in quibus cessit persecutoribus. *Quibus cum Flavianus Episcopus diu restitisset* (quomodo enim damnaret ex eis aliquos a Chalcedonensi Synodo absolutos?) *aliique se cum Xenaja contra eum conjunxissent, & Eleusinus Episcopus urbis cujusdam Cappadociæ Minoris, & Nicias Episcopus Laodiceæ quæ est in Syria, & ex aliis locis alii (quorum criminationes, quas æmulatione nimis abiecta adducti Flaviano inferebant, non est nostrum, sed aliorum certe commemorare) tandem Flavianus ratus illos propter hos, quibus anathema denunciari cupiebant, placatos fore, cessit eorum contentioni: ac cum scripto personas illas anathemate damnasset, scripsit ad Imperatorem: etenim animum ejus isti contra Flavianum, utpote opinionis Nestorii patrocinium suscipientem, commoverant. Neque his rebus contentus Xenajas, poscebat denuo a Flaviano, ut tum Concilium ipsum,* Chalcedonense videlicet, *tum eos qui duas naturas in Domino esse dixerunt, carnis alteram, alteram divinitatis, anathemati addiceret. Quem ejus postulationi neutiquam obsequentem, rursus ut Nestorianum accusat.*

XXIV. Artes hæreticorum, sensim ad impietatem pertrahere. Considerasti, lector, progressus hæreticorum, e licitis ad illicita ac denique ad impia perducentium? Justum namque erat, quod primum Xenajas a Flaviano petierat, ut quo se purgaret omni carere culpa Nestorianæ hæresis, Nestorio ipsi diceret anathema; quod cum præstitisset, ut se etiam suspicione qualibet liberaret ejusdem erroris, eos jubetur damnare, qui aliquando eadem quoque suspicione laborassent, eos pariter condemnando quos Chalcedonense Concilium absolvisset. At cum ita se penitus præcipitem agi in apostasiam Flavianus licet sero sensisset, motum continuit pedem, renuitque omnino præstare quod ab ipso impius extorquebat.

XXV. Flavianus renuit illis consentire. Sed alias attende veteratorum strophas, quas iidem monachi Palæstini subdunt in eadem epistola, cum agunt de eodem Flaviano Episcopo Antiocheno: *Postremo* (inquiunt) *cum de his rebus vehementer certatum esset, & Patriarchæ Flaviano formulam fidei edidisset, in qua ingenue fatebatur Concilium quantum ad abdicationem Nestorii & Eutychetis attinebat, approbandum esse, at quantum ad decisionem & doctrinam fidei non item; rursum illum & subdole & latenter errori Nestorii patrocinantem, se adorturos minantur, nisi tum Concilio ipsi, tum illis qui duas naturas in Domino esse dixerunt, alteram carnis, divinitatis alteram, anathema denunciare vellet. Quod penitus abnuit facere Flavianus.* Verum cum sic experti essent frustra se illius pertentasse constantiam, alius Episcopos debiles atque nutantes in suam ipsorum sententiam conati sunt impii captivos abducere. At quinam hi fuerint, his docent verbis in eadem Epistola iidem sancti Patres:

XXVI. Quid hæretici moliuntur in Eliam Episcopum Hieros. *Isauros preterea verborum fuco, & fallaciis in suam pertrahunt sententiam, formulamque fidei componunt, in qua Concilium una cum illis, qui duas in Domino esse naturas dixerunt, anathemati addicunt; & ad extremum se separant a Flaviano & Macedonio, & ad alios, qui formulæ illi subscribebant, aggregant. Interea etiam postulant ab Episcopo Herosolymitano, ut formulam fidei scriptis prodat. Quam cum edidisset, per Dioscori sectatores mittit ad Imperatorem. Quam fidei formulam illi tandem proferunt? illam nempe, in qua jam tum comprehensum fuit eos anathemate damnatos, qui duas in Domino naturas esse asserebant. Attamen ipse Episcopus Hierosolymitanus, eam ab illis depravatam constanter affirmans, aliam in medium producit, in qua nullum tale continebatur anathema. Nec plane mirum. Etenim sanctorum Patrum libros sæpe depravarunt, multosque Apollinarii libros Athanasio, Gregorio cognomento Thaumaturgo, id est qui eximia edebat miracula, & Julio, inscriptionibus commutatis, attribuerunt; quibus quidem libris plu-*

PAGIUS *piscopo Hierosolymorum* (Eliæ sc.) *ut formulam suæ fidei conscribat, quam ille cum edidisset, per sectatores Dioscori misit ad Imperatorem. Et ea quidem quam ipsi proferunt, anathematismа continet eorum qui duas in Christo naturas prædicarunt. Ipse vero Hierosolymorum episcopus, eam ab illis falso confictam esse dicens, aliam profert absque hujusmodi anathematismo. Neque id mirum. Nam & libros Sanctorum Patrum sæpe numero corruperunt.*

VI. Sed tam narratio Theophanis, quam Legatio Sancti Sabæ & Sidonensis Synodi epocha magis explicandæ, ut innocentia *Macedonii Flaviani, & Eliæ* Patriarcharum manifestior fiat. Baronius n. XVII. refert verba Cyrilli Monachi de Sancto Saba, postquam Constantinopolim adventavit loquentis, aitque Cyrillus juxta versionem, quæ apud Surium extat: *Tunc vigebat hiems.* In Vita tamen Græca Sancti Sabæ a Cottelerio Tom. 3. Monument. Eccl. Græc. publicata, cap. 53. nulla vox extat, quæ id designet. Hiemem tamen tunc viguisse colligitur ex iis quæ in eadem Vita Græca leguntur cap. 51. quod scilicet cum *Anastasius* Sabæ pecuniam obtulisset, is eam ad vitæ sustentationem accepit, *quia*, inquit, *volo hic hyemem transigere:* quare aut hiems tunc appropinquabat, aut solum auspicabatur; ideoque Synodus in Phœnice apud Sidonem sub finem superioris anni inchoata currentique continuata. Cyrillus enim juxta editionem Cottelerii scribit eam diutius durasse. Hinc Marcellinus in Chronico

Orthodoxi Flaviani & Eliæ Patriarcharum magis probatur.

plurimos in suum errorem induxerunt. At qui ista de Elia finxerunt, de Macedonio quæ excogitarint audi:

XXVII. Nomine Macedonii hæresim promulgant. *Poposcerunt* (inquiunt) *etiam formulam fidei a Macedonio scriptis mandatam: qui fidem trecentorum decem & octo Nicææ olim, & centum quinquaginta etiam Constantinopoli convocatorum solum se noscere, asseveranter affirmavit; atque Nestorio & Eutycheti, & iis qui duos Filios aut Christos esse statuunt, aut duas naturas dividunt, indixit anathema: & tamen nec Concilii Ephesini quo abdicatus fuit Nestorius, nec Chalcedonensis, quod abdicavit Eutychetem, ullam mentionem fecit. Qua de re monachi Constantinopolitani graviter commoti, se a Macedonio Episcopo separant*. Hæc illi in Macedonium: quæ falsitas vel uno illo satis refelli poterat argumento, quod ob defensionem rectorum dogmatum, quodque in omnibus perfidiæ Imperatoris & aliorum hæreticorum adversarium se exhibuerit idem Macedonius, in exilium pulsus est, atque usque ad obitum throno suo caruit. Sed subdunt hæc ad postremum:

XXVIII. Decernuntur exilia confessoribus. *Interim Xenajas & Dioscorus ille Junior cum multos Episcopos sibi adjunctos haberent, adeo molesti fuere illis, qui anathema nolebant denunciare his, quibus ipsi anathema denunciare cupiebant, ut intolerabiles & non ferendi viderentur: quorum nonnullos, cum cedere nollent, per fallaciam exilio mulctandos curarunt. Ad hunc modum igitur Macedonius, Joannes Episcopus Palti, & Flavianus solum vertere coacti sunt*. Sed non una sententia: Macedonius enim ante, alii duo ex Conciliabulo ab ipsis Sidone habito: quod quidem supplicium ne & ipse Elias Hierosolymorum Episcopus subire pariter cogeretur, per Sabæ Abbatis legationem ad Imperatorem præmissam (ut vidimus) antevertit: licet ad postremum & ipse ab impiis eadem sit pœna affectus, ut suo loco patebit. At ne ipse quidem Flavianus simulac Sidone ab impiis damnatus fuit, pulsus est sede, & ejectus in exilium: nam deprecatum ipsum ab Imperatore fuisse indulgentiam, Cyrillus affirmat, cum de Mamante hæretico & aliis a S. Saba ad fidem Catholicam conversis ejusmodi habet orationem (*a*).

Divinus autem Sabas Mamantem quoque quemdam, qui præerat monachus in Eleutheropoli, qui laborabat morbo Severi, & prius quidem apud tribunal Imperatoris libere & cum magna confidentia locutus erat adversus fidem Orthodoxam, postea vero ab ipso Severo vehementer dissensit: hunc ipsum Sabas assumens Hierosolymam, ab acerba illa hæresi blandis verbis abducit, & ut Eliæ adiungeretur efficit. Deinde multos quoque alios hæreticos suo exemplo Mamas illaqueat, & deducit ad fidem Orthodoxam. Venit autem deinceps oratio ad id quod fuit caput certaminum quæ suscepit Sabas pro recta in fide sententia. Jam enim Sotericus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, & *Philoxenus* Episcopus Hierapolis, idemque qui supra Xenajas, *cum suis improbe ascenderunt in Sidona, ut anathemati quidem subiicerent Chalcedonensem Synodum, Flavianum autem & Eliam de sede deponerent: sed illi eas quæ in se struebantur insidias, supplicibus litteris missis ad Imperatorem, tunc quidem depulerunt*. Qui autem in hoc conventiculo hæreticorum primum locum visus est obtinere ipse Soterichus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ (ut tradit de eo Anastasius Bibliothecarius in Chronico) nequissimus fuit omnium hominum: nam ut a Macedonio Episcopo Constantinopolitano consequi posset Cæsariensem Episcopatum, simulavit se Catholicum & strenuum Chalcedonensis Concilii defensorem: eo autem obtento, ostensus est qualis erat fidei Catholicæ infensissimus hostis: Sed subdit Cyrillus:

XXIX. Flavianus & Elias licet damnati, remanent in sedibus suis.

(*a*) Cyrill. in Vita S. Sabæ apud Sur. t. 6. die. 5. Decemb.

XXX. Novum movetur bellum contra Flavianum. *Postea autem Soterichiani majore in illos invidia succensi, majore furore in eos incitant Imperatorem, ut qui maledictis ab eis appeteretur & irrideretur. Certe cum a mente depravato Imperatore sceleratis istis tradita fuisset potestas in Alexandrinos, auro subeunt & corrrumpunt populum Antiochenum. Quæ autem sunt con-*

PAGIUS nico ad Consulatum Pauli & Musciani illam hoc anno recitat, quia ejus initio absoluta: *Porro*, inquit, *redintegrata Anastasius pravitate infamem & irridendam Synodum apud Sidonem Civitatem, cujus de nomine in ridiculis nomina præponuntur LXXX. ferme perfidorum Episcopis Congregatis adversus Orthodoxum Episcopum fieri imperavit. Flavianus Antiochiæ Catholicus Patriarcha & Joannes Paltensium oppidi Pontifex quoniam hunc cœtum sacrilegum refellerant, in castellum quod Petra dicitur, exules missi sunt. Ibi Flavianus Confessor Christi in Domino requievit*. Ex quibus liquet Theophanem cujus verba num. II... recitavimus, multipliciter errasse. Primo in epocha Synodi Sidoniensis, quam ante mensem Septembrem superioris Christi anni celebratam tradit. II. in eo quod asserit hanc Synodum dicto citius dissipatam esse. Cyrillus enim Monachus qui sanctum *Sabam* viderat, vix hac in re falli potuit. III. in eo quod ait, *Eliam* Patriarcham Hierosolymorum literis suis ad Imperatorem datis Chalcedonensem Synodum proscripsisse. Non solum enim Marcellinus citatus diserte contrarium testatur; sed etiam Cyrillus Monachus apud Baronium num. XVI. prodit Imperatorem questum esse apud Sabam, Eliam, & *Flavianum* impediisse, ne in Synodo Sidoniensi anathema ferretur in Synodum Chalcedonensem. Immo ipsemet Theophanes paulo post ibidem contrarium dicit. Quare nulla fides adhibenda iis quæ statim ipsemet narrat, *Flavianum* nempe Chalcedonensem Synodum, simulque Diodorum, Theodorum, Ibam & Theodoretum, ex animi dejectio-

consecuta, sunt potius lacrymis scribenda, quam litteris. Nam cum Flaviano quidem omnem adhibuissent necessitatem, & quid non grave & molestum in eum intulissent, cogunt eum anathemate notare Synodum Chalcedonensem, deinde e sede & e civitate simul turpiter eiiciunt. Severum porro profanum caput Acephalorum, habentes etiam Imperatorem maximam ad id opem ferentem, ejus loco sufficiunt. Hic siste, lector, & scias quod hoc loco legitur, *Flavianum cogunt anathemate notare Synodum Chalcedonensem*. Ita accipiendum, hunc quidem fuisse conatum illorum, sed id Flavianum facere renuentem, fuisse (quod subditur) mulctatum exilio. Nam quæ ratio eum pellendi, si ipse pravæ sententiæ præbuisset in Synodo Chalcedonensi damnanda consensum? Verum quod penitus est refragatus & Catholicam fidem professus, dignam meruit confessionis palmam accipere exilium subeundo.

XXXI. Hæc quidem ita se habuisse, Acta Synodalia manifeste declarant: nam cum in Septima Synodo idem textus citaretur, hæc post alia ex eadem Vita S. Sabæ lecta sunt (a). *Variis modis Flavianum afflixerunt & vexarunt, cogentes interim, & obtorto collo huc trahentes, ut Acta Chalcedonensis Synodi anathemate prosequeretur: quo nolente, Episcopatu suo privatus, in exilium quoque damnatus est.* Subditur ibi de substitutione Severi, quam cum anno sequenti contigisse Marcellinus affirmet, de ea suo loco dicemus.

(a) *Conc. Nicæn. 2. Act. 1.*

XXXII. Quod insuper spectat ad ejusdem Flaviani integritatem, & Antiochenæ sedis privationem, hæc habet Evagrius (b): *Istam Flaviani expulsionem aliæ quoque res secutæ sunt: Nam ipsi ab hominibus ætate provectissima, qui ea quæ acciderant Flaviano firme memoria retinebant, accepimus, quod a Xenaja (fuit hic quidem Episcopus Hierapolis urbis Antiochiæ finitimæ, Græcoque vocabulo Philoxenus appellatus) monachi Cynegicæ (sic enim vocantur) qui apud gentem, quæ Syrorum primaria est, accolunt, persuasi frequentes cum tumultu & summa confusione Antiochiam præcipites feruntur, vi Flavianum coacturi, ut tum Concilio Chalcedonensi, tum decisioni Leonis Papæ anathema indicat. Quod cum Flavianus valde ægre ferret, & monachi impetu instarent: populus civitatis seditione conflata, tam magnam cædem fecere monachorum, ut multi eorum atque adeo ferme innumerabiles Orontem fluvium, corporibus in fluctibus conditis, pro sepulcro haberent.*

(b) *Evag. l. 3. c. 32.*

Cæsi pseudomonachi ab Antiochenis.

Evenit porro aliud hisce nihilo inferius. Monachi enim, qui Cælesyriam, quæ jam Syria Minor dicitur, accolebant, quique amore incredibili ac studio erga Flavianum propterea incendebantur, quod vitam monasticam in cœnobio in agro (huic quidem nomen est Tilmogium) posito degebat; properant Antiochiam, eo quidem consilio, uti Flavianum propugnarent, ut ex eo non exigua incommoda contingerent. Quamobrem Flavianus, sive prioribus de causis, sive de posterioribus factum, sive utrisque, ejectus fuit, & ad Petras incolendas, quæ sunt in ultimis oris Palæstinæ sitæ, condemnatus. Hæc de ejectione Flaviani Evagrius; quæ quidem etsi hoc anno cœpta esse noscuntur, cum Sidone Concilium congregatum est; tamen nonnisi anno sequenti consummari potuisse, ipsa rerum gestarum multiplicitas persuadet: nam id & Severi in locum Flaviani subrogatio non ante sequentem annum facta declarat: quo item anno (ut dicemus) Eliæ Hierosolymorum Episcopi contigit exturbatio. Post hæc autem quæ hoc anno facta diximus sive Sidone, aut Antiochiæ, contigisse illa funesta Constantinopoli, quæ ex Marcellino relata sunt, liquet: nam ea auctor testatur hoc anno accidisse mense Novembris: Sed & quæ subdit, itidem postea evenisse, eodem auctore constat. XXXIII.

Monachi qui insurgunt pro Flaviano.

Symmachus autem Romanus Pontifex, cum cognovisset, exturbato jam Macedonio Episcopo Constantinopolitano, in reliquos fidei Catholicæ professores atque propugnatores eamdem fore persecutionem in Orientalibus partibus grassaturam; tamquam universalis Ecclesiæ pastor, datis litteris octavo Idus Octobris ad eos qui Catholicæ fidei esse vide- XXXIV.

Symmachus Papa compatitur Ecclesiæ Orientali.

PAGIUS

jectione damnasse. Accepit hæc Theophanes ex Catholicis ardentioribus, qui nullum discrimen ponebant inter eos, qui Zenonis Henoticum suscipiebant, aut qui Theodorum, aliosque memoratos damnabant, & illos, qui disertis verbis Synodum Chalcedonensem ejurabant.

VII. Idem Anastasio imperante contigit, quod sæculo sequenti, dum Constans Imperium administraret. Qui enim tunc *Typum* hujus Imperatoris amplectebantur, testabantur, se ab omni hæresi abhorrere, & si aliqui unam voluntatem & unam Operationem in Christo admitterent, eosdem id sano sensu intelligere, ac confiteri esse in Christo, *& Divinam voluntatem & humanam voluntatem*. Addunt typi defensores: *Ob dispensationem factum est hoc, ne lædantur populi hujuscemodi subtilioribus vocibus*, uti declarant coram Sancto Maximo Abbate in Collatione Sancti Maximi cum Theodosio Episcopo Cæsareæ in Collectaneis Anastasii a Sirmondo editis pag. 184. Immo ibidem Troilus Typi defensor de eo dicit: *Non interemit* [scilicet fidem] *sed taceri jussit, ut pace fruamur omnes*. Sed tantum abest, ut Sancto Maximo hæc agendi ratio probetur, ut ibidem pagina 185. asserat se eos tamquam hæreticos habere: *ego*, inquit, *& conservi mei, & quotquot subscripserunt, eos qui secundum Arium & Apollinarium unam voluntatem & unam operationem dicunt, anathematizavimus, & non qui confiten-*

Oeconomia gratia Henoticum & Typum aliqui Orthodoxi susceperunt.

debantur assertores, eos omnes admonuit in hac persecutione viriliter agere, atque strenue pro fide Catholica decertare. Porro quod his perditissimis temporibus luctuosissimum fuit, haud omnes qui Orthodoxi erant in Oriente, iidem & Catholicæ erant communionis. Siquidem (ut dictum est superius) Macedonius, & qui illi inhærebant ex clero vel populo, haud umquam passi sunt e sacris tabulis demi nomen Acacii, qui a Romanis Pontificibus ob initam cum hæreticis communicationem sæpe damnatus fuerat: unde accidebat illud plane lugubre, ut qui ab hæreticis pressuram paterentur, & ab ipsorum patrono Anastasio Imperatore atque improbis Eutychianis & Acephalis pellerentur, minime tamen recipi possent in communionem ab Apostolica sede; quod nequaquam in Catholicæ fidei confessione anathema dicerent illis, qui cum hæreticis participassent.

XXXV. Quamobrem miseri isti omni destituti solatio cum ab hæreticis expellerentur, eo quod essent fidei Catholicæ defensores, tamen a Catholica Ecclesia minime recipiebantur, quod propter nomen Acacii essent a Catholica communione divisi; sicque infelices pugnabant sine solamine fratrum, & vincebant sine corona, quam nemo demerere potest, nisi (ut dictum est) qui ex sententia Apostoli (*a*) legitime decertaverit, & non cucurrerit in incertum, vel pugnaverit frustra aerem verberans: At vero alii erant in Oriente Episcopi, sicut fide, ita & communicatione vere Orthodoxi atque Catholici, non hæreses tantum cum auctoribus execrantes, sed & qui cum illis communicassent penitus respuentes, & Romanæ Ecclesiæ in omnibus consentientes. Ad hos ipsos omnes Symmachus Romanus Pontifex litteras dedit, quibus est eos hortatus viriliter agere. Reddenda est hic a nobis epistola, quæ cum edita habeatur tomo secundo Conciliorum; tamen facta collatione cum codice Vaticano & alio monasterii S. Petri in Avellana, cum nonnulla illic esse depravata vel mutilata comperissemus, eamdem, ut licuit, emendatam hic syllabatim describere dignum putavimus: est hujusmodi:

(*a*) 2. Tim. 2.

*Dilectissimis fratribus universis Episcopis, presbyteris, diaconis, Archimandritis, & cuncto ordini vel plebi per Illyricum, Dardaniam & utramque Thraciam * consistentibus Symmachus Episcopus.* XXXVI.

* al Daciam.

Epist. Symmachi PP. ad Orientales.

Quod fieri plane cupimus, si quæ scribimus, impleantur: Nullus stupeat servatum hactenus nos nunc solvisse silentium, cum prudentissimi Salomonis ista vox personet (b): Tempus loquendi, & tempus tacendi. Quia taciturnitatem præsens tempus expugnat: nam inter cætera quæ accidunt, nunc silere, nec fidei stimulis excitari, magni constat esse fastidii. Quippe ubi religionis reverentia & summa concutitur, aptum juxta divinam Scripturam (c) dicere, eos qui sunt mites, debere esse pugnaces. Siquidem & spiritualis quædam Deo accepta congressio inde & laudabiliter universa tolerat, ne quisquam a divina charitate separetur; & vos quidem docere quod doceatis, grave onus pudoris, sed necessarium & utile tales admonere: nec enim congruum illis religiosæ afferre dogmata disciplinæ a quibus institutionis ipsius expectatur plena perfectio.

(*b*) Eccl. 3.

(*c*) Luc. 22.

XXXVII. *Sed breviter clara perstringemus. Cui incognitum, Constantinopolitana Ecclesia qua Nestorii contagione laboraverit? Nestorii, inquam, qui quasi putre corporis membrum a societate Catholicæ communionis excisus est. Ubi terrarum non prædicatur congregatio Chalcedonensis sancti Concilii, quæ Eutychetem & Dioscorum, duo nomina famosa & magnæ perfidiæ, unius sententiæ integritate damnavit, iniquitatis complices uno spiritu divinis dogmatibus adversa sectantes? Quis Petrum & Timotheum præfatorum vernulas ignoravit, propugnatores intentionis addictæ, auctores, ac magistros suos sævo errore vincentes? Illum Timotheum loquitur parricidam, qui sanctæ recordationis Proterio superstite, non solum Ecclesiam non reli-*

PAGIUS *tentur Dominum nostrum & Deum in utriusque ex quibus in quibus, & quæ est natura intellectualem, & ideo secundum utramque cum voluntate ac operatione nostræ salutis.* Ad solvenda omnia, quæ adversus Flavianum & Macedonium in medium afferri possunt argumenta præter ea, quæ jam anno CDXCI. ex Evagrio diximus observabis aliquos Sanctos eadem non raro verba, quæ hæretici, usurpasse, nec tamen eosdem hæreticos fuisse quod pluribus exemplis, si opus esset, demonstrari posset.

VIII. Baronius a n. I. ad V. agit de tumultu Constantinopoli adversus Imperatorem excitato ab his qui rectam fidem defendebant, refertque Marcellini in Chronico, & Cedreni hac de re verba: *Die Dominico* (inquit Marcellinus, ideoque die quarta mensis Novembris, currebat enim littera Dominicalis G.) *dum jubente Anastasio Cæsare, per Marinum, perque Platonem in Ecclesiæ pulpito consistentes, in hymnum Trinitatis Deipassianorum quaternitas additur, multi Orthodoxorum pristina voce psallentes, perfidosque præcones clamoribus objurgantes, in ejusdem Ecclesiæ gremio cæsi sunt, ductique in carcerem perierunt: altera nihilominus die* (quinta sc. mensis Novemb.) *in atrio S. Theodori majori cæde Catholici pro fide unica perculsi sunt. Quapropter commota Orthodoxorum agmina die sequenti* (die sc. VI. ejusdem mensis, ut ex sequentibus verbis liquet) *idest VIII. Idus Novemb. in quo die memoria cineris dudum totam Europam tegentis apud Byzantios celebratur) in forum Constantini undique confluunt: quorum alii quidem cæteris die noctuque hymnum Trinitatis Christo Deo*

Orthodoxi iterum Constantinopoli adversus Imp. tumultuantur.

religiosis auctoribus occupavit, verum etiam effusionem pii sanguinis ad crimen persuasionis adjecit. Ipsius nempe damnationem universalis est Ecclesiæ vox locuta, dum eum nomine quoque Christiani honoris exueret. Ejus Petrum sequacem notum fecerunt Orthodoxorum plurimæ passiones, in quibus ille virtutem animi sui exultavit ostendere. Novit hunc Ephesus cum tota societate Dioscori, ubi cum prædicto auctore peccati finem sancti Flaviani operatus innotuit.

XXXVIII. *Tacenda sunt Antiochiæ mala, ubi per alterius Petri nefanda ludibria reverendum sacerdotii nomen irrisum est. Quis Apameæ & Tyri gemitus, tragicis criminibus comparandos, vel si solis vacet, digna possit lamentatione deflere? Quid Acacium? qui quasi boni sui fascino gravatus, quæ Basilisco imperante præmiserat, novo exemplo pene reprehensus est adversus se ipsum dicens sententiam, illos mutata voluntate defendens, quos prius gloriosum putavit addicere* *, *& laborans sociare Fidelibus, quos dudum hæreticos manifestæ prævaricationis ostenderat: propter quod maxime fugiendus, & designato superius damnatorum agmini coæquandus, illa propter quæ fidelis probatus est dissolvens, permixtus his, per quos læsio Ecclesiæ generalis evenit.*

* abiicere.

XXXIX. *Adversus hos si Patrum dogmata ratio suadet esse servanda, cogitate, si possunt ea majori transgressione calcari, quam nunc per eos qui in partibus vestris Eutychetis dogmata rediviva* * *resuscitant. Si vero tamquam infirme constituta sententia, sine piaculo negliguntur, citra ullum robur credulitatis nostræ summa subsistit, semper succedentibus novis, vetera constituta solventibus. Quando enim paternarum regularum despiciuntur inventa, nec eorum quæ bene instituta sunt firmitas vindicatur, hujusmodi impietates necesse est fidei supervenire. Nam ubi facilis dissolutio est rationabilis constituti, ibi omnis sanctitatis forma corrumpitur, Christus impetitur, & (quis hoc Fidelium patienter accipiat?) instituta Patrum reverenda calcantur. Et quis non vitæ mortem justa electione præponat? Ubi Catholicæ fidei adoranda reverentia? Ubi multo cruore Sanctorum dogmata constituta? Ubi doctorum veterum fidelis auctoritas? Ubi illa religiosarum mentium stupenda patientia, propriis bonis contenta nudari, ne de spe æternæ hæreditatis excideret, quasvis ambiens passiones, ne incorruptibilis illius boni judicaretur indigna? Nam nulla majora documenta sunt fidei quam ubi temporis ratio suadet, vitam subdere passioni: Et ideo qui pro ea periculum persecutionis subire meruerit, dignum se cælestis ostendit esse militiæ. Christus nos pio sanguinis pretio comparavit, gratiæ libertate concessa, nihil invenientibus humanis operibus, quod dignum tanta mercede tribuerent. Atque ideo ubi religionis injuria est, amorem fidei omnem transcendere oportet affectum.*

* recidiva

Unusquisque ergo exilia & peregrinationes tamquam domum patriamque respiciat; ne desideriis retentus humanis, Christi societate privetur. Ecce tempus, quo repetit fides milites suos, & inclamat ad defensionem sui fervorem gratiæ consecutos. Fidem ipsam dicere judicemus: Ecce tempus optabile, ecce fructum congregatio desiderata Fidelium, ut parvis passionibus munera magna compenset. XL.

Pluribus charitatem vestram pro dispensatione nobis credita cuperemus hortari: sed quid opus est vocis stimulis, ubi ad tolerandas pro Christo magnanimiter passiones Apostolicis & Patrum docemur exemplis, qui per damna humanarum rerum, cælestium nobis ostenderunt argumenta * *virtutum? Ergo pronunciemus intrepidi claras Ecclesiæ cum magna fiducia disciplinas. Longe sit a nobis Prophetæ sermo dicentis (a) Et sacerdotes vera celaverunt. Quem enim latet discipulorum scientiam a doctoribus exigendam? & quod non pronunciatum lædit sequaces, hoc constat periculosum esse tacentibus. Necesse est enim apud eos laborare veritatem, apud quos non manifestatum latet sub veritatis colore mendacium, magnum robur ad impugnantium fidem, quandiu adversus eos pro-* XLI.

* augmenta.

(a) Thren. 2.

PAGIUS *Deo psallentibus, totam peragrant Civitatem*, & cætera apud Baronium legenda. Loquitur porro Marcellinus de terræ motu, qui anno CDXLVII. Octavo Idus Novemb. Constantinopolim concussit. De illis tumultibus Theophanes, quem Baronius non viderat, anno Incarnat. secundum Alex. DV. qui Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoatur, hæc scribit: *Hoc anno* inquit, *Vitalianum Patricioli Fœderatorum Comitis filium Scythiæ, Mysiæque, cæterarumque Regionum incolæ ad arma adversus impium Anastasium sumenda concitabant. Is ita provocatus infinitam prorsus exercituum, qui sub Anastasio merebantur, multitudinem concidit, & auri copiam immensam ad elargienda stipendia missam arma ad subsidium, commeatum, cæteraque omnia deprædatus est. Uno conflictu solo sexaginta quinque hominum millia ex Imperatoris exercitu cum Hypatio Anastasii consobrino & Secundini Patricii filio eorum Duce prostravit, vivumque acceptum sub custodia tenuit, &c. Imperator porro Magistratuum nonnullis, ut in Sancti Theodori Sparaciorum templo ex ambone hymni Ter Sancti subiicerent additamentum præcepit, ex quo populus indignatus ex processionis precibus ad Triconchum eo die propter pulverem igneum habitis, se subduxit, cum etiam Timotheus* (Constantinopolitanus Episcopus) *per libellum Scriptum edixit, ut Ter Sanctum hymnum novo misso additamento in publicis processionibus decantarent, quod plerique præ metu fecere. Cæterum Monachi canticum aliud procedebant psallentes. Iis conspectis excla-*

prolatæ sententiæ non viriliter asseruntur. Sed de vobis dicere opto meliora: ut ea quæ per improbos confusa sunt, per vos correctionis remedium consequantur. Non *est tam durum decipi quemquam, quam deceptum in errore persistere. Malum hoc & malis omnibus gravius, cum a corpore suo membra dissentiunt. Nam etsi non sigillatim occupet omnia lineamenta debilitas, necesse est tam juxta Apostolicam vocem, totum corpus ex parte prægravari.*

XLII. (a) Rom. 1. *Unde addictorum fugienda communio, juxta beatum Apostolum (a): Pronunciationem fidei nullus erubescat. Virtus est enim omni credenti. Declinemus sacrilegum Eutychetis errorem cum Manichæa militia congruentem; communionem quoque eorum qui sunt a talibus educati, pari intentione vitemus, qui nunc quasi morbum & contagium Ecclesiis partium vestrarum tentant irrepere. Nemo se separet cum prædictis, & ferre tempestatem dissimulet, donec portum veræ fidei ab eorum communione separatus introeat. Quæ quidem amans moneo, non odio persequens accuso. Nam qui culpanda vituperat, nec utilia subministrat, exprobrantis habet potius studium, quam amantis affectum: & qui cohortatur ad profutura, vehementius boni propositi designat imaginem, ut ferventius utilia expetantur, invitans,*

XLIII. *Propter quod, fratres, illius bonæ Ecclesiæ desiderantes unitatem, & beatum decorem sanctæ concordiæ præsumentes, dicamus cum S. David (b): Quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum: & ut de vobis Apostolus Paulus dixerit (c): Vos autem omnes fratres in Christo uno estis. Donec enim unitas non redeat, nullus ambigat tandem * nihilominus esse ventura, quæ in Constantinopolitana nuper Ecclesia contigerunt: de quibus mihi pariter ingemiscere necesse est & tacere. Nam qui Apostolicæ sedis admonitionem negligendam esse crediderunt, merito inciderunt in ea quæ evenire solent solatio destitutis. Si quis ergo salutem propriam cogitans servare cupit Apostolica judicia, cum a præfatorum se labe sejunxerit, nostræ communionis se noverit sine dubitatione participem. Quia si ab eorum, quos Apostolica sedes damnavit, non se societate removerit, sciat nullo colore, nullo figmento, nullaque calliditate Ecclesiasticæ se custodiæ posse subrepere; quia sicut illos, qui se a suprascriptorum, hoc est, Eutychetis, Dioscori, Timothei, Petri, & Acacii venenis dissociant, libenter amplectimur; ita circa istorum sectatores cura & sollicitudo nostra, ne subrepere possint, semper invigilat.* Et alia manu. *Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Dat. octavo Idus Octobris post Consulatum Felicis V. C.* Hactenus Symmachus ad Orientales. Huic par dictio extat Ennodii Ticinensis cujus est exordium: *Pro ratione solvendum est; &c.* Ut plane appareat, eadem quæ Symmachus Papa scripsit ad Orientales, Romæ coram sacro Patrum Senatum sive in Consistorio, sive in Synodo fuisse ab eodem viro doctissimo deplorata: nisi malis ad aliam cladem iisdem illatam, de qua superius mentio facta est, illam Ennodii dictionem referre.

(b) Psal. 132. (c) 1. Cor. 12. * eadem.

XLIV. Unde tot mala evenere Orientalibus. His igitur litteris publicis atque patentibus omnibusque perspicuis egit cum Orientalibus Symmachus absque aliqua missa ex more legatione; quod jam alias ante missas penitus illi respuissent, & tumido fastu, quod a tot sanctissimis Pontificibus quam justissime jussum esset contempsissent. In cujus sceleris vindictam Deus, qui dispergit superbos, nullumque peccatum magis quam arrogantiam consuevit dira prosequi ultione, portentum illud, horrendumque monstrum in medio eorum, in ipsorum interitum excitavit, Anastasium dico omnium nefandissimum Imperatorem, cujus & Imperium diuturnius esse voluit, quo durius & prolixius eorum pertinacia puniretur; ut plane secundum divinum illud oraculum accidisse visum sit (d): *Deus regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi:* cum occultum Manichæum in regnum evexerit, & ad quinque atque amplius lustra ejusdem Imperium propagaverit. Ita plane Deum ulcisci solere in eos qui se a Catholica separant unione, cum plura ubique recitata superius

(d) Job. 34.

PAGIUS *clamavit populus. Bene venerint Orthodoxi: ex quo tumultus vehemens exortus est, multarum domorum visa incendia, & innumeræ cædes perpetratæ populi, confusa plebe contumeliosis vocibus Anastasium impetente, & alium ad Imperium advocante, & uno consensu, ceu jam declaratum Imperatore acclamante Vitalianum: adeo ut fugerit Anastasius, & Blachernis proxime in suburbio delituerit, cum vero velut multorum auctorem malorum conviciis usa Ariadna corripuerit.* Sed loco, *Hypatio Anastasii consobrina filio*, legendum, *Hypatio Anastasii ex sorore nepote.*

IX. Eandem seditionem refert Victor Tununensis, sed fallitur non solum in eo, quod sub Probi Consulatu anno sequenti gesto hanc secundam seditionem narrat; sed etiam in eo quod scribit, quod dum Hæretici Trisagion canerent, *nubes ex improviso cinerem super eos pro pluvia emiserunt, totamque Civitatem atque Provinciam contexerunt.* Illud enim die VI. Novemb. anni CDXLVII. non vero die VI. Novemb. currentis Christi anni contigit. Præterea ait, *Platonem* Civitatis Præfectum, & *Maximum* pulpitum Ecclesiæ Sancti Theodori ascendisse. Sed quem *Maximum* appellat, Marcellinus *Marinum* vocat. Incertum tamen quis eorum erraverit, nisi forsan error Librariis attribuendus sit. Denique *Areobindum* non minus quam *Vitalianum* proclamatum esse Imperatorem, præter Mar-

Vitalianus & Areobinda Imperatores acclamati.

rius exempla demonstrent, in Orientalibus tamen expressioribus id signis declaratur.

XLV. Qui enim temporibus istis a supremi capitis se conjunctione secantes, Acacii proterviam secuti, traditi sunt Imperatori perfido puniendi; postea reddita concordia, Catholicæ communioni restituti, iterum refugæ, iterum redeuntes, & sæpe discissi, sæpe compaginati, tandem consueta pervicacia diriori schismate resilientes, tradi meruerunt ignotis barbaris per multa sæcula virga ferrea puniendi atque perdendi. Sic plane Deus juxta propheticum illud (*a*): *Viam fecit semitæ iræ suæ*: ut semita sit ultio ista dicenda ad ampliorem viam, cum videlicet gravius delinquentes latiori meruere atque diuturniori plecti vindicta, nota reddita cunctis iræ divinæ via frequentioribus delinquentium calcata vestigiis, & acerbioribus suppliciis dilatata. Ut facile sit cuique interroganti: *quare fecit Deus malum tam grande populo huic?* verbis respondere divinæ Scripturæ (*b*): *Quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum*: nimirum quod a capite se summa protervia divisere, & deserentes quæ ex Deo est Catholicam unitatem & pacem, tradi meruerunt gentibus, quæ caros ipsorum filios dividant a parentibus, & dira tyrannide premant. At mittamus posteriora, cum plus quam satis sit tragædia præsens ad luctum.

(*a*) Ps. 77.
(*b*) Deut. 29. 3. Reg. 9. Hierem. 22.

XLVI. Reminiscentes miseri, patres ipsorum, cum ejusmodi interdum persecutionem ab hæreticis pati contigerit, appellare consuevisse communem omnium patrem Romanum Pontificem, confugereque ad Catholicæ Ecclesiæ tutum asylum Romanam Ecclesiam; testarique hoc hactenus litteras sacrorum Antistitum Basilii, Chrysostomi, & aliorum: tandem instar David levantes ad montes oculos, unde auxilium veniat, & optime conscii indignos se redditos qui audirentur: nam (ut utar verbis Apostoli (*c*): *Quomodo invocabunt in quem non crediderunt*. Cujus saluberrima jussa capessere contempserunt, posthabentes Acacii nomini totius Ecclesiæ Catholicæ communionem: his, inquam, cum suis ipsorum repellerentur excessibus, & retunderentur pravefactorum obicibus; vehementioribus tamen angustiati pressuris & arctati malis, in altiores clamores & ejulatus validiores, ut parturientes erumpentes, exauditi sunt in Occidente. Scribunt itaque tandem ad Romanum Pontificem litteras supplices, qui antea conventi sæpe ejusdem Pontificis litteris spreverant sana consilia, & proficua mandata contempserant. Necessitas supplices facit, quos superbia reddiderat penitus contumaces: petunt instanter, exigunt importune, & efflagitant audenter. Extorquere quod cupiunt ostendunt ut debitum: rati nimirum se ut filios a parente non deseri, sed jure debere servari; nec esse justum, ut alterius peccato, nempe Acacii, a paternis reiiciantur amplexibus.

(*c*) Rom. 10.

Orientales litteris Symmachum interpellant.

XLVII. Extant ipsorum litteræ ad Symmachum Papam tunc scriptæ, quas putamus hic integre esse reddendas, easque nequaquam ante recitatam nuper (ut alii existimarunt) ejusdem Symmachi epistolam datas, cum nulla prorsus mentio de iis in dictis Symmachi litteris habeatur, neque aptetur satis ad petita responsio. Quamobrem sicut istam minime datam dicimus ante illam epistolam, ita illam prius, hanc posterius esse conscriptam, facile possumus intelligere. Etenim quod in fine suæ ipsius epistolæ fuerat Symmachus contestatus, eos se fore complexurum, qui recederent a damnatorum atque præsertim Acacii communione: rejecturum vero omnino eos, qui ejus adhuc nomen retinendum esse putarent: tota ferme Orientalium responsio in eo est, ut suadeant non debere se ob Acacii peccatum subire supplicium, cum nonnisi proprium quemquam debeat obligare delictum & reddere obnoxium pœnæ. Sed inspiciamus epistolam ipsam ex qua eorum senten-

PAGIUS Marcellinum scribit Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni Coss. juxta editionem Ducangii: *Julianæ Nobilissimæ atriciæ acclamarunt* (factiones in Circo) *ob illius conjugem Areobindum Imperatorem Romaniæ* (volumus) *fugitque Areobindus trans fretum* (Peram) *ac demum Anastasius Imperator in Circi Tribunal ascendit absque Diademate. Quo cognito populus omnis in Circum pariter abscendit: atque is habita oratione universam multitudinem sibi conciliavit.*

X. Ob sacrum itaque *Trisagium* gravissimi hoc anno, sicuti & superiori, tumultus orti sunt, quia Anastasius Imp. ab Eutychianis seductus huic hymno istam clausulam adiiciendam volebat: *Qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis*. Avitus Episcopus Viennensis in Epistola III. ad Gundobadum Burgundionum Regem data anno currenti ait: *Actum est cum Rege Orientis* (id est Anastasio, *anno superiore, ut hinc cum Episcopo Urbis suæ, quasi leni colloquio & blanda meditatione conferret. Est autem illic consuetudo in Ecclesiis nobilium Civitatum supplicationem cum laude divina inter Missarum solennia celebrari: quam tanta devotione atque alacritate consonæ plebis clamor attollit, ut credant non immerito, omnes suffragium sacrificii subsequentis præmisso hujus devotionis obsequio placiturum*. Jobius Monachus apud Photium in Biblioth. Cod. 222. hanc Orientalium consuetudinem magis explicat, aitque; *Simul atque ad altare Sacerdotes accedunt, Cantor sacer de superiore loco sic clamat*: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. *Quem hymnum ex veneranda ac tremenda Seraphinorum professione compositum asserit* Jobius, inquit Photius. Primus laudatæ clausulæ auctor fuit Petrus Fullo eo fine, ut passio

Ob Trisagium iterum Constantinopoli tumultuatum.

tentiam facilius assequemur: sic enim se habet (a):

(a) Extat tom. 2. ep. Rom. Pont.

Ecclesia Orientalis ad Symmachum Episcopum Romanum.

XLVIII. Epistola Orientalium ad Symmachum Papam.

Bonus ille & amator hominum Dominus noster Jesus Christus, qui propter bonitatem suam in nos declinans cælos, & descendens ad terras, immaculatis Evangeliis quotidie illud clamat (b): Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. Non (c) veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam. Plus autem volens aperire opera suæ clementiæ, adjecit in sequentibus, dicens (d): Quis autem vestrum habens centum oves, si perdiderit ovem unam ex iis, nonne relinquit nonagintanovem in deserto, & vadit ad perditam, quamdiu inveniat illam? & inveniens imponit illam gaudens in humeris suis; & veniens domum suam, convocat amicos suos & vicinos, dicens: Congaudete mihi, quia inveni ovem meam perditam. Et ut clarius fieret quod dicitur, mox adjecit parabolam mulieris, quæ perditam invenerat drachmam, utrisque adjungens & dicens: Amen dico vobis, quia sic fiet gaudium in cælis de uno peccatore pœnitentiam agente.

(b) Matt. 9. (c) Mar. 1. (d) Luc. 15.

XLIX. Cathedram Petri tenet Rom. Episcopus.

Hæc diximus, sanctissime, ausi supplicare non pro perditione unius ovis, neque pro perditione unius drachmæ, sed pro amica nobis salute non Orientalium partium tantum, sed trium prope plagarum habitabilis mundi, non corruptibili argento, aut auro redemptarum de vana conversatione parentibus tradita, sed pretioso sanguine agni Dei; sicut docuit beatus gloriosorum Apostolorum Princeps (e) cujus cathedram beatitudini tuæ credidit Christus optimus pastor, qui venit quærens & liberans quod perierat, & ponens animam suam in redemptionem pro multis. Quem imitatus, sanctissime beatissimeque, festina ad adjuvandum nos, sicut B. Paulus (f) doctor vester ad auxilium quandoque Macedonum festinavit: & quidem ille in visione cognoscens periclitari Macedones, in veritate adjuvare eos properavit. Hæc cum isti dicunt de Macedonibus, eleganter videntur alludere ad Macedonium jam expulsum, ab Imperatore, indigentem vero auxilio Romani Pontificis. Sed pergunt:

(e) 1. Petr. 5. (f) Act. 16.

Tu autem affectuosus in filiis pater, non in visione, sed in veritate spiritualibus cernens oculis pereuntes in prevaricatione patris nostri Acacii, noli remorari: magis autem (ut ita dicam sicut propheta g) non dormites, sed festina ad liberandum nos: quia non in ligando tantum potestas est tibi data, sed in solvendo quoque diu vinctos ad imitationem magistri: neque in eradicando, vel diruendo, sed in plantando & ædificando, secundum beatum Hieremiam, magis secundum Salvatorem mundi Christum, in cujus ille extitit typo: neque in tradendo (h) tantum satanæ in interitum carnis, sed & in charitate formando, longa aversione dejectos: ne (quod absit) majori (i) tristitia absorptis nobis a satana, videamini pertulisse dispendium. Non enim ignoras ejus ingenium, qui quotidie a sacro doctore tuo Petro doceris oves Christi per totum habitabilem mundum creditas tibi pascere non vi, sed sponte coactas: qui cum doctissimo Paulo (k) clamas nobis subjectis & dicis: Non enim dominamur vobis in fide, sed cooperamur in gaudio. L.

(g) Psal. 120. (h) 2. Cor. 1. (i) Colos. 2. Rom. Pon. pastor totius Ecclesiæ. (k) 2. Cor. 1.

Quare deprecamur disrumpi novum chirographum nostrum, sicut Salvator & dux noster Christus vetus illud in cruce disrupit (l); ne ultra post lavacrum regenerationis, malorum nostrorum subjaceamus delicto, sed ut ejus, qui comedit uva acerba, ligaverit dentes, secundum beati Ezechelis (m) prophetiam. Cum ergo in veritate parabolam istam salutari adventu suo Salvator impleverit; cur, sanctissime ac beatissime Acacii inobedientia, uvam acerbam comedentis, nostri, id LI.

(l) Colos. 2. (m) Ezec. 18.

PAGIUS passio Deo Trino, ad quem superiora spectabant, adscriberet. Huic malo *Calendio* post mortem utriusque Stephani in Sede Antiochena successor duobus verbis remedium attulerat, errorique ansam præciderat, clausulæ nempe his verbis præmissis, *Christe Rex, qui crucifixus es,* &c. Verum *Fullo* Sedi restitutus, hæc verba, *Christe Rex,* sustulit, sicque pristinam labem redintegravit Antiochiæ, an. CDLXXXV. Hoc vero anno Constantinopoli, ubi additamentum a Fullone factum nunquam cantatum fuerat, Anastasius Imp. una cum Timotheo Patriarcha illud in Trisagium inferre conatus est; sed reclamantibus Orthodoxis nihil consequi potuit.

XI. *Gesta anno superiori ob additamentum Trisagii.*

Severi Epistola data anno superiori, ut ibidem num. IV. ostendimus, ad Aviti Episc. Viennensis manus pervenit, vel saltem de iis quæ eo anno Constantinopoli acta fuerant, non bene edoctus est. In Epistola enim laudata Avitus & de depositione Macedonii & de colloquio cum Imperatore habito, & de Trisagio in hæc verba loquitur: *Itaque sicut insusurratum fuerat Principi, & ipse insinuat Sacerdoti, nil in querelam venire, nullam fieri de Schismate mentionem, si hoc quod in ipsa oratione animos aliquantorum movebat, a Principe obsecratus Antistes, aut juberet, aut permitteret abrogari. Illud moleste quospiam ferre quod in ima prædicationis ipsius parte clametur,* ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ἐλέησον ἡμᾶς *quod Latine intelligitis dici,* qui crucifixus es propter nos, misere nobis. *Persuadetur Episcopo negligenti nec usque sic docto, ut tantæ Urbis perindeque totius Orientis Patriarcham decet. Concipit igitur atque disponit solennis hujus præconii incaute definitionem facturus: eo maxime effectu, quo res, nec de Canonicis Scripturis tradita, nec Apostolorum temporibus instituta, etiam contra vota populorum facile videretur posse mutari. Sed ubi primum hymnus in Ecclesia cantari solitus, ultima oratio-*

id est, filiorum ipsius in tam longo annorum cursu ligati sunt dentes? Si unus homo peccavit, quare toti synagogæ, aut magis toti habitabili mundo per anathema divinus furor incumbit? Ubi ergo Dei promissio, quæ dicit (a): Non percipient filii parentum peccata, neque parentes filiorum suorum, sed unusquisque morietur in suo peccato.

(a) Deut. 24. Ezech. 18.

LII. Queruntur teneri peccato Acacii. *Si propter Alexandrinorum, aut magis Euthychianorum amicitiam, qui aversantur & anathematizant sanctissimum & beatissimum Papam Leonem, vel in Chalcedone Synodum habitam, anathematizatus est Acacius: quare nos a vobis æstimamur hæretici, & in anathemate sumus nos, qui amplectimur solam illam epistolam, & quæ dicta sunt in sancta Synodo? Qui propter prædicationem recti dogmatis vestri quotidie oppugnamur, & ut hæretici anathematizamur ab iis qui Eutycheti consentiunt. Noli facere judicium, per illum, qui cunctam judicat terram: ne perdas justum cum impio; nec fiat apud te justus ut impius: nec æqualiter judicentur a te Orthodoxi, & hæretici, vel qui anathematizant prædictam sanctam epistolam, sanctamque Synodum vestram rectam & ii qui vobiscum ab eis anathematizantur, & qui orant mori quotidie pro recta fide, quæ a vobis prædicatur.*

LIII. A simili ducunt argumentum. *Et Jesus quidem (b) Nave incircumcisos & idolorum servitores Gabaonitas cum mendacio fugientes ad se, dum oppugnarentur ab Abimelech vel cæteris quatuor cum eo Principibus, pro eo quod ad eum confugerant, Deo cooperante, strenue vindicavit, ne blasphemaretur nomen Dei ejus tamquam non eos adjuvare prævalentis. Vos autem, sanctissimi viri, Jesu magni Dei & Salvatoris spei nostræ discipuli, imitatoresque ejus qui figuram servi assumpsit, ut nos liberos redderet a peccato quod regnabat in nobis; videntes oppugnari nos & mortificari, non sicut Gabaonitas incircumcisos, sed vobiscum circumcisos in Christi circumcisione, neque idolorum servitores & æmulos, etsi peccatores tamen Christianos, & vobiscum omnia in Christo sapientes, non despiciatis, neque contemnatis ultra, pii Patres: sed sicut beatissimus prædictus Jesus Nave (c), non illos tantum, sed & Raab meretricem illis anteposuit propter duorum exploratorum susceptionem; ita & vos nos vigilanter assumite cum Dei juvamine propter duarum naturarum traditionem, quæ a vobis per epistolam inter Sanctos constituti Papæ Leonis contra Eutychetis deliramenta directa est. Et illa quidem suscipiens explorantes, in stupam lini suæ domus abscondidit: nos autem rectæ fidei vestræ suscipientes confessionem, in corde nostro non abscondimus, sed in Ecclesiarum dogmatibus Dei misericordia eam cum auctoritate prædicamus. Et illa quidem rogata, per metum eos se habere negavit: nos autem oramus ne umquam humano metu negemus rectæ doctrinæ nostræ veritatem, & usque ad sanguinem pro ea stabimus, si sit necesse *.*

(b) Jos. 10. (c) Jos. 6.

* si ita contingat.

LIV. *Unde non tædeat nos adjuvare, neque odio habeatis propter adversantiæ communionem; quando & ab hac plurimi facultatibus impediti, & non habentes solicitudinem multarum animarum suspenderint: quibus vero multarum animarum cura commissa est, in creditis sibi communicent Ecclesiis, nullum contrarium habentes communicantem sibi, & metuentes relinquere lupis oves propter vocem Domini dicentem (d), Mercenarius autem & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & relinquit oves & fugit, & lupus rapit eas atque dispergit; quia mercenarius est, & non habet ovium curam. Quod ergo non amore vitæ capti, sed ovium salutem curantes plurimi sacerdotum hoc faciunt, deinceps, miserante Deo, cognoscere poterit tua paternitas.* Subdit mox de sacerdotibus illis, qui communicantes Apostolicæ sedi, derelinquere volebant oves illi non communicantes, cum tamen Orthodoxæ essent fidei: qui ne discederent & relinquerent eas lupis, ab aliis

(d) Joan. 10.

PAGIUS *tionis parte truncatus minus audientibus satisfecit, quidquid putabatur ab Eutychianis hæreticis concipi, patuit totum hoc ab Episcopo prædicari. Quis enim fidelium non jure moveretur audiens, crucifixo pro nobis, ut misereatur, minime supplicandum? Quid multis? Crescente seditionum procella, dum insistit populus, nec obsistit Augustus, antiqua Sacerdos, quodque magis dolendum, nec innocens Sede propellitur.* Postea usque in finem Epistolæ in eos invehitur Avitus, *qui nolunt a nobis ei, qui crucifixus est, supplicari*, putans sc. Macedonium in ea fuisse sententia.

XII. Sirmondus in Notis ad hanc Aviti Epistolam, autumavit, illam anno sequenti datam esse, & *Avitum* loqui de secunda seditione Constantinopoli ab Orthodoxis excitata, & quia jam ab anno elapso *Macedonius* in exilium missus fuerat, concludit, in hac narratione *Avito* impositum, ideoque alias ejus exilii causas fuisse; & Aviti hac etiam in parte relationem nutare. Verum licet ob alias etiam causas Macedonius ab Imperatore vexatus fuerit, a Trisagio tamen in eum sæviendi occasio sumta, ut liquet ex dictis anno DXI. num III. Recte tamen observavit Sirmondus impositum fuisse Avito in eo quod scribit: *Sed ubi primum hymnus ultima orationis parte truncatus*, &c. Non enim offendebat Orthodoxos hæc ultima pars Trisagii detracta, sed addita; quia Eutychianis favere non poterat, si truncaretur; cum illam *Petrus Fullo* idcirco adjecerit: ut Eutychianam hæresim stabiliret. Nec propterea hymno hanc addi non ferebant Orthodoxi, quod crucifixo sup-

S Avitus de gestis anno superiori Constantinopoli non bene edoctus.

aliis rogarentur Episcopis; nam ait:

LV. *Quidnam enim de his qui in sacerdotio constituti sunt, spectantes * in exilio mitti presbyteros Orthodoxos & sanctos viros, volentes se præter necessitatem ab Ecclesiis suo arbitrio subducere, ipsosque sequi, non cessarunt eis hoc facere, adjurantes eos ut manerent in creditis sibi sanctis Ecclesiis ad populi munimen Orthodoxi, in se suscipiendo quæ putantur discretionis illorum. Sicut Rebecca (a) quondam dicens Jacob: In me peccatum tuum, fili: ita illi ab Ecclesiis sibi creditis discedere sponte volentibus dixerunt: In nos veniat peccatum discretionis vestræ: tantummodo oves Christi præter necessitatem lupis non relinquatis; ne in loca vestra hæretici ingredientes, lupi discerpant oves; aut certe ab ipsis ovibus suis propter rectam fidem fugati, & his qui non fugantur, sed sponte discedere cupiunt, ne cui adversantium communicent, tali fide dicentes: Putas isti amore vitæ hoc faciunt, an amore animarum ad imitationem Domini sui primi pastoris nostri Jesu Christi magni Dei & Salvatoris spei nostræ, qui animam suam posuit pro ovibus suis?*

* sperantes.

Diligens cura pastoralis exhibita.

(a) Genes. 27.

LVI. *Omnimodo autem & qui videntur communicare Orthodoxi, & qui se a communione abstinent, omnes post Deum tuæ lumen visitationis & assumptionis opperimus. Quare festina juvare Orientem, ex quo vobis duo grandia diei lumina Petrum & Paulum ad illuminationem totius mundi Salvator direxit. Reddite ergo ei bonam retributionem, quam ipse vobis dedit: illuminate eum rectæ fidei lumine, sicut per ipsum vos quondam divinæ cognitionis lumine idem illuminavit. Sicut enim quando toto mundo in peccatis ægrotante, unius hominis delicto lassati, in ægritudinis curatione boni illius medici discipuli ipsum cœlestem medicum & principem pastorem, magistrum suum ad curam vocantes ægritudinis ipsius aliquando dicebant (b): Domine inclina cælos tuos, & descende: aliquando rursum (c): Qui regis Israel, intende: Qui sedes super Cherubin, appare: Excita potentiam tuam, & veni, ut liberes nos: Sic nos modo, qui infirmitati novæ prævaricationis patris nostri deiicimur, ad tuam clamamus beatitudinem; ut & tu imitator existens Filii Dei, ad dilectionem * deprecatione venias, imitatione ipsius cælestis Patris tui (d), qui facit Solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super justos & injustos. Festina in auxilium nostrum sciens, sanctissime (sicut in principiis dictum est) quia (e) non opus habent sani medico, sed male habentes.*

Quasi debitum exigunt.

(b) Psal. 134.

(c) Ps. 79.

*dejectionem.

(d) Matt. 5.

(e) Matt. 9.

LVII. *Quod si parva existeret ægritudo, nos forsitan ad spiritualem nostrum medicum curreremus, quatenus & passiones bonorum medicorum, id est, gloriosorum Christi discipulorum, vestrorumque doctorum, & sancta adoraremus tua vestigia; ut & prævaricationis medicinam, & solutionem vinculorum, & delicti remissionem de tuo sancto ore susciperemus.* Sed ne, lector, cursim ista absque consideratione transilias, verum observa quod dicunt Episcopi isti, si liceret venire Romam, ab ipsis fore exhibendum obsequium, nempe adorare (ut ajunt) ipsius Pontificis pedes: quibus veterem accipias erga ipsum primarium Ecclesiæ universalis Antistitem observantiam, cum illum convenientes Episcopi, ad ejus pedes solerent accidere, atque ipsa ejus vestigia venerari. At tanta hæc cum audis ab Episcopis præstari solita, tecum cogita quæ a reliquis Fidelibus eidem solerent exhiberi venerationis obsequia. Subdunt vero: *Sed quia non est ulcus aut macula, neque plaga tumens, sed totum ulcus est a pedibus usque ad caput, sicut beatus Isaias (f) antiquam prævaricationem deflens dixit; vos jam boni medici, & illius veri medici, vel bonorum discipulorum ipsius certissimi plantatores festinate ad curam resolutorum Ecclesiastici corporis membrorum, ut dissolutas manus nostras, dissolutaque genua erigatis, & cursus rectos faciatis pedibus nostris; ne quod claudum est, amplius distorqueatur; sed*

(f) Isai. 1.

Ex ingenti calamitate Oriental. Ecclesiæ arguunt.

PAGIUS supplicandum negarent; sed quia Deum crucifixum per hanc astruebant Theopaschitæ Eutychiani. Nec denique Christo pro nobis crucifixo supplicandum nemo unquam recte sentiens negavit: sed supplicationem hanc *Trisagio* subiici non probabant. *Avitus* itaque de insidiis adversus *Macedonium* ab Imperatore, & a Schismaticis comparatis, de *Macedonii* innocentia, & rebus tam adversus Sanctissimum Præsulem, quam adversus fidem Catholicam in Oriente gestis non bene edoctus fuerat.

XIII. Valesius tamen lib. 1. Observat. Ecclesiast. ad Evagrium cap. 5. scribit, clausulam a *Fullone* adjectam hymno *Trisagio* in Orientalibus Ecclesiis perpetuo deinceps usurpatam fuisse a Catholicis Sacerdotibus, licet Constantinopolitana Ecclesia & pleræque Occidentalium clausulam illam reiicerent, subditque: „ Certe *Ephremius* Patriarcha Antiochenus, quem Catholicum fuisse constat, adhuc sua ætate passim in omnibus Orientis Ecclesiis clausulam illam cani solitam esse, testatur in Epistola ad Zenobium Scholasticum: nec ullum dissidium inter Orientales & Occidentales hujus rei causa extitisse; cum Orientales quidem hymnum illum *Trisagium* ad Christum referrent; Occidentales vero eum referrent ad Trinitatem. Ita Valesius, qui addere debuerat, scribere etiam Ephremium Constantinopolitanos atque Occidentales non sustinere illud addi: *Crucifixus pro nobis*, ne hoc reponi, *Sancta Trinitas miserere nobis*. Verum Sirmondus in Notis ad laudatam Aviti Epistolam recte monet, hæc falso ab Ephremio de Orien-

Constantinopolitani & Occidentales clausulam Trisagio additam reiiciebant.

sed curetur magis per strenuitatem & optimam diligentiam vestram.

LVIII. *Sicut enim magistro nostro Domino Paulo glorioso Apostolo propter infideles aliquos, dum eum pigeret sermonem Domini in Corintho loqui, adstans Dominus dixit (a): Loquere, & non taceas, quia multus est mihi populus in hac civitate; & nunc tuæ dicit beatitudini, ejus benignitas: Festina, & noli tardare ad Orientis auxilium, magis autem ad majores partes habitabilis mundi: quia non tantum pro centum viginti millibus in magna quandoque constitutis civitate Nunive (b) sed a multo pluribus spera expectari tuam post Deum medicinam. Si enim qui præcessit beatitudinem tuam inter Sanctos constitutus Leo Archiepiscopus ad Attilam tunc erronem barbarum pe se currere non duxit indignum, ut captivitatem corrigeret corporalem, nec tantum Christianorum, sed & Judæorum (ut credibile est) atque Paganorum, quanto magis festinare ad tuam attinet sanctitatem, non ad corporeæ, quæ bello fit, captivitatis correctionem atque conversionem, sed animarum, quæ captivatæ sunt, vel quotidie captivantur? & inter duas diabolici vias erroris, Eutychetis atque Nestorii, tertiam, immo mediam nobis ostendas expressius veri rectique dogmatis viam.*

(a) Act. 18.

(b) Joan. 4.

Ab exemplo S. Leonis Papæ arguunt.

LIX. *Dubiam eam fecerunt nostra peccata, æstimantibus quibusdam non posse inter Nestorii & Eutychetis salutis viam mediam reperiri; sed quod omnino necesse sit, aut illius esse quemquam, aut illius. Propter hoc festina post Deum nos adjuvare: & sicut inter Arii dividentis atque separantis unam Deitatis naturam atque substantiam, & Sabellii quoque confundentis personas & minuentis numerum Trinitatis ostenderunt sanctissimi Patres viam mediam veritatis, in confessione divinitatis unam substantiam, naturam, virtutemque demonstrantes, propter Sabellium tres personas & æque potentiæ unam veritatem: sic & vos nunc, sanctissimi atque beatissimi illuminate nos spiritualis scientiæ vestræ lumine; quæ est inter sententiam Eutychetis ad imitationem Sabellii naturas atque substantias confundentis, & inter Nestorii ad imitationem Arii personas atque substantias dividentis, vera rectæ fidei confessio, tradita nobis a Papa Leone inter Sanctos constituto, & discipulorum in Chalcedone sanctorum Patrum duarum substantiarum aut naturarum unitas in una eademque persona & substantia magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi.*

LX. *Ipsi enim docuerunt nos divinis Scripturis, alteram esse visibilem & palpabilem & passibilem carnis naturam, & alteram invisibilem impassibilem, & incomprehensibilem naturam in una persona & substantia magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi: alteram de matris substantia & natura venientem de semine David, Abrahæ, & Adæ, secundum carnem natam; alteram vero ex utero ante Luciferum genitam de substantia & natura Patris. Sed ne rursus propter immaculati partus duas naturas & substantias occasionem apprehendentes qui secundum Nestorium sapiunt, duas personas, aut duos Filios, vel duos Christos male introducant; docuerunt sancti illi & beati Patres unam scire personam & substantiarum inseparabilem unitatem ex duabus substantiis & naturis, in duabus substantiis & naturis magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi.*

Fidei professio.

LXI. *Nos enim, o sanctissime & beatissime Symmache, eumdem esse existimamus ex duabus naturis & in duabus naturis, & non (sicut illi dicunt) ex duabus naturis unam naturam post adunationem, in duabus autem subsistentibus naturis cum unitate non pati confiteri; ut se doceant Arianorum esse imitatores, dicentium per Filium gloriari Patrem, cum Filio autem non*

Fidei Catholicæ confessio.

PAGIUS

Orientalibus scribi; cum ex Damasceni Epistola *de Trisagio*, compertum sit, Veteres omnes semper de Deo Trino, numquam de Filio solo hymnum hunc accepisse, quem & Τριαδικὸν ea de causa nuncuparunt. Præterea certum est, Petrum Fullonem, cum clausulam istam adjecit, non Filium in mente habuisse, sed Deum, quem crucifixum cum Theopaschitis adstruere studebat. Immo Photius, qui Excerpta illa Ephremii Cod. 228. refert, ait; *Sed sive bene seu secus de Trisagio hic judicat, (facile enim occasio ipsi ita judicandi præceptum dedit) non possum equidem nunc de altera sententia certum ferre judicium, nisi, quod non sinit Scholasticum admonens, ab Ecclesiæ corpore non separari.* Paulo ante de Zenobio Scholastico Acephalorum labe infecto Photius dixerat: *Zenobius a communi segregatus Ecclesia colorem hunc quæsivit, quod recens divisa esset Ter Sancti Hymni sententia.*

XIV. Ait Valesius, *Avitum* in laudata Epistola clausulam istam: *Qui crucifixus es propter nos, misere nobis*, ambabus, quod aiunt, ulnis amplecti, & hæreticos censere eos, qui illam reiicerent. At ideo eos hæreticos censebat Avitus, quod existimaret, qui illam reiicerent, noluisse ab Orthodoxis ei qui crucifixus est supplicari, illosque Eutychianis hæreticis adhæsisse; cum tamen e contra ideo clausulam illam Orthodoxi respuerent, quod eam Eutychianis favere arbitrarentur. Ad hæc *Ephremii* & *Aviti* Epistolas contendit Valesius convincere falsitatem Epistolarum, quarum mentionem fecimus, quando de *Fullone* locuti sumus, quando constat eum ob adjectionem supradictæ clausulæ a Sede Romana & Constantinopolitana damnatum fuisse. „ Si enim, inquit Valesius, hoc „ ita esset, numquam appendix illa Trisagii „ retenta fuisset ab Orientalibus, nec Constan- „ tinopolitani & reliqui Occidentales communica-

Dempto pravo Fullonis consilio clausula illa admitti potuit.

non pati se eum glorificari. Sed sicut contra illos docuerunt fratres tui sanctissimi Patres, Per quem & Cum quo æqualiter pati dicere nos: quia, Per quem, humanitatem; Cum quo divinitatem significantes magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi: sic & nunc illis, Ex duabus quidem naturis dicentibus, In duabus autem non confitentibus, nos Ex duabus, & In duabus pariter dicimus: Ex duabus enim dicentes, ex quibus subsistit unitas: In duabus autem, in quibus visus est, & palpatus est, & assumptus post passionem & resurrectionem, confitemur, & in quibus veniet judicaturus vivos & mortuos.

LXII. *Neque enim nuda divinitas poterat aut palpari, aut crucifigi pro vita mundi; nec simplex humanitas morti subjacens per mortem confundere eum qui obtinebat mortem, hoc est, diabolum. Unde, & post resurrectionem in immaculata carne sua visum Verbum Dei & Deus noster omnibus discipulis suis dicebat (a): Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum: palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem. Habentem dixit; ut non is in illa mutatus putaretur, sed in veritate assumpsisse crederetur. Beato quoque Thomæ diffidenti clamat (b): Infer digitum tuum, & vide manus meas: & da manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Unde dum assumeretur, duo viri visis discipulis in albis vestibus clamabant & dicebant (c): Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Hic Jesus, qui ablatus est a vobis in cælum, ita veniet, sicut vidistis euntem in cælum, cum venerit omnimodo in gloria Patris cum sanctis Angelis in die terribili justi judicii; sic infideles Judæi videbunt in quem compunxerunt, & cum eis peccatores etiam, nostri, cum qui eorum misertus est & liberavit eos, neglectus autem ab eis est: Secundum vos autem, sancti & justi videbunt quem dilexit anima eorum, & lætabuntur lætitia ineffabili & gloriosa, accipientes consummationem fidei suæ in salutem animarum suarum, & audientes suavissimam vocem ejus dicentis (d): Venite benedicti Patris mei, hæreditate paratum vobis regnum ab initio mundi. Cujus beatæ vocis cum tua beatitudine & nos indignos dignetur Christi Dominus noster, per omnia sanctissime Pater.* Hæc ad Symmachum Orientales Orthodoxæ fidei professores, sed tamen qui polluti communione erant Acacii: qui, quod primum omnium requiri ab eis videbatur, dicere in professione rectæ fidei anathema Acacio, id penitus facere prætermittunt. Quid vero ad hæc rescripserit Symmachus Papa, incompertum habetur: non enim (ut superius demonstravimus) quæ extat ad Orientales Symmachi Papæ epistola, post hanc, sed ante scripta fuit. Con-

(a) Luc. 24.

(b) Joan. 20.

(c) Act. 1.

(d) Matt. 25.

PAGIUS „ nicare deinceps sustinuissent Orientalibus, qui eam clausulam retinebant „. Verum quemadmodum ex Patribus alii & quidem plures, Christum esse creaturam asseruerunt: alii, & ii pauciores, præcise negarunt, quia, ut inquit Petavius lib. 7. Theologic. Dogm. de Incarn. cap. 6. priores ad essentiam ipsam & naturam respectum habuere; posteriores ad *actum* illum per se subsistendi; pari eademque ratione in *Fullonis* additione, pravo ejus consilio demto, incommodi nihil fuit: ita nimirum ut post Trinitatis laudationem converso ad Filium sermone, his illi verbis supplicatum sit; *Qui crucifixus es pro nobis*. Quod & *Calendionem* Episcopum Antiochenum sensisse manifestum est, quando *Fullonis* additioni præmisit, *Christe Rex*. Et id ab Ecclesiæ usu, inquit Sirmondus citatus, non abhorrere agnoscit Damascenus, cum post Trinitatis doxologiam, quæ his verbis continetur; *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto*, subjungi sæpe soleat, *ei qui voluntate crucifixus est, & qui resurrexit a mortuis*, quæ ad Filium proprie spectant,

XV. *Exilium Flaviani & Severi intrusio.* Hoc anno *Flavianus* Episcopus Antiochenus in exilium missus, & *Severus* hæreticus in ejus locum substitutus, ut anno sequenti videbimus. Præterea *Juliana* filia Olybrii Imp. & *Pompejus* Imperatoris nepos Synodum Chalcedonensem animose tuentur, ut anno præcedenti legere est.

JESU CHRISTI ANNUS 513.	SYMMACHI PAP. ANNUS 15.	ANASTASII IMP. 23. THEODOR. REG. 21.

I. Severus Episc. Antiochenus

Consulibus Probo & Clementiano præsens annus Domini quingentesimus decimustertius Fastis inseritur: *Quo* (inquit Marcellinus in Chronico) *Severus Eutychetis perfidiæ, Anastasio Cæsare volente, sedem Antiochenam Flaviani Antistitis ex monacho Episcopus occupavit.* Hæc ipse. Mala malis majoribus incrementis adduntur. Qui enim monachus valuit tot tantaque comminisci scelera, quid ab eo faciendum putas cum tantæ Ecclesiæ nactus est præfecturam, fultus præsidio Imperatoris? Simulac igitur adeptus est Antiochenam sedem, conatus est omnes Episcopos ad suam communionem pertrahere: quinam autem ab eo seducti sint, quive ei restiterint, extant litteræ monachorum Palæstinæ scriptæ ad Alcysonem, quæ res gestas enarrant. Sedem quippe, quam persecutione Orthodoxorum prætio cumulato redemit, persecutione pariter vehementius aucta ad annos quinque possedit sanguine madidus, illius instar cruentæ bestiæ, de qua propheticus sermo ait (*a*): *Per gyrum dentium ejus formido*: utpote qui ad hoc invasit ovile (*b*), ut mactaret & perderet. Sed reddamus de eo epistolam monachorum ad Alcysonem Episcopum Nicopolis in Illyrico, quam Evagrius recitat verbis istis (*c*):

(*a*) *Job.* 41. (*b*) *Joan.* 10. (*c*) *Evag. l.* 3. *c.* 33.

II. De rebus Severi epistola monachorum ad Alcysonem.

Qui Ecclesiæ Antiochenæ paruerunt, partim fuerunt una cum cæteris in errorem adducti, ex quorum numero fuit Martinus Episcopus Berythi; partim vi & necessitate compulsi, litteris Severi de mutua communione (quæ non Concilio solum, verum etiam cæteris omnibus, qui duas naturas sive proprietates in Domino inesse, alteram carnis, divinitatis alteram asserebant anathema indixerunt) consentiebant. Verum quos necessitas ad consentiendum compulerat, hi postea mutata sententia, se ad Ecclesiam revocarunt: ex quorum numero fuerunt Episcopi, qui Ecclesiæ parebant Apameæ. Erant vero alii, qui consentire omnino noluerunt: ex quibus erant Julianus Episcopus Bostri & Epiphanius Tyri Episcopus, & alii nonnulli (ut fertur) Episcopi. Isauri autem, qui jam resi-

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLI. A. C. 513.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6006.

☉ 18. F. ☽ 1. P. 7. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 513.

SYMMACHI PAPÆ 16.

ANASTASII IMP. 23.

THEODORICI REG. 21. & 3.

I. *Consules.* [1] COSS. *Probus* [2] Occident. & *Clementinus* Orient. Acta enim publica in Occidente solo *Probi* Consulis nomine reperiuntur signata, qui ideo Romæ creatus fuit. Quare hic *Probus* alius est a Probo anno DII. Consule. Hic quippe Anastasii Imp. nepos fuit; noster vero Probus e familia Aniciana, in qua cognomen *Probi* frequentissimum. Hinc in Fastis Heraclianis dicitur *alter Probus*, quia sc. diversus est a duobus ejusdem nominis, quorum alter anno DII. alter anno DXXV. Consulatum gessit. Clementinum vero Orientalem fuisse inde colligo, quod in Laterculo Fastorum Consularium *ab Ausonii & Olybrii Consulatu ad Postconsulatum XVII. Basilii*, qui extat in fine Chronici Paschalis seu Alexandrini editionis Ducangii pag. 472. tam posterioribus præcedentis sæculi annis quam prioribus currentis fere semper Occidentales Consules memorentur, & tamen hoc anno Probus sine collega proponatur.

II. *Severus Sedem Antiochenam anno superiori invasit.* A num. I. ad XVII. *Flavianus* Episcopus Antiochenus anno superiori in exilium missus, quod fatetur Baronius, eodemque anno *Severus* in locum ejus intrusus. Hanc Severi intrusionem hoc anno collocat Cardinalis doctissimus, deceptus

---

NOTÆ [1] *Coss. Probus & Clementinus.* Relandus: *Anicius Probus* ex Fleetvvod. pag. 453.

DEPOSITE. SUB. DIE. VIII. KAL. JUN. PROBO. JUN. V. C. CONS.

Habetur inter inscriptiones basilicæ S. Pauli num. 402. Reines. Cl. XX. pag. 981.

SUB. DIE. KAL. JUL. PROBO JUN. V. C. COS.

Victor: *Probo V. C. cos.* Marcellinus: *Clemente*, seu ut Sirmondus, *Clementino & Probo.* Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Probo.* GEORGIUS

resipuerant, ob priorem suum errorem se ipsi condemnarunt, Severoque & ejus sectatoribus denunciaverunt anathema. Alii Episcopi & clerici, qui sub Severo erant, Ecclesiis suis relictis, fugerunt: inter quos est Julianus Episcopus Bostri, & Petrus Episcopus Damasci, qui hic vitam degunt: Mamas item, & alter e duobus illis Dioscorianis, qui duas ab initio naturas asserebant: quorum arrogantem pertinaciam ab illis ipsis ad id quidem coactus Severus condemnavit. Hic ille est Mamas de quo anno superiori dictum est, cum Sabæ res gestas recensuimus. Et paulo infra: *Monasteria autem, tum quæ hic sunt, tum quæ Hierosolymis, Dei juvante gratia, in recta fide consentiunt: aliæque plurimæ civitates & Episcopi eodem modo; pro quibus omnibus, & pro nobis quoque tu sanctissime, & domine, Pater noster honoratissime, precare digneris, ne intremus in tentationem.* Hactenus litteræ monachorum ad Alcysonem: quibus hæc addit Evagrius (*a*):

(*a*) *Evag. eod. l. c. 34.*

III. De Cosma & Severiano Episcopis Orthodoxis Severum damnantibus.

Quoniam autem istæ litteræ memorant Episcopos, qui Ecclesiæ Apameæ parebant, a Severo descivisse; deinceps ponamus in medio quod a patribus nobis traditum est, licet nulla historia hucusque comprehensum. Cosmas qui nostræ Epiphaniæ Orontem fluvium tangentis Episcopatum gessit, & Severianus Episcopus Arethusæ urbis finitimæ, litteris Severi de mutua communione graviter offensi, primum se ab ejus communione segregarunt, deinde libellum abdicationis ad eum jam tum Episcopatum Antiochiæ administrantem mittunt: quem libellum tradunt Aureliano præcipuo Epiphaniæ diacono: qui quoniam Severum extimescebat, & tam illustris Episcopatus amplitudinem reverebatur, ut primum venit Antiochiam, induit se veste muliebri, & ita ad Severum accedit: seque ipse esse effeminatum mollemque ostendit, mulieremque omnino esse simulabat; atque velamine, quo caput obvolvebatur, ad pectus usque demisso, lamentari, & exili voce velut eximis præcordiis ducta obtestari cæpit, Severoque prodeunti libellum abdicationis dat: & clam omnibus, ex turba quæ sequebatur Severum, evadit: fugatque sibi arte salutem parat, quam Severus ea quæ libellus complectebatur potuisset cognoscere.

IV. Anastasius mitius agendum putavit cum Episcopis Orthodoxis.

At Severus quamquam libellum recipiebat, & quæ in eo scripta erant, satis intelligebat; tamen in sua sede Episcopali firme perstitit ad mortem usque Imperatoris Anastasii. Ubi autem Anastasius de his quæ Severo acciderant, certior factus est (facinus namque tam benigne & clementer ab Anastasio editum hoc loco commemorandum est) mandatum dat Asiatico Præfecturam Libanesiæ, quæ est in Phœnicia gerenti, ut Cosmam & Severianum suis sedibus expelleret, propterea quod Severo libellum abdicationis miserant. Qui cum venisset in Orientem, & multos Severiani & Cosmæ doctrinis adhærescentes & suas ipsorum civitates strenue propugnantes reperiret, retulit ad Anastasium hos sine sanguine non posse suis sedibus exturbari. Itaque tantum in Anastasii animo insedit clementiæ & mansuetudinis, ut per litteras Asiatico plane significarit, se velle nullum facinus aggredi, quantumvis magnum & memorabile, si vel gutta sanguinis pro eo fundenda esset. Hæc Evagrius, commendans ex his clementiam Anastasii, immemor quæ superius dicta sunt ab eo patrata adversus Catholicæ fidei professores: adeo ut sæpius apparuerit, tunc tantum præsetulisse clementiam, cum populorum veritus seditionem, sibi timens, gladium a cæde cohibuit. Verum satis ad sævitiam Imperatoris fuit, cum etsi non ipse in sanctos Episcopos grassatus est, siverit tamen Severum impium pro animi voluntate sævire. Hic enim tantam ignominiam sibi ab Orthodoxis illatam Episcopis in sui abdicatione haud æquo animo tulit, sed expectavit ut ab Imperatore de eisdem supplicium sumeretur: cum vero illum dictis ex causis temperantem se ab ultione vidisset, erupit ipse vehementiore in Orthodoxos concepta rabie atque furore.

V. Antequam autem cætera de nefandis Severi sceleribus prosequamur, quoniam de Juliano Bostrensi Episcopo honestissima mentio facta est, de eo nonnulla dicamus. Fuit hic discipulus magni illius Theodosii Cœnobiarchæ, cujus superius meminimus; deque eo scribit Cyrillus (*b*) monachus in Vita ejusdem Theodosii. Sed inter cætera ejus vitæ insigniter ductæ me-

(*b*) *Cyrill. in Vita Theod. apud. Sur. tom. 1.*

PAGIUS pius a Marcellino in Chronico, qui sub hujus anni Consulibus eandem refert. Hic tamen recte scribit Flavianum in castellum, *quod Petra dicitur*, exulem missum esse, ubi *Confessor Christi in Domino requievit*. Quod videtur locum dedisse Baronio *Flavianum* Martyrologio Romano inscribendi ad diem IV. mensis Julii. Papebrocius in Historia Chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum, dum de Elia Patriarcha loquitur, se nonnisi in solo Claromontani Collegii Synaxario, idque ad XXVII. Septemb. *Flavianum* invenisse asserit: Sed cum nulla supersint Menæa aut Menologia ante nonum sæculum edita, non mirum quod in iis, quæ postea scripta sunt, nomen ejus non appareat. Præterquam quod multorum Martyrum, Episcoporum & Anachoretarum Sanctissimorum nomina in omnibus Menæis & Martyrologiis, quæ extant, tacentur. In Chronico Nicephori *anni septem*, in Tabulis vero Theophanis *anni XIII.* Flaviano attribuuntur; sed utrobique mendose cum anno CDXCVIII. sedere cœperit, annoque superiori Episcopatu dejectus sit. Evagrius lib. 3. cap. 33. de invasione Severi hæc scribit

Eje-

(a) Prat. Spiritual. c. 94.

merita hæc etiam a Sophronio perpetuis monumentis mandata reperiuntur (a):

VI. Julianus Bostrensis venenum illæsus bibit.

Idem pater noster Gregorius Archimandrita narravit nobis de Abbate Juliano Episcopo Bostrense: quod cum recessisset de cœnobio, & factus esset Episcopus Bostrensis, quidam ex habitatoribus ipsius civitatis odio nominis Christi voluerunt eum veneno occidere: corrumpentesque pecuniis ministrum ejus qui ipsi porrigebat poculum, dederunt illi venenum, ut cum porrigeret Metropolitæ poculum, venenum in calicem mitteret. Puer autem ita ut dictum fuerat fecit, deditque calicem veneno infectum sancto Juliano. Suscepit vero illum sanctus vir, ac divinitus cognovit insidias. Susceptum ergo calicem ante se posuit, nihil omnino dicens puero: mittensque accersivit omnes primates civitatis, inter quos erant & qui illi insidias paraverant. Vir autem beatissimus nolens eos publicare qui hoc fecerant, voce mitissima omnibus dixit: Si arbitramini humilem Julianum veneno occidere, ecce coram vobis pestiferum calicem bibo. Signansque ter digito suo calicem, & dicens: In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti bibo hunc calicem: bibit illum coram omnibus, atque illæsus perstitit. Quod illi cum vidissent, prostrati, veniam petierunt. Hactenus de Juliano Bostrensi Episcopo, qui haud dubium ex Severi insidiis ista est passus: quod enim scisset rescripsisse Imperatorem ad Præfectum, ut potius quam sanguis funderetur, sineret in suis sedibus permanere Episcopos, ipse veneno rem conficere machinatus est: sed tanto a sanctissimo viro miraculo edito, plane declaratum fuit veritatem per ipsum Julianum Episcopum defendi.

VII. Severus insurgit in Eliam Episc. Hierosol.

Quæ insuper ejusdem Severi opera in Eliam Episcopum Hierosolymitanum & alios Orthodoxos Palæstinæ provinciæ acta sint, ex Cyrillo monacho, qui illis vixit temporibus, rem aggrediamur. Simulac enim sedem invasit perfidus Antiochenam, ex sibi subjectis Episcopis, illis tamen qui cum eo sentirent, conventum collegit, Synodique nomen indidit, ex quo & Synodales scripsit epistolas, quibus cum suæ promotionis absentes redderet certiores, tum etiam fidei professionem ex more conscriberet: quam veluti piam Catholicamque ut amplecterentur, admonuit; ita fore animo concipiens, ut qui ab ipso diversa sentirent, exploratos haberet, & vi tandem adigeret. Ex his enim quæ adversus Eliam Cyrillus ipsum egisse tradit, quidnam in minorum sedium Episcopos præsumpserit possumus compensata ratione coniicere. Ait igitur Cyrillus (b):

(b) Cyrill. in Vit. S. Sabæ.

VIII.

Cum apprehendisset Severus sedem Antiochenam, innumerabilia quidem mala fecit iis qui non ei communicaverant. Mittit autem sua quoque Synodalia ad Eliam Patriarcham: quibus minime admissis, non mediocriter ad iram accendit Imperatorem. Et hæc Synodalia rursus mittuntur Hierosolymam, simul missis etiam quibusdam clericis & non parva manu militari; ut iis, quibus non persuadebatur eadem tenere quæ ipsi, vim etiam afferent. Cum hæc autem ita se haberent, & tam acerba in fidem Orthodoxam exerceretur tyrannis & jam Eliæ grave immineret periculum, & ejus capiti malum impenderet, & nusquam auxilium: cum congregasset divinus Sabas eximios omnes & electos monachos, cum illis accedens, & illam quæ circumsistebat Eliam perrumpens multitudinem (o generosam animam!) Regis satellites & Severi ministros illinc fugat, tamquam quædam mancipia. Deinde alia quoque undique confluentium monachorum multitudo, eos qui Severo communicabant, in illorum ipsorum conspectu anathemati fidenter subiiciunt. Admiratione plane dignum fuit, hominem Evangelica mansuetudine nulli secundum, cum periclitari videt Catholicam fidem, & in discrimen adduci suum ipsius Episcopum, leonis induere animositatem, cum delectum habet, instarque exercitus ducis Orthodoxos monachos zelo armat ad pugnam, ut vindicent Sancta, nec sinant inaccessum impiis fidei illibatæ sacrarium pollui. Sic igitur qui sciebat Deum habere se prævium, inconcessa humanis viribus tentant, in armatos hostes irrumpens, eosdemque absque humana potentia, ut pavida animalia fugat & disiicit. At quid superatus Anasta-

S. Sabas præsto est Eliæ Episcop. Hierosol.

PAGIUS *Ejecto Flaviano Severus ad Episcopatum Antiochensis Ecclesiæ promotus est anno Urbis Antiochiæ quingentesimo sexagesimo primo, mense Dio Indictione sexta currentis tunc circuli*, a Septembri anni superioris inchoata. Annus Antiochenus DLXI. Kal. Septemb. anni Christi 512. auspicatur, & mensis Dius Novembri nostro respondet. Sed Valesius in Notis ad Evagrium existimans annos Antiochenos a mense Novembri initium sumere, & Marcellinum in Chronico exordium *Severi* sub hujus anni Consulibus recte recitasse, putavit loco, *Indictione VI.* substituendam esse Indictionem VII. Verum post ea quæ in Differt. de Periodo Græco-Romana n. LXXXVI. in medium adduxi, & nuper Emin. Card. Norisius in Differt. III. de Epochis Syro-Macedonum cap. 6. in lucem edidit, annos Antiochenos ab Evagrio usurpatos a Kalendis Septembribus proficisci extra omnem controversiam esse debet. Refert ibidem Card. Norisius verba Joannis Malelæ in suis Chronicis, qui ait, Severum Sedem Antiochenam occupasse *mense Novembri, die sexta, anno juxta Antiochenos DLXI.* qui cum mense Septembri superioris Christi anni inchoatur. *Severi* initium anno DXVIII. ex ejus depositione adhuc etiam innotescet.

Se-

stasius Imperator a Saba? Audi Cyrillum:

IX. Olympius cum militibus adversus Eliam mittitur.

Hoc (inquit) *dedecus & hanc ignominiam volens delere Imperator, contra eos mittit Olympium quemdam Cæsariensem, traditis ei copiis quæ erant in Palæstina, regia utens auctoritate, non legibus nec judiciis. Qui cum primum ascendit Hierosolymam, Eliam quidem de sede deponit, ac eum damnat exilio; Joannem autem filium Marciani, qui Severi quidem confessus fuerat communionem, anathemati vero subjecerat Synodum Chalcedonensem, reponit in illius sedem. Quod quidem cum didicisset beatus Sabas, non licuit ei cunctari: sed cum rursum assumpsisset sacrum illum exercitum monachorum, tamquam præstantissimus quispiam Imperator irruit in certamen. Et Olympium quidem non offendit (jam enim ille, tamquam ei res recte successisset, reversus est in civitatem): In Joannem autem incidens novum Patriarcham, testificatur & denunciat, ne Severum admittat in communionem, sed tueatur potius Synodum Chalcedonensem, & pro ea ad sanguinem usque periclitetur. Quod quidem facit ille, reveritus Patrum protestationem, omnino oblitus conventorum cum Olympio.* Mira quidem res, & quæ propemodum humanum superet captum, ut subrogatum in locum Orthodoxi hæreticum, mox dicto citius Sabas converterit in Orthodoxum & confessorem. Sed pergit Cyrillus:

X. *Propter* (a) *hæc iratus Imperator, Olympium magnæ condemnans stultitiæ, illum quidem statim deponit e magistratu: cum autem eum tradidisset Anastasio & eum constituisset Ducem totius Palæstinæ, illuc mittit. Ille vero cum quam celerrime venisset Hierosolymam, & ne solo quidem verbo impertiisset Patriarcham, sed solum spectaret gratiam Imperatoris, & pro honore ei dato, sine ratione ei vicissim præstaret officium, magis expers rationis, eum statim coniicit in carcerem impudenter vim afferens, & in difficilem adducens necessitatem, ut Synodum quidem Chalcedonensem abrogaret & infirmaret, amplecteretur autem & defenderet Severi communionem. Sed ille cum rem communicasset Zachariæ, qui præerat Cæsariensibus, latenter consulendo de his quæ erant proposita; callida arte subterfugit necessitatem. Ea autem erat Pollicitus se omnia facturum quæcumque Dux juberet prompto & alacri animo, si relaxaretur a custodia, postquam soli duo dies præteriissent: ne vi* (inquit) *videamur parere jussis Imperatoris; ita dimittitur e carcere.*

(a) *Hæc etiam habes recitata in Septima Synodo Act. 1. t. 2. Concil.*

Joannes ex hæretico catholicus & confessor.

Deinde una nocte multitudo eorum qui erant circumcirca monachorum convocatur in templum Stephani primi martyris, specie quidem, ut qui esset mane celebraturus commune festum primo martyri, re vera autem eos advocans ad auxilium Orthodoxæ fidei, ut sic magis hæreticorum coerceret arrogantiam. Diluculo ergo congregata fuerat multitudo monachorum, partim quidem ex iis qui fuerant illic congregati monachi, sicut dictum est; partim autem de more veniens ad Synaxim; partim vero quæ concurrerat ad videndum Hipatium, qui erat consobrinus Anastasii Imperatoris, modo servatus ex captivitate: erat enim templum quoque capacissimum multitudinis. Aderat autem ipse quoque Dux, ut eo teste abrogaretur & abdicaretur Synodus Chalcedonensis. XI.

XII. Joannes publice confitetur fidem Catholicam.

Protinus ergo ascendit suggestum Joannes utraque manutenens Sabam & Theodosium pietatis propugnatores. Cum se autem sustinuisset aliquantulum, visus est sensim susurrantem audire multitudinem, & dicentem oportere ferire anathemate eos, qui non recte sentiunt. Hoc ergo ille cum tamquam divinum aliquod signum accepisset, & cor habuisset repletum audacia, unam emittit vocem cum multitudine: Si quis ea sentiat, quæ Eutyches, Nestorius, Severus, & Soterichus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, anathema sit. Tunc sensit Dux fraudem, & veritus populi consensum unanimem, satis habuit, si se subducens silentio fugeret; & abiit Cæsaream. Qui autem remanserat consobrinus Imperatoris jure jurando affirmavit divinis Patribus, se non venisse ut communicaret malæ Severi opinioni, sed ut loca adoraret veneranda; seque velle potius communicare eorum sanctitati. Dat itaque Sabæ magnam vim pecuniæ quidem, simul & jubet eam distribuere omnibus qui illic erant monachis, ostentum

PAGIUS III. *Severi ordinatio Antiochiæ peracta.*

Severum autem Antiochiæ ordinatum fuisse, colligo ex Evagrio cum Theophane collato. Ille lib. 3. cap. 32. refert, Monachos qui in prima Syriarum Provincia Sedes habebant, inductos a Xenaia Episcopo Hierapolis, subito in Urbem irrupisse, *compellentes Flavianum, & Chalcedonensem Synodum, & Leonis Epistolam sub anathemate damnare. Quod cum Flavianus agre admodum ferret*, plebs Civitatis insurgens adversus Monachos plurimos eorum interfecit. Addit Evagrius, Monachos secundæ Syriæ, *cum impense faverent Flaviano* subito Antiochiam advolasse, ut eum defenderent: & ita tum quoque non exigua evenisse mala, & propter utrumque *Flavianum* Sede sua expulsum esse. Quæ expulsionem ejus præcessere, narrat Theophanes anno Incarnat. secundum Alexan. DIV. qui Kalend. Septemb. anni Christi DXI. inchoatur: *Consilium subinde dabant, qui ad eum expellendum ab Imperatore missi fuerant Magistratus, ut ob enatos tumultus ad breve tempus secederet. Illo itaque ad Platanos* (Urbem Syriæ Antiochiam inter & Laodiceam positam) *profecto, impium Severum in Schismaticorum Monasterio ad Gaza Majumam prius Monachum agentem confestim ordinaverunt Episcopum: Flavia-*

ostendens suam in Deum fidem, & quam erga illum habebat pietatem & reverentiam efficiens manifestam.

XIII. Quis ad hoc non obstupescat? non tantum qui missus fuerat instar Balaam ad maledicendum, ad benedicendum os convertisse; sed & qui ut Imperatoris mandatum impleretur, præsto fuisset, contra sententiam Imperatoris esse locutum; atque quos ut hostes habebat, eosdem beneficentia demerere magno studio laborasse? Sed subdit: *Cum autem beato Sabæ sic processisset ex sententia certamen, quod pro recta fide susceptum fuerat: sciens ille Imperatorem hæc non esse passurum, sed pro ignominia & dedecore id habiturum, & ægre laturum, & omnibus modis operam daturum ut se ulciscatur; congregato toto cœtu monachorum, ubi cum eis rem contulisset, simul scribit epistolam ad Imperatorem, quæ hoc modo habebat:*

XIV. Epist. S. Sabæ ad Anastasium Imp. *Dominus noster Jesus Christus omnium Rex æternus & Deus excelsi post illum regni sceptra piæ vestræ potestati sua benignitate tradidit, re vera volens omnibus quidem sanctissimis Ecclesiis, præcipue autem matri Ecclesiarum bonum pacis conciliare per vestram in Deum pietatem. Sciunt vero omnes, quod cum ab hac Ecclesia cœpisset vere magnum vere religionis mysterium, pervasit usque ad finem Orbis terræ. Quod quidem nos horum divinorum locorum habitatores ab alto a sacrosanctis acceptum Apostolis sanum & integrum in hodiernum usque diem conservavimus, & in æternum Christi gratia conservabimus, a recta verbi semita minime deducti ab adversariis, aut corrupti profanis & vanis eorum vocibus. In hac ergo intemerata, & in quam nulla cadit reprehensio, fide, cum enutritum & educatum ab ineunte ætate fuerit vestrum Imperium; venit nobis in mentem admirari, quemadmodum in diebus vestræ pietatis tantus tumultus & tanta perturbatio invaserit matrem harum Ecclesiarum, ut ne parcatur quidem his qui Deo ministrant, sed sacerdotes & monachi qui virtutem sequuntur a pueris, modestoque silentio vitam transigere delegerunt in conspectu Judæorum & quorumdam aliorum Gentilium, ab ipsa sancta Sion per mediam civitatem turpiter trahantur & intemperanter, & in profana quædam loca expellantur, quin etiam cogantur nonnulla facere ad rectæ fidei labem & reprehensionem: adeo ut qui huc veniunt voti causa pro utilitate animæ, recedant repleti scandalis & offensione.*

Rogamus ergo vestram potentiam, ut nos quoque aliquando a tantis malis relaxemur: quorum omnium auctor & origo est Severus, cui ut in Antiochena præsideat Ecclesia, mandatum est ad pœnam nostrorum peccatorum, ad malum quidem prius suæ animæ, & totius Ecclesiæ multitudinis. Quomodo enim non est absurdum, nos qui sumus Hierosolymitani, modo doceri de fide; & qui fuimus omnium patres ad verbum pietatis, tam sero videri didicisse veram religionem? Quomodo non est hinc manifestum, quod hæc quæ recenter apparet & videtur esse correctio rectæ & sanæ fidei quæ fuit tradita a Patribus, non est re vera correctio, sed subversio & adulteratio potius ejus quod recte habet, ejus susceptæ mercedem iis qui persuadentur procurans animæ interitum? Nos ergo nec patiemur aliquid aliud addere præter ea quæ decreta sunt a trecentis decem & octo Patribus qui fuerunt Niceæ, & tribus quæ postea consecutæ sunt Synodis: neque quicquam aliter innovare, sed pro eis etiam animas profundere, & innumerabiles, si fieri possit, mortes parati sumus suscipere. Pax (a) itaque Dei, quæ superat omnem intelligentiam, fidem nostram custodiet sanctam, & sedabit tempestatem quæ est adversus eam excitata, nutu vestræ potentiæ, ad ejus gloriam, & decus pii vestri & religiosi Imperii. Hactenus epistola sancti Sabæ Abbatis, ad Anastasium Imperatorem. Cæterum Imperator cum hanc accepisset epistolam, in aliud tempus distulit respondere: eum enim tunc occupabat quædam barbarica expeditio. Porro hæc eadem quæ intercesserunt inter Sabam, Eliam, & Anastasium Imperatorem, ex eodem auctore brevi compendio Nicephorus (b) complexus narrat.

XV. — Magna in fidei confessione constantia. — (a) Philip. 4. — (b) Nicep. l. 16. c. 34.

XVI. Licet autem tot machinas admovisset Imperator adversus Hierosolymorum Ecclesiam fidem Catholicam profitentem; tamen Joannes ille, qui substitutus est in locum Eliæ, ab Orthodoxis, quod in strenuum mutatus esset propugnatorem fidei Catholicæ, in sede illa retentus est contra Severum & Anastasium Imperatorem.

PAGIUS *vianum vero Petras simul cum aliis pluribus Episcopis, Clericis, & Monachis ferro onustis relegaverunt.* Quare Severus Antiochiæ Episcopus ordinatus fuit mense Novembri superioris Christi anni, ut jam vidimus; sed Theophanes, quæ duobus annis gesta, uno tenore recitavit. *Fertur autem expositio ejus quæ ab eo dicta est in inthronismo, in qua & Unitivum suscepit Zenonis, & anathematizat Chalcedonense Concilium, & communicare se confitetur Alexandrino & Constantinopolitano,* inquit Liberatus cap. 19. Theodorus Lector lib. 2. asserit, Severum *ipso ordinationis suæ die, conscenso pulpito* Synodum Chalced. anathemate damnasse.

IV. Elias e Patriarchatu Jerosolymorum deiicitur. *Cum apprehendisset Severus Sedem Antiochenam innumerabilia, quidem mala fecit iis, qui non ei communicaverant. Mittit autem sua quoque Synodalia ad Eliam Patriarcham, quibus minime admissis non mediocriter ad iram accendit Imperatorem,* inquit Cyrillus in Vita Sancti Sabæ

rem. Admiranda quippe sunt opera Dei, qui tumens exsiccat mare, & convertit rupes in fontes aquarum: nam a Severo & ab Imperatore excitatos fluctus arescere fecit, & aridum inanemque hominem, qui hæreticis manus dederat, largissimos fecit Catholicæ fidei rivos emittere, & veritatem magnifice prædicare. Convertit tunc quidem Deus mare in aridam, dum universo cum satellitibus suis armato inferno, & cum eo conspirantibus pariter Principibus terræ, ipse infirma (a) mundi & ignobilia mundi & contemptibilia, & ea quæ non sunt eligit, ut confundat fortia, & quæ sunt destruat: *ne glorietur* (ut inquit Apostolus b) *omnis caro in conspectu ejus*. Quod plane & tunc fuit manifestius declaratum, cum humillimum hominem (si secundum carnem consideres) Sabam adduxit in medium, qui minacis draconis impetus coerceret, & pugnacis leonis frangeret insultus.

(a) Psal. 113.
(b) 1. Cor. 1.

XVII. Sed his adeo insignibus Dei operibus alia libet adjungere divina miracula, quibus sæpissime declaratum fuit ipsi curæ esse Catholicam veritatem, quam in tantis tenebris facit lucis radiis cælitus missis in signorum editione fulgere. Accipe igitur quæ his temporibus diversis in locis sunt facta miracula ad convincendam ejusdem perfidi Severi atque damnandam impietatem Sophronii quidem Pratum hos suppeditat flores; ex quo in primis quid in Cilicia actum sit adducamus in medium, quod licet temerarium facinus a Deo tamen ad stabiliendam imbecillitatem credentis fuit tunc miraculo comprobatum: narrat enim ita Sophronius (c).

(c) Prat. Spir. c. 29.

XVIII. Divino miraculo probata fides Catholica.

Quasi triginta millibus ab Ægina civitate Ciliciæ Stylitæ monachi duo erant, separati ab invicem sex millibus passuum. Ex his alter sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ communicabat: alter autem, qui plus temporis in columna egerat, Severianæ impietatis erat: variisque modis hæreticus Catholicum criminabatur. Ille vero divinitus inspiratus, petiit ab eo, ut partem sibi mitteret communionis suæ: qui gaudio elatus, quod quasi illum seduxisset, protinus misit, nihil hæsitans. Suscipiens autem Catholicus missam sibi ab hæretico sectatore particulam, in ferventem ollam iniecit, moxque resoluta est, sumptam quoque Catholicæ Ecclesiæ sanctam communionem in eam conjecit; statimque fervens olla refrigerata est, & sancta communio permansit integra, neque madefacta est: quam & diligenter servavit & ostendit nobis, cum ad illum venissemus. Hæc de Stylita. Rursus autem idem auctor de his quæ in Cypro insula contigerunt ista subdit (d):

(d) Prat. Spir. c. 30.

XIX. De Severiano divino miraculo ad fidem converso.

Dade Cypri emporium est: in eo monasterium, quod dicitur Philoxeme. Ad id cum venissemus, invenimus ibi monachum genere Melitinensem, Isidorum nomine: hunc vidimus sine intermissione cum ejulatu flentem. Cum autem rogaretur ab omnibus, ut aliquantulum quiesceret, & a fletu temperaret, nulli penitus acquiescebat, dicens omnibus: Nimium peccator sum ultra omnes qui ab initio sæculi fuerunt. Cum autem illi diceremus: Nullus certe sine peccato est, nisi unus Deus: respondebat dicens: Veraciter, fratres, nullum inveni inter homines similem mihi peccatorem, nullumque majus delictum, quam meum. Et ut cognoscatis me vera prosequi, audite peccatum meum, ut & vos oretis pro me.

XX. *Ego cum essem in sæculo, uxorem habui: eramus autem ambo Severiani dogmatis. Cum ergo die quadam venissem domum, non inveni uxorem meam. Audivi autem quod abiisset ad vicinam mulierem, ut illi communicaret (erat autem illa Catholicæ religionis & fidei) cucurrique protinus volens prohibere. Profectus autem domum, inveni illam jam communicasse. Quare indignatione concitatus, apprehendi guttur ejus, fecique illam evomere sacram communionem: sumptamque deinde particulam sanctam huc illucque jactabam, donec in lutum cecidit. Mox autem vidi coruscationem in eodem loco sanctam assumpsisse communionem. Post biduum vero aspicio virum quasi Æthiopem semicinctiis vestitum, dicentemque mihi: Ego & tu simul in unum supplicium condemnati sumus. Et ego ad eum: Tu, inquam, qui es? Respondit: Ego sum qui conditorem Dominum omnium Jesum Christum in maxilla percussi passionis tempore. Atque hac de causa a fletu temperare non possum.* Hæc de pœnitente Severiano ad fidem Catholicam restituto. Ita plane Deus

PAGIUS bæ apud Baronium num. VII. Addit Cyrillus, *Eliam* iterum easdem Synodicas suas *mense Maio sexta Indictionis* currente nempe Christi anno, misisse Hierosolymam cum quibusdam Clericis, & Imperatoris copiis, sed Sanctum *Sabam* eos a Sacra Civitate expulisse: dein Imperatorem ira exardescentem misisse *Olympium*, qui Ducatum Palæstinæ tenebat, huncque Eliam ab Episcopatu depulisse, ac *Joannem* Marciani filium, qui sponderet *Severum* in communicatorem admittere Episcopum Hierosolymorum fecisse. Cottelerius Tom. IV. Monum. Ecclesiæ Græcæ Vitam Sancti Sabæ Græco Latinam, correctiorem, quam Latinam, qua sola usus est Baronius, publicavit, & hæc verba in textum Cyrilli, *tertio Septembris mensis initio undecima Indictionis*, inseruit. Verum illud assumentum reiiciendum. Factum id enim initio Indictionis VII. Kalendis Septembris hujus Christi anni inchoatæ. Ex quibus liquet, non tantum Baronium depositionem *Eliæ* accurate hoc anno consignasse; sed etiam *Severum* jam ab anno

Deus non voce tantum, sed assiduis lacrymis Severiani hominis prædicari voluit adversus Severum fidem Catholicam. Sed audi quæ post nonnulla idem auctor his addit in eodem argumento versatus:

XXI. De illustri femina Severiana conversa fidem. *Cosmiana uxor Germani Patricii voluit nocte quadam sanctæ Dominicæ sola adorare sanctum Domini nostri Jesu Christi vivificumque monumentum; & cum appropinquaret januæ sacrarii, apparuit illi visibiliter Domina nostra sancta Dei genitrix cum aliis quoque mulieribus dicens: Quomodo cum nostra non sis, huc audes ingredi? Et prohibebat eam: Neque enim, inquiebat, nostra est. Erat enim de hæresi Severi Acephali. Illa vero multum rogabat, ut mereretur ingredi. Ad quam sancta Dei genitrix respondens ait. Crede mihi, mulier, huc non ingredieris, nisi nobiscum communicaveris. Agnito autem, quod cum esset hæretica, ingredi prohiberetur: quodque, nisi accederet ad sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam Christi Domini & Dei nostri, intrare non permitteretur; continuo accersito diacono, oravit sanctum calicem sibi dari: quo allato, sumpsit sacrum corpus & pretiosum sanguinem Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi; atque ita absque ulla prohibitione digna est habita adorare sanctum & venerabile sepulcrum Domini nostri Jesu Christi.* Hæc Sophronius, rem gestam breviori summa complexus, prætermittens nimirum quæ intercesserunt mediæ actiones, antequam Severiana femina posset sacrosanctæ communicationis fieri particeps. Quis ignorat non esse diaconorum, sed tantum Episcoporum, in hæresim lapsum Catholicæ Ecclesiæ conciliare, & impertiri jubere sacra communionis symbola, quod per diaconum fieri, ipsius erat arbitrii & facultatis? Hæc quidem ita tractari solere, mille canones & vetus mos in Ecclesia perseverans faciunt manifestum. Porro tanta hæc voluit Deus illis in locis ostendi signa, edique miracula, ubi graviorem Catholica fides passa est pressuram, & sævior tempestas exagitavit Ecclesiam, abrepto ex ea qui clavum regebat Episcopo. Sed quid insuper in his accidit, eumdem auctorem audi.

XXII. (a) Prat. Spir. c. 49. *Narravit* (inquit *a*) *nobis & hoc idem presbyter Anastasius, dicens, quod Palæstinæ Dux aliquando venit adorare sanctam Christi Domini nostri Resurrectionem: & cum cœpisset ingredi in sanctum monumentum, aspexit arietem cum impetu ad se venientem, cornibusque illum impetentem. Ille vero pavore correptus, retro redibat. Custos vero sanctæ Crucis Azarias, & cæteri qui assistebant, ejus timore permoti dicunt ei: Quid est? quid habes, domine? cur non ingrederis? Dicit eis: Ut quid intulistis arietem istum? Qui stupefacti aspexerunt sanctum monumentum; nihilque videntes, ajunt ad illum: Ingredere; nihil tale intus est. Rursum ille ingredi cœpit; sed iterum aspexit arietem contra se venientem, & introire se prohibentem. Istud cum sæpe factum esset; illeque, cæteris nihil videntibus, solus arietem cerneret; ait illi Crucis custos: Crede mihi, domine, aliquid habes in anima tua, quod te prohibet adorare sanctum & venerabile vivificum monumentum Salvatoris nostri. Itaque moneo, ut confitearis Domino peccata tua: clemens enim & misericordissimus cum sit, & tui misereri volens, hujusmodi tibi miraculum ostendit.*

De Palæstinæ duce Severiano Catholico reddito.

XXIII. *Ille autem cum lacrymis dixit ei: Vere multis magnisque sceleribus obnoxius sum. Et se ipsum in faciem prosternens, post multas horas permansit flens & confitens Domino. Surrexit inde, & rursus ingredi voluit, sed iterum ab ariete permissus non est. Tunc ait illi sanctæ Crucis custos: Vere aliud est, quod te ingredi vetat. Dixit autem ille: Num fortasse ideo, quia non sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, sed Severo communico, introire prohibeor? Tunc petiit a custode, ut sancta & vivifica Dei mysteria sibi afferrentur, & allato sancto calice communicavit: atque ita ingressus est & adoravit, nihil ultra impedimenti passus, nec ulterius cernens quod se deterreret.* Ita apud Sophronium: ubi cum hæc contigisse dicantur Duci Palæstinæ; meminisse debemus superius esse dictum, ab Anastasio Imperatore missum esse Hierosolymam Anastasium Ducem Palæstinæ hominem Severianum, qui exturbaret Catholicos: num autem hic idem cum illo sit, haud adeo certo affirmare possumus. Post multa vero, hæc etiam de Severi sectatore Sophronius (*b*): (b) Prat. Spir. c. 79.

XXIV. *Cum venissem Seleuciam, convenimus Abbatem Theodorum Episcopum ejusdem civitatis. Ille autem narravit nobis, dicens: Sub sanctæ memoriæ Dionysio hujus civitatis Episcopo prædecessore meo tale quid contigit. Vir quidam erat in hac civitate negotiator valde religiosus & dives*

PAGIUS no superiori Sedem Antiochenam occupasse; eo tempore, quo *Elias* Ecclesiam Hierosolymitanam adhuc regebat. Nicephorus in Chronico Eliæ annos XXIII. adscribit, sed numeri sine dubio depravati, ut etiam in Tabulis Theophanis, ubi ei anni tres tribuuntur; anno enim CDXCIV. ad thronum Hierosolymitanum evectus fuerat & currenti in exilium actus. Baronius nomen *Eliæ* inscripsit Martyrologio Romano ad diem IV. mensis Julii. Papebrocius citatus, Latinis Græcisque Fastis antea ignotum fuisse dicit. At id Eliæ cum variis aliis Sanctis commune, uti mox dixi. Vixit usque ad mortem Anastasii Imp. ut infra videbimus.

Miraculum de asservata Eucharistia, & conversis Severianis.

ves, sed hæreticas: erat enim de Severi sectatoribus. Habebat autem servum fidelem quemdam sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ communicantem. Hic secundum provinciæ consuetudinem, die sancto Cœnæ Dominicæ, sumptam communionem involvit in linteo mundissimo, & in armario reposuit. Contigit autem, ut post sanctum Pascha vir ille fidelis mitteretur Constantinopolim negotii cujusdam gratia, dimissa per oblivionem sancta communione in armario: dedit autem ejus clavem domino suo. Quadam vero die aperiens armarium dominus, invenit linteolum, involutasque in eo sanctas particulas communionis. Contristatus est autem in hoc, & hæsitabat, quid nam de illis faceret. Nam ex illis communicare nolebat, eo quod essent sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, ipse vero Severianæ hæresis. Et tunc quidem dimisit eas in armario, ut erant, cogitans quia rediturus esset servus, & sumpturus eas.

XXV. *Cum autem venisset Cœna Domini, nec servus ille fidelis rediisset, voluit eas dominus ipsius comburere, ne rursus & in secundum annum servarentur. Apertoque armario, vidit omnes sanctas particulas culmos & spicas germinasse. Unde ingenti timore comprehensus in novo admirandoque spectaculo, sumens sanctas particulas, & cum omni domo sua clamans, Kyrie eleison, convenit ad sanctam Ecclesiam ad sacrosanctum ac venerabilem Dionysium Episcopum. Hoc autem magnum & terribile & omnem rationem omnemque mentem excedens miraculum, non unus, duo, aut tres, vel pauci aliqui viderunt, sed omnis Ecclesia, civesque, rustici, & indigenæ, qui continentem ambulant, & qui navigant viri, & alii omnes: & illi quidem clamabant, Kyrie eleison: cæteri autem aliter Deum laudabant; omnes vero pariter Deo gratias agebant pro ineffabilibus ejus mirabilibus. Plurimi ergo ex hoc miraculo credentes adjecti sunt sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ.* Hæc de actis Seleuciæ.

XXVI. (*a*) *Prat. Spir. cap. 106.* Rursus autem idem auctor de alio sectatore Severi hæc scribit (*a*): *Narravit iterum nobis idem Abbas Theodorus, dicens: Xenodochium hic est prope Pharum inter S. Sophiam & S. Faustum. Qui autem illi præerat die quadam oravit me, ut irem in Xenodochium, & ibi morarer paucis diebus. Abiens igitur, inveni illic monachum quemdam hospitio susceptum Syrum genere, nihil habentem præter cilicium & pallium & panes paucos: stabat autem in uno angulo semper die noctuque psallens, & nemini loquens. Veniente autem die sancta Dominica, abii ad illum dicens: Veni frater ad S. Sophiam, ut communices sanctis venerandisque mysteriis. Qui ait: Non venio. Ad quem ego: Cur, oro te? Ait mihi: Quia Severianus sum, & non communico Ecclesiæ. Audiens itaque quia non communicaret sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ, simulque videns illius optimam conversationem, vitamque virtutibus plenam; abii lugens in cellulam meam, & clausa janua, prostravi me ipsum in faciem coram Domino per dies tres, & orabam illum cum lacrymis multis, dicens: Dominator Christe Deus noster, qui propter ineffabilem tuam immensamque clementiam inclinasti cælos & descendisti propter salutem nostram, qui incarnatus es ex sancta nostra Dei genitrice semperque Virgine Maria, revela mihi, qui sint qui bene & recte credunt, nos ne qui sanctæ Ecclesiæ jungimur, an qui Severo consentiunt.*

Die vero tertia venit mihi vox invisibiliter dicens: Vade, Theodore, aspice fidem ipsius. In crastinum igitur profectus, sedi ante illum, expectans videre aliquid, juxta quod mihi vox dixerat. Et cum mansissem sedens quasi hora una, & intuerer in ipsum stantem & voce Syra psallentem, vidi, teste Deo, filii columbam super caput ejus stantem fuliginosam veluti ex coquina venientem, squalidam & fœtidam. Tunc agnovi eam, quæ mihi apparuerat, caliginosam fœtidamque columbam ipsius esse fidem. Hæc autem nobis narravit in veritate, cum multis lacrymis & singultibus sancta ipsius anima. XXVII. Signo visibili ostensa impietas Severiana.

De alio item Severianis communicante idem auctor narrat in hunc modum: (*b*) *Abbas Theodorus antiqui monasterii pater narravit nobis, dicens: Erant Constantinopoli fratres duo trapezitæ Syri. Dixit autem major ex illis minori fratri: Veni descendamus in Syriam, & possideamus paternam domum nostram. Dixit autem illi junior: Cur ambo dimittimus hic ministerium nostrum? Descende ipse, & ego hic manebo: vel ego discedam, tu illic remane. Convenit ergo inter eos, ut descenderet junior. Cum itaque descendisset, post breve tempus is qui Constantinopoli remanserat, vidit in somnis senem quemdam speciosum & magnæ reverentiæ dicentem sibi: Scis quia fornicatus est frater tuus in uxorem cauponis? Qui exurgens de somno, tristari cœpit, & intra semetipsum dicere: Ego illi causa fui istius lapsus. Cur enim dimisi illum solum? Aspexit autem secundo eumdem senem dicentem sibi: Scis quia frater tuus corruit in uxorem cauponis? Quo viso rursum contristatus est. Tertio conspicit eumdem dicentem sibi: Nescis quia frater tuus perdidit liberam mulierem, & in uxorem cauponis effusus est? Scripsit igitur ad illum ex Constantinopoli, ut statim, dimissis omnibus, veniret Byzantium. Qui acceptis fratris litteris statim dimi-* XXVIII. (*b*) *Prat. Spirit. c. 188.*

misit omnia, venitque ad fratrem suum. Ille vero mox ut vidit eum, duxit in majorem ecclesiam, & cœpit mœstus culpare illum, & dicere: Bene fecisti frater, quia cauponis uxorem adulterasti? Quod cum ille audisset, jurare per Deum omnipotentem cœpit, quod neque adulteraverat, neque mulierem ullam noverat, præter legitimam uxorem.

XXIX. Communicare cum hæreticis est fornicari. *Cum hæc frater major audisset, ait illi: Numquid aliud quippiam peccati gravioris a te gestum est: Ille autem asseveravit, dicens; Vere nihil conscius sum iniquitatis admisisse: nisi quod monachos in villa nostra reperi Severiani dogmatis, ignoransque an malum esset, communicavi eis: aliud quodlibet ignoro me fecisse. Intellexit tunc major natu frater, hoc esse quod illi dictum fuerat, fornicatum scilicet eum fuisse: quia sancta Catholica & Apostolica Ecclesia omissa, in hæresim Severi Acephali, qui revera caupo est, corruens, confusus erat, & nobilitatem rectæ fidei contaminarat.* Hæc ipse. Post multa vero ista habet (*a*): *Dicebat senex quidam: Signa & prodigia divinitus usque hodie in Ecclesia fiunt propter eas quæ pullulaverunt, & quotidie pullulant impias hæreses, & maxime propter Acephali Severi & cæterorum perniciosa schismata, ad munimen & firmamentum animarum, atque ad illorum ipsorum, si ita voluerint, conversionem, &c.* Subditque de quibusdam miraculis in baptisteriis Catholicorum fieri solitis.

(*a*) *Prat. Spirit. c. 213.*

XXX. Ad hæc addimus de Præfecto urbis Constantinopolitanæ, quem S. Joannes cognomento Silentiarus ab hæresi Severi liberum reddidit: in ejus enim Actis res gesta sic describitur a Cyrillo (*b*): *Mulier quædam genere quidem Cappadocissa, Regina autem vocatione, diaconissa vero magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ venit Hierosolymam habens secum consobrinum, qui locum obtinebat Præfecti; qui erat alioqui vir pius, Catholicæ autem minime communicabat Ecclesiæ, ut qui Severi a recta diversam susceptisset opinionem. Atque diaconissa multum quidem ponebat studii, ut mens illius mutaretur, & eum Catholicæ uniret Ecclesiæ: quamobrem unumquemque virum justum rogabat, ut pro eo oraret. Quæ quidem mulier cum audisset de gratia divini Joannis, desideravit eum adorare. Cum autem didicisset non licere mulieri in Lauram accedere, accersito Theodoro ejus discipulo, rogavit ut eum acciperet, & ad sanctum senem deferret: credens fore, ut per ejus orationem Deus converteret ejus cordis duritiem, & dignum redderet ut communicaret Ecclesiæ Catholicæ. Quem quidem cum accepisset Theodorus discipulus, venit ad senem; & cum pro more pulsasset fenestram, & senex esset aperturus, injecit uterque pœnitentiam. Cumque dixisset discipulus: Benedic nos, Pater: senex aperiens, dixit discipulo: Tibi quidem benedico: hic autem non est benedictus. Cum autem diceret discipulus: Non sic, o Pater. Respondit senex: Re vera non benedicam, donec a mala schismaticorum sententia destiterit, & se Catholicæ Ecclesiæ confessus fuerit communicare.*

(*b*) *In Vit. S. Joannis Silent. apud Lipom. t. 6.*

Severianus per S. Joannem Silentiarium cognitus & conversus.

Hæc cum ille audisset, obstupuit senis perspicacem gratiam; & miraculo mutatus, certe est pollicitus, se communicaturum Catholicæ Ecclesiæ. Tunc senex cum ei benedixisset & eum erexisset, primus ei intemerata impertiit sacramenta, abstersa ex ejus corde omni dubitatione. Hæc cum didicisset Regina, venit in majus desiderium videndi senem oculis, & in animo habuit se virili amictu induere, & ad eum venire in Lauram, suaque ei exponere. Hoc cum ei ab angelica apertum esset visione, ei significat dicens: Scias, quod si venias, futurum sit ut me non videas. Noli ergo vexari, sed potius mane; & ubicumque degeris, apparebo tibi in somnis, & tua a te audiam; & quæ mihi Deus in mentem immiserit, ea tibi renunciabo. Illa cum audisset, & aperte credidisset promissionem, ipse ei apparet in somnis, dicens: Ecce Deus me misit ad te: enuncia mihi, an velis aliquid. Ea vero cum dixisset quæ ad se pertinebant, responsum accepit conveniens, & surrexit, Deo gratias agens. Cumque senis venisset discipulus, tunc ei formam & figuram renunciavit. Ego autem, qui hæc ab illa audivi diaconissa Regina, ea mando litteris. Hactenus Cyrillus. Ex quo par est & illud adiicere, quod miraculi vim quidem obtinet, nimirum ex hoc anno, quo sanctissimus Hierosolymorum Episcopus a sua abstractus est sede per Severianos hæreticos, usque ad obitum Anastasii Imperatoris hujus cum Severo sceleris architecti, universam illam Palæstinæ provinciam per quinquennii temporis spatium incredibilem passam siccitatem, dira vexatam esse penuria; de qua ita Cyrillus in Saba (*c*): *Post injustum illud Eliæ Palæstinæ Antistitis exilium fames quædam & penuria rerum necessariarum, siccitas quoque & locusta, & graves quædam plagæ integris quinque annis oppresserunt Palæstinam.*

XXXI.

Penuria ingens post Eliæ Episc. exilium.

(*c*) *Cyril. in Vita Saba, apud Sur. t. 6. die 5. Decembr.*

XXXII. Quomodo autem duci suo, validoque adversus Severianos hæreticos propugnatori Sabæ uberrimam Deus tunc suppeditavit annonam, audi eumdem Cyrillum rem memoratu dignam exacte scribentem: *Cum vero essent septem quæ ab ipso constructa fuerant monasteria, & quorum ipse curam gerebat, nulli eorum redditum, ac proventum providit. Sed cum*

Deo eorum omnem mandasset curam, & ea similiter premerentur rerum omnium inopia; ille non modo nihil vile & abjectum est locutus, sed etiam convocans præfectos monasteriorum sua debat, ut propter hæc nihil angerentur animo, neque de corpore quicquam essent soliciti; sed fidem haberent Patri, qui sciebat eos his indigere, & omnipotente sua dextera ea suppeditabit.

XXXIII. Extremam penuriam patiuntur Monachi. *Cum sic ergo statuisset Sabas, magnoque & excelso esset animo præditus: in ea quæ ei parebat Laura adeo defecerant necessaria, ut non suppeteret quidem panis ad Deo sacrificandum & offerendum. Accedit ergo is cui commissum fuerat ministerium, significans ei calamitatem, & simul appropinquare diem Dominicum, ei in memoriam revocans & quod non posset utique celebrari divinum ministerium, cum neque panis sit in Laura ad oblationem, neque aliquid aliud ex rebus necessariis. Sed hæc quidem ille. Magna autem illa revera & admirabilis anima nec sic quidem desperavit de Dei curatione & arcanis & ineffabilibus viis providentiæ: Sed ego (inquit) nequaquam prohibebo sacrum Dei ministerium. Tanta vero rerum necessariarum indigentia præbebit nobis aliquem sacrarum rerum thesaurum ad sacrum celebrandum ministerium: sed est fidelis (inquit) qui jubet a) crastinum manere liberum a solicitudine, quod attinet ad usum corporis.*

(a) Matt. 6.

XXXIV. Inopinata annonæ allatio. *Et cum nondum advenisset dies Dominicus, veniunt quidam ad ipsum tamquam consulto missi a providentia, simul ferentes onus triginta jumentorum: onus autem erat frumentum, & vinum, & oleum, & alia monachis apta ad alimentum, adeo ut Laura propemodum esset angusta ad capiendas res esculentas. Statim ergo divinus Sabas ei qui indigentiam parce & sordide ei objecerat: Quid ais (inquit) sacrumne dimittemus ministerium? Ille autem intelligens interrogationum esse reprehensionem cogitationem quæ non satis erant validæ ad sperandum in Deo, procidit ad pedes ejus petens veniam &c.*

XXXV. Sed quid insuper? Et ab ipso Imperatore, cujus majestatem videri poterat hostiliter offendisse, cum adversus Ecclesiam missis ab eo ducibus ad hæresim Severianam propagandam restitisset, idem Sabas annonam accepit ad monachos Orthodoxos alendos, cum ad eum secunda legatione Constantinopolim functus est hisce famis urgentis temporibus: ut plane id majori videatur adscribendum esse miraculo, dum Dei virtute ipse Orthodoxorum persecutor coactus sit pascere Orthodoxos: sicque his quodammodo illud Samsonis applicari possit enigma (b): *De comedente exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* Quomodo autem hæc se habuerint, ex eodem auctore Cyrillo audi:

(b) judic. 14.

Contigit (inquit) aliquid in pagis qui sunt Hierosolymis, quod ejusdem Sabæ repressit impetum, migrandi scilicet in solitudinem. *Verum enim vero non ingratum fuerit hoc quoque addere iis quæ dicta sunt, quod magnam justi illius significat misericordiam in pauperes quibus fiebat injuria, & zelum adversus eum qui improba mente contendebat prohibere misericordiam, & admirabilem in eum prædictionem. Fames simul & pestis, duo mala, & quæ similiter possunt tollere de medio, cum invasissent nonnulla loca ex iis quæ sunt sita sub Imperio Romanorum; multas quidem domos exinanierunt hominibus, totos autem pagos & habitationes & agros reddiderunt vacuos habitatoribus. Porro malum quoque procedebat ulterius, & adhuc pluribus afferebat interitum. Cum ergo considerassent communium curatores, quinetiam ipse Imperator, quanam ratione commune non pateretur damnum vectigalium annuorum; decernunt ut a finitimis qui attriti fuerant & perierant, ea exigerentur. Et hoc locum habuit per universam regionem quæ parebat eorum Imperio: & quicumque habitabant in locis vicinis, cogebantur pendere vicinorum vectigalia, sive periissent fame, & inopia, sive etiam essent suis bonis eversi propter necessitatem.* Ista cum audis, vide quo jure prædicet aliquis Anastasii munificentiam, quod tributum Chrysargyrum cessare voluerit; cum alioqui diversis aliis populum tributis afflixerit. Nullus umquam extitit Imperator auri avidior ipso Anastasio, qui (quod sæpe dictum est) non ferro, sed auro barbaros intra suos ipsorum fines continere solitus erat. Quomodo autem tantam provincialium cladem Sabas commiseratus, eam avertere conatus sit, accipe a Cyrillo, qui subdit: XXXVI. De Anastasii lege admodum iniqua.

Beatus ergo Sabas pro re tam iniqua civitatibus & tam impia & maxime quod etiam Hierosolymis executioni mandabatur hoc iniquum & tyrannicum decretum, accedit ad Imperatorem, annuncians rei absurditatem, ostendens pauperum interitum, dicens commune nihil hinc lucrifacere, sed extremo potius damno affici, omnibus qui gravem illam famem & inopiam effugere potuerunt afflictis ab hac gravi exactione, & quæ essent in posterum soluturi, eorum jactura commune afficientibus. Deinde fit etiam supplex, & unam ab eo petiit gratiam, nempe ut pauperibus injustum illud vectigal remitteret, & duplici exactione miseros illos non amplius opprimeret. XXXVII. Sabas secundam subit legationem ad Anastasium Imp.

Cum is autem, nempe Anastasius Imperator, *& justum esset reversus, & propter illius viri preces motus esset pudore, & nesciret quid ageret, & paupe-* XXXVIII.

ri-

ribus vellet præbere immunitatem a crudeli illo munere: Marinus quidam agrestis moribus, qui linguam cohibere non poterat, tunc vero magnam habebat potentiam, agebat autem & ferebat quo volebat levitatem Imperatoris, se in pedes erigens, honestam illam & vere regiam evertit sententiam, dicens esse Nestorianos qui erant in sancta civitate, & tali dono minime dignos. Ita sane Severiani & Eutychiani omnes hæretici Nestorianos (ut vidimus) nominare Orthodoxos consueverunt. At quid in petulantem hominem Sabas? audi:

XXXIX. *Cum eum autem* (subdit Cyrillus) *increpasset beatus Sabas, & jussisset eum cessare desuper bellum excitare adversus Imperatorem; in fine autem illa quoque adjecisset: Nisi te velox propter ea quæ dixisti subjerit pœnitentia, peribit memoria* (a) *tua cum sonitu: Marinus quidem nihilo se evadit melior. Ille vero cum Imperatori statim vale dixißet; & alias ab eo drachmas accepisset, uti distribueret iis quæ sub eo erant monasteriis, proficiscitur statim in Palæstinam, & eas quæ sunt in ea solitudines. Hæc autem magna in pauperes injustitia mansit incorrecta tempore Anastasii, cujus partem quidem curavit Justinus, cum divinus quoque Sabas tunc litteris apud illum intercessisset; perfectam vero illius curationem postremo effecit Justinianus Imperator.*

(a) Ps. 9.

Sabas Marinum redarguit.

XL. *Non multum intercessit temporis, & finem acceperunt venerandi hujus viri ad Marinum prædictiones. Nam cum quædam rerum commotio occupasset civitatem, & mota esset popularis seditio, facultates omnes Marini raptæ sunt a seditiosis, & domus fuit igne exusta, & parum abfuit quin ipse periret: neque vero mortem, quæ imminebat, potuisset effugere, si non cito ad conversionem aspexisset & pœnitentiam. Hoc autem & alii plurimi renunciarunt, & Pompejus quoque consobrinus Imperatoris, multum quidem deflens Marini calamitatem, multum autem admirans beati Sabæ certam & veridicam prædictionem. Narravit etiam postea Anastasia uxor hujus Pompeii, quam in monte Oliveti omni florere virtute, vobis superior tradidit oratio.* Sane quidem & Marcellinus Comes simul scribens conatus populi Orthodoxi adversus hæreticum Imperatorem, testis est de populi in Marinum commotione, ea quidem occasione conflata (ut coniici potest) quod eidem Marino tributa fuerit illa sanctio edita anno superiori sub Consulatu Pauli ab ipso Imperatore, qua præscripta forma de petenda remissione tributi, vetitum fuerat ne quis privatus ea de re preces porrigeret Imperatori; sed qui a provinciis vel civitatibus ejusmodi legationem accepissent, adirent Præfectum Prætorio, qui petita Imperatori referret. Est de his constitutio Anastasii ad Anthemium (b) P.P. Extant autem Justiniani de tributorum plenaria remissione editæ sanctiones (c).

Marinus dat pœnas suæ credulitatis.

(b) l. 13. de anno & tribut.

(c) Auth. 157. 148. 163.

XLI. At quantam auri summam acceperit sanctus Sabas ab Anastasio Imperatore, licet Cyrillus minime numerarit: ingentem quidem fuisse ex iis quæ ipse subdit de erogatione ab ipso facta in monasteria, & ædificata ex ea ecclesia, possumus intelligere, cum ait: *Divinus autem Sabas cum emisisset quidem partem auri sibi datam ab Imperatore, paternam domum, quæ erat in Mutalasca, extruxit in templum martyribus Cosmæ & Damiano; quod reliquum vero erat, ex æquo divisit & iis qui simul erant fratribus, & quæ sub ipso erant monasteriis.* Sic igitur magnus Sabas sua eximia sanctitate persecutorem convertit in largitorem.

De ingenti auri vi data Sabæ ab Anastasio Imp.

XLII. Jam vero ad Severum redeamus, qui inhians, & tamquam alter (d) Leviathan spem concipiens ut influeret in os ejus Jordanis, nempe per baptismum ingentem lucrari hominum multitudinem, Alamundarum Regem Saracenorum ad fidem conversum, ut in ejus hæresis impietate baptizaretur, per Episcoporum legationem tentavit. Quod quidem cum factum Cedrenus (e) tradat anno vigesimosecundo Anastasii Imperatoris, sed postquam Severus est creatus Episcopus, utique non ante præsentem annum oportuit contigisse. Res gesta a Theodoro Lectore ita narratur (f): *Cum Alamundarus Saracenorum Philarchus Christianismum amplecteretur, misit ad illum Severus duos Episcopos, ut eum malitia sua inficeret. Verum hujus conatus prævenit Deus, effecitque ut ab illis baptizaretur, qui Synodum Chalcedonensem approbabant. Cum qui a Severo missi erant Philarchum edocere conarentur quæ veræ doctrinæ contraria erant, fabulam ad redargutionem eorum quæ ab illis dicebantur, commentus est. Ea erat, quod videretur litteras accepisse, quæ Michaelem Archangelum mortuum esse significarent. Respondentibus illis: Hoc est impossibile. Quomodo (inquit igitur Philarchus) si duas naturas Christus non habet, nudam crucem Deus pertulit, cum ne Angelus quidem pati quicquam, vel mori queat? Ad hunc*

Severus tentat decipere Regem Saracenorum.

(d) Job. 40.

(e) Cedr. Anna. an. 20. Anast. Imp.

(f) Theod. Lect. Collect. l. 2.

Alamundarus Rex Sarac. illudit legatis Severi.

PAGIUS V. Ad num. XLII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DV. qui Kal. Septemb. superioris Christi anni inchoatur refert, *Alamundarum* Saracenicarum Tribuum Principem ab Orthodoxis veræ Synodo bene affectis baptizatum fuisse, & Severianos Episcopos a vero fidei sensu eum divertere machinantes, mira arte coarguisse, qua de re loquitur Baronius ex Theodoro Lect. lib. 2.

Alamundarus Saracenorum Rex baptizatur.

hunc itaque modum confusi qui a Severo missi fuerant, & pudefacti discesserunt. Hæc Theodorus, eadem Anastasius Bibliothecarius in Chronico & alii (*a*). Sed quæ de Rege Persarum Cabade his Theodorus præmittat, attende; ait enim:

(*a*) *Cedren. Niceph. Paul. Diac. & alii.*

XLIII. *Castrum quoddam est inter Persas & Indos nomine Thundadeero. Cum Rex Cabades multas in illo pecunias ac lapides pretiosos asservari audisset, volebat ejus rei veritatem cognoscere. Verum dæmones locum illum inhabitantes, Cabadem ab eo quod quærebat impediebant. Cunctam itaque magiam suam magi illius impenderunt, sed frustra. Adhibita est & Judæorum magia, neque sic tamen voti compos evasit. Cogitavit per Christianos amoliri dæmones illos. Episcopus itaque Christianorum in Persia, peracta super ea re Synaxi, & acceptis divinis mysteriis, & in Christianos qui aderant dispensatis, signo Crucis dæmones profligavit, & castrum Cabadi sine ulla molestia tradidit. Quamobrem vir ille stupefactus, Episcopum illum primæ sedis prærogativa cohonestavit, cum ad id usque temporis Judæi & Manichæi priores haberent: deinde & cunctis Christianismum amplecti volentibus liberum & securum fecit.* Hactenus Theodorus: recitat eadem Nicephorus (*b*), & ante eos Anastasius Bibliothecarius in Chronico sub Anastasii Imperii fine; adduntque ea occasione excitatam persecutionem in Christianos quievisse: in qua grandia facta esse miracula, tum ipse Anastasius, tum Cedrenus narrant, nempe Christianos abscissis linguis recte locutos, & concisis poplitibus rectos ambulasse. Sed mirum hæc esse a Procopio prætermissa.

Dæmones tantummodo fugantur a Christianis.

(*b*) *Niceph. l.16.c.36.*

XLIV. *Hoc eodem anno, iisdem Consulibus* (inquit Marcellinus) *Dorotheus Ancyræ civitatis venerandus Antistes, & Anastasio Principi propter unicam Orthodoxorum fidem jugiter adversarius, finem vivendi, quem sibimet, misso contra se Magistriano, ipse prædixerat, in dicto tempore fecit.* Hæc ipse. Sed dolendum tanti viri nonnisi obitus tempus fieri manifestum, gloriosa vero certamina adversus Imperatorem hæreticum vel silentio prætermissa (quod non putamus) vel potius temporum injuria sepulta relinqui.

De Dorotheo Episc. Ancyræ.

XLV. ☞ Quod demum spectat ad res Occidentales, hoc anno sub Probi cum Clementiano Consulatu S. Cæsarius Arelatensis Episcopus veniens Romam, petiit a Symmacho Papa confirmari sibi privilegia collata antiquitus Ecclesiæ Arelatensi: quod & Pontifex S. Leonis Papæ decretis inhærens libenter præstitit. Extant de his epistolæ ejusdem Symmachi duæ, quarum altera ad universos Galliarum Episcopos hoc anno data habetur sub Consulatu Probi, altera ad ipsum Cæsarium anno sequenti sub Consulatu Senatoris: prior autem sic se habet:

Dilectissimis fratribus universis Episcopis per Gallias consistentibus Symmachus.

Sedis Apostolicæ instituta prædicanda sollicitant, ut de concordia universalis Ecclesiæ, quæ toto Orbe diffusa est, pervigili cura tractemus: quæ in eo præcipue efficacius adolescit, si ea quæ a Patribus statuta sunt, ætas subsequens reverenter observet. Cæsarius siquidem frater & Coepiscopus noster Metropolitanæ Arelatæ civitatis sacerdos Ecclesiæ beati Apostoli Petri liminibus præsentatus, ea quæ pridem de privilegiis Ecclesiarum constituta sunt, nostris postulavit innovari sermonibus. Cuncta igitur inter Ecclesias Arelatensem & Viennensem a decessore nostro beatæ recordationis Leone Papa quæ super hac parte ordinata sunt, Ecclesiæ Romanæ fidelis declarat instructio. Atque ideo ne ea quæ semper veritatis est æmula, sibi aliquid vendicare queat oblivio, & prioris decreti vigor temporis diuturnitate vergatur in senium; necessarium duximus olim promulgata in lucem reddere nostris affatibus. Idcirco quemadmodum decessor noster Leo Papa dudum cognitis allegationibus partium definit parochiarum numerum vel quantitatem Arelatensi & Viennensi sacerdotibus deputandum, & nos præcipimus, nullius usurpatione transgredi. Sed (ut ante prædiximus) juxta indulgentiam supradicti Pontificis Valentiam, Tharantasiam, Genevam, Gratianopolim oppida Viennensis Antistes juri suo vindicet; nec quicquam amplius ab his quæ semel ab Apostolica sibi sede concessa sunt, æstimet præsumendum. Alias vero parochias vel diæceses cunctas privilegio & honore suo Arelatensis Episcopus sub temporum continuatione defendat. Nec enim observatio & vetustatis reverentia custoditur, si amplius de humilitate gloria sacerdotalis attollitur. Proinde fratres charissimi, singuli honoris sui distributione contenti, nec per sæcularia patrocinia, nec per cujuslibet excusationis obtentum illi-

XLVI. Symmachi Epistola ad Episcopos Galliarum.

PAGIUS VI. Ad num. XLVI. *Symmachus* Papa literis ad Galliarum Episcopos *Idus Novembris Probo V. C. Consule* datis, & a Baronio recitatis, confirmat divisionem Provinciæ inter Ecclesias Viennensem & Arelatensem, (alias a Leone Magno factam) ad petitionem Sancti Cæsarii Episcop. Arelatensis, qui Romam ad SS. Apostolorum limina venerat, uti narrat Symmachus in eadem Epistola, a Baronio cum hoc anno accurate copulata, sed a Labbeo Tom. IV. Concil. pag. 1309. anno DII. *Probo* etiam Consule notato perperam consignata. Ut enim eo anno diximus, *Probus*, qui cum Avenio Juniori anno DII. Consulatum gessit, Orientalis erat, non ve-

Symmachus PP. confirmat divisionem Provinciæ Viennensis & Arelatensis.

illicita præsumptione terminos concessæ potestatis excedant. Studere siquidem unusquisque debet devotionis officium magis gratia, quam de ambitione, ne & Domini nostri offensam & humanam in se lacessat invidiam. Tacere nos ista commissæ dispensationis jura minime patiuntur: ut & de his qui Ecclesiasticis regulis obsecundant, perseverantibus in concordia sedis Apostolicæ gratulemur; & illi qui Catholicis disciplinis obtemperare destiterint, ab Ecclesiæ gratia & charitate se alienos ostendant. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi. Dat. Idibus Novembr. Probo V. C. Conf. Extat & alia Symmachi brevior ejusdem argumenti epistola ex monimentis Floriacensis bibliothecæ accepta (*a*) his verbis.

(*a*) *Bibl. Floriac. edit. a Joanne Celest. par. ult. p. 33.*

Symmachus Papa omnibus Episcopis per Gallias constitutis.

Cunctas inter Ecclesias Galliarum, ob præcipuas Viennensem & Arelatensem, extitit controversia. Quæ vero a prædecessore nostro beatæ recordationis Leone Papa super hac parte ordinata sunt, Ecclesiæ Romanæ fidelis declarat instructio. Atque ideo ne ea quæ semper est veritatis æmula, sibi aliquid vendicare queat oblivio, & prioris decreti vigor temporis diuturnitate vergat in senium; necessarium duximus olim promulgata in lucem reddere nostris affatibus. Idcirco quemadmodum decessor noster Leo Papa dudum recognitis allegationibus partium definivit parochiarum numerum, vel quantitatem Viennensi & Arelatensi sacerdotibus deputatam, & nos præcipimus nullius usurpatione transcendi. Valete.

Deci-

PAGIUS vero Consul Occidentalis. Ad hunc etiam Christi annum referenda *Symmachi* Papæ Responsa ad quæstiones sibi a Sancto Cæsario factas, quæ Baronius anno DII. num. XXXVII. & seq. ex parte exhibet. Ea his verbis subscripta: *Data VIII. Idus Novemb. Probo V. C. Consule*, sed hic *Probus* diversus a *Probo*, qui anno DII. in Oriente Fastis nomen dedit, ut jam ibidem ostendimus. Porro cum *Symmachus* in laudata ad Galliarum Episcopos Epistola die XIII. Novembris hujus anni data asserat, *Cæsarium* tunc Romæ fuisse, apparet libellum eidem Pontifici a Cæsario oblatum, & Responsa *VIII. Idus Novemb.* seu die sexta ejusdem mensis subscripta, a Pontifice ante Cæsarii Romam adventum emissa fuisse; vel saltem Symmachum ea Cæsario licet præsenti inscripsisse, nulla de ejus Romæ præsentia mentione facta, quod non raro a Pontificibus Rom. præstitum.

JESU CHRISTI ANNUS 514. | SYMMACHI PAP. ANNUS 16. | ANASTASII IMP. 24. THEODOR. REG. 22.

I. De Cassiodori Consulatu. Decimus quartus supra quingentesimum Christi annus Consulatu M. Aurelii Cassiodori Senatoris V. C. aperitur & clauditur absque collega: per amplissima quidem dignitatum subsellia pervenit hic usque ad fastigium Consulatus. Etenim primum omnium Comitiva rerum privatarum, inde sacrarum largitionum est insignitus; insuper Præfecturis provinciarum Siciliæ utriusque, Brutiorum, atque Lucaniæ potitus, Patriciatus postea sublime suggestum conscendit: Palatinæ quoque Quæsturæ munere functus, crevit in Magistrum Officiorum; auctusque etiam sublimitate Præfecturæ Prætorii, ac denique summi honoris verticem hoc anno attigit Consulatum. Est horum numerum ab eo perfunctorum mentio in ipsius Variarum præfatione, atque in epistola ad Senatum (*a*), qua & nobilitas Cassiodoræ familiæ, emeritaque honorum stipendia declarantur, ut Cassiodori avi & Heliodori, non in orbe tantum Occiduo, sed etiam Orientali: nam ipsum ait in urbe Imperatoria Constantinopoli Præfecturam novennalem bis gessisse sub Zenone, cum Theodoricus ipse postea Italiæ Rex ibidem moraretur. Hæc ad decorem purpuræ Consulatus Cassiodori dicta sunto: sed quomodo spretis his omnibus, factus cælestis curiæ candidatus, abdicatione fæculi evasit illustrior, suo loco dicemus.

(*a*) *Cassiod. Var. lib. 1. ep. 4.*

Ann. Eccl. Tom. IX.

II. Cur Oriens caruit Consule. At si quis adhuc quærat, cur nullum peperit Oriens hoc anno Consuli Cassiodoro collegam? Tribuitur ejusmodi Consulatus sterilitas civilibus motibus causa læsæ fidei sæpe obortis, sæpe recisis, & iterum pullulantibus, numquam evulsis, hoc autem anno ob Vitalianum recrudescentibus. Ex quibus etiam conflatis turbis accidit, quod licet a Joanne Episcopo Hierosolymitano acriter Imperator offensus, cum, quem putans perseveraturum hæreticum, Eliæ confessori voluit subrogari, eum postea acerrimum adversarium expertus esset; minime tamen in eum ulcisci valuit, cum bellicis hisce tumultibus fuerit revocatus, ut Cyrillus affirmat. Accidit plane, justo Dei judicio compensato certamine, ut dum fidem Catholicam Anastasius Imperatoria exagitat potestate, ipse lacesseretur a potentissimo Imperii perduelle: sed quomodo id factum sit, paulo inferius dicturi sumus.

III. Modo autem quid Romæ contigerit, dicamus ipso auctore Consule Cassiodoro, qui ait: *Me etiam Consule, in vestrorum laude temporum* (alloquitur Theodoricum) *adunato clero, vel populo, Romanæ Ecclesiæ rediit optata concordia*. Hæc idcirco Cassiodorus quoniam hoc anno obitu Symmachi, in electione novi Pontificis ambæ in unum convenere partes. Itaque jam sublato interjacente eos dividente pariete, concordia restituta, Ro-

S 2

PAGIUS

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLII. A.C. 514.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6007.

☉ 19. E. ☽ 2. P. 30. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 514.

HORMISDÆ PAPÆ 1.

ANASTASII IMP. 24.

THEODORICI REG. 22. & 4.

[1] I. *Consulatus.* Senator absque collega annum aperuit, ut habent omnes fasti, & ipsemet in Chronico suo prodit. Est is Cassiodorus, quem Theodoricus Italiæ Rex post Præfecturam Prætorii & Patricii dignitatem ad hunc honoris apicem promovit. Cumque in omnibus Fastis & in Epistolarum subscriptionibus vocetur tantum *Senator*, eo cognomine uti proprio appellatum fuisse, & ita in Fastis citandis appellandum intelligimus.

A num.

NOTÆ [1] Coss. *Senator* sine Collega.
Vetus inscriptio inter Donianas Cl. XX. num. 97. pag. 547.

✠ HIC REQUIESCIT SANCT. MEMORIÆ CONUS QUI VIXIT ANNUS LV. ET MENSES TRES DEPOSITUS IN PACE SUB D. NONAS FEBR. SENATORE V. S. CONSLE (sic)

Inscriptiones basilicæ S. Pauli n. 435. DE.... CONS. SENATOre
Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Senatore*.
Victor: *Senatore* V. C. *Cos.*
Marcellinus: *Senatore solo cos.* In epistola Symmachi Papæ: *Flavio Senatore V. C. Cos.*
Senator, inquit Relandus, nomen erat proprium hujus consulis, non dignitas, uti male quidam crediderunt. Vulgo *Cassiodorus* dicitur, sed debet *Senator* dici, si uno nomine indigitari debet. Ita ipse se nominat, & ita tunc loqui solebant. Idem quoque jampridem docuit Sirmondus, & ex eo alii. GEORGIUS

Romana Ecclesia diu expetitam consecuta est pacem

IV. Ante autem quam Symmachus moreretur, hoc anno mense Junio idem Pontifex ad Cæsarium Episcopum Arelatensem has litteras dedisse reperitur:

Dilectissimo fratri Cæsario Symmachus.

Symmachi Pap. epist. ad Cæsarium Episc. *Qui veneranda Patrum statuta custodit, amicum se absolute religionis ostendit: & qui providet ut locum excessibus non relinquat, demonstrat se de bono gratiæ cogitare. Rationabile est ut sancta Arelatensis Ecclesia propriis privilegiis perfruatur: & quod vetustas præstitit, & Patrum auctoritas roboravit, nova non debet violare præsumptio. Sic tamen, ut cæterarum Ecclesiarum privilegia temporibus acquisita non titubent: quia nec potest ex parte firmum esse, quod generalitatis tangit injuriam. Manentibus siquidem his quæ Patrum constituta singulis Ecclesiis concesserunt, decernimus, ut circa hæc quæ in Galliæ provinciis de causa religionis emerserunt solertia tuæ fraternitatis invigilet. Et si ratio poposcerit præsentiam sacerdotum, servata consuetudine, unusquisque tuæ dilectionis admonitus auctoritate conveniat: & si Dei adjutorio controversia incidens amputari potuerit, ipsius hoc meritis applicemus; alioquin existentis negotii qualitas ad sedem Apostolicam, te referente, perveniat; ut cunctis ordine suo peractis, unde inimicus bonitatis sibi blandiatur, locum invenire non possit. Igitur quemadmodum supra diximus, per singulas Ecclesias beneficia quæ sunt diu custodita serventur. Et si tam Ecclesiæ Aquensis Antistes, vel alius quilibet Metropolitano Pontifici juxta canonum definitionem vocatus obtemperare noluerit, noverit subdendum se (quod non optamus) Ecclesiasticæ disciplinæ. Et in hac parte magnopere te volumus esse solicitum, ut si quis de Gallicana regione Ecclesiastici ordinis atque officii ad nos venire compulsus fuerit, cum fraternitatis tuæ notitia iter peregrinationis arripiat: ut nec honos ejus per ignorantiam aliquam contumeliam patiatur, & ambiguitate depulsa, a nobis animo securo in communionis gratiam possit admitti. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. III. Id. Jun. Senatore V. C. Cons.* Hæc quidem omnia tum ab aliis antiquitus concessa, tum a Symmacho confirmata privilegia Ecclesiæ Arelatensis habes eadem repetita a sancto Gregorio Papa in epistola (*a*) ad Virgilium Arelatensem Episcopum, & ad Episcopos (*b*) Galliarum. Porro Symmachi litteris hic qui sequitur inhærebat in codice scripto libellus:

(*a*) Greg. l. 5. ep. 51. (*b*) Greg. eod. lib. ep. 52.

Exemplum libelli P.

V. *Quantum in omnibus Ecclesiarum Pontificibus, quæ in toto Orbe diffusæ sunt, Apostolica sedes sibimet vendicat principatum, & Synodalibus decretis firmior ejus præcellit auctoritas, tantum potestatis suæ provisione dudum a sese concessa debent inconcussa servari. Quatenus Arelatensis Ecclesia fruatur privilegiis suis quæ nunc per Antistitem Cæsarium seriem suæ petitionis insinuat; & quam hactenus habuit potestatem, vestra nunc deposcit auctoritate firmari: & quod veneranda sedes quondam perenni sanctione custodiri præcepit & pragmaticis specialiter decreta sunt constitutis, beatitudinis vestræ præceptis suis etiam nunc confirmet auctoritas. Aquensis etiam civitatis Episcopum sanctitatis vestræ moneri præcipite constitutis, ut dum a Metropolitano Antistite Ecclesiæ Arelatensis ad Synodale Concilium fuerit evocatus, vel aliqua ordinationis causa eum sibi postulet religio divina necessarium, minime venire frustretur: quatenus ea quæ longævis sæculis priscorum sanxit auctoritas, vobis Præsulibus præsenti futuræque ætati inviolata serventur. Dat. ab Egidio Abbate &....* Quem audis Egidium Abbatem obtulisse libellum pro Ecclesia Arelatensi, illum putamus Egidium, quem sanctitate insignem sub Cæsario Arelatensi Episcopo claruisse, ejus Acta declarant.

VI. Symmachus Papa moritur. Hoc itaque anno, decimoquarto Kalendas Augusti ipse sanctissimus Papa Symmachus moritur, cum sedisset annos quindecim & menses octo, minus diebus quatuor, multos labores & ærumnas passus tum a schismaticis sæpe sæpius eidem negotium facessentibus, tum ab hæreticis, pro ipsis Anastasio Augusto pugnante: sicque perfunctus una cum afflictionibus vita, mercedem illam a Deo accepit atque coronam, qua donati sunt sanctissimi Præsules Dei Ecclesiam Catholicam illæsam ab exagitantibus eam fluctibus conservantes, in cujus memoriam dicta

PAGIUS II. *Moritur Symmachus, Pap.* A num. VI. ad XIV. Sanctus *Symmachus* Papa, *Senatore Consule*, ut docet Anastasius, ad Deum migravit. Fuit *a die X. Kalend. Decembriarum usque in diem XIV. Kalend. Augustarum*, ut idem habet, a die sc. vicesima secunda mensis novembris anni quadringentesimi nonagesimi octavi usque ad diem decimum nonum mensis Julii currentis anni. Quare sedit *annos quindecim, menses septem, dies viginti septem*, ut testantur Ordericus lib. 2. Luitprandus, Regino, Catalogus Vaticano-Palatinus, varii Codices MSS. Anastasiani in fine editionis Regiæ memorati, ac II. IV. V. Catalogi nostri. In aliquibus Catalogis Librariorum errore numeri vel in annis vel in mensibus corrupti, immo & in Anastasio vulgato in quo Symmacho attribuuntur anni XV. menses VIII. dies XXVI. cum tamen a diebus XXVII. quibus supra annos XV. & menses VII. Ecclesiam Romanam rexit, dies emortualis excludatur. Pa-

dicta dies adscripta, annis singulis publico præconio iteratur.

VII. De Basilicis a Symmacho Papa erectis & ornatis. De eo autem, præter illa superius recensita, hæc ab Anastasio accipe de his quæ spectant ad cultum & ornatum rerum divinarum tum in erigendis basilicis, tum etiam in eisdem exornandis: *Hic* (inquit) *fecit basilicam S. Andreæ Apostoli apud B. Petrum, ubi fecit Ciborium ex argento, & Confessionem pensantem libras centum viginti; Arcus argenteos tres pensantes singulos libras sexaginta: Oratorium S. Thomæ Apostoli ex argento pensantem libras CCC. & Confessionem pensantem libras viginti: Arcum argenteum pensantem libras sexdecim: Confessionem S. Cassiani, & SS. Proti & Hyacinthi ex argento pensantem libras viginti; Arcum argenteum pensantem libras duodecim: Oratorium sancti Apollinaris ex argento, & Confessionem cum arcu pensantem libras triginta & unas: Oratorium sancti Sosii ex argento, & Confessionem pensantem libras viginti: Item ad frontem basilicæ B. Petri Apostoli Oratorium sanctæ Crucis, ex argenteo Confessionem, & Crucem ex auro cum gemmis, ubi inclusit lignum Dominicum; ipsa Crux aurea pensat libras decem. Fecit autem Oratoria sancti Joannis Evangelistæ & sancti Joannis Baptistæ, infra quorum Confessione fecit arcus argenteos pensantes libras triginta; quæ cubicula omnia a fundamento perfecta construxit;*

VIII. Ornamenta collata Basilicæ S. Petri. *Basilicam beati Petri marmoribus ornavit. Et cantharum beati Petri cum quadriporticu ex marmoribus ornavit, & ex musivo agnos & Cruces & palmas ornavit: ipsum vero atrium omne compaginavit: gradus vero ante fores basilicæ beati Petri ampliavit, & alios gradus sub signo* * *dextra lævaque construxit. Item Episcopia in eodem loco dextra levaque fecit. Item sub gradibus in atrio alio cantharum foris in campo posuit, & ad usum necessitatis humanæ fecit. Item & alios gradus ascendentibus ad beatum Andream fecit & cantharum posuit.*

* tigno.

IX. *Hic fecit basilicam sanctæ martyris Agathæ via Aurelia in fundo Lardario, & a fundamento eam cum fonte construxit, ubi posuit arcus argenteos duos. Eodem tempore fecit basilicam sancti Pancratii, ubi & fecit arcum argenteum, qui pensat libras quindecim. Fecit autem in eodem loco balneum. Item apud sanctum Apostolum Paulum in basilica renovavit apsidem, quæ in ruinam imminebat, & post Confessionem pictura ornavit, & cameram fecit & matroneum; & super Confessionem imaginem argenteam cum Salvatore & duodecim Apostolos posuit, qui pensant libras centum viginti; & ante fores basilicæ gradus fecit in atrio & cantharum, & post aspidem aquam introduxit, ubi & balneum a fundamento fecit.* Aliæ Basilicæ erectæ & ornatæ a Symmacho.

Intra Civitatem Romanam basilicam SS. Silvestri & Martini a fundamento construxit juxta Thermas Trajanas: ubi & super altare Ciborium argenteum fecit, quod pensat libras centum viginti: Arcus argenteos duodecim, qui pensant singuli libras decem; & Confessionem argenteam, quæ pensat libras quindecim. Ad beatum Joannem & Paulum fecit gradus post apsidem. Item Archangeli Michaelis basilicam ampliavit, & gradus fecit, & introduxit aquam. Item ad sanctam Mariam Oratorium sanctorum Cosmæ & Damiani a fundamento construxit. In via Tiburtina milliario vigesimoseptimo ab urbe Roma, rogatus ab Albino & Glaphyro Præpositis illustribus, de suo facientibus a fundamento, basilicam S. Petro in fundo Paciniano dedicavit. Item ad B. Petrum & B. Paulum Apostolos, & ad S. Laurentium martyrem pauperibus habitacula construxit. X.

Item ad B. Petrum viginti canthara argentea fecit pensantia singula libras quinque; & arcus argenteos vigintiduos, pensantes singulos libras viginti. Hic reparavit basilicam sanctæ Felicitatis, quæ jam in ruinam imminebat. Hic apsidem beatæ Agnetis, quæ in ruinam imminebat, & omnem basilicam renovavit. Hic fecit cœmeterium Jordanorum in melius propter corpus Alexandri. Hæc ibi de ornatu & cultu Ecclesiarum. Admiratione plane dignum, tanta potuisse præstari a Romano Pontifice sub barbaro Rege, sub quo Urbs ipsa quodammodo videbatur teneri captiva: cum præsertim idem Symmachus pastorali munificentia in re- XI.

PAGIUS III. *Dies ejus ordinationis mortisque certi.* Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum veterum Pontificum, sibi persuadere non potuit initium, & mortem *Symmachi* in Anastasio accurate notata esse; *Nescio*, inquit, *quis in libro Pontificali ex suo calculo hic præsumsit inserere, quod Symmachus sedit* a die X. Kal. Decemb. usque in XIV. Kal. Augusti *hoc ipso indicans diem sepulturæ a se confundi cum die mortis. Spurium hoc vitulamen esse, adeoque nullius auctoritatis, prodit uniformis totius libri stylus, ab initio usque ad Sanctum Gregorium & finem sæculi VI. inclusive, ubi nuspiam definiuntur dies Pontificatum terminantes, nec alius quam sepulturæ dies exprimitur.* Verum e diebus illis obitualis excluditur, ut jam monui: neque refert, quod in libro Pontificali dies Pontificatum utrimque claudentes, in aliis Pontificibus non memorentur; cum in Hormisda, & duobus ejus successoribus Consules præter morem enuncientur, incertumque sit an Vitæ in libro Pontificali contentæ ab uno vel pluribus Auctoribus descriptæ fuerint. Si itaque Vir doctissimus dies natales & emortuales Pontificum Romanorum, qui Hilarum secuti sunt, recte collocasset, hanc periocham addititiam non esse, & in libro Pontificali tam dies ejus ordinationis, quam sepulturæ, sine errore notatos comperisset, ideoque & Baronium in ejus Pon-

redimendis captivis & alendis Episcopis Africanis in Sardinia relegatis non defuerit, sed abunde cuncta suppeditarit. De constitutionibus autem ab eo editis præter illa quæ superius dicta sunt, hæc ibidem leguntur:

XII. *Hic constituit, ut omni die Dominico, vel natalitiis martyrum hymnus Gloria in excelsis, diceretur*. Ac paulo post: *Hic fecit ordinationes quatuor in urbe Roma per mensem Decembrem & Februarium, presbyteros nonagintaduos, diaconos sexdecim, Episcopos per diversa loca numero centum decem & septem. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri Apostoli XIV. Kalendas Augusti, & cessavit Episcopatus ejus dies septem. Qui etiam in pace confessor quievit*. Hæc ibi.

XIII. Hormisda Papa creatur. Sic igitur sanctissimo Papa Symmacho ex hac vita ad gloriam sempiternam perducto, Romanus clerus, cujus erat muneris de successore subrogando tractare, summa concordia coeuntes omnes post dies septem ab ejus obitu (ut habet idem Anastasius) septimo Kalendas Augusti Pontificem creant Hormisdam natione Campanum ex patre Justo, patria Frusinatem. Fuit autem Hormisda, cum esset S. R. E. diaconus, semper inhærens Symmacho Papæ, ut ex tertio Romano Concilio sub eodem Symmacho celebrato apparet. Extant complures Ennodii Ticinensis epistolæ ad ipsum Hormisdam datæ, cum adhuc Romanæ Ecclesiæ diaconus esset.

XIV. Clodoveus Rex mittit coronam Hormisdæ Papæ. Simulac igitur Hormisda Pontifex creatus fuit, ad Orientales ex more scripsit epistolam pro Catholica fide servanda, paceque concilianda, ut apparet ex litteris ab eis postea datis, de quibus suo loco dicemus. Cum vero Christiano orbi innotuisset novum Romanæ Ecclesiæ electum esse Pontificem, novus Rex Christianissimus Clodoveus cunctorum prævenit obsequium, & superavit officia. Etenim (ut auctor est Hincmarus (a) Rhemensis Episcopus), idem Francorum Rex Clodoveus coronam auream cum gemmis (quæ regnum appellari solet) beato Petro, id sancto Remigio Rhemensi Episcopo suggerente, direxit. Hæc ipsa etiam leguntur apud Anastasium in libro de Romanis Pontificibus (b) in Hormisda. Cæterum ab ipsis Apostolorum temporibus fuisse præclarum capitis Pontificis ornamentum, suo loco superius dictum est; illudque esse consuevisse magni pretii, utpote ex auro atque gemmis ornatum, pariter est demonstratum. Qui igitur primus Franchorum Rex Christianus aurea corona donavit Romanum Pontificem, eam a Deo ipsum consecutum esse mercedem, declaravit eventus, ut Franchorum regni corona hactenus perseveret. Certe quidem miraculi ferme loco ducendum est ut in una gente tanto tempore, tanta propagatione regnum permanserit; quæ de alia aliqua natione accidisse, haud facile quis inveniet.

(a) *Hincmar. in Vita S. Remig. apud Sur. t. 1. die 13. Januar.*
(b) *Tom. 1. Conc. vet. edit.*

Sed & ipse Franchorum Apostolus Remigius litteris suis novum salutavit Pontificem, Ad quem Hormisda rescribens, eidem ob præclaram meritorum excellentiam, & nobilissimæ sedis prærogativam, ut in Franchorum regno vicem gereret ipsius Romani Pontificis, dedit; quod quidem amplissimæ dignitatis erat munus & præfectura. Extat ipsa Hormisdæ Papæ epistola ad S. Remigium Rhemensem Episcopum reddita, cum adhuc viveret Clodoveus, quam idem auctor recitat: sic enim se habet: XV.

Dilectissimo fratri Remigio
Hormisda.

XVI. Epistola Hormisdæ PP. ad S. Remigium. *Suscipientes plena fraternitatis tuæ congratulatione colloquia, quibus nos germanæ salutis tuæ lætificavit judicio corporali cum spiritualibus officiis incolumitas subnixa; congruum esse perspeximus, hanc ipsam, quam mente gerimus, verbis aperire lætitiam. Agis enim summi documenta Pontificis, dum & prædicanda facis, & ea insinuare non differs. Prærogativam igitur de nostri sumpsimus electione judicii: quando id operatum te esse didicimus, quod cæteris agendum obnixius imperamus: ut in provinciis tanta longinquitate disjunctis, & Apostolicæ sedis vigorem, & Patrum regulis studeas adhibere custodiam. Vices itaque nostras per omne regnum dilecti & spiritualis filii nostri Ludovici, quem nuper, adminiculante superna gratia, plurimis & Apostolorum temporibus æquiparandis signorum miraculis prædicationem salutiferam comitantibus, cum gente integra convertisti, & sacri dono baptismatis consecrasti, salvis privilegiis, quæ Metropoli-*

PAGIUS Pontificatus duratione rectam viam tenuisse. Auctor Auctioris Chronci Vet. Pontif. ait, Symmachum sedisse ann. XV. menses VIII. dies XXVI. & cessasse Episcopatum dies III. sed is aliis accuratior non est in hoc capite.

IV. Hormisda fit Pontifex Romanus. Dicit Anastasius cessasse Episcopatum *dies septem*, quod & in Codice Anastasiano Colbertino, aliisque quibusdam, ac in Orderico legitur. Quare *Hormisda* natione Campanus ordinatus est die vicesima septima mensis Julii, in quam hoc anno Dominica incidebat, & Anastasius diem mortis Symmachi ex Interpontificio excludit. Baronius, qui Pontifices Romanos diebus Dominicis aut Festis solennioribus ordinari solitos non animadverterat, *Hormisdam* die XXVI. mensis Julii Pontificem renunciatum esse credidit.

V. Primatus S. Remigii Episc. Remensis. A num. XIV. ad XVIII. Hincmarus in Vita Sancti *Remigii* Episcopi Remensis, postquam bellum Visigothicum, missamque ab Anastasio Augusto Legationem in Franciam enarravit, agit de Vicariatu seu de Primatu hujus Præsulis

politanis decrevit antiquitas, præsenti auctoritate committimus: augentes studii hujus participatione ministerii dignitatem, relevantes nostras ejusdem remedio dispensationis excubias. Et licet de singulis non indigeas edoceri, a quo jam probavimus acutius universa servari: gratius tamen esse solet, si ituris trames ostenditur, & laboraturis injuncti operis forma monstratur.

XVII. Quæ debeat custodire declarat. *Paternas igitur regulas & decreta sanctissimis definita Conciliis ab omnibus servanda mandamus. In iis vigilantiam tuam, in his curam & fraternæ monita exhortationis ostendimus. His ea (quantum dignum est) reverentia custoditis, nullum relinquit culpæ locum sanctæ observationis obstaculum: ibi fas, nefasque præscriptum est: ibi prohibitum, ad quod nullus audeat aspirare: ibi concessum, quod debeat mens Deo placitura præsumere. Quotiens universale poscit religionis causa Concilium, te cuncti fratres evocante conveniant: & si quos eorum specialis negotii pulsat intentio, jurgia inter eos oborta compesce, discussa sacra lege determinando certamina. Quicquid autem illic pro fide & veritate constitutum vel provida dispensatione præceptum, vel personæ nostræ auctoritate fuerit confirmatum, totum ad scientiam nostram instructa relationis attestatione perveniat. Eo fit, ut & noster animus officii charitate dati, & tuus securitate perfruatur accepti. Deus te incolumem custodiat, frater charissime.* Hactenus epistola Hormisdæ, quam ejus esse germanam recognosces ex ejusdem Pontificis scribendi stylo, si conferas cum aliis ejusdem Papæ epistolis, quarum nonnullas (ut rerum gestarum occasio exiget) ex codice Vaticano inferius ordine temporum describemus. Quod enim moris esset, ut recens creatus Romanus Pontifex immensæ molis opus, totius Catholici orbis curam cum collegis Coepiscopis in diversis provinciis partiretur, & vices suas eisdem absentibus delegaret; non ad Remigium tantum ista conscripsit, sed ad alios in aliis provinciis existentes majoris ordinis sacerdotes ejusdem argumenti litteras dedit, vices suas iisdem delegando, sicuti vidimus superius id factum a prædecessore in Oriente, necnon in Africa & Hispania, quod & modo in Gallis fieri per Hormisdam intelligis.

His igitur a Romano Pontifice acceptis litteris S. Remigius, nihil cunctatus, generalem Synodum colligendam curavit. XVIII. Synodus Gallicana. Habita namque est per eum Synodus Gallicana, in quam convenerunt Episcopi Galliæ ac diversarum provinciarum. Erant autem Gallicanæ regiones ob Gothos Arianos, qui ibi regnarant, nonnihil ejus hæresis labe conspersæ: quamobrem sanctissimi Episcopi in illud præcipue incubuerunt, ut fidem Catholicam ab ea contagione liberam conservarent. Coacto igitur Rhemis sacro Patrum Conventu, accidit, ut inter filios Dei (ut est in Job *a*) & satan quoque assistere præsumpserit, nimirum Arianus Episcopus, qui tamquam novus Goliath, exprobrans agminibus Dei viventis, provocansque eos ad singulare certamen, strenuus perfidiæ propugnator superbiaque inflatus, Catholicis omnibus insultabat. Sed exsurrexit ex adverso non juvenis rufus aspectu, ut David, (*b*) sed veneranda canicie sanctissimus senex Apostolicus vir Remigius, ejusque fastum compressit, atque victum ad Christi fidem perduxit: id autem quomodo factum sit, Hincmarus in Actis ipsius sancti Remigii describit his verbis (*c*):

(*a*) *Job.* 1. (*b*) 1. *Reg.* 1. (*c*) *Apud Sur. t.* 1.

XIX. Arianus insultans Catholicis convincitur & convertitur. *Ei Synodo Arianus quidam hæreticus, acerrimus disputator, & dialecticis propositionibus ac conclusionibus confisus, & inde nimis elatus intererat. Ingrediente autem sancto Remigio Episcoporum Concilium, a multitudine Patrum expectantium, assurgentibus omnibus reverenter, sicut Angelus Dei suscipitur. Superbus autem hæreticus, & male de viro Dei sentiens dedignatus est ei assurgere. Qui protinus, cum sanctus Remigius ante eum transiit, ita obmutuit, ut nec verbum quidem ullum effari potuerit.* Magnum plane miraculum, garrulam linguam & petulantem, quæ Dei Filium jugiter blasphemarat, solo transitu compressisse, vinculis invisibilibus obligasse, atque intra dentium claustra arcto carcere obserasse. Qui igitur Apostolica legatione vice fungitur Petri, instar Petri umbræ transitu curat

PAGIUS sulis per universum Regnum Chlodovei Francorum Regis, quæ ipsemet primus ex Archivis Ecclesiæ suæ eruit, illiusque originem Hormisdæ, qui hoc anno Pontificatum Romanum suscepit acceptam refert. At cum certum sit *Chlodoveum* ad Hormisdæ tempora non pervenisse, sumta inde ab aliquibus Viris doctis ansa existimandi eam Historiam commentitiam esse; indeque Varia Scripta hinc inde prodiere. Sirmondus Epistolam illam Hormisdæ ad Remigium a Conciliis Gallicanis rejecit, nullamque ejus rationem habuit.

VI. A num. XVIII. ad XXI. Hincmarus in eadem Vita scribit: *Episcopi Galliæ ac Belgicæ Provinciarum causa fidei ad Synodum pervenerunt Beatum Remigium undecumque doctissimum & in Scripturis Sanctis eruditissimum, ac in Ecclesiasticis Dogmatibus exercitatum, ad idem Concilium venire petierunt.* Addit Hincmarus Remigium ad illud Concilium venisse, & a *multitudine fratrum expectantium*, sicut Angelum Dei susceptum esse, ac superbum Arianum ad fidem Catholicam convertisse; sed Hincmarus, nec locum, nec annum designat, & *Remorum* Civitatem, in qua Baronius Synodum celebratam asserit, manifeste excludit. Porro Episcopi Galliæ Belgicæ parebant hoc tempore Francorum Regibus; Episcopi vero Galliæ Celticæ, seu

Synodus Gallicana incerto loco habita.

curat infirmum, vinciendum tamen antea tamquam phreneticum ligaminibus. At quomodo id acciderit, audi quod subdit:

XX. *Expectantibus* (inquit) *omnibus, ut post allocutionem sancti Remigii hæreticus ille aliquid diceret; nihil potuit loqui: sed ad vestigia sancti viri pronus cadens, nutibus veniam petiit. Cui Sanctus dixit: In nomine Domini Jesu Christi vere Filii Dei vivi, si ita de eo recte sentis, loquere; & de illo, sicut Catholica credit Ecclesia, crede & confitere. Ad cujus vocem ante superbus hæreticus,* Arianus confitetur Catholicam fidem. *humilis jam & Catholicus, Catholicam fidem de sancta & inseparabili Trinitate, & de Christi incarnatione Catholice confessus est, & in eadem confessionis suæ fide se permansurum professus est: sicque animo per infidelitatem perdito, & corporali voce propter superbiam condemnato virtute divina sanctus Remigius & animæ & corporis reddidit sanitatem; cunctis qui aderant, seu hæc audituri erant, sacerdotibus patenter ostendens, de male sentiendo peccante in Christum, qui per humanitatem proximus & frater nobis fieri dignatus est, quomodo erga peccantes in se vel in Ecclesiam, atque rebelles, & erga post recognoscentes & pœnitentes debeant agere.* Hæc Hincmarus (*a*). Porro Synodum hanc præsenti anno celebratam esse, ut dicamus, temporis ratio persuadet.

(a) *Hincmar. in Vita sancti Remigii apud Sur. tom. 1.*

XXI. Obitus Clodovei Regis. Haud diu post hæc, ipsis Hormisdæ Papæ primordiis, Clodoveum Franchorum Regem hoc ipso anno ex hac vita migrasse, plura sunt quæ demonstrent. Equidem non ante Hormisdæ Pontificatum ipsum decessisse, quæ nuper diximus de corona missa ad eumdem Romanum Pontificem, & quæ habentur in litteris Hormisdæ ad S. Remigium, in quibus ejusdem fit mentio Clodovei, satis significant: neque hunc ipsum prætergressum esse annum, sunt plura quæ doceant. Cum enim Gregorius Turonensis (*b*) numeret ab obitu Sancti Martini usque ad mortem Clodovei annos centum atque duodecim; constetque etiam ex iis quæ superius dicta sunt, ipsum decessisse anno Domini quadringentesimo secundo; plane affirmare necesse est hoc ipso anno vivere desiisse. Cui veritati certe quidem adstipulantur chronographi, & inter illos primum sibi vendicans locum Sigebertus, dum hoc ipso anno Domini quingentesimo decimoquarto Clodoveum Regem esse vita functum testatur. Rursum vero cum anno quinto ab occubitu Alarici Regis Gothorum Clodoveum ex humanis desiisse testetur Gregorius Turonensis, qui totidem annos numerat a prœlio Vocladensi, itidemque Ammonius & alii Franchorum res prosecuti; nullum relinquitur dubium, hoc ipso anno eumdem Regem Clodoveum esse defunctum, ipsasque Christianissimorum Regum Franchorum primitias Deo oblatas in cælum acceptas. Vixisse autem ipsum annos quadragintaquinque, regnasse vero triginta, auctor est Gregorius Turonensis (*c*).

(b) *Greg. Turon. de Gest. Franch. l. 2. c. ult.*

(c) *Greg. Turon. de Gest. Franch. l. 2. c. ult.*

Ornaverunt tantum Principem res in prœliis fortiter gestæ, ex quibus consecutus est nomen ut Belliger diceretur. Fortunatus enim sic in epitaphio Dagoberti Regis: XXII.

Belligeri veniens Clodovei gente potentis.

Quod quidem non ante adeptus est nomen & consecutus gloriæ titulum, quam ipse victus a Christo victor sub Christi cœpit militare vexillis; quibus in bello præviis, superavit potentissimos Alamannos, vicit fortissimos Burgundiones, Wisigothosque invictos & alios barbaros bellica virtute sæpe repressit.

Docuit ipse primus, quid possint Franchorum arma, quæ sanctæ Crucis vexilla præcedunt: siquidem quam sæpe ante constat Franchorum robustissimam gentem Gallias frustra tentasse, Romanis sæpe terga vertisse, cum finitimis barbaris vario XXIII.

PAGIUS seu Lugdunensis, de qua loquitur Hincmarus, partim Francorum Regibus, partim Burgundionum Regi subditi erant. In Concilio enim Epaudensi anno DXVII. in Regno Burgundiæ coacto leguntur nomina Episcopi *Nivernensis*, & Episcopi *Lugudunensis*.

VII. Moritur Clodoveus Rex Francorum. A num. XXI. ad XXXVI. *Chlodoveus* Francorum Rex obiit *Quinto Kalendas Decembres*, ut in duobus veteribus Calendariis legitur, *V. Kal. Dec. depositio Magni Regis Chlodovei* Annus in Chronico Sancti Vincentii Metensis designatur his verbis, *Felice Consule*, qui an. DXI. Consulatum gessit: quo etiam anno Chlodoveum vitam cum morte commutasse nunc inter Eruditos convenit. Turonensis lib. 2. cap. 43. de morte Chlodovei hæc habet: *Apud Parisios obiit, sepultusque in Basilica Apostolorum, quam cum Chrotilde Regina ipse construxerat. Migravit autem post Vocladense bellum anno quinto. Fueruntque omnes dies Regni ejus triginta anni. A transitu ergo Sancti Martini usque ad transitum Clodovechi Regis, qui fuit undecimus annus Episcopatus Licinii Turonici Sacerdotis, supputantur anni centum duodecim.* Fredegarius in Epitome tradit etiam obiisse Chlodoveum post Vogladense bellum *anno V.* Regnum tenuisse *annis XXX. & a transitu Sancti Martini* usque ad transitum Chlodovei fieri *annos CXII.* quam ultimam notam temporariam habet etiam Aimoinus in sua Historia, & Turonensis non semel iterat. Nec Fredegarius nec Aimoinus anni XI. Licinii Episcopi Turonensis mentionem faciunt, quia character ille mendosus est, ut alibi ostendo. Cum itaque Sanctus *Martinus* Turonensis Episcopus die undecima mensis Novembris anni Christi quadringentesimi ex hac vita transierit, ut suo loco demonstravi, nullum dubium esse debet, quin Chlodovei mors in an-

vario marte pugnasse, & inter eos humili fama vixisse, arctioribusque arctatam limitibus de salute sæpe periclitatam esse: ubi Christum novit, quot est aucta victoriis, & illustrata trophæis? quo sublimis gloriæ honoris & famæ sublimata pervenit? Nota loquor, cunctisque facta perspicua refero: omnes enim norunt, quod huic uni datum sit ex tot barbaricis gentibus solum patrium relinquentibus & Romanum Imperium invadentibus, figere sedes, latioribusque dilatare limitibus regnum, & longioribus perpetuare temporibus: ut plane frequentioribus experimentis ipsa divina judicia vera & justificata in semetipsa, non amplius, ut abyssus multa, obscura latuerint, sed cunctis fuerint perspicue patefacta, idcirco esse tanta concessa Franchis quæ denegata sunt reliquis exteris nationibus, quod pietate ipsi pollerent, præstarent fide Catholica, & pro defensione Ecclesiæ ardentius quam pro finibus regni tuendis pugnare solerent.

XXIV. Quibus quidem officiis pro religione sedulo impensis, plane digni redditi sunt illam divinitus impertitam benedictionem consequi, quam sanctus Remigius eorumdem Franchorum Apostolus, antiquorum Patriarcharum more, sancto afflatus Spiritu, suo testamento scriptam, obsignatam, sanctorumque Episcoporum subscriptione munitam reliquit: Contra vero diram maledictionem ipsis Franchorum Regibus inferendam præscripsit, si quis eorum violare ausus esset quæ ultimo ipse elogio perscripsisset. Cujus verba perpetua digna memoria ob oculos omnium ponenda putavimus, quæ sic se habent (a):

(a) Recitat Brisson. de formul. l. 7.

XXV. *Si aliquando genus illud regium per benedictionem meam toties Domino consecratum, mala pro bonis reddens, Ecclesiarum Dei pervasor, destructor, depopulator, gravis aut contrarius existere voluerit; convocatis Rhemorum diœceseos Episcopis, primum moneatur, deinde urbs præfata, ad juncta sibi sorore Ecclesia Treverensi, iterum conveniatur: tertio vero Archiepiscopis tantummodo Galliarum tribus, aut quatuor convocatis, Princeps ille quicumque fuerit, moneatur: ita ut ad septimam monitionem, si prius satisfacere renuerit, paternæ pietatis longanimitate differatur. Tandemque si postpositis omnibus præfatis benedictionibus, incorrigibilis contumaciæ spiritum non deposuerit, & se per omnia Deo subdi nolens, benedictionibus Ecclesiæ participare noluerit; elogium segregationis a corpore Christi ab omnibus ei porrigatur, quod per Prophetam, & Regem David, (b) eodem qui in Episcopis est, dictante sancto Spiritu, noscitur decantatum: Quia persecutus est (inquit) hominem inopem & mendicum & compunctum corde, & non est recordatus facere misericordiam, & dilexit maledictionem, & veniet ei; & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Totumque ei, quod in persona Judæ traditoris Domini nostri Jesu Christi & malignorum Episcoporum Ecclesia decantare solet per singulas ei decantetur Ecclesias. Quia Dominus dixit (c): Quam diu fecistis ex minimis meis, mihi fecistis: & quamdiu his non fecistis, nec mihi fecistis. Et ideo quod probatur in capite, in membris intelligendum esse non dubitetur. Unum tantummodo ibi verbum per interpositionem commutetur: Fiant dies ejus pauci, & Principatum ejus accipiat alter.* Ita ut loco Episcopatus, Principatus dicatur, ut personæ conveniat. Pergit vero:

(b) Psal. 108.

(c) Matt. 25.

Quod utique si successores mei Rhemorum Archiepiscopi operari, sicut a me ordinatum est, neglexerint; in se, quicquid in Principibus resecandum fuerat, maledictionibus depravati reperiant: ut fiant dies eorum pauci, & Episcopatum eorum accipiat alter. Si tanta hæc ex divina Scriptura in reprobos effusa, in Reges Franchorum rerum Ecclesiasticarum invasores & depopulatores converti voluit; quid statuisset in eos, si (quod nec cogitare potuit) ipsam Catholicam fidem læsuri essent? Sed audi patefactos eis- XXVI.

PAGIUS num DXI. inciderit; & quin anno CDLXXXI. Regnum inierit, siquidem per annos XXX. Francis dominatus est. Denique annum Christi DXI. quintum esse a prælio Vogladensi certum & indubitatum.

VIII. *Anno DXI. mors ea contigit.* Bucherius in Annotatione de Chronologia Regum Francorum Meroveadarum, *Chlodoveum* anno DXI. demortuum, & *Sigebertum* in Chronico, quem Baronius aliique passim ad nostra fere tempora secuti sunt, obitum ejus male in currentem annum distulisse, hoc argumento demonstravit. Annos non paucos Childeberti II. Francorum Regis cum annis Christi Turonensis recte illigavit; qua in re falli non potuit propter Dominicalis litteræ characterem in sua Historia observatum, & cum annis ejusdem Childeberti, quo regnante vixit, copulatum; inde ascendendo retrogressus est usque ad *Chlodoveum*, eaque via hunc anno DXI. e vivis abiisse certo deprehendit. Quare Henschenius qui in Commentario prævio ad Vitam Sancti Sigiberti Austrasiæ Regis, & alibi passim, *Chlodoveum* anno DIX. vitam explevisse statuit, subsequentium Francorum Regum chronotaxim non potuit non labefactare; cumque Concilia Gallicana annis Regum Francorum, quorum præcepto convocata fuere, sæpe notata reperiantur, Chronologia Ecclesiastica non minus quam civilis ab omnibus, qui Chlodovei mortem ab anno DXI. removerunt, plerumque corrupta fuit. Certum itaque maneat, illam non alio, quam quo diximus anno contigisse. Anno DCXI. num. VI. Epitaphio Sancti Austregisili Episc. Bituricensis annus emortualis Clodovei confirmabitur.

Baronius num. XXIV. & seqq. meminit testa- IX.

eisdem Franchorum Regibus benedictionum thesauros, quibus locupletandi forent qui pietate pollerent: *Si vero Dominus meus Jesus Christus vocem orationis meæ, quam quotidie pro genere illo in conspectu divinæ majestatis specialiter fundo, audire dignatus fuerit; ut sicut a me accepit*, Clodoveus videlicet, *ita in dispositione regni & ordinatione sanctæ Dei Ecclesiæ perseveret: benedictionibus, quas Spiritus sanctus per manum meam peccatricem super caput ejus infudit, plurimæ super caput illius* (qui scilicet in Regem eligendus est) *per eumdem Spiritum sanctum superaddantur, & ex ipso Reges & Imperatores procedant, qui in præsenti & in futuro juxta voluntatem Domini ad augmentum sanctæ suæ Ecclesiæ, virtute ejusdem in judicio & justitia confirmati & corroborati regnum obtinere atque augere quotidie valeant; & in domo David, hoc est, in cælesti Hierusalem cum Domino in æternum regnaturi sublimari mereantur. Amen.* Hæc sunt novissima S. Remigii verba in ejus testamento legitime confecto ad finem posita eademque non suo ipsius tantum munita atque firmata chirographo, sed sex Episcoporum & aliorum presbyterorum subscriptione probata, quorum trium est nota sanctitas, & non solum in Ecclesiis Gallicanis, sed in universa Ecclesia Catholica celebratur, nempe Vedasti Attrebatensis Episcopi, Medardi Noviomensis, & Lupi Suessionensis; quorum nomina sacris indita tabulis anniversaria ipsorum dierum natalium memoria publico præconio repetuntur. Porro singulorum una fuit subscriptionis servata forma his verbis concepta: *Vedastus Episcopus. Cui Pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi & subscripsi.* Ita & reliqui Episcopi atque presbyteri. Sed accessit his divinitus inspiratis Dominus veluti testamentarius executor, dum pro meritis singulorum successorum Regum, sive benedictiones, sive maledictiones ipsis partitus est, ut quæ erunt suis dicenda locis significabunt; at modo satis duos in exemplum Carolos adduxisse, alterum cognomento Martellum, Magnum alterum dictum; quorum alter maledictionum S. Remigii successit infelix hæres, alter vero ejusdem benedictiones hæreditate possedit.

Benedictio S. Remigii impertita Franchorum Regibus.

XXVII. Sed illud peculiare præ cæteris aliarum gentium Regibus Franchorum Principibus a Deo Remigii ipsorum Apostoli precibus videtur fuisse concessum, ut (quod plane summa sit admiratione dignum) non ob Regum peccata ad alias nationes fuerit (ut de aliis accidit) ipsorum regnum translatum, vel ipsi Franchorum populi aliis servire coacti fuerint; sed veluti divina promissione id S. Remigii precibus datum fuerit, secundum illud Davidicum (*a*): *Si derelinquerint filii ejus legem meam, & in judiciis meis non ambulaverint: si justitias meas profanaverint, & mandata mea non custodierint; visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo.* Hæc quam vera sint, quæ sæpe suis locis dicentur inferius aperta luce significabunt. Sed jam defuncti Regis quæ sunt reliqua, postrema solvamus.

(*a*) Ps. 88.

XXVIII. Sepultus est Clodoveus Parisiis (*b*) in Basilica sancti Petri Apostoli, quam ipse Rex, hortante sancta Genovefa (*c*) Virgine, a fundamentis cœpit erigere, ejusque uxor Crotildis perficiendam curavit. Inditum est ejus sepulcro epitaphium, quod Ammonius recitat (*d*), a S. Remigio (ut putatur) elaboratum his versibus:

Dives opum, virtute potens, clarusque triumpho
Condidit hanc sedem Rex Clodoveus.
Et item
Patricius magnus sublimis fulsit honore,
Plenus amore Dei: contempsit credere mille
Numina, quæ variis horrent portenta figuris.
Mox purgatus aquis & Christi fonte renatus
Fragrantem gessit infuso Chrismate crinem.

Exem-

(*b*) Greg. Tur. l. 2. c. ult. Amon. l. 1. c. ult. Hincm. in S. Remig. Vit. apud Sur. to. 1.
(*c*) In Actis S. Genovef. in fin. apud Sur. t. 1.
(*d*) Ammon. de Gestis Franch. l. 1. c. ult.

Epitaphium Clodovei Regis.

PAGIUS

Testamentum S. Remigii.

stamenti Sancti *Remigii*, ex eoque aliqua loca recitat. Verum illius ætate extabat tantum in Historia Flodoardi cap. 18. variis auctum interpolationibus; quæ cum a temporibus & genio Remigii abhorreant, plerisque supposititium jure merito visum est. Tandem genuinum hujus Testamenti exemplar prodiit in nova Disquisitione de *Ampulla Remensi*, in Tom. I. Bibliothecæ Labbeanæ, & in Annalibus Cointii ad annum DXXXIII. num. L. & seqq. apparuitque vere illud a Sancto Remigio conditum. Eo S. Præsul Ecclesiam Remensem, *Lupum* Episcopum Suessionensem fratris sui filium, & *Agricolam* Presbyterum nepotem suum hæredes instituit; sed nullus Episcopus eidem subscriptus reperitur; neque loca, quæ ex illo Baronius in medium adducit in eo habentur; quæ ideo mera assumenta esse liquet.

X. Apud Aimoinum lib. 1. cap. 25. legitur Epitaphium Chlodovei Regis a Baronio n. XXVIII, recitatum, sed, ut ex editione Duchesnii patet in capite illo XXV. aliqua insititia sunt. His priores hujus Epitaphii versus:

Epitaphium Clodovei.

Dives opum, virtute potens, clarusque triumpho,
Condidit hanc Sedem Rex Clodoveus: & idem
Patricius magno sublimis fulsit honore.

Cointius anno DXI. num. LX. ait; Epitaphium illud, quod a Beato Remigio conditum fertur, opus videri recentioris Auctoris, qui Chlodove-

Exemplum dedit; sequitur quod plurima turba.
Gentilis populi; spretoque errore suorum,
Auctorem est cultura Deum, verumque parentem.
Hic felix meritis superavit gesta piorum,
Semper consilio, castris, bellisque tremendus,
Hortatu dux ipse bonus, ac pectore fortis
Constructas acies firmavit in agmine primo.

At de Clodoveo hactenus.

Crotildis autem Regina (inquit Gregorius a) *post mortem viri sui Turonos venit: ibique ad basilicam S. Martini deserviens, cum summa pudicitia atque benignitate in hoc loco morata est omnibus diebus vitæ suæ, raro Parisios visitans*: eximiaque claruit sanctitate, de qua etiam dicendum inferius.

(a) Greg. Turon hist. l.2. c.ult.

XXIX. Regnant post Clodoveum filii ipsius quatuor Childebertus, Clotarius, Theodoricus, & Clodomirus, qui inter se regnum diviserunt, prout Gregorius (b) & alii Latini tradunt, & Græcus Agathias (c) in ipso suæ scriptionis limine a Franchorum moribus inchoatus historiam: quibus videas quanta eis tribuerit Christiana religio. Sunt hæc enim ipsius verba de Franchis: *Germani cum sint, haudquaquam (ut plurimi barbarorum) pastores, sed Romanorum politia & aliis institutis & multis utuntur, iisdemque legibus vivunt, & cæteris item, ut in conventibus faciendis, & nuptiis, medelisque eadem statuunt. Sunt quippe omnes hi Christiani, & rectissimæ inter cæteros omnes opinionis. Habent præterea per civitates Antistites, sacerdotesque: Festos insuper haud secus ac ipsi nos peragunt dies. Et sane hi mihi, etsi cætera barbari, moribus tamen videntur quam optimis præditi, & maximum in modum civiles; nec quicquam habere quod a nobis hos faciat alienos, præter vestitus barbariem, & vocis innatæ sonum, linguæque: quos equidem tum ob eorum virtutes, tum ob in cæteros æquitatem, inter seque concordiam, mirum in modum admiratione ac laudibus prosequor & magni facio. Nam etsi antehac sæpe & nostris his quidem temporibus in Principes tres pluresve eorum sit partitum Imperium; numquam tamen in invicem bella suscepisse hos constat, nec civili patriam sanguine inquinasse: cum alioquin, ubi magni esse videntur, & non impares aut dubii potentatus, ibidem & necessarium sit omnino & multis de causis inflatiores animos fieri, honorumque exoriri & primatus cupiditates, & infinitos alios animorum affectus, ut perturbationis, ita & seditionum plenissimos. Apud hos tamen etsi divisa imperia sint, nihil prorsus effertur hujusmodi. Sed si qua forte de re inter Principes oriatur contentio, cæteri omnes ad bellum se parant, ut armis decertaturi, & ita instructi simul procedunt: quibus conspectis, utrinque dissidentium Principum copiæ, depositis evestigio odiis, in gratiam redeunt, jussique parent; ut jure potius ea, de quibus ambigitur, quam armis decernant: alias vero si pergant, suo se malo scirent decertaturos: proinde haudquaquam par foret, nec patria id sineret consuetudo, ut pro privatis inimicitiis detrimentum Respublica ruinamve patiatur. His moniti phalangas mox solvunt, & arma deponunt. Hoc pacto pace conciliata, placantur, ex tutoque accessus & mutuo fiunt, unaque versantur, & odia abscessere. Sic fit, ut inferiores & subditi justitiam simul ac patriam colant; Principes vero, ubi opportunum est, & benignos se præbeant, & facile obsequantur. Unde & vires cum habeant hi firmiores & Legibus iisdem utantur nulla rerum suarum facta jactura, quam multa sibi & sedulo vendicant. Justitia namque & charitas ubicumque inter mortales foventur, felicem proculdubio Rempublicam reddunt, stabilemque atque adeo diu mansuram efficiunt, nec facile injuriæ opportunam, ut capi ab hostibus queat. Franchi igitur cum optimum degant id vitæ genus, se ipsos in primis & proximos quosque pervincunt, & ex parentibus filii regna suscipiunt.* Hactenus ille; qui mox subdit de Clodovei quatuor filiis post ipsum regnantibus, & de Clodomiri nece, cum

(b) Greg. Turon. hist. l.3. c.1.
(c) Agath. lib. 1.
Franchorum mores.

PAGIUS veum, quem Gregorius Turonensis *Consulem* aut Augustum appellarat, *Patricium* vocat. Verum anno DVIII. num. II. & seqq. *Consulis* nomine Turonensem Patricium intelligere monstravimus; ideoque Chlodoveus in eo Epitaphio apposite, vereque *Patricius* nuncupatur.

XI. Turonensis lib. 3. cap. 1. scribit: *Defuncto Chlodoveo Rege quatuor filii ejus, id est, Theudericus, Chlodomeris, Childebertus*, atque *Chlotarius Regnum ejus accipiunt, & inter se æqua lance dividunt. Habebat jam tunc Theudericus filium nomine Theodobertum, elegantem atque utilem.* Ex duabus uxoribus sex liberos suscepit Chlodoveus, unum ex priori, *Theodoricum* scilicet, quem Cointius citatus num. LV. aliique multi addunt, *Theudechildem* Radigeri Varnorum Regis Transrhenani uxorem, Reginam sanctitate illustrem; sed eam filiam fuisse Theodorici & sororem Theodoberti Regis infra demonstrabimus. Ex Sancta *Chrotilde* habuit *Ingomerem* in albis demortuum, ut suo loco ostendimus, *Chlodomerem*, qui hoc tempore erat annorum circiter sexdecim, ut liquet ex dictis, *Childebertum*, & *Chlotharium* natu minores Chlodomere, & *Chrotildem* Amalarico Visigothorum Regi in uxorem postea elocatam. Fredegarius in Epitome cap. 30. Regni Chlodovei divisionem his verbis explicat: *Sortitus est Sedem Theudericus Metis*,

Divisio Regni Clodovei inter ejus filios.

cum adversus Burgundiones audacius quam par erat prælium iniisset.

XXX. Quod vero dixit Franchorum gentem vestitus barbarie & sono vocis a Romanis tantummodo esse dissimilem: quod ad corporis habitum, primum ostendit in Regibus, eos a puero (ut ait) instar Absalonis nutrire consuevisse capillos, eosque a fronte summa arte discriminatos, hinc inde diffluentes in terga reiicere; quod ut decus regium, Regibus tantum fuisse concessum, cæteris Franchis attonsis, affirmat. Verum quo habitu solerent & reliqui incedere, Sidonius Apollinaris versibus istis demonstrat, dum de Franchis agit, antequam Christiani essent effecti (a):

(a) Sidon. in Panegyric. Majoriani.

Hic quoque monstra domat, rutili quibus arce cerebri
Ad frontem coma tracta jacet, nudataque cervix
Setarum per damna nitet: cum lumine glauco
*Albet aquosa acies, ac vultibus * undique rasis,*
Pro barba tenues perarantur pectine cristæ.
Strictius assutæ vestes procera coercent
Membra virum. Patet iis altato tegmine poples:
Latus & angustum suspendit baltheus alvum.

* cutibus.

Pergit agere de militari fortitudine & invicta constantia, quam ita paucis, sed feliciter magna pluraque comprehendens, idem Sidonius exprimit:

Non timor: invicti manent, animoque supersunt
Jam prope post animam.

Rursum vero de his quæ ad habitum corporis spectant, adde quæ in Vita Caroli Magni excripta sunt, & edita a Scholiaste post Capitularia Regum Franchorum, verbis istis de his quæ ad ornatum pertinent sumptuosum:

XXXI. Habitus & ornatus nobilium Franchorum. *Erat antiquorum ornatus vel paratura Franchorum, calciamenta forinsecus aurata, corrigiis tricubitalibus insignita, fasciolæ crurales vermiculatæ, & subtus eas tibialia ac coxalia linea quamvis ex eodem colore, tamen artificiosissimo opere variata: super quæ & fasciolas in crucis modum intrinsecus & extrinsecus, ante & retro longissimæ illæ corrigiæ tendebantur. Deinde camisia glizina: post hæc baltheus spathæ colligatus. Quæ spatha primo vagina sagea, secundo corio qualicumque, tertio linteamine candidissimo cera lucidissima roborato, ita cingebatur, ut per medium cruciculis eminentibus ad peremptionem Gentilium auraretur. Ultimum habitus eorum erat pallium canum vel saphyrinum, quadrangulum, duplex, sic formatum, ut cum imponeretur humeris, ante & retro pedes tangeret, de lateribus vero vix genua contegeret. Tum baculus de arbore malo nodis paribus admirabilis, rigidus & terribilis, cuspide manuali ex auro & argento cum cælaturis insignibus præfixo, portabatur in dextera.* Et paulo post.

Sed ut est mos humani ingenii; cum inter Gallos Franchi militantes, virgatis eos sagulis lucere conspicerent, novitate gaudentes, antiquam consuetudinem dimiserunt, & eos imitari cœperunt. Quod interim rigidissimus Imperator idcirco non prohibuit quia bellicis rebus aptior ille videretur habitus. Sed cum Frisones hac licentia abutentes adverteret, & brevissima illa palliola sicut prius maxima vendere comperisset; præcepit, ut nullus ab eis nisi grandia latissimaque illa pallia consuetudinario pretio coemeret. Adiiciens: Quid prosunt illa pittaciola? in lecto non illis possumus cooperiri: cabellicans contra ventos & pluvias nequeo defendi: ad necessaria naturæ secedens, tibiarum gelatione deficio. Hactenus ibi. Atque de his satis. XXXII.

Quod igitur spectat ad filios Clodovei, sicuti ejus successores fuerunt in regnum, ita & pietatis ejusdem hæredes, baptizati omnes ab eodem de quo nuper dictum est S. Remigio Rhemensi Episcopo, ut ipse in suo testamento profitetur. Accidit autem magno plane Dei beneficio, ut si quid in Franchis avitæ superstitionis contagii apud ipsorum aliquem remansisset, Deus superna virtute curare minime prætermiserit. Nam audi quid Albinus Flaccus accidisse testetur, cum sancti Vedasti res gestas est prosecutus: *Quidam* (inquit *b*) *nobilis Franchus potentia clarus, Occinus nomine, Regem Clotarium, prædicti Regis Clodovei filium, qui tunc temporis regni nobiliter rexerat sceptra, vocavit ad prandium, quod magno apparatu in domo sua Regi & suis paraverat optimatibus. Rogatus quoque est sanctus ad convivium Vedastus: qui* XXXIII.

(b) Alb. Flac. in Vita S. Vedast. apud Sur. to. 1.

PAGIUS *tis, Chlodomeres Aurelianis, Childebertus Parisius, & Chlotarius Suessionis.* Theudoricus præter Provincias Transrhenanas & Civitates inter Rhenum, & Mosam sitas obtinuit Remos, Catalaunum, Trecas, & in Aquitania prima Urbes Arvernorum, Ruthenorum, Cadurcorum, & Albigensium, cum Ucetia in Gallia Narbonensi. *Chlodomeres* Senonas Autissiodorum, Aureliam, Turonos, Cenomanum, Andegavum & Novempopulaniam. *Childebertus* Meldas, Parisios, Sylvanectum, Bellovacum, quidquid inde patet ad Oceanum, Provinciam Lugdunensem secundam integram, Civitates Redonum, Nannetum, Venetum, Britanniam, itemque aliquot Urbes Aquitaniæ. *Chlotarius* Laudunum, Suessionem, Veromanduos, Ambianum, quid-

qui domum intrans, more sibi solito, dextera extenta omnia sanctæ Crucis vexillo signavit. Quædam vero vascula ibi cervisia adstabant plena, sed male Gentili errore dæmoniacis incantationibus infecta: quæ mox ob potentiam sanctæ Crucis destructa crepuerunt; & quicquid liquoris habuerunt, in terram effuderunt.

XXXIV. *Territus vero Rex & optimates illius hujus visione miraculi, sciscitabatur Pontificem causam repentini prodigii. Cui sanctus respondet Episcopus: Per quasdam maleficiorum incantationes, ad decipiendas convivarum animas diabolica in his latuit liquoribus potentia: sed virtute Crucis Christi territa, sic invisibiliter de domo effugit ista, sicut visibiliter considerastis liquorem effundi in terram. Hæc vero res multis proficiebat ad salutem. Nam plurimi occultis diabolicæ fraudis catenis absoluti, auguriorum vanitate spreta, incantationum consuetudine relicta, ad veræ religionis convolaverunt puritatem, intelligentes divinæ potentiæ efficaciam in suo famulo facere signa, nihilque contra ejus sanctitatem antiqui serpentis valere machinamenta: & quod ille ad perditionem paraverat aliquorum, hoc Chisti gratia ad redemptionem convertit plurimorum.* Hæc Albinus.

XXXV. Ferunt ab eisdem pietate insignibus filiis Clodovei obtinuisse sanctum Remigium Rhemensem Episcopum, ut quoties Rhemorum urbem aut ingrederentur aut præterirent, captivi omnes e vinculis ac carceribus dimitterentur: quod quidem a posteris etiam Regibus observatum fuit: Insuper & sanctum Leonardum ejusdem S. Remigii discipulum ab iisdem impetrasse, ut quos vellet ipse e carceribus liberaret. Habentur hæc in Gestis (a) ipsius.

(a) *Apud Sur. 6. Novemb. t. 6.*

XXXVI. Quid autem de Theodorico rege filio Clodovei, cum regnare cœpit, ac de sancto Theodorico ejusdem sancti Remigii discipulo in ejus Actis (b) scriptum sit, audi: *Defuncto Rege Clodoveo, quem beatus Remigius ad Christi religionem traduxerat & e sacro fonte susceperat, filius ejus Theodoricus regni gubernacula suscepit. Is vero nuncios misit ad sanctum Remigium, obnixius rogans ut ad ipsum veniret, & unicæ ejusdemque carissimæ filiæ graviter laboranti manus imponeret. At sanctus Remigius adversatum corporis valetudine impeditus, beato Theodorico, quem gratia curationum præditum divinitus cognovit, suas vices demandavit. Ille jussa magistri volens gnaviter exequi, ad Regis palatium proficiscitur. In ipso autem medio itinere tristis ei affertur nuncius de obitu puellæ; rogantque eum, qui erant missi a Rege, ne se frustra fatiget. At ille a proposito non discedens, venit ad palatium, Regemque & Reginam cum tota familia mœrentes invenit. Illorum ergo lacrymis etiam ipse ad lacrymandum permotus: Secedite (inquit) paululum, parenturque funeri opportuna; ego id interim exequar, cujus causa huc accessi. Cumque nonnisi illi, quos ipse jusserat, illic mansissent; sublatis ad cælum oculis & manibus, preces intra mentis penetralia, lacrymis faciem rigantibus, corde compuncto obtulit. Deinde accessit ad corpus exanime, & oleo sancto illud unxit. Et ecce subito omnes vitæ expertes artus suo vigori restituuntur: & puella vitæ se beati Theodorici precibus redditam palam profitetur. Accurrit Rex & Regina, stupent ad miraculum: Palatium omne exultat, cuncti hominem Dei venerantur. Porro Rex non modo discipulum Theodoricum, sed etiam beatum Remigium regia munificentia prosequi appetens, Venderas ei ad fluvium Matronam, Gaudiacum autem villam pagi Rhemensis sancto Theodorico donavit; orans eum, ut pro se & regno suo Dominum deprecaretur.* Hæc ibi de puella Regis filia suscitata. Addit auctor & de eodem Rege, oculo infirmato, atque ab eodem divina virtute curato. His similia videntur esse insignia illa miracula, Apostolorum virtutibus non inferiora, quæ Hormisda Papa (ut vidimus) scribens ad

(b) *Apud Sur. 1. Julii t. 4.*

Quid S. Remigius per Theodoricum discipulum.

PAGIUS. quidquid ultra Somonam est inter Mosam & Oceanum, itemque partem Aquitaniæ, ut ex antiquis Scriptoribus colligere est.

XII. Ad num. XXXVI. Refert Baronius ex Actis Sancti *Theoderici* Abbatis Remensis, discipuli Sancti Remigii, a Surio ad diem I. mensis Julii recitatis, Theodoricum missum esse ab eodem Sancto Remigio ad sanandam filiam *Theodorici* Regis, cui, cum jam mortuam reperisset, vitam simul & sanitatem reddidit. *Theodoricus* Rex beneficii gratiæque causa unam utrique villam in eisdem Actis memoratam largitus est: Cum postea oculi vulnere valde cruciaretur, misit ad sanctum Abbatem, ut qui fuerat filiæ vitæ restitutor, fieret oculi ejus medicator. Venit ad Regem sanctus Vir & ille *ita est claro lumine irradiatus, quasi nunquam oculus aliqua læsione, aut caligine fuisset contactus*. Pro sanitate oculi reddita Rex dedit sancto Viro aliam villam. Mabillonius sæculo I. Benedictino Vitam hujus Sancti ex MSS. Codicibus publicavit, ex qua quæ habet Surius excerpta fuerant. In monte, qui tribus ab Urbe millibus distat, Cœnobium construxit, quod per plures annos summa cum laude rexit. Situm illud in monte, cui vocabulum *Or*, vulgo *S. Thiery dit du mont d'Or*. Sed cum locus bellorum temporumque injuriis fere attritus fuisset, Monachi ex Regularibus progressu temporis facti sunt Sæculares. Postea tamen *Adalberonis* Remorum Antistitis pietate, & aliis virtutibus inclyti opera, Monachi ibidem restituti, idque anno CMLXXII. ut legitur in brevi Chronico Remensi apud Labbeum Tom. I. novæ Biblioth. Auctor Vitæ S. Theodorici testatur, *Theodoricum* Regem ejus corpus propriis nu-

Floret S. Theodoricus Abbas Remensis in monte Or.

ad sanctum Remigium prædicat. His plane charismatibus Franchorum gens, quæ nuper ad Christum conversa erat, ut novæ quædam plantæ fuerunt divinitus irrigandæ.

XXXVII. Porro bellicosissimum Franchorum Regem fuisse Theodoricum, nec nisi religioni solitum cedere, declarant quæ de eodem narrat his verbis Gregorius Turonensis (a), ubi agit de S. Quintiano Rutenorum Episcopo a sua Ecclesia pulso, & Arverni recepto. *Cum* (inquit) *sanctus Quintianus in antedicta urbe Arvernensi moraretur, Proculus quidam ex ærario presbyter ordinatus multas ei injurias intulit: omnemque potestatem illi de rebus Ecclesiæ auferens, vix ei tenuem quotidianum victum ministrari præcepit; sed per ejus orationem a civibus correctus est prudentioribus, restituta ei omni potestate, ab eo illius remotis insidiis. Antedictus tamen sacerdos non immemor injuriæ, sicut quondam Paulus (b) Apostolus de Alexandro ærario, & hic de Proculo decantabat dicens: Proculus ærarius multa mala mihi fecit: reddet illi Dominus secundum opera sua. Quod ad postremum ei evenisse, certum est. Erat autem vir beatus in oratione assiduus, & in tantum amator populi sui, ut veniente Theodorico & vallante exercitu urbem, Sanctus Dei muros psallendo circuiret, & ut regioni vel populo Dominus velociter succurrere dignaretur, afflictus jejuniis atque vigiliis instanter oraret. Porro Theodoricus Rex cum cogitaret urbis muros evertere, mollitus est misericordia Domini, & oratione sacerdotis ejus, quem in exilium retrudere cogitabat. Nam nocte pavore perterritus, de stratu suo exilit, ac solus per viam publicam fugere nititur: perdiderat enim sensum, nesciens quid ageret. Quod advertentes sui, eumque retinere conantes, vix potuerunt, cohortantes ut se signo salutari muniret.*

(a) Greg. Turon. Vit. SS. Patr. c. 4. & apud Lip. t. 8.

Quæ passus S. Quintianus a Proculo.

(b) Tim. 4.

XXXVIII. *Tunc Hilpingus Dux accedens proprius ad Regem, ait: Audi gloriosissime Rex, consilium parvitatis meæ: Ecce muri civitatis istius fortissimi sunt, eamque propugnacula ingentia vallant. Quod ut plenius magnificentia tua cognoscat, de Sanctis quorum basilicæ muros urbis ambiunt, hæc loquor: sed & Antistes loci illius magnus apud Dominum habetur. Noli facere quod cogitas, noli Episcopo injuriam inferre, aut urbem evertere. Cujus Consilium Rex clementer accipiens, præceptum posuit, ne ullus ab octavo urbis milliario læderetur. Quod obtentu sacerdotis præstitum, nullus ambigat. Tunc Proculus ille presbyter, diruptis Utrensis castri muris, ab ingredientibus hostibus ante ipsum ecclesiæ altare gladiorum ictibus in frustra discerptus est: redditque Dominus, sicut sacerdos cantare consueverat, secundum opera sua.* Hæc de his Gregorius. De rebus autem gestis sancti Galli successoris Quintiani Episcopi Arvernensis cum eodem Theoderico Rege, quibus & ejusdem Principis pietas commendatur, ab eodem auctore scripta habentur. Sed de Theoderico modo satis.

Theodoricus pœnitens resipiscit.

XXXIX. Dicenda vero pauca de Childeberto uno item ex filiis Clodovei, qui summopere coluit S. Paternum Episcopum Abrigensem; quem, cum ejus admiranda opera percepisset, Parisios advocat: Ubi cum post alia vir Dei pro pauperibus regias aures pulsaret, idem Rex Crescentio, ad quem publica cura spectabat, mandavit, ut quod beatus Paternus ab ipso exigeret, id exequi non omitteret: promisit ille se ita facturum, sed fidem fefellit: nam in Burgundiam profectus est, viro sanctissimo nesciente. At mox illum divina ultio prosecuta oculorum lumine privavit, ita ut biduo erraret. Agnoscens igitur culpam suam, celeriter regressus est ad hominem Dei, veniamque petiit: eodemque momento, quo ab animo iniquitas abscessit, oculis lux reddita est. Porro Acta sancti Paterni longe uberiora extant (c), quam hic enarrari queant. At hæc satis ad Regum Franchorum, qui Clodoveo successerunt in regnum

De Childeberto Rege, & Paterno Episcopo.

(c) Apud Sur. t. 2.

PAGIUS humeris in sepulcrum intulisse, & *Adalgisus* in libro Miraculorum ejus cap. 1. a Mabillonio loco citato, relato, prodit, *Romanum* Remensem Episcopum funus ejus curasse; quare mortem, ejus, quæ *Kalend. Julii* contigit, ut in eadem Vita habetur, cum anno Christi DXXXIII. aut insequenti conjungendam esse dubium esse non potest. *Theodoricus* enim Rex anno DXXXV. vivere desiit, & *Romanus* Sancto Remigio successit circa annum DXXXIII. Mabillonius sæculo V. Benedictino pluribus agit de Elevatione corporis ejus facta ab *Adalberone* Archiepiscopo Remensi anno CMLXXVI. teste brevi Chronico Remensi laudato.

XIII. Ad num. XXXIX. *Childeberto* Francorum Rege regnante Sancti *Paternus* & *Scubilio* socii claruere in Monasterio *Enesione* in Diœcesi Pictaviensi posito, ex quo in pagum Constantinum seu Normaniæ partem versus Occidentem ad Oceanum Britannicum, discessere, & per vicinas Diœceses, sc. Constantiensem, Bajocensem, Cenomanensem, Abrincatensem, & Rhedonensem construxere Monasteria, eo fere tempore, quo *Sanctus Benedictus* in Italia institutum Monachicum propagabat. *Paterni* fama crescente, *multa Regis Childeberti prece compulsus est*, ut Parisios veniret, quo se conferens multa miracula patravit. Jam ad septuagesimum ætatis annum pervenerat dum quiescens in cellula sua, quam primum ædificaverat *Sessciaci*, ubi Abbatis munere fungebatur, mortuo Episcopo Abrincensi *ad supplicationem tam plebis, quam Principis* in ejus locum substitutus est; cumque tertium decimum annum ageret in Pontificatu, statim *altero die Pascha cum Fratres Sessciaco visitare cuperet* in infirmitatem incidit

Florent in Nortmannia SS. Paternus & Scubilio.

gnum, pietatem insinuandam. Jam vero ad res Orientales orationem convertamus.

XL. Plane accidit, ut cum ejecti sunt e suis sedibus Orthodoxi Episcopi ab Anastasio Imperatore, & in thronum ipsorum perfidi hæretici Timotheus atque Severus & alii suffecti, Deus ipse adversus eum excitarit Vitalianum, qui ad ultimum usque discrimen eumdem hæreticum Imperatorem adduxit. At quomodo hæc se habuerint, Marcellinum Comitem rem sub hujus anni Consulibus paucis complectentem audiamus, ubi ait (a): *Vitalianus Scytha, assumpto Romanorum equitum in triduo congregatorum auxilio, in locum qui Septimus dicitur, advenit, ibique castrametatus est; dispositisque a mare ad mare suorum ordinibus, ipse ad portam, quæ Aurea dicitur, sine ullius accessit dispendio: scilicet pro Orthodoxorum se fide, proque Macedonio urbis Episcopo incassum ab Anastasio Principe exulato, Constantinopolim accessisse asserens. Porro Anastasii Imperatoris simulationibus atque perjuriis per Theodorum internuncium illectus atque illusus, octavo die quam urbem accesserat, remeavit. Hinc Odyssum Mysiæ civitatem Vitalianus pernoctans astu ingressus est: Cyrillum loquacem magis quam strenuum ductorem militiæ inter duas pellices Vitalianus reperit dormientem, eumque mox abstracto cultro Getico jugulavit, hostemque se Anastasio Cæsari palam aperteque exhibuit.* Hæc Marcellinus hoc anno. Sed quid interea dolosus veterator? Ubi sensit vires jam fractas, perjuriis ex more sibi consulendum putavit. Manichæorum plane est fallere quemlibet juramentis; cujus perfidiæ idem Anastasius (ut dictum est), cultor erat.

(a) *Marcell. in Chron. hoc ann.*

De Vitaliano Duce Anastasium exagitante.

XLI. Quænam autem fuerint pacis conditiones, quibus deceptus Vitalianus recessit a mœniis, Cedrenus docet his verbis (b): *Vitalianus occupata universa Thracia, Scythia, & Mysia, ducens secum Hunnorum & Bulgarorum agmen, multas urbes & Cyrillum quoque Thraciæ Præfectum cepit, & prædando Constantinopolim usque processit. Tum Anastasius, rebus suis deploratis, pacem per legatos petit: jurans una cum Senatu, se relegatos revocaturum, Macedonio & Flaviano suos Episcopatus redditurum, Concilium Heracleæ acturum, evocato etiam Papa Romano.* Hæc quidem hoc anno tractari cœpta in sequentem usque sunt producta, ut patet ex Marcellino ea singula singulis suis reddente annis. At de his agens Evagrius (c) jejune nimis transiliit, sicut & eadem ab eo accipiens Nicephorus, nullamque de causa motus Vitaliani ob læsam fidem Catholicam mentionem faciunt.

(b) *Cedr. in Comp. hist. an. 23. Anastasii Imp.*

Pacis conditiones oblatæ Vitaliano.

(c) *Evag. hist. l. 3. c. 43.*

XLII. Interea vero versutus hæreticus, Anastasius inquam Augustus, quo sibi Vitalianum ipsum conciliaret, & ut populum sibi, ob eamdem causam sæpius adversantem expertus lenire aliquo modo posset, summa hieme indicit Synodum Heracleæ celebrandam, qua cuncta Ecclesiarum dissidia auferrentur: atque ut confictis mendaciis verisimilitudinis aliquam superinducat effigiem, ad ipsum Hormisdam Romanum pontificem vigesimaquinta Decembris dat litteras de futura Synodo eum reddens certiorem, ac rogans ut ad conciliandas Ecclesias suum exhiberet adventum. Extat ipsa Anastasii Imperatoris epistola ad Hormisdam his verbis conscripta, ejusmodi indito titulo:

Anastasius simulat convocare Synodum.

XLIII. *Victor Anastasius, Pius, Felix, Inclytus, Triumphator, semper Augustus, Hormisdæ sanctissimo ac religiosissimo Archiepiscopo & Patriarchæ.*

Epist. Anastasii ad Hormisdam Papam.

Omnibus negotiis divinæ res præponendæ sunt. Deo etenim omnipotente propitio, Rempublicam & conservandam & meliorandam esse confidimus. Quia igitur dubitationes quædam de Orthodoxa religione in Scythiæ partibus videntur esse commotæ; id specialiter clementiæ nostræ pla-

PAGIUS cidit, pariterque Sanctus *Scubilio* in suo Monasterio, & *eadem nocte pariter B. Paternus, una cum Sancto fratre suo glorioso Præposito pias animas emiserunt ad Christum*, inquit, Fortunatus Episcopus Pictaviensis in Sancti Paterni Vita, a Mabillonio primum in fine sæculi II. Benedictini pag. 1100. & postea ab Henschenio ad diem XVI. mensis Aprilis quo uterque Sanctus colitur publicata. Cointius Paterni & Scubilionis obitum in annum DLXIII. confert, *quod eo anno littera Dominicalis G. XVI. dies Aprilis inciderit in feriam secundam*. Mabillonius & Henschenius asserunt, eos die XVI. Aprilis, paucis post Pascha diebus obiisse, non tamen nocte huic Festo proxima. Nam licet inquiunt, *altero die Paschæ* in morbum incidisse dicantur, *eademque nocte ambo mortui*, nihil tamen cogit ut noctem Paschæ subsequentem intelligamus, concluduntque recte eorum obitum collocari posse anno DLXV. undecim post Pascha diebus, quod eo anno in V. Aprilis incidebat. Verum cum Fortunatus diei emortualis *Paterni & Scubilionis* non meminerit, isque plerumque alius sit a die cultus Sanctorum, utraque opinio inani fundamento innixa. Illud itaque nobis tantum compertum, *Paternum* & *Scubilionem* ad Deum migrasse post annum quingentesimum quinquagesimum septimum; cum *Paternus* Concilio Parisiensi eo anno celebrato subscripserit. Hoc tamen parum certum; cum non desint qui Paternum eidem Concilio subscriptum, Episcopum Veneticum in Armorica Provincia fuisse velint, ut anno DLIX. videbimus. Abbatia *Sesciacensis*, jam a pluribus sæculis temporum injuria periit.

Ad num. XL. & seqq. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DVI. qui Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoatur, gesta in Oriente his verbis explicat: *Hoc anno Vitalianus occupata universa Thracia, Scythia, & My-* XIV.

Anastasius Imp. ob vexatam Ecclesiam vexatur.

placuit, ut venerabilis Synodus in Heracleana civitate provinciæ Europæ celebretur: quatenus concordantibus animis & omni veritate discussa fides nostra omni terrarum Orbi manifestius innotescat, ut deinceps nulla possit esse dubitatio vel discordia. Quapropter sanctitas tua cum quibus sibi placuerit reverendissimis Episcopis, quos de Ecclesiis sub sui sacerdotii cura constitutis idoneos & instructos erga Orthodoxam religionem esse probaverit, ad prædictam Heracleanam civitatem intra diem Kalendarum Juniarum venire dignetur. Data quinto Kalendas Januarias Constantinopoli Senatore V. C. Consule. Accepta pridie Idus Maii Florentio V.C. Consule. Hæc Anastasius ad Hormisdam, ad quem alias rursum dedit anno sequenti litteras, de quibus suo loco inferius dicemus. Quæ autem hæc secuta sint, suo loco dicturi sumus: clauditur enim hujus anni rerum gestarum curriculus hisce litteris Anastasii ad Hormisdam Papam conscriptis.

No-

PAGIUS *Mysia ducens secum ingentem Unnorum & Bulgarorum numerum cepit Anchialum & Odyssopolim, ipsumque Thracicæ militiæ Magistrum Cyrillum, prædis quaquaversus ad Byzantium usque abactis, comprehendit, at cum Urbi parceret, ad Sosthenium castrametatus est. Anastasius rebus in desperatis Senatorii ordinis nonnullos, qui de pace agenda eum rogarent, misit: juravitque, una cum universo Senatu Episcopos exules Heracleam Thraciæ se revocaturum. His additum voluit Vitalianus, ut uniuscujusque Scholæ Principes idem jurejurando assererent atque, ut Macedonius & Flavianus propriis Thronis injuste expulsi eos reciperent, ac reliqui pariter Episcopi suos; & ita demum convocaretur Synodus, ad quam Pontifex Romanus, & cuncti accederent Episcopi ut hoc pacto, quæ adversus Orthodoxos perperam decreta fuissent, communis judicii subiicerentur examini. Imperatore vere & universo Senatu & Magistratuum populique reliquis jusjurandum interponentibus, & data fide res ordine exposito gerendas affirmantibus. Pax conciliata, & ipse domum repetiit. Porro Secundianus Patricius Anastasii ex sorore gener, & Hypatii pater ad Vitaliani pedes procidens multis lacrymis Hypatium proprium filium ex vinculis quibus tenebatur, in Mysia liberum & salvum recepit. Cæterum Hormisdas Romanus Episcopus a Theudericho sollicitatus & Vitaliano vices redditurus Evodium Episcopum & Vitalianum Archidiaconum indicto Heracleæ Concilio Legatos misit. Accesserunt etiamnum ex diversis locis Episcopi circiter ducenti, qui tam a scelesto Imperatore, quam a Timotheo Constantinop. Episcopo delusi re infecta recessere. Impius siquidem Imperator, pactis violatis ad Papam Romæ, ne venirent, clam significavit: aliunde vero Vitaliano Sacram Romæ mittendam dederat, qua Papam ad Concilium Heracleæ celebrandum, ut accederet, dolose invitabat. Plebs autem omnis & Senatus universis Anastasium, ceu perjurium convitiis impetebat. Ad quæ nefarius ille impudentissime dicebat, haberi legem quæ Imperatorem in necessitate constitutum pejerare ac mentiri jubeat. Hæc ille scelestus Manichæorum discipulus.* Quæ partim hoc anno, partim superiori contigere.

JESU CHRISTI ANNUS 515. | HORMISDÆ PAP. ANNUS 2. | ANASTASII IMP. 25. THEODOR. REG. 23.

I. Vitalianus urget Anastasium Imp. NOvus annus, qui numeratur Christi quingentesimus decimusquintus, Anthemii & Florentii Consulatus nomine consignatur: sub quo ista de Vitaliani Magistri militum conatu adversus Anastasium Imperatorem ob Catholicam fidem suscepto Marcellinus habet in Chronico: *Vitalianus eidem Anastasio immanior factus est inimicus: præmissis suorum equitibus, armatisque naviculis sinistro sibi littore decurrentibus, ipse peditum armis stipatus Syxtinense prædium ingressus est, totiusque loci palatium habuit mansionem.*

II. *Missi sunt ad Vitalianum Senatores, qui pacis cum eo leges componerent. Nonaginta auri pondera, exceptis regalibus muneribus, pro pretio tunc accepit Hypatii, jam mille centum auri libris cum Uranio captivo sibi a suis in Sozopoli oblatis. Magister militum Vitalianus per Thraciam factus, Hypatium, quem captivum catenatumque apud Acres castellum tenebat, reversus suo remisit avunculo.* Hæc de rebus gestis Vitaliani summatim complexis, multis omissis, ut inter alias conditiones, quod Concilium Oecumenicum cogeretur, quo lancinata diu Catholica fides in pristinum candorem restitueretur, judicareturque ibidem causa expulsorum Episcoporum.

III. Anastasius interpellat Rom. Pont. Cum vero tantæ rei præstandæ summam esse scirent apud Romanum Pontificem, tum ipse Anastasius Imperator legatum misit Patricium virum clarissimum ad eumdem Hormisdam Papam tum etiam Vitalianus (ut testantur litteræ ejusdem Pontificis suo loco inferius recitandæ) legationem direxit Romam ad eumdem Ecclesiæ Romanæ Pontificem. Desiderantur tamen ipsæ litteræ Vitaliani, Anastasii autem extant; quas, facta collatione duorum codicum, mendis emaculatas (quantum licuit) hic legendas integras exhibemus: atque primum quæ hoc anno datæ reperiuntur mense Januarii sic se habent (*a*):

Victor Anastasius, Pius, Felix, Inclytus, Triumphator, semper Augustus, Hormisdæ sanctissimo ac religiosissimo Archiepiscopo & Patriarchæ.

IV. *Beatitudini vestræ non putamus ignotum, quod pro temporis qualitate loquendum atque tacendum, etiam divinæ Scripturæ* (*b*) *provida est admonitione dispositum. Exactum proinde silentii tempus incitamenta nobis loquendi concessit. Atque ideo opportunum esse perspeximus, quæ apud nos sub religionis specie commoventur, auditui vestro committere. Ante hoc siquidem duritia eorum, quibus Episcopatus, quem nunc geritis, erat solicitudo commissa, temperare nos a transmittendis faciebat epistolis.* Vides hæreticum quam procul absit ut culpam suam lugens deprecetur, cum non suæ ipsius adscribat contumaciæ & impietati quod deliquisset, sed Gelasii atque Symmachi prædecessorum tribuat asperitati. Sed pergit:

Nunc autem currens de vobis suavis opinio, ad memoriam nostram bonitatem paternæ affectionis adduxit, ut illa requiramus, quæ Deus & Salvator noster sanctos Apostolos divino sermone docuit, ac maxima beatum Petrum, in quo fortitudinem Ecclesiæ suæ constituit. His igitur præfatis initiis, hortamur ut ad ea quæ V. Cuncta deferre profitetur Anastasius Rom. Pont.

(*a*) Tom. 1. ep. Rom. Pont. ante initium Hormisdæ.

(*b*) Eccl. 1.

Epistola Anastasii ad Hormisdam.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6008.

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLIII. A. C. 515.

☉ 20. D. ☽ 3. P. 19. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 515.

HORMISDÆ PAPÆ 2.

ANASTASII IMP. 25.

THEODORICI REG. 23. & 5.

I. *Consules.* [1] COSS. *Anthemius & Florentius*, ut habent omnes Fasti; ille in Oriente, hic in Occidente creatus, indeque in variis literis Hormisdæ Papæ hoc anno ad Anastasium Imp. datis solius *Florentii* nomen extat; argumento eum in Occidente, *Anthemium* vero in Oriente Fastis nomen dedisse. Ad hæc in Laterculo Consulum, de quo anno DXIII. n. 1. solius Florentii nomen legitur, prætermisso sc. Anthemio, quia Orientalis erat.

II. *Hormisda Legatos ad Imperatorem mittit.* A num. I. ad XLVIII. Recitat Baronius literas, quas *Hormisda* Papa ad Anastasium Imp. scripsit, cui significat se in Orientem Legatos destinare *Ennodium* Ticinensem Episcopum, *Fortunatum* Episcopum, *Venantium* Presbyterum, & *Vitalianum* Diaconum. Hi Constantinopolim profecti subdolis *Anastasius Imp.* artibus paci Ecclesiæ Orientalis consulere non potuerunt. Est hæc porro prima mentio quæ occurrit de Episcopatu *Ennodii*, qui successisse videtur *Maximo* subscripto Synodo Palmari anno DIII. congregatæ; quo anno *Ennodius* adhuc Ec-

---

NOTÆ [1] C*Oss. Anthemius & Florentius.*
Victor: *Florentio V. C. Cos.* Marcellinus: *Anthemio & Florentio.* Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Florentio.* GEORGIUS

de Scythiæ partibus mota sunt, unde & Concilium fieri convenire perspeximus mediatorem se Apostolatus vester faciat: ut contentionibus amputatis, unitas sanctæ restituatur Ecclesiæ. Nobis autem omnia optata præstantur, si orationibus vestris & frequenti paginarum allocutione nostri memores fueritis. Data pridie Idus Januarii Constantinopoli, & accepta Anthemio & Florentio VV. CC. Conss. quinto Kalendas Aprilis per Patricium.

VI. Cum igitur tanta polliceretur Anastasius, nempe se arbitrum controversiarum & sequestrem pacis appellare Ecclesiæ Romanæ Pontificem; quomodo potuit Vitalianus eidem non adhibuisse fidem? præsertim cum addiderit litteras ad Senatum populumque Romanum, quibus eum hortatus est, ut suaderet Hormisdæ Papæ sedulam adhibere diligentiam, ut pax conciliaretur cum Ecclesia Orientali. Non extant ipsæ quidem litteræ ab Imperatore ad Senatum datæ, sed earum ipsius Senatus litteræ ad eum redditæ meminerunt, quæ suo loco inferius describentur.

VII. Eidem quoque Patricio misso ab Imperatore ad Hormisdam Papam legato Dorotheus etiam Episcopus Thessalonicæ litteras ad ipsum Pontificem dedit, quibus ejus electioni congratulatus est, quod sublato Ecclesiæ Romanæ schismate, omnes in ejus electionem consensissent; simul etiam ea quæ sunt ad unitatem Ecclesiæ se optare significans, utpote qui desideret sedis Apostolicæ dignitati in omnibus esse consultum. Litteræ autem sic se habent:

Sacro beatissimo & comministro Papæ Hormisdæ Dorotheus Episcopus in Domino S.

VIII. Dorothei Epist. Thessal. ad Hormisdam epistola. *Ait quodam loco cuncta beatissimus divinorum præceptorum promens miracula Salomon (a): Sicut aqua frigida animæ sitienti suavis est, sic benignum nuncium longinquis ex terris. Et sacer David spiritualem pulsans lyram psallit (b): Quam speciosi pedes eorum qui evangelizant bona: sic equidem & nos cunctos docens. Quid autem est ita animæ hominis suave, aut quid ita impinguat ossa, quam speciosō nuncio cognoscere veræ pacis nunciatorem, & rectæ numquam errante propugnatores fidei ad Ecclesiarum sanctarum transire gubernacula, & tamquam ex arce quadam ad consensum Dei congregare dispersa; & continuo quidem ad principatum tuæ sedis festinantes, venerandi fratris supplicationibus annuentes, membra Ecclesiæ, quæ vobis Christus & Deus noster credidit, contemnentia prius concordiam ad unitatem venire, & præcedentem * di visionem atque invidiam, vestræ tantum ordinationis perimere calculo *, & nunc in concordiam atque societatem confluere * omnem terminum sanctæ illius Ecclesiæ?*

(a) Prov. 25.
(b) Apud Paul. ad Rom. 10.

* præcidentem.
* clanculo
* conflare vel conflare.

IX. *Hæc didicimus non ante multa spatia temporis: sperabamus autem & antiquam consuetudinem cognoscentes Ecclesiæ, & vestram audientes socialem & irreprehensibilem morem, ex vestris litteris firmiora atque manifestiora cognoscere: sed quia tempus hiemis ad hæc vos implenda retinuisse consideratur; & aptum & debitum fuit & plenam Dei amatricem charitatem etiam scabra * transire; scribo & alloquor beatum vestræ sanctitatis caput, significans collætari nos beatæ sedi sacratissimi Petri Apostoli, quod tali regitur manu, quæ suscepit non qui honorem raperet, sed qui raperetur ab eo, & (sicut sermo multiplex tradit, & nos ita se habere credimus) nutritorem pacis, & rectæ fidei certatorem, & humilitate * mentis & charitate quæ circa cunctos est, tamquam pretiosis lapidibus coronatum.*

* scrupulosa.
* humanitate.

X. *Etenim cuncta te volo, venerande Pater, agnoscere, quod ex antiquis sanctis & venerandis Patribus suscipiens illius beatæ sedis affectum, ad * hanc tamquam paternam sortem custodiens, addere hoc opto atque festino, ut veniat in hoc studio terminus utilis humanitate quidem Domini & Dei nostri Jesu Christi, intercessionibus autem in cunctis beatissimi Apostoli Petri, & in omnibus sapientissimi Pauli; ut venerandæ eorum sedi & tuæ beatitudini juste debitus honor custodiatur atque reddatur *, ut nostris temporibus, velut secundum principatum sedis Apostolicæ honorem congruentem suscipiat, omnis discordia recedat; & Ecclesiæ omnium vestrum*

* &
* addatur

PAGIUS Ecclesiæ Ticinensis Diaconus egregiam illam Apologiam pro ea Synodo, quæ adhuc extat, conscripsit. Quare fallitur Labbeus in Dissert. de Script. Ecclesiast. ubi ait, *Ennodium* Sancto Epiphanio anno CDXC. successisse. Licet autem Pax Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis hac Legatione redintegrari non potuerit, anno tamen DXIX. votorum summam consecutus est *Hormisda*, postquam varias alias Legationes in Orientem misisset, ut eo anno videbimus.

III. Antequam eosdem Legatos *Hormisda* ad Imperatorem dirigeret, Imperator literas pridie Idus Januarii ad eumdem dederat, quibus cuncta Hormisdæ, *ut contentionibus amputatis, unitas sancta restitueretur Ecclesia*, sese deferre profitetur. Refert eas Baronius n. IV. & seqq. & num. VII. & seqq. recitat alias ad Hormisdam a *Dorotheo* Episcopo Thessalonicensi datas, quibus *Dorotheus* ejus electioni congratulatur, qui tamen anno sequenti Imperatoris metu communicavit cum *Timotheo* Episcopo Constantinopolit. ut tunc dicemus. Huc revocandæ literæ Hormisdæ ad *Cæsarium Arelatensem* Episcopum scriptæ, in quibus docet Hormisda, Dardaniæ & Illyrici Episcopos ad Sedis Apostolicæ communionem rediisse, significatque se Legatos in Orientem misisse. Ea enim Epistola dicitur *data VI. Idus Septembres, Florentio V. C. Consule*. Baronius & Collectores Concilio-

Dardania & Illyrici Episcopi ad communionem Ecclesiæ redeunt.

strum Catholica voluntate, Domini etiam & Dei nostri Jesu Christi, & Nestorium & Eutychetem impios, & horum servantes dogmata, & qui istorum fuere sectatores aut extant, & omnem hæresim anathematizent semper, & rectam atque incontaminabilem fidem inconcussam, tamquam anchoram certam atque firmam teneant, & parent jam pacem, nullo (quod absit) impediente; præsertim venerando capite vestro (sicut didicimus, homines contentiosos horrente, quibus & vita & esca est sacerdotum Dei inter se altercantium separatio: qui non ab omnibus velociter cogniti, tamquam lupi in vestimentis ovium, facile ab Apostolica Ecclesia repellantur.

XI. *Ista nunc scripsi beato capiti vestro per Patricium virum spectabilem, communem filium, & consuetudinis affectu superans rationem, & circa illum beatam sedem charitate devinctus, & omni die videre desiderans congruentem atque debitam venerationem ei servari. Scribe igitur, in cunctis beate, tamquam unanimi & optanti animam quoque offerre pro fide Orthodoxa & Ecclesiarum pace sanctarum, & ut custodiantur venerandæ sedi in omnibus beati Petri convenientia; quod facile fiet, ordinata unitate cunctorum, & omnium ad vos tamquam ad firmum festinantium portum. Divisiones etenim contra contemnere consueverunt, & ordini decentia non servant. Omnem fraternitatem quæ est vestræ sanctitati conjuncta, & ego, qui mecum sunt, multum in Domino salutamus.* Et alia manu: *Salvari me in Domino, orate sanctissimi & beatissimi Patres.* Ad calcem hæc in codicibus addita. *Accepta epistola Dorothei Episcopi Thessalonicensis Ecclesiæ missa per tricium V. C. sub Dat.* * *quinto Kalendas Aprilis, Florentio V. C. Consule.* Hactenus ibi, quæ obsita mendis, ut potuimus resarcientes, pristino sensui reddere laboravimus, quam quidem epistolam acceptam intelligas quinto Kalend. Aprilis, qua item die Anastasii Imperatoris litteræ ad Hormisdam, per eumdem Patricium allatæ, acceptæ habentur, scriptæ vero (ut vidimus) pridie Idus Januarii.

* die.

Quod autem spectat ad Thessalonicensis Ecclesiæ statum, hæc accipe: primum ex litteris Gelasii (*a*) constare, ipsius Episcopum antea ex decreto Romani Pontificis, una cum fidei Catholicæ professione, damnasse nomen Acacii. Id quidem significatum fuisse sibi ex litteris Laurentii Episcopi Lignidi, testatur ad eum rescribens Gelasius (*b*): qui postea in epistola ad Episcopos Dardaniæ & Illyrici data rem in contrarium versam affirmat, nimirum Thessalonicensem Episcopum esse hæreticorum communione pollutum. Quod vero pertinet ad Dorotheum hunc, de quo est sermo, Thessalonicensem item Antistitem; ipsum timore & minis Imperatoris adactum, communicasse cum Timotheo Episcopo Constantinopolitano hæretico, suo loco dicendu erit. XII.

(*a*) Gelas. ep. 1.

(*b*) Gelas. ep. 8.

Quid autem Hormisdæ Papæ inter hæc ambigua agendum fuit litteris ipsius Imperatoris Anastasii provocato, quem ipse cuperet ad fidem Catholicam & Ecclesiæ unitatem remeare, & cum eo Orientalem Ecclesiam reverti simul; nisi ut humaniores eidem redderet a quo acceperat litteras, polliceretur que se missurum legatos accuratissimos, qui rem essent penitissime exploraturi? Sic igitur pridie Nonas Apr. ad litteras Imperatoris acceptas quinto Kal. ejusdem, ita Hormisda rescripsit (*c*): XIII.

(*c*) Tom. 1. ep. Rom. Pont. ep. 1. Hormisda.

XIV. Hormisda Pap. ad Anastasium Imperatorem rescribit.

Gratias supernæ virtuti, quæ per vestræ pietatis affatus diuturnum dignata est terminare silentium, tale præstans collocutionis exordium, ut de vestræ clementiæ prosperitate lætemur; & ad unitatem, Deo donante, reverti posse sanctam confidamus Ecclesiam. Hoc opus supernæ clementiæ, hæc & prædecessorum nostrorum fuit semper oratio: quos etiam rerum actus paternæ traditionis ministros, & rectæ fidei declarant fuisse custodes. Hæc prudenter Hormisda, defendens res gestas prædecessorum Pontificum, quos suis litteris Anastasius Imperator arguerat nimis fuisse duros. Sed pergit. *Pax est enim totius bonitatis initium: qua nihil quantum ad Catholicæ fidei cultum validius, nihil æstimari oportet excelsius: pro hac scilicet facere & cuncta sustinere convenit, qui sanctarum Scripturarum* pro-

PAGIUS liorum autumantes, annum Christi 518. Magni & Florentii Consulatu notatum fuisse, easdem retulere ad eum Christi annum, ut videre est apud Baronium, num. LXXXV. & seqq. & Tom. IV. Concil. pag. 1474. Verum eo anno *Magnus* solus Consul processit, ut suo loco ostendemus, ideoque eæ literæ, cum quibus aliquæ annis sequentibus datæ connexionem habent, huc omnino retrahendæ, & in nova Conciliorum Editione in suum ordinem restituendæ erunt. In his itaque ad Sanctum Cæsarium literis scribit Hormisdas: *Episcopi tam Dardani, quam Illyrici pene omnes, ne sint errore condemnandi præterito, petentes Beati Petri Apostolorum Principis communionem, & Scriptis & Legationibus destinatis se Apostolicæ Sedis regulis obedire confirmant*, &c. Tum sub finem de Legatis a se hoc anno in Orientem missis ait: *De cæteris, quæ in Religionis causa confidentes Divinis beneficiis præsenti tempore iterum de Orientis partibus speramus, & Legatos direximus, Domino Jesu Christo supplicate, ut ipse qui pro pietate sua prosperum donavit initium, similem concedere dignetur effectum.* Dardaniæ autem, & Illyrici Episcopi a Thessalonicensi Metropolita pendebant.

probabilis cupit esse discipulus. Hanc omnium bonorum matrem & nutricem, Christum Dominum nostrum suis constat prædicasse discipulis, dicentem (a): Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Quam vos religiosi cura propositi, Domino aspirante, providentes, de Orthodoxæ concordia cogitatis Ecclesiæ in beati Apostoli Petri reverentia divina specialiter præcepta servantes. Quæ res majorem superni favoris defensionem vestro procurat Imperio. Recte enim oblata Deo veneratio inexpugnabilem devotis mentibus murum defensionis indulget.

(a) Joan. 14.

XV. *Proinde omnipotentem Deum fusis precibus exoramus, ut qui vobis studium quærendæ Ecclesiarum pacis indulsit, ipse quoque sub conservatione * Catholicæ fidei desiderio vestro super hac parte præstet effectum. Præterea directis ad nos sacris affatibus commemorationem sancti Concilii facere pietas vestra dignata est. De qua re tunc plenissimum poterimus præbere responsum, cum causam congregationis nos voluerit evidenter agnoscere. Nunc vero, quia præstante Domino nostro, data est facultas alloquio, congrua veneratione, debiti præbebimus sermonis officia. Data pridie Nonas Aprilis, Florentio V.C. Consule.* Considerasti, puto, Hormisdæ Papæ prudentiam, ita aditum patefacere hæretico Imperatori ad Ecclesiam revertendi, ut tamen cum eo quam cautissime agendum instituat: cum nec assensum celebrandi Concilium eidem impartiri velit, nisi quæ in eo essent tractanda, primo significet. Ejusdem plane argumenti est epistola quam reddidit ad Theodorum Thessalonicensem Episcopum, cujus est exordium: *Ubi charitatis interest servare præcepta, &c.*

* consecratione.

XVI. Ad priores autem datas ab Anastasio Augusto litteras ad finem anni superioris, quod haud certo homini easdem credidisset, tardius acceptas, mense Julii per Severianum breviter ita respondit (b): *Bene clementia vestra confidit (sicut datis ad me gloriosis significavit affatibus) quod Reipublicæ vestræ specialiter proficiat, si negotiis omnibus Orthodoxæ fidei causa præponatur. Hæc est enim, venerabilis Imperator, de suscepto moderamine Rectoris cura salubrior, ut ejus sibi favorem per opera bona conciliet, qui universum & tribuit, & regit Imperium. Proinde me quoque & Domino nostro Jesu convenit supplicare, ut qui de Ecclesiæ suæ concordia vestram pietatem cogitare voluit, hunc semper hac parte concedere dignetur effectum; quatenus temporibus vestris Orthodoxa fide præditus universus terrarum Orbis exultet. De his vero quæ pro Synodali congregatione præcepistis, quid fieri oporteat, per fratres & Coepiscopos meos, qui propere subsequentur, gloriæ vestræ insinuanda mandavi: quorum suggestione (si divinus favor mea vota prosequitur) competentius poteritis universa cognoscere. Data octavo Idus Julii, Florentio Consule.*

(b) Tom. 1. epist. 3. Aliæ Hormisdæ litteræ ad Anastasium Imp.

XVII. Quam caute cum Anastasio agat Hormisda. Porro non sic mittit legatos Hormisda, ut intersint ipsi Synodo, cum neque consenserit Synodum celebrari; sed potius eos legat ad explorandum, num res serio ageretur, ac paratum invenirent Imperatorem profiteri velle fidem Catholicam Chalcedonensis Concilii, recipereque epistolam S. Leonis, & anathematizare hæreticos atque eorum communicatores, & hæc omnia non solum coram legatis profiteri, sed & sacra promulganda constitutione universo sibi subjecto Imperio servanda præcipere, & alia servare, quæ capitulis inferius recitandis sunt jussa inviolate custodiri: quæ cuncta si præstarentur ab ipso Imperatore Anastasio, tunc fore, ut etiam ipse Hormisda Papa ad componendas res Orientalis Ecclesiæ se conferret Constantinopolim. Hæc fuisse ab ipso Pontifice legatis credita atque litteris declarata, quæ dicentur inferius palam facient. Ita namque quam caute provideque cum veteratore fuit agendum Hormisdæ, ne majestas Apostolicæ sedis ab ipso eluderetur, dum non ad fidem Catholicam stabiliendam, sed ad regnum conservandum, Vitalianumque avertendum, ejus abuti videretur auctoritate:

XVIII. Legati delecti ab Hormisda Papa. Fuerunt autem ad arduum opus delecti legati quatuor præstantissimi viri, inter quos primum locum tenuit Ennodius ex diacono jam Episcopus Ticinensis, de quo plura atque sæpe superius: Fortunatus additus est Episcopus, sed cujusnam Ecclesiæ, nusquam mentio; scimus tamen hoc sæculo summaque claritudine vixisse Fortunatum Tudertinum Episcopum, de quo inferius opportunius dicturi sumus; de quo haud incongruum est ut sui Episcopatus primitias ejusmodi legationis honesta functione sacrarit: his vero reliqui duo accessere Venantius presbyter, & Vitalis diaconus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, quibus datus est Hilarus ejusdem Ecclesiæ Notarius. His igitur delectis Hormisda in Orientem ad Imperatorem legatis, eisdem ejusmodi litteras (c) ad eumdem dedit:

(c) Tom. 1. ep. Rom. Pont. ep. 4. Hormisdæ.

Hormisda Episcopus, Anastasio Augusto.

XIX. *Bene atque utiliter serenitas vestra curam Principalis acuminis non tantum in administrando Reipublicæ exercet officio, sed melioribus eam nobilitat institutis, & per curam reintegrandæ unitatis auctorem venerandi placat * Imperii. Certi sunt enim de tutela regnantes, si nulla, eisdem præsidentibus, Ecclesiæ castitas importuna diaboli commixtione macule-*

* placeat.

letur. Unde enim poteſt fieri, ut nitidas pro Principibus ad Deum noſtrum preces dirigat, ſi ſit lethaliter populus perfidia corruptus? Nam ſicut ante omnia bona eſt perfecta juxta Deum in Imperatoribus ſapientia, ita de ſacrario mundorum pectorum pro his ſupplicatio debet & fideli animarum ubertate procedere. Nulla vobis, ſublimiſſime domine, triumphorum materia poterit eſſe jucundior, quam de ſubjugatione perfidiæ.

XX. *Hoc etiam fiducialiter & pro commiſſi nobis officii prærogativa ſuggerimus: quia prope eſt ut ſuum ſplendorem aliena patiatur nube fuſcari, qui cum, Deo tribuente, amovere poſſit, in ſubditis civibus manere permittit errorem. Ergo quia manſuetudo veſtra futuram Synodum ſcriptis ſacratiſſimis indixit* * *cui nos intereſſe debere, iiſdem paginis, Deo (ut credimus) ſibi imperante, commonuit; gaudemus ſcientes quoniam directarum mentium eſt, venerabilis Eccleſiæ magiſtros expetere: ſoli enim declinant examen conſcientiæ, qui vitæ ſunt non continentes. Nam & feriato ore ſplendorem bonæ voluntatis enunciat, qui per Apoſtolicam immaculatamque fidem, & per competentes prædicatores aut confirmari ſe optat, aut corrigi. Verumtamen licet in his nullum ſæculi præcedentis exiſtat exemplum, neque ſenioris facti qualitas aut commiſſa libris, aut memoriis inſerta teneatur; nihil ad nos, quibus dulce eſt, beneficio Dei, pietate veſtra invitante, inchoare meliora, & hoc quod non accepimus a parentibus, tam clari operis inſtitutum nobis ipſis imponere; quia totum pro reintegratione fidei & Eccleſiarum pace facere, libenter amplectimur; ſi tamen majorum noſtrorum diffinitio & ſanctorum Patrum in ſuis radicibus inconcuſſa permaneat; ſi anathematizetur Neſtorius cum participibus ſuis, qui evacuant divinæ ſacramenta naturæ, beatam Virginem Mariam nudi hominis mentitur eſſe genitricem, oblitus angelicæ annunciationis, per quam mundo innotuit (a), quia quod ex ea naſceretur, vocandum eſſet Sanctum, Filius Dei.* Et poſt nonnulla in deteſtationem Neſtorianæ perfidiæ, hæc de adverſa ſubdit hæreſi:

*indicavit

(a) Luc. 1.

XXI. *Eutychetis quoque ignorantia divinorum bonorum omnium, & ipſo cum ſociis deteſtando jam nomine abdicetur hebetudo, qui Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum figuram tantum carnis habuiſſe teſtatus eſt, & noſtræ veritatem non habuiſſe ſubſtantiæ.* Et plura in confutationem ejuſdem inſaniæ adducens ex divina Scriptura teſtimonia, ad eumdem Imperatorem converſus, his eum ſermonibus interpellat: *Satis eſſe credimus per Dominum noſtrum eruditæ clementiæ veſtræ ſtrictis ſupplicare ſuggeſtionibus, ſperantes ut laborem curamque paſtoralis officii, venerabilium prædeceſſorum veſtrorum Marciani & Leonis formam ſecuti, etiam Principalis potentiæ participatione fulciatis. Habebitis, Deo propitio, ſpem de victoriis non latentem* *, *ſi pontificali contra diaboli ſubreptiones congreſſione pacifica ad decertandum inſtructionem* * *muniatis.*

*jacentem

* inſtitutionem.

XXII. Quæ ſervanda ſint ab his qui pacem quærunt.

Numquam in ſanctarum Eccleſiarum memoria Dioſcori participis Eutychetis, Timothei & Petri parricidarum commemoratio reviviſcat. Servetur ab omnibus ſuſpiciendæ Chalcedonenſis Synodi (Deo per vos operante) diffinitio. Acacius Petri tenebrarum filii communione pollutus habeat participes, quos delegit: qui etiam inter ſuos exceſſus nec de Petro Antiocheno & complicibus ejus nitidum ſe eſſe perpeſſus eſt. Ceſſent maledicta piis ſanctæ recordationis Papæ Leonis ingeſta dogmatibus, quæ ſolos quidem, illo in ſuis manente, puniunt irrogantes.

XXIII. *In his quæ præfati ſumus, ſolicitudinem veſtri advocamus Imperii: poterit enim pietas veſtra hoc cuſtodiens, apices & ſceptra ſua poſt multos annos ad aliud ſæculum poſſidere tranſlata. Suſcipite preces noſtras per Ennodium atque Fortunatum fratres & Coepiſcopos noſtros, necnon Venantium presbyterum atque Vitalem diaconem, vel Hilarum Notarium filios noſtros, quorum apud nos fides in Dei timore ſtudiumque perclaruit, pro veſtro amore tranſmiſſas; & placidam vice noſtra ſupplicationibus conſcientiam accommodate. Speramus enim, & de Deo habentes fiduciam pollicemur, ſtudia quæ a vobis veræ religioni impenſa fuerint, ſine retributione & præmio non futura. Dat. III. Idus Auguſti, Florentio V. C. Conſule.* Hactenus Hormiſdæ Papæ epiſtola ad Anaſtaſium Auguſtum per legatos tranſmiſſa; quibus & de rebus ſingulis ſcripta admonitio data eſt: quonam modo autem gerere ſe deberent, his verbis ex eiſdem codicibus exſcripta admonitio extat:

XXIV. *Indiculus qui datus eſt Ennodio & Fortunato Epiſcopis, Venantio presbytero, Vitali diacono, & Hilaro Notario legatis Apoſtolicæ ſedis Conſtantinopolim ab Hormiſda Papa.*

Commonitio ad proficiſcentes data Legatos.

Cum Dei adjutorio & orationibus Apoſtolorum venientes in partes Græciarum, ſi Epiſcopi voluerint occurrere, in qua decet eos veneratione ſuſcipite: Et ſi voluerint ſeceſſionem parare, nolite ſpernere; ne judicetur a laicis, nullam vos cum illis velle habere concordiam. Si vero vos ad convivium rogare voluerint, blanda excuſatione eos declinate, dicentes: Orate, ut primum myſticam illam menſam mereamur habere communem, & tunc erit nobis iſta jucundior. Victualia vero, &

quæ

quæ alia offerre voluerint, excepta tamen subvectione, si causa poposcit, nolite suscipere; sed taliter excusate, nihil deesse dicentes sperantes etiam ut animos suos vobis accomodent, ubi sunt dona & divitiæ, & charitas & unitas, & quicquid ad gaudium religiosum certum est pertinere.

XXV. *Cum ista ordinatione, Deo propitio, Constantinopolim pervenientes, ibi secedite, ubi ordinaverit clementissimus Imperator: & antequam ipsum videatis, nulli detis ad vos veniendi licentiam, præter quos pietas eius miserit. Postea tamen quam Principem videritis, si qui Orthodoxi & nostræ communionis aut zelum habentes unitatis vos videre voluerint; eos sub omni cautela suscipite, per quos forte & quid agitur deprehendere poteritis. Præsentati itaque Imperatori litteras porrigite cum tali allocutione: Salutat vos Pater vester Deum quotidie rogans, & intercessionibus sanctorum Apostolorum Petri & Pauli vestrum regnum commendans; ut Deus, qui vobis tale desiderium dedit, ut pro causa Ecclesiæ mitti & consulere beatitudinem ipsius eligeretis, ipse & perfectionem tribuat voluntatis.*

XXVI. *Et si voluerit, antequam chartas suscipiat, ordinem legationis agnoscere; his verbis utimini: Jubete scripta suscipere. Si dixerit: Quid habent chartæ? Respondete: Salutes ad pietatem vestram continent; & Deo gratias agunt, quod vos solicitos de unitate cognoscunt Ecclesiæ: Legite, & agnoscetis. Et nullius causæ mentionem penitus faciatis, nisi prius acceptæ litteræ relegantur. Et post susceptas litteras & relectas, adiicite: Nam & ad Vitalianum famulum vestrum misit litteras; qui accepta a pietate vestra (sicut ipse scripsit) licentia, suos ad Patrem vestrum sanctum Papam homines destinavit. Sed quia justum erat ut prius ad clementiam vestram dirigeret, hoc fecit; ut vobis jubentibus atque ordinantibus, ad eum scripta, quæ detulimus, Deo propitio, perferamus.*

XXVII. *Si Imperator petierit epistolas a nobis ad Vitalianum directas, sic respondendum est: Non hoc nobis Pater vester sanctus Papa præcepit: nec sine jussione illius aliquid possumus facere. Tamen ut sciatis simplicitatem litterarum, quia nihil aliud habent, nisi preces ad pietatem vestram directas, ut accommodetis animum vestrum pro unitate Ecclesiæ: jungite nobiscum personam, qua præsente, traditæ a nobis litteræ relegantur. Si vero dixerit Imperator eas se debere legere, respondebitis: jam vos suggessisse, jussum non fuisse a sancto Papa. Si dixerit: Hoc tantum est, quod in litteris continetur: possunt enim & mandatis alia nunciari. Tunc respondebitis: Absit a conscientia nostra: Nobis non est consuetudo: Nos pro Dei causa venimus, & in Deum commissuri sumus? Simplex est sancti Papæ legatio, & omnibus nota ipsa ejus petitio, ipsæ preces: ut constituta Patrum non corrumpantur: ut hæretici de Ecclesiis removeantur: præter ista, legatio nostra nihil continet.*

Si dixerit: Inde & ad Synodum invitavi sanctum Papam, ut si quid est ambiguum, tollatur de medio. Respondendum est: Agimus Deo gratias & petitioni vestræ, quia hunc vos affectum & animum habere cognoscimus, ut ea quæ a Patribus constituta sunt, generalitas servet: quia tunc vera & sancta unitas potest esse inter Ecclesias Christi, si Deo adjuvante, hoc quod prædecessores vestri Marcianus & Leo custodierunt, elegeritis esse servandum. Si ille dixerit: Quæ sunt ista quæ dicitis? Respondete: Ut Synodus Chalcedonensis & epistolæ S. Leonis Papæ quæ scriptæ sunt contra hæreticos Nestorium & Eutychetem & Dioscorum, nullatenus corrumpantur. Si dixerit: Nos Synodum Chalcedonensem & epistolas Papæ Leonis & recepimus & tenemus. Vos mox gratias agite, & pectus ejus osculamini, dicentes: Modo cognovimus Deum esse vobis propitium; quando facere talia festinatis: quia ista est fides Catholica; ista est quam prædicaverunt Apostoli sine qua nullus potest esse Orthodoxus: istam debet sacerdotum generalitas tenere, & prædicando servare. XXVIII.

Si dixerit: Orthodoxi sunt Episcopi, de constitutis Patrum non recedunt. Respondebitis: Ergo si constituta Patrum servantur, & in nullo corrumpitur quod in sancta Chalcedonensi Synodo firmatum est; quæ causa est tantum inter Ecclesias partium istarum esse discordiæ? Vel quæ causa facit, in uno Orientis Episcopos non consentire? Si dixerit: Quieti erant Episcopi, nulla inter ipsos discordia versabatur: prædecessor sancti Papæ animos eorum missis literis excitavit, & ad confusionem excitandam perduxit. Respondendum: Litteras quas sanctæ memoriæ Symmachus destinavit, præ manibus habemus. Si extra hæc quæ pietas vestra dixit, hoc est Chalcedonense Concilium sequor epistolas Papæ Leonis admitto; aliud nequicquam continent, nisi exhortationem, ut ista serventur; quomodo verum est, quod per ipsum est generata confusio? At si hoc continetur in litteris quod & Pater vester sperat, & pietas vestra consentit; quid ille fecit? quid enim in eo videatur esse culpabile? His adiicite preces & lacrymas, rogantes: Domine Imperator, considerate Deum; ponite ante oculos vestros futurum ejus judicium: Sancti Patres, qui ista constituerunt, beati Petri Apostoli fidem secuti sunt, per quam edificata est Ecclesia Christi. XXIX.

Si

XXX. *Si Imperator dixerit: Quod me vultis per locutionem * facere, habete: Ecce mihi communicate, qui Synodum Chalcedonensem recipio, & epistolas Papæ Leonis amplector: nunc communicate mihi. Respondendum est: Quo ordine pietas vestra communicari sibi desiderat? nec nos prædicantem ista pietatem vestram vitamus, quod scimus Deum timere, & gaudemus, quia gratum vobis est Patrum constituta servare. Fiducialiter ergo rogamus, ut per vos in unitatem revertatur Ecclesia. Sciant omnes Episcopi voluntatem vestram, & quia Synodum Chalcedonensem, & epistolas Papæ Leonis servatis, vel sedis Apostolicæ constituta. Si dixerit: Quo ordine facienda sunt hæc, ostendere oportere. Iterum preces adhibete cum humilitate, dicentes: Pater vester scripsit Episcopis generaliter. Jungite his litteris Sacras vestras, significantes hoc vos vindicare, * quod sedes Apostolica prædicat: & tunc qui sunt Orthodoxi, de unitate sedis Apostolicæ minime separentur; & qui his sunt contrarii cognoscantur. Quibus ordinatis, paratus est Pater vester etiam, si opus fuerit, suam accommodare præsentiam; & quicquid expedit, servatis Patrum constitutis, pro integritate Ecclesiæ non negare.*

* prosecutionem persolutionem.

Qua conditione admittendus Princeps ad communionem.

* indicare vel judicare.

XXXI. *Si dixerit Imperator: Bene ista; suscipite interim nostræ civitatis Episcopum. Iterum preces jungite, humiliter dicentes: Domine Imperator, pacem venimus cum Dei adjutorio, vobis adnitentibus & præstantibus, facere, & contentionem * sopire in civitate vestra. De duabus est personis intentio: ista causa proprium cursum habet. Generalitas Episcoporum prius ordinetur: fiat una communio Catholica: & sequenti loco de istis, vel si qui sunt alii extra Ecclesias suas, tunc diligentius potest causa cognosci. Si dixerit Imperator: De Macedonio dicitis: intelligo subtilitatem vestram: hæreticus est: nulla ratione revocari potest. Respondetis: Nos, Domine Imperator, nullum personaliter indicamus. Et si pietas vestra consideret, magis pro anima vestra & opinione loquimur; ut sit discussio: si hæreticus est, judicio cognoscatur; ut non sub opinione Orthodoxi injuste dicatur oppressus.*

* intentionem.

XXXII. *Si dixerit Imperator: Quid vultis? modo dicite de Synodo Chalcedonensi: dicetis & de epistolis Papæ Leonis: Ecce qui est istius civitatis Episcopus ad ista consentit. Respondendum est. Si ita custodit, in examinatione causæ eum juvare plus poterunt: & quia servo vestro Vitaliano Magistro militum talem dedistis licentiam, ut si speraret a beatissimo Papa, ut pro causis talibus apud eum duscussione causæ his personis, quibus de loco potest esse intentio, integra universa serventur. Si Imperator dixerit: Sine Episcopo debet esse civitas mea? Hoc vobis placet, ut ubi ego maneo, Episcopus non sit? Respondendum: Prædiximus duarum personarum intentionem esse in ista civitate. Quo ad canones pertinet jam ante suggessimus: canones solvere, in religionem committere est. Multa sunt remedia, multa inventa, per quæ pietas vestra sine communione esse non possit, & integra judiciorum forma servetur. Si dixerit: Quæ sunt ista remedia? Respondetis: Non a nobis noviter inventa. Suspensa causa de aliis Episcopis, persona quæ consentit confessioni pietatis vestræ & constitutis sedis Apostolicæ, interim usque ad eventum cognitionis, teneat locum Constantinopolitani sacerdotis, si cum Dei adjutorio Episcopi voluerint se accomodare sedi Apostolicæ. Habetis textum libelli in scriniis Ecclesiæ editum, juxta quem debeant profiteri.*

Si tamen contra alios Episcopos Catholicos fuerint datæ petitiones, magnopere contra illos, qui sine verecundia Chalcedonensem Synodum anathematizant, & epistolas non recipiunt sancti Leonis Papæ; petitiones suscipite, causam tamen in sedis Apostolicæ reservate judicio: ut & spem de audientia detis, & tamen nobis debita reservetur auctoritas. Si tamen Imperator serenissimus totum se promiserit esse facturum, tantum ut nostram præsentiam accomodemus; modis omnibus prius Sacram ipsius per Episcopos & per epistolam vestram, uno de vestris perferente per provincias, una cum personis quas Imperator deputaverit, destinate: ut sic eum servare Chalcedonenense Concilium & epistolas S. Leonis Papæ, omnibus innotescat. Quibus ita præcedentibus, ad nos in Christi signo, ut adventum procuremus, scripta dirigite. XXXIII.

Præterea est consuetudo, per Episcopum Constantinopolitanum omnes Imperatori Episcopos præsentari. Si hoc illorum callidus tractatus invenerit, volentium formam legationis agnoscere; ut cum Timotheo, qui modo videtur Constantinopolitanam gubernare Ecclesiam, Imperatorem videatis: sic facite, ut si ante agnoveritis, quam ad Imperatorem ingrediamini, ista disponi per aliquos; necdum præsentati, dicite: Mandata talia nobis dedit & præcepta Pater pietatis vestræ, ut sine aliquo Episcoporum vestram clementiam videamus. Ergo agite, donec ab hac consuetudine ipse removerit. De hac autem consuetudine, ut Episcopi peregrini Constantinopolim venientes, primum adeant Constantinopolitanum Episcopum, & ab eo ducantur ad Imperatorem, agit Justinianus (a) Imperator. Sed pergit monens idem Hormisda: XXXIV.

(a In Authentic. de sanctiss. Episcop. collat. 9. tit. 6.

Quod

XXXV. *Quod si omnino noluerit, aut si captiose contigerit ut ante Imperatorem inopinate Timotheum videatis, ita suggerite: Præcipiat pietas vestra nobis dare secretum, ut causas, pro quibus missi sumus, exponamus. Si dixerit: Dicite, ecce ante ipsum. Respondetis: Non injuriam facimus: sed quo ad causas pertinet, etiam ipsius continent legatio nostra personam; & suggestionibus nostris præsens esse non potest. Et nulla ratione eo præsente aliquid allegetis; sed egresso, delegationis textum exerite.* Hactenus Indiculus, sive quod dicunt Commonitorium. Sequuntur post eum assertiones singularum causarum in hunc modum:

Capitula singularum causarum.

XXXVI. *Ut S. Synodus Chalcedonensis, & epistolæ S. Leonis Papæ serventur. Utque clementissimus Imperator consentiens debeat pietatis suæ Sacra generalia ad universos Episcopos destinare, in quibus significet prædicta se & credere, & vendicare.*

Capitula præscripta ab Hormisda Papa Orientalibus.

Consentientes etiam Episcopi in Ecclesia, præsente plebe Christiana, hæc prædicare debeant: Amplecti se sanctam fidem Chalcedonensem, & Epistolas S. Leonis Papæ, quas scripsit contra hæreticos Nestorium & Eutychetem & Dioscorum, sed & contra sequaces eorum, Timotheum Helurum, Petrum, vel contra eos qui in ipsa causa tenentur obnoxii, simul etiam & Acacium, qui quondam Constantinopolitanæ Ecclesiæ fuit Episcopus, sed & Petrum etiam Antiochenum anathematizantes cum sociis eorum. Hæc manu propria, præsentibus electis venerabilibus viris, scribentes, faciant secundum textum libelli, quem per Notarium nostrum edidimus.

XXXVII. *In exilium deportatos pro causa Ecclesiastica ad audientiam sedis Apostolicæ revocandos, ut judicium & vera examinatio de his possit haberi; ita ut causa eorum inquisitionis integre reservetur.*

Si qui vero sacræ sedi Apostolicæ communicantes, Catholicam fidem prædicantes atque sequentes fugati sunt, vel in exilio detinentur; hos justum est ante omnia revocari.

XXXVIII. *Præterea quæ legatis inter reliqua injunximus: ut si contigerit libellos porrigi adversus Episcopos, qui persecuti sunt Catholicos, de his judicium sedi Apostolicæ reservetur: ut circa eos venerandorum Patrum possint constituta servari, per quæ ædificatio generalitati proveniat.* Hactenus data legatis ab Hormisda Papa capitula. Quibus plane intelligis, quanta agat prudentia Romanus Pontifex, quantaque cautela tractet cum hæretico Principe, pollicente licet se Catholicam fidem integre profiteri: ut & illud in primis ab eo exigat, ut publica edita sanctione in omnibus quibus imperat locis innotescere faciat, se in omnibus assentiri Catholicæ fidei ipsi exhibitæ per legatos Romani Pontificis. Quod si facere renuat, eum indignum putat Apostolicæ Ecclesiæ communione, sicque cogit ut cuncta antea præstet, quæ Catholicum decent Imperatorem; ut sic in omnibus prospectum esset Catholicæ Ecclesiæ majestati, atque Romani Pontificis auctoritati, qua perfidus conaretur abuti ad sua ipsius studia confovenda, & labantem statum Imperii solidandum. Sic igitur tantum absuit, ut siverit Hormisda œcumenicum quod indixerat Anastasius Concilium celebrari, ut absque Concilio leges ipse præscripserit Imperatori & universis Orientis Episcopis, quas legisti quinque distinctas capitibus. Porro quod ferebatur œcumenicum indictum esse Concilium, in quo omnes omnium Ecclesiarum forent controversiæ dirimendæ, placuit etiam Theodorico Italiæ Regi ea de causa legatum mittere Constantinopolim, delegitque ad opus virum insignem Agapitum ad quem de ejus facta electione ista scripsit (a):

Cautè egit Hormisda cum Anastasio.

(a) Apud Cassiod. Var. l. 2. ep. 6.

XXXIX. *Agapito V. I. Patricio, Theodoricus Rex.*

Theodorici legatio in Orientem.

Deliberationis nostræ consilium virorum prudentium requirit obsequium; ut utilitatis publicæ ratio sapientum ministerio compleatur. Et ideo illustris magnitudo tua, Deo auxiliante, cognoscat, legationem nos ad Orientem deliberasse transmittere: cui te idoneum judicantes, jussis præsentibus evocamus. Sed licet omnis legatio virum sapientem requirat, cui provinciarum utilitas, totiusque regni status committitur vindicandus; nunc tamen necesse est prudentissimum eligere, qui possit contra subtilissimos disputare, & in conventum doctorum sic agere, ne susceptam causam tot erudita possint ingenia superare. Magna res est, contra artifices loqui, & apud illos aliquid agere, qui se putant omnia providere. Lætare igitur tanto judicio; quando ante suscipis electionis donum, quam jure potuisses probare ingenium. Hæc Theodoricus de legatione Agapiti: quem illum ipsum putamus virum clarissimum, qui post annum sequentem Consulatum gessisse reperitur.

XL. Accessit ad hæc, ut etiam & ipse Romanus Senatus per Apostolicæ sedis legatos litteras reddiderit ad ipsum Anastasium Imperatorem, quibus significavit quam promptus esset idem Romanus Pontifex ea quæ ad universalis Ecclesiæ statum spectarent propensissimo studio procurare. Litteras vero ipsas a Senatu conscriptas ex eisdem codicibus acceptas hic describendas esse putamus: sed primum emendandus est qui irrepsit error in titulum, qui sic se habet:

Re-

XLI. *Rescriptum Senatus Urbis ad Anastasium Imperatorem*: Quod vero subditur: *Per Theopompum & Severianum:* Errore librarii factum scias, qui per eosdem scriptas has litteras posuit, per quos superius in codice positæ aliæ litteræ datæ leguntur anno sequenti sub Consulatu Petri: cum tamen has legatis Apostolicæ sedis hoc anno missis datas esse, in fine ejusdem epistolæ disertis verbis significetur. Ipsa igitur Senatus ad Anastasium Imperator. epistola plane digna quæ his inseratur (utpote quod per ipsam idem Senatus enarret quæ transacta sunt cum ipso Romano Pontifice, nimirum quæ dixerit verba Hormisda Papa, cum eum pro Anastasio ipso Senatus convenit) est hujusmodi (*a*):

(*a*) Extat edit. t. 1. ep. Rom. Pont.

XLII. Senatus Rom. litteræ ad Anastas. Imp. *Si prima semper est Imperator invicte, a regentibus supplicum spectata devotio, si solo gratia dominorum conciliatur obsequio; indubitanter agnosces, sacræ jussionis oracula quanta Senatus vestri fuerint gratulatione suscepta: maxime cum ad hoc & animus domini nostri invictissimi Regis Theodorici filii vestri mandatorum vestrorum obedientiam præcipientis accederet; & sciamus super omnia beneficia vestra tunc magis nos erigi, cum dignos creditis, quibus debeat imperari. Mox igitur sacræ studio jussionis implendæ beatissimum Papam Hormisdam credidimus deprecandum: de quo parum est dicere, quia* * *vota supplicantium benignitate præcessit; sed & nobiscum suas preces, ut quod hortamini fiat, adjunxit, Evangelicis voluntatem suam testimoniis asserendo, ostendens mundum supra multitudinem peccatorum suorum scandalis plus gravatum, dum vox fit ista Dominica* (*b*): *Væ mundo a scandalis. Et idem, oportere homines scandalizantium partes membrorum abscindere, quam ut in ignem, non renunciando scandalis, mittantur æternum.*

* qua.

(*b*) Matt. 18.

XLIII. *Sed & post hæc divinæ lectionis exemplis, quam boni sint fructus pacis ostendit, cum diceret: Et Apostolum Paulum gratia Dei plenum, nihil tamen quibus bene cupiebat, quod optaret melius invenisse, nisi* (*c*) *ut pax Dei, quæ est supra omnem excellentiam, in eorum sensibus abundaret. Quodque in Evangelio Domini fit vox dicentis* (*d*): *Quoniam pacifici filii Dei vocabuntur. Et iterum ad ipsum Scripturarum omnium revertendo doctorem, quanto ipsa vel fide, qua & cœlestia regna præsumimus, & a peccatorum cruciatibus credendo salvamur, charitas sit major ostendit, testimonium tale subiiciens* (*e*) *Spes, fides, charitas; major autem horum* * *charitas: id est, Spiritus gratia donante divina, charitatem virtutibus omnibus exaltat. Non habentes ergo, si & propter pœnam scandala declinamus, & pacem propter pacis bona testamur, & ad charitatem nos, qui est charitas, Christus hortatur. Quid est enim quod retinet Catholico ardore festinos? Quid est quod delinquentis Acacii impedit volentes Christum videre persona? Quid est quod a suo liberi, alieno gravantur errore?* Hucusque verba Pontificis. Ipsi vero subdunt:

(*c*) Philip. 4.

(*d*) Matt. 5.

(*e*) 1. Cor. 13.

* omnium

Hæc cum venerabilis Papæ latius fuerint expedita rescriptis, pro nostræ tamen obsequio credidimus devotionis indenda, ne non rogasse putaremur recondendo responsum, quod accepimus deprecantes. Proinde, piissime Imperator, hæc suo nomine Senatus serenitatis tuæ clementia provocatus adjunxit; ut qui animo quam benigno in utraque Republica concordanda fuisti, tam esse pio in Ecclesiæ redintegranda unitate noscaris. Nam ut pax illa regnorum tantum scitur prodesse subjectis, sic hæc religionis cum populo suo proficit imperanti. Etenim quis non hæresum perfidarum sequaces plus quam ipsos deliquisse putet auctores? Quis non post patibulum crucis dividentes iterum Christi membra condemnet? Utinam hæc jam vobis regnantibus causa cœpisset, ut facilius mala nascentia reprimerentur, quam provecta. Nam quis ambigat non potuisse ejus existere, cujus corrigi temporibus videret errorem? Hic finis epistolæ, cui mox ista in dictis codicibus juncta leguntur: *Per Ennodium & Fortunatum Episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, & Hilarum* * *Notarium legatos Apostolicæ sedis.* XLIV.

* Hilarium.

XLV. Artes subdolæ Anastasii Imp. Profecti igitur ab Urbe legati, feliciter Constantinopolim pervenere, honorificeque ab Anastasio Imperatore suscepti sunt: cujus tamen studium cum in eo toto collocatum esset, non ut Catholicam fidem exulem restitueret, quam licet verbis prædicaret, animo tamen penitus detestaretur, sed ut per simulatam Catholicam pietatem infensum sibi conciliaret populum Constantinopolitanum, atque milites adversantes & Vitalianum sectantes ad destituta penitus signa revocaret; mox capitibus cunctis a legatis ostensis assensus est, atque omnibus quæ per eosdem legatos Hormisdæ nomine postulata sunt, libentissime acquievit, uno illo excepto capitulo, quod neque populo Catholico Constantinopolitanæ urbis esse gratum sciret, immo cujus inficiatione magis magisque se populi gratiam consecuturum cognosceret: istud autem erat de nomine Acacii cum aliis hæreticis condemnando facta petitio. Etenim ipse populus Acacii nominis studiosissimus, qui id ante fieri, haud aliquando passus fuerat: cum a prædecessoribus Romanis Pontificibus tentaretur, minime assensurus esset tanta ignominia suum quem adeo dilexissent Antistitem affici.

XLVI. Hac igitur arte vafer & subdolus Imperator hæreticus, opportuna oblata sibi occasione captata, quod diu fuerat aucupatus, adsciscere sibi populi studium, ob retentum nomen Acacii, est facillime consecutus, cum præsertim id absque jactura Catholicæ fidei præstari posse hac ex parte cum populo æque sentire profiteretur; & ipsos medicos, qui venerant eos curare, legatos inquam Apostolicæ sedis, reddidit illis exosos, veluti inimicos: atque ita quo magis ipse legatis est refragatus, eo magis sibi populum reddidit obsequentem, utpote qui eum ut protectorem & defensorem coleret adversus Romanum Pontificem memoriam Acacii penitus abrogare conantem: ita etiam ex sententia effecit, ut Catholicos inter se concertantes aleret & detineret, quousque ipse sui compos fieret desiderii. Nactus ergo quam quæsierat accomodatam satis ad Catholicos fallendos artem, perstat in sententia, ut se Catholicum in omnibus præseferat civibus similem, quorum gratiam Acacii nominis retentione atque defensione subdola mente redemerat. Verum quod temporis dilationem suæ sciret causæ conducere, haud legatos dimittere voluit, sed bona spe aluit, & usque ad sequentis æstatis tempus retinuit, atque omni est prosecutus humanitatis officio: plurimum enim sciebat sibi conducere ad concitatos compescendos tumultus moram istam, & ipsorum legatorum in urbe præsentiam, sed ad majorem faciendam animi sui fidem, honorificentissimam in ipsorum reditu ad Hormisdam Romanum Pontificem legationem decernit, populo valde gratam, qua præseferret cum retentione Acacii nominis, sanciri oportere ab omnibus expetitam Ecclesiarum concordiam.

XLVII. Rursus autem ad eamdem populi gratiam sibi conciliandam dedit Ecclesiæ Constantinopolitanæ redditum septuaginta librarum auri, eam ob causam, ut scilicet exequiæ sine sumptu & gratis fierent Constantinopoli, edidítque ea de re publicam sanctionem (*a*): quæ quidem Anastasii munificentia plurimum commendata fuit a Justiniano Imperatore in Novella constitutione de impensa debita in exequiis defunctorum, cujus est exordium (*b*): *Singula bonorum operum &c.* Sic igitur his officiis populum demereri conatus, atque dulcis prætextu pacis sub istiusmodi simulationis involucro latuit qualis intus esset Anastasius, secundum illud Proverbiorum (*c*): *Homo qui blandis & fictis sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis.* At quodnam istud fuerit, detegetur inferius suo loco. Hæc quidem cuncta transacta esse in hac legatione Constantinopoli, litteræ ipsius Imperatoris per legatos ab eo missos Romam redditæ Hormisdæ Papæ declarant, quas sequenti anno, quo sunt datæ, referemus. Ex his autem habes unde redarguas Miscellæ auctorem historiæ, ubi his contraria prorsus affert, istis verbis: *Anastasius non solum salubria eorum monita sprevit, sed insuper etiam a suis conspectibus non sine contumelius expulit, navique fragili impositos mandat ne uspiam per totam Græciam ad aliquam civitatem accederent.* Hæc ibi: quæ tamen vera senties, si non ad priorem hanc, sed ad posteriorem ab eodem Pontifice missam referas legationem, de qua suo loco dicturi sumus.

(*a*) L. 6. Cod. de sacros. Eccl. col. 1.
(*b*) Justin. Novell. 59.
(*c*) Prov. 29.

Hoc eodem anno sub iisdem Consulibus (ut auctor est Marcellinus in Chron.) impia Ariadna Augusta defuncta est, annis (ut ait) sexaginta in Palatio exactis. Ut plane nihil sit quod ex hæreticorum prosperitate quis scandalum pati debeat, cum nequissimam feminam malorum omnium conciliatricem; in detrimentum Ecclesiarum omnium, vitam adeo longævam in Imperio agere Deus permiserit. XLVIII. Ariadnæ Aug. obitus.

Hoc item anno idem testatur Marcellinus funebre illud accidisse, ut Hunni Armenia transmissa, totam Cappadociam devastantes, usque ad Lycaoniam pervenerint. Qualis vero hoc tempore esset Ecclesia Cappadocum, ex ejus Metropolitano Episcopo Cæsariensi Soterícho Eutychianorum principe coniicere possumus, de cujus impietate satis superius dictum est, ubi egimus de pseudosynodo Sidone habita, & de promotione Severi. Quid autem Macedonio in Armenia tunc exulanti contigerit, Cedrenus hoc eodem anno ita narrat (*d*): XLIX.

(*d*) Cedren. in Annal.

Ma-

PAGIUS IV. *Moritur Ariadna Augusta.* Ad num. XLVIII. Marcellinus in Chronico sub hujus anni Coss. ait, *Ariadna Augusta, LX. annis in Palatio exactis, vita decessit.* Theophanes vero ad annum Incarnat. secundum Alex. DVIII. Kal. Septemb. hujus Christi anni inchoati, habet: *Hoc eodem anno Imperatrix Ariadna etiam mortua est.* Baronius vocat eam *nequissimam feminam, malorum omnium conciliatricem.* Sed in Auctoribus Byzantinis nihil simile invenio; quin contra ex Theophane ut anno DXII. n. VIII. videre est, ea *Anastasium* maritum velut multorum auctorem malorum corripuit, & vexatio Macedonii *Ariadnam & ordinis Senatorii præcipuos afflixit*, inquit idem Theophanes ad annum XXI. Anastasii. Nec deerant in Familia hujus Imperatoris, qui fidem Orthodoxam profiterentur, & defenderent, uti *Magna* ejus soror, & Secundini Patricii conjux, de qua suo loco egimus. Adhæc *Flavius Pompeius* ejus nepos, & *Anastasia* hujus uxor male habiti ab Imperatore, quod Synodum Chalcedonensem tuerentur, & *Macedonio* Patriarchæ, dum in exilio esset, necessaria ad vitam subministrarent, ut prodit idem Theophanes ad annum XXII. Anastasii.

Ad

L. De Macedonii obitu & visione ostensa.

Macedonius quidem jam periculo proximus inde profugit, & Gangram pervenit. Anastasius de hoc certior factus, jussit eum rigide ibi custodiri, misso etiam (ut ajunt) percussore. Sed Macedonius Gangræ mortuus, in æde martyris Callinici tumulatus est, multosque a morte sua morbis liberavit. Cumque jam esset in sepulcro condendus, antequam id fieret, sublata dextera manu, crucis signo sepulcrum obsignavit. Idem Theodoro cuidam suorum familiarium per visionem dixit: Excipe hæc, & abi, & Anastasio recita: Ego quidem Macedonius abeo ad patres meos, in quorum fide perstiti: Interim tamen semper Deum interpellabo, dum tu quoque venias, & causa nostra disceptetur. Hæc auctor: eadem ex Theophane (*a*) in Miscella, & Anastasius Bibliothecarius in Chronico, necnon Theodorus Lector (*b*), nisi quod non ab eo obsignatum dicit sepulcrum, sed ipsum consueto more in sepulcro cruce signato esse reconditum. Porro de miraculis nihil: nec quidem apud Græcos coli memoriam ejus, sicut aliorum Sanctorum, Menologia quæ vidimus, vestigium ullum reddunt: si qua enim vere ab eo edita miracula potuissent probari, utique pro eo allata in testimonium fuissent, cum de abolenda ejus memoria e sacris tabulis, in quas illata erat, actum est. Sed passos demum Constantinopolitanos & Orientales Episcopos, sicut Acacii, ita & Macedonii & Euphemii nomina expungi e Diptychis, suo loco dicemus. Cæterum Macedonii obitum non ante sequentem annum accidisse putamus, quem ex loco exilii hoc anno Hunni fugarunt in Paphlagoniam.

(*a*) *Paul. Diac. Miscel. l. 15.*
(*b*) *Theod. Lect. Collect. lib. 2.*

LI. Quæ passi hæretici Alexandrini.

Contigisse hoc item anno tradunt, sicut Cappadoces a fide Catholica devios per Hunnos affligi, ita & Alexandrinos in hæresi diu perseverantes a dæmonibus infestari. Nam idem qui supra auctor subdit (*c*): *Eodem anno Alexandriæ viri plurimi, itemque mulieres & pueri, graviter a dæmonibus verberati, assidue latrabant. In somnis autem cuidam terribilis quidam apparuit, dicens, civibus hæc ob damnationes in Chalcedonense Concilium editas accidere.* Hæc Cedrenus: eadem Theophanes illata in Miscellam. Ita plane canum latratum edere compulit Deus loco humanæ vocis miseros Alexandrinos a fide Catholica devios, qui canum instar oblatrare contra Synodum Chalcedonensem non desinebant: qui etiam cum excussissent a se suavissimum Christi jugum, merito passi sunt dæmones obsidentes; ut ex hoc ipso saltem discerent illud Hieremiæ (*d*): *Quam malum & amarum, reliquisse venam aquarum viventium Dominum, & fodisse sibi cisternas dissipatas.* Eidem quoque historiæ veritati adstipulatur Anastasius Bibliothecarius in Chronico, & alii qui postea extiterunt recentiores auctores. Porro hæc non absque fructu contigerunt: siquidem addit his Anastasius, eodem tempore monachos hæreticos recantantes palinodiam scripsisse quatuor libellos contestationis, quorum duos Imperatori, alium Præfectis provinciæ, quartum vero Joanni Episcopo Hierosolymorum obtulere, contestati se sanctam Synodum Chalcedonensem amplexari, detestari vero Severum cum suis sectariis, & in promptu habere mortem oppetere pro fide Catholica. Sed & Illyrici Episcopos addit misisse Ro-

(*c*) *Cedr. Annal. hoc anno.*
(*d*) *Hier. 2.*

PAGIUS V. *Moritur S. Macedonius Episcopus Constantinopol.*

Ad num. L. & seq. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DVIII. qui Kal. Septemb. hujus Christi anni exorditur, ait: *Hoc anno Unni, quibus Samen appellatio, Caspiarum portarum limitibus emensis Armeniam suis incursionibus infestarunt, Cappadociamque & Galatiam, & Pontum depopulati ad Euchaita usque, qua tantum haud subegerunt, progressi sunt a quibus fugiens sacer Macedonius, & de vita ubique per viam periclitans, salvus tandem Gangram se recepit. Viri salutem ægre audivit Anastasius, & sub custodia teneri jussit, misso etiam ut ferunt, qui eum tolleret e medio. Ita consummatus Gangræ, in templo sancti Martyris Callinici, ad ejus Reliquias proximus, ubi morborum sanationes præstat, est reconditus. Macedonium mortuum ac jacentem narrant manu Crucis sibi signum expressisse*, & reliqua a Baronio ex Theodoro Lectore lib. 2. *narrata* ex quo Theophanes descripsit. Sed loco horum verborum, *Macedonium mortuum*, &c. legendum, ut habet Cedrenus; *Cum tumulo inferendus esset, ajunt sublata dextera Cruce consignasse*, pro eo sc. more, inquit Combefisius in Notis ad Theophanem, *quo Summi Sacerdotes Cruce consignare solent*, ut non sibi Crucis signum ipse expresserit, ut Interpres reddidit, sed adstantem magis populum consignaverit. Cultum sacrum a Græcis exhibitum Sancto Macedonio indicant MS. Synaxiarum Societatis Jesu Collegii Claromontani, varia Menæa Græca MSS. & excusa, quæ habentur apud Maximum Cytherorum Episcopum pro Ecclesiis Orthodoxis. Quare, ut inquit Henschenius in Elogio Sancti Macedonii Episcopi Constantinopolitani ad diem XXV. mensis Aprilis, non nisi Sirleti Cardinalis oscitantia scripsit Baronius, apud Græcos memoriam Sancti Macedonii non extare, & Menologia nullum ipsius vestigium habere. Neque enim in Sanctis suo Menologio inscribendis, diebus aliquot satis diligens fuit Sirletus, utpote qui die XXIV. ejusdem mensis neglexit Sanctam *Elizabetham Thaumaturgam*, passim omnibus antiquis Synaxariis, Menæis, & Menologio Basilii Imp. & Anthologio inscriptam: immo de qua Græci Officium Ecclesiasticum habent. Ablatum quidem *Macedonii* nomen ad tempus e Diptychis, sed in ea postea restitutum, ut infra videbimus.

VI. *Fundatur Monasterium Agaunense.*

Marius Aventicensis ad Consulatum Anthemii & Florentii hoc anno gestum, scribit: *Monasterium Acauno a Rege Sigismundo constructum est* in angusta sc. planitie, in qua parvus vicus antiquitus ædificatus fuit, quem *Tornatam* seu *Torna-*

Romam Catholicæ fidei confessionem ad Romanum Pontificem.

LII. Hoc eodem anno vigesimoquinto Anastasii Imperatoris Himeranni populi Australes ad fidem Christi conversi sunt: (a) de quibus pauca hæc Theodorus Lector (b): *Himeranni (gens est Persis tributaria) in extremis Australis plagæ, & ab initio Judæi fuerunt: eo vero tempore quo Regina Austri venit ad Salomonem, facti sunt Gentiles. Hi sub Anastasio Christiani sunt facti, & Episcopum acceperunt.* Hæc Theodorus, eademque Nicephorus (c). At tantæ rei gestæ historia scriptorum inopia remansit obscura: etenim quonam prædicante, quibus præcedentibus signis, quisve eis primus fuerit datus sacrorum Antistes, penitus ignoratur.

(a) Cedr. in Chron. hoc ann. (b) Theod. Lect. 2. Collect. (c) Niceph. l.16. c.34.

LIII. Quam bene accidit, secundum illud propheticum de Ecclesia Catholica dictum; (d) *In tribulatione dilatasti mihi:* ut quo tempore magis minui videretur Catholica fides in Oriente, eo majores fierent ad Christianismum accessiones, Saracenis (ut vidimus) & Himerannis Evangelium capessentibus. Unde illud Ecclesia jure cecinerit (e): *Populus, quem non cognovi, servivit mihi, in auditu auris obedivit mihi. Fili alieni mentiti sunt mihi: filii alieni inveterati sunt, & claudicaverunt a semitis suis.* Quod Dei benignitate hoc nostro sæculo abundantius experimur, dum quo tempore perversis erroribus Aquilonares provinciæ majori ex parte a fide Catholica defecerunt, Ecclesiæ Catholicæ novus Orbis accreverit, ab Ecclesia Romana accipiens Evan-

(d) Ps.4. (e) Psal. 17.

PAGIUS

naudam non longe ab Octoduro dissitum, incolæ appellarunt, indeque Monasterium modo *Agaunense* a situ, modo *Tornatense* ab oppidulo ibi condito denominatur. Extat adhuc illud Monasterium, vulgo Sancti *Mauricii* dictum; quod a pluribus sæculis a Clericis Regularibus Ordinis Sancti Augustini inhabitatur. Anno enim MCCLXI. ut liquet ex charta a Sammarthanis, dum de Abbatia Agaunensi loquuntur recitata, jam Monasterium illud Canonici incolebant. Em. Cardinalis Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap.3. fuse de eo agit, & scribit Clericos illos anno MCL. ibidem primum apparuisse; quam in rem citat Bollandum in Prolegomenis ad Vitam Sancti Severini Abbatis Agaunensis, ad diem XI. Februarii, aitque, §. III. num.XX. rem ex antiquis Monumentis illum demonstrare. Verum loquitur ibidem Bollandus, non de Abbatia Agaunensi, sed de Abbatia Castri-Nantonis, ubi S. *Severinus* in Monasterium Agaunense rediens e vivis excessit, & sepultus est, ut suo loco ostendi. Et certe *Castrum-Nantonis* situm in Vastinensi ditione & diœcesi Senonensi; Monasterium vero Agaunense Diœcesis est Sedunensis seu Octodurensis sub Archiepiscopo Tarantasiæ, ut videre est apud Sammarthanos in Abbatia Castri-Nantonis.

VII. *Ante tempora Chlodovei Regis extabat.* Præter Auctores citatos, de Monasterio *Agaunensi* agunt Henschenius in Vita Sancti Sigismundi Burgundiæ Regis ad diem I. mensis Maii Cointius anno DXXXV. num. 197. & seqq. aliique: sed dum varios status in quibus illud fuit confundunt, unique attribuunt quod ad alterum pertinet, ejus fundationem magnis adhuc tenebris involutam, novis difficultatibus involvunt. Ejus obiter tantum meminit Baronius anno DIX. num. XII. sed quia post ejus mortem variæ de eo agitatæ controversiæ, illas partim hic, partim anno DXXII. dissolvere conabimur. Hoc itaque celeberrimum Monasterium ante *Chlodovei* Magni tempora videtur fundatum. Faustus enim Monachus, discipulus Sancti Severini, in Vita ejus a Mabillonio sæculo I. Benedictino recitata testatur, *Chlodoveum* Regem anno Regni sui XXV. Christi sc. DVI. cum in gravem morbum incidisset, *ad sanctum Monasterium Augunensium*, ubi *Severinus abbas ordinatione institutus* erat, misisse, & Severinum ad eum venientem, post sanitatem ei redditam, ad Deum migrasse, postquam duobus sociis suis dixisset: *Commendo vobis dilectissimum fratrem meum Presbyterum, qui mihi annos XXX. in afflicto corpore deservivit: commendo vobis Monachum meum nomine Vitalem.* Quare ante annos triginta a morte ejus Severinus præfuit Monasterio Agaunensi; neque enim morbo afflictus Abbas renunciatus fuisset. Tum eo Monasterio post Sancti Abbatis obitum, vel collapso, vel everso, *Sanctus Sigismundus* hoc anno novæ fabricæ initium dedit, qua tandem anno DXXII. absoluta Sanctus *Himemodus* primus novi Monasterii Abbas a Rege Sigismundo institutus est. A prioris vero Monasterii eversione usque ad hujus Præfecturam locus habitatus fuit a promiscua multitudine, sexus utriusque concursu, sejunctis tamen domiciliis, diversa pertractante munera, ut testatur Historia Abbatum Agaunensium, a Sancti *Achivi* tertii Abbatis discipulo conscripta, cujus fragmentum recitat Bollandus loco citato. Incertum autem, an convenæ illi loca, quæ post eversum Monasterium superfuerant, vel ea quæ hoc anno ædificari cœpta, inhabitarint.

VIII. *Regula Agaunensium Monachorum ante annum D. condita.* Agaunenses Monachi peculiarem Regulam servabant, *S. Severino* Monasterium regente conditam, quam Holstenius una cum reliquis a S. Benedicto Anianensi collectis in lucem emisit; ejus hic titulus est: *Incipit Regula Monasterii Tornatensis*, quæ capitibus XXIII. constat, quamque a cap.XIII. ad ultimum, ex Sancti Augustini Regula ad verbum exscriptam esse, Emin. Cardin. Norisius & Cointius laudati demonstrant; quod mirum videri non debet; cum etiam Sanctus *Cæsarius* & Sanctus *Aurelianus* Arelatenses Episcopi, aliique multi pleraque a Beati Augustini Regula mutuati sint. Addit ibidem Card. Norisius Jurenses Monachos Sancti Hilarii Arelatensis Episcopi tempore in Gallia Sequanorum fundatos eam Agaunensium Regulam etiam coluisse; quod constat ex veteri Anonymo in Vita Sancti Eugendi Abbatis Jurensis, quam Bollandus ad diem primam mensis Januarii, & Mabillonius sæculo I. Benedictino exhibent. In fine enim Vitæ hujus Sancti Anonymus ille ait: *Instituta quoque de formatione Monasterii nostri Agaunensis Cœnobii, Sancto Marino Presbytero insulæ Lirinensis Abbate compellente, digessimus*, &c. Scribit vero se morienti Eugendo adfuisse; quæ mors contigit circa annum DCXC. Quare ea Regula prius in Jurensi Monasterio observata, indeque in Agaunense invecta, ac ante annum quingentesimum composita. Ex quibus omnibus patet, Sanctum *Severinum* vere fuisse Abbatem Agaunensis

vangelium: ut plane omnes intelligant pervigilem ejus cultorem, magnum illum agricolam (a) qui semper operatur, loco palmitum arescentium alios majori fœcunditate sufficere; & loco vineæ (b): ab apro silvestri depastæ, atque suffossæ, igneque succensæ, alia sibi latioribus terminis uberiora trans mare plantare vineta. Quin-

(a) Joan. 5.

(b) Psal. 79.

PAGIUS fis Monasterii, non vero Pastorem vel Rectorem incolarum promiscui sexus & ordinis, ut Bollandus & Henschenius, qui ejus Vitam a Fausto scriptam non viderant, arbitrati sunt; *Hinmemodum* hoc anno Tarnatensis Monasterii Abbatem constitutum non fuisse; nec pariter hoc anno Sanctum *Avitum* Episcopum Viennensem eam Homiliam recitasse, cujus titulus: *Homilia VII. dicta in Basilica Sanctorum Agaunensium in innovatione Monasterii ipsius*, &c. Recitata itaque ea anno DXXII. aut insequenti, quo Monasterium a S. Sigismundo, & Episcopis *Hinmemodum* Abbatem accepit, & Psalmodia perpetua inibi instituta, ut infra monstrabimus.

JESU CHRISTI ANNUS 516.	HORMISDÆ PAP. ANNUS 3.	ANASTASII IMP. 26. THEODOR. REG. 24.

I. Regressus legatorum in urbem. QUingentesimus decimussextus Domini volvitur annus, Consulatu Petri sine collega notatus. ☞ Inter nobilissimos Senatores hic doctrina ac pietate claruit, ad quem extant Ennodii plures epistolæ. Mentio est pariter de Petro Romano viro clarissimo apud Sidonium. Hic ergo ubique spectatus hoc ipso anno meruit Consulatum ☜: quo detentos diu Apostolicæ sedis legatos Anastasius Imperator, magna spe alitos uniendæ Orientalis Ecclesiæ, ita dimisit, ut ad cuncta perficienda expectare se adventum Hormisdæ, iteratis litteris astuto consilio simularet: quod ut magis persuaderet, una cum eisdem legatis redeuntibus Romam, ad componendas res honorificentissimam legationem ad eumdem Hormisdam Pontificem misit, viris clarissimis ad opus delectis, nempe Theopompo Comite Domesticorum, & Severiano Comite sacri Consistorii; quibus & litteras ad ipsum Romanum Pontificem dedit.

II. Consilium Anastasii Imp. quale fuerit. Quodnam autem fuerit in his exhibendis officiis consilium Anastasii Imperatoris, ex iis quæ sæpe superius aperuimus, atque superiori anno latius pandimus, facile poteris intelligere, nempe ad sedandum Orthodoxorum animum, ipsum pluribus apertissimisque signis affectare conatum, Catholicum nomen, & unitatem curare Orientalis Ecclesiæ cum Occidentali: ratum nimirum ita fore, ut concitatum contra se Vitalianum tyrannum prætextu tuendæ Catholicæ fidei, his artibus exarmaret, ac spoliaret favore populi; qui plane erga Imperatorem ex his pro fide Catholica exhibitis testimoniis jam paulatim reddebatur magis magisque propensior: augebatur vero magis ea opinio ex istiusmodi erga Pontificem Romanum obsequiis, quibus in tam præclara exornanda legatione rem naviter agere, in opus incumbere, jugi indefessoque studio laborare ad perficiendum quod cœperat, significaret.

III. Ea plane est ars hæreticorum Principum, penes quos est pietas nundinaria, ut cum adversariis armorum pressuris urgentur, ad fallendos populos nihil magis quam fidem Catholicam ore tenus præseferant, subque Catholico nomine delitescant, donec quod cupiunt assequantur; facti vero voti compotes, majori impetu in damna pietatis erumpant. Sed qui cunctis præsidet rerum humanarum arbiter Deus, haud diutius patitur adeo scelesta inulta relinqui. Etenim qui discernit (a) cælestis Reges, appendens (b) eos in statera, digito tandem ostendit paratam ob oculos ultionem, cum repente diu dilatum majori fragore suæ iræ fulmen intorquet: quod quidem factum cum alia multa, tum præsertim cœpta narrari Anastasii tragœdia egregie repræsentat. At jam ejus reliquas fallendi artes pietatis tegumentis obvolutas, quas habemus præ manibus, in medium producamus; atque primum ejus recitemus epistolam per suos legatos ad Hormisdam Pontificem missam, cujus in codice ejusmodi titulus inscriptus legitur (c):

(a) Ps. 67. (b) Dan. 5.

Anastasius Augustus Hormisdæ Papæ, per Theopompum & Severianum VV. CC.

(c) Tom. 1. ep. Rom. Pont. in Hormisda.

IV. *Omnia quæ benignitas conceperit animorum, dulci ambitu & festinatione laudabili propagantur; nec sibi requiem putant*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6009.

SÆC. VI. Anno Eræ Hispana. DLIV. A. C. 516.

☉ 21. CB. ☽ 4. P. 3. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 516.

HORMISDÆ PAPÆ 3.

ANASTASII IMP. 26.

THEODORICI REG. 24. & 6.

I. [1]. PEtrus absque Collega Consulatum gessit, ut in omnibus Fastis legitur & in ejus Consulatum *quinta Quinquennalia Anastasii Imp.* inciderunt. In Occidente creatus fuit ut ea quæ de eo Baronius habet, indicant. Porro Petri Consulis nomen tam in subscriptionibus litterarum ab Anastasio Imp. & Hormisda Papa hoc anno scriptarum quas Baronius memorat, quam in Præfatione Concilii Tarraconensis, de quo infra, legitur, indeque innotescit, quando unicus Consul Fastis nomen dabat, indiscriminatim ab Orientalibus & Occidentalibus in Actis publicis enunciatum fuisse. *Quinta Quinquennalia Anastasii Imp.*

II. A num. I. ad XVIII. *Anastasius* Imp. qui hactenus Chalcedonensem Synodum infectatus fuerat, hoc anno simulans se Ecclesiæ pacem dare cupere, Legatos duos ad *Hormisdam* Papam misit cum suæ fidei Professione; sed Hormisda videns Legatos a Catholica fide alienos, eosdem re infecta ad Imperatorem dimisit, ut pluribus narrat Baronius. *Anastasius fingit se pacem dare velle Ecclesiæ.*

NOTÆ [1] COss. *Petrus* sine collega.
Victor: *Petro V. C. Cos.* Marcellinus: *Petro solo Cos.*
Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *anno a Passione Domini* CDLXXXVIIII. bisextili: *Petro*. GEORGIUS

Anastasii Imp. ad Hormisdam epistola. *tant posse præstari, donec ad effectum saluberrimum desiderata perduxerint: & tunc quædam ipsius festinationis fit requies, dum contigerit spes votorum. Quod in præsenti nos certa ratione pertulimus, donec cælestis favor & nostræ petitioni auditum, & vestræ promissionis serenum donet effectum. Ergo quia vel maxima itineris longitudo, & ultra solitum morem hiemalis asperitas, quod optabamus nobis fecit incertum; interim intra animos nostros desiderata compressimus, beneficia divina captantes, quæ boni exitus rei sua interpositione decidunt. Agnoscentes igitur, quod ejus pietas primam nobis gratiam condonavit, ut missa ad nos legatio, ad beatitudinem tuam feliciter remearet; ad secundam processimus, ut dirigeretur a nobis promissa legatio, per quam & commemoratio fieret eorum, quæ cum sanctissimis viris longa deliberatione contulimus; & inde, Deo auspice, tam nostræ petitionis, quam vestræ gratiæ ad integrum lux serena resplendeat, & toto* Legatorum nomina. *Orbi gaudia expectata donetur. Commemorationis itaque loco, & salutationis honore reddendo, Theopompum virum illustrem Comitem Domesticorum, agentem sacri nostri Palatii scholam, fidelem nobis vel pro suis moribus, vel pro ipsa affectione genitali nostræ provinciæ, sed & Severianum V. C. Comitem sacri nostri Consistorii ad vestram direximus sanctitatem: qui ordinem litterarum propria voce testantes, ad celeritatem expectata provocent, quæ etiam cælesti misericordiæ credimus placuisse. Data XVII. Kalend. Augustas, Constantinopoli, Petro V. C. Consule.* Hæc quidem ad Hormisdam Papam. Sed quo numeros omnes expleret Catholici atque humanissimi Principis, per eosdem etiam legatos idem Anastasius Imperator ad Senatum urbis Romæ in hunc modum scripsit (*a*):

(*a*) Extat t. 1. epist. Rom. Pont. in Hormisdam.

V. *Imperator Cæsar Flavius Anastasius, Pius, Felix, Victor, semper Augustus, Germanicus inclytus, Alamannicus inclytus, Franchicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Pater patriæ Proconsulibus, Consulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, Senatuique suo salutem dicit.*

Ad Senatum Rom. epist. Anastasii Aug. *Si vos liberique vestri valetis, bene est: ego, exercitusque meus valemus. Quotiens utrisque publicis rebus prospera voluntate consulitur, non solum exhortatio, sed postulatio quoque creditur esse conveniens; ut duabus in unum concurrentibus causis, animus incitatus, quod felix & bonum partibus sit, valeat adipisci. Si etenim Christus Deus & Dominus noster & per mitissimam voluntatem & quamdam dispensationem nos revocavit ad se, & redemptos proprio sanguine libertati restituit, ut salutem mortalitati præstaret; non videtur absurdum, tam apud gloriosissimum Regem quam apud beatissimum Papam urbis Romæ, Patres conscriptos Imperiali petitioni conjunctos, ea sperare, quæ & nobis & sibi (Deo annuente) in commune proficiant: Hoc est, ne fugitivorum audiant concinnatos sermones, & mendacio solo compositos; sed satisfactione suscepta, quam & veritas, & legatorum qui directi sunt inquisitio patefecit, ad desideratam pacem acceptabili Deo voluntate concurrant. Indubitatum siquidem est ex longa annorum serie multam partem Reipublicæ vestram vendicare * constantiam.*

* judicare.

VI. *Proinde oportet sanctissimum vestrum cœtum solerti studio & provido labore contendere tam apud excelsum Regem, cui regendi vos potestas & solicitudo commissa est, quam apud venerabilem Papam, cui intercedendi apud Deum facultas est præstita; ut in ea parte animi sui bonitatem dignentur impendere, in qua utriusque Reipublicæ membra sperata sanitate salventur. Implebitis enim veterem consuetudinem & nimis consilio vestro notissimam, si ea quæ publicæ utilitati conveniunt, tractando, sperando, postulando, effectum adipisci, Deo auspice, feceritis. Data quinto Kalend. Augusti, Chalcedone, Petro V. C. Consule.* Hæc sunt quæ extant antiqua monumenta legationis antea permissæ, modo vero præstitæ ab ipso Anastasio Imperatore; cum tamen (ut sæpius dictum est) unitatis & pacis speciem præseferret, non autem amans esset Catholicæ pietatis.

VII. Verum Hormisda doluit, laicos directos esse legatos, quibuscum de rebus Ecclesiasticis agendum foret, minus aptum id esse putans: conqueritur enim de his idem Hormisda Papa in litteris anno sequenti datis ad sanctum Avitum Episcopum Viennensem, quas ex eodem codice inferius recitabimus. Jam vero quas legatis Apostolicæ sedis litteras ad eumdem Romanum Pontificem Anastasius dedit, hic describamus, quibus rerum gestarum veritas, explosis mendaciis, certa reddatur. His autem in primis Imperator fidei Catholicæ (ne quis daretur dubitandi locus) professionem inseruit: sic enim se habent:

VIII. *Exemplum (b) Sacræ Anastasii Augusti Hormisdæ Papæ per Ennodium & Fortunatum Episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, & Hilarum Notarium.*

(*b*) Extat t. 1. epist. Rom. Pont. inter. ep. Hormisdæ.

Epist. Anastasii Imp. per legatos Apostolicos missa. *Gratias omnipotenti Deo referimus, quod sanctitas vestra disciplinis cœlestibus instituta, sicut poposcimus, legatos fidei Ennodium & Fortunatum venerabiles Episcopos, sed etiam viros religiosos Venantium presbyterum & Vitalem diaconum & Hilarum Notarium, quales poscebat causæ sublimitas, destinavit: qui nego-*

gotii magnitudinem implere possent Ecclesiastici luce sermonis; quique operante Deo, omnia subtiliter requirentes, quæ ad rectam & veram Christianorum pertinent fidem, & ipsi, sicut decuit, declararunt, & a nobis, sicut oportuit, agnoverunt: quia una est Ecclesia Dei, Apostolicis ubique firmata doctrinis. Unde quis audeat de Domini nostri Jesu Christi incarnatione aliter quam habet veritas ipsa sentire? nisi ut confiteatur æqualem & consubstantialem Patri Filium salutis nostræ causa, juxta annunciationem Archangeli (a) in utero Virginis, carnem ex eadem assumente hominem, factum? & sicut ait Apostolus (b) in servili forma, ut crucem pro nobis carne susciperet? De quo beatus Petrus Apostolus Judæis dicit (c): Vos petistis vobis dimitti virum homicidam, auctorem vero vitæ interfecistis. De quo etiam legitur in Paulo Apostolo (d): Factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis.

(a) Luc. 1. (b) Philip. 2. (c) Act. 3. (d) Philip. 2.

IX. Confessio fidei Anastasii Imp.

Confitemur enim quod Dei genitrix beata Virgo Maria in vera carne & anima rationali & intelligibili nobis Deum peperit Salvatorem, quem homousion Deo Patri & Spiritui sancto ante sæcula, eumdem nobis quoque homousion propter peccata nostra in fine temporum credimus & probamus fuisse progenitum, sicut Propheta David dicit (e): De ventre matris meæ Deus meus es tu. Quæ tamen ita sine defectu & confusione nostri corporis est assumpta nostra substantia, ut in eadem carne Dei Filius mundum examinaturus adveniat, oculis omnium vulnerum & clavorum indicia repræsentans, sicut scriptum est (f): Et videbunt in quem pupugerunt. Vides ne, quam pie quam sancte rectam profiteatur Anastasius fidem Catholicam? qua ita firmiter stabilita, ei adversantes damnat hæreticos, ista subdens:

(e) Ps. 21. (f) Apoc. 1.

X. Probat Anastasius Chalcedonense Concilium.

*Cum omnibus etiam Orthodoxis impiissimos Nestorium atque Eutychetem vitamus pariter & horremus, eorum condemnantes & anathematizantes & personas & dogmata detestabilibus sacrilegiis comparanda, qui dispensationem divinam & humanæ remedia infirmitatis similiter aut nescire voluerunt, aut cognita blasphemare. Talem igitur circa fidem clementiæ nostræ propositum summus Deus ab exordio vitæ suæ sensibus nostris immisit; unde & imperium nostrum credimus custodiri. Miramur autem, quamobrem de beatissimis Patribus, qui in Chalcedone convenerunt, aliqua nobis scribere voluistis; dum ea, quæ ab his fuerant constituta, prædecessorum nostrorum multiplicibus decretis confirmata monstrantur: & cum nec alia Synodus facta fuerit, per quam, quæ ab illa disposita sunt, redderentur infirma; nec lex a nobis præcesserit, cujus novitate statuta præfati Episcopalis Concilii solverentur: maxime cum ipsa Synodus dixerit, anathema esse debere, quicumque aliam fidem, quam apud Nicæam trecenti decem & octo venerabiles Patres constituerunt, docere vel immutare voluerit: ad hoc etiam eos, quos superius comprehendimus, id est, Nestorium & Eutychetem damnaverunt, quos nos quoque damnamus. Nam pro hac causa attestantur etiam divinæ litteræ ad Alexandriam non semel sed multoties destinatæ, per quas objurgavimus, cur sibi non arbitrentur posse sufficere directam fidei doctrinam, recedentes ab anathemate Chalcedonensis Synodi, vel venerandæ memoriæ Leonis Episcopi. Unde non parum studium apud nos & contentio quoque perdurat, quatenus a suprascripto * anathemate eosdem possimus abstrahere, & sanctæ Ecclesiæ universali conjungere.*

* superfluo.

XI. De capite quo agitur de nomine Acacii abolendo.

De capitulo vero, quod solum videtur esse residuum, nostra voluntas petitioni vestræ fortasse propter unitatem Ecclesiarum conveniret, nisi alia venerabilibus Ecclesiis ex hoc renovari scandala crederemus. Nunc quæ sint facienda perpendite: quia grave esse clementia nostra judicat de Ecclesia venerabili, propter mortuos, vivos expelli; nec sine multa effusione humani sanguinis scimus, posse ea quæ scribitis, ordinari. Omnia tamen a Deo sperantes, per Concilium melius agere poteritis, quam ab his hominibus qui propter errores suos provincias percurrentes, inimicam Evangeliis sanctis & Ecclesiæ volunt esse discordiam. Ergo ut sit placens supernæ majestati Ecclesiarum unitas, providete: quia quid nobis in his quæ præfati sumus obsistit, ignoramus, si bene nos arguit. Per omnia autem voluntatis nostræ puritatem, legatorum vestrorum poteritis veritate cognoscere. Petimus autem, ut pro nobis Apostolatus vester orare dignetur: quod vos libenti animo facere, hac poterimus maxime ratione cognoscere, si perfectam nobis unitatem Ecclesiarum dignatus fuerit Deus, vobis disponentibus, condonare. Illam enim vox Dei magnam benedictionem diligentibus se mandavit atque donavit, qua declaravit (g): Pacem meam do vobis, pacem meam dimitto vobis. Hactenus litteræ Anastasii ex eisdem codicibus exscriptæ.

(g) Joan. 14.

XII. Fallere sane quemquam possent ejusmodi litteræ Anastasii pro fide Chalcedonensi, nisi ex his quæ superius de ipso scripta habentur, & quæ scribentur inferius, qualis esset vulpis illius animus perspicuo monstraretur: ita ut illi optime aptari possit illud Apocalypsis (h) de bestia illa cornua habente agno simillima; utpote qui cum semper insecutus sit sanctam Synodum Chalcedonensem, videri tamen velit, acerrimus ipsius professor. Por-

(h) Apoc. 13.

Porro de calliditate Græcorum hæreticorum, qui verbis pacem sponderent, factis autem negarent, pluribus agit idem Horsmisda Papa in epistola, quam anno sequenti scripsit ad sanctum Avitum Episcopum Viennensem, cum quid hac legatione actum sit eumdem reddidit certiorem. At quoniam quæ hactenus Anastasius tum litteris, tum etiam legationibus egit, nonnisi laude digna videbantur; Hormisda Papa, & scriptas litteras, & res per legatos Constantinopoli gestas probans, non potuit ea omnia non laudare, cum ad eumdem Imp. has litteras (a) reddidit per legatos ab eo missos Theopompum & Severianum VV. CC. Comites:

(a) *Hormisd. ep. 6.*

Hormisda Episcopus Anastasio Imperatori.

XIII. Epistola Hormisdæ ad Anastasium Imp. *Solicitari animum tuum, clementissime Imperator, ambitiosa aviditate commemoras, donec speratæ unitatis redintegratio optata contingat. Bona sunt desideria salutis; laudabilis, quæ se hujusmodi Deo commendat, intentio. Prudentiæ siquidem speciale documentum est, cum id quod sibi utile credit, impatienter inquirit. Nam si in corporum morbis noxia est tarda curatio, quanto magis in salute animæ gravius est ferendus remediorum fidelium serior appetitus? cum moneamur spiritualibus institutis, ne quæ prodesse possunt, in diem posterum differrantur, clamante sapientissimo Salomone, (b): Ne tardes converti ad Dominum; & ne differas de die in diem: quia sicut in incerto vitæ tempora, ita in tuto animæ convenit esse remedium; ut intret (c) in gaudium Domini sui, quem veniens Dominus ea quæ sibi placent, inveniet operari.*

(b) *Eccl. 5.*

(c) *Matt. 25.*

XIV. *Unde & fateor me fuisse miratum, cur tamdiu legatio promissa tardaverit, cum facienda ista sint, ut regna cælestia rapiantur. Verumtamen instinctus ipse, quem vestræ mansuetudinis declarat alloquium, spem supernæ misericordiæ pollicetur: Desuper est enim & ipsum velle quod bonum est. Confido autem, quoniam qui cœpit (d) in vobis opus bonum, perficiet usque in finem. Ergo viæ, cui cœpistis, insistite; & spretis errantium lubricis, nobiscum supra petram solidam tenete vestigia. Tali crevit Ecclesia sancta consensu, quod his verbis Apostolicorum actuum testatur historia (e): Multitudinis credentium erat cor unum & anima una. Nam quemadmodum connecti poterunt gratiæ vinculis, quorum distant corda sententiis?*

(d) *Philip. 1.*

(e) *Act. 4.*

XV. Opera, non verba Papa ab Imperatore requirit. *Fac, domine Imperator, effectum rerum fidem probare verborum. Non enim sermonibus cognoscuntur hominum corda, sed effectibus: cum & Abraham pater noster, non nuda Deo fide, sed opere fidem commendante placuerit. Unde vel pro dispensatione mihi credita, vel pietatis vestræ circa me benignitate perpensa, domine fili, hortor & supplico, ut studium pacis, quod per scripta præfertis, ad componenda nobiscum, Deo auctore, ea in his quibus laborant Ecclesiæ, dirigatis: quia secundum Prophetam (f): Pax multa diligentibus nomen tuum, & non est illis scandalum. Non sunt incognita apud mansuetudinem vestram, quæ nos ab ea, quam reintegrare cupimus, unitate discernant. Date operam, ut laudando quæ profitemini compleantur effectu: & Apostoli, cujus communionem creditis expetendam, totis viribus sequimini disciplinam. In totum perdita noxiorum declinate contagia, scientes non habere cum religiosis impios portionem, nec ullum fidei cum perfidia esse consortium. Consequens est, ut qui errorum detestatur principes, oderit sectatores. Execrabile habeatur in flore, quod damnatur in semine.*

(f) *Psal. 118.*

Offerte hoc munus Deo, pro vestris (precor) offerte temporibus: jamdiu hanc a vobis hostiam præ tantis quæ vobis contulit Christus beneficiis expectat. Quid opus est apud illum preces adhibere, qui supplicat? Vos Senatui urbis Romæ, ut me ad pacem hortetur, injungitis: Ego non solum cum his ad vos supplicationis verba converto, sed vestigiis vestris pro universali advolvor Ecclesia. Audite me pro Christo legatione fungentem. Non patiamini ab impiis canibus Christi membra discerpi. Quæ insanabilia videtis, abscindite; & quæ ægra, curate. Cur quæ sana sunt, invalidis conjuncta quatiuntur? Servate ordinem, quem unitas ipsa præfinit; & pacem mundo, quam poscitis, reddite. Hæc & sub præsenti occasione deposco, & rursum ac sæpius supplicare curabo, sperans importunitatem hanc meam & Deo esse placituram, & apud vos quoque per assiduas petitiones, quoniam id nos Dominus docuit, vacuam non futuram. Data Romæ. Desunt reliqua. XVI.

Hæc quidem Hormisdæ epistola responsio esse videtur ad eam, quam Imperator redeuntibus legatis dederat, qua tam plane tamque ample Ecclesiæ se pacem optare significaverat. Quæ autem postea rescripserit ad epistolam a Comitibus legatis acceptam, cum ipsæ ad Imperatorem litteræ desiderentur, haud adeo nobis possunt esse comperta, nisi quantum ex aliis ejusdem Hormisdæ litteris quasi per transennam ad ea inspicienda aditus aperitur: quibus etiam nota fiant quæ transacta sint inter legatos Imperatoris & Romanum Pontificem: nimirum eosdem legatos detectos fuisse alienos a Catholica fide, defensoresque hæresis Eutychianæ: tantumque eos longe abfuisse ut Catholica professa fide sese cum suis Catholicæ redderent unitati, ut tentarint haud levi conatu (si fieri potuisset) XVII. Quid effectum per Legatos Imperatoris.

ipsum Hormisdam Papam ad suas ipsorum partes adducere. Vides quo tenderint Anastasii blandimenta, & quæ venena sub honorifice legationis melle latuerint?

XVIII. At ubi hæc adeo inexpectata idem Hormisda comperit, legatos re infecta ad Imperatorem redire jussit, jam certior redditus de velata diu piorum verborum involucro perfidia impii Anastasii. Hæc enim ita se habuisse, ejusdem Pontificis litteræ ad sanctum Avitum Viennensem Episcopum datæ anno sequenti significant, cum jam ipse ad Hormisdam missis nunciis & datis litteris reddi certior rogaret de his quæ cum Orientalibus gesta essent, quibus item litteris & illud sit manifestum, legatione ab Hormisda in Orientem missa, redditos esse Catholicæ Romanæ Ecclesiæ communioni Episcopos nonnullos in Thracia, Dardaniæ præsertim, Illyrici, atque Epiri Antistites: quod quidem hoc anno idem Hormisda voluit suis litteris innotescere Gallicanis Ecclesiis, scribens de his epistolam ad eumdem sanctum Alcimum Avitum Episcopum Viennensem, ut ipse Avitus testatur, redditis litteris ad eumdem Romanum Pontificem.

XIX. Ut hæc igitur integre cognoscantur, primum omnium ut egregium monumentum viri sanctissimi, de quo plura superius locuti sumus, ejus hic describemus ad ipsum Rom. Pontificem datam epistolam, ex iisdem de quibus supra mentio facta est descriptam codicibus. Porro eam ad finem anni hujus datam esse, existimare licet, quæ accepta Romæ habetur mense Januarii anni sequentis: ipse enim Avitus provinciæ Viennensis Metropolitanus nomine omnium sibi subjectorum Episcoporum legationem Romam ad Pontificem misit, ut quid actum esset per legatos Constantinopolim missos, ipse Hormisda Papa litteris significaret. Scripsit igitur ea occasione has litteras S. Avitus ad Hormisdam, quibus quidem non solum rerum gestarum veritas intuenda proponitur, sed & qua veneratione, quove cultu, quibus titulis sanctissimi atque doctissimi viri fuerint prosecuti Romanum Pontificem, quem totius universalis Ecclesiæ esse pastorem absque controversia sunt professi, omnibus palam fiat:

Domino (a) sanctis meritis præcellentissimo in Christo gloriosissimo & Apostolica sede dignissimo Papæ Hormisdæ, Avitus. XX. (a) Extant t. 1. epist. Decretal. inter epis. Hormis. S. Aviti Episcopi Viennensis epistola ad Hormisdam Papam.

Dum religionis statui & plenis Catholicæ fidei regulis perspicitis convenire, ut gregem per tota vobis universalis Ecclesiæ membra commissum pervigil cura vestræ charitatis informet; Viennensem provinciam superiori anno (si meminisse dignamini) datis ad humilitatem meam litteris visitastis, quæ ad me, secundum quod opportunitas oblata contulerat, per Arelatensis Ecclesiæ clericos pervenerunt, & quidem plenissimæ solicitudine pastorali: in quibus nos, sicut per conversionem provinciarum, id est, Dardaniæ, Illyrici, vel Thraciæ ad communionem gaudii provocatis, sic admonitione cautissima, ne quid per ignorantiam prævenire possit, instruitis. Intelligis, lector, sicuti in omnibus prædecessoribus Ecclesiæ Romanæ Pontificibus, jugem universalis Ecclesiæ curam Hormisdæ Pontificis tum in restituendis lapsis, tum etiam in stantibus consolidandis. Sed pergit Avitus:

XXI. *Eutychetis igitur, Nestoriique damnatio, quos jamdudum per beatissimos prædecessores sanctæ sedis vestræ calcavit auctoritas ad notitiam jampridem nostram Apostolicæ ad nos diligentiæ provisione perlata est. Sed illud nos modo suspensos multum redigit & anxios, quod cum pendere nos ad effectum legationis secundo Constantinopolim destinatæ, omni expectationis studio jusseritis; nec quid filius vester sanctus frater meus Ennodius retulerit, nec utrum secuta redierit, indicastis: & promissionem vestram tanta silentii diuturnitate suspenditis, ut non minus modo prædicatoris taciturnitas reddat attonitos; quam antea fecerat legationis mora suspectos.* Falso quidem nuncio Avitum accepisse secundam missam esse in Orientem legationem, quæ redditæ sunt ab Hormisda Papa ad eum litteræ declarant. Porro ad cuncta hæc exploranda a se missos Romam legatos demonstrat, cum subdit:

XXII. *Unde sola hac causa servos vestros filios meos Alexium presbyterum & Venantium diaconum totius Viennensis provinciæ nomine, quæ Ecclesiæ ad me pertinenti ab universis prædecessoribus vestris & ab*

PAGIUS III. *Episcopi Dardaniæ & Illyrici ad communionem Ecclesiæ Romanæ redeunt.*

A num. XVIII. ad XXXIII. Ex literis *Aviti* Episcopi Viennensis ad Hormisdam Papam datis, & a Baronio hic recitatis, liquet, Verum esse, quod superiori anno scripsimus, Hormisdam sc. eo anno sanctum *Cæsarium* Arelatensem Episcopum certum fecisse de conversione Episcoporum Dardaniæ & Illyrici: Avitus enim ait, se idem ab Hormisda accepisse litteris, quæ ad se *per Arelatensis Ecclesiæ Clericos pervenerunt;* in quibus inquit Avitus, *nos sicut per conversionem Provinciarum, id est, Dardaniæ, Illyrici, vel Thraciæ ad communionem gaudii provocatis, sic admonitione cautissima, ne quid per ignorantiam prævenire possit, instruitis.* Hormisda literis *XV. Kalend. Martias, Agapito Cos.* anno sequenti datis, & a Baronio n. XXIV. & seqq. relatis, hæc etiam Avito significat: *Dardania & Illyricus vicina Pannoniæ a nobis quod jam fecimus, ubi necessarium fuit ut sibi Episcopi ordinarentur, expetiit; in tantum se a communione prædictorum separare gaudentes, ut remedia quærerent, dummodo communi-*

De Legatione missa Romam ab Episcopis Provinciæ Viennensis.

*& ab Apostolica sede commissa est, cum præsentis famulatus pagina destinavi: per quos oraculo beatissimæ responsionis agnoscam, utrum fervor schismatum præfatorum, qui intra Constantinopolitanam urbem vitio perniciosæ obstinationis exarserat, cuique (quod magis dolendum est) Alexandrinam vel Antiochenam Ecclesias dicitis illigatas, vobis Christo favente dicentibus digna fuerit correctione restinctus: aut si reversa legatio in paginis evidentibus, quod simplex legeretur exhibuit; an forte nuncio magis retulit, unde vobis ad * hoc qualiscumque suspicio reservetur.*

* de hoc.

XXIII. Græcorum falsa jactatio.

Veremur enim, ne Pontificale judicium, dum non indicat prospera, sensisset adversa. His adiicitur, quod diversorum fida relatione comperimus de reconciliatione vel concordia Ecclesiæ Romanæ jactare se Græciam: quod sicut amplectendum, si veraciter dicitur, ita merendum est ne callide simuletur. Quæsumus ergo servitio meo juncto, ut quid filiis vestris, fratribus meis, id est, Gallicanis, si consular, respondere debeam, instruatis. Quia jam securus non dicam de Viennensi, sed totius Galliæ devotione pollicear, omnes super statu fidei vestram captare sententiam. Orate, ut sic nos prædictorum fucata professio non fallat, sicut ab unitate, quam regitis, veritas comperta non separat. Accepta tertio Kalendas Februarii, Agapito V. C. Consule, per Alexium presbyterum & Venantium diaconum. Cum igitur ejusmodi legatio ab Episcopis provinciæ Viennensis per Avitum Metropolitanum directa Romam ad Hormisdam Pontificem pervenisset, eamque (ut par erat) idem honorifice accepisset: confestim ea animi suspensione liberare satagens Episcopos Gallicanos, simulque abolere quæ Græcia mendax falsa fama sparsisset, ista ad eumdem sanctum Avitum Viennensem Episcopum Hormisda rescripsit his verbis:

XXIV. *Hormisda Episcopus, Avito Episcopo & universis Episcopis provinciæ Viennensis, vel sub tua diœcesi consistentibus.*

Hormis. Pap. epist. ad Episc. Viennens.

Qui de his quæ ad disciplinam Catholicam pertinent, maxime sciens, instrui cupit, quid studii circa mandata divina habeat, evidenter ostendit. Non enim potest esse hujusmodi cura, nisi ubi fides fuerit infucata. Atque ideo exultamus in Domino de sinceritate propositi tui dilectissime frater, dum te secundum directas per Alexium presbyterum atque Venantium diaconum litteras intuemur & de impiis transgressoribus Eutychete atque Nestorio sedis Apostolicæ constituta recolere; & si quid adversus eos admonitio nostra promoverit, per quos Orientales Ecclesiæ confunduntur, inquirere. Digna plane sollicitudo Fidelibus, ut de miserorum lapsibus ingemiscant, & ipsi ne aliena polluantur contagione pervideant. Sed ne nos quidem hoc supersedisse credatis, ut ad notitiam vestram, si quid actum fuisset, competens perferret instructio. Verum breviter silentium nostrum, quod dilectio mordet vestra, purgamus. Nam quod non sæpius nostra admonitio vos frequentet, de conscientia vestra confidimus & fidei stabilitate. Solicitudo impendenda fortasse sit dubiis; satis est, vitanda indicasse perfectis.

Legationis vero nostræ, quam semel, non secundo, sicut scribitis, misimus, si votivus contigisset eventus, alacres illico fueramus desiderata partituri: scientes hoc rationi, hoc nostro proposito convenire, ut quos participes solicitudinis fecimus, cum his de integritate unitatis gaudia jungeremus. Sed quantum ad Græcos, ore potius proferuntur pacis vota quam pectore, & loquuntur magis justa quam faciunt: verbis velle se jactant, quod operibus nolle declarant: quæ fugiunt, professione diligunt; & quæ damnaverint, hæc sequuntur. Nam unde est, quod cum per Ennodium fratrem & Coepiscopum nostrum sacerdotales viros ad confirmanda ea, quæ sedes Apostolica poposcerat directuros se esse promisissent, multa quoque, quæ ad correctionem pravitatis suæ a nobis quæsita fuerant, pollicentes; non solum religiosos viros penes quos causæ illius plena posset esse instructio, secundum constituta propria non miserunt; verum etiam, quasi res parva gereretur, laicos & alienos ab Ecclesiastico corpore destinantes, non se studuerunt de cœno, quo immersi tenentur, evolvere: verum etiam Catholicæ fidei claritatem fulgentem, sua (quod absit) se posse crediderunt obscuritate fuscare? XXV. De missa legatione unica in Orientem, & Græcorum fallaciis.

Hæc fuit nostri causa silentii, quam vos quoque, spirituali vobis prudentia revelante, vidistis. Quid enim de hac causa poteram directis litteris indicare, quam in statu suo videbam duriter & pertinaciter custodire perfidiam? Novi exitus solicite diligentiam relationis inquirunt. Qui de rebus cognitis nihil indicat, abunde in statu suo manere priora declarat. Quapropter, dilectissime frater, & vos præsentibus hortamur alloquiis, & per vos quoque, quia occasio data est, alios per Gallias, quos fides eadem nobiscum complectitur, admonemus: promissam & amabilem Deo servate constantiam; & tran- XXVI.

Admonet Hormisda Episcopos Gallicanos.

PAGIUS *munione cum transgressoribus nihil haberent. Epiri Metropolitanus, hoc est, Nicopolitanus Episcopus cum Synodo sua nuper segregatus ab impiis ad Apostolicam communionem, deprompta qua fie-ret professione, se contulit.* Ex quibus, quæ mox dicemus de Episcopo Thessalonicensi, lucem accipient.

Ba-

transgressorum societate declinata, constantiam vestram uni viro virginem castam (sicut spopondistis) exhibete Christo: & cavete, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita sensus aliquorum corrumpantur a simplicitate & castitate, quæ est in Christo Jesu. Perniciosa sunt blandimenta nocentium: atque ideo vigilare vos convenit, quia adversarius salutis humanæ tamquam leo rugiens circuit quærens quem devoret: cui resistite fortes in fide: Quia hoc speciale habent patris sui de cœli arce dejecti, qui vestigia ejus sequuntur & diligunt, ut illa veritatis luce privati, & alios gaudeant sua obscuritate fuscari; & cum perversitatis suæ pœnas luituros esse se sciant, exultent, si miseros cum sua damnatione conjungant.

XXVII. De complurib. Ecclesiis Orientis ad communionem Sed. Ap. reversis. *Nam unde est, quod, cum pro magna parte a conterminis suis Thracibus, Dardanis, Illyricis, cognita eorum perversitate deserantur, procul positos ignorantiæ spe, fraudibus & variis artibus nituntur allicere; nisi ut lucem, quam ipsi non habent, in aliis quoque impia cogitatione commaculent? Ut autem quæ sint partium earum studia possitis agnoscere: plures Thracum, licet persequentium incursibus atterantur, in nostra tamen communione persistunt, scientes fieri fidem per adversa clariorem. Dardania & Illyricus vicina Pannoniæ, a nobis, quod jam fecimus, ubi necessarium fuit, ut sibi Episcopi ordinarentur, expetiit: in tantum se a communione prædictorum separare gaudentes, ut remedia quærerent, dummodo commune cum transgressoribus nihil haberent. Epiri Metropolitanus, hoc est, Nicopolitanus Episcopus cum Synodo sua nuper segregatus ab impiis, ad Apostolicam communionem, deprompta quæ fieret professione, se contulit. Quæ ideo scriptis destinavimus inferenda præsentibus, ut sicut sortem nos convenit dolere pereuntium, ita lætemur pariter de salute remeantium; & ut Fideles constituti ab eis longius instruantur, qua virus eorum solicitudine debeat effugi, quos & a suis videant tam justa detestatione vitari.*

Et nos quidem dispensationis nostræ memores, necesse est eos repetitæ legationis officio convenire: quo affectu salvationis suæ, si respectu Dei, si rationis intuitu non moventur; saltem pulsantibus importune & pertinaciter acquiescant: & aut ad rectam viam, declinatis erroribus, revertantur, aut propter impœnitens cor ab omnibus inexcusabiles judicentur, qui & moniti toties in perfidiæ obstinatione persistunt. Vos orate, & nobiscum ad Deum preces & vota conjungite, ut per opem misericordiæ ejus nostra actio laborans pro Catholicæ fidei stabilitate promoveat immaculatos vos & integros ab omni transgressorum societate servantes; ut aut cum correctis sensus & corda jungamus, aut ab eorum venenis intacti esse mereamur. Nam qui (sicut vos quoque conscientiam vestram non latere testamini) novimus Eutychetem atque Nestorium Apostolicæ, id est, Catholicæ sententiæ auctoritate damnatos; quemadmodum salvi esse poterimus, si eorum sectatoribus ac posteris qualibet parte communionis hæreamus, cum Belial cum Christo nostro portionem habere non possit? Instructionis autem vestræ interesse credimus, ut ea quæ apud nos a Nicopolitanis vel Dardanis acta sunt, vel quo in communionem ordine sunt recepti, vobis nota faceremus ipsarum lectione chartarum. Data XV. Kal. Martias, Agapito Consule. XXVIII. Aliam decernit legationem Hormisda Papa.

Hactenus Hormisdæ epistola: quæ quidem etsi anni sequentis mense Februarii ad Avitum Episcopum reddita esse appareat; tamen ne unius legationis actio, hac intercisa, reddi possit obscura, hic eam voluimus posuisse. Quod vero in eadem epi-

PAGIUS IV. *S. Avitus Episc. Viennensis floret.* Baronius num. XXIX. scribit post hunc annum memoriam Sancti *Aviti* sibi non occurrisse. Interfuit tamen Concilio Epaunensi anno sequenti in Regno Burgundionum celebrato, ut patet ex ejus subscriptione, literisque ejus ad *Quintianum* Episcopum datis in quibus ait: *Cunctos simul poscimus Fratres, ut Deo favente octavo Idum Septembrium in Parochia Eponensi adesse dignemini: qui locus, omnium fatigatione perpensa, conventui satis opportunus inventus est.* Quare certum est *Avitum* anno sequenti adhuc in vivis fuisse. [1] Cumvero eo anno *Quintianus* Arvernorum Episcopus fuerit, ideoque Regibus Francorum, non vero Burgundionum subditus, existimat Sirmondus in Notis ad eam Epistolam, ejus inscriptionem videri

NOTÆ [1] SI in re obscura aliquid conjecturæ dare liceat; suspicor Avitum paulo post Epaonensem Synodum anni 517. cui subscripsit, fatis concessisse. Nam in Epaonensi Concilio Stephanus incœstarum nuptiarum reus anathemate inustus fuit, uti non inaniter suspicari licet ex iis quæ sequenti anno 517. ad num. 10. commentabimur. Ea de re furentis Sigismundi periculum declinaturi Avitus & Apollinaris ejus frater, de quo nos in eadem Nota, in locum diœcesis Lugdunensis secesserunt. Sed non diu post Sigismundus jussit Episcopos redire ad propria, atque interim ipse lato edicto rigorem sententiæ a Synodo in Stephanum latæ temperavit. Has Regis literas Episcopi Concilio Lugduni celebrato admiserunt probaruntque. Inter subscriptiones hujus Concilii Aviti nomen non legitur; ex quo forte inferas Sanctum illum Episcopum jam decessisse. MANSI

epistola mentio habeatur causæ Dardanorum & Epirotarum Antistitum; extant eorum litteræ, quibus res gestæ dilucide satis significantur. Sed antequam prolixiorem narrationem ingrediamur, jam ipsi sancto Avito celebris nominis Episcopo Viennensi, nusquam locorum nobis posthac amplius occursuro, digne (ut par est) postrema solvamus.

XXIX. Ipsum quidem honestissima senectute perfunctum, haud diutius post hæc tempora fuisse superstitem, facile possumus intelligere. Extat autem ad ejus sepulcrum antiquitus inditum epitaphium, (a) quod ut tanto viro dignum elogium hic voluimus descriptum relinquere, cum vitæ ipsius perbrevem contineat anacephaleosin:

(a) Habetur t.7. Bibl. sanct. vet. edit.

De Alcino Avito epithaphium.

Quisquis mæstificum cumuli dum cernis honorem,
Cæspite concludit totum deflebis Avitum:
Exue sollicitus tristi de pectore curas,
Nam quem plena fides, celsæ quem gloria mentis,
Quem pietas, quem larga manus, quem fama perennat,
Nil socium cum morte tenet. Quin prospice sancti
Gesta viri: Primum florescens, indole quanta
Spreverit antiquos demisso stemmate fasces,
Maturum teneris animum dum præstat in annis,
Et licitum mundi voti virtute relegat.
Nec mora: Pontificis sic digna insignia sumit,
Augeat ut soliti felicia cœpta laboris.
Nec tamen ob summi culmen tumefactus honoris
Erigitur, seq. ipse aliis plus æstimat. Immo
Subiicitur magnus: servat mediocria summus:
Distribuit parcus: pascit jejunus: amando
Terret, & austeriis indulgentissima miscet:
Cunctantes suasu juvit, solamine mæstos:
Jurgia dissolvit: certantes fœdere junxit.
Dissona viridicam inficiunt quæ dogmata legem,
Hortatu, ingenio, monitis, meritisque subegit.
Unus in arce fuit, quo quolibet ordine fandi
Orator nullus similis, nullusque poeta;
Clamant quod sparsi per crebra volumina libri.
Qui vixit, vivit, perque omnia sæcula vivet.

Hactenus epitaphium sanctissimo atque doctissimo viro dignum; quæ autem in codice post subduntur, eum sepultum esse in monasterio divorum Petri & Pauli recens addita constat: non enim est ea Divorum nomenclatura antiquorum: nec verum anno Domini quingentesimo diem clausisse extremum, quem constat sub hoc Consulatu Petri, anno quingentesimo decimosexto, epistolam scripsisse (ut vidimus) ad Hormisdam Romanum Pontificem. Sed accipe quo eum Ecclesia Catholica ornat titulo quibuslibet triumphalibus ornamentis præclariore, dum Nonis Februarii ejus natalem diem repetere consuevit, hæc publico præconio voce lectoris intonans: *Viennæ beati Aviti Episcopi & confessoris, cujus fide & industria atque mirabili doctrina ab infestatione Arianæ hæresis Galliæ defensæ sunt.*

Cæterum ne Avitorum confusione alius pro alio ab aliquo inconsulte accipiatur: ut prætermittamus modo dicere de illo itidem Avito creato Imperatore: fuit alius pernecessarius Sidonii Episcopi & æqualis, ejusdemque (ut ipse ad eum scribens ait (b) matrum consanguinitate propinquus. Sed & hoc sæculo sub Childerico Rege claruit Avitus sanctitate non impar Episcopus Arvernorum, de quo suo loco dicendum. Insuper Avitum presbyterum Aurelianense in his temporibus floruisse, Ado testatur in Chronico. Prætermittimus dicere de Avitis Hispanis, de quibus suo loco mentio facta est. XXX.

(b) Sid. l.3. ep.1.

Quod autem ad Aviti eruditionem, de quo agimus, pertinet; inter præclaros rhetores nominatur a Sidonio Apollinari (c) in epistola ad Lupum. Isidorus (d) de eo agens, certe quidem haud eum ipse compertum habere potuit, cum ipsum sæcularium litterarum peritia eruditum tantummodo prædicet, & metro dumtaxat conscripta ab eo opuscula memoret; reliquorum autem scriptorum ejus nec nomina noverit, quorum meminit Gregorius Turonensis (e) qui res & lucubrationes Aviti magis exploratas habuit. Cæterum nemo est disertorum viro- XXXI.

(c) Sid. l.8.ep.11.

(d) Isidor. de Vir. illust. c.23.

(e) Greg. Turon. hist. lib.3. c.34.

S. Aviti scripta.

PAGIUS ri falsam. Sed verosimilius est, *Quintianum* illum diversum fuisse a Sancto *Quintiano* Arvernorum Episcopo. Henschenius ad diem V. mensis Februarii, S. Aviti Vitam recitat; sed cum tardius scripta fuerit, non magna ei fides adhiberi potest. Auctor enim Anonymus, qui eam edidit, ait, *Avitum* vehementissime doluisse quod *Sigismundus* Burgundiæ Rex captus fuisset a Francis & occisus; quo pacto Avitus pervenerit ad annum DXXIV. quo hæc contigere; & tamen ipsemet scribit eum *Anastasio adhuc Principe* vita functum esse; ideoque ante annum DXVIII. quo Anastasius periit. Quare ex ea Vita nihil certi colligi potest.

A num.

rorum, qui nesciat eumdem sanctum Avitum adversus Faustum Regiensem Episcopum simulantem damnare Pelagium corroborantem vero ipsam Pelagianam perfidiam, commentarios doctissimos edidisse, quorum præter Gregorium Ado (a) ejusdem Viennensis Ecclesiæ Episcopus meminit: sed eorum jacturam ob injuriam temporum quisque jure poterit deplorare: nonnisi enim Theologi consummatissimi potuit esse laboris, cujus obstetricante (b) manu, eductus est coluber tortuosus. Porro ipso Alcimo Avito defuncto, in locum ejus nobili Ecclesiæ Viennensi subrogatus est Julianus. At de S. Avito hactenus.

(a) Ado in Chro. ante ann. 519.

(b) Job. 26.

XXXII. Jam vero antequam de Thracum, Dardanorum, & Epirotarum Episcoporum ab Orientalibus defectione, & conversione ad Romanam Ecclesiam (quorum superius mentio facta est) ex litteris ultro citroque quæ extant, hoc anno datis, agamus, hic quæ sunt reliqua de Vitaliani studiis irritis redditis videamus.

XXXIII. Cum igitur ea, quam vidimus, subdola arte Anastasius Imperator conciliatum sibi populum sensisset, jamque eam ob causam vires Vitaliani debilitatas esse; dispositis sensim rebus & in tuto penitus collocatis, evestigio exuit eum militari omnium nobilissima Præfectura, atque ejus loco Ruffinum Magistrum militum creat: ut eo pacto militiæ robur suo ipsius penderet arbitrio Imperatoris. Id quidem ab ipso Anastasio hoc anno sub Consulatu Petri factum, testatur in Chronico Marcellinus. Ad vitam vero tranquilliorem Vitalianum secessisse, Nicephorus (c) habet, dum res ejusdem Vitaliani perbreviter narrat.

(c) Niceph. l. 16. c. 38.

XXXIV. Sed cur (dicet aliquis) Vitaliano pro Catholica fide erigenti vexillum adversus omnium hominum deterrimum atque maxime impium Anastasium Deus non affuit, magis autem favisse visus sit Anastasio, populi gratiam illi concilians? Etsi ista roganti, atque curiose scrutanti judicia Dei, quæ (d) sunt abyssus multa, illud satis sit respondisse, quod est apud Isaiam; (e) *Quis audivit Spiritum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit, & ostendit illi?* Et quod est apud Job (f): *Quis Deo dicere potest: Cur ita facis?* Verumtamen quod judicia (g) Domini sint pondus & statera, & omnes viæ ejus judicia, eademque vera & justificata in semetipsa: unde justo Dei judicio factum sit, ut conatus Vitaliani omnes defecerint, Anastasii autem invaluerint, aliqua ex parte conjicere posse datur, cum per rimulas quasdam quid intus lateret in ejus animo perspexerimus. Cor enim ipsius non erat rectum cum Deo, nec fidelis inventus est in testamento ejus. Etenim honestissimo fidei Catholicæ tuendæ prætextu obtexisse visus est immensam qua flagrabat imperandi cupiditatem, ea studens arte Orthodoxos omnes sibi jungere, & ad invadendum abripiendumque Imperium aditum præparare; ut per eos Anastasio e regno deposito, ab eisdem ipse subrogaretur Augustus.

(d) Ps. 35.

(e) Isai. 40.

(f) Job. 9.

(g) Prov. 16.

XXXV. Ut autem ista de eo conjiciamus, illud summopere persuadet, quod tandem aliquando detectus, & ipse inventus est minus habens, nempe favere hæreticis Eutychianis, atque de fide haud sincere sentire. Horum enim fidem haud dubiam fecere legati Apostolicæ sedis ab Hormisda Papa Constantinopolim missi tempore Justini Imperatoris Anastasii successoris: hi enim ad Hormisdam ista de Vitaliano scripserunt (b), cum agunt de Scythiæ monachis præseferentibus faciem Orthodoxorum, cum re vera hæretici essent Eutychiani; *Vitaliano magnifico viro subrepserunt, ut & talia vindicaret pro talibus rebus, & contra nos quæcumque potuit impedimenta afferret: cujus immutationem omnis nobiscum deflet Ecclesia.* Hæc ex legatorum suggestione, cujus est exordium: *Cum Dei misericordia, &c.* Vides igitur hominem, qui modo visus est patrocinium suscepisse Catholicæ fidei, postea detectum esse defensorem occultorum hæreticorum contra Romanam Ecclesiam. Unde intelligas cur Deus haud annuerit votis ejus, nec per hominem fictum voluerit Ecclesiam reparari, quod scilicet duplex iniquitas sit mentita sanctitas: unde Anastasio potius visus sit propitius ad tempus esse; cum tamen in ipsum quoque iræ suæ vasa tandem effuderit. At utinam antiquitas tantum nosset tragœdias istas, & non sæculum quoque nostrum ejuscemodi abundare exemplis.

(b) Apud Hormis. ep. extat t. 1. ep. Rom. Pont.

XXXVI. Sed ad Anastasium Imperatorem redeamus, de cujus perperam factis Nicephorus (i) ita subiicit: *Laurentium præterea Lignidensem *, Alcysonem * Nicopolitanum, Gajanum Naysitarum, & Evangelum Paulitaliensem Catholicos Illyrici sacerdotes suis Anastasius præsentari jussit obtutibus: Alcyson & Gajanus Episcopi apud Byzantium vita defuncti sunt.* Porro Alcyson iste, ad quem scriptam epi-

(i) Niceph. l. 16. c. 38.

* Licidensem.

* Alcysum

Anastasius tectam diutius fraudem aperit.

PAGIUS V. A num. XXXIII. ad XXXVI. *Anastasius* Conciliato sibi populo *Vitalianum* in ordinem redegit, eique successorem Rufinum dedit, ac palam fidem suam de legitima indicenda Synodo fefellit, ut ex parte narrat Marcellinus in Chronico ad Petri Consulatum, ad hunc sc. Christi annum. *Vitalianum* in defendendo Concilio Chalcedonensi adversus Anastasium Imp. magnam gloriam consecutum esse fatetur Baronius; sed quod subdit, eum postea Monachos Scythas defendendo illam gloriam obscurasse, eosque Eutychianos fuisse, id sine ullo teste tradit, & infra videbimus, Monachos illos non solum Eutychianis non adhæsisse, sed etiam ejus-

Vitalianus in ordinem ab Anastasio Imp. redigitur.

pistolam a monachis Palæstinæ, ab Evagrio suæ intextam historiæ, suo loco superius recitavimus, insignis erat nominis Orthodoxus.

XXXVII. Addit his Marcellinus, eumdem Anastasium Imperatorem ob metum Illyriciani militis Orthodoxi tumultuantis, extemplo reverti mandasse ad suas Ecclesias Domnionem & Evangelum Episcopos, retento apud se Laurentio insignis nominis Catholico sacerdote, quamtumlibet exilii sententia damnatus ab eo esset: qui Constantinopoli diuturno pedum morbo laborans, tandem post septennium divina ope curatus, in patriam remeavit. Hæc Marcellinus hoc anno. Quod autem ad Laurentium spectat; hunc illum esse memineris, ad quem extant recitatæ superius litteræ Gelasii Papæ. His vero subiicimus quæ Cedrenus sub anno superiore recenset, sed in hunc referenda, cum liberius fineret Anastasius suos in Orthodoxos affectus absque timoris obice progredi: ait enim (a).

(a) *Cedren. Annal. sub anno 25. Anast. Imp.*

XXXVIII. *De Orthodoxo Episcopo, qui libere redarguit Anast. Imp.*

Impurus Anastasius Episcopum quemdam Oeniadum audiens disertum admodum esse, & qui ora omnibus de passo Deo assertoribus obturaret; eum ad se evocatum hortatus est, ut ad suam factionem desciscerer, pollicens eum, quicquid petiisset, illico accepturum. Cui Episcopus: Tu, inquit, potius ad Orthodoxos transi; ne dum opinionem impiorum hominum Severi, Eutychetis, & Dioscori amplecteris, æterno igni addicaris. Simulque apprehendens Imperatoris chlamydem: Hæc, ait, vestis nequaquam te post mortem sequetur, o Imperator, sed sola comitabitur te pietas ac virtutum habitus. Desine persequi Ecclesiam, quam Christus suo redemit sanguine. Indoctus es & ratiocinandi ignarus, neque ullum Ecclesiæ decretum perfecte intelligis: Tantum imposturis & scurrilibus calumniis fatuos tenes. Satis sit tibi dignitatis, quod Imperator es: Antistites Ecclesiæ vexare noli. Ad hæc Imperator rubore suffusus obmutuit. Pauperrimus autem cum esset ille Episcopus, nec obulum quidem ab Imperatore voluit accipere: adeo liber erat, ut solius in Deum fidei ac pietatis rationem habens. Hactenus auctor.

At non ita restitit Imperatori Dorotheus Thessalonicensis Episcopus, cujus anno superiori recitavimus litteras ad Hormisdam Pontificem; de quo ista Anastasius Bibliothecarius in Chronico habet: *Sane Thessalonicensi Episcopo communicante ob metum Imperatoris Anastasii Timotheo Constantinopolitano Episcopo, qui Concilium Chalcedonense anathematizaverat, quadraginta Episcopi Illyrici & Græciæ convenientes in unum propter professionem in scriptis factam a proprio Metropolitano, discesserunt ab eo; & Romam mittentes, Romano communicare, in scriptis professi sunt.* Hæc Anastasius in Chronico: sed perperam sub Anastasio Papa collocata sunt tomo primo Conciliorum, & relata a Gratiano, (b) quod postea est emendatum; ubi & ponitur intrusio Dioscori Junioris, quam superstite adhuc Anastasio Imperatore hoc anno contigisse liquet, de qua idem Anastasius Bibliothecarius paulo post tractat. XXXIX.

Dorotheus Episc. Thessalon. deficit ad hæreticos.

(b) *16. q. 7. c. sane Thessalonic.*

Hoc namque anno Joannes cognomento Machiota hæreticus Episcopus Alexandrinus, cum in sede explesset annos decem, & undecimum attigisset, vita functus est, ut tum ex ipso Anastasio, tum ex Nicephori Chronico colligitur. Quomodo autem præter consuetudinem Ecclesiæ Alexandrinæ, qua ejus Episcopus non alibi quam Alexandriæ, nec ab aliis quam ab Ægypti Episcopis & clero ejus Ecclesiæ ordinari consuevisse, contestati sunt sæpe Episcopi Ægypti in Concilio Chalcedonensi, favore tamen Imperatoris Dioscorus Junior eam invasit Ecclesiam, idem Anastasius Bibliothecarius ita narrat: *Cum Dioscorus manus im-* XL.

Dioscorus Junior Episcopus Alexandrinus.

PAGIUS VI. *Multi Concilium Chalcedonense adversus Severum defendunt.*

jusdem hæresis strenuos Expugnatores extitisse.

A num. XXXIX. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DVIII. qui Kalend. Septemb. superioris Christi inchoatur, ait: *Monachi deserta Palæstinæ loca inhabitantes Divino fervore accensi quatuor fidei scriptas ediderunt obtestationes; quarum duas quidem ad Imperatorem, ad Provinciæ Præfectos unam, & alteram ad Hierosolymorum Episcopum miserunt, palam professi, a Sancta Chalcedonensi Synodo nullatenus se discessuros, neque cum impio Severo communionem habituros, quandoquidem, vel ipsi Sacris locis incendio consumtis mortem subire parati forent. Episcopo vero Thessalonicensi* (Dorotheo sc.) *ob Imperatoris metum cum Timotheo Constantinopol. Episcopo communionem tenente, quadraginta Illyrici Græciæque Episcopi una convenientes, Tabulis etiam testibus professi sunt, ab eo velut Metropolita se discedere, missisque Romam Tabulis Romani Pontificis communionem observare polliciti sunt. Theodorus Historicus Thessalonicæ Episcopum appellat Patriarcham. Sed nulla prorsus ratione, nec cur ita scripserit, satis ipse novit.*

VII. *Dioscorus Junior succedit Joanni Nicæotæ in Sedem Alexandrinam.*

Ad num. XL. & seq. Joannes *Nicæota*, quem errore, qui in Breviarium Liberati irrepsit, Baronius *Machiotam* vocat anno sequenti morte sua Alexandrinam Ecclesiam vacuam reliquit, ut habet Tununensis in Chronico & Theophanes, qui mortem illam confert in annum Incarnat. secundum Alex. DIX. qui Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoatur. Præterea auctor Historiæ Patriarcharum Coptitarum ait eum sedisse *annos XXI. & dies XXIII.* & defunctum esse *vigesima septima Bescinas die Lunæ*, seu die vicesima secunda mensis Maii, qui anno sequenti in feriam secundam incidebat; sed loco annorum XXI. reponendi anni XI. quot etiam Joanni Nicæotæ attribuunt Nicephorus in Chronico, & Theophanes in Tabulis. Se-

impositionem accepisset, defuncto Joanne Episcopo Alexandrino hæretico (hic Dioscorus fuit consobrinus Eluri Timothei) recessere a Dioscoro multitudines rusticorum, dicentes, quod nisi secundum quod sanctorum Apostolorum continent canones fiat, non recipiatur Episcopus: Principes enim inthronizaverant eum, Dioscorus autem venit ad S. Marcum: & venientes clerici, induere eum secundo, & iterum consecravere: & ita veniens ad S. Joannem perfecit Collectam.*

* populorum.

XLI. *Cum autem esset illic Theodosius filius Calliopii Augustalis, & Acacius Magister militum; turbæ turbatæ cœperunt injuriis afficere Augustales. Cum ergo jurgium motum fuisset; insilientes quidam, a sede deposuerunt filium Augustalis, & interemere eum. At vero Acacius Magister militum, quotquot capere potuit, interfecit. Et audiens Imperator, iratus est adversus eos. Porro Dioscorus interveniens mitigavit eum.* Hæc Anastasius de Juniore Dioscoro.

XLII. Miserandus status Orientalis Ecclesiæ.

Sed intuere, lector, horum temporum omnium miserrimum Orientalis Ecclesiæ statum. Ubique luctus atque dissidia, non solum adversus Orthodoxos confligentibus hæreticis, sed & ipsis inter se pugnantibus impiis, excitante Alexandriæ turbas novo Dioscoro, Antiochiæ nefando Severo, Constantinopoli impio Timotheo Imperatoris viribus præpotente: Orthodoxis etiam inter se mutuo confligentibus, sectantibus aliis communionem Acacii, aliis aversantibus, & Romanæ Ecclesiæ de eo sententiam comprobantibus, ut fecere complures Thraces, necnon Episcopi Epiri, atque Illyrici, adversus quos non hæretici solum (ut diximus) sed & qui profitebantur Catholicam fidem conciti insurrexerunt; prout etiam quæ sequuntur, manifestius declarabunt.

XLIII. De electione Joannis Metropolitani Epiri.

Hoc namque anno sub Petri Consulatu, mortuo Alcysone Episcopo Nicopolitano, subrogatus est Joannes: qui statim, more majorum, coacta Synodo Episcoporum Epiri Veteris, cujus ipse erat Metropolitanus creatus Antistes, communionem Apostolicæ sedis amplexurus, fidei suæ libellum illico ad Hormisdam Papam misit, probans sancta quatuor generalia Concilia, damnansque omnes hæreticos, & Acacium in primis eorum socium. Quo facto irritatus Dorotheus Episcopus Thessalonicensis, multas Joanni injurias intulit, quod non expectatis aliis Orientis Episcopis, ipse sedis Apostolicæ communionem consequi anticipasset. Qualis autem Joannes iste fuerit, quantaque ejus pietas: contra vero quæ studia prævaricatoris Episcopi Dorothei; demum autem quæ Hormisdæ Papæ in his componendis controversiis fuerit solicitudo, descriptæ inferius ultro citroque datæ epistolæ ex iisdem quibus supra petitæ codicibus significabunt. Ac primo loco, rerum gestarum ordine servato, describenda est ejusdem Joannis recens Episcopi ordinati data de sua ordinatione epistola ad Hormisdam Romanum Pontificem, cui ejusmodi inscriptio præfixa habetur (a):

(a) Extat inter Hormisdæ ep. t. 1. epist. Rom. Pont.

Relatio Joannis Episcopi Nicopolitani, per Ruffinum diaconum ejusdem.

XLIV. Epistola Joannis ad Hormisdam Papam.

Domino meo per cuncta sanctissimo & beatissimo Patri Patrum, comministro, ac Principi Episcoporum Hormisdæ, Joannes in Domino salutem.

*Cura mihi extitit semper, nihil amplius quærere, nisi agere propriam & familiarem conversationem vacuam solicitudinis & anxietatis mundanæ. Sed quia Dei judicia abyssus multa est, sicut & vestram cognosco docere beatitudinem; Patre nostro quondam atque Archiepiscopo Alcysone a Christo ad supernas mansiones evocato, ea ratione quia ipse cognoscit qui est possibilium * Dominus, me sancta Synodus bonorum actuum, ac clerus in pastorum transtulit sortem. Ego autem cuncta referens Deo, qui balbutientium linguas liberas facit, decenter ad vestras orationes concurro; ut juxta consuetudinem Apostolicæ sedis vestræ, quæ cunctarum Ecclesiarum curam habet, & Nicopolitanorum habere dignemini secundum antiquam spiritualem dispositionem vestram. Petenti etenim mihi dari spiritum ad apertionem oris, sicut docuit Apostolus (b), atque ipse etiam Dominus præcepit, mecum petite horum datorem; & cum quærente pariter quærite, & pulsantem spirituali manu vestra suscipite. Hoc enim vobis facientibus potero, sanctissime, & accipere, & invenire, & aperiente Christo, recte * per verbum veritatis incedere.*

* omnipotens.

(b) Ephes. 6.

* recta.

XLV. *Quoniam vero quidam dissimulantes nobiscum credere, atque sectari sanctas Synodos, quæ Nicææ, Constantinopoli, atque Ephesi congregatæ sunt, in quibus * principes extiterunt sanctissimæ memoriæ Episcopi Cælestinus Apostolicæ sedis vestræ, & Cyrillus Alexandrinæ; insuper etiam quæ Chalcedone adversus Eutychetem congregata est, quæ omnes prædictas veritates Orthodoxa in se ratione firmavit*

* qua.

Professio rectæ fidei.

PAGIUS Sedem Alexandrinam inierat iste hæreticus anno Christi DV. quo XXIX. die mensis Aprilis *Joannes Mela* vivere desiit, uti habet idem Anonymus. Quare emendatio nostra certa. Hoc hæretico vita functo *Dioscorus minor Timothei Æluri nepos Alexandrinus Præsul est institutus*, inquit Theophanes citatus.

vit; tamen audent nos impugnare, tamquam vinculum concordiæ sine ratione vitantes. Votum autem mihi est, vestram sequi doctrinam, sicut inter sanctos prædecessor meus Alcyson extiterat. Et anathematizo Dioscorum, ac Timotheum appellatione Elurum, & Petrum eorum successorem, & Petri communione cum his permixtum Acacium, & Petrum, qui Antiochenam perturbavit Ecclesiam: sequens in omnibus Synodicas & Apostolicas epistolas scriptas a vero Præsule Romanæ Ecclesiæ Leone.

XLVI. *Rogo autem, plenius atque perfectius quæ servari oportet, commonete; & a quibus abstinere debeam, vestris custodibus litteris intimate: Ut si fortassis adhuc inexercitatus ordini deputor lectionum, seu dixi, seu egi Apostolicis vestris doctrinis incongruum, vestris imbutus sermonibus possim hæreticorum obsistere machinis. Hoc enim facientes, sanctissime, firmiores nostræ Sanctæ Synodi invenietis Episcopos, & bonorum actuum clerum & populum confirmabitis, tamquam familiarem vobis reddentes sanctam Nicopolitanorum Ecclesiam. Venerabilem vero Diaconum Ruffinum ad tam necessariam causam directum, pacifice sicut decet, rogati suscipite; & fiduciam tribuentes, celerem ejus recursum ad nos præstare dignemini, portantem spiritualia atque Apostolica constituta. Cuncta sanctissime, omnem in Christo fraternitatem vestræ beatitudinis, ego, & qui mecum sunt, plurimum salutamus in Domino.* Hæc Joannes Nicopolis Archiepiscopus totius Epiri Metropolitanus, cum recens creatus, more majorum, se communicare Romanæ Ecclesiæ significavit. Ita namque consuevisse reliquos omnes facere cum ordinarentur Ecclesiarum metropolitanarum Antistites, sæpe dixisse nos contigit. Sic igitur ipse Joannes dignissimus successor Alcysonis, qui inter tot tantasque tenebras Orientis, Catholicæ communionis luce præfulsit, ejus affectatus vestigia, suo ipsius sedis exordio præstitit quod Orthodoxi Antistitis muneris esset. Quæ autem propter ejusmodi confessionem sit passus, dicemus inferius. Porro non ipse tantum, sed & Synodus provincialis ab Episcopis Epiri tunc habita, per eumdem Ruffinum diaconum ad ipsum Hormisdam Papam hæc in eamdem sententiam scripsit:

XLVII. *Synodus Veteris Epiri, Joannes Matthæus, Constantinus, Christophorus, * Hilarius, Philippus, Julianus, & Chrysippus, domino nostro per cuncta sanctissimo & beatissimo Patri Patrum, comministro ac Principi Episcoporum Hormisdæ Papæ.*

* Christodorus.

*Si dignis præmiis uti tentemus, necesse est multis fletibus horum depromptiones efficere. Plurimi namque ex nobis in regnante fuere Constantinopoli, cum vestri sanctissimi Vicarii Ennodius & Fortunatus Episcopi, Venantius, presbyter, Vitalis diaconus, & Hilarus Notarius degerent, pietatis agonem susceptum tenentes: nobiscum autem fuit, inter sanctos factus, Pater atque Archiepiscopus noster Alcyson, qui cum omni præsumptione supplicibus utens libellis, apud vestram beatitudinem dignus effectus est Apostolicæ sedi vestræ communicare nobiscum. Sed quia repente, qui cunctorum retinet potestatem, hunc ad se evocavit, nos irreprehensibili * fletu detenti, pervenimus tamen ad patriam, nullo modo errorem propter Dei gratiam sustinentes, sed ubique decreta vestra sectantes.*

Synodalis epistola ad Hormisdam Papam.

De Alcysone Episc. narratio.

* irrefrenabili.

XLVIII. De ordinatione Joannis Episcopi.

Flentibus autem nobis atque lamentantibus cum his qui nobiscum relicti sunt in paræcia comministris, quis possit de Orthodoxis recte Christi oves transigere: qui consolatur humiles, consolatus est etiam nos per vestras orationes, demonstrans metropolitanæ civitati in cunctis sanctissimum Joannem: qui a pueritia in Ecclesia sine culpa nutritus, immo laudabiliter in ea degens, ita ut neque eum in his quisquam temporibus antecellat, zelo autem circa Orthodoxa juxta Apostolicas admonitiones vestras nulli omnino cedens. Hunc ergo, Dei providentia, ordinavimus Præsulem Nicopolitanorum sanctissimæ Ecclesiæ. Et rogamus, ut juxta antiquam consuetudinem, hunc quoque complectamini paternis visceribus vestris; nobisque atque ipsi efficiamini, Dei gratia, arma inexpugnabilia commonitionibus vestris atque doctrinis: & precantibus nobis inclinetis aurem, & pietatem concordiæ reperiatis, juxta inspiratam vobis divinitus Apostolicam providentiam; ut in pace, quæ est ei amabilis cunctæ sanctissimæ Ecclesiæ cooptatæ immarcescibilem coronam nectentes, in omni pietate atque humilitate comprehendantur in Christo. Venerabilem vero diaconum Ruffinum propter hanc tam necessarium causam directum libenter, rogati respicite, & ad nos sub velocitate remittite portantem doctrinas vestras Apostolicas. Et alia manu. *Incolumis pro me ora, in Domino sanctissime ac beatissime Pater Patrum.*

Ego Joannes Episcopus rursus retuli.

Ego Matthæus Episcopus Butroti retuli.

*Ego Constantinus Episcopus Haenanopoleos * retuli.*

*Ego Christophorus * Episcopus Anciasmii retuli.*

Ego Hilarius Episcopus Fotices retuli.

Ego Philippus Episcopus Photicensis retuli.

* Hadrianopoleos.
* Christodorus.

Ego Julianus Episcopus Dodones retuli.

Ego Chrysippus Episcopus Circines retuli.

XLIX. Cum vero ejusmodi Epirotarum Episcoporum legatio Romam ad Pontificem pervenisset, ab eodem eo gratior est accepta, quo rarior ex Oriente his temporibus mitti soleret. Hanc porro acceptam Synodalem Epistolam Hormisda Papa in Ecclesia publice coram populo legi voluit: atque ad ipsum Joannem Archiepiscopum Nicopolitanum has reddidit per eumdem legatum Ruffinum Apostolicas litteras:

L. Hormisdæ Papæ ad Joannem redditæ litteræ. *Gavisi sumus in Domino valde, frater carissime, acceptis litteris tuis, in quibus te profiteris sacerdotium Dei gratia suscepisse. Hæc est fides certa, hæc spes sine ambiguitate secura, qua creditur totius bonitatis causa in superna dispensatione consistere. Cujus rei sententiam habens, frater carissime, beneficiorum, quæ a Deo nostro consecutus es, religioso animo gratiam confiteris; licet hoc quoque de eodem clementiæ fonte descendat, ut se auctori suo humana submittat humilitas. Ait enim (a): Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos? In his ergo, in quibus hujusmodi probaris, clarius elucescet aliis etiam virtutis hujus futurum exemplum: quando ad hoc etiam, Deo instituente, perductus es ut & de te Catholicorum glorietur Ecclesia.*

(a) Num. 11.

LI. *Nam sicut divinis testimoniis, eruditus & juxta Apostolorum sacrarum litterarum institutionem formatus hoc auspicium tuæ ordinationis edidisti, ut adversus deviantes cum sedis Apostolicæ sententiis convenires. Neque enim remunerari aliter tantorum beneficiorum poteras largitorem, nisi adversus inimicos ejus evidentem zelum Apostolicæ confessionis ostenderes. Notum est enim, eos extra religiosa septa consistere, qui & ipsi profitentur conscientiam fidei atque fiduciam: sed infructuosa est apud eos quamvis * cum religiosis congrua sanctæ communionis æqualitas: quia proculdubio qui ea, quam meruit, libertate non utitur, subjectum se iniquitatibus confitetur. Quid gloriemur his quas non sequimur disciplinis? Falso appellat magistrum, qui se institutionibus ejus non probat esse discipulum.*

* quævis.

LII. Adhortatio ad perseverantiam. *Sed quia nobis nunc omnia in confessione similia, & libertatis propriæ resumpsistis affectum, paternæ rursus hæreditatis cupientes esse consortes; amplectimini gratiam traditionis antiquæ, & in illius inconvulsi fundamenti stabilitate persistite, non cum temporibus corda mutantes. Inconstantis enim ista mutabilitas solet esse propositi: atque ideo bene fundatis oportet inhærere, quando hujusmodi studia clementia scit fovere divina, ut fidei vestræ firmitas vobis de aliorum salute fructificet, & fervore vestri studii aliorum quoque animus ad resumptionem bonorum suorum possit accendi: quatenus & de vobis sanctus Apostolus dixisse credatur (b): Æmulatio vestra provocavit plurimos.*

(b) 2.Cor. 9.

Ergo Nestorii & Eutychetis impietatibus juxta Synodalia constituta damnatis, sectatores quoque eorum similiter execrantes, cum exultatione dicamus (c): Exite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis, dicit Dominus. Quemadmodum enim quis malarum inventionum detestabitur principes, si non declinat sequaces? Aut quemadmodum odit originem, qui non detestatur & sobolem? In discipulis prædicatur fama docentium; & donec male jactorum seminum radix per succedentes culta floruerit, tamdiu auctorum memoria non peribit. Addatur perdito Eutycheti & Acacius discipulus sub communione Petri omniumque damnatorum mixtus errori: quos vestra dilectio litteris suis, dum fidem suam asserit, evidenter expressit. LIII.

(c) Lev. 15.

Ad instructionem vestræ fidei pleniorem, quo ordine ad communionem nostram suscipi deceat revertentes, Indiculum subter adjecimus; sperantes in Deum bonorum omnium largitorem, quod laudabili circa fidem vestræ devotionis instantia, non solum hoc eorum, qui vobis vicinitate junguntur, saluti prosit, sed eorum quoque, ad quos fidei vestræ & religiosæ voluntatis velox fama pervenerit. Ruffinum siquidem diaconum, qui nobis litteras vestras obtulit in Christi charitate suscepimus: quem Apostolorum orationibus commendantes, cum pace remittimus, hortantes litteras a nobis tam ad charitatem tuam, quam ad Synodum directas, populo relegatis: quod & nos pro fidei vestræ commendatione fecisse, cognosce. Data XVII. Kal. Decembris, Petro V. C. Consule. Intelligis, lector, moris fuisse litteras ad Romanum Pontificem datas publice in Ecclesiis legendas tradi, quoties boni alicujus nuncii indices essent. Hæc ad Joannem Epiri Archiepiscopum Hormisda: ad litteras autem Synodales per eumdem Ruffinum rescripsit, eorum commendans in Christi fide constantiam, brevique summa complectens totius causæ tractatum, utpote qui his litteris publice exponendis & alios errantes revocare satageret. Ipsæ igitur sic se habent: LIV.

Benedictus Deus Ecclesiæ suæ membra consocians: Benedictus Deus, qui maligno instigante divisos, sub eadem, qua olim LV.

Ad Synodum in Epiro habitam quæ Hormisda rescribat. *olim fuerunt, facit soliditate conjunctos. Etsi enim diu, perdicis modo vociferavit inimicus, & eos quos non genuit (sicut asserit Propheta a) collegit: tamen abyssina ambiguitate desolabitur. Neque enim oves Dominicæ sequuntur alienum (b), aut alterius vocem pastoris exaudiunt. Unde nec vos ad salutis iter rediisse miramur, cum tarditatem magis in hac reintegratione culpemus. Debemus, carissimi fratres, domesticis uti ad hanc quam quærimus stabilitatem documentis. Siquidem tunc Timotheus Chersonensis, gravis cum disceret *, gravior cum doceret: nam Dioscori sectator, & idem Petri nihilominus institutor, adversus beatæ recordationis Proterium scientiam suæ temeritatis exercuit, & totius finem crudelitatis excessit, religiosi viri cædem inter ipsa operatus altaria, vix faucibus suis ab illo pio cruore suspensis.*

(a) Hier. 17.

(b) Joan. 10.

* discederet.

LVI. Eugenius Archiepisc. Epiri commendatur. *Tunc excitata universalis Ecclesia in odium parricidæ, ductorem facinoris tanti non solum communione, verum etiam ipso quoque Christiano nomine spoliavit; & omnium mentes nova quadam admiratione stupuerunt tantæ præsumptionis audaciam. Tunc beatus Eugenius parœciæ vestræ obtinens principatum, cum subjecta sibi sancta Synodo zelum quemdam, quali fide esset, Deo commendatus, ostendit. Cujus rei memoriam non solum non potest tempus abscondere, verum etiam de die in diem magna apud Orthodoxos fama multiplicat. Horum studia sic probata negligere, & sententias non amare, idem est in ipsa Domini confessione delinquere. Et nobis quidem nunc post professionem & litteras vestras, omnia fidei dogmata, Deo suos conjungente, similia, orandum est, ut in ea voluntas vestra, qua nostros animos relevavit, confessione permaneat.*

LVII. *Sed opus est citra respectum timoris eorum insectari rabiem, qui fide diversa nituntur. Quanto enim infidelium error exæstuat, tanto magis se, si resistat, securitas nostra commendat. Neque enim hæc sunt per patientiam negligenda, quando malum hoc vitio pravæ consuetudinis animatum apud plures sub quodam colore legis inolevit, dum aut prava studia in unum congruunt *, aut recta se subtrahunt. Nam ut eam quæ imminet rem loquamur: Eutyches ut nefandæ hæresis inventor excluditur etiam ab his, a quibus ejus dogmata diliguntur, apud eos ipsos ita exosus atque fugiendus, ut nominis quoque ipsius oderint mentionem: Sed perversi religiosarum institutionum ministri, quem sicut verum detestantur hæreticum, hunc alia via tamquam verum amplexantur Orthodoxum.*

* congerunt.

Fraus hæreticorum in sectanda hæresi, cujus damnant auctorem.

LVIII. *Siquidem in sancta Chalcedonensi Synodo Dioscorus eadem sentiens, pari ratione damnatus est: & cum una persecuta sit utrumque sententia, horum alterum si quis sequatur & diligat, dicat aliquis, quemadmodum se ea sententia, quæ designatos damnavit, excipiat: cum eos, quos transgressionis, aut impietatis connectit æqualitas, sine dubio unum quoque vinculum damnationis astringat. Timotheus & Petrus horum sequaces, homines mente corrupti, & pestis quædam nominis detestanda Catholici, quorum communionem in Petro complexus Acacius, similiter quoque meruit subire sententiam, qui tantum malum quasi parvi æstimans, & propositum numquam ad meliora convertens, ne ab illis quidem se, quæ in Antiochia detestamur, abstinuit, ibi quoque transgressori Petro communione connexus, in Apameam nihilominus hostiliter versatus, Ecclesiam Tyriam quoque non ea qua decuit integritate disponens.*

De Coryphæis Eutychianæ hæresis.

LIX. Exhortatio ad vitandos hæreticos. *Propter quæ, dilectissimi fratres, ab eorum innodatione solventes, velut religionem quamdam pestiferam relinquentes, servemus Apostolicam disciplinam, saluti nostræ omni diligentia & solicitudine providentes: ea cura nefandi Nestorii vitemus errores, qua Eutychetis impia inventa persequimur. Maxime enim nunc religiosa fidei dogmata diverso incursu horum, qui prædicti sunt, incursantur insidiis, scelestis pro ratione temporis sua argumenta nectentibus, quomodo possint innocentium viis fraudem suæ impietatis inserere. Atque ideo sicut docti nummularii & prudenter instructi, ab improbandis laudanda separantes, talenti vobis creditis poteritis multiplicare substantiam.*

LX. De libello mittendo fidei formam præscribente. *Hæc, dilectissimi fratres, scripsimus plenæ charitatis impulsu: qui & spem fidei vestræ primum Dei dono, deinde & fratris nostri Joannis, qui vobis præsidet, professione præsumpsimus; qua nominatim omnes, quos Apostolica & generalis Catholicorum damnat Ecclesia, execrabiles sibi esse declaravit: quos vos quoque in litteris vestris oportuit evidenter exprimere; nec arbitrari posse sufficere, sub tantis præsertim insidiis callidorum, quos viritim & singulos insectari convenit atque damnare, sub quadam generali eos damnatione concludere. Diligentem quærunt vulnera antiqua medicinam, nec abundans esse creditur quicquid pro integritate fidei & stabilitate religionis adhibetur. Unde libellum cum litteris misimus, cui vos subscriptiones proprias inserite; ut fides vestra, quam directa per Ruffinum diaconum scripta testantur, apud nos fiat hujus quoque repetitionis adjectione manifestior. Data XIII. Kal. Decembr. Petro V.C. Consule.*

LXI. Exigit jure ab eis Pontifex speciatim factam damnationem singulorum nominibus expressis hæreticorum, & eisdem com-

communicantium; quod & sanctum Leonem exegisse vidimus a quibusdam ex clero Constantinopolitano: quod sub generalitatis involucro multæ occultari possint insidiæ. Sic igitur, more majorum, prudenter Hormisda capita singula, quibus vera plenaque fidei professio contineretur, scripta misit; cujus rei agendæ gratia non satis ipsi fuit Hormisdæ, Ruffino redeunti has dare litteras, sed etiam sibi legavit Pulionem subdiaconum, cui libellum dedit cum litteris ad Joannem Episcopum Nicopolitanum eodem die & Consule consignatis, quæ sic se habent:

Hormisda Episcopus Joanni Nicopolitano Episcopo.

LXII. De legatione Pulionis. *Litterarum, quas direxisti, series & expositio tuæ fidei, conveniens sedis Apostolicæ judiciis, nostros animos relevavit. Tot incitati gaudiis contenti non fuimus, nisi per Pulionem* * Pollionem. *subdiaconum Ecclesiæ Romanæ, quid plenius circa vos ageretur, plenius cuperemus agnoscere; magnopere, quia in relatione Episcoporum sub ordinatione charitatis tuæ degentium, non universa quæ ad Ecclesiastica constituta pertinent, sicut in vestra, leguntur evidenter expressa. Unde & pro nostra sollicitudine, & illorum integra nobiscum conjunctione libellum direximus, in quo eos oportet debere subscribere: quia & omnes sacerdotes vestrarum partium, qui ad sedis Apostolicæ communionem reversi sunt, in eadem professione subscripserunt. Ista charitas, ista communis salutis excitavit ambitio; quod credo & fraternitatem vestram grataanter accipere: quia ubi de animarum salute res agitur, studii tui vel intentionis debes operam accomodare, ut antecedendo fructum de tali possis laude percipere. Pulionem prædictum cum rescriptis charitatis vestræ ad nos, juvante Deo, sub celeritate remittite, quatenus desideria nostra diu suspensa esse non possint. Data XIII. Kalend. Decembris, Petro V. C. Consule.* Porro libellus ipse, qui his litteris jungebatur, in codice desideratur: verum hunc eumdem cum illo esse putamus libellum fidei, quem datum anno sequenti, decimoquinto Kalendas Aprilis, suo loco describemus ex iisdem codicibus acceptum.

LXIII. Cum igitur ad opus perficiendum Pulionem subdiaconum legandum sibi in Epirum idem Hormisda Pontifex statuisset, eidem ex more commonitionem de singulis rebus agendis scriptam tradidit; ne aliqua ex parte declinans a recto tramite, aliquid Apostolica indignum sede committeret. Describemus hic eam, quod plurimum prosit ad decernenda futura, cum præterita consuluntur. Est autem eidem ejusmodi præscriptus titulus:

Indiculus ab Hormisda Papa eidem Pulioni de rebus agendis datus.

Cum Dei adjutorio & orationibus SS. Apostolorum Petri & Pauli veniens Nicopolim, sic debeas agere, ut postquam Episcopus Nicopolitanus acceperit litteras nostras, Episcopos quos in sua parœcia habet, colligat, & faciat subscribere libellum, quem in epistolis suis habet annexum. Si tamen dixerit prædictus Episcopus, esse laboriosum Episcopus colligere; dirigat tecum personas per singulos Episcopos, ut te præsente subscribant in prædictum libellum. Sic tamen cum Dei misericordia facere debes, ut epistolæ, quæ nobis missæ sunt, publice legantur: aut si videris præ timore hoc Episcopos facere nolle, saltem clericis suis hæc relegant: quæ tamen in ipsorum dimitte potestatem; & scripta Episcoporum, & illius Episcopi, hoc est, Joannis Metropolitani ad nos cum Dei misericordia reporta. Post hoc factum nullas moras te volumus ibidem facere propter insidias & calliditates inimicorum. Hactenus Indiculus, seu Commonitorium ad Pulionem. LXIV. Admonitio legato proficiscenti data.

At quid livor? Haud enim æquo animo id passi sunt reliqui Orientales Episcopi; licet se Catholicæ fidei professores esse jactarent; quod horum facto ipsorum magis magisque redargueretur inertia & prævaricatio. Præ cæteris vero exasperatum scimus Dorotheum Episcopum Thessalonicæ, quem haud pridem memoravimus timore comminantis Imperatoris defecisse ad communicationem scelestissimi hæretici Timothei Episcopi Constantinopolitani. Illi enim magis perfidi esse probantur hæretici, qui antea majori inter Catholicos claritudine effulsere; ea potissimum ratione, ne videlicet videri possint levitate defecisse ab Ecclesia, sed deliberato consilio quod sibi esse optimum visum sit, fuisse consectati. Ut vero semel inito instituto posteriora respondeant, omni conatu laborant. Ita plane prævaricator Dorotheus Episcopus Thessalonicensis: qui cum graviter tulisset ipsum Joannem Episcopum & alios sibi subjectos Antistites fidei Catholicæ professionem conscriptam misisse Romam; indignans, quod nihil ad se ea de re scripsissent, eosdem graviter cœpit affligere. Retulit hæc Hormisdæ Papæ, qui ad eos missus fuerat, Pulio * subdiaconus, eademque significavit idem Joannes Episcopus suis litteris Romam ad ipsum missis: quibus acceptis, idem Hormisda, mox ad eumdem Joannem litteras reddidit quinto Nonas Martias, quæ quidem & quem consecuta fuerit finem legatio Pulionis ostendunt. Eas nos hic describemus, ut exacte cunctarum rerum ge- LXV. * Pollio.

gestarum facies innotescat. Sunt hujusmodi:

Hormisda Joanni Episcopo Nicopolitano.

LXVI. *Remeante Pulione subdiacono nostro, litteras charitatis vestræ suscepimus, de constantia fidei, vel de intentione, quam circa communionem sedis Apostolicæ geritis, gratulantes: sed contristati sumus quod vos aliquas sustinere molestias perhibetis. Ista tamen diuturnam non possunt habere substantiam: quia ubi Deus pure colitur, etsi adversa contigerint, in prospera commutantur, secundum Apostolum dicentem (a): Spes non decipit. Dubitans Apostolorum Princeps (b) incedens per pelagus laboravit: mox tamen invocato Domino suo, paratum habuit, qui eum, porrecta manu, non pateretur sustinere discrimen. Ergo auctorum nostrorum sequentes exempla, & in ipsorum fide permanentes, illius poscamus auxilium, de quo scriptum est (c): Qui nos non dimittit tentari supra quæ possumus. Igitur salutantes charitatem tuam hortamur, ut (quemadmodum prædiximus) in his quæ bene inchoata sunt perseveres: quia qui perstiterit usque ad finem, hic salvus erit. Frequenter alloquiis tuis nostram solicitudinem relevare non desinas.*

(a) Rom. 5. (b) Matt. 14. (c) 1. Cor. 10.

LXVII. *Parœciales quoque sacerdotes tuos competenti allocutione confirma; quia ista faciendo, talentum tibi creditum poteris multiplicare quotidie. De illa quoque parte quam dilectio tua postulat, cogitamus, ut ad Imperatorem clementissimum pro generalitatis quiete preces nostræ perveniant. Tantum est, ut votum studiumque nostrum congruis orationibus juvare non cesses; quia nos in his Deo auctore perficiendis vacare * minime potuerimus, Data quinto Nonas Martias, Agapito V. C. Consule.* Sequenti nimirum anno: quæ nos ad cognoscenda cuncta quæ ea legatione acta sunt, hic voluimus recensuisse. Porro post Pulionis discessionem ab Epiro contigit eumdem Joannem gravius urgeri: unde opus fuit, ut sequenti anno de ipso idem Hormisda commendatitias daret litteras ad Imperatorem.

* al. cessare.

LXVIII. At quid? Num despondit, his auditis, Hormisda Pontifex animum, dum recogitat quod tam nobilis missa legatio Constantinopolim prope nullum effectum fuerit consecuta; quodque cuncta ab Imperatore veteratorie acta esse conspiceret, ejusdem jam callida simulatione patefacta; quod denique tantum abesset ut ille cum sibi subjectis populis Apostolicæ sedis communionem amplecteretur, ut etiam eos qui ejus facti essent participes graviter insectaretur, & ad prævaricandum impelleret? Num inquam præ tædio defecit animo, concidit viribus consternatus Hormisda, tot obrutus fluctibus? Minime gentium: sed majori ex rebus arduis concepta fiducia, ex immenso erga perditos filios affectu pater agnoscitur, dum resumptis iterum viribus, perditorum magis ruina laborat, redditurque de grege magis solicitus verus pastor: cum enim audacius lupos ingruere, atque eos in caulas violentius audit irrumpere, eo ardentius ex adverso consurgit, memor sententiæ Domini ad discipulos dehortantes ne illuc pergeret, ubi Judæi frementes eum quæsierant lapidare, dicentis (d): *Nonne duodecim sunt horæ diei?* Ita plane perditorum saluti iterum consulturus, iterum cogitat æstuans charitatis ardore Pontifex de nova legatione mittenda, cum primum transacto rigore hiemis, navigandi tempus advenit. Quid autem factum sit, suo loco dicemus.

(d) Joan. 11.

LXIX. Hoc eodem anno Consule Petro, habita est Synodus Tarraconensis in Hispania in qua canones tredecim reperiuntur constituti ad Ecclesiasticam disciplinam restituendam conducentes, qui extant omnes. Quod autem in ejus præfatione, sub Consulatu Petri, anno sexto Theodorici Regis Synodus peracta dicitur; nequaquam de Theodorici regno, cum in Italia regnavit, est intelligendum; nam ejus regni hic annus numeratur vigesimusquartus; sed potius cum regnare cœpit in Hispania: quod contigit (ut sanctus Isidorus scribit) anno regni ejus in Italia decimooctavo, a quo ipso hic ipsius regnantis in Hispania sextus dicetur. Squallebant obsita mendis Hispaniarum Concilia: sed his occurrit, Dei beneficio, solers industria viri doctissimi Garsiæ Loaisa, qui eadem nuper edidit mendis emaculata, atque scholiis locupletata: cui ob bene impensum laborem eruditi omnes plurimum debeant, magis autem, quod cum bonis litteris summa imbuit pietate, quem prærogativa doctrinæ atque virtutum erudiendum accepit, Catholicum Hispaniarum Principem, sanctæ Romanæ Ecclesiæ filium electissimum.

Cum

PAGIUS VIII. *Concilium Tarraconense.* Ad num. LXIX. Concilium *Tarraconense* in Præfatione dicitur, habitum *anno sexto Theuderici Regis, Consulatu Petri, sub die VIII. Idus Novemb.* ideoque hoc Christi anno, qui sextus est Theodorici Italiæ Regis in Hispania regnantis. Quare recte Baronius illud cum præsenti Christi anno illigat. Interfuere eidem decem Episcopi, conditique Canones XIII. Inter alia multa Canone VII. statutum est, ut Observatio diei Dominici incipiatur a Sabbato. *Atque hinc fortassis emanavit consuetudo in totam fere Hispaniam, cessandi die Sabbato ab omni opere sub horam vespertinam*, inquit Vasæus in Chronico. Qui mos a Judæis ad Christianos translatus.

JESU CHRISTI ANNUS 517. | HORMISDÆ PAP. ANNUS 4. | ANASTASII IMP. 27. THEODOR. REG. 25.

1. CUm jam res Orientalis Imperii, cedente Vitaliano, collocatæ viderentur in tuto, Anastasius Imperator, tamquam de parta gloriosa victoria, atque devicto non armis sed simulatione tyranno, elusoque spe concordiæ Ecclesiasticæ Romano Pontifice, trophæa erigens, hoc ipso anno Domini quingentesimo decimoseptimo novum & quartum ordine gerere voluit Consulatum, cui in Occidente collega est datus Agapitus.

Quo anno Hormisda Papa, mense Aprilis, ubi primum navigandi facultas data est, novam eamdemque secundam legationem misit Constantinopolim ad Anastasium Imperatorem; ea occasione, quod idem Imperator, excusandi se causa, per suos legatos Romam missos de perfecta ineunda concordia, facta pollicitatione, spoponderat, dummodo de Acacii nomine taceretur; re vera tamen aliud agens, aliud prætexens. Quod enim sciret id fore penitus a Pontifice denegandum, non sibi, sed ipsi adscribendum esse videri poterat, si nullus concordiæ aditus amplius patere posset. Hormisda autem tum ad hæc diluenda & tollendum penitus impedimentum, tum etiam ut Catholicæ communionis Episcopos in Oriente agentes ab adversariis afflictatos sublevaret, eosdemque in officio contineret; ejuscemodi mittendæ legationis consilium iniit; delegitque ad opus eumdem qui alias missus fuerat, & bene functus eo ministerio erat, Ennodium Episcopum Ticinensem, cui in munere collegam adjecit Peregrinum Episcopum Misenatis Ecclesiæ in Campania, Romanæ vero Ecclesiæ clericorum neminem, ut fecerat in priori legatione: ut res omni careret invidia, quam movere potuissent Romanæ Ecclesiæ clerici, si ipsi pro suæ Ec-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6010.

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLV. A. C. 517.

☉ 22. A. ☽ 5. P. 26. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 517.

HORMISDÆ PAPÆ 4.

ANASTASII IMP. 27.

THEODORICI REG. 25. & 7.

I. Consules. [1] COSS. *Fl. Anastasius* Orient. & *Agapitus* Occident. *Anastasii* Dypticon Consulare Avarici Biturigum, & Leodii servatur, & in summo Diptychi Leodiensis ejus nomen legitur.

FL. ANASTASIUS. PAUL. PROUS.
SAVINIANUS. POMP. ANAST.
V. INL. COM. DOMEST. EQUIT.
ET. CONS. ORD.

Idem habetur in Diptycho Bituricensi, nisi quod loco *Prous*, rectius *Probus* & loco *Savinianus*, *Sabinianus* appellatur. Hæc porro septem unius Anastasii Consulis nomina. Ducangius in Familiis Byzantinis, ubi agit de Anastasio Augusto dicit, *Anastasium* videri Pompeii nepotis Anastasii Augusti filium fuisse, quod colligit ex illis Prænominibus, quæ Avorum ac Majorum seriem, ut horum temporum mos ferebat, continent; ita ut *Anastasii* postremum nomen sit ejusdem Consulis; *Pompeii* vero patris: cætera ex illius Familia dignitatibus illustrium Virorum nomina sint. Quæ conjectura valde verosimilis, quia Anonymus Valesianus scribit: *Eodem tempore habebat Anastasius Imp. tres nepotes, id est, Pompeium, Probum & Hypatium*, ex quibus unum, Anastasium successorem eligere destinasse scribit. Ubi cum *Anastasii* hoc anno Consulis mentionem non faciat Anonymus, apparet eum Imperatoris pronepotem tantum fuisse. Quod vero in Diptyco Leodiensi repræsentetur imberbis, & valde adolescens, inde ratio ducitur, cur postremis tantum Anastasii Imp. temporibus Consulatum gesserit.

II. *Anastasius Imp. diversus ab Anastasio hoc anno Consule.* Baronius num. I. putavit. *Anastasium* Imp. hoc anno Consulatum IV. capessiisse. Verum præterquam quod in nullis Fastis cum nota numerali legitur, duo laudata Diptycha a Wilthemio in lucem emissa, in quibus omnes Anastasii hoc anno Consulis tituli memorantur, rem

NOTÆ [1] COss. Fl. *Anastasius* & *Agapitus*. Fabrettus pag. 561. & apud Margarinum in inscriptionibus basilicæ S. Pauli pag. IV. n. 33.

DEP. IN. P. III. . . . .
. . . AGAPITO. CONS. INL. . .

Gruterus pag. MXLIX. ex quo Norisius in epistola consulari pag. 150.

ANASTASIO V. C. CONSULE

Victor: *Agapito* V. C. *Cos.* Marcellinus: *Anastasio* & *Agapeto*, seu ut habet Sirmondi editio: *Agapito*.
Epitome temporum & indiculus Paschæ: *Agapito*. GEORGIUS

Ecclesiæ iuribus decertassent, viderique potuissent privato magis affectu agi, quam Spiritu Dei impelli pro defensione justitiæ.

II. His igitur ad honorificam & magni momenti functionem delectis, idem Hormisda cum ad Imperatorem, tum ad Timotheum Episcopum Constantinopolitanum, tum etiam ad Orthodoxæ communionis Antistites, ac denique ad clerum, monachos, & Constantinopolitanum populum litteras dedit; privatas vero addidit ad Possessorem Episcopum. Quas autem scripsit ad Anastasium Imperatorem, sic se habent, ex iisdem codicibus, quorum ante meminimus, sumptæ, & ut licuit, emendatæ (a):

(a) Hormisd. ep. 1. t. 1. ep. Rom. Pont.

III. Hormisdæ epistola ad Anastasium Imp.

Dudum legatis mansuetudinis vestræ remeantibus, ad litteras vestras & mandata respondi, non quidem universa plane, sicut magnitudo rei postulabat, expediens, & tamen pro tempore certa perstringens. Verum etsi sufficienter me allegare omnia contigisset: numquid agens apud clementiam vestram causam fidei, poteram, repetitis precibus, importunitatis incessi? Timeant notam hujus ingratitudinis, quibus curæ est studium negotiis vacare mundanis: Opus non implet Evangelii, qui a prædicatione ejus venialiter putat posse cessari. Pervigilem pastorum oportet esse custodiam, & lumbos sine relaxatione præcinctos. Bonæ admonitionis sicut constat dulcem fructum, ita ejus non decet esse fastidium. Et alias cur postulationis meæ molestiam mansuetudini vestræ quisquam dicat esse frequentiam, cum per ea quæ fiunt ex officio meo, per remedia fidei vestro consulatur Imperio?

IV. Pastoralis cura Rom. Pont.

Etenim quæ me onerat cura, vos relevat: mihi incumbit, sed vobis proficiet: licet ex diverso semine, unus fructus amborum est. Nam sicut pœna est nec dicere Deo accepta, nec facere; ita certa remuneratio vel illi qui spiritualia prædicaverit, vel illi qui audita non spreverit. Dedit quidem clementia vestra veluti obsidem propositi sui sub testimonio Imperialis alloquii, & se quasi pignore quodam bonæ voluntatis astrinxit: sed opus est cœptis addere firmitatem: sumant plenum decorem jacta fundamina: non remittantur pugnantes pro Dei Ecclesiis manus. Toties Israeliticus hostis intercidit, quoties Moyses brachia non remisit. Effectus opera, finis commendat initia. Non prodest cœpisse deserentem; quia sola perseverantia fidei dat salutem.

Benedicimus Deum, cujus zelo pietas vestra transgressores impios Nestorium & Eutychetem vel eos persequitur, qui cum nefandis & sacrilegis dogmatibus profitentur. Probat odisse se vitia, qui condemnat errantes; nec relinquit sibi locum deviandi, qui non pepercerit excedenti. Primus innocentiæ gradus est, odisse culpanda: Sed veritatis interest, domine fili, & Catholicæ disciplinæ, ut sectatores etiam eorum atque participes oderitis, quorum execrandos principes judicatis. Non in damnandis sola, idest, certa nomina, sed in his etiam, qui damnatos sequuntur, sunt crimina persequenda. Frustra aversari se plures asserit, qui unum de his qui detestatione digni judicantur, exceperit. Non enim numerus errantium hominum, sed meritum consideratur errorum. V. Omnes omnino damnandi hæretici.

Hoc ideo, ne facile putet vestra clementia Acacii prætereundam esse personam. Nonne ille est Acacius, qui cœno Petri, Dioscori & Eutychetis dogmate & communione pollutus, dum copulatur, immersus est, illius sustinens in condemnatione supplicium, cujus egit, in communione consortium? Qui viritim propter impietates suas horum singulos odit, & in illis Acacium necesse est oderit, & omnes in Acacio non amarit. Ab illo per Orientales Ecclesias fermentum nefandi erroris inolevit. Inde Alexandrinæ perfidiæ eo usque nutrita superbia, ut non acquiescat (sicut scripsistis) mandatis salutaribus, cujus famulatur imperiis; & in errore declinando non sequatur admonitionem, cujus in agendis rebus experitur sibi utilem potestatem. Unde & majore hujusmodi homines convenit detestatione vitari: quia quæ docere debuerunt, necdum ab aliis instruuntur assumunt, spernentes in his imperantis monita, in quibus tantum non timeri jubentur imperia; & immemores devotionis contra salutem animæ, quos contumaces esse oportu- VI. Acacii demerita.

PAGIUS rem extra omnem controversiam ponunt; ideoque & omnes istas subscriptiones mendosas esse Epistolæ sc. Anastasii ad Hormisdam Papam a Baronio num I. recitatæ, quæ data dicitur *Anastasio Aug. & Agapito U. C. Coss.* legis 4. Cod. Justin. *de naturalibus liberis*, in qua legitur, *Anastasio A. IV. & Agapito Coss.* ac denique legis 5. ejusdem Cod. *de Advocat. diverf. Judicum*, quæ dicitur data *Kal. April. Anatolio & Agapito Coss.* Reinesius in Syntag. Inscript. pag. 899. Diptychi Consularis Anastasii verba recitat, aitque inde patere *Anastasium*, antequam Imperium obtinuisset, Consulatum gessisse, & suppleri posse Historicos, qui nec de eo Consulatu nec de Comitiva Equitum Domesticorum locuti sunt. Sed certum est eum hallucinari; præterquam enim quod nullus ex Consulibus ordinariis, qui ante Anastasianum Imperium Consulatum ordinarium gessere, nos lateat, si illud verum esset, in primo suo Consulatu dictus fuisset Consul II. quod tamen in nullis Fastis legitur, ubi etiam semper appellatur *Augustus*, in nullis vero Anastasius hoc anno Consul *Augustus* nuncupatur. Aquis Sextiis in Ecclesia Metropo-

tuit pro salute. Hos mentibus perditis ausus nutrivit Acacii cum perfidis juncta communio: atque ideo extimandus est auctoris loco, cujus gravius peccatur exemplo. Nihil enim vitia magis quam imitatio fovet, dum creduntur non improbanda esse, ad quæ alii quoque videntur accedere. Fragilis est & caduca mortalitas: vix nefariæ cogitationes, dum comprimuntur, intereunt. Jacet semen noxium sub errore, nec deficit: latum pandit delinquentibus aditum, qui jungit cum improbitate consensum.

VII. *Utinam, invictissime Imperator, inter ipsa Apostolicæ districtionis initia Orientales Ecclesiæ Acacii contagia nefanda vitassent: non per multos error ille noxia venena diffunderet: ipsa quoque erecta nunc, fortassis Alexandrinæ Ecclesiæ tunc colla cecidissent, dum perculsam perfidiam suam in damnatione imitatoris agnoscerent, & displicere in complicibus se viderent. Sed dum male nutriti foventur errores, & pravorum consensus inutilis æquitate corrigenda dissimulatur, per impunitatem sequacium mala dogmata multiplicavit auctorum. Et vos quidem, si placet, adeo efficaciter impetretis *, ut condemnetis vestrum de alieno errore propositum.*

* a Deo impetretis.

VIII. Delicta inemendata crescunt.

Sed cogitandum est, clementissime Imperator, si ei apud Deum sufficiat errata culpasse, cui dedit posse corrigere: non est differenda curatio: admoveantur medicæ profundis vulneribus manu. Sola ante Acacium Alexandria perfidiæ suæ fœditate sordebat. Respicite quantas jam partes emendatio neglecta polluerit. Quousque pateris, domine fili, Ecclesiam Dei divisionem suorum mœrere membrorum? Anticipent beneficia tua ad Deum perventura suspiria: Assume tibi curam & vexillum salutis attollens, in errores ab Israele removendos velut Ezechias alter exurge: fas tibi laude novorum operum titulos æquare priscorum. Ille dissipavit excelsa: tu superbiam erectæ pravitatis inclina. Ille simulacra contrivit: tu dura infidelium corda confringe. Ille memoriam serpentis ænei sustulit: tu virus præsentis effunde. Offer recta Deo, quæ fecit; & spera dona, quæ meruit. Fidelis (a) est enim Dominus qui reddit singulis secundum opera eorum.

(a) Matt. 16.

IX. *In aperto est, quanta sit expectatio Fidelium, quanta trepidatio perfidorum. Illi ambiunt gaudere cum Angelis de receptis: isti metuunt, ne ab his quos deceperant destituti, pœnis remaneant præparatis. Pendent anxia corda cunctorum: Ab ultimis ad nos Galliis directa legatio, si quid de unitate reintegrationis solicitudo promisisset *, fama secuta consuluit. Nec difficile opus clementiæ tuæ. Scit Deus suorum laboribus subvenire: in usu est ad Principes suos convertere colla subjectos. Dat speciem maximum signum recens religiosæ memoriæ Marciani Imperatoris exemplum. Quid egit tunc vulgus, aut populus? Nec opus nota revolvere. Adulta est perfidia ista per devios, sopita per justos. Imitare religiosi integritatem propositi, quam studio civilitatis æquasti.*

* promovisset.

X. De legatis missis Ennodio & Peregrino.

Ad hæc nostris lacrymis, nostris precibus alleganda Ennodium atque Peregrinum fratres & Coepiscopos nostros vice nostra pro exhibenda etiam honorifica salutatione direximus: ideo maxime designato viro fasce secundæ legationis imposito, ut qui nobis spei bonæ detulit initium, nunc adjutore Deo plenum reportet effectum. Acquiescite, precamur, fidelibus monitis, cujus vos delectatum dudum legimus institutis. Data tertio Nonas Aprilis, Agapito V. C. Consule.

Hæc ad Imperatorem Hormisda; qui pastoralis curæ solicitudine æstuans (quod hactenus non fecisset) eo usque descendit, quo jacentem lapsum elevet, ut non fuerit dedignatus per eosdem legatos litteras dare ad nefarium Timotheum Constantinopolitanum Episcopum, non quidem communicatorias Catholicis dumtaxat dari solitas, sed commonitorias communes hæreticis; quæ ita se habent (b):

(b) Hormis. ep. 12. t. 1. ep. Rom. Pont.

Hormisda Episcopus Timotheo Episcopo Constantinopolitano.

XI. *Non mirabitur dilectio tua rationem præteriti silentii mei, si quæ præcesserint universa consideret: non mirabitur præ-*

PAGIUS politana Sancti Salvatoris extat hoc Epitaphium a Grutero pag. 1049. recitatum,

HIC. IN. PACE. QUIESCET
ADIUTOR. QUI. POST
ACCEPTAM. PAENITEN
TIAM. MIGRAVIT. AD. DNM
AN. LXV. MENS. VII. DIES. XV
DEPOSITUM. SD. VIIII. KAL
JANUAR. ANASTASIO. V. C
CONSULE

Em. Cardinalis Norisius in Epistola Consulari pag. 150. recte ex hac epigraphe colligit, *Anastasium* hoc anno Consulem Augustum non fuisse; cum inscribatur VC. atque mirum videri in Gallia Orientalis Consulis nomen in memorato Epitaphio inscriptum fuisse, & ejusdem Diptyca in Galliam missa. Quando enim ex Consulibus, alter in Oriente, alter in Occidente creatus fuerat, Occidentales solius Consulis Occidentalis in Monumentis publicis sæpe mentionem faciebant, & vice versa; sed numquam contigit, ut in Occidente prætermisso Consule Occidentali, Orientalis memoratus fuerit, & vice versa. Existimo lapidem, alicujus Antiquitatis studiosi opera ex transmarinis partibus in Gallo-Provinciam advectum; uti nostra ætate plures hujusmodi Florentiam Em. Cardinalis Leopoldi Medicei, & in eandem Gallo-pro-

Hormisdæ epistola ad Timotheum. (a) 1. Cor. 13. * ante. *præsens alloquium, si quæ sit vis charitatis expendat. Sustinere enim omnia charitatem, Magistro, (a) Gentium docente, cognovimus, quæ si sua (sicut continet doctrina ipsa) non quærit, an * incongrue abusus privilegio meo, quod tibi potius prodesse possit, exhibeo. Expectare enim me decuit ab errantium conjunctione te liberum, & sic amare correctum: videre ab improbandis dividi, atque ita litterario sermone complecti. Sed quem optem reducem, cur differam vocare tardantem? Cur non detur locus moderationi, cum nihil detrahitur æquitati? Impendenda sunt quæ laborantibus prosunt, si nos societatis contagione non polluunt.*

XII. *Hæc causa mihi fuit præsentium litterarum, ut horter, ut moneam, ne terram nostram jacere patiamur negligentius infœcundam. Non (b) diu infructuosam arborem occupare solum diligens permittit agricola: patienter expectat; sed numquid sub continuatione perdurat? Vocatus ad salutaria, non moreris. Prope ab innocentia non recedit, qui ad eam sine tarditate revertit. Movere Patrum monitis, & insistens fidelibus sine lapsu aut errore vestigiis, præcedentia dilue per futura. Adjacet tibi modo ad justa populos incitando, modo pro fide Principalibus vestigii supplicando, dirigere quod devium est, solidare quod dubium: magno te convenit labore providere, ut causas transacti temporis rectæ tegat sedulitas actionis. Præstat quidem animæ suæ, per quem universali aliquid confertur Ecclesiæ. Et ita se res habet, ut si studiosus, si indefessus institeris, fiat tibi utilis causa communis. Data tertio Nonas Aprilis, Agapito V. C. Consule.* (b) Luc. 13.

XIII. Ita Hormisda ad hæreticum Episcopum Constantinopolitanum, & quidem non absque instinctu prophetici spiritus: dum enim admonet exemplo agricolæ non sinentis diu arborem infructuosam terram occupare, sed secundum Evangelica præcepta succidi; eadem epistola, quæ cito obventura forent, prænunciasse videtur: quænam autem illa fuerint, quæ secuta post præsentem annum, manifeste docebunt. Qui igitur principem locum in regali civitate tenentes admonuit Anastasium atque Timotheum, haud despexit Hormisda reliquorum a Catholica communione deviorum Episcoporum salutem, sed & ad eosdem æque dedit circularem epistolam, ita universalis gregis pastoris munus explens, quod Dominus præcepit Petro fratres consolidare: ad eos enim etsi non litteras communicationis (quod non liceret) sed paternæ admonitionis adjecit quales decebant virum, quem non solum tenebat solicitudo omnium Ecclesiarum, sed charitate Apostolica præditus cum Apostolo dolorem illum pariter patiebatur, dum compateretur mala patientibus, secundum illud Apostoli (c): *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Sed audiamus ipsius ad eos clamantis epistolam, quæ est hujusmodi (d): Curam gerit omnium lapsorum Episcoporum Hormisda. (c) 2. Cor. 11. (d) Hormisd. ep. 13. t. 1. ep. Rom. Pont.

Hormisda Episcopus universis Episcopis in Orientis partibus constitutis.

XIV. Hormisdæ epistola ad Episc. extra Catholicam communionem positos. *Etsi admonitionis meæ cura desisteret; vos tamen proprii memores conveniret officii; non negligenter omittere, quæ enixe omnes decet pro animæ suæ salute servare: ut mandatorum cælestium disciplina, non alieno studio, sed ipso vobis clareret inesse proposito. Nam licet laude non careat qui bonis consiliis obsecundat; tanto est tamen potior in honore sapientiæ qui prævenit, quam qui sequitur instituta, quanto est illustrius docere, quam discere. Recordetur unusquisque in qua vocatione a Domino sit vocatus, & quid ab eo expectetur, advertat. Miserum est intra meritum jacere propositi; cum id quod præfertur nomine, non ostenditur actione.*

XV. * indicta. *Magna meruimus, si quod indulta * postulant, impleamus. Qui se ad pascendas Dominici gregis oves gaudet adscitum, cogitet de commissa sibi gubernatione judicium. Pervigil adhibenda tutela est, continuanda custodia; non dandus lupis rapacibus locus, non ullis casibus relinquendus: quia neglectus error ovium, culpa pastorum est. Veniet qui rationes creditæ dispensationis examinet. Omnium quidem constat esse justitiam, nec ulli impunitam licentiam patere peccandi: Sed quis gradus nesciat esse meritorum, & sicut non æqua præmia, ita diversa esse supplicia? Multiplicantur scientibus plagæ: pauca flagella leguntur inscitiæ.*

PAGIUS Provinciam Clarissimi Peireskii sumptibus asportati sunt. Ni verosimilius quis putet Anastasium istum in Oriente natum, per hæc tempora in Occidente, propter rationes nobis ignotas, commoratum esse, ibique Consulatum ordinarium gessisse. Sic anno DXLI. videbimus Basilium Juniorem civem & Patricium Romanum Constantinopoli Consulem ordinarium fuisse. Denique arbitratur VVilthemius, tam Dyptychon Leodiense, quam Bituricense ad Chlodovei Magni filios ab Anastasio Consule missa esse, hosque illa Ecclesiæ Bituricensis & Leodiensis Episcopis dono dedisse; quod Consules sua Dyptica ad Magnates & amicos mittere soliti essent. Quoad *Agapitum*, is Præfectus Urbis Romæ fuit sub Theodorico Italiæ Rege, & postea Patricius creatus, uti ex Cassiodori Epistolis liquet. *Est Agapitus Patricius, & honestate dives & scientia*, inquit Ennodius in Parænesi.

XVI. *Quod si ita est (sicuti esse) non dubium est) existimandum quid in eo deceat esse propositi, cui alienos quoque errores necesse est imputari. Clamat sanctus Spiritus per Prophetam (a): O pastores Israel, numquid semetipsos pascunt pastores? nonne oves pascunt pastores? Certum est, plus ab eo (b), cui plus creditur, exigendum, & tanto magis nos obnoxios fieri, quanto effusiore gratia contigerit honorari. Magister bonus, & docens per obscura lucem, per similitudinum ænigmata veritatem, servum talenti a se traditi præter augmenta, custodem non arguit infidelem, sed condemnavit inutilem.*

(a) Ezech. 33. (b) Matt. 25.

XVII. De Pastorali munere plura. *Unde in aperto est, in quo metu decet esse eum qui Dominicum numisma perdiderit, si culpatus est ille qui acceptum sine imminutione servavit. Nullus contentus sit innocentia sua: quia Deo nostro universa cernenti, per prædicationis assiduitatem, rationem quoque propositi debemus alieni. Largam scientiam decet esse doctorum. Non amat fides Christiana secretum: quam quisquis in aure tantum effundit, abscondit. Per universas gentes verbi prædicatio mandatur Apostolis: & quam inexcusabiliter hoc quisquam potest sibi tacere commissum. Quid prodest cuilibet paternarum reverentiam servare regularum, si concuti hæc ab aliis, si sine honore tractari patienter accipiat? Infirmum ostendit affectum, qui quod diligit, non tuetur.*

XVIII. *Incursantur passim sancta a perfidis constituta, & rediviva subinde de compressis excessibus resurgit improbitas. Quemadmodum (rogo) pietatem in Deum probat, qui tam nefanda dissimulat? Recordemur, qua Catholicorum frequentia sacerdotum, illa, quibus nitimur, celebrata didicerimus esse Concilia; quantos nec debilitas impedivit, nec senectus onerosa tardavit. Exigua visa sunt spatiosarum intervalla regionum, & labores ipsi pro quadam consolatione jucundi, dum spiritu sanctarum congregationum regente sapientiam sera * ætas, quod servaret, acciperet. Et hæc insectantibus impiis post damnatam in radice perfidiam, tacet, qui scit sibi esse mandatum (c): Exalta vocem tuam, qui evangelizas Hierusalem: exalta, noli timere. Nonne hoc ante oculos habens, discipulum ita Gentium Doctor instituit; ut opportune, importune evangelizare non cesset? admonens (d); Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis: hoc enim faciens, & te ipsum salvum facies, & eos qui te audiunt.*

* sacra. (c) Isa. 40. (d) 1. Tim. 4.

XIX. Reverti monentur ad Petram. *Ergo vel Propheticis stimulis excitati, vel normis Apostolicæ institutionis instructi curam salutaris prædicationis assumite. Diligite & vindicate sententias probatas piis, infidelibus inimicas. Et ad petram, supra quam est fundata Ecclesia, revertentes; apud illorum etiam vos Patrum spiritus, quorum veneranda constituta improbe labefactantur, absolvite: æstimantes, cum Dominus ad illud quod expectatur examen advenerit, qualis Apostolis creditus, qualis aliquorum tentantium dubitatione compertus, qualis Angelo prænunciante promissus; utrum ab illis melius sit argui, an cum eorum coborte conjungi? utrum talis, qualis videbitur, aut qualis ab impiis negatur, Dominum confiteri? Nil vos retrahat a salute: velocibus ad viam redite vestigiis. Lapsus ruentem non gravat, si resurgat. Larga est Dominicæ doctrina clementiæ: noxia sunt erroris vincula, dum retinent. Odit justitia pertinaces, fovet clementia corrigentes. Data tertio Nonas Aprilis, Agapito V. C. Consule.*

Vides quales ad extorres a Catholica Communione litteræ dentur, quæ absque ullius salutis & pacis, alicujusve alterius communicationis symbolo inchoantur & absolvuntur. Quod vero pastoralis est curæ non solum dispersa (e) congregare, & infirma curare, fractaque consolidare, sed quod forte atque pingue est, custodire; idem Hormisda Papa in his etiam optimi pastoris numeros explens, hac eadem legatione illis prospexit, qui erant inter hostes & ab hostibus afflictati jugi persecutione Catholicæ fidei defensores, & Apostolicæ communionis Episcopi; ad hos enim, quas subiicimus litteras dedit (f): XX.

(e) Ezech. 34. (f) Hormisd. epist. 14. t. 1. epist. Rom. Pont.

Hormisda Papa Episcopis Orthodoxis.

XXI. Hormisdæ epistola ad Orientales Orthodoxos. *Est quidem Fidelium speciale solatium Deus; nec umquam inter quælibet dura deficiunt, qui se ad eum toto mentis studio contulerunt. Verumtamen hoc votum proposito vestro debere me fateor, ut sicut exulto de sinceritate fidei vestræ, ita de firmitate merear gaudere constantiæ. Unde & aspectu interiori vos intuens, ad desiderium colloquendi vobiscum promptus assurgo; ut & dilectionem circa Deum vestram litterario sermone remunerer, & spem paginali adhortatione confirmem: atque ita his, cum quibus mihi est consortium sanctæ communionis, jucundum reddam testimonium charitatis. Non enim sufficit animo meo de vobis esse securum; nisi ostendero illum quoque, quo vos complector, affectum. Siquidem declarat, se non ex judicio odisse a Dei dilectione divisos, qui potest, non amare conjunctos.*

XXII. *Benedico ergo Deum, dum fervorem fidei vestræ inter procellas varias tempestatum adversa considero. Vos quoque ut super his pietatem ejus glorificetis uberiore exultatione suadeo: qui electorum suorum mentes quo acceptiores sibi reddat, examinat; & licet cognitos sibi quibusdam tamen difficultatibus probat, ut justitiam quoque inesse dono quod largitur ostendat. Atque ideo pertinaciter bono*

vos

vos convenit imminere proposito, nec in via quæ ducit ad cæli regna deficere. Qui intuetur Dominica munera non æstimanda promissa, nullius potest respectum habere periculi. Non enim frangit consideratio præsentium malorum, nisi futurorum bonorum vincat oblivio; quando omnem amaritudinem laboris excludit, qui dulcedinem spei, quæ expectatur, non amiserit. Quæ enim difficultas beatitudini par est? aut quæ condignæ præmiis passiones ad futuram scilicet gloriam, quæ in nobis, Apostolo (a) annunciante, revelabitur? Absit ne quicquam a Christi charitate nos separet. Quanta est tribulatio, si gloriam parit? Materia prosperorum est, quæ putatur adversitas. Dum inclinamur, erigimur. Nemo haberet futuram remunerationem, nisi necessitates præsentium sustineret. Videte quanto opere hominum terrena messis assurgat.

(a) Rom. 8.

XXIII. *Quanto est igitur labore procurandum, ut cælestia dona non pereant? Quieta est negligentium vita, sed non voti opulenta substantia. Dignus est operarius (b), ut fructum mercedis accipiat. Indiscrete passim pietas cum impietate languesceret, si examinatio bonos a malis divisura cessaret. Gratum admodum spectaculum Domino in agone justorum; nec quicquam ita supernam gratiam conciliat homini, sicut adversorum impetus patienter excepti. Quis milites sub pacis securitate miretur? Non est arduum in sicco secura fixisse vestigia, nec artem gubernatoris ostendit marina tranquillitas. Satis est, intrepidum inter bella procedere, inter lubrica non labare, fluctus in tempestate contemnere. Sæviat, & motus suos exerceat humana tentatio, dum manifesti (c) appareant qui probantur.*

(b) Luc. 10.

(c) 1. Cor. 11.

XXIV. *Hæc scientes, carissimi fratres, fidei vestræ tenete constantiam & ipsa etiam, si inciderint, militantia meritis vestris amate pericula. Annunciate quæ colitis, & participate etiam per universum Orbem mandata Evangelica, quæ tenetis: supra stipendia vestra, correctio quoque vobis adscribatur aliena inter cæterorum enumerationem, quibus sibi divinam gratiam plenus Spiritus Dei Propheta conciliat (d) inter ea, quibus misericordiam, qua conservetur, exorat: docere se iniquos vias Domini, & conversionem per se fieri prædicat impiorum. Beati quibus vita innocenter acta dat præmium: beati per quos aliis quoque præstatur exemplum.*

(d) Psal. 50.

XXV. *Et nos quidem (quantum in nobis est) nec sollicitudine, nec labore cessamus, ut humilitatem, quam Dominus noster docuit, imitati, quæ saluti eorum conveniunt, postulemus; ut dispensationis mihi creditæ dum agnoscitur cura, probentur officia. Nam repetita vice Ennodium atque Peregrinum fratres & Coepiscopos nostros, mandata legatione, direximus, rationem, adhortationes, preces, lacrymas ingerentes, ut ab impiorum contagione separati, ad veram fidem iisdem, quibus vos modis & Apostolica scit sedes, se conferant: aut certe non nos defuisse prædicationi, sed illos propriæ saluti, mundus agnoscat. Dat. ut supra, Agapito V. C. Consule.*

XXVI. Qui autem has ad omnes Catholicæ communionis Episcopos Hormisda litteras dedit, privatas ad Possessorem Episcopum addidit, utpote Ecclesiæ Occidentalis Antistitem, legatorum relatione sibi cognitum. Erat hic Africanus Episcopus pro fide Catholica jam ab Arianis factus extorris; qui conferens se Constantinopolim, non sine Dei consilio, multum profuit Catholicæ fidei, hæreticos exagitans, libereque redarguens: cujus adversus Pelagianos (ut suo loco dicemus) enituere certamina. Hic enim in priori ab Hormisda missa legatione palam apud legatos recte fidei professionem edens, eamdem scriptis consignatam & chirographo roboratam ad eumdem Hormisdam Pontificem Romam perferendam dedit. Cujus egregium factum idem Hormisda probans, ad ipsum ejusmodi litteras reddidit (e):

(e) Hormis. ep. 15. t. 1. ep. Rom. Pont.

Hormisda Episcopus Possessori Episcopo.

XXVII. Epist. Hormisdæ ad Possessorem Epis. Orthodoxum.

*Optimam vestræ charitatis audientes instantiam, & cognoscentes rectæ vitæ tramitem, quem sine strepitu vindicatis; Deo nostro gratias sine cessatione persolvimus: ut & in ea dispositione persistas, & cæteris, quod sequantur, tribuere possis exemplum. Ista sunt dona cælestia: ista sunt divinæ retributionis indicia: ista sunt Dei judicia, quæ te a Catholico sacerdotum noluerunt separari consortio. Unde, frater carissime, præsentibus hortamur alloquiis, ut in ea constantia, qua exorsus es *, perseveres, & augmenta probabilibus initiis subministres: quia bonum opus, præcipue quod ad doctrinam fidei pertinet, nisi semper creverit, videtur imminui. Et si tribulatio mundana contigerit; ante oculos vestros futura præmia ponentes, Apostolica (f) vos admonitione consulimus, dicentes: Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Meliora tamen speramus, quia Deus, qui per beatum Apostolum dixit (g): Qui vos non dimisit tentari super quod potestis; ipse pro sua pietate, quos suos elegit esse, & de laqueis adversariorum sicut semper, eripiet. Libellum dilectionis tuæ de confessione rectæ fidei per legatos nostros remeantes accepimus, & in eo sinceritatem tuæ fraternitatis agnovimus: quia quod recte credit, sub attestatione publica prædicare non distulit.*

* electus es.

(f) Rom. 8.

(g) 1. Cor. 10.

Data tertio Nonas Aprilis Agapito V. C. Consule. Post has autem idem Hormisda adjecit & alias litteras ad clerum, monachos, & Constantinopolitanos cives Orthodoxos, & quidem efficacissimas, utpote e pectore patris filiorum amore languentis progressas, quæ sic se habent (a):

(a) Hormisd. ep. 16.

XXVIII. *Si is qui calicem aquæ frigidæ, mandata Evangelica (b) secutus obtulerit, mercedem boni propositi, ipso Domino, qui hoc docuit, restituente, consequitur; nonne qui tanto populo Fidelium veritatem annunciare distulerit, juste damnationem incurrit? Hinc est, quod intermi nationem mandati cælestis effugiens (quod decet, loquendum est in his quæ ad Deum pertinent, nec tacendum) habens quoque vestræ salutis affectum, admonitionem eorum quæ præsens necessitas poscit, aßumpsi; omnes, quibus curæ est fide integra Christianam religionem servare, contestans, ut eos, qui sanctam Chalcedonensem Synodum, & beati Leonis de fide Catholica scriptas epistolas declinant, quibus possunt viribus aversentur & fugiant quando; ipsi sunt, qui Eutychetis & Dioscori Alexandrini, vel potius nefanda Manichæorum contagione polluti, verbo quidem adversus constituta Patrum videntur habere certamen, rebus autem contra incarnationem Domini nostri Jesu Christi evidenter insurgunt.* Sugillat hæc dicens & ingerens Hormisda impium Anastasium, qui ita sibi populi ob fidem Catholicam adversantis gratiam conciliaverat, quod fidem Catholicam (ut apparebat) videretur esse professus, cujus tamen re ipsa erat infensissimus adversarius. Ut igitur ei resistant, provocat eos suo ipsorum exemplo, cum ab illis adversus nefandum Basiliscum Imperatorem fides Catholica defensa est; istaque subiiciens, ait:

(b) Matt. 10.

Hormisda clericos & monachos & populum Constantinop. hortatur.

XXIX. *Recordamini, carissimi fratres, quæ fuerunt, Basilisco Palatinæ aulæ incubante, tentata, & temporum illorum acta vel visa vel audita recolite: quam scelesta tunc fuerit Timothei cognomento Eluri, quam impudens & monstruosa præsumptio: quantus etiam per universum Orbem fidei se vestræ fervor ostenderit. Probavit tunc Constantinopolitanus populus, quam pure deceat credentes Christiana servare mysteria. Sed transacta utinam studia fuissent, & non nunc similia tempus expeteret. Rursum enim iidem hæretici caput improbum de profundo, quo immersi tenebantur, attollunt. Atque ideo rogo, hortor, admoneo dilectionem vestram, ab eorum vos Conciliis & communione secernite. Recordamini zeli prioris; & vivere in vobis lucem, scintillam ignis spiritualis ostendite; ne simplicem in vobis veritatis affectum perditorum astutia expugnasse se gaudeat. Et hæc quidem quantum ad præsentem necessitatem, & assumendam contra impios cautionem, dixisse sufficiat. Spero tamen, quod si admonitio ista promoverit, & mihi & vobis utilis erit: quando & Deus in vestra salute glorificabitur, & fructus nostræ solicitudinis apparebit. Data tertio Nonas Aprilis, Agapito V. C. Consule.*

His autem litteris omnibus datis legatis, adjecit Hormisda Papa libellum confessionis Catholicæ, cui subscribendo quisque se posset vere probare Catholicum, sub cujus professione consequi posset Catholicam Romanæ Ecclesiæ communionem; ne (quod hactenus factum fuerat) multi currerent in incertum, dum defendendo Catholicam fidem, & non vitantes communionem hæreticorum, vel eorum qui cum illis participassent, putarent tamen vere se Catholicos Orthodoxos. His igitur obviaturus Hormisda, eo fidei libello tamquam Lydio lapide singulos probari voluit, quam profiteri deberent hi qui communionis Catholicæ participes esse vellent. Est vero ille hujusmodi, exscriptus ex codice Vaticano: XXX.

Prima salus est, regulam recte fidei custodire, & a constitutis Patrum nullatenus deviare. Et quia non potest Domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. Hæc quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus: quia in sede Apostolica immaculata est semper servata religio. Ab hac ergo spe & fide separari minime cupientes, & Patrum sequentes in omnibus constituta, anathematizamus omnes hæreticos: præcipue Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ fuit urbis Episcopus damnatus in Concilio Ephesino a Cælestino Papa urbis Romæ, & a sancto Cyrillo Alexandrinæ civitatis Antistite: Una cum ipso anathematizantes Eutychetem & Dioscorum Alexandrinum in sancta Synodo, quam sequimur & amplectimur, Chalcedonensi damnatos: His Timotheum adiicientes parricidam Elurum cognomento, & discipulum quoque ejus atque sequacem Petrum, vel Acacium, qui in eorum communionis societate permansit: quia quorum se communioni miscuit, illorum similem meruit in damnatione sententiam: Petrum nihilominus Antiochenum damnantes cum sequacibus suis, & omnium suprascriptorum. XXXI.

Fidei regula ab Hormisda missa.

Quapropter suscipimus & approbamus omnes epistolas beati Leonis Papæ, universas quas de religione Christiana conscripsit. Unde sicut prædiximus, sequentes in omnibus Apostolicam sedem, & prædicantes ejus omnia constituta; spero ut in una communione vobiscum, quam sedes Apostolica prædicat, esse merear, in qua est XXXII.

est integra & verax Christianæ religionis soliditas: Promittens etiam, sequestratos a communione Ecclesiæ Catholicæ, id est, non consentientes sedi Apostolicæ, eorum nomina inter sacra non esse recitanda mysteria. Hanc autem professionem meam manu propria subscripsi, & tibi Hormisdæ sancto & venerabili Papæ urbis Romæ obtuli. Dat. XV. Kalend. Aprilis, Agapito V. C. Consule.

XXXIII. His igitur ab Hormisda Papa datis litteris, profecti sunt legati. Quibus ita cum Apostolica benedictione dimissis, nova ingeritur sedi Apostolicæ causa, cujus gratia alia fuerunt addenda mandata legatis jam in itinere constitutis. Accidit enim, ut post eorum profectionem, Romam adveniret, qui missus fuit a Joanne Episcopo Nicopolitano diaconus referens persecutionem dirissimam esse excitatam ab Episcopo Thessalonicensi Dorotheo adversus sibi subjectos Orthodoxos Episcopos, petens Joannis litteris auxilium ab ipso Romano Pontifice. Cum vero qui istæc curare possent legati profecti jam essent; tamen ad eosdem Hormisda scribens, causam eamdem eisdem injungit: quibus & quid agere debeant litteris significavit. Sed & pro eodem Joanne litteras privatas ad Anastasium Imperat. dedit, necnon ad ipsum Dorotheum Thessalonicensem Episcopum. Subiiciamus ergo ipsas, ut ejusmodi legationis explorata in omnibus possit haberi cognitio; atque in primis eas audiamus, quas primo loco scimus ad ipsos legatos fuisse conscriptas, quæ sic se habent (*a*): (a) Hormisf. ep. 17.

Hormisda Ennodio & Peregrino Episcopis.

XXXIV. *Postquam profecta est charitas vestra, Nicopolitanus diaconus, qui vobis etiam occurrit in itinere, Romam venit: quem præter moram vidimus, cogitantes, ne forte esset quod ad instructionem mandatæ vobis legationis adiicere deberemus: quod & rationabiliter factum, ipsa res evidenter ostendit. Obtulit enim epistolam Joannis Episcopi sui, & aliam Synodi sibi subjacentis Ecclesiæ Nicopolitanæ, qua queruntur ab Episcopo Thessalonicensi excitatas adversum se tam principales quam judiciarias potestates; concussionibus & dispendiis se vehementer affligi propter hoc, quia de ordinatione sua ad Episcopum relationem secundum prisca exempla non miserit. Pro qua causa speraverunt ut de remedio cogitare deberemus, consulentes etiam nos, ut * daremus eis licentiam relationem ad designatum Episcopum secundum consuetudinem destinandi. Unde tractavimus, & Episcopum Nicopolitanum admonuimus, ne tale aliquid audere tentaret, si nobiscum velit in communione persistere; ne per illum, si ab eo qui a communione nostra alienus est, confirmationem petiisset, nostra quoque communio contagium sustineret. Hæc vos, ut omnia sciretis, instruximus. Data pridie Idus Aprilis, Agapito Consule.* * utrum.

Intelligis vel ex his saltem, lector, Epiri provinciam sub Thessalonicensi Ecclesia constitutam ex antiqua consuetudine, Thessalonicensemque Episcopum confirmare consuevisse Archiepiscopum Epiri Nicopolitanum Antistitem.

His igitur consulturus Hormisda Papa, non ad Dorotheum Thessalonicensem Episcopum tantum (ut dictum est) litteras commonitorias dedit, sed & ad Anastasium Imperatorem privatas ea de re conscripsit, commendans eundem Joannem Nicopolitanum Præsulem. Extant ipsæ, sicut etiam quas ad ipsum Joannem per ipsius diaconum reddidit litteras: sed primo loco quæ sunt redditæ ad Joannem Nicopolitanum Antistitem, & ad Synodum Nicopoli celebratam, hic reddamus, quas una cum cæteris ex altero citatorum ante codicum quam fidelissime exscripsimus: XXXV.

Hormisda Joanni Episcopo Nicopolitano cum Synodo.

Optaremus, dilectissimi fratres, ab omnibus vos molestiarum fluctibus alienos vitam sub tranquillitatis serenitate transigere; & Deo nostro, remota mundanarum tempestatum mentis perturbatione ..... moverunt: quia quæ fieri nolumus necesse est ut facta doleamus. Sed abundat mundus incommodis, & tentationibus: sæculum istud, in quo peregrinamur, expositum est passim, veluti magna moles, ventorum procellis. Ita Fidelium mentes diabolicis pulsantur insidiis; & sicut dictum est (b): qui volunt pie vivere in Christo, persecutiones patiuntur. Sed consolatur spes a justo retributore promissa (c): quia beatus est, qui non fuerit scandalizatus in Domino. Non deiiciant milites Dei impetus fragiles & caduci. Qui assistit strenuis, non delectatur ignavis. Facile contemnuntur ista quæ transeunt, si illa quæ sunt mansura cogitentur. Amplectenda est probationis occasio: quia licet sint dura onera laborum, præmia tamen majora virtutum. Quemadmodum par erit ei remuneratio, qui se imparem monstrat examini? XXXVI. Epistola ad Joannem Epis. Nicop. & Synodum. (b) 2. Tim. 3. (c) Matt. 11. Luc. 7.

Non simus segnes ad fortia, si pervenire cupimus ad promissa. Quis super hoc expectet vocem hominis, cum quotidie nobis insonet sententia veritatis (d): Beati qui passiones patiuntur propter justitiam? Sed ne me fratres carissimi (licet apud Fideles magna sint) spiritualia tantum vestræ exhibere credatis confirmationi solatia; providendis enim pro vestra tribulatione remediis, quantum in homine esse potuit, non quievi. Nam per legatos ad Orientis Principem destinatos, & Thes- XXXVII. (d) Matt. 5.

& Thessalonicensem Episcopum, ut ab infestatione vestra cessaret, admonui, & prorogatis paginis, ut Imperatori supplicaretur adjunxi.

XXXVIII. In quo redargutione sunt digni E- pisc. Epiri. *Hæc quantum ad præsentia sunt provisa: sed illa quæ ad spem futuram pertinent, hæc sunt potius mentibus intuenda. Sane hoc me fateor fuisse miratum, quod inter allegationes angustiarum religiosæ prudentiæ vestræ, hæc potuit cura subrepere, ut a me sub consolationis colore, dirigendi ad Thessalonicensem Episcopum solitas litteras, licentia posceretur. Ego ne hujus rei auctor existerem, quam si inscio me cognoscerem factam esse, culparem? Absit ista perversitas. Audite Apostolicam (a) vocem, sed personæ meæ convenienter aptandam: Si quæ destruxi, hæc iterum reædifico, prævaricatorem me constituo. Nolite, obsecro, ad evitata vix redire contagia: nec pedes luto, quo tenebantur avulsos, patiamini male rursus immergi. Sinite oblitterata esse transacta. Nemo mittens (b) manum suam in aratrum, & adspiciens retro, aptus est regno Dei. Impediuntur a processu propositi itineris, qui reflexi oculis respiciunt quod relinquunt. Non amant Ecclesiasticæ disciplinæ eos, in quibus remanet memoria illa perfidiæ totos ab errantibus oportet abscindi: quia in tantum detestabiles existimantur ad spreta redeuntes, ut beatus Apostolus Petrus (c) melius illis esse prædicaverit, ut non cognoscerent viam justitiæ, quam cognoscentes retrorsum reflecti in tradito sibi sancto mandato. In aperto est, qua pertinacia traditæ fidei debeat constantia custodiri, si tolerabilius est in errore persistere, quam coinquinationibus rursum, quas quis fugerit, implicari. Data pridie Id. Aprilis, Agapito V. C. Consule.* Vides quam longe absit ut cum hæreticis quodlibet intercedere possit vel levissimum communicationis symbolum, cum adeo detestetur Hormisda Episcopos Epiri scribendi ad Dorotheum non quidem damnatum hæreticum sed hæreticorum communione labefactatum, postulasse licentiam. At qui titubare, præ metuque trepidare Joannes cum collegis Episcopis noscitur, acriori urgente persecutione cessit, ut inferius suo loco dicemus. Sed quænam ad ipsum Dorotheum conscripserit, videamus. Sic enim ad eum per legatos epistola data se habet:

(a) Galat. 2. (b) Luc. 9. (c) 2. Pet. 2.

Hormisda Episcopus Dorotheo Episcopo Thessalonicensi.

XXXIX. *Joannes frater & Coepiscopus meus Nicopolitanæ urbis Antistes cum Synodo sua variis se concussionibus atque dispendiis graviter causatur affligi, quod a transgressorum societate divisus, postquam communionem sedis Apostolicæ emeruit, ad Thessalonicensium Ecclesiam ordinationis suæ initia non direxit. Potuisset neglectus sic esse culpabilis, si unum esset inter omnes mysterium charitatis. At cum multi se a petræ illius, quæ Christus est soliditate diviserint; quis non velit ab errantium conjunctione discerni, ut mereatur cum his qui consistunt in veritate conjungi? Non igitur consuetudo est neglecta, sed vitata contagia. Ergo obiicere quis possit errorem, ubi cogitatam salubriter intelligit cautionem? At nos quod debueras primus assumere, credebamus te sequi saltem post aliena exempla potuisse. Non sufficit in lapsibus mora, nisi ad reprehensionis cumulum circa eos quoque qui ad viam redeunt, accedat invidia? Quid aliud, quam beati Petri (quod sine impietate dici non potest) ipsum quod a Domino datum est nomen oderunt, qui eos qui ad sedis ipsius altaria confugiunt, insequuntur?* Cum petra conjunctio quemlibet demonstrat esse Catholicum.

XL. Communicantium cum hæreticis nullum potest esse Privilegium. *Quo pudore, rogo privilegia circa te illorum manere desideras, quorum mandata non servas? & reverentiam quam non exhibes fidei, cupis tibi Ecclesiastica potestate deferri? Si in iisdem vestigiis, quibus Catholici nituntur, insisteres, infectationem tamen proximi vitare deberes: sciens secundum Domini nostri & Salvatoris, quem colimus, instituta, eum qui scandalizaverit unum de minimis obnoxium magnis esse peccatis. Ubi est, Domine (d), humilitas, quam sub occasione discipulorum tuorum certantium de loci qualitate docuisti? Tu ostendis illum esse maximum, qui exhibere studuerit se pusillum: Respice (e) de cœlo & vide, visita vineam istam te cultore plantatum: intende circa mandata tua minimos, & circa ambitum honoris elatos.*

(d) Luc. 22. (e) Ps. 79.

XLI. Justa Pontificis comminatio. *Cur recentia cupitis, & prisca deseritis; circa summa desides, & parva curantes? Nonne (f) hoc est rerum vilia decimare, & legis præcepta contemnere? Serva illa quæ Deo congruunt; & facile ea quæ sunt ab hominibus, subsequentur. Quin potius curam salutis assume; & cur te alius prævenerit in veritate, suspira: ne si insectari eos qui ad Ecclesiæ revertuntur membra persliteris, tu quoque cum his, quos nominatim condemnat Apostolica sententia, copuleris. Data pridie Idus Aprilis, Agapito V. C. Consule.* Hæc quidem Hormisda plane digna tanto Romano Pontifice. Sed quæ ad Anastasium Augustum idem in eadem causa per eosdem legatos conscripserit, reliquum est ut videamus: sic enim se habent ad eum pro Episcopo Joanne datæ litteræ.

(f) Matt. 23.

Hormisda Anastasio Augusto, per Ennodium & Peregrinum Episcopos.

XLII. *Cum sapientiæ vestræ, clementissime Imperator, profunda considero; providentes*

Hormisdæ epist. ad Anastasium Imp. pro Joanne.

tes saluti propriæ, vobis displicere non æstimo. Neque enim aut divina monita, aut humana continent instituta, ut qui consulit bonæ spei, qualibet debeat reprehensione culpari: cum maxime pietas quoque vestra affectu se unitatis & pacis flagrare fateatur. Quæ res me quoque, vel pro fiducia conscientiæ vestra, vel pro creditæ quoque mihi dispensationis officio, emergente compulit non supersedere negotio. Joannes frater & Coepiscopus Nicopolitanæ civitatis Antistes, prædecessoris sui sanctæ recordationis Alcysonis secutus exemplum, beati Petri Apostoli communionem cum Synodo sua, damnatis his, quos Ecclesia detestatur, expetiit. Is nunc gravibus fatigatur insidiis. Precor mansuetudinem vestram, iniqua molientibus obviate, & removete molestias, & correctum fovete, cui ut corrigeretur debuisset assistere. Scient enim qui tardaverint, se reos futuros, cum a vobis foveri viderint jam reversos. Fateor, clementissime Imperator, miror insidiantium pertinaciam, neque Dei, neque vestro intuitu permoveri: nam qui oderunt in homine studium desiderii boni, quod de se æstimant judicari, insequuntur ad recta reduces; jure culpandi, si non converterint deviantes. Date fidei vestræ clara documenta, si adfore cunctis ad unitatem reductis & officio omni & adhortatione cogitetis.* Hactenus Hormisda ad Anastasium Imperatorem. Sed & ne in re tanta quicquam ageretur reprehensione dignum ab ipsis Apostolicæ sedis legatis, idem Pontifex ad eosdem adiecit de his quæ ad hanc causam spectant admonitionem, sive (ut ajunt) Commonitorium: quod quidem cum ad plura utilem exhibeat tractationem, hic describemus, atque illud ipsum ex iisdem codicibus (quantum licuit) emendatum: est autem hujusmodi (*a*):

* insisti

(*a*) Hormisd. ep. 18.

XLIII. *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, intercedentibus & adjuvantibus Sanctis*, quid agendum sit de causa Nicopolitanæ Ecclesiæ.*

* Apostolis.

Admonitio ad Legatos.

Primum ubi Thessalonicam, Deo juvante, veneritis, epistolas nostras, quas in hac causa misimus, Episcopo Thessalonicensi tradite, illum quidem ordinem in ejus salutatione servantes, quem scitis a nobis esse mandatum circa eos, qui cum sede Apostolica, hoc est, Ecclesia Catholica non communicant. Traditis autem epistolis instanter agere debetis, ut se ab ejus Ecclesiæ concussione suspendat: rationem reddentes; quia non potuit reversus ad communionem & ad corpus Ecclesiæ, cum illis qui necdum reversi sunt, quicquam habere conjunctum: Nos non solvere a prædecessoribus nostris concessa privilegia, si ipse Ecclesiastica instituta non deserat. Certe redeat ad unitatem, & nos cum eo insistemus, ut omnia privilegia quæcumque consecuta est a sede Apostolica Ecclesia ejus inviolata serventur. Intelligis, lector, non aliunde quam ab Apostolica sede Orientalibus impertita privilegia, cum vides ab ea concessum, ut Thessalonicensi Episc. Epiri provincia subjaceret. Sed subdit:

Privilegia Orientalium Ecclesiarum unde manarunt.

XLIV. *Dicite etiam aperte, illum ostendere inimicum se esse fidei, si insequitur quos viderit ad Catholicam communionem reverti. Quod si poteritis causam ibi, Deo propitio, componere; scriptis ad Episcopum Nicopolitanum litteris, quid vestra promoverit opera, nunciate. Si vero obstinatus fuerit, nec ab insecutione ejus cessare voluerit, secundum litteras, quas ad clementissimum Imperatorem misimus, apud Principem causam Ecclesiæ Nicopolitanæ sic agite, ut dicatis: Alcyson Episcopus Nicopolitanus satisfecit Ecclesiæ Catholicæ, susceptus est, & ad communionem reductus: hujus successor Joannes Episcopus & Deum ante oculos habens, & de salute sua cogitans, & prædecessoris sui bonum exemplum sequens condemnatis hæreticis, vel transgressoribus, ad sedem B. Petri Apostoli misit & susceptus est: Huic nunc Thessalonicensis Episcopus insidiatur & eum concutit, contraria his quæ fecit exigere volens. Hinc Pater vester & omnes Orthodoxi rogant, ut jussionibus vestris removeatur ab eo ista molestia: ne videatur hominibus, propter hoc illum persecutionem pati, quia ad communionem sedis Apostolicæ rediit: & qui expectant per vos unitatem fieri, aliud incipiant credere, si pietatem vestram viderint hoc dissimulare, hoc negligenter accipere.*

XLV. Litteræ Apostolicæ publice affigendæ.

Visum est nobis expedire, ut litteras quas ad Thessalonicensem in causa Nicopolitana direximus, quo libet ordine prudentia vestra diversis in locis faciat publicari, magnopere tamen in civitate Thessalonicensium: quia hoc facto & a persecutione nostrorum potest cessari, & ad ipsius, si se correxerit, credimus pertinere salutem. Hactenus admonitio posterior ad legatos post ipsorum discessum missa. Sed considera pristinam erga sedem Apostolicam reverentiam exhibitam etiam ab hæreticis atque schismaticis, dum ipsius Romanæ Ecclesiæ auctoritas etiam in ditione hæretici Imperatoris minime diminuta impeditave fuerit, quo minus Apostolicæ litteræ, inconsulto Principe, publicarentur: non enim id petendum ab Imperatore, ut alia, admonet Hormisda legatos; sed ut sponte libereque faciant, ingerit.

XLVI. Sed quæ ista secuta sunt? & quem effectum missa ab Hormisda legatio est consecuta? dicam paucis. Sicuti omnes quæ erant optimi pastoris dispersum gregem quæ-

quærentis Hormisda partes explevit; ita & Anastasius Imperator qui hæreticorum sunt Principum numeros omnes absolvit. At quænam ista? Audi ab Anastasio Bibliothecario in rebus gestis Hormisdæ totius tragœdiæ summam breviter perstringente his verbis: *Hormisda item secundo misit Ennodium Episcopum, & Peregrinum Misenatem Episcopum, portantes epistolas confortatorias * fidei, & contestationes secretas numero decem & novem, & textum libelli. In quo libello noluit assentiri Anastasius Augustus, quia & ipse in hæresi Eutychiana communicaverat. Voluit itaque eos legatos per remunerationem corrumpere: legati vero sedis Apostolicæ nullatenus consenserunt accipere pecunias, nisi sedis Apostolicæ satisfactionem operarentur.*

* confirmatorias.

XLVII. *Tunc Imperator repletus furore ejecit eos per posterulam*, & imposuit eos in navi periculosa cum militibus & Magistrianis & Præfectis nomine Heliodoro & Demetrio: quibus hoc dedit in mandatis Imperator Anastasius, ut nullam civitatem ingrederentur. Legati vero Apostolicæ sedis suprascriptas epistolas fere decem & novem per manus monachorum & Orthodoxorum exposuerunt per omnes civitates: quas Episcopi civitatum, qui erant complices Anastasii Augusti, omnes eas epistolas timore pro crimine Constantinopolim direxerunt.* Sed & tunc etiam qui stare videbantur, consternati sunt pariter Episcopi Dardaniæ, Illyrici, & Epiri, quibus legati reliquerant fidei Catholicæ libellum habentem damnationem Acacii nominis expressum. Tunc, inquam, qui stare videbantur, ob metum titubantes, tanto terræmotu oborto, penitus corruere, & quæ acceperunt fidei monimenta præ timore deseruere, inveniri timentes Romanæ communicatores Ecclesiæ: sed quomodo mox iram Dei experti sint, sequenti anno dicturi sumus. Addit vero his hæc Anastasius Bibliothecarius: *Tunc furore repletus Anastasius contra Hormisdam Papam, inter alia Sacra sua hoc scripsit: Nos jubere volumus, non nobis juberi.* Hæc mens elata. At extat ipsa Imperatoris epistola ad Hormisdam conscripta, qua sicut fecerat contra Symmachum Papam, sugillat ipsius Hormisdæ nimiam duritiam: redarguens, quod cum Filius Dei in mundum venerit peccatores salvos facere, & nihil aliud magis & verbis & factis ipse Dominus inculcarit, & discipulos suos docuerit, quam peccantibus ignoscere, eosque recipere; id ipsum tamen ipse Papa negligat atque reiiciat. Sed integram hic perbrevem ipsius reddamus epistolam Anastasii, quam Sacram dicunt. Est hujusmodi (a):

* posticulum.

(a) Extat inter epist. Hormisd. post. epist. 20.

Anastasius Augustus Hormisdæ Papæ.

XLVIII. *Etsi magnum aliquid taciturnitas judicatur, tamen necessarium est admirantes Dei misericordiam assidue frequentare sermonem: & quia initium fidei, quam nos Dominus & Deus Salvator noster Jesus Christus docuit in remissione peccatorum præcellit, nulli habetur ignotum. Ipse enim per propriam passionem omnia Adam peccata mundavit, & hæc fuit negotiatio humilitatis ipsius, ut & præfatum & omnes fratres liberaret servitute peccati, voluntarie personam servi suscipiens. Nam beatus Apostolus Paulus (b) docuit nos scribens ad Romanos: Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, & in eos qui non peccaverunt: ex quo est universitati quodammodo declaratum ex generali dispositione, sive mirabilibus, specialia quæque exempla debere suscipere semel tam magnæ legis jussiones, & tam pia bonitate firmatæ: ut omnis doctrina, quam discipulis suis tradidit, in hoc firmamento consistit. Fugavit ægritudines, sive multifaria genera passionum: nondum peccati propria (sicut dictum est) passione resolvit; & agens, ad implenda similia discipulos suos factis & sermonibus instruebat.*

Epist. Anastasii ad Hormisd. Papam.

(b) Rom. 5.

XLIX. *Verum si, sicut aliqui nituntur ostendere, certi ex ipsis Apostolis tam piam doctrinam per inobedientiam implere dissimulant; ignoramus ubi magisterium misericordis Domini ac magni Dei nobis possit occurrere. Nos autem non ea credimus ratione, ut immisericordes esse putemus, qui misericordiam didicerunt; sed postulationem nostram a præsenti tempore taciturnitate comprimimus: irrationabile judicantes illis precum adhibere bonitatem, qui rogari se nolint, contumaciter respuentes: Injuriari & annullari sustinere possumus, juberi non possumus. Data Constantinopoli quinto Idus Julii, Anastasio Augusto quartum & Agapito Coss.* Sed observa lector, cujusnam Principis sint ejusmodi verba proterva, contumaciæ plena ad Romanum Pontificem scripta: *Injuriari & annullari sustinere possumus, juberi non possumus:* Non alterius quidem hominis, quam Imperatoris hæretici, Pharaoni simillimi, tunc per speciem tantummodo cervicem ferream inclinantis, cum instantia eum flagella compellerent, dum videt ob hæresim de Imperio & vita pariter periclitari: quibus amotis, & Moysen cum Deo obfirmata obstinatione contemnat. Sed justo Dei judicio evenit quod nesciens ipse prædixit, nimirum, ut potius miserrime infelix perierit, quam paruerit jubenti Pontifici.

Anastasii Imp. fatuum damnatur consilium.

L. Ita plane semper accidit, ut in sui perniciem sibi male consulat insana dominandi cupido, quam imprudentes Regnandi nominant rationem, dum iidem Dei timore posthabito, sic præseferunt colere reli-

religionem, ut eam captivam ductam cogant privatis suis affectibus inservire. Habent isti quem colant atque sequantur Anastasium Imperatorem, qui astute simulaverat Romano velle parere Pontifici, ut exertum contra se gladium Vitaliani vitaret: quo intuitu pariter longiores moras nectere voluit Constantinopoli legatos Apostolicæ sedis, ut eorum reveritus præsentiam populus contineretur: alias enim facile accidere potuisset (quod ante sæpe contigerat) ut rursus populis turbas cieret, & armis Imperatorem urgeret, litteris præsertim Hormisdæ ad rectam propugnandam fidem commotus. Sed eo cessante metu, qualis fuerit animi, cujusve cultor fidei exitus declaravit, dum adversus Orthodoxos persecutionem excitat, dumque per posticum amandat cum militibus ad navem legatos, eos quantocyus non Constantinopoli tantum, sed ab omni prorsus Orientalis Imperii ditione procul expellens: non intelligens vecors, esse in cælo Regem Regum, qui Reges in die iræ suæ (*a* confringat, quique baltheum (*b*) Regum dissolvat, & præcingat fune renes eorum; dictumque (*c*) *Sic & Rex hodie est, & cras morietur*: quæ cuncta de Regibus ex divina Scriptura deprompta vindictæ imminentis elogia cogitur haud sero Rex senex (*d*) & fatuus experiri, qui vera prudentia sibi consulere nescierit in futurum.

(*a*) Ps. 109. (*b*) Job. 12. (*c*) Eccl. 10. (*d*) Eccl. 4.

LI. At quid post hæc accidit? Simulac enim audita sunt foris, quæ adversus legatos Apostolicæ sedis Constantinopoli facta sunt: adversarii omnes fidei Orthodoxæ, veluti abrupto penitus quo videbantur coerceri fræno, timore nimirum illo soluto, quem ex unitate Catholica jam jam sancienda conceperant, palabundi, quo quisque ferretur impetu voluntatis, in Orthodoxos insiliunt, eorum bona diripiunt, profanant Ecclesias, instarque luporum in ovile ovium irrumpentium, mactant & perdunt. Nam accipe quid in Syria actum sit: ex quibus cætera, quæ remanserunt obscura, pernoscere valeas. Audi, inquam, quæ nefaria impius & sanguinarius ille Severus, qui thronum invaserat Antiochenum, quique Acephalorum caput emersit, & Petrus perditissimus hæreticus Episcopus Apameæ sicut impietatis particeps, ita & crudelitatis socius, perpetrarunt, dum sceleratorum comparata manu, in monachos Syriæ Orthodoxos Ecclesiæ Romanæ communicantes, more prædonum insurgunt, plurimosque occidunt, cæteris vulneratis ac male habitis; nec illis quidem parcentes, qui ad sacrum altare confugerant. In hos autem monachos potissimum eorumdem hæreticorum furor exarsit; quod & ipsi aliquando hæreticorum labe polluti, citius resipiscentes, ex eorum se communicatione divulserant, Apostolicæque sedi conjunxerant, fidem Catholicam profitentes. Cujus rei gratia hostes fidei in eosdem vehementius exacerbati, cunctos simul perdendi animo insurrexerunt, crebrioribus eos insultibus aggressi: ut quæ dicentur, manifeste satis declarabunt.

Persecutio ab hæreticis illata in Orthodoxos.

LII. Ex hac autem prima ipsorum facta grassatione qui tantum periculum evaserunt, libel-

PAGIUS III. *Maronitæ Synodum Chalcedonensem tuentur.*

A num. LII. ad LXI. Hoc & præcedenti sæculo *Maronitæ* religionem Catholicam egregie tuiti sunt, indeque in Martyrologio Romano ad diem XXXI. mensis Julii habetur: *In Syria Sanctorum trecentorum quinquaginta Monachorum Martyrum, qui ob defensionem Synodi Chalcedonensis ab hæreticis occisi sunt.* Extat de eorum nece libellus viginti quatuor Archimandritarum ad Hormisdam Romanum Pontificem, in quo legitur: *Quoniam Christus Deus noster Principem Pastorum, & Doctorem, & Medicum animarum constituit vos, & vestrum Sanctum Angelum; dignum est passiones, quæ nobis contigerunt, exponere, & immisericordes ostendere lupos qui dissipant gregem Christi. Qui autem sint isti & qui adversus nos armaverint, audistis utique Beatissime: Severus ille & Petrus, qui numquam in Christiano numero reputati sunt, qui per singulos dies Sanctam Chalcedonensem Synodum, Sanctissimum & Beatissimum Patrem nostrum Leonem* (hujus nominis I) *publico anathemate impetentes, qui judicium Dei nihil æstimantes, & colendos Canones Sanctorum Patrum conculcantes, Episcopos quidem principali potentia facientes exhiberi & nos cogentes illudere prædictam Sanctam Synodum suppliciis inæstimabilibus affligentes, euntibus nobis ad mandram Domini Simeonis pro causa Ecclesiæ, insidiati sunt nobis in itinere perditi, coinquinati, & supervenientes occiderunt ex nobis CCCL. quosdam autem vulneraverunt, alios vero qui potuerant ad colenda Altaria fugere ibidem peremerunt & Monasteria incenderunt.*

IV. *Ex iis CCCL. ab Acephalis occisi.*

In supplicatione vero eorumdem Monachorum ad Joannem Patriarcham Constantinopolitanum & ad Quintam generalem Synodum præfati Monachi Maronitæ ajunt: *Dirum spectaculum fuerunt jacentes Viri, qui religiosis certaminibus usque ad canitiem certaverunt, nudi & insepulti jactati ultra trecentos existentes ex secunda Syrorum Provincia nati canibus & avibus lacerandi projecti.* Et in alio præfatorum libello ad Menam Patriarcham: *Et eorum canitiem non veriti, opus gladii in ipsos fecerunt, circa trecentos quinquaginta numero existentes eorumque membra instrata disperserunt.* Quæ omnia habentur in prima Actione Quintæ Generalis Synodi. Cum igitur admiranda pro Catholica religione horum Monachorum Maronitarum facinora in dies magis hac magis elucerent, & quæ aspera in fide, ac difficilia videbantur, eximii illi Viri doctrina sua plana facerent, ea fuit illorum fama, ut Syri Christiani, qui numquam a recto tramite desciverant, & fidem illam, quam ab Apostolis ad illa usque tempora retinuerant illibatam servarent, ad eos Monachos tanquam ad Præceptores confluerent.

V. Innuit Hormisdas in Epistola, qua respondet ad eosdem Monachos, Catholicam religionem per ipsos visam esse inconcusse servatam, illosque commendat & solatur de iis, quæ passi fuerant, dicens: *Benedixi Deum fidem militum suo-*

Syriæ monachi a Severo afflictati adeunt Imp. libellum supplicem adversus eundem grassatorem Severum offerunt Imperatori, quo petierunt, ut Severus ab eo coercitus fineret qui remanserant, monachos Orthodoxos securos degere in solitudine. Sed qui adhæc missi sunt Constantinopolim legati duo monachi Sergius atque Joannes, ab Imperatore sunt absque auditione contumeliis affecti atque rejecti. Quamobrem cum jam viderent haud dubie manus Imperatoris esse cum adversariis, ob idque ab eis audaciora quotidie se fore experturos; quid agerent, ignorant, nisi ad Deum, unde sperent auxilium, convertere oculos, & ipsum precibus interpellare.

LIII. Interea vero ad eum quem norunt se in terra habere Patrem, quamvis longe positum, clamant, proximum adesse, scientes caput cohærentibus membris compagine Catholicæ unitatis, & charitatis: clamant, inquam, dum ad communem patrem, ipsum Romanum Pontificem Hormisdam litteras dant, quibus ejus auxilium postulant, recipi ab eo rogantes, qui eamdem cum ipso fidem Catholicam profiteantur, & hæreticos omnes quos ille reiicit, pariter & ipsi reiiciant atque condemnent. Extant ipsæ litteræ, quibus quamplurimi subscripserunt Archimandritæ absque presbyteris atque diaconis, quorum omnium fides Catholica effulgebat: descripsimus eas ex eisdem codicibus quam emendatissime licuit: quibus ejusmodi titulus legebatur inscriptus (a):

(a) Extat inter epist. Hormisd. ante epist. 21.

Exemplum relationis minimorum Archimandritarum & cæterorum monachorum Secundæ Syriæ.

Sanctissimo ac beatissimo universi orbis terræ Patriarchæ Hormisdæ continenti sedem Principis Apostolorum Petri, deprecatio & supplicatio minimorum Archimandritarum & cæterorum monachorum Secundæ Syriæ provinciæ.

Gratia Salvatoris omnium nostrum Christi nos ad vestram beatitudinem refugere velut de hieme & tempestate ad portum tranquillitatis admoniti, minime circumvallantibus nos calamitatibus teneri jam credimus. Nam etsi patimur, gaudentes sustinemus: scientes quia (b) non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Quoniam vero Christus Deus noster principem pastorum & doctorum & medicum animarum constituit vos & vestrum sanctum Angelum; dignum est, passiones, quæ nobis contigerunt, exponere, & immisericordes ostendere lupos, qui dissipant gregem Christi: ut auctoritatis baculo eos expellat de medio ovium, verbo autem doctrinæ animam sanet, & orationis medicamentis mitiget. LIV.

(b) Rom. 8.

LV. Severi carnificina. *Qui autem sint isti, & qui hos adversum nos armaverint, audistis utique beatissime. Severus ille & Petrus, qui numquam in Christiano numero reputati sunt; qui per singulos dies sanctam Chalcedonensem Synodum, sanctissimumque ac beatissimum Patrem nostrum Leonem publico anathemate impetentes; qui judicium Dei nihil æstimantes, & colendos canones sanctorum Patrum conculcantes; Episcopos quidem Principali potentia facientes exhiberi, & nos cogentes illudere prædictam S. Synodum, suppliciis inæstimabilibus affligentes: Unde & quidam eorum injectas plagas minime sustinentes, de hoc sæculo transierunt; & nostrorum vero non exigua multitudo perempta est. Euntibus enim nobis ad mandram domini Simeonis pro causa Ecclesiæ, insidiati sunt nobis in itinere prædicti coinquinati: & supervenientes, occiderunt ex nobis trecentos quinquaginta viros; quosdam autem vulneraverunt; alios vero, qui potuerunt ad colenda altaria confugere, ibidem peremerunt; & mona-*

Monachi occisi a Severo.

PAGIUS

Maronitæ omnes in Oriente concitant adversus Acephalos. *suorum inter adversa servantem.* Hi itaque tanquam Catholicæ fidei antesignani, ut eamdem fortiter tuerentur varios ex suis miserunt Romam Constantinopolim, & per universam Syriam secundam, quibus Hormisdam Papam, Menam Patriarcham, Justinianum Imperatorem & omnes Syriæ Episcopos enixe rogabant, ut una simul adversus hæreses insurgerent, uti in citata Epistola eorumdem Monachorum ad Hormisdam legitur: *Deprecamur ergo Beatissime, supplicantes & rogantes, ut exurgatis cum fervore & zelo, & vindicetis fidem contemptam, Canones conculcatos Patres blasphematos, & talem Synodum anathemate impetitam*, videlicet Chalcedonensem. Et in libello Monachorum ad Menam Patriarcham Concilium Constantinopolitanum anno DXXXVI. celebrantem Tom. V. Conc. Actione V. pag. 115. & seqq. relato, in quo subscriptus est Theodorus *Presbyter & Prior Monasterii Maronis*, illum hoc modo hortantur; *Et erat quippe nobis per votum propria promissioni vacantibus huic soli, attendere, & a nemine eorum, qui exterius circumsistunt, dilaniari. Verum quia Dæmon, qui bonum odit hominum, bonum semper invidens, organa propria inveniens Severum scilicet & Petrum, per ipsos pacem Sanctarum Dei Ecclesiarum perturbare non cessat*, &c.

VI. *Scribunt ad Menam Patriarcham Constantinop. & ejus Synodum.* Paulo post: *Hi enim parva putantes ea quæ ab ipsis jam præsumpta fuere totum Orientem perturbarunt, & humano sanguine Sanctorum & cæterorum Virorum se coinquinantes, elaborant omnino & hanc regiam Urbem hujusmodi malis involvere, si prævalebunt.* Post enarratas vexationes, commemorationem factam, ut ajunt, violentiarum, jugulationum, insidiarum ac rapinarum Monasteriorum addunt: *Cum itaque nos videamus hos ita impudenter & cum audacia agere, & vos securitate omnium Fidelium nihil antiquius habere.* Et infra: *Hoc rogamus vos, immo vero & adjuramus (quanquam præsumptuosum quid faciamus) per magnum Deum &*

monasteria incenderunt, per noctem mittentes multitudinem inquietorum hominum redemptorumque, omnem paupertatem Ecclesiasticam hujusmodi pestiferi homines consumentes.

LVI. *Ad singula autem delatæ ad vestram beatitudinem instruent chartæ a venerabilibus fratribus Joanne & Sergio, quos miseramus Constantinopolim, sperantes vindictam de his fieri, quæ commissa sunt. Sed eos nec verbo dignatus est Imperator, sed etiam cum grandi contumelia expulit comminatus eis qui ista porrigerent. Unde hinc est, nos vel sero cognoscere, quoniam tanta pravitas & audacia talium malorum adversus Ecclesias facta, ipsius immissione composita est.*

LVII. Interpellant Rom. Pont. ut caput Ecclesiæ. *Deprecamur ergo, beatissime Pater, supplicantes & rogantes, ut exurgatis cum fervore & zelo, & condoleatis juste pro corpore laniato (nam caput estis omnium) & ut vindicetis fidem contemptam, canones conculcatos, Patres blasphematos, & talem Synodum anathemate impetitam. Vobis autem a Deo (a) data est potestas & auctoritas ligare & solvere. Non (b) opus habent qui sunt sani medicis, sed male habentes. Exurgite, Patres sancti venientes ad liberandum nos: imitatores estote Domini nostri qui de cælo super terram advenit quærere errantem ovem. Petrum illum respicite Principem Apostolorum, cujus sedem ornatis, & Paulum qui est vas electionis: qui circumeuntes, Orbem terrarum illuminaverunt. Nam magna vulnera majoribus indigent adjumentis: Mercenarii videntes lupos venientes adversus oves, dimittunt eas dissipari ab illis. Vobis autem veris pastoribus & doctoribus quibus cura pro salute ovium commissa est, occurrit in se grex, cognoscent suum pastorem ab immitissimis bestiis liberatus, & vocem sequens pastoris, sicut Dominus ait: (c) Oves meæ vocem meam audiunt: ego cognosco eas, & sequuntur me.*

(a) Matt. 16.
(b) Luc. 5.
(c) Joann. 10.

Non ergo despiciatis nos sanctissime, qui a bestiis ferocibus quotidie vulneramur. Ad perfectam autem notitiam sancti Angeli vestri, anathematizamus in eadem nostra deprecatione virtutem habente libelli omnes projectos & excommunicatos a vestra Apostolica sede: dicimus autem Nestorium qui fuit Constantinopolitanus Episcopus, Eutychetem, Dioscorum, & Petrum Alexandrinum, qui cognominatus est Balbus, & Petrum, qui dicebatur Fullo, Antiochenum, & omnes qui unum illorum hæreticorum defendunt. Subscriptiones. LVIII.

Ego Alexander misericordia Dei presbyter & Archimandrita sancti Maronis deprecatus sum.

Simeon misericordia Dei presbyter & Archimandrita ut supra, &c. Subscripti sunt enim in eodem libello supplici & epi- LIX.

PAGIUS *& Salvatorem nostrum Jesum Christum, & per salutem, & victoriam Piissimi, & Christianissimi Imperatoris nostri a Deo propter rectam fidem dilecti, ut nos sequentes sententiam Sancti & Apostolici Viri Archiepiscopi antiquæ Romæ, & eos qui hujus Regiæ Urbis Pontificalem Sedem ornaverunt, ac Beatos Patriarchas Theopoleos, & Hierosolymorum, cæterosque Pontifices, primum quidem condemnationi adversus ipsos hæreticos a prædictis Sanctis Viris prolatæ, & anathemati modo, sicuti & ante, & vos subjiciatis Severum & Petrum quilibet vestrum nominatim coram Deo & hominibus manifestando, & anathematizando, & eos qui similia istis sapiunt, & non pœnitent, sed in illorum errore permanent, atque etiam impia Severi dogmata & conscripta, & qui ea suscipiunt, necnon & istorum consentaneos, quemadmodum in Nestorio, & Eutychete, & Dioscoro cæterisque hæreticis facere consuevistis, tradendo populis ac ipsos docendo, ubique adversari illorum mortiferum venenum, statimque una nobiscum ad pedes Piissimi ac a Deo custoditi Imperatoris nostri currere velitis, & ipsius Pietatem edocere omnia quæ secuta sunt, ipsiusque Mansuetudinem exorare, ut illa faciat, quæ sua divina & a Christo amata anima naturaliter facere solet pro pace Sanctorum Dei Ecclesiarum, ut & ipsius a Deo custoditum Imperium inconcitatum & inperturbatum custodiat, & eos qui a nobis denominati sunt, & qui similia istis sapiunt, de hac Civitate expellat, & cessare faciat Conventicula, quæ fiunt, & illegitima baptismata & turbationes. Insuper etiam & Zoaram Syrum quemdam inconsideratum ejusdem vomitus & veneni cum ipsis existentem, oramus ejusdem condemnationibus submitti*, &c.

VII. *Ad Imp. & ad proprios Episc. libellos mittunt.* Legitur in eadem quinta Actione libellus Monachorum, Monasteriorumque secundæ Syriæ, porrectus Justiniano Imperatori, quem supplicant, ut suscipiat libellum a se oblatum Mennæ Patriarchæ Constantinopolitano contra devastantes Sanctam Dei Ecclesiam, videlicet Severum, Petrum & Zoaram Syrum; cui libello subscriptus est *Paulus Dei misericordia Diaconus & Legatus Monasterii beati Maronis principalis venerabilium Monasteriorum secundæ Syriæ.* Extat libellus ille Tom. V. Concil. pag. 105. & seqq. cum igitur præfata Synodus Constantinopolitana Severum & Petrum anathemate percussisset, enixe curarunt Monachi, ut tota Syria Synodi Decretis obtemperaret. Quare libellum miserunt ad proprios Episcopos, cui (ut legitur in præfata Actione V. pag. 243. & seqq.) primo loco subscripsit *Alexander Presbyter & Archimandrita Monasterii beati Maronis*, ubi inquiunt: *Quare supplicamus & rogamus vestram Beatitudinem, ut respicientes ad verum verbum cui servitis, & ad memoriale & orthodoxum propositum piissimi Imperatoris nostri, ac summorum Magistratuum sequamini sancta gesta beatissimi Patriarchæ, & Sanctæ Synodi cum ipso congregatæ, & consentiatis justæ expulsioni factæ contra Severum hæresiarcham, & deponere velitis Petrum quem nominando merito erubescimus*; quæ ut jam insinuavimus gesta sunt anno DXXXVI. & descripta ex clarissimo Fausto Nairono in Dissert. de Origine, ac religione Maronitarum. Visum est autem hæc uno tenore referre, ut Historia hactenus parum cognita facilius percipiatur. Ad

epistola Archimandritæ omnes numero vigintiquinque, presbyteri vero & diaconi simul numero centum septuaginta, quorum singulorum nomina illic in fine singillatim conscripta habentur. Qui autem has tulerunt litteras Joannes & Sergius a monachis Secundæ Syriæ missi, nonnisi ad finem anni hujus Romam pervenere, vel sequentis initio, ut redditæ ad eos litteræ ab Hormisda anno sequenti Idus Februarii satis demonstrant. Quid vero ad hæc Papa rescripserit, suo loco dicemus.

LX. At alia his plura addiderunt scelesta Severus & Petrus adversus eosdem monachos Syriæ, dum vixit impius Anastasius, hoc & sequenti anno, nefanda omnia sibi licita existimantes. Reliqua autem quæ ab eisdem sequenti sunt anno facinora perpetrata, suo loco dicentur ex libello monachorum Constantinopolim misso sub Justino Imperatore, a quo sequentem Annalium tomum auspicabimur.

LXI. His auditis, quomodo potuit non odisse Hormisda Pontifex aprum (*a*) silvestrem devastantem vineam Domini, ipsum inquam hominem peccati, Anastasium Imperatorem, a quo vires omnes suppeditabantur hæreticis, adversus quos læsum numen implorat? At quid tandem? *Tacui semper* (dicit Dominus *b*) *silui, patiens fui: Ut parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul*. Sicque *excitatus* (*c*) *est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus a vino*. Exacuit (*d*) ut fulgur gladium suum: primumque omnium idolum erectum in templo, stantem abominationem in loco sancto disjecit, ipsum inquam Timotheum Constantinopolitanum intrusum Episcopum e medio sustulit: morte enim inopinata confestim sublatus est de medio, qui medium struxerat dividentem parietem, impediebatque ne Orthodoxis unirentur hæretici, cum sex annos sedem illam tenuisset, immo cathedram pestilentiæ occupasset: tot annorum numerum eidem tribuit quoque Nicephorus (*e*). Equidem sequenti anno sedisse Timothei successorem, epistolæ ultro citroque datæ significant. Qui autem in locum ejus subrogatus est Joannes Cappadox populi conatu potius quam voluntate Anastasii Imperatoris electus creditur, Orthodoxæ fidei cultor: cui tamen quandiu idem Anastasius supervixit, nec licuit respirare: eo autem paucos post menses defuncto, quam strenue pro Catholica unitate atque concordia laborarit, quæ suo loco dicentur, palam facient. Jam vero quæ sunt hujus anni reliqua absolvamus.

(*a*) Ps. 79. (*b*) Is. 42. (*c*) Ps. 77. (*d*) Deut. 32. (*e*) Niceph. in Chron.

LXII. Hormisdæ cura totius orbis Ecclesiarum. Hormisda Papa summus Antistes licet immensis malis Orientalis Ecclesiæ adeo esset oppressus, ut totus penitus ab iisdem videri potuisset absorptus, nec ullus prope ipsi reliquus videretur esse locus ac tempus ad alia divertendi: memor sese universo Christiano Orbi præesse pastorem, dum sic obtutus figit ad Orientem, haud tamen prætermittit aspicere Occidentem, atque etiam Borealis lustrare ovilis regiones. Vidimus enim hoc anno, decimoquinto Kalend. Martias ipsum scriptis litteris ad Alcimum Avitum Viennensem Episcopum, eidem suas delegasse vices ad recta dogmata & Ecclesiasticam disciplinam sartam tectam illibatamque in Gallia conservandam: id ipsum etiam hoc eodem anno impendit Hispaniarum Ecclesiis, cum legat vices suas Joanni Episcopo Tarraconensi. In ulterioris vero Hispaniæ provinciis, nempe Bæticæ & Lusitaniæ, Sallustio Hispalensi Episcopo nomine suo agere cuncta præcepit, ad quem etiam litteris dedit hoc ipso anno sub Consule Agapito; sub quo etiam datæ litteræ (*f*) ad Joannem Episcopum quarto Nonas Aprilis leguntur, Agapito V. C. Consule: sed irrepsit error, ut loco V. C. scriptum fuerit II. quasi signetur secundus Consulatus Agapiti; cum tamen nonnisi semel eo munere functum esse, certum sit.

(*f*) Extant t. 1. Conc. vet. edit in Hormisda.

LXIII. De vicaria autem potestate Joanni concessa hæc ibi leguntur: *Quia per insinuationem dilectionis tuæ hujus nobis est viæ patefacta providentia, remuneramus sollicitudinem tuam, & servatis privilegiis Metropolitanorum, vices vobis Apostolicæ sedis eatenus delegamus, ut inspe-*

PAGIUS VIII. *Moritur Timotheus Episc Constantinop.*

Ad num. LXI. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DX. qui Kalend. Septemb. præsentis Christi anni inchoatur, ait: *Timotheo Constantinopolitano Episcopo fatis functo, Joannem Cappadocem Presbyterum & Syncellum Constantinopolit. instituerunt Episcopum. Hic ordinatus tertio Paschatis die Apostolicum induit amictum. Populus autem multa importunitate contendebat a Joanne, ut Severum anathemate perstringeret*. Quare Joannes Cappadox non hoc anno, ut Baronius & Victor Tununensis scripsere, sed insequenti, dieque XVII. mensis Aprilis ordinatus est Episcopus Constantinopol. ut ex dicendis in morte ejus etiam constabit. In Chronico Nicephori, & in Tabulis Nicephori *Timotheo* anni VI. tribuuntur; sed cum sub finem anni Christi DXI. Sedem inierit, in ea enumeratione anni tantum completi enunciatur. Porro Tununensis verba notanda sunt; *Timotheus Constantinopolitanus Episcopus obtrectator Synodi Chalcedonensis V. die Mensis Aprilis occubuit, & Joannes Cappadox in cella propria atque Presbytero Episcopatum tradidit. Hunc Anastasius ante ordinationem suam, ut Synodum Chalcedonensem prædamnaret, coegit*. Sed loco horum verborum, *Joannes Cappadox*, &c. Legendum, *Joanni Cappadoci in cella propria, atque Presbytero Episcopatum tradidit*. Syncellus enim in eadem, qua Patriarcha cella habitabat, indeque nominis etymon.

Ad

spectis istis, sive ea quæ ad canones pertinent, sive ea quæ a nobis sunt nuper mandata serventur; sive ea quæ de Ecclesiastica causa tuæ relationi contigerint, sub tua nobis insinuatione pandantur, &c. Ad Sallustium vero Episcopum Hispalensem de provinciarum Bæticæ & Lusitaniæ vicaria potestate concessa hæc habet (*a*): *Suffragantibus igitur tibi tot meritis piæ solicitudinis & laboris, certe jam delectat injungere quæ ad nostri curam constat officii pertinere; ut provinciis tanta longinquitate disjunctis & nostram possis exhibere personam, & Patrum regulis adhibere custodiam. Vices itaque nostras per Bæticam, Lusitaniamque provincias salvis privilegiis, quæ Metropolitanis Episcopis decrevit antiquitas, præsenti tibi auctoritate committimus:* Et inferius de usu impertitæ potestatis, quomodo sint cuncta tractanda, verbis his admonet: *Quoties universalis poscit religionis causa, ad Concilium te cuncti fratres evocante conveniant: & si quos specialis negotii pulsat contentio, jurgia inter eos oborta compesce, discussa sacris legibus determinando certamina. Quicquid autem illis pro fide & veteribus constitutis vel provida dispositione præcipies, vel personæ nostræ auctoritate firmabis, totum ad scientiam nostram instructæ relationis, attestatione proveniat &c.* His subiiciuntur litteræ de pace inita & unitate conciliata cum Ecclesia Orientali; quæ tamen anno sequenti, cum id fieri contigit, scriptæ cognoscuntur.

(*a*) Extant t. 1. Conc. in Hormis.

LXIV. Hormisdæ litteræ ad Episcopos Hispaniarum.

Porro sicut duos præfecit Hormisda hoc anno Vicarios Hispaniarum Ecclesiis, & ad eosdem singulas dedit litteras, ita ad Hispaniarum Episcopos eodem tempore distinctas duas dedisse reperitur epistolas, magna solicitudine cavens ne quid in eos illaberetur Orientalis contagii. Monere enim eos omnes in primis voluit, ut caute agerent in recipiendis Græcis clericis ex Oriente venientibus: etenim Joannes Episcopus, quid agere deberet de his, consuluerat ipsum Hormisdam, qui recipiendi eos formam præscribit.

LXV. Laudabilis quidem pristinus ille usus, ut cum sciretur in aliquibus provinciis commixtos esse inter Catholicos complures hæreticos, si quis inde migraret in remotiores Christiani Orbis provincias, non reciperetur absque Orthodoxæ fidei professione, nec quidem generali, sed quæ instantes hæreses condemnaret. Sic igitur quantumlibet constaret hoc tempore in Oriente quamplurimos vivere Catholicos; quod tamen sciretur Eutychianos in iisdem invaluisse regionibus, jure postulatum ab Hispaniarum Episcopis fidei Catholicæ tenacissimis, ut a Romano Pontifice forma libelli mitteretur, cui omnes Orientales in Hispanias accedentes subscribere deberent, qui vellent ad communionem admitti.

Exigenda fides ab iis qui admittendi essent ad Communionem.

LXVI. Sed & illud observatione dignum, si quem piorum Occidentalium Christianorum e contra his temporibus proficisci contingeret in Orientem, solitum pro viatico sibi sumere veræ fidei documenta, præmunireque se antidoto contra ictus serpentium, quos sciret frequentes in illis regionibus reperiri. Hinc quidem hoc eodem tempore, cum sub Anastasio fides Catholica in Oriente periclitaretur, S. Fulgentio suppeditatum est argumentum scribendi de fide ad Petrum Hierosolymam profecturum, ut ipse libri exordio præfatur his verbis (*b*): *Epistolam, mi Petre, tuæ charitatis accepi, in qua significasti, velle Hierosolymam pergere: & postulasti, te litteris nostri instrui, quam debeas in illis partibus veræ fidei regulam tenere, ut nullus tibi possit sensus hæreticæ subrepere falsitatis, &c.* Porro male creditum S. Augustini librum esse, quem constat, testificatione antiquorum omnium esse Fulgentii:

(*b*) Apud S. Aug. in Append. ad tom. 3.

LXVII. Gerundense Concilium. Sed ad Hispanos Tarraconensis provinciæ Episcopos revertamur, qui litteris excitati Hormisdæ Pontificis hoc ipso anno, qui numeratur septimus Theodorici Italiæ Regis in Hispania regnantis, sub eodem Agapiti Consulatu Gerundæ Tarraconensis provinciæ civitatis Concilium celebrarunt, cui præfuit idem Joannes Tarraconensis Episcopus, ad quem scripsit Hormisda. Non alium hunc quidem ab illo fuisse Joanne, qui anno superiori præfuit Tarraconensi Concilio, omnes æque consentiunt, & ratio persuadet: siquidem omnes ferme qui numerantur Episcopi Concilii Gerundensis, iidem anno superiori cum Ecclesiarum titulis, quarum erant Episcopi, subscripti habentur, & inter alios etiam Joannes ponitur Tarraconensis Antistes primo loco notatus. Extant Concilii hujus canones de-

PAGIUS IX. *Concilium Gerundense.* Ad num. LXVII. Concilium *Gerundense* in Præfatione dicitur habitum *Gerundæ anno VII. Theuderici Regis, VI. Idus Junias, Agapeto V. C. Consule.* Quare recte illud Baronius hoc anno qui septimus est Theodorici in Hispania regnantis consignavit. Huic Concilio interfuere Episcopi septem qui Canones decem condidere. In eo more ex Gallis advecto, ubi *Mamercus* Viennensis Episcopus Litanias instituit, quotannis eas in Hispania instaurari sancitum est post Festum Pentecostes. Præterea aliæ Litaniæ *Kal. Novembris* recitandæ statutæ sunt.

X. Celebrata etiam hoc anno mense Septembri Synodus *Epaonensis*, ut anno DIX. quo eam Baronius refert, ostendimus. Denique coacta & alia Synodus in Regno Burgundiæ tempore *Si-*

decem ad Ecclesiasticam disciplinam spectantes: quorum ille primo loco ponitur, ut in sacra celebratione Missarum mos ille servetur, quem constaret ab Ecclesia Tarraconensi servari. Sanctitur itidem duplicium Litaniarum (a) observatio, nempe Rogationum communium aliis quoque Ecclesiis, & aliarum quæ mense Novembris triduo perdurarent, nempe a quinta feria usque ad sabbati vesperam, Missa claudendæ. Sunt & alia in eodem statuta Concilio, quæ tu consulas velim: nos vero ad alia transeamus.

(a) Conc. Gerunden. c. 2. 3.

LXVIII. Quartus hic numeratur annus Palæstinæ cladis, qua per quinquennium afflictata est post exilium viri sanctissimi Eliæ Hierosolymorum Episcopi: contigit enim primo provinciam illam inter alia mala prope quinquennium siccitate laborare, diuturniore quidem quam illa fuerat sub Elia Propheta (b), cum annis tribus atque sex mensibus non pluit. At sicut per illam ejusdem Eliæ sanctitas magnopere illustrata est divinarum operatione virtutum, cum scelestum Regem vicit, ejusque pseudoprophetas Deo rebelles digne punivit; ita & hac diuturniori siccitate tum junioris Eliæ est sanctitas declarata, tum editione miraculorum S. Sabas effulsit, cum non semel sed iterum suis monachis pluviam impetravit. Ita plane Deus omnia ad suorum servorum gloriam & veritatis Catholicæ elucidationem, *convertit terram fructiferam in salsuginem a malitia inhabitantium in ea;* & prohibuit cælo ne plueret, ut regio illa absque humore ferrea redderetur, occluso desuper cælo, redditoque plane æneo super eam, ubi Christus veræ assumptæ atque retentæ humanæ naturæ ediderat experimenta, ubi vigeret impietas negans veram permanentem Christi carnem divinæ naturæ inconfuse & indivise, sed distincte conjunctam. Res

(b) 3. Reg. 17. Luc. 4.

PAGIUS

Concilium Epaonense & aliud incerti loci.

Sigismundi Regis, anno & loco incertis, cui adfuere Episcopi undecim, qui jam Concilio Epaonensi præsentes fuerant. Sirmondus qui eam in Conciliis Galliarum publicavit, inde *Lugduni* congregatam esse asserit, quod *Viventiolus* Episcopus Lugdunensis primus eidem subscribat. [1] Verum id inde minime sequitur, cum *Avitus* Concilio Epaonensi, & *Cæsarius* Concilio anno DXXIX. *Decio Juniore Consule* primi subscripserint, & tamen neque prius Viennæ neque posterius Arelatis habitum fuerit. Illud itaque loco incerto coactum, quod aliunde non primum Lugdunense, ut in ultima Conciliorum editione, sed *secundum Lugdunense* appellandum foret. In eo sex Canones editi, quorum primus causa *Stephani* cujusdam incesti crimine polluti, & alii quinque Disciplinam Ecclesiasticam spectant.

XI. *Floret S. Dubricius.* Florebat hoc tempore in Britannia Sanctus *Dubricius* Landavensis Ecclesiæ, seu Legionensis

NOTÆ [1] Oscitanti profecto Pagio exciderunt ea quæ de Concilio Lugdunensi a Sirmondo primum vulgato commentatus est. Non enim ex mera futilique conjectura sua Lugduni celebratum illud fuisse Sirmondus asseruit; sed in ipso Concilii textu id rotundis verbis exprimitur: *In Lugdunensi Urbe degentes decrevimus.* Quod & confirmat Concilii hujus inscriptio in Codicibus Remensi a Sirmondo, & Parisiensi ab Harduino consultis, in hanc sententiam: *Incipit epistola tempore Sigismundi Regis ab Episcopis in Urbe Lugduno facta.* Recte tamen notat Pagius Concilium hoc non primum, ut est in omnibus Collectionibus etiam postrema Veneto-Labbeana, at secundum appellari debere; ac deinceps reliqua Lugdunensia Concilia hoc ordine numerari oportet. Quis autem fuerit Stephanus iste de cujus damnatione in hoc Concilio agitur, nunc tandem innotuit, ex quo beneficio Cll. VV. PP. Martene & Durand Vita S. Apollinaris Valentiæ ad Rhodanum Episcopi a coævo descripta, lucem vidit Vet. Monum. tom. 6. col. 779. &c. ita enim ibi: *Accidit ut quidam ex officio Regis Sigismundi, nomine Stephanus, qui super omnem dominationem Fisci Principatum gerebat, defuncta ejus Conjuge, sorore uxoris suæ* (quam Palladiam appellatam colligo ex Canone sexto Concilii Lugdunensis nuper indicati) *sibi illicite jure conjugii cumularet;* (lege copularet) *qua de re Sancti ac Beatissimi Apostolici viri Avitus* (Lugdunensis) *& Apollinaris secundum carnem germani Synodalem institutionem servantes cum reliquis Pontificibus in unum congregati, ipsum Stephanum sacra communione privari sanxerunt .... Tunc Rex dira insania permotus furore beatissimos Pontifices eis insidias prætendendo, injuriare non desinebat. Sed Apostolici atque mirabiles viri terrenas res minime formidantes &c. Visum est illis ut in oppido Civitatis Lugdunensium, quod nominatur Sardinia, pariter tamquam exilio deputati auxiliante Deo comitarentur.* Concilium istud, cujus Vitæ Author meminit, diversum esse a Lugdunensi, superius commemorato, colligo; primo, quod in subscriptione Lugdunensis Aviti nomen non legitur; huic autem adfuit quin & præfuisse Avitus videtur. Secundo, quod Sigismundus Rex ante Lugdunense illud Concilium sententiam tulerat, qua damnationem Stephani, quam pronunciatam in Concilio asserit Author Vitæ S. Appollinaris, temperavit, ut colligere licet ex Capite sexto ejudem Concilli; in Concilio autem de quo Vitæ Author ista damnatio primum lata fuit. Quare Concilium istud de quo in vita S. Apollinaris Lugdunense præcessit. Porro hujus prioris Concilii nulla huc usque mentio in Collectionibus Conciliorum facta est.

Si quis tamen contenderit Synodum hanc incerti loci, in qua Stephanus primo damnatus fuit, ipsam fuisse Epaonensem, cui Avitus & Apollinaris adfuerunt, ille certe nos adsentientes habebit. Nam in can. 30. Epaonensis incestu damnatur vir prioris uxoris suæ sororem ducens; quamvis Stephani nomen ibidem, forte ad invidiam minuendam, expressum non legitur. Hæc si admittantur, Epaonense Concilium Lugdunensi præmittendum esse constabit. MANSI

LXIX. Res vero præclaræ a S. Saba in Palæstina tunc gestæ exacte narrantur a Cyrillo in Vita ejusdem mirifici Sabæ, qui eas præsens vidit, posterisque quam fidelissime tradidit: quas hic tibi eisdem totidem verbis reddituri sumus: quibus admireris Dei providentiam in tanto totius Ecclesiæ Orientalis naufragio, cum non oblitus sit misereri, sed reliquerit misericordiæ suæ quædam impressa vestigia, ubi in terra visus est, & cum hominibus conversatus est; ut qui hactenus erraverunt ab utero & locuti sunt falsa, revocari, si vellent, possent ad viam, & in ea ponere gressus suos, securique per certam sacrorum dogmatum veritatem pervenire ad vitam æternam. Age igitur ipsum hæc narrantem Cyrillum audiamus, qui ait (*a*):

(*a*) Cyril. in Vit. S. Sabæ, apud Sur die 5. Decemb.

LXX. *Sed eo revertendum est, unde digressi sumus; & iis quæ dicta sunt, addenda sunt quæ sequuntur. Appetente jam fine anni quarti, quo aquæ penuria & siccitas & alia mala his cognata Palæstinam invaserant, accedunt ad Sabam monachi speluncæ, petentes ut illinc recederent: neque enim se posse amplius manere, neque resistere tantæ aquæ inopiæ. Quocirca ille quidem partim adhortatus ut forti & excelso animo ferrent quæ ingruebant, partim autem eos paterne admonens, persuasit ut rursus permanerent in Laura. Ad vos enim (inquit) veniet Dei misericordia, & ros cito ab eo descendet. Tertio deinceps die finem acceperunt quæ promissa fuerant. Repente enim erumpens vehemens pluvia, eis implevit aquarum receptacula & quod est maxime incredibile, illis solis delapsa est pluvia, qui cogitarunt a Laura recedere. In omnibus autem aliis, quæ circumcirca erant, monasteriis, ne minima quidem gutta descendit.*

LXXI. *Hinc factum est ut monasteriorum, quæ erant circumcirca, præfecti ad eum confluerent, deflentes & lamentantes, & dicentes: Quid peccavimus, Pater, quod non ad nos quoque per tuas preces aqua cecidit, qui æque laboramus siccitate, & valde desideramus benignitatem & refrigerationem? Ille autem paucis verbis eos liberavit a magna illa animi afflictione, sic dicens: Nunc quidem misit Deus benedictionem ad eos qui egent maxime: sed neque vos diu despiciet; neque vos aqua deficiet, donec dederit pluviam super terram. Jam vero instabat Dominica dedicationis; & cum aquæ penuria diutius produceretur, omnis autem fons propemodum deficeret, & nec in se quidem parum servaret aquæ vestigium, sed multi ideo misere perirent: Joannes Antistes Hierosolymitanus valde suspectam habens multitudinem (solet enim, cum laboraverit inopia alicujus rei necessariæ) seditionem protinus agitare, & aliorum facultatibus parare insidias) omnes partes obibat, loca locis mutans, & puteos fodiens, humidiora loca proscindens, & fossas perscrutans & a nullo abstinens, quod ei occurreret: sed hoc nihil proficiebat. Omni itaque spe abjecta, sedebat de cætero mœstus, & apud se deflens communem urbis calamitatem.*

Cum is ergo ita esset affectus, & communem casum, suum luctum esse duceret; LXXII. *quidam ex ejus amicis, Summus nomine, volens esse particeps solicitudinis & quoad ejus fieri possit, illius consolari ægritudinem, quoniam aliunde invenire non poterat mali solutionem, accedit ad eum, narrans de pluvia quæ eruperat, & de divinis illis signis, quæ facta fuerant Sabæ precibus: & consulit, ut eum ad se accersat, & vehementer roget ut hanc eis allevet calamitatem, & cessare faciat plagam, quæ tam graviter infligitur. Ille autem persuasus, cum eum accersisset, & ad ejus pedes procidisset, omnes adhibuit preces, ut sanctas manus ad Deum tolleret, quas ipse solet respicere, & ejus misericordiæ viscera in mentem revocaret, & efficeret, ut qui est bonus, eos benigne aspiceret, & eis reconciliaretur, & solveret calamitatem siccitatis, quæ eos opprimebat.*

Cum is autem differret, & rem suas LXXIII. *vires superare ediceret; Episcopus non cessat obsecrare, & genua prensare, & nullum prætermittere modum supplicationis. Quid enim ad deprimendum & deiiciendum animum est calamitate vehementius, & maxime ea quæ tam multos tamdiu affligebat? Nesciens deinceps quid ageret mitissimus Sabas, se includit in domuncula, jubens illos quoque simul preces fundere. Deinde ille quidem intensæ vacabat orationi, & pro eis fundebat preces. Tertius jam dies præterierat, & circa primam noctis vigiliam repente convertuntur nubes, & ex serenitate mutato aere in profundam caliginem, vehemens*

PAGIUS sis Archiepiscopus renunciatus, ut scribunt Historici Angli, qui de anno mortis ejus inter se valde dissentiunt, aliis eum anno DXII. aliis anno DXVI. aliis anno DXXII. ad Deum migrasse asserentibus. Sed Vitæ Sanctorum, qui hoc sæculo in Britannia floruere, multis fabulis intextæ, nec ullus in eis temporis character, cujus ope difficultates, quibus scatent superari possint. Quare cum certa in hoc Opere quæramus, de iisdem Sanctis, de quibus nec Baronius locutus est, mentionem non faciemus ne in incertis Historiis ex quibus nulla Lectoribus compendia redeunt discutiendis, tempus & operam male collocemus. Colitur S. *Dubricius* die XIV. Novembris.

Turonensis lib. 3. cap. 3. postquam de Sancto XII.
Quin-

mens erumpens pluvia replet quidem aqua fontes, torrentibus autem sua reddit fluenta, & universam simul civitatem ad uno animo & ore gratias Deo agendum excitat. Et hæc quidem sic hoc ut diximus) anno quarto immissæ cælitus siccitatis. Cæterum eumdem auctorem superius narrasse meminimus ipsam penuriam in sequentem usque annum perdurasse, nempe ad annum quintum propagatam: nam non ante terra imbre infusa arari, & susceptum semen multiplicato fœnore reddere valuit: ut plane contigerit anno sequenti simul cum morte impii Anastasii omnia immissa mala consumi; & fugata una cum fide Catholica cuncta bona, una cum sancta religione integre restaurari. Ad res igitur anni sequentis, quo diutius conticescens divina justitia in impios clamans erupit, jam transeamus.

Quin-

PAGIUS

Dani Gallias infestant.

Quintiano in Arvernensem Episcopum anno DXV. assumto locutus est, refert *Danos* cum Rege suo *Chlochilarcho* per mare Gallias appetiisse, sed dum *oneratis navibus tam de captivis, quam de reliquis spoliis ad patriam* reverterentur Theodobertum Theodorici Regis filium cum valido exercitu venisse, *qui interfecto Rege, hostibus navali prælio superatis, opprimit omneque rapinam terræ restituit*. Quæ de infidelibus victoria hoc circiter tempore reportata.

XIII.

Dioscorus Jun. Episc. Alexand. Schismaticos in unam sectam reducit.

Hoc anno Joanne *Niceota* demortuo *Dioscorus Junior* Episcopus Alexandrinus renunciatus, ut dictum est anno superiori, isque Schismaticos Alexandrinos in unam sectam coire obtinuit, ut videre est anno CDXCI. ubi de *Petri Mongi* illius divisionis auctoris morte egimus.

I. QUingentesimus duodevigesimus Domini annus, Magni atque Florentii Consulatu, magnus plane, ac florentissimus, memorabilisque illuxit Ecclesiæ: quo quæsita diu frustra, incassum vocata frequentius pax exul, tandem rediit postliminio, fugata penitus pugnace discordia, & pervicaci remoto schismate, atque hæresi pertinaci compressa, cum Oriens simul, cum Occidente in unam eamdemque fidem Catholicæ communionis glutino compaginatur; & qui erant longe, facti sunt prope in sanguine Christi: Ipse enim (secundum Apostolum *a*) pax nostra, fecit utraque unum, medium parietem maceriæ solvens inimicitias evacuans, ut duos condat in semetipso in unum. Quomodo autem tam grandia hoc anno Ecclesia a Deo consecuta sit dona, dicemus ordine temporis.

(a) Ephes. 2.

II. Cum (ut dictum est anno superiori) legatio a monachis Syriæ de pravis nefandisque factis hæreticorum Romam perlata esset, ac tetram horrendamque tragœdiam, Archimandritarum vigintiquinque consignatam litteris & lacrymis irrigatam legati auribus piorum ingessissent; magnum mœrorem Orthodoxis omnibus incusserunt, magis autem omnium Patri de totius populi salute solicito, Hormisdæ inquam, qui & instar capitis membris exulceratis compatiens, vulneribus quæ valuit fomenta consolationis adhibuit, & salubris ligacula admonitionis admovit, scribens litteras, quas postea Quinta Synodus œcumenica venerata, suo optavit recitari conspectui. Reddemus nos eas, quas triplicis editionis nobis servavit antiquitas, quarum duæ Latinæ conscriptæ extant, tertia itidem Latina, sed ex Græco translata: quæ licet sint mendis nonnihil corrosæ, magis tamen integras sensibus atque sententiis, si non verbis vere germanas ex Græco Latinitati pristinæ redditas Synodalia Acta conservant: ex quibus eas hic describemus, ut quod desiderari videtur in aliis, ex aliis suppleatur. Est autem ejusmodi præfixa eisdem inscriptio.

Hormisda Episcopus presbyteris, diaconibus, Archimandritis Secundæ Syriæ existentibus, & reliquis Orthodoxis in quocumque Orientali climate degentibus, & in Apostolicæ sedis communione permanentibus. Ita titulus. Sed cur, inquies, cum solum acceperit (ut dictum est) a Syriæ Secundæ monachis litteras, non ad eos dumtaxat reddat eas, sed omnibus Orientalibus Orthodoxis scribat? Quod scilicet etsi ab eis tantum de patratis ab hæreticis in Catholicos malis litteras idem Pontifex accepisset; sciret tamen certis nunciis & in reliquis Orientis provinciis Orthodoxos his similia ab hæreticis esse perpessos. Ut igitur quos una eademque persecutio afflixisset, eadem consolatio deliniret, non ad Syriæ tantum monachos, sed ad omnes Catholicos Orientales eam dedit epistolam, quam publicam patentemque ubique locorum esse voluit ad consolationem piorum, perditorum vero hæreticorum indelebilem ignominiam. Ipsa III.

PAGIUS

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLVI. A.C. 518.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6011.

☉ 23. G. ☽ 6. P. 15. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 518.

HORMISDÆ PAPÆ 5.

ANASTASII IMP. 28.

THEODORICI REG. 26. & 8.

I. Consulatus. [1] MAgnus absque collega Consul processit, Marcellino Cassiodoro, Mario Aventicensi, Anonymo Cuspinianeo, Auctore Chronici Alexandrini, & Heraclianis Fastis testibus. Baronius quidem, & ante eum Onuphrius, Magnum & Florentium Consules profitentur, quia uterque legitur in Chronico Marcellini ab eodem Onuphrio edito. Sed in correcta Marcellini Editione a Sirmondo curata nulla *Florentii* mentio habetur. Ad hæc *Hesychius Illustris* patria *Milesius*, qui teste Photio in Biblioth. Cod. XLIX. Historiam scripsit usque ad excessum Anastasii Imp. de eodem Anastasio loquens ait: *Cujus obitus in undecimam incidit Indictionem, Magno Consule sine collega.* Magnum vero in Oriente creatum, in bello a Justiniano Imp. sucepto contra Gothos inclaruisse testatur Procopius lib. 1. de bell. Goth. cap. 5. & seqq.

NOTÆ [1] COss. *Magnus* sine collega.

Victor: *Agapito* II. & *Magno*. Marcellinus: *Magno* & *Florentio*. Editio vero Sirmondi: *Magno solo Consule*.

Epistolæ Hormisdæ: *Post Consulatum Agapiti* V. C. Ita enim hunc annum signat vetus lapis inter inscriptiones basilicæ S. Pauli num. 355.

V. KAL. OCTOB. PC. AGAPITI.

Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *P. C. Agapiti.* GEORGIUS

(a) Quinta Synod. Act. 2. & Hormisd. ep. 21. ipsa autem epistola sic se habet ex Actis Quintæ Synodi hic accurate descripta (a):

IV. *Lectis litteris vestræ dilectionis, per quas inimicorum Dei insipientia demonstrata est, & infidelium furia tristis manifesta facta fuit; qui quoniam spiritu malo viventes, oderunt Dominum, membra illius impie persequuntur, quantum a nostra certitudine est cognoscere: Benedixi Dominum, qui fidem militum suorum in medio hostium servavit. Sed rursus Ecclesiarum commotionem, & servorum Dei molestias & labores considerans, gemens, secundum Prophetam clamavi (b): Surge Domine, judica causam tuam: memor esto opprobrium tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die: & cætera quæ sequuntur: Et ne obliviscaris voces quærentium te: Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper ad te. Etenim sicut oportet nos firmitatem fidei servare, ita non convenit de justitia divini judicii diffidere.* Has ad Dominum preces pro Ecclesia fundebat summus Antistes universalis Ecclesiæ; & quidem obtinere meruit quod petiit: ut juste dicere cum eodem Propheta (c) debuerit: *Exaudivit me in latitudine Dominus.* Sed pergit ipse.

(b) Ps. 73.

(c) Ps. 117.

V. *Non est hic, fratres, labor Ecclesiæ novus: tamen dum in ipso humiliatur, erigitur; & per illa quibus atteri creditur, damna * vitantur. Ex usu est Fidelibus Dei, ut per mortem corporum vitam lucrentur animarum. Amittuntur quidem fluentia, sed acquiruntur æterna: & dum persecutio viam facit probationi, probatio causam facit meriti. Stulti & in cæcitate furentes ignorant, quod quos a conversatione hominum separare se posse putant, eos ad regnum Dei ducunt. Hinc in ipsis periculis gaudia, & ambitus est passionum. Spectat enim agones suorum, qui magnorum retributor est munerum. Nam quis non frangeretur malis, nisi eum ex adversis præmia consolarentur? Spes illa est, quæ non finit in desperationem deficere: siquidem excludit amaritudinem passionum dulci sapore virtutum. Quis enim magni faciat præsentia, sciens æstimare ventura? Quis dispendia vitæ renuat, si quæ sunt recipienda considerat?*

* ditatur.

VI. *Persistite, carissimi mihi, & inconcussam fidem animi virtute servantes, perseverantiæ laudem, in qua est salus & bonorum omnium palma, præsumite. Magna quidem sunt, ad quæ vocamur indigni. Non retardet infirmitas: quoniam qui vocat, retributor fidelis & fortis adjutor est. Non decipiamur spe desideriorum, neque voluptatum, neque facilia proponamus. Non deliciosa est nobis Dominus noster, non blanda pollicitus: præmia promisit ille, non otia. Non conveniunt laus & pigritia. Qui locus erit remunerationi, si nulla est causa virtutis? Angusta (d) porta, sed regna diffusa; paucis aditus, sed probatis. Nonne hæc sunt ad eos prima verba, quos docuit (e): Persequentur, & in synagogis suis flagellabunt vos? Per patientiam (sicut scriptum est) possideamus animas nostras. Et ne quando doleamus ipsis per impatientiam amissis; primus Dominus noster & patientiæ ipsius magister crucem ascendit, suos informaturus exemplo, quos erat adjuturus auxilio.*

(d) Matt. 7.

(e) Matt. 10.

VII. *Ipse inter virtutes & labores tenet lancem stans contra venena furentum, & secundum persecutionis iras ille æterni Imperii dat coronas. Revolvite qualis Machabeorum (f) exitus, quæ luctatio tolerantibus, qua vetus historia laude eos prosecuta est, quali Judas & illa fratrum caterva mortis bonore prædicatur, & quanto honore sit populus in monte * consumptus: & hæc pro custodia legis & virtutis, quæ species & umbra futurorum sunt. Nos in Patribus vidimus, palpavimus, & probavimus quæ sequamur. Quid non deferendum est rei? Quid negandum est veritati? Quid non debitum Redemptori? Libenter communicavimus dogmata ista vobiscum. Dicit enim sapientissimus Salomon: Beatus qui prædicat verbum in aurem obedientis. Gaudium siquidem est, volentes alloqui, eos qui non reluctantur, hortari.*

(f) 2. Mac. 7.

* morte.

VIII. *Tenemus enim obsidem fidei vestræ sub litterarum professione constantiam, qua transgressorum contagione divisi, ad Apostolicæ sedis dogmata & mandata recurritis, etsi quidem * tardi viam veritatis ingressi: Sed benedictus Deus, qui non in finem obliviscitur; qui corripit, ut sanet, nec diutius patitur oves gregis sui insidiatorum luporum rapacitate dispergi: qui etiam per moderatam severitatem non negligit suorum tutelam, neque salutem. Sed quid mirum, si oves relicto illo uno & vero pastore dispersas callidus ille cruentus & rapax turbavit insidiis? Qui tutelam suam deserunt, ipsi se periculis, quibus laniantur, exponunt. Ergo nunc saltem solidis passibus in viam Patrum, ad quam recurristis, insistite. Potens erit misericordia Dei, aliorum quoque correctionem mercedi vestræ, si a vobis ad rectum deducantur, adscribere. Sed in totum vos e cœno, quo immersi hæretici tenentur, avellite; & excutientes immunditiam pulveris inhærentis, generaliter universos ab Apostolicis dogmatibus declinantes religiosa detestatione damnate. Nulla tenebris cum luce communio: nec qui per recta itinera gradiuntur, vestigia sua cum deviantium errore conjungunt.*

* quidam.

IX. *Tenendum est fidei vinculum & vitandum de perfidiæ societate contagium: quia secundum Apostolum (g): Quemadmodum qui*

(g) 2. Cor. 6.

qui se conjungit Domino, unus spiritus fit cum eo: ita qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur. Amant virtutes collegia sua; & adhærentes sibi secum impietas in profunda demergit. In conspectu in oculis, in ore, in ipsis manibus sint Patrum dogmata, quæ custodienda mandamus: quotidie nos ad conservationem sui Concilia veneranda constringant. Longum est singillatim universa retexere. Chalcedonensem Synodum, in qua omnium religio continetur, sed & venerandi Leonis Papæ prolata de ipsis Apostolorum præcordiis instituta & noscere vos convenit & tueri. In his vexillum fidei, in his propugnaculum veritatis, in quo Christus cognoscitur; in his redemptionis nostræ spes & causa servetur. Hoc est illud, quod ab Apostolo positum legimus fundamentum, in quo se ipsum decipit, qui lignum & fœnum & stipulas consumendas ignibus superædificare tentaverit. His interfecta sunt Eutychetis & Nestorii venena consiliis: qui adversus Dominicæ incarnationis salubre mysterium, dum contraria inter se disputatione nituntur, sub quadam sacrilegi æqualitate consentiunt, sententiis dispares, & impietate concordes. Quorum alter nolens beatissimam Mariam esse Dei genitricem, in Domino nostro quæ sunt unita discidit; alter dum convenientium naturarum propria & certa confundit, mysterium nostræ redemptionis extinguit; alter Photini sectam, alter Manetis insaniam impia cognatione contingens.*

* Conciliis.

X. *Adversus hos, dilectissimi fratres, provisa remedia illa animi virtute defendite, qua in ipsorum eversionem videtis hæreticos impietate pugnare. Non sit pigra veritatis assertio. Quo studio oportet salutem diligi, cum videatis perditionem mortiferam sic amari? Pudeat segniter asseri veritatis leges, cum tam pertinaciter defendantur errores. Et auctores quidem malarum inventionum, quæ prædiximus Synodica constituta justis condemnationibus insequuntur: Sed vos etiam sequaces eorum ut declinetis pariter admonemus, quos Apostolica sedes deprehendit pares auctoribus suis, & conjunxit addictis Dioscorum, & Timotheum parricidam, Petrum Alexandrinum, Acacium Constantinopolitanum cum sequacibus suis, & Antiochenum quoque Petrum prædicto similem sicut errore, sic nomine; sed & Severum ejusdem loci nihilominus & veneni, Xenajam item Hierapolitem, Cyrum Helladensem, Petrum Apameæ, non jam pro sua tantum, sed pro aliorum quoque damnatione damnandos: qui cum se opinionum suarum sordibus indesinenter involvant, alios quoque docendo quæ male assecuti sunt, polluerunt.*

Ann. Eccl. Tom. IX.

XI. Adversus Anastasium Imp. sacra tractantem. *Generalis mandati salubritate vos moneo: quicquid adversus regulas Patrum de quibuslibet commentariis profertur, abiicite. Nullus vos incongruentibus præceptis, aut novis moveat institutis. Sic enim qui mundani sunt, ecclesias tenere non possunt; quia eis magis convenit discere, quam docere. Nefas est enim altaribus piis peregrina inferre libamina: quia certos religiosis disciplinis terminos Deus noster inter ipsa quoque cultus sui præscripsit initia, inter Levitas & populum suum divisit officia. Alia est potestas hominum, alia ministeria sacerdotum. Incitavit potius Dominum, quam placavit qui externum ignem divinis adytis sacrorum temerator invexit. Quis est qui sibi in alienis institutis jubendi auctoritatem possit assumere, cum non sit ambiguum offerentis honorem debitum pro sola officii præsumptione punitum? In Regia Ozias (a) cum reverentia & administratione permansisset, si monitus tantæ districtionis exemplo ac religionis institutis, sinendo potius quam aßumendo meliora tentasset: sed dum nec prohibentibus cultoribus templi pertinax temerator assistit, inter ipsa lepræ abominatione percussus altaria, & officia regni perdidit, dum ministeria sacerdotis invadit.*

(a) 2. Paralip. 26.

XII. *Sciant ergo non esse accepta Deo quæ de mandatis ejus a præsumptoribus assumuntur, quando unum ad ostensionem divinæ sententiæ* punitum vivacis dedecoris pœna servavit, & alios velox flamma consumpsit. Idcirco si aliqua sunt colore religionis suscepta, vim habere non possunt tot auctoribus obviantia. Clamat Paulus Apostolus (b): Et si nos, vel Angelus de cælo evangelizaverit vobis præter quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Nec hoc semel dixisse suffecit, repetit salubre mandatum: Sicut prædixi vobis, nunc etiam dico: Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepimus, anathema sit. Servet ego latam pro fidei conservatione sententiam, quicumque Apostolicam sequitur disciplinam. Equidem nobis cura non defuit: Nam geminæ legationis officio, quicquid in precibus humile, quicquid in allegatione rationabile, quicquid in mandatis salubre detulimus. Sed numquid ideo negligenda est justitiæ via quia errores suos diligit cum obstinatione perfidiæ* Anastasius Imperator? *Non simus jungendi cum cadentium lapsu: sine nostra contagione pereant qui nec ab impietatibus suis errore castigato declinant. Data quinto Idus Februarii, post Consulatum Agapiti.* Hæc Hormisda Papa scribens ad Syros monachos & omnes qui erant in Oriente Orthodoxi, Joanni & Sergio legatis perferenda in Orientem, publicandaque omnibus dedit.

* scientiæ

(b) Gal. 1.

XIII. Persecutio in Aulicos Orthodoxos.

Quæ vero hæc secuta sint nihil prætere a notum, nisi quod dictum est de his quæ ad monachos spectant, persecutionem acerbius recruduisse: nihil enim, dum Anastasius vixit, de persecutione remissum esse, sed magis magisque crudelioribus facinoribus auctam esse, certum est, usque adeo, ut ipsam etiam regiam aulam pervaserit: prætextu enim novæ alicujus machinationis in Principem Anastasius Imperator in eos quos sciret esse Catholicæ fidei viros clarissimos gladium persecutionis exeruit quorum capita obtruncari jussit: cumque jam in Justinum & Justinianum viros clarissimos, domi forisque egregia morum probitate conspicuos esset crudeliter gladium vibraturus; ne id perficeret, divinitus immisso terrore cohibitus est. Quomodo autem id acciderit, audi Græcos historicos Zonaram atque Cedrenum rem gestam fideliter enarrantes. Zonaras (*a*) enim sic ait: *Anastasius vero paulo ante obitum, nunciatis sibi insidiis, multos comprehenderat, atque inter alios Justinum & Justinianum, qui post rerum potiti sunt: atque in animo habebat eos occidere: sed deterritus est somno, cum ei vir terribilis adstitisse visus esset, ac dicere: Justino ac Justiniano ne quid mali feceris: nam uterque suo tempore Deo serviet.* Hæc Zonaras, eademque Cedrenus, addens reliquos ea de causa captos, ab eodem Imperatore esse jussos interfici; Justino & Justiniano, gladio super eorum cervices imminente, præter spem omnem ereptis. Sicque *non reliquit Dominus* (secundum illud Davidicum (*b*) *virgam peccatorum super sortem justorum.*

(*a*) *Zonar. Annal. par.* 3.

Justinus & Justinianus divinitus liberati.

(*b*) *Ps.* 100.

XIV. Verum paulo ante ejusdem Anastasii obitum, commotum in eum fuisse populum, Evagrius (*c*) ex Zacharia rhetore Eutychiano narrat his verbis: *Sic crevit flamma seditionis vastantis omnia & omnes vires perfringentis, uti Imperator necessitate ad commiserationem compulsus, corona deposita, ad Circum veniret, mitteretque præcones ad populum proclamaturos, ipsum se ad Imperium abdicandum paratissimum, ac fieri non posse, ut omnes in eo dignitatis gradu locarentur, cum minime multos ad se admittat, sed unum omnino, qui quidem post se esset Imperium gubernaturus. Quæ cum populus vidisset, subito velut nutu quodam divino captus* (ita loquitur Eutychianus) *mutavit sententiam: rogat Anastasium, ut coronam sibi imponat; polliceturque se ea lege acquieturum. Anastasius autem post hæc ad brevissimum temporis spatium vitam protrahens, cum viginti septem annos, menses tres & dies totidem Romanum tenuisset Imperium, ex hac luce migravit.* Hæc Evagrius ex Eutychiano (ut est sæpe dictum) historico, de ignominioso ejusdem Imperatoris interitu nec verbum quidem faciente. At quæ proxime præcesserint Anastasii ultimum horrendumque casum, jam dicamus.

(*c*) *Evagr. l.* 3. *c. ult.*

XV. Dardania terræmotu dire exagitata.

Cum igitur adeo increbrescerent illata ab hæreticis in Ecclesiam damna, terra ipsa peccatorum pondere aggravata nutare cœpit, mobilisque facta divinæ iræ ingentia signa prodidit; quæ a Marcellino ita in Chronico describuntur: *In provincia Dardania assiduo terræmotu vigintiquatuor castella uno momento collapsa sunt: quorum duo suis cum habitatoribus demersa: quatuor, dimidia edificiorum suorum hominumque amissa parte; undecim, tertia domorum totidemque populi clade dejecta; septem, quarta tectorum suorum, eademque plebis parte depressa, vicinarum metu ruinarum despecta sunt. Scupus namque metropolis, licet sine civium suorum olim hostes fugientium clade, funditus tamen ruit. Plurimi totius provinciæ montes hoc terræmotu scissi sunt, saxaque suis evulsa compagibus devolutarumque arborum crepido per triginta passum longitudinem patens & in duodecim pedum latitudinem debiscens, profundam patefecit voraginem civibus, castellorum saxorumque ruinas vel adhuc hostium incursiones fugientibus jussa * paravit. Uno in castello regionis Canisæ, quod Sarnonto dicitur ruptis tunc terræ venis, & ad instar torridæ fornacis exæstuans diutius altrinsecus ferventem imbrem evomuit.* Hæc (ut ait) ante obitum Anastasii. Talia plane pati in primis Dardani meruerunt, qui toties a Gelasio Papa & Hormisda moniti in communione tamen Apostolicæ sedis contineri minime valuerunt. Fit divino judicio instabilibus terra mobilis, meritoque deorsum dehiscitur iis qui supra firmam tutamque petram consistere nescierunt. Qui enim posthabuere Dei timorem formidini Regis, coacti sunt inviti tremore concuti atque horrore percelli, in exemplum justi (*d*) judicii magni Dei, iis qui impie acturi sunt, positi. Sed quomodo ita correcti post obitum Anastasii Imperatoris obviis manibus iidem Catholicam communionem receperunt, suo loco dicturi sumus.

* locus corruptus

(*d*) 2. *Pet.* 2.

XVI. De somnio Anastasii.

Præcessit insuper obitum Anastasii, quod eum vehementer afflixit, insomnium, quod Zonaras mox subiicit enarratæ pridem historiæ, cum ait: *Illis igitur Justino & Justiniano crimine læsæ majestatis absolutis, denuo aliud vidisse somnium memoratur: Virum terribilem, qui librum manu gestans diceret: Ecce ob perversitatem fidei tuæ annos quatuordecim vitæ tuæ deleo.* Hæc Zonoras. Sed & quod secundum sermonem propheticum (*e*): *Nox nocti indicat scientiam* audi quid Cedrenus his addat: *Somno solutus Anastasius*

(*e*) *Ps.* 18.

sius insomnium id Amantio Præposito ad se vocato exposuit. Atque is: Ego etiam, inquit, imaginatus sum adstare me majestati tuæ; venisseque magnum porcum, qui me, veste accepta, in terram prostraverit, atque devoraverit. Deinde Proclus conjector advenit, pronunciavitque utrumque paulo post vita defuncturum. Hæc eadem ex Theophane in Miscella, & alii Græcorum recentiores. Tunc plane sicut Balthasar (a) ad visionem scribentium digitorum facies commutata est, & cogitationes ejus conturbaverunt eum, & compages renum ejus præ metu solvebantur, & genua ejus ad se invicem collidebantur; ita Anastasius ad ejusmodi visum expavit, expalluit, horruit, & obriguit.

(a) Dan. 5.

XVII. Sed quod ad Proclum hunc conjectorem spectat, de eodem hæc superius Zonaras: *Is enim tum & in philosophia & in mechanicis florebat; neque Archimedis dumtaxat celeberrimi artificis cognorat omnia, sed & ipse nova quædam adinvenerat. Ab eo facta est machina, qua classis Vitaliani debellata est. Nam specula ex ære fabricasse ustoria Proclus fertur, eaque de muro e regione hostilium navium suspendisse; in quæ cum radii solares impegissent, ignem inde instar fulminis erumpentem, classarios ipsasque naves hostium combussisse; quod Archimedem excogitasse Romanis Syracusas obsidentibus, Dion refert:* Hæc Zonaras de Proclo: de quo ista Suidas: *Proclus Lycius discipulus Syriani, auditor etiam Plutarchi philosophi, Nestorii filii, Platonicus & ipse philosophus philosophicæ scholæ Athenis præfuit: discipulus & successor ejus dicitur Marinus Neapolitanus. Anastasius enim studuit Athenarum revocare Academias.* Et inferius, cum ejus scripta recenset: *Scripsit* (inquit) *argumenta contra Christianos decem & octo. Hic est ille Proclus, qui alter a Porphyrio impuram & contumeliosam contra Christianos linguam exacuit: Sed Joannes philosophus præclarissime ejus propositiones refutavit; eumque in Græcis etiam, quibus efferebatur, rudem atque indoctum ostendit, &c.* Hæc Suidas: ut ex his intelligas, qualis esset Anastasius Imperator, qui inter intimos ac necessarios haberet Christianæ religionis hostem infensissimum. Sed ne nomine decipiaris, subdit idem auctor: *Vixit hoc item tempore Proclus longe ab isto diversus, Justini Imperatoris Quæstor, & abstinentissimus, veterum decretorum tenacissimus.*

Proclus Philosophus Anastasio Imp. amicus.

XVIII. Porro Procli illius philosophi celeberrimi & excellentissimi mathematici creditur illud insanum fuisse opus, quod sibi ad mortem evitandam Anastasius fabricavit; de quo Zonaras: *Et quia fatale sibi esse ex oraculo didicerat ut fulmine interiret, Tholotum ædificium construxit, in eoque degit, sed frustra.* Siquidem incassum humana laborat industria divinum judicium fallere: nam in impios scriptum est (b): *Ibunt directe emissiones fulgurum, & tamquam a bene armato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient.* Sicut & prædictum: (c) *Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.* Etenim impius Anastasius exaltatus (d) & elevatus tamquam cedrus Libani, fulmine tactus, exuritur, nec inventus est amplius locus ejus. *De cœlo* (e) *namque* (vere dicere licet) *dimicatum est contra eum.*

(b) Sap. 5. (c) Psal. 28. (d) Psal. 36. (e) Jud. 5.

XIX. Sed quomodo istud? audi eumdem auctorem: *Cum aliquando tonitrua horrendum in modum resonarent, & fulgura multa eliderentur, atque ipse perterritus e cœnaculo in cœnaculum descenderet, & alios atque alios thalamos subiret: in quodam regio cubiculo mortuus inventus est.* Cedrenus autem hæc addit: *Anastasius cum oraculo edoctus esset, igne sibi pereundum fore, cisternam in Palatio, quæ Frigida dicitur, multis meatibus aperuit, quorum cuique cadus appositus esset, conatus hoc pacto oraculum irritum reddere. Verum id abs re fuit. Fulmine enim divinitus est ictus.* Ecce iste (sic dicam cum divinitus inspirato Propheta (f) ecce, inquam, *qui conturbavit terram, qui concussit regna, qui posuit Orbem desertum, urbes ejus destruxit, vinctis ejus* non

De obitu Anastasii Imp.

(f) Isai. 14.

PAGIUS II. *Interitus Anastasii Imp.*

A num. XIX. ad XXIII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DX. qui Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoatur, scribit: *Hoc anno, Indictione undecima, mensis Aprilis nono, Anastasius impius Imperator occubuit: exegit in Imperio annos septem & viginti, mensesque septem, trigesimo quarto supra ducentesimum anno a Diocletiani Imperio: in cujus locum Justinus pius Imperator, vir ætatis provectæ, & expertus rerum a militiæ cingulo exorsus, & ad Senatus usque ordinem promotus Illyricus genere suffectus est. Quidam autem autumant, Anastasium fulmine de cælo tactum mentis stupore e vivis excessisse.* Imperium inierat die undecima mensis Aprilis anni CDXCI. ideoque supra annos XXVII. ac duos menses imperavit dies viginti novem, ut accurate notavit Marcellinus in Chronico. Theophanes menses quatuor plus quam par est, numeravit. Evagrius lib. 3. cap. ult. asserit Anastasium ad alteram vitam migrasse, *cum per annos viginti septem ac menses tres, diesque totidem Imperium Romanum administrasset;* sed locus corruptus est, vel saltem Evagrius memoria lapsus, legendumque *cum per annos XXVII. ac menses III. tribus diebus exceptis, Imperium Romanum administrasset.* Ita nonnumquam in Theophane & Auctore Miscellæ dies qui demendi erant, adduntur, ut suis locis videbitur. Errat etiam Theophanes in eo quod ait, Anastasium mensis Aprilis nono occu-

non aperuit carcerem: idem qui Orientem penitus prope exuit fide Catholica, quique viros sanctissimos exilio relegavit, & gladiis armavit hæreticos in Orthodoxos, sub cujus Imperio vires accepit peccatum; factus ipse (ut ait divinum oraculum (*a*) sicut qui contradicit sacerdoti obnitens contra Romanum Pontificem, ad quem proterve nimis scripsit: *Non patiar mihi juberi.* De quo illud propheticum occinendum (*b*): *Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum:* id infelix expertus, simulac Romani Pontificis penitus adversatus est voluntati & contempsit auctoritatem. Hic finis hominis pugnantis contra Deum Anastasii Imperatoris & contemptoris Orthodoxorum Romanorum Antistitum Felicis, Gelasii, Anastasii, Symmachi, & Hormisdæ ipsum paterne sæpe monentium. At eosdem ipsos quos contempsit monitores, & correctores, post mortem apud Deum accusatores & ultores expertus est.

(*a*) Ose. 4.
(*b*) Isai. 14.

XX. Mortuus est igitur, cum regnasset (ut auctor est Marcellinus in Chronico) annos vigintiseptem, menses tres, & dies vigintinovem, vel (ut alii (*c*) affirmant) post annos vigintiseptem, menses tres, & dies tres. Fuit dies percussionis ejus nona Julii: sepultusque est juxta Ariadnæ conjugis corpus ad templum Apostolorum. Cujus hic tibi unicum quod potuimus reperire numisma formis reddendum putavimus (*d*).

Tempus Imperii Anastasii.
(*c*) Evag. l. 3. c. ult.
(*d*) Num. aur. apud D. Lælium Pasq.





Sed deformiorem, quam ars expressit, fuisse constat, & plane dissimilem ab ea forma, quæ a Cedreno ita describitur: *Fuit procerissimo corpore, oculis trucibus, & mediocriter cæsiis, calvaster ac canus.*

XXI. Qui igitur vixit perduellis Catholicæ veritatis mortuus factus est ostentui universo Orbi, de eo piis illud Psalmographi occinentibus (*e*): *Ecce homo qui non posuit Deum adjutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua:* aliis illud Deboræ repetentibus (*f*) *Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligunt te, sicut Sol in ortu suo splendet, ita rutilent.* Hujuscemodi plane sepeliri impius meruit funeralibus canticis.

(*e*) Ps. 51.
(*f*) Jud. 5.

XXII. Sed quid post hæc? Quemadmodum (ut ait Apostolus (*g*) *statutum est hominibus semel mori post hoc autem judicium:* ita in hoc voluit Deus fieri manifestum, ut secundum illud ejusdem Apostoli (*h*): *Quorumdam peccata manifesta sunt præcedentia ad judicium, quosdam autem & subsequuntur;* adversus eum coram Deo accusatores assisterent, qui impietatis redarguerent impium, juxta illud propheticum (*i*): *Tunc stabunt justi magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum,* & quæ sequuntur. At quomodo id palam fieri datum sit, audi rem miram, attestatione fidelissima consignatam sui temporis res gestas accurate describentis Cyrilli, de quo sæpe superius contigit fieri mentionem; ipse enim dum sancti Sabæ Acta prosequitur, de ejus profectione ad invisendum sanctum Eliam Hierosolymorum Episcopum confessorem, fidei causa exulem, ejusmodi texit historiam (*k*):

(*g*) Heb. 9.
(*h*) 1. Tim. 5.
Judicium de Anastasio divinitus indictum.
(*i*) Sap. 5.
(*k*) Apud Sur. tom. 6. die 5. Decemb.

Hinc

PAGIUS cubuisse, ut ex hujus Imperii exordio notum. Obiit enim die IX. mensis Julii, ut statim ostendam, *major octogenario*, inquiunt Marcellinus citatus, & Jornandes de Reg. Success. cap. 109. Theodorus lector & Victor Tununensis ei annos LXXXVIII. Auctor vero Chron. Alex. annos XC. & menses V. attribuunt.

III. Procopius lib. 1. de Bell. Pers. cap. 10. *Anastasium* prudentissimum fuisse scribit, *eo Vir ingenio, ut nil agere inconsiderate soleret;* is tamen adeo imprudenter & impie, postquam Eutychianam hæresim aperte amplexus est, se se gessit, ut illum inter præcipuos Ecclesiæ hostes Nicolaus I. in Epistola ad Michaelem Imp. numeret: *Cogitate*, inquit, *quid Imperatores, qui persecuti sunt Ecclesiam Dei, & maxime, Ecclesiam Romanam, id est, Nero Diocletianus, Constantius, Anastasius, & cæteri mo-*

Anastasius inter persecutores Ecclesiæ numeratus.

XXIII. *Elias Episcopus Hierosol. visitatur a S. Saba.* *Hinc magnus ille Sabas a superna motus providentia, venit ad visitandum Eliam Patriarcham annos jam natus octoginta. Erat autem (ut jam diximus Elias in exilio. Secum vero duxit Stephanum & Euthalium, qui ipsi quoque præerant aliquibus monachis. Cum ergo una cum eis Sabam vidisset Patriarcha qui erat in exilio, & gaudio fuit repletus, & omnium præsentium malorum quodammodo est oblitus. Ejusmodi res est anima, quæ luctatur cum calamitatibus, & condemnata est alienam domum habitare pro sua: si solummodo notos aspexerit oculis, hoc minuit molestias, & affert magnum solatium calamitatis. Cum illos ergo adeo libenter vidisset Patriarcha, tum multos dies apud se ipsos retinuit; neque eos volebat omnino dimittere: sed quotidie circa horam nonam jam e domo procedens (toto enim illo tempore in grato permanebat silentio) sermone & alimento eos impertiebat, amice & sincere cum eis vitam agens.*

XXIV. *Cum uno itaque die illi venissent ut consueverant (is autem erat nonus Julii) cunctabatur egredi Patriarcha. At illi quidem expectabant, cibum minime tangentes, Patriarcha vero media jam nocte egressus, lacrymosos habens oculos: Vos (inquit) cibum sumite: non est enim mihi otium. Illis autem diligenter sciscitantibus, quidnam ei accidisset, quo tam tarde esset egressus, & cur tristis esset, & essent oculi ejus suffusi lacrymis? Ille acerbe ejulans: O beate Pater, inquit*

Visio Eliæ & Sabæ de obitu Anastasii Imp. *ad Sabam intuens: Heu (inquit) hac hora mortuus est Imperator Anastasius: & oportet me quoque omnino decimo die post eum excedere, ut causam nostram agamus ante horrendum tribunal.* Sicque ea defunctus est die, perductusque ad judicium Anastasii accusator. Subdit vero Cyrillus: *Hoc ipsum quoque apertum fuit beato Sabæ: & in illa nocte, qua visione dignatus est Patriarcha, dicitur ipsum quoque vidisse fulmina, quæ desuper immittebantur in Imperatorem, & eum veluti persequebantur, ut interimerent; eum autem fugientem in regia penetralia, turpiter effudisse animam. Sed mors quidem Imperatoris, ut quæ apparuerant visiones significabant, statim audita fuit. Deinde quoque e vita excessit Elias Patriarcha, sicut ab ipso prædictum fuerat.* Hactenus de his Cyrillus.

XXV. *Flavianus divinitus admonitus de Anastasii obitu.* Sic plane magno Divinitatis consilio tanta res tot tantisque testibus meruit toto Orbi in exemplum apostatarum perspicua reddi, firmiterque testata: etenim non Elias tantum confessor & admirandus Sabas; sed quod in ore duorum vel trium stat omne verbum, S. Flavianus etiam Antiochenus Episcopus & ipse exul a sede pulsus ab eodem Anastasio Imperatore (ut superius dictum est) jussus est assistere terribili Dei judicio adversus eumdem impium Anastasium una simul cum eodem Elia Hierosolymorum Antistite: hæc enim apud Sophronium de eo leguntur (a): *Dicebat Abbas Polychronius de sancto Elia Hierosolymorum Archiepiscopo, quod sicut cum esset monachus vinum non bibebat, ita nec Patriarcha quidem factus bibit, sed eamdem servavit regulam. Dicebant de eodem Archiepiscopo Elia, & de Flaviano Antiochiæ Archiepiscopo, quod ab Anastasio Imperatore ambo fuerint exilio relegati propter sanctam Chalcedonensem Synodum, Elias quidem in Haila, Flavianus vero apud Petram. Die vero quadam significaverunt sibi ambo Patriarchæ mutuo dicentes: Anastasius hodie mortuus est: Eamus igitur & nos, ut cum illo judicemur. Et post duos dies ambo migraverunt ad Dominum:* duos nimirum dies a scriptis litteris, non autem ab obitu Anastasii numerandos.

(a) *Sophr. Prat. Spir. c. 35.*

XXVI. Porro quos una fides Catholica commendavit, ejusque confessio perseverans gloriosos confessores effecit, & par exilii pœna sine sanguine martyres reddidit, eosdem loco triumphi Romana Ecclesia anniversaria memoria celebrat, non tamen die qua obierunt, sed tum fortasse cum eorumdem sacrarum reliquiarum translatio facta est, vel in ipsorum honorem contigit Ecclesiam dedicari, quarto Nonas Julii, quo die in Romano Martyrologio eorumdem memoria legitur consecrata: ubi notis appositis, quæ adversus sanctissimos viros fuerint ab hæreticis calumniose conficta refellimus. Sic igitur in eodem judicio, in quo divina sententia in-

PAGIUS

moris eorum pertulerint, & ubi modo sint attendite diligenter, & quantum sit in Ecclesia Dei execrabilis fama eorum, & nomen detestabile, & sapienter advertite.

IV. *Visio Eliæ & Sabæ de morte Anastasii Imp.* A num. XXIII. & seqq. Cyrillus in Vita S. Sabæ a Cotelerio Tom. III. Monum. Ecclesiæ Græcæ edita cap. 60. tradit hunc Sanctum Archimandritam *circa Solstitium æstivum Indictionis XI.* in Urbem Ailam ad Eliam Hierosolymorum Patriarcham ibidem exulantem profectum esse, cumque amice quotidie *Saba* cum eo versaretur, *contigit, ut* Elias *nono mensis Julii die pro solito non exiret,* qui tandem *egressus circa sextam horam noctis dixit,* &c. *Hac hora migravit e vita Anastasius Imperator;* quem diem cum Saba notasset, *reversus Hierosolymam agnovit nocte decima diei Julii mensis* Imperatorem Anastasium extinctum; ubi Cyrillus noctem inter diem IX. & diem X. mensis Julii interjectam, modo ad priorem diem, modo ad posteriorem refert, additque *Eliam* decimo die post Anastasium defunctum esse, ideoque die XIX. ejusdem mensis. Reliqua hoc anno gesta juxta Baronii ordinem infra explanabimus.

infelix est percussus hæreticus, coronati sunt athletæ fortissimi, erigentes de perfidia cum perfido Rege debellato digna trophæa: quorum nomina e sacris tabulis antea ab hæreticis abrasa fuerunt (ut suo loco dicemus) postea magna gloria restituta.

XXVII. Anastasii nomen damnatum. Contra vero Anastasii Imperatoris, sicut & Zenonis nomen e sacris Diptychis fuit post paucos menses (ut sequenti tomo patebit) abrasum secundum illud propheticum (a): *Deleantur de libro viventium, & cum justis non scribantur:* & illud (b): *Pergit ad tenebras, & oblivione delebitur nomen ejus: non vidit Solem, neque cognovit distantiam boni & mali.* Ita plane nec nomine tenus, vel post mortem ab Ecclesia Catholica Christi sponsa cognoscitur, qui impias sectatus hæreses, adversariorum spirituum se parti conjunxit. Nulla (c) enim est communicatio lucis ad tenebras, aut conventio Christi ad Belial, aut pars infidelis cum fideli, vel consensus idoli cum templo Dei. Hinc jure & illæ populi Orthodoxi crebræ acclamationes fuere de eodem impio in loco sancto sepulto: *Tollantur ossa Manichæorum.* Erant hæc certa indicia divini judicii: etenim sanctissimi martyris Cypriani (d) sententia est: *Non perveniet ad Christi præmia, qui reliquit Ecclesiam Christi, alienus est, profanus est, hostis est. Habere non potest Deum patrem qui Ecclesiam non habet matrem.* Ubique miser, qui ab Ecclesia Deoque repellitur. Quem vero Ecclesia respuit & Deus reiicit hæreticum Principem, Princeps (e) ille sibi vendicat tenebrarum, qui in Christo non habet quicquam.

(a) Ps. 68. (b) Eccl. 6. (c) 1. Cor. 6. (d) Cyprian. de Unit. Eccles. (e) Joan. 12.

XXVIII. En quam terribilis (f) Deus in consiliis super filios hominum; qui aufert (g) spiritum Principum, terribilis apud Reges terræ. De prosperis ergo nemo Rex peccans sibi blandiatur eventis, vel gaudeat de propagato ad plures annos sine vindicta dominio; neque lætetur de adversantium conatibus irritis redditis, aut de consiliis suis subdolis optatum finem ex sententia consecutis exultet. Doceat omnes exemplum Anastasii amplis notis exculptum: in memoriam quisque revocet sententiam illam cum Gentilium philosophorum, tum etiam Christianorum Theologorum ore vulgatam, & ab omnibus conclamatam, ac plausu acceptam, nimirum: Maximam iram Dei esse, delinquentem Dei iram non mereri; summamque esse vindictam, hic peccantem carere supplicio: cum certo sciamus, secundum divinum oraculum: (h) *Quoniam veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.* Nam & ejusdem sententia est (i): *Ecce spes impii frustrabitur eum, & videntibus cunctis, præcipitabitur:* Ut in Anastasio cumulate videmus impletum. Quæ autem post obitum ipsius secuta sunt læta, sequenti septimo tomo dicturi sumus.

(f) Ps. 65. (g) Ps. 75. (h) Ps. 30. (i) Job. 4.

XXIX. Hic vero cum fine impii Principis finem pariter sextus tomus accipiat; eoque jam una cum impietate sepulto, judicato, damnato, ad inferosque demerso; instar filiorum Israel canentium Deo laudes ob mersum Pharaonem atque exercitum ejus in mare; nos veluti transmisso pelago, tuti in adverso littore consistentes, Christo victori cum sancta Ecclesia triumphum agentes, hymnum victoriæ concinamus, dicentes simul (k): *Benedictio, & claritas & sapientia & gratiarum actio, honor & virtus & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen.*

(k) Apoc. 7.



Peroratio cum gratiarum actione. NAvigatio in portu: Vela contrahimus, rudentemque alligamus solidæ petræ, rursus opportuno tempore soluturi. Jam modo (quod reliquum est) Dei templum semper patens ipsam DEIPARAM, Deo per eam acturi gratias, supplices adeamus, persolvamusque de superatis adversis fluctibus vota: & ut nautæ solent remos, nos stylum eidem offeramus, locupletem benedictionem illam ab ipsa consecuturum, qua instar Aaronicæ (l) virgæ devorantis magorum virgas, omnes adversantium conatus expugnet; atque sicut illa floreat (m), cæteris arescentibus virgis, quas jurgantes intulere rebelles: demumque ut illa in tabernaculo testimonii, in testimonium veritatis in Dei Ecclesia perpetuo conservetur. Amplissimas has abs te Virgo, virgæ impertitas benedictiones magna fiducia accedentes expetimus: Nam tu hæc ipsa præstans, non alia quidem quam tua dona coronas.

(l) Exod. 7. (m) Num. 17.

Hic Baronius sextum Annalium Tomum absolvit.

ANNA-

ANNALES ECCLESIASTICI.

AD ardua miro quodam tunc assurgit animus impetu, cum de divino auxilio spem concipit haud dubiam; qua roboratus Apostolus: *Omnia possum*, inquit, (*a*) *in eo qui me confortat*. Ideoque ne gracilis natura hominis sub oneroso fasce succumberet, & labores, quos præsertim supergredi vires sentit, consternata pavesceret atque refugeret; magnum illud olim Patriarchæ Jacob (*b*) ostensum est signum de sublimis atque laboriosæ scalæ conscensu, cum ad scandentium auxilium missas cælestis militiæ copias, ipsos administratorios (*c*) spiritus, Angelos descendentes, ascendentesque conspexit, pariterque ipsum Dominum super scalam innixum, vigilem inspectorem, auxiliatorem fortem, remuneratoremque fidelem: quo de superna providentia certi, de divino auxilio minime dubitantes atque de perenni retributione securi mortales omnes difficile licet immortalitatis iter per ardua virtutum, alta petentes, arriperent, atque obvios quosque labores facile superarent.

(*a*) *Philip.* 4. Præfatio Auctoris cum numinis imploratione. (*b*) *Genes.* 28. (*c*) *Hebr.* 1.

Quod igitur nostra ista Annalium scriptio scalæ ascensionis similitudinem referat, dum per annos singulos, singulis veluti distincta gradibus res gestas enarrans attollitur; par est, ut in ea positi, sursum ad Deum, unicum propositum nobis scopum, mentis oculos fixos habentes, precibus ab eo divinum auxilium imploremus, Angelorumque occursum cum accursu sanctissimæ Dei Matris. Adsit ergo ipsa, quam interpellare consuevimus, una cum obviis Angelis Dei genitrix Virgo MARIA: descendat, ut sublevet; ascendat, ut elevet; manuque prehensans ducat, atque perducat tandem ad eum, quem fide cernimus super scalæ verticem præstolantem Dominum, laborum nostrorum finem, requiem, atque coronam.

JESU CHRISTI ANNUS 518.	HORMISDÆ PAP. ANNUS 5.	JUSTINI IMP. 1. THEODOR. REG. 26.

I. Justinus imperat. DEcursis rebus gestis anni quingentesimi decimioctavi Redemptoris nostri usque ad septimum Idus Julii, quo contigit obitus impii Anastasii Imperatoris; quæ sunt reliqua anni ejusdem sub Consulatu Magni atque Florentii, prosequamur: atque novi ejusdemque maxime pii Imperatoris auspiciis novum hunc septimum ordine Annalium tomum feliciter inchoemus, cum pulsis tenebris atræ noctis impietatis, tandem fidei Catholicæ radii Orientali Ecclesiæ illuxerunt. Sed quomodo id factum sit videamus.

II. Qui deposuit potentem (*d*) de sede, idem exaltavit humilem, & de stercore (*e*) erexit pauperem, collocavitque cum principibus populi, ut solium gloriæ teneat. Etenim Justinum (*f*) post Anastasium ex stabulo (si primordia ejus repetas) ad Imperii sublime fastigium evexit: cum primum videlicet ex porcario sive armentario gregarius miles: & inde ubi in militia virtutum meritis, fide Catholica prævia, qua pollebat, primos duxisset ordines; Prætorianorum præfecturam accepit, atque demum Imperator effici meruit. De quo præterea Evagrius

(*d*) *Luc.* 1. (*e*) *Ps.* 112. 1. *Reg.* 2. (*f*) *Zonar. Annal. t.* 3. *in fin.* Justinus ex humili loco surgit in Imperium.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6011.

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLVI. A. C. 518.

☉ 23. G. ☽ 6. P. 15. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 518.

HORMISDÆ PAPÆ 5.

JUSTINI IMP. 1.

THEODORICI REG. 26. & 8.

I. HOc anno *Magnus solus*, non vero, ut Baronius habet, Florentio collega, annum aperuit, sicuti in Notis ad Tomum VI. Baronii demonstravi, ubi & prosecutus sum ea quæ usque ad diem nonam mensis Julii currentis Christi anni, quo *Anastasius* Imp. periit, contigere. Restant itaque exponenda quæ hoc eodem anno gesta postquam *Justinus* Anastasio successit, & pax Ecclesiæ affulgere cœpit. *Magnus Consul Orientalis.*

II. Ad num. II. & seq. Procopius lib. 1. de Bello Persico cap. 11. ait: *Mortuo Anastasio Justinus Imperium suscepit, Anastasii propinquis omnibus quamvis & magnus eorum esset numerus, & summus splendor, a successione summotis.* Quare Evagrius lib. 4. cap. 1. ubi idem narrat, recte addit *Justinum* Imperium adeptum *præter omnium expectationem*. Eum *Illyricianum* faciunt Theodorus Lector, Theophanes, Victor Tununensis, & alii: *Thracem* vero Zacharias apud Evagrium laudatum, Basilius Cilix apud Pho- *Justinus fit Imperator.*

(a) Evag. l.4.c.1.2. grius (a) ex Zacharia Eutychiano ista depromit: *Postquam Anastasius ex corporis ergastulo ad præclarius domicilium (ut dixi) demigravit, Justinus genere Thrax, nono mensis Pavemi, qui a Latinis Julius nominatur, anno autem quingentesimo sexagesimosexto ex eo tempore quo urbs Antiochia primum illud nomen accepit, purpura vestitur Imperatoria; & a militibus Prætorianis, quibus ante cum esset Præfectus ordinum Aulicorum præfuerat, Imperator declaratur. Qui quidem ad istam Imperatoris dignitatem præter omnem spem propterea ascendit, quod multi & præstantes viri cum Anastasio cognatione conjuncti adhuc superfuerant, qui cum omnibus rebus, quas prosper & beatus vitæ status postulabat, abundare videbantur, tum eam consecuti potentiam, quæ homines in tam amplo honoris gradu locare possit.* Cæterum invitum ac renitentem Justinum ipsum creatum fuisse Imperatorem, ipsius litteræ ad Hormisdam Romanum Pontificem, & aliæ hujus ad eum redditæ attestantur, quæ suo loco ponentur: ex quibus omnino redarguas quæ ex Zacharia Eutychiano Evagrius recitat, nempe eumdem Justinum studia Amantii Præfecti cubiculi Anastasii Imperatoris conantis creare Theochritum amicum suum Imperatorem antevertisse, atque utrumque e medio sustulisse; hæc enim Evagrius ita narrat (b) Evagr. l.4.c.2. (b):

III. *Per idem tempus Amantius vir potens in primis cubiculo Imperatoris præfuit: qui, quoniam non licebat eunucho Imperio Romano potiri, cupiebat Theochrito, homini secum fide & benevolentia conjuncto, coronam donare Imperatoriam. Itaque Justino accersito, magnam pecuniæ vim ei dat: quam jubet illis distribui, qui possent purpuram Imperatoriam Theochrito impertiri, & ad id præstandum maxime viderentur idonei. Justinus autem, sive quod populum largitione suum plane reddidit, sive quod Excubitorum benevolentiam pecunia sibi conciliavit (utrumque enim memoratur) Imperio ipse potitus est, ac statim post, Amantium & Theochritum cum aliis nonnullis e medio sustulit.* Dedit meritas impius eunuchus pœnas de perfidia, qua per plura annorum curricula contra Catholicam fidem patrocinatus est hæresi Eutychianæ, ejusque sectatoribus favit, deprimens Orthodoxos. Tali namque ministro per omnia suæ impiæ voluntati accommodato usus Anastasius Imperator, quod damnum intulerit Ecclesiis Orientalibus, vidimus. At Deus vindex eodem tempore, diverso licet interitu, utrumque sustulit, Anastasium videlicet, & Amantium eunuchum potentissimum Eutychianorum patronum: in cujus nece imitatus plane est Justinus Marcianum Augustum, qui (ut vidimus) Chrysaphium eunuchum ejusdem hæresis & hæreticorum promotorem & defensorem, mox ut creatus est Imperator, necandum curavit. At hæc de Amantio post aliquot dies contigerunt. Edi-

Amantius nesciens Justino procurat Imperium.

PAGIUS Photium in Bibliotheca, Auctor Chronici Alexandrini & Historici, qui post Procopium scripsere; qua in re nullus eorum errat, ut inquit Alemannus in Notis ad Historiam Arcanam Procopii cap. 6. Nam *Bederiana*, quæ teste Procopio ibidem *Justino* patria fuit, in limitaneis Illyriæ, Thraciæque agris sita erat: sæpissimeque fit, ut quæ Urbes duarum Provinciarum fines terminant, vel circa fines sunt, in ambarum partes aliquando ab Auctoribus nullo discrimine admittantur. Procopius in laudata Historia, quam Baronius se non vidisse fatetur quæque post mortem ejus lucem vidit aliqua singularia de Justino narrat, hoc loco non prætermittenda: *Byzantii*, inquit, *Leo, Summam habebat Imperii, cum tres in Illyria nati exercendisque agris assueti adolescentes, Zimarchus, Ditybistus, & Justinus (cujus Bederiana patria fuit) summa qua domi premebantur, egestatis vitandæ causa militiam sequuntur pedibusque Byzantium veniunt, rejectis post terga sagis, in quibus præter secundarios panes, nihil eis quod reconderent, ex re domestica fuit. Numeris militaribus inscripti ab Imperatore, utpote egregia corporis forma conspicui; ad Regiæ custodiam seliguntur.* Paulo post: *Tempore deinde procedente magnam is* (sc. Justinus) *consequitur potentiam Prætorianis militibus Præfectus ab Anastasio Principe, quia ubi fato concessit, ea fretus Justinus Præfectura capessivit Imperium, senex jam licet capularis, & quod Romanis antea non evenit adeo literarum expers & quod dicitur, analphabetus, ut cum sui soleat nominis apices libellis indere Princeps, cum quid imperat faciendum; ipse neque imperare, neque compos esse poßet rerum gerendarum; sed Proclus, qui Officio Quæstoris fungebatur, eique assidebat, omnia faceret pro arbitrio.*

III. Nec refert, quod a Prudentio lib. 1. contra Symmachum Justinus, *Anicius* appelletur; nam illum ut ex milite gregario Palatii curam accepit, & quemadmodum Theodorus Lector ait, Patricii honorem consecutus, & in albo Senatorum conscriptus fuit, verosimile est ab Anicianis in Familiam fuisse cooptatum, vel tandem sibi id nominis adscivisse, cum Imperator est appellatus; sicut etiam is *Flavium* se inscribit, & *Lupicinam* conjugem ex serva *Flaviam* nuncupat. Ducangius in Familiis Augustis Byzantinis Nummum aureum hujus Imperatricis exhibet, ex quo liquet, eam *Æliam Marciam Euphemiam* nuncupatam fuisse: DN AEL MARÇ EUPHEMIAE PP AUG; quod Euphemiæ nomen ei a marito attributum testatur Zonaras. De ea hæc Procopius loco citato habet: *Conjux vero ejus cui nomen Lupicina fuit, serva eaque Barbara, sui pellex emptoris Justini, & ad usque vitæ exitum Imperii socia. Neque malo subjectis, neque bono esse Justinus quidem potuit, insignis homo stoliditatis, summa cum infantia, summaque cum rusticitate conjunctæ.* Verum cum *Justinianus*, quem Procopius in illa Historia probris & maledictis vexat, filius fuerit sororis *Justini*, non mirum si tanta severitate de Justino ejusque uxore scripserit.

Euphemia uxor Justini Imp.

A num-

IV. Edidit tunc & non mediocre pietatis specimen Justinus Imperator, dum conjugem suam, Lupicinam dictam, nomine Euphemiæ illustris martyris, pietatis ergo appellari voluit, antequam eam Augustæ titulo decoraret (*a*). Quæ autem consecuta tunc sint, cum Joannes Constantinopolitanus Episcopus una cum populo in Ecclesiam perrexit, Acta publica ad verbum excepta indicant, quæ recitata in Synodo Constantinopolitana contra Anthimum sub Menna hic opportune suo loco describenda putavimus, imitati Flavium Vopiscum, dum pro magno historiæ ornamento Acta publica de Consulatu Aureliani in ejus Vitam intulit: secuti pariter Ælium Lampridium, qui in Commodo ex Mario Maximo multiplices congessit acclamationes a Senatu proditas. Se habent enim ista veluti ovatio quædam de expugnata perfidia, & de impietate compressa ac fide Catholica liberata triumphus, cum videlicet in ipsa magna Constantinopolitana Ecclesia trophæa victoriæ eriguntur: dum expunctum e sacris tabulis nomen sacrosancti Concilii Chalcedonensis, & abrasa deletaque penitus nomina S. Leonis Papæ, necnon Euphemii & Macedonii Constantinopolitanæ Ecclesiæ Orthodoxorum Antistitum, exposcente populo, in eadem sacra Diptycha revocantur. Accipe ergo quæ tunc feliciter in Ecclesia coram Episcopo & Imperatore die decimaquinta ejusdem mensis Julii & sequenti acta sunt (*b*):

(*a*) *Zonar. & Cedren. in Justin.*

Publica acta inferri solita in Historias.

(*b*) *Constantinop. Synodus contra Anthimum Act. 1. t. 2. Conc. vet. edit.*

V. Acclamationes in Ecclesiam auspicatione Imperii.

Introitu facto secundum consuetudinem in sanctissima magna Ecclesia nostra, die Dominica instantis mensis Julii, Indictione undecima a domino nostro Archiepiscopo œcumenico Patriarcha Joanne (sicut non ignorat vestra erga Deum dilectio), dum ipse una cum venerabili clero esset circa ambonem, voces factæ sunt a populo, dicentes: Multi anni Patriarchæ, multi anni Imperatori, multi anni Augustæ: Anni plurimi Patriarchæ. Quid manemus incommunicati? Per tot annos quare non communicamus? Ex cujus manibus communicare volumus? Ascende ad ambonem. Heus persuade populo: Post multos annos communicare volumus. Orthodoxus es: quem times, digne Trinitate? Hæc idcirco illi, quod a tempore ejecti Macedonii Orthodoxi ipsorum Episcopi, populus Orthodoxus se a communione impii Timothei subrogati successoris subduxerat. At prosequamur Acta, cum rursus acclamat populus, & fidem Catholicam fartam tectam conservatam exposcit:

VI. Exclamat populus in hæreticos.

Multi sint anni Imperatoris, multi anni Augustæ. Severum Manichæum eiice. Qui non loquitur, Manichæus est. Effodiantur ossa Manichæorum. Sanctam Synodum modo prædica. Multi sint anni Imperatoris: Multi sint anni Patriarchæ digni Trinitate. Sancta Synodus modo prædicetur digna Trinitate. Maria θεοτόκος id est, Dei genitrix, *est digna throno, Sancta Maria Dei genitrix est.* Idcirco inculcat hæc de genitrice Dei Maria populus acclamando, quod ab Eutychianis calumniam pateretur hæresis Nestorianæ. Sed pergunt: *Sancta Synodus hoc dixit. Qui non loquitur, Manichæus est. Vincit fides Trinitatis. Vincit fides Orthodoxorum. Sanctam Synodum modo prædica. Orthodoxus regnat: quem times? Vincit fides Imperatoris: Vincit fides Augustæ. Novi Constantini multi sint anni.* Nescit (ut vides) fræna gaudium: exuberans lætitia facit eadem sæpe repetere; quæ cum audies toties repetita, non erunt tibi fastidio, si in memoriam revoces eorumdem longissimi temporis suspiria, gemitus, luctum, ejulatum, exsiccantemque eorum corda mœrorem. Sed magis admirari non desines eorumdem æstuantes ardore fidei Catholicæ animos, cum audies quibus rursum eumdem suum ipsorum Episcopum compellant, exagitant, ur-

PAGIUS IV. *Justinus Concilii Chalcedonensis defensor.*

A num. IV. ad XXXII. *Hic Justinus*, inquit Zonaras, *quia de religione rectissime sentiebat, Chalcedonense Concilium coli ab omnibus, & DCXXX. Sanctos Patres, qui id celebrarant, in Sacros omnium Ecclesiarum Commentarios referri Edicto jussit.* Populus introitu facto in magnam Ecclesiam, die Dominica XV. præsentis mensis Julii, Indictione XI. petiit a Joanne Patriarcha Constantinopolitano, dum ipse cum suo Clero esset, ut excommunicatis Eutychianis, eorumque defensoribus, *Chalcedonense Concilium* cum Sancti Leonis Papæ, & Euphemii ac Macedonii Episcoporum nominibus Sacris Diptychis restitueretur. Quod cum importunis clamoribus populi convictus Patriarcha præstitisset, post dies quatuor, nempe XX. Julii, Constantinopoli collecta est Synodus XL. Episcoporum, ibidem vel in vicinia habitantium, in cujus principio oblatus est libellus a Monachis Orthodoxis, quinque petitiones continens: quibus cognitis & examinatis, quinque pariter Decreta edita sunt, quæ publicis literis ad *Joannem Patriarcham* transmissa, ipse universo Christiano Orbi nota fieri voluit. Prima petitio erat, ut *Euphemius* & *Macedonius* in exilio mortui Sacris Diptychis inscriberentur. II. ut qui propter eorum causam relegati fuerant, reversi propriis gradibus restituerentur. III. ut Synodi *Constantinopolitana, Nicæna*, & *Ephesina* in Dyptichis prædicarentur. IV. ut *Sanctus Leo* Papa in iisdem memoraretur. V. ut attentata contra Chalcedonensem Synodum removerentur, & blasphema verba contra ipsam per *Severum* prolata anathemati subiicerentur, *sicut assiduæ acclamationes populi postularunt*, ut legitur in Epist. Synodali hujus Concilii ad Joannem Patriarcham, qui ideo eidem non interfuit.

Baronius a num. V. ad XXI. recitat Relationem illarum quinque petitionum a populo primum factarum, *die Dominica XV. mensis Julii & feria secunda XVI. mensis Julii*, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ ut V.

urgentque clamoribus: *Vel exeas* (clamant) *vel prædicabis. Multi anni Imperatoris. Justine Auguste tu vincis. Synodum Chalcedonensem modo prædica, quia Justinus regnat. Quem times?* His plane vocibus compellat populus Patriarcham, quem scirent semper fuisse Catholicum, verum sub Anastasio persecutore timore correptum ad tempus silentio obriguisse. Sed rursum in hæreticos ita exclamat populus:

VII. Contra Eutychianos conclamat populus. *Severum Manichæum foras eiice. Synodum Chalcedononsem modo prædica. Qui non anathematizat Severum, Manichæus est. Eiice foras Severum: Novum Judam eiice foras. Insidiatorem Trinitatis eiice foras. Sanctam Synodum modo prædica. Heus, obtestor, vel prædicabis, vel exibis. Fides est, non ἐπιθεωρεῖν. Fratres Christiani, una anima. Justine tu vincis. Si fidem amas, Severum anathematiza. Heus, heus, obtestor: Multi anni Imperatoris. Heus trabo te. Heus portas claude. Qui non loquitur, Manichæus est.* Sed cur, dices, Manichæos appellant Eutychianos hæreticos? Duplici sane ex causa: Primum quidem, quod Anastasius Imperator Eutychianorum patronus, Manichæorum hæresis, (ut dictum est) infamia laborabat: ob idque & qui cum eodem adversus Catholicam fidem conspirabant, Manichæi pariter dicebantur: deinde vero, quod cum veram naturam carnis post adunationem in Christo Eutychiani negarent, quamdam cum Manichæis negantibus pariter Christi carnis veritatem, affinitatem contraxerant. Sed rursus populi Orthodoxi conclamationes & compellationes in Patriarcham audi, cum simul addunt:

VIII. *Heus congregationi, Synodo heus. Modo prædica, per Evangelium nihil præter te. Heus obtestor. Multi anni Imperatoris. Novi Constantini multi anni. Orthodoxi Imperatoris multi anni. Novæ Helenæ multi anni. Severum eiice foras: Novum Judam eiice: Insidiatorem Trinitatis eiice foras. Multi anni Imperatoris: Fratres Christiani, una anima fides est, non est simpliciter* * *Sancta Maria Dei genitrix est. Hæc & Synodus dixit.*

* singulariter.

IX. Acclamationes quales esse solerent. Has dum audis, lector, frequentes populi acclamationes, ne putes improvisos hos, incompositosve ac dissonos fuisse clamores tumultuantis ac perstrepentis in Ecclesia multitudinis, sed potius sonoras adrhythmum & modos musicos voces attemperatas, longe suaviores quam in Circo esse solerent: de quibus accipe quid Cassiodorus (a) dicat, cum de Circensibus acclamationibus agit: *Soletis enim aera ipsa mellifluis implere clamoribus, & uno sono dicere, quod ipsas belluas delectet audire: profertis voces organo dulciores, & ita sub quadam harmonia citharæ concavum theatrum per vos resonat, ut tonos possit quilibet credere, quam clamores. Numquid inter ista rixæ decent, aut inflammata contentio? &c.* Si ergo acclamationes in theatro tales esse solerent; qualesnam, quamque modestiores & magis harmonicæ esse in Ecclesia debuerunt? sed prosequamur Acta.

(a) Cassiod. l. 1. ep. 31.

X. Quid Patriarcha ad populum. *Hæc cum exclamassent, data est eis responsio a sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo & Patriarcha œcumenico Joanne: Hæc patienter sustinete, fratres, ut prius adoremus sanctum altare: & post hoc do vobis responsionem. Et cum intrassent in sanctum altare, manserunt clamantes: Multi anni Imperatoris: Multi anni Augustæ. Heus obtestor, non exibis, nisi anathematizes Severum. Anathema Severo aperte dic: Heus* * *resera. Heus obtestor: Multi anni Imperatoris. Et demum ascendens super ambonem sanctissimus ac beatissimus Archiepiscopus & Patriarcha noster œcumenicus Joannes, acclamavit hæc: Scitis labores meos, dilectissimi, quos & in antiquitate existens subivi, & nunc sustinui pro fide, & sustineo usque ad mortem. Non ergo opus est turbatione, aut tumultu. Neque enim aliquid prætergressum est de recta fide statuendum: neque sanctam Synodum quis anathematizare audet; sed omnes sanctas Synodus, quæ confirmaverunt trecentorum decem & octo Patrum in Nicæa congregatorum, Orthodoxas cognoscimus, & maxime ipsas tres sanctas Synodos, hoc est, Constantinopolitanam, Ephesinam, & Magnam Chalcedonensem: nam specialiter Symbolum trecentorum decem & octo Patrum, in quo baptizamur, ipsæ sanctæ tres Synodi consonanter confirmaverunt.*

* os.

XI. Post acclamationes vero, insistentibus ipsis per plures horas in ipsis vocibus, addebant: *Non discedes, nisi anathematizes. Multi anni Patriarchæ digni Trinitatis: Multi anni Imperatoris: Multi anni Augustæ. Congregationem Synodi Chalcedonensis modo prædica. Commemorationem Patrum ad crastinum prædica. Nisi responsionem accepero, usque sero hic sum. Congregationem Patrum Chalcedonensium crastina die prædica: Hodie si præ-*

PAGIUS *Synodus Constant. ad tuitionem Concilii Chalced. coacta.* ut textus Græcus habet, non vero *soquenti Dominica*, ut in versione apud Labbeum perperam legitur. Recitatur ea in Concilio Constantinopolitano sub Menna anno DXXXVI. habito Actione V. sub hoc titulo: *Quomodo prædicata sint Synodi*, ut videre est Tomo V. Conc. editionis Labbeanæ pag. 178. & seqq. Tum post dies quatuor, XX. scilicet mensis Julii congregata est Synodus *Constantinopoli*, eique oblatus libellus a Presbyteris, & Archimandritis Monasteriorum Constantinopolitanorum, & totius Monachici ordinis cui annexæ erant quatuor Synodi, *ut in Ecclesia prædicatæ sunt.* Refertur ille in eodem Concilio sub Menna, ac

prædicaveris, cras perficietur. Non recedimus, nisi prædicaveris. Eos qui Nestorium & Eutychetem anathematizaverunt, ad crastinum prædica. Nisi responsionem accepero, usque sero hic sum. Hæc quidem toties inculcata, ac toties repetita, ingeminataque sæpius, ex industria facta esse videntur & ex composito prodita, quo universi populi perseverantia & ardor erga fidem Catholicam magis ac magis totius Orientalis Imperii oris innotesceret: non quidem ut ista cunctatione Joannis Episcopi sincera fides, quam semper coluisset, in suspicionem adduci posset, quem probe noverant etiam sub hæretico Imperatore perseverasse Catholicum; sed magis ut hoc uno conventu, tum populi, tum Episcopi, tum denique Imperatoris fides Catholica probaretur, ac probata omnibus nota fieret. Subdunt vero Acta de ipso Joanne.

XII. Conclamata approbatio quatuor Synodorum.

Et acclamavit sanctissimus ac beatissimus Episcopus noster Patriarcha œcumenicus, Joannes sic: Quoniam perfici petiistis congregationem sanctorum Patrum Chalcedonensium: cognoscentes scietis, quod & hoc faciemus consilio piissimi & Christo amantissimi Imperatoris nostri. Perseverantibus autem ipsis, & easdem voces exclamantibus, & addentibus: Non recedimus, per sanctum Evangelium: Congregationem Patrum Chalcedonensium in crastinum prædica. Prædicata fuit congregatio per Samuelem diaconum sic: Notificamus vestræ charitati, quod crastina die perficiemus memoriam sanctorum Patrum nostrorum Episcoporum in Chalcedonensi metropoli congregatorum, qui una cum sanctis Patribus Constantinopoli & in Epheso congregati confirmaverunt Symbolum trecentorum decem & octo Patrum in Nicæa congregatorum. Congregabimur autem huc.

XIII. Severus publice condemnatus.

*Et post acclamationem congregationis iterum permansit populus, & una voce quam plurimum clamavit: Severus nunc anathematizatus est. Non exeo, nisi modo responsionem accipio; Obtestor: Orthodoxus es: Modo Anathematiza. Aut anathematiza, aut nihil. Et insistentibus ipsis plurimum in iisdem, præsentibus Theophilo Deo amantissimo Episcopo Hieracliano, Theodoto Episcopo Gangrenorum, Hypatio Episcopo Claudiopolitano, Joanne Episcopo Bosphorio, Pythagora Episcopo Synopeno, Isacio Episcopo Quinquepolitano Græciæ, Joanne Episcopo Commanorum regionis Pamphiliorum, Amantio Episcopo Nicopolitano, Ammonio Episcopo Abydano, Platone Episcopo Gratianopolitano. * Eustathio Episcopo Philadelphiæ, & Pelagio Episcopo Azanitano, & aliis amantissimis Deo Episcopis consentientibus sanctissimo, ac beatissimo Archiepiscopo Patriarchæ œcumenico Joanni, acclamata fuerunt hæc: Quod Severus, qui se ipsum ab hac Ecclesia separavit, judicio se ipsum submiserit, omnibus manifestum est. Sequentes itaque & nos divinos canones & sanctos Patres, alienum ipsum putamus, & a divinis canonibus per suam blasphemiam condemnatum anathematizamus & nos.* Hactenus hujus diei Acta Severi anathemate clausa.

*Cratiano.

XIV. De nominis œcumenici impostura recentiorum Græcorum.

Sed antequam ad diei sequentis res gestas progrediamur, admonendum putamus lectorem ut inter læta hæc posterorum Græcorum caveant imposturam. Cum enim ipsa Acta vero omnino atque legitima sint; haud tamen dubium putamus, ipsa quidem in eo esse falsata, dum quoties nominatus reperitur ipse Joannes Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopus, toties ferme additus est titulus *Patriarchæ œcumenici*. Haud enim recepisset Romana Ecclesia ejusmodi Acta, in quibus adeo frequens titulus ejusmodi legeretur, quo Episcopus Constantinopolitanus *Patriarcha œcumenicus* diceretur. Etenim Pelagius Papa sancti Gregorii prædecessor, in Joannem Constantinopolitanum Antistitem ejus nominis tertium, qui sibi hujuscemodi titulum usurpaverat, impugnator insurgens, cum ad universos Episcopos scribit (*a*), inter alia plurima in detestationem novæ præsumptionis hæc habet: *State fortes, state securi: scripta, quæ universalis nominis falsitate condemnata sunt, nec dare umquam, nec accipere præsumatis.* Idemque superius tradit nihil ejusmodi ab ejusdem Joannis prædecessoribus Constantinopolitanis Episcopis aliquando tentatum fuisse: in quam sententiam sanctus etiam Gregorius Papa ad eumdem epistolam dedit (*b*). Cum igitur adeo graves extent testificationes Romanorum Pontificum de ejusdem tituli detestatione atque abrogatione; quonam pacto inter publica Acta Concilii illa reperiuntur esse descripta atque recepta Acta, in quibus idem damnatus rejectusque titulus toties legitur repetitus? Præterea si in eadem Synodo idem sæpe titulus lectus, nec rejectus ab aliquo fuit; cur hæc non citata fuerunt contra eosdem Romanos Pon-

(*a*) Pelag. ep. 1.

(*b*) Greg. l. 4. ep. 38.

PAGIUS ac in eadem Actione pag. 170. Ibidem pag. 158. extat. *Supplicatio Clericorum & Monachorum Antiochiæ ad Joannem Patriarcham, & Synodum congregatam contra Severum*, quam & exhibet Baronius a num. L. ad LVI. In ea *Severi* sacrilegia, & sanctorum Monachorum homicidia Antiochiæ perpetrata narrantur. Epistola Synodalis ad *Joannem Patriarcham* missa, cujus initium, *cum Deus omnium Dominus*, habetur in eodem Concilio sub Menna pag. 162. & apud Baronium a num. XXI. ad XXXI.

(a) Apud eamdem Synod. Act. 1. t. 2. Conc. vet. edit.

Pontifices Pelagium atque Gregorium. Sed quæ sequenti die itidem in ecclesia transacta sint, videamus. Hæc enim eadem quæ superius Acta publica habent (a):

XV. Petitiones populi in acclamationibus.

His secutis, sequenti Dominica, (immo sequenti die post Dominicam, ut infra in Actis Concilii Constantinopolitani) *quæ est decima sexta mensis Julii, Indictione undecima, finita memoria prædictorum sanctorum Patrum, rursumque facto introitu a sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo Patriarcha œcumenico Joanne, statim dum ipse appropinquaret amboni, voces a toto popolo venerunt sic: Multi anni Patriarchæ: Multi anni Imperatoris: Multi anni Augustæ: Novi Constantini multi anni: Novæ Helenæ multi sint anni. Reliquias Macedonii Ecclesiæ restitue. Justine Auguste tu vincis: Eos qui sunt in exilio propter fidem, restitue. Exhumentur ossa Nestorianorum: Exhumentur ossa Eutychianorum. Quis est Nestorianus, ego nescio: Anathema sit ipse a Trinitate. Quis est Nestorianus, ego nescio: Anathema sit ipse cum Eutychete. Exhumentur ossa Nestorianorum: Exhumentur ossa Eutychianorum. Manichæos eiice foras. Justine Auguste tu vincis. Severum Judam eiice foras. Manichæos de Ecclesia eiice: Duos Stephanos eiice foras. Reliquias Macedonii modo fer. Nomen Macedonii modo ordinetur: totis vocibus Imperatori supplicamus. Novum Ezumam eiice foras. Novus Ezumas Amantius est. Maledicum eiice de Palatio. Euphemium & Macedonium Ecclesiæ scilicet restitue. Synodica Romana modo valeant.* Ambo hi Constantinopolitani Episcopi, quod Catholicæ fidei professores essent, ejecti ab hæreticis Imperatoribus fuerant. Sed rursum Acta:

XVI. Persistit populus acclamando.

Multi anni Patriarchæ novi Joannis, multi anni, digni Trinitatis. Justine Auguste vincas. Multi anni Augusto. Reliquias Macedonii Ecclesiæ restitue. In iis semper vinces. Euphemii & Macedonii nomina modo ordinentur ad perfectam ordinationem Ecclesiæ. Falsos testes Macedonii eiice foras. Quatuor Synodos Diptychis. Leonem Episcopum Romanum Diptychis. Sancta Maria Dei genitrix est: hoc Synodus dixit. Diptycha amboni. Qui non loquitur, Manichæus est. Diptycha amboni. Modo Deum tibi. Justine Auguste tu vincas: curatorem non habes. Diptycha modo porta. Orthodoxi Imperatoris multi sint anni: Novæ Helenæ multi anni. Si habes dominium modo porta Diptycha. Si habes Augustum, Diptycha modo porta. Canones non rejecerunt istos. Heus ordina: Heus ordina.* Quæ autem Joannes Constantinopolitanus Episcopus ad ista responderit, eadem habent Acta his verbis:

* Sic habes Dominum.

XVII. Quæ Patriarcha ad populum.

Et acclamata sunt hæc: Hesterna dies sufficienter satisfecimus vestræ charitati. Nunc vero zelum vestrum aperte cognoscentes, illa festinavimus & festinamus facere, quæ & Deum colunt, & vobis per omnia & in omnibus satisfacient. Quod autem debeat nihil nobis removeri de recta fide, arbitror vestram dilectionem diversis temporibus & modis experientiam accepisse. Et idcirco fundamentum fidei sanctum, sanctorum Patrum traditione firmum permanere, gratia Domini nostri & Salvatoris Jesu Christi studuimus, sperantes & per ipsum dissidentes Ecclesias unire, & undique ordinationem divinorum canonum inviolabiliter tenere. Neque enim conceditur aliquid removeri, & de novitate vocis & subtilitate sermonis occupare Fideles; sed adhærere sancto Symbolo, in quo omnes baptizati sumus; & cum sancto Spiritu Nicæna Synodus exclamavit; & sanctorum Patrum Constantinopoli congregatio confirmavit; & sancta Synodus Ephesina confirmavit; & sancta Magna Synodus Chalcedonensis similiter sigillavit; quam nullo modo aut ratione amovere quis poterit, cum omnem male opinantibus tollat occasionem. Hanc itaque fidem immobilem tenentes ad invicem, non dubitemus; sed omnem vocis novitatem, ac omnem sermonis subtilitatem abiicientes, uno ore sanctam & consubstantialem Trinitatem glorificemus, quæ custodiat in pace vitam piissimi & Christianissimi Imperatoris nostri ac omnium nostrum. Patri autem & Filio ac Spiritui sancto gloria nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.*

* aucupare.

XVIII.

Hac autem acclamatione facta, permanserunt ita clamantes: Sed nullus modo egrediatur: Obtestor te, portas claude. Fratres Orthodoxi una anima: Fratres per fidem una anima. Ita plane mutua charitate juncti erant: quod quidem specimen unitatis Catholicæ egregium iidem ante ediderant sub Anastasio, cum (ut diximus) sæpe sæpius ejusmodi acclamationibus & conclamationibus & Imperii statum & vitam ipsius in discrimen adduxerint. Sed audi reliqua, cum rursus acclamant: *Justine Auguste tu vincas. Qui non loquitur, Manichæus est, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Trinitas vincit. Et nunc non timeas Amantium, nec Manichæum. Justinus regnat: quid times Amantium?* Erat Amantius, de quo dictum est, terror Orthodoxorum, eunuchus Præfectus cubiculi Anastasii Imperatoris, per quem idem Augustus hæreticus adversus Catholicæ fidei defensores tyrannice agere consuevit. Sed iidem rursus suum ipsorum Episcopum hisce compellant vocibus: *Digne Trinitatis, & hoc bonum tibi reservatum est. Qui Synodum amat, ita honoratur. Multi anni Imperatoris: Multi anni Augustæ: Multi anni Patriarchæ. Vincit fides Orthodoxorum. Et rursus perseverantibus ipsis in eis-*

De non curando Amantio.

eisdem vocibus acclamantibus, sunt eis hæc dicta a Patriarcha:

XIX. De cogendo Concilio agit Patriarcha. *Quod omne studium posuerimus complacere vobis, & scandalizatos vos conservare, clare cognoscitis. Sed quoniam omnia canonice & bono ordine fieri oportet, permittite nos congregare Deo amantissimos Episcopos, ut secundum divinos canones omnia proveniant, consilioque & jussu piissimi Imperatoris nostri: Omnes enim acclamationes vestras suæ serenitati aperiemus. Et cum ipsi clausissent portas, in iisdem acclamationibus permanentibus, accipiens Diptycha sanctissimus & beatissimus Archiepiscopus & Patriarcha œcumenicus Joannes, jussit ordinari sanctas quatuor Synodos, sanctorum Patrum videlicet in Nicæa congregatorum, & in Constantinopoli similiter convenientium sub* Restituta nomina Episcoporum Diptychis. *Nectario sanctæ memoriæ, & in Ephesο congregatorum super depositione Nestorii, necnon illorum de Chalcedone super dejectione Eutychetis & ejusdem impii Nestorii. Ordinarique jussit nomina in sancta memoria defunctorum Archiepiscoporum hujus regiæ urbis Euphemii & Macedonii, ac etiam Leonis Romani Pontificis.*

XX. (a) Luc. 1. *Tunc voce magna omnes de populo tamquam uno ore clamarunt (a): Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit & fecit redemptionem populo suo. Magna autem hora ex utraque parte consistentibus, & psallentibus hanc psalmodiam, cantores supervenientes converterunt se dicere Trisagium. Et cum ipsi incepissent, totus populus quievit, & audiebat attentis auribus Trisagium. Et post electionem sancti Evangelii ex more sancta Missa finita*, Catechumenorum videlicet, *& januis clausis, ac sancta lectione juxta consuetudinem lecta, tempore Diptychorum*, cum scilicet publice recitarentur nomina defunctorum Episcoporum, *cucurrit omnis multitudo cum magno silentio circumcirca altare. Et cum solum lectæ fuissent a diacono appellationes prædictarum sanctarum quatuor Synodorum, & sanctæ memoriæ Archiepiscoporum Euphemii & Macedonii & Leonis, voce magna universi clamaverunt: Gloria tibi Domine. Et post hoc cum omni modestia completa fuit cum Deo divina Missa.* Hactenus Acta, in quibus fraudulenta manus, quæ Constantinopolitano Episcopo titulum addidit *Patriarchæ œcumenicæ* nomen *S. Leonis Papæ* post Constantinopolitanos Episcopos ultimo loco ponit: nam & sui ipsorum veteres libri rituales ejusmodi redarguunt imposturam, in quibus primo loco descripta leguntur nomina Romanorum Pontificum, inde vero ejus Ecclesiæ Antistitum. Certe quidem in ordine precum ante omnes Romanus Pontifex, ac deinde civitatis Antistes poni solitus erat. Sunt de his plura exempla in liturgia S. Marci, quæ sui erat primariæ totius Orientis Ecclesiæ Alexandrinæ, & inter alia cum ibi dicitur (b): *Sanctissimum & beatissimum Papam N. quem præscivisti fore ut sibi sancta tua Catholica, & Apostolica Ecclesia omnium suffragiis eligeret, necnon sanctissimum Episcopum N. conservans, &c.* Ita vetus usus, quem recentiores schismatici perverterunt. (b) Ext. a t. 6. Bibl. sanctorum Patrum.

XXI. Restituta in Diptychis nomina expunctorum Episcopor. Quod autem quæ in magna Ecclesia exposcente populo, tumultuarie facta essent, minus legitime ex forma a sacris legibus præscripta gesta esse viderentur; ut eadem rite, more majorum, in conventu Patrum agerentur, Joannes Constantinopolitanus Episcopus procuravit. Sic igitur post dies quatuor a dictis publicis Actis in ecclesia habitis dicta die decima sexta Julii, ejusdem mensis diæ vigesima collecta est Synodus Constantinopoli eorum, quos ibi reperiri contigit, Episcoporum, vel qui proxime degentes cito vocari potuerunt, numero quadraginta. Cui primum oblatus est a monachis Orthodoxis libellus quinque continens petitiones, quæ cognitæ examinat æque in Synodo sunt, & ab eadem quinque pariter edita decreta, quæ simul juncta sua relatione Synodus universo Christiano orbi nota fieri voluit, publicis litteris ad ipsum Joannem Episcopum datis, quæ sic se habent (a): (a) Apud eamdem Synodum Act. 1. t. 2. Con.

XXII. Synodus Constantinopolitana. *Cum Deus omnium Dominus pro commodo Orthodoxæ fidei & stabilitate Catholicæ Ecclesiæ, præterita Dominica & feria secunda, expleta Missa in sancta Dei ecclesia hujus regiæ urbis, una voce movit innumerabilem & infinitum populum, & ad hoc divino zelo accendit plurimum, & sedulo petere vestram beatitudinem ascendere ambonem, & exclamare pro recta fide, pro qua semper agonizastis & agonizatis: Et cum hæc fecistis, factæ fuerunt (ut dictum est) exclamationes plurimæ & continuæ populi vos laudantis pro Orthodoxa fide, & Patres prædecessores nostros expulsos restitui expetentis. Cum autem vester nuncius totum nostræ examinationi tradiderit, & opportuna considerare mandaverit; necessarium putavimus, quæ secuta sunt & a nobis formata, per relationem primum vestræ beatitudini annunciare. Sunt enim hæc:*

XXIII. *Vigesima instantis mensis Julii, Indictione undecima, Consulatu Magni clarissimi viri, universus monachicus ordo hujus a Christo amatæ Imperialis civitatis, qui ex diversis monasteriis convenit, hic quidem Archimandritarum, alius vero reliquorum libellos porrexit huic omni congregatæ nostræ Synodo: petieruntque ipsos legi, & capitula in eis contenta examinata a nobis fini tradere, immo vero sub forma Synodali ponere. Cum itaque ipsos libellos legeremus, quos & subordinavimus* De restituendis nominibus Orthodoxorum in Diptychis.

mus formæ prædictæ hæc continere: in ipsis legimus primam petitionem libelli habentis, ut sanctæ memoriæ Euphemius & Macedonius expulsi, & in exilio mortui, juste & canonice revocentur, & tradantur catalogo prædecessorum Archiepiscoporum in Domino ibidem quiescentium; omnibus vacuis manentibus, quæ contra ipsos quandocumque facta fuerint: ponanturque in sacris Diptychis ipsorum vocabula, secundum quod omnis populus & monachicus ordo sedulo & multum exclamavit.

XXIV. *Nos autem ordinem optatum petitioni imponere studentes, quæsivimus facta in ipsis. Et cum cognovimus per lectionem, quamplurima horum neque cum diligentia provenerunt, neque fideliter, neque per justitiam memorati Patres ejectionem sustinuerunt, neque tamquam aliquid amoverint de his quæ in recta fide servabantur; necessarium putavimus, petitioni totius populi simul cum mulieribus & pueris, ac totius dignitatis ac militiæ, atque etiam monachici ordinis sedulo clamantium secundum exhibitos libellos cum omni veritate satisfacere: ut secundum quod sanctæ memoriæ Paulus, & Joannes,* nempe Chrysostomus, *& Flavianus Patres hujus regiæ urbis revocati fuerunt, sic & ipsi hujusmodi honoris in sacris libris memoria digni facti sint. Quæ ergo consideravimus & reformavimus, honestum existimavimus ad vestram beatitudinem deducere, & per ipsam pissimo Imperatori nostro.*

XXV. De restituendis aliis Orthodoxis exulibus. *Secundum capitulum in libellis continebatur, ut qui propter causam prædictorum Patrum (Euphemii dicimus & Macedonii) banniti fuerunt & fugati, reversi restituantur propriis gradibus. Quoniam igitur justa petitio est, & primæ consequens; deliberavimus, ut prædicti adjuventur, & adducantur ad piissimum & serenissimum Imperatorem nostrum.*

XXVI. *Tertium capitulum, in petitione continebatur, ut pro majori scripturarum auctoramento sancta & Magna Synodus trecentorum decem & octo Patrum congregatorum in Nicæa, qui sanctum fidei Symbolum definierunt & acclamarunt, in quo baptizati sumus & baptizamus, & quæ Constantinopoli sub Nectario sanctæ memoriæ congregata est, & prædictum sanctum Symbolum trecentorum decem & octo Patrum confirmavit, ponatur in sacris Diptychis.* Desideratur comprobatio duorum reliquorum Conciliorum Ephesini & Chalcedonensis, quæ pariter ab ipsis probata constat ex iis quæ inferius in eadem epistola leguntur, in qua ista sequuntur: *Quoniam igitur honesta petitio est (quod enim pro utilitate Ecclesiastici status factum sit) dignum judicavimus juxta acclamationes populi, & acclamationem vestræ beatitudinis, & secundum porrectum libellum a venerabilibus Archimandritis & monachis, ipsas sanctas Synodos in Diptychis prædicari.*

Quartum capitulum, in petitione venerabilium monachorum continebatur, ut nomen sanctæ memoriæ Præsulis Romanorum Leonis in sacris libris similiter prædicetur, juxta quod exclamationes populi supra & sedulo factæ sunt. Quoniam igitur Chalcedonensis Synodus non solum Leonis sanctæ memoriæ, verum etiam & Cyrilli Alexandrinorum a Deo amati pastoris memoriam in Orthodoxa fide fecit; & Cyrillus quidem Alexandrinus in Diptychis prædicatur, Leo autem sanctæ memoriæ non prædicatur; justum putavimus, ut quod deficit, suppleatur. Et quia æqualiter ab hac sancta Synodo pro statu Orthodoxæ fidei honorati sunt, similiter & in sacris Diptychis pro utilitate & pace Ecclesiæ prædicentur. Quod autem iidem in Synodo sacerdotes tradant æqualiter prædicatos esse Leonem in Concilio Chalcedonensi, atque Cyrillum in Ephesino, sic intelligas, quod Cyrillus ei præfuit, vices (ut suo loco dictum est) gerens Romani Pontificis: cum tamen magna sit differentia inter primarios magistratus, & delegatos ab eis. XXVII. De nomine S. Leonis in Diptycha restituendo.

Quintum capitulum, in ipsis petitionibus continebatur, ut attentata contra sanctam Chalcedonensem Synodum removerentur, & blasphema verba contra ipsam auferantur; per Severum dico, qui est in Antiochia, indisposite & perperam prolata anathemati subiiciantur, sicut sedulæ acclamationes populi factæ sunt. Quoniam igitur oportebat & de isto formam convenientem Ecclesiastico statui proferre: necessarium judicavimus, primum blasphema ipsius verba in medio totius Synodi legi ad redargutionem eorum quæ ab ipso præscripta fuerunt. Habent itaque sic de verbo ad verbum attentata & blasphemata ab ipso adversus sanctam Synodum: Quæ a Synodo eo tempore in Chalcedone congregata formata fuerunt ac stabilita, & eos qui pro ipsa pugnant, anathematizamus. Hæc est illius scelestæ vocis blasphemia; sed non solum immanis hæc, verum etiam aliæ plurimæ blasphemiæ in libris ipsius proclamantur in hac regia urbe; quibus orthodoxiæ amatores incidentes, derident ipsius phrenesim, qui spurie fertur.* XXVIII. * effundantur. De damnatione Severi Episcopi Antioch.

Quoniam igitur hoc accusatum, habet redargutionem non solum ex prædicta voce, sed ex eo quod scriptum est, & ex aliis pluribus blasphemiis turpissimæ ejus linguæ contra hanc sanctam Synodum; idcirco hunc juste perpetuo anathemati & nos submittimus, omni honore, nomine, dignitate, & operatione, Christiano, aut sacerdoti convenient, vel convenire valente privantes, & nudum divinæ communionis secundum Ecclesiasticos canones statuentes, contra quos & blasphemare, & XXIX.

ca-

calumniari sanctam Chalcedonensem Synodum conatus est, quæ specialiter signavit Symbolum trecentorum decem & octo sanctorum Patrum qui in Nicæa convenerunt, & quæ immotum ac immutilatum ipsum existere prædicavit; sicut & sancti Patres, qui Constantinopoli, & qui in Ephefo convenerunt, similiter confirmaverunt, cum quibus & sancta Chalcedonensis Synodus similia defendit, & resplendere ubique hoc jussit.

XXX. *Quapropter non solum tamquam blasphemum, sed & tamquam calumniatorem, & omnibus sanctis Synodis per istam Synodum injuriantem, prædictum Severum omni honore destitutum esse statuentes, anathemati subiicimus. Hæc a nobis examinata & formata, ad sanctum nuncium tuæ beatitudinis festinanter exaravimus, & propria manu subscripsimus, & afferri subordinavimus exhibitos nobis libellos ad agnitionem veritatis: ut & hæc per vestram beatitudinem veniant ad potentissimum & sereniſsimum Imperatorem nostrum, & ad piissimam ac Deo amantissimam Augustam, & ad gloriosum ipsorum ac magnum Senatum.* Hactenus Synodalis relatio, cui post subscriptionem quadraginta Episcoporum adjectus legitur monachorum libellus.

XXXI. Fuerunt hi primi flores, quos post diuturnam hiemalem brumam Orientalis terra produxit, quæ hactenus sub maledictione divina nonnisi tribulos atque spinas genuerat. Ut merito tunc Fidelibus illud Canticorum (*a*) occinere licuerit: *Flores apparuerunt in terra nostra: ficus protulit grossos. Vineæ florentes dederunt odorem suum.* Verum flores & non fructus, grossi & non ficus, odor & non sapor ista fuerunt, quousque sapientis manu agricolæ infructuosi palmites non fuerunt excisi. Intellexisti enim una cum fidei Catholicæ professione, approbationeque sacrosancti Chalcedonensis Concilii, simulque restitutione nominis S. Leonis Papæ in sacras tabulas atque conclamata & in Synodo & in ecclesia damnatione Severi & aliorum hæreticorum, his omnibus scite probeque transactis, admista zizania esse tritico, cum ab eisdem reddita sunt nomina Euphemii & Macedonii Constantinopolitanorum Antistitum propter fidem exulum, pariterque in sacra Diptycha revocata; quos constat in schismate tanta passos, neque fuisse receptos in communionem ab Apostolica sede ob retentum ab ipsis pertinaciter nimis nomen Acacii schismatici & hæreticorum communione polluti. Hi, inquam, infructuosi palmites Apostolica prius fuerunt præcidendi falce, ut culta vinea dignos fructus afferret.

(*a*) *Cant.* 2.

In quibus Orientales ista sancientes defecerunt.

Quamvis enim alia cuncta cum a populo recte in ecclesia petita, tum ab Episcopis in Synodo sancte pieque definita videri possint: utpote quæ pro defensione Catholicæ fidei, & allevatione oppressorum ab hæreticis, & condemnatione hæreticorum statuta essent; illud tamen constat perperam a populo flagitatum, & a Synodo turpius concessum ac decreto sancito firmatum, ut nomina eorumdem Episcoporum, quæ jam antea licet ab hæreticis e sacris Diptychis deleta fuerant, in easdem Ecclesiasticas tabulas inferrentur. Quamobrem cum postea hæc rescisset Hormisda Pontifex (*b*) per legatos quos Constantinopolim misit (ut suo loco dicemus) egit Apostolica auctoritate, ut restituta in Diptycha eorumdem nomina Euphemii & Macedonii una cum nomine Acacii ejusdem civitatis Episcopi iterum e sacris tabulis expungerentur. XXXII.

Euphemii & Macedonii nomina perperam reddita Diptychis.

(*b*) *Ex suggest. Germani, & Pulion. extat inter Hormisdæ ep. t. 1. ep. Rom. Pont.*

Est profecto magna admiratione dignum, quæ tantæ civitatis tam frequens populus una cum monachis atque clericis tanta instantia petiisset, & congregati in Synodis sive Constantinopoli, sive in Syria, & ubique locorum in Oriente Orthodoxi Episcopi stabiliissent, in unam eamdemque sententiam conspirantibus omnibus Orientalibus Orthodoxis Episcopis, consentiente præsertim Imperatore; cum unus tantum dissentire invenitur Romanus Episcopus, omnia mox labefactata, sua sponte nullo negotio corruere. Unius itaque dumtaxat facultas fuit Hormisdæ Romani Pontificis, ut quæ ab omnibus probata essent, irrita prorsus redderentur; qui potuit eosdem ad ea omnia abroganda atque penitus delenda compellere. Eluxit plane & ea in re, quantus esset in universa Ecclesia moderanda vigor Apostolicæ sedis. Sed de his pluribus suo loco inferius agendum erit. Reliqua vero, quæ in eadem Constantinopolitana Synodo tum pro firmitate Chalcedonensis Concilii, tum etiam contra Severum & alios Eutychianos hæreticos decreta fuere, ab eodem Romano Pontifice rata habita sunt, & novis accedentibus scriptis firmata, atque fortius roborata. XXXIII.

Quæ ab Apostolica sede ejus Synodi sint abolita.

His igitur in Synodo Constantinopolitana decretis, curæ fuit Joannis Constantinopolitani Episcopi de omnibus certiores reddere omnes Orientis Episcopos, ad quos etiam una cum Synodalibus litteris Actorum publicorum exemplaria, tum XXXIV.

Synodi Hierosolymitana & Tyria in eumdem finem coacta.

PAGIUS VI. A num. XXXIV. ad XLV. *Joannes* Patriarcha Constantinopolitanus ad omnes Orientis Episcopos exemplaria præfatorum Actorum misit. Extant tantum duæ perbreves ejus Epistolæ a Baronio memoratæ num. XXXV. scriptæque ad *Joannem* Hierosolymorum, & *Epiphanium* Tyri Episcopos; reliquæ enim periere, sicuti & Acta Synodorum in Oriente adversus *Seve-*

tum rerum gestarum in magna ecclesia, tum quæ in Synodo definita fuissent, misit. Quales nam autem ejusmodi litteræ fuerint, ex iis quas dedit ad Joannem Hierosolymorum Episcopum, reliquas intelligere satis valeas. Extant ipsæ quidem perbreves recitatæ in eadem Synodo verbis istis (*a*):

(*a*) *Ead. Synodo Act.* 1.

XXXV. Epist. Joan. ad Episcopum Hierosolymitanum.

Christus Deus noster, qui ejusdem animæ & fidei hominibus vinculum charitatis in pace dedit, quæ ab ipsis gesta sunt, communia esse, justum ducit. Quoniam igitur divinus quidam cælitus motus fuit Christianissimi populi hujus regiæ civitatis, ac omnia ab ipso exclamata, & a me pronunciata, mundo manifesta sunt: necessarium putavi tuæ significare charitati, ut cum hæc Spiritus sancti operatione cognoveris, verbo veritatis confirmeris: maxime quæ sancta Synodus congregata petitione totius monastici ordinis definivit in scripturis, & quæ definivit, tuæ sanctitati quam celeriter mittere studuimus. Hactenus Joannes ad Joannem. Ejusdem plane sunt argumenti, quæ eodem tempore scripsit idem Constantinopolitanus Episcopus ad Epiphanium Archiepiscopum Tyri, quarum est exordium; *Deus qui omnia ad utilitatem desuper dispensat, &c.*

XXXVI. Cum igitur istiusmodi adeo læta per litteras Joannis universo orbi Orientali innotuissent: atque ex missis Actorum exemplaribus pariter certum exploratumque in omnibus redditum esset, Justinum novum Augustum esse Catholicum, atque fidei Orthodoxæ patrocinari; mox erectus est animus Orthodoxorum Episcoporum, illorumque potissimum, qui timore persecutionis sub Anastasio Imperatore vel latebras captassent, vel communicationi hæreticorum se turpiter miscuissent. Illo itaque mortuo, ut cessavit exactor (sicut est sermo (*b*) propheticus) quievit tributum: ad impertitam ex insperato pacem Ecclesiæ respirare cœperunt, & sub Orthodoxi Imperatoris patrocinio sumere ingentes spiritus Episcopi omnes, quibus vel exiguus saltem vitalis calor Catholicæ fidei reliquus adhuc erat. Excitati vero hujusmodi Constantinopolitani Antistitis litteris, veluti milites classico, exurgunt omnes, & in ultionem impietatis armantur, coeunt simul jungentes spirituales copias: in diversis enim provinciis delectum habentes, Orthodoxos convocant ad Synodos celebrandas Episcopos; in quibus adversus impietatem & impios ardentioribus animis concertantes, hos & illam cum ejus sectatoribus sternunt: sicque stratam atque protritam fidem Catholicam erigunt, & in pristino majestatis suæ throno honorifice collocant: simulque Synodales reddunt ad Synodum Constantinopolitanam epistolas, quibus tum se confirmare cuncta quæ essent acta significant; tum etiam ipsam veluti aculeatis stimulis ad perfectam destructionem hæreticorum, Severi potissimum ac sociorum, impellunt.

(*b*) *Isai.* 14.

Frequentes Synodi in Oriente pro fide Catholica.

Quot autem ea de causa hoc anno coiverunt Orthodoxorum Synodi in Oriente, nescitur quidem; sed in singulis provinciis eas celebratas esse, collectus simul Episcoporum numerus, qui rebus gestis pro fide Catholica, ipsique veræ fidei subscripsere, facile persuadet. Etenim Rusticus Romanæ Ecclesiæ diaconus Cardinalis hujus sæculi scriptor loculentissimus, dum contra Acephalos per dialogismum disputat (*c*), testatur duo mille & quingentos sacerdotes sub hoc eodem Justino Imperatore probasse Catholicam fidem; nam ait: *Sufficeret tibi unica auctoritas Synodi universalis, quæ toties cunctarum Ecclesiarum consona sententia confirmata est tam per encylicas epistolas, regnante Leone, quam per libellos sacerdotum forsan duorum millium & quingentorum, imperante Justino, post schisma Petri Alexandrini, & Acacii Constantinopolitani.* Hæc ipse. Sed ut tantæ messis paucas saltem spicas, quæ superfuerunt, in aream inferamus; hic duarum tantummodo Synodorum, quæ extant, Hierosolymitanæ videlicet atque Tyriæ, Synodales epistolas describemus, necnon litterarum clericorum & monachorum Apameorum & Antiochenorum fragmenta scitu dignissima ad horum temporum res ab hæreticis gestas pernoscendas, cum ex iisdem nefanda hæreticorum opera tenebrarum prodantur in lucem. Atque primum quæ a Hierosolymorum Synodo, cui interfuerunt Episcopi triginta tres, & a Joanne Hierosolymitano

XXXVII.

(*c*) *Extat t.4. Bibl. sanct. nov. edit. col.* 1174.

Ingens numerus Orthodoxorum fidem Catholicam probantium.

PAGIUS *Severum*, aliosque hæreticos tunc coactarum, præterquam Synodi Hierosolymitanæ, & Synodi Tyriæ, Literarum Synodicarum partem refert Baronius num. XXXVIII. & seqq. Extant vero integræ in Concilio Constantinopolitano sub Menna Tom. V. Concil. pag. 187. & seqq. In Epistola Epiphanii Episcopi Tyrii *ad Synodum Constantinopolitanam*, pag. 202. legitur: *Anathematizatus fuit Severus Episcopus Antiochenus, secundum ea, quæ continentur in ipsa charta, lecta per Sergium venerabilem Diaconum, in mense secundum Tyrios Loo vicesima octava, sive Septembris XVI. sexcentesimi quadragesimi tertii, Indictione XII.* Peculiari Epocha utebantur Tyrii, deducta a die decimanona mensis Octobris anni Periodi Græco-Romanæ 5368. uti anno CDXLVIII. n. XIII. insinuavi; quod & ex verbis laudatis constat: cum currente Indictione XII. Kalendis Septembris hujus Christi anni inchoata, die XXVIII. mensis *Loi*, sive XVI. Septembris nostri, numerarent adhuc annum Tyriam DCXLIII. incœpturi annum DCXLIV. die XIX. Octobris, qui illis est *Hyperberethæus*. Sed de Era Tyriorum legendus Emin. Card. Nori-

no scripta est, hic recitetur; quæ sic se habet (a):

(a) Eadem Synod. contra Anthimum Act. 1.

XXXVIII. Synodalis epist. Concilii Hier.

Domino meo, Deo amantissimo & sanctissimo comministro Joanni, & sanctæ Synodo in Constantinopoli congregatæ, Joannes Dei miseratione Episcopus Hierosolymorum, & sancta Synodus trium Palæstinarum existens sub sanctis locis Christi Dei omnium in Domino salutem.

Quoniam duplex est lacrymarum motus, alter quidem qui in dolorem fert, alter vero qui in lætitiam, (nam Joseph Patriarcha (b) cum recognosceretur a fratribus, magno & intimo desiderio lacrymatus est; & Paulus vas electionis dicit (c) quod tristitia mundi mortem operatur; quæ autem secundum Deum est salutem) incidentes nos illacrymabiliter in his quæ a vestra sanctitate gesta ac scripta sunt, repleti lætitia sumus, ita ut nos magno cum Propheta David (d) dicamus: Lætati sumus in his quæ dicta sunt nobis, in domum Domini ibimus. Et hoc (e): Hæc est mutatio dexteræ Excelsi. Et illud (f): Confitemini Deo deorum, qui facit mirabilia magna solus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Et illud (g): Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudationes ejus? Ecce enim Deus dicit per Samuelem (h): Facio opera mea in Israel, ut omnis qui audit, crepitent ambæ aures ejus. Hæc & temporibus nostris opere provenerunt.

(b) Genes. 45. (c) 2. Cor. 7. (d) Psal. 121. (e) Psal. 76. (f) Psal. 135. (g) Psal. 105. (h) 1. Reg. 3.

XXXIX. De impietate Severi.

Nam abominationem illam desolationis, monstrum pestiferum, Severum dicimus, qui iniquitatem in altum locutus est per sua blasphema verba contra sanctam Magnam & oecumenicam Chalcedonensem Synodum dicta; cujus neque principium cognitum est nobis, neque quis sit; qui Antiochenam sedem inique ac tyrannice ac contra Ecclesiasticos canones subripuit; & qui secundum illum Ægyptium (i) in Actibus, concitavit & induxit in eremum sicarios: anathemati subjecit, & alienum fecit ab omni sacerdotali collegio & dignitate & honore per vestram sanctitatem, quæ malum odit. Qui enim dedit Hieremiæ (k) Prophetæ superædificare & demoliri, eradicare & plantare; & Petro Apostolorum (l) principi solvere & ligare, hic communiter donavit sacerdotio. Sanctissimos itaque & Deo dilectos monachos, qui sub magna illa & regia civitate habitant, atque etiam ipsius Deo dilectum populum propter Dei zelum laudamus: quoniam & usque ad mortem persliterunt, ut lupum Antiochenæ civitatis de pascuis ovium expellerent; qui se ipsum occultabat quidem, sed magis nocere conabatur, quam ipse posset. Qui secundum illud Balac, (m) maledicere conabatur, quem Dominus non maledixit; in caput ipsius omnes maledictiones evenerunt: & benedictus est Israel, qui intelligit. Et periit quidem Balac, simili modo & Balaam vates, qui opera actuum suorum suscepit, & anathematizatus est, & ille cum servo otioso & malo pœnam sustinet. His adiicit plura, quibus se confirmare, rataque habere demonstrat cuncta quæ pro confirmatione Concilii Chalcedonensis, & pro restituendis nominibus Orthodoxorum, & damnatione hæreticorum ab ipsa Synodo Constantinopolitana acta essent. Ad finem vero ejusdem Synodalis epistolæ, symbola communicationis adjungens, hæc ait: *Congratulantes itaque in his vestræ sanctitati, & consentientibus his quæ a vobis facta & scripta sunt, & vobis communicativi existentes, propheticum (n) illud eloquium dicimus: Celebra Juda festivitates tuas, redde Domino vota tua: ideo non apposuisti ut ires in vetustatem. Nobiscum ergo eadem orate, sanctissimi: communia enim sacerdotum sunt. Et sanctam & glorificatam Virginem Dei genitricem Mariam una nobiscum supplicate intercedere pro pace sanctarum Ecclesiarum, & victoria & perpetuitate piissimi & serenissimi Imperatoris.* Hucusque Synodalis epistola Hierosolymitani Concilii.

(i) Act. 21. (k) Hier. 1. (l) Matt. 16. (m) Num. 22. 23. (n) Num. 1.

XL. De Synodo Tyri collecta.

Quam autem Tyri convenisse hoc anno Synodum diximus, habent Acta publica recitata in dicta Synodo, celebratam esse decimasexta die mensis Septembris, hoc videlicet anno, inchoante Indictione duodecima. At qua itidem nomine Epiphanii Tyri Episcopi & collegarum sibi subjectorum Antistitum missæ sunt litteræ Synodales ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum, a quo idem Epiphanius alias (ut diximus.) antea acceperat. Est harum exordium: Bene-

PAGIUS Norisius in libro de *Epochis Syro-Macedonum*, Differt. IV. cap. II. & seq. ubi egregie eam explicat. In utraque Synodo *Severus* cum impiis ejus dogmatibus damnatus quem & *Justinus* Imperator hoc etiam anno damnavit, qui fugit post Kalendas Septembris, ut anno sequenti, quo Baronius num. CXLIII. & seqq. de ejus fuga agit videbimus. Ad præsentem enim eam pertinere certum.

VII. Tempus damnati, depositique *Severi* ex Episcopatu Antiocheno, ac Edicti a *Justino* emissi pro recipienda Synodo Chalcedonensi, & revocandis iis, qui ob fidem Orthodoxam Imperatoris *Anastasii* jussu exulabant, ex laudatis Actis, & Vita Sancti Sabæ a Cyrillo Monacho diligenter scripta docte eruit Card. Norisius in libro de Anno & Epochis Syro-Macedonum Differt. III. cap. VI. In laudata Relatione quinque petitionum a populo factarum, dicitur die XV. mensis Julii, coram Joanne Patriarcha, ejusque Clero, in magna Basilica ab universo populo acclamatum esse: *Severum Manichæum foras eiice. Synodum Chalcedonensem modo prædica. Qui non anathematizat Severum, Manichæus est,*

Joannes Patriarch. Constantinopolitanus Severum damnat.

Benedictus Deus pacis Dominus, &c. Quibus ea quæ bene gesta essent in Constantinopolitana Synodo comprobant, præsertim vero quæ adversus impium Severum decreta essent; de quo nefario pseudo episcopo ista subiiciunt (*a*):

(*a*) *Extant in eadem Synod. t. 2. Concil.*

XLI. Quæ Severus contra Canones præsumpserit.

Quisnam sermo sufficiat ad enumerationem eorum, quibus ille, Severus scilicet, *peccavit contra divinos canones & Ecclesiasticum ordinem? Erexit supercilium in arrogantiam, & fastuosus in anathematizationibus videtur, in homiliis & impiis conscriptionibus adversus sanctos Patres; & quod verius est, adversus spiritualem doctrinam divinorum Apostolorum ipse se ipsum in redargutionem disponit in universis vanis sermonibus, quos scripsit. Etenim convenit in impia hæresi positos & mentem perturbare, & non sufficere usque ad finem cooperire morbum quem habent, & qui ipsorum corrodit intellectum. Sed non fuit ita audax, ut imponeret vinculum ex auctoritate, quo separaret clericos aliarum civitatum a communione divina, neque consilio, neque consensu suorum Episcoporum? Quid autem quod præsumpsit alienos clericos canonice ligatos a propriis Episcopis ad ipsum confluentes, per prædicationem animæ corruptivam ab ipso subornatos, & ad suam communionem assumptos, sine permissione ejus qui ligaverat, permittere in Ecclesiasticis ministeriis ministrare? & utrumque horum peregit in Tyriis. Sed & eos qui dignitatem presbyteralem acceperant, & in principio se opponebant ipsi vane vociferanti impiam doctrinam, postea vero secum concordantes, paravit in habitu diaconatus ministrare, injuste ipsos honore presbyteratus privans. Cum enim qui ipsos ordinaverat, non potuerit supplantare, ut suæ doctrinæ condescenderet; hujus occasione ordinationem ab ipso impositam exuit: quod jam ab ipso in civitate Arcenensi factum fuerat.*

XLII. Alia ejusdem Severi impia facta.

Insuper autem nonne fuit extendens temeritatem suam, qui adulterando divinos canones, in alienis diœcesibus ordinat suffraganeos, alibi autem paramonarios, credens sufficienter habere? Hac via intendit impugnare & dissolvere jura ab Episcopis & sacris canonibus definita. Ad testimonium autem horum est accipere Tripolitanam, item & ipsam Arcenensem Ecclesias. Apparet etiam quod fuit ausus permittere Episcopos ordinare in diœcesi alterius civitatis, cujus Episcopus adhuc supererat. Minister autem fuit Stephanus Episcopus Orthosiensis, qui ausus fuit manum ponere in diœcesi Antaradensi, superstite adhuc Theodosio bonæ memoriæ Episcopo prædictæ civitatis. Quid autem dicemus & ad id quod per totum Orbem (ut ita dicamus) divulgatum est? si verum est quod accepit ordinationem presbyteri sibi a schismaticis datam, & aliis rursum ipsam ordinationem communicat: quod cum studio fecit, festinans nancisci rationalium ovium ovile Antiochenum & omnis alterius Orthodoxæ Ecclesiæ, & in perditionem traducere sua abominabili & scelesta voce, qua vermes portat, ex quibus ipse sibi thesaurizavit, nihil sanum aut rectum erga Orthodoxam fidem loquens: sed est ei turpissimarum actionum ambitio erga eos qui ab ipso provisionati sunt, duplici exinde apparente peccato quod ad majorem damnationem ipsum repræsentat.

XLIII. *Primum quidem collectio auri Ecclesiasticarum rerum Antiochenæ Ecclesiæ, quæ dissipantur & disperguntur, & ad incurabilem restaurationem constitutæ sunt. Secundum, quod iis qui ex provisionibus aluntur, mandavit omnem concitare turbationem, & omnem tumultum in Ecclesiis civitatis dispergere; ac etiam in claustris monasteriorum: & semina schismaticorum ab ipso sparsa sunt. Ad quod est accipere ipsum aperte repugnare divinis doctrinis in sacris Evangeliis proclamatis magni (b) Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, ipso quidem pacem prædicante, & ipsam inquirere, & scandala abominari, & ipsis qui ipsorum causa sunt ligare ad collum lapidem molarem, & ipsum mergere in profundum, sicut scriptum est (c): At hæc quidem desiderabilia sunt Severo impio. Pacis auctorem omnino refugit. Quod quidem si per quodlibet*

(*b*) *Tit. 2.*

(*c*) *Matth. 18.*

PAGIUS *est*, & Joannem Patriarcham una cum plurimis, qui aderant Episcopis, anathema contra Severum pronunciasse. Cum vero die insequenti idem Patriarcha cum Episcopis ac populo ad Ecclesiam convenisset, iterum ab eodem populo conclamatum est: *Justine Auguste tu vincis*, &c. *Eos qui sunt in exilio propter fidem Ecclesiæ restitue*, &c. *Novum Tzumam eiice foras. Novus Tzumas Amantius est. Nugatorem eiice de Palatio*, &c. Tum Patriarcha cum dixisset: *Omnes acclamationes vestras ipsius Serenitati aperiemus*, per Diaconum inter Sacra quatuor Synodos, ac S. Leonis Papæ nomen in Diptychis recitans populo satisfecit.

VIII. Deinde die XX. Julii Episcopi num. XLIII. in Synodo Constantinopolitana congregati *Severum* Antiochiæ hæreticum Antistitem condemnarunt, eundem omni honore, nomine, dignitate & operatione, &c. privantes, &c. ut legitur in Relatione ad Joannem Patriacham a Synodo missa pag. 167. *Justinus*, ubi primum acclamationes populi intellexit, *Amantium Eunuchum* sub Anastasio Imp. cubiculo præpositum, palatio ejectum, neci statim tradidit, ut ait Evagrius lib. 4. cap. 2. simulque Orthodoxos ab hæretico decessore in exilium deportatos missis Sacris, suis quosque oppidis restituit; idemque *Vitalianum*, qui pro Catholica religione contra *Anastasium* Imp. exercitum duxerat in Regiam delato magistratu militari, vocavit. *Joannes* vero Patriarcha gesta in Synodo Constantinopolitana contra *Severum* ad Metropolitam

Synodus Constantinopol. Severum damnat & exules revocantur.

libet percurrere conaremur, infinita nobis esset oratio. Verumtamen hæc ediximus, & multitudinem prætermissorum aliis enarrare concessimus. Ita sane: etenim videntur ista levissima respectu aliorum quæ a clero narrantur, & ab Episcopis Secundæ Syriæ dicta reperiuntur, de quibus inferius erit sermo.

XLIV. Adiicit his Epiphanius quæ Joannes clericus paramonarius Tyriæ Ecclesiæ Severo addictus nefanda patrarit: hic enim Tyro recedens, eidemque Severo Antiochiam proficiscens inhærens rursum Tyrum rediens more latronis in eam Ecclesiam grassatus est; de quo hæc præter cætera in eadem epistola habet: *Inter alia & venerabilis Crux lapidata est ab his qui cum ipso nidificant in prædicto oratorio Dei genitricis. Et quidam de multitudine Christianorum & venerabilium clericorum flagellati fuerunt. Contigit autem & me Tyrorum Episcopum usque ad mortem periclitari, propter quod ipse cum iis qui sibi assentiuntur, insidias parabant.* Vidisti qualia esse soleant opera hæreticorum Crucis Christi inimicorum. Habent plane quibus manus exosculentur recentiores hæretici, dum Crucis signum gravioribus afficiunt ignominiis; utpote qui ex adverso contra Christum bellantes, contraria a principe tenebrarum, sub quo militant, accepta tessera, adversus Christi signum & eo signatos insaniunt. Hæc & alia Epiphanius cum suis Coepiscopis, professus se cuncta rata habere quæ in Synodo Constantinopolitana facta essent. Addit vero ad postremum se perfecisse quod ab eis decretum est, nempe ut nomina Euphemii & Macedonii exulum pro fide Episcoporum defunctorum in sacras tabulas restituerentur: sed rogat ita pariter agere, ut & S. Flavianus Orthodoxus Antiochenus Episcopus in exilio mortuus sacris Diptychis redderetur. Hæc Tyri.

Sacrilega facta hæreticorum in Crucem insanientium.

XLV. Sed & Episcopi Secundæ Syriæ probantes quæ Constantinopoli adversus hæreticos gesta essent, reddiderunt pariter litteras Constantinopolim ad Joannem ejus civitatis Episcopum. Est ipsarum exordium (a): *Cum aspeximus ad saturam, &c.* Quibus scelera Severi & Petri Apameæ invasoris Ecclesiæ summatim perstricta paucis his narrant: *Qualia enim sunt in libellis nobis oblatis a venerabili clero Apamearum, & ab ordine venerabilium monachorum, peræque percurri, homicidia, ebrietates actus præsumptuosos, obsidiones monasteriorum venerabilium, impudicarum mulierum introductiones in sacris & intemeratis templis, perjuria, blasphemias, ordinationes cum datione pecuniarum, & his horridiora & majora, quam secundum naturam humanarum rerum dici possint.* Hæc & alia ipsi, quibus junxerunt libellos oblatos a clero Apameæ & a monachis Syriæ.

De litteris Episcoporum Secundæ Syriæ.

(a) Extant in dicta Synodo contra Anthimum Act. 1.

XLVI. Clericorum Apameæ libellus sic incipit: *Proprium sacerdotii & honestæ pollicitationis &c.* Quo quidem horrenda nefandaque perpetrata a Petro scelera enarrant: atque primum sunt questi, sacrosancta Ecclesiastica dogmata, quæ a sancta Romana sede in alias derivata sunt Ecclesias, opera nefandorum hæreticorum esse labefactata, penitusque corrupta per impium Severum Antiochenæ sedis invasorem, & Petrum, qui se intrusit in Ecclesiam Apameæ; quo auctore sicut fidei Catholicæ, ita & sacrorum canonum profligatio facta esset, atque destructio paradisi, cum videlicet sanctos, qui ex hac vita migrassent, anathematizarit Episcopos, deleveritque eorum nomina ex sacro Ecclesiæ Albo, eorumdemque imagines aboleverit, pingique fecerit loco ipsorum Dioscorum & alios hæreticos condemnatos: Insuper quod ira percitus, comminatus in lectores, ejusmodi proruperit in blasphemiam homo nefandus dicens: *Nisi tacebitis, in subdiaconos vos redigam; & ipse qui crucifixus est, descendens non liberabit vos de manibus meis.* Et alia occasione illud etiam aliquando putidum os evomuit: *Anathema sit factis transactionibus, etiam si Paulus Apostolus resuscitatus post me sedebit in sede ista, qui quæreret & peteret rationes istas, aut diceret eis quic-*

Ex libello clericorum Apameæ Petri scelera.

PAGIUS litam Tyri *Epiphanium*, ac ad *Joannem* Patriarcham Hierosolymitanum, aliosque de more transmisit. *Epiphanius* acceptas Patriarchæ Constantinopolitani Synodicas publice in Ecclesia coram Provinciæ Episcopis recitavit die XVI. Septembris. Tum universus populus in acclamationes erupit, quæ habentur in Epistola citata ejusdem Epiphanii ad Synodum Constantinopolitanam. Eas inter dixerunt: *Ejecit Severum Dei Genitrix, qui turbavit Ecclesias.* Item: *Vitaliani Magistri militum multi sint anni.* Item: *Imperator jussit, ut dixit Synodus, Imperator jussit, & tota Synodus.* Rursus: *Trinitas vicit, recessit Acephalus*, &c. *depositus est Acephalus.* Tandem dixerunt: *mortuus est Amantius rebellis Trinitati.* Episcopi anathema pronunciarunt contra omnes hæreticos, *præcipue autem impium & Dei impugnatorem Severum Acephalum & Manichæum.*

IX. Cum vero hæ acclamationes factæ dicantur, *anno Tyriorum DCXLIII. die XVI. Septemb. Indictione* XII. hoc nempe Christi anno, inde colligitur primo, *Amantium*, cujus opera Anastasius Imperator adversus Orthodoxæ Fidei defensores sævierat, paulo post diem XVI. Julii occisum fuisse, ac Vitalianum in Regiam a Justino Imp. revocatum magistrum statim militum creatum esse.

Amantius occiditur & Vitalianus in Regiam revocatur.

Diem cædis *Amantii* ejusque causam notavit Procopius in Hist. Arc. cap. 6. *Vix decimus dies abierat, ex quo eum potestate fuit, & Amantium, Eunuchorum Aulæ principem nonnul-*

* combu- rat. * faciat. * collem. *quicquam*. Ita testes deposuere: dictumque insuper illud: *Omnia altaria & ecclesias comburet * Deus, & faciet * vallem * unam*.

XLVII. Turpitudines Petri Apameæ. Quam præterea monstrum istud impuris esset moribus totumque respersum cœno libidinum, iidem subdentes ostendunt amplissimis notis: nempe ipsum cum infamibus mulieribus sermones miscuisse in ecclesia impudicos: Et quod in baptisterio ecclesiæ sanctæ Mariæ, posita illic quadam femina Maria ad baptismum nudata, ipse nefarius intrans in baptisterium solus, ejectis omnibus cum illa permanserit: Habuisseque etiam in deliciis subintroductam feminam Stephanam cognomento Pterovoram degentem in monasterio, ad eamque introire pro animi voluntate, testati sunt: Quodque celebrans incruentum sacrificium, oculos ad mulieres conversos haberet, excreationibusque eas ad reciprocum excitaret intuitum, sputis interea libidinis nunciis inquinans sacrum altaris tegumentum: Sed & quod armatis sceleratorum turmis impetum fecerit in monasterium S. Dorothei; in quod introduxerit, pulsis & flagellatis monachis, meretrices, illic saltantes & obscœna quæque nefanda patrantes. Addiderunt & ab eodem corruptam uxorem militis, eamdemque fuga lapsam haud fere sustinentem turpissimi hominis fœditatem. De ordinationibus insuper adjecerunt ab eodem venundari solitis, & aliis nefariis ejus operibus, quæ quidem textui corrupto menda inhærentia reddunt obscura. At non prætereundum illud inter alia ipsi Petro crimini datum, quod candida indutus veste spectatus incederet præter sacerdotum morem. Vides quales esse soleant, quos ad destructionem Catholicæ fidei antiquus hostis immittit. Subscripserunt epistolæ clerici omnes ejusdem Ecclesiæ Apameæ professi fidem Catholicam. Addiderunt autem his litteris post subscriptionem iidem clerici ad eosdem Orthodoxos Episcopos Syriæ in Synodo congregatos contestationem, qua petierunt a se scriptam epistolam mitti Constantinopolim, atque operam dare, ut eadem ab ipsis scripta nota fierent Imperatori ac magistratibus: quod diligenter præstitum est: insuper & acclamationes ab iisdem Apameæ Ecclesiæ clericis factas itidem subiici voluerunt, quibus & declamata fuere ejusdem Petri scelera, eademque omnia postea in Synodo contra Anthimum habita recitata. Hactenus de his quæ a clericis sunt missæ querelæ.

Sed & a monachis ejusdem Ecclesiæ Apameæ oblatæ sunt (ut dictum est) litteræ, sive libellus iisdem Syriæ Episcopis: est autem ejus exordium (a): *Docuerunt nos divinæ Scripturæ*. Qui & inferius de his quæ passi essent ab hæreticis sanctissimi monachi fidei Orthodoxæ cultores, historiam recitant memoria plane dignam; cum eadem quæ narrant sceleratorum hominum impia facta, sint ipsa Sanctorum trophæa atque coronæ. Sed eos audi: *Alios quidem* (inquiunt) *corripuerunt, alios vero in captivitatem traxerunt, nonnullos nudos vestibus constituerunt, & alios detritis corruptisque vestibus, tamquam in ignominiosa vita secundum illorum opinionem triumpharunt. Nos quidem in his quæ facta sunt, merito gloriabamur, passiones & sanctas plagas pro Christo Deo nostro cum omni bona spe sustinentes. Verum cum tam magnas offensiones parvas putaverint, immittunt ad eremum exercitum rusticorum majorem isto; & secundum impetum faciendo contra prædictum monasterium, partem muri diruunt, & noctis tempore subintrant, & quosdam interficiunt, plurimos vero verberant, & mediocrem substantiam monasterii subripiunt, & pro magnis lamentationibus trophæa iniqua contra fidem faciebant*. Et inferius: *Iterum & Petrus contra civitatem Apamearum excitatur*. Et- XLVIII.

(a) Apud eamdem Synod. Act. 1.

Quanta monachi passi sint ab hæreticis.

PAGIUS *nullis eum aliis interfecit, in crimen illum e tantum re ducens, quod nescio quam vocem petulantius in Joannem jactarit Urbis Antistitem, Illico vocatum mittit Vitalianum tyrannum*, &c. Ubi hanc cædem Justiniano attribuit. Secundo, ex illis verbis: *Imperator jussit, ut dixit Synodus*, colligitur, *Justinum* initio statim Imperii Edictum promulgasse pro recipienda Synodo Chalcedonensi, & revocandis exulibus. Horum testis Cyrillus cap. 60. de Vita magistri sui Sancti Sabæ: *Cæterum*, inquit, *sic defuncto Anastasio, statim Justinus ubi Imperium accepit, leges tulit, quibus jubebatur, ut omnes ab Anastasio pulsi revocarentur; item Synodus Chalcedonensis Sacris Diptychis insereretur. Quæ Justini Jussa postquam Hierosolymam delata fuissent, infinita multitudo Monachorum & Laicorum congregata est; concurrit quoque S. Sabas & Episcoporum Concilium, celebratoque Festo sexta Augusti mensis, promulgatæ sunt Divinæ Jussiones, & quatuor Synodi in Sacris Diptychis repositæ*: Eidem vero Episcoporum apud Hierosolymam Concilio Joannem præsedisse indicat idem Cyrillus cap. 61. scribens: *Tunc Archiepiscopus Hierosolymorum Joannes suadet Sancto Patri nostro Sabæ transire usque in Cæsaream, & Scythopolim cum aliis quibusdam eremi Hegumenis ad patefaciendas Imperatoris literas, & quatuor Concilia per Urbes sacris Diptychis inserenda*. Cum Sacræ Imperatoris Justini die VI. Augusti Festo Transfigurationis Domini Hierosolymis publicatæ sint, eædem pariter literæ aliquot ante dies Antiochiam Syriæ urbem dubio procul delatæ fuerant; unde fit, ut a *Justino* Augusto ante diem XX. Julii, qua *Severus* Constantinopoli in Synodo damnatus ac depositus, emissæ fuerint: quippe quæ Hierosolyma ante diem VI. Augusti mensis delatæ sunt.

Et paulo post: *Irrationabilem audaciam juventutis immittit sæpius venerabili monasterio sancti Dorothei, protrahens multitudinem publicarum feminarum huic accommodatam; in quo illud dedecoris commiscuit in eis: nam meretrices erant & nullatenus nobiles: & percutiens ibi venerabiles monachos, trahit ad civitatem, & in carcerem detrudit, & hoc sæpius facere non cessavit.* Ac rursum: *Si autem & homicidia dicere audebimus, in quibus sæpius manus tinxit; quis Christianorum Orthodoxorum videns sanguinem altaribus respersum, non compungetur dicere, immo & silentio deligeret talia occultare?*

XLIX. Quæ in Monasteria Petrus hæreticus perpetrarit. *Verum si rursus renovaremus præcedentia facta & perpetrata in Oragorum monasterio; quæ charta sufficeret ad enumerationem tantorum delictorum? Non enim pigritaverunt, sicut in obsidione, destruere monasterium, & accipere causam captivandi monachos ibidem psallentes: qui quamquam ad modicum lapsi sint, demum tamen veritatis verbum dilexerunt, & conjunctionem communionis nostræ amplexati sunt. Pugnam in Larissa factam, & nefandam furiam Fausti, & quos inhumaniter sagittis deiecit, habet & quorumdam gestorum fides: sicuti enim & in invasione incertorum factum est, actus neminem habitantium provinciam perlatuit. Quanta vero & qualia differenter in venerabili domo victoriosi martyris Antonini perpetrata sunt, quæ natura rationem habens sine lacrymis enarrabit? Ita enim in consuetudinem venerat interficiendi monachos: magnum lucrum putans, quod cunctis hominibus abominandum est, quod per sequaces suos, quos inique conducebat interfecit venerabiles ac Orthodoxos monachos, qui ibidem in honorem peragendæ celebritatis congregabantur; sicque cruentis manibus astabat altari.* Hæc & alia de sceleribus Petri Archimandritarum litteræ, quibus Archimandritæ numero decem & octo subscripti habentur, atque inter eos primo loco Alexander Archimandrita monasterii S. Maronis, cujus monasterii Monachi Maronitæ dicebantur, sicut & Studitæ a monasterio Studii Constantinopoli, omnes professores & defensores Catholicæ veritatis. Porro iidem scripserunt epistolam ad Synodum Constantinopolitanam, quæ sic incipit: *Curam quidem gessit vestra sanctitas rectæ fidei, &c.* Extat eadem in dicta Synodo contra Anthimum congregata in prima ejus Actione descripta, qua se confirmare atque recipere profitentur, quæ ab eis Constantinopoli gesta essent.

L. Sed quæ clerici miserandæ Ecclesiæ Antiochenæ sub execrando Severo ejus sedis invasore laborantis scripserint hoc eodem tempore ad Joannem Constantinopolitanum Antistitem & Synodum ibi coactam, videamus: intueberis sane madidas lacrymis litteras commiseratione dignissimas, non sine lacrymis scriptas, neque sine suspiriis lectas, nec sine immenso dolore postea in Synodo adversus Antimum recitatas (a) quæ quidem sic a lætis incipiunt, ut majorem excitent dolorem legentibus; ita enim se habent.

(a) Eadem Synod. Act. 1. tom. 2. Conc.

LI. *Nunc est, si quando fuit tempus, beatissimi Patres, omnes Orbis sanctas Dei Ecclesias; tamquam ex uno ore, propheticum illud clamare (b): Lætentur cæli, & exultet terra & omnia quæ in eis sunt: quoniam misertus est Deus populi sui. Quod enim sceptra Romanorum piis & a Christo amatis Imperatoribus sint commissa, sic & libertas ac fiducia Orthodoxam religionem colentibus donata sit; quomodo non merito persuadet Fidelibus hanc vocem clamare? At in tam communi festivitate Orbis, una ex omnibus, vel admodum cum paucis Ecclesia Antiochena mœstitia & luctu impleta est. Lupum enim pro pastore (nescimus quomodo) suscepit, & affligitur. Quam enim tragœdiam non excesserunt ac superarunt mala attentata a Severo? Qui primum quidem (ut quomodo vixerit prætereamus, vestris auribus parcentes) nulli umquam Ecclesiæ communicasse videtur: deinde cum calumniæ sagittis sagittavit & præparavit exagitare justissimum pastorem Flavianum, beatissimique illius sedem violenter & contra canones subripuit: & inde ad instar mercenarii non solum non pavit ovile Christi, neque fugit (quod amandum erat) sed ipse operabatur ea quæ ferarum sunt, oves jugulando & dispergendo. Novitates enim & blasphemias adversus Deum lingens, nulli sanctorum Patrum pepercit: perseverat enim tota die sic dicendo, ablegans Synodos pro pietate congregatas.* Et inferius:

(b) Ps. 95. De clade Ecclesiæ Antiochenæ epistola.

LII. Monachi Martyres a Severo necati. *Quot quidem homicidia sanctorum monachorum fecerit, & cum manibus Judaicis ejusmodi jugulationem injunxerit, neque vos, sanctissimi, neque aliorum aliquem latuit. Dirum enim spectaculum fecerunt jacentes viri, qui religiosis certaminibus usque ad caniciem certaverunt, nudi & insepulti jactati, ultra trecentos existentes ex Secunda Syriorum provincia nati, canibus & avibus lacerandi projecti. Similia autem & similiter miseranda sunt & quæ in xenodochiis, id est, hospitalibus ab ipso facta sunt. Vincula enim ædificat nunc, & ita multos pro fide incarcerando in tenebris & flagellando interfecit.*

LIII. *Talia, sanctissimi, & circa Fontes in Lauro facere præsumpsit; & veneficiis ibidem utens, scelestis sacrificiis dæmones colit: & hoc tota illa magna civitas cantat. Neque utique ipsis sanctis altaribus pe-*

Severi immensa sacrilegia. *pepercit, neque sacris vasis parcens: alia autem conflans, similibus sui erogat. Præsumptum est autem ab ipso & hoc, o beatissimi; nam columbas aureas & argenteas, in formam Spiritus sancti super divina lavacra & altaria appensas, una cum aliis sibi appropriavit, dicens, non oportere in specie columbæ Spiritum sanctum nominare. Pecunias quidem & domos, & quæcumque in optimis fundis erant, exportavit & expendit, & gravissimis usuris Ecclesiam obruit.*

LIV. *At, beatissimi Patres, non est possibile omnia percurrere, quæ ab illo præsumpta fuerunt. Ideo his paucis ex magnis contenti, deprecamur vestram sanctam Synodum, etsi sero quasi, sedare mala, quæ nostram Ecclesiam occupant & totum fere Orientem; & ab isto nequissimo viro nos liberare; exacta ab eo pœna eorum, quæ contra divinos canones & politicas leges fecit; providentiamque facere de his rebus quæ relictæ sunt, si quid remansit: persuadentes piissimo Principi, ut mittat aliquos bonis moribus comprobatos, aliquo ex nostris simul veniente qui rebus superstet; ut teneant, & rationem exigant de his quæ a principio usque nunc fecerunt, & ad * multa quæ ipsi furati sunt, & custodiant quæ inveniuntur, ne totaliter omnia exportentur. Non enim cessat bonus homo adversus ea quæ sunt Ecclesiæ Dei, & ea quæ ipsi Ecclesiæ conferunt, dissipando. Cum enim merito ab omni spe Dei ceciderit, ad viros iniquos, a quibus nutritur, spem habet,*

* adhuc

LV. Quæ sibi velint ab Imperatore concedi. *Rogamus etiam oratores mittere, & pro fratribus nostris, sive Episcopi sint, sive clerici, sive monachi, aut laici, ut relegati restituantur propriis civitatibus & ordinibus. Insuper in his omnibus veniam petentes propter dolorem nos occupantem, adjuramus vestram beatitudinem per sanctam & consubstantialem Trinitatem, ac victoriam & perseverantiam dominorum totius Orbis Justini & Euphemiæ semper Augustorum, moveri, & nobis opportune succurrere, & non despicere supplicationes nostras: Adducere autem & hæc omnia ad pios & Christianos Imperatores nostros, & persuadere ipsorum serenitati, ut omnia bona sanctissimæ Ecclesiæ nostræ per ipsorum ac vestram consequamur providentiam.* Hactenus epistola clericorum Orthodoxorum Ecclesiæ Antiochenæ.

LVI. Exploratur fides Syrorum. Accidit autem, ut cum hæc perferrentur ad Justinum Imperatorem, calumniati sint apud eum proceres Eutychiani, hos omnes, quorum querelæ perlatæ essent Constantinopolim, esse Nestorianos hæreticos, ob idque dignos qui pœnis subiicerentur. Quamobrem Imperator hæc audiens, scribens ad Syros ac Palæstinos, cujus essent fidei ut scriptis docerent, admonuit. Præstiterunt id illi abunde satis: & Antiocheni ac Hierosolymitani tam clerici, quam monachi, una simul convenientes, libellum scripserunt ad ipsum Justinum Imperatorem, quo se esse vere Catholicos, absque ulla ambiguitate perspicue declararunt. Est ejus exordium (*a*): *Haurite aquas de fontibus salutis, vociferator Isaias* (*b*) *Propheta exclamat, &c.* Et post exactam fidei doctrinam eorumdem professio hæc adversus calumniantes habet in fine: *Ita ergo cum Dei nomine semper sensimus, quapropter hanc satisfactionem vestræ obtulimus pietati. Jubere enim dignata est, nos proprium intellectum, & quemadmodum de sana fide sentimus, exponere; quia quidam hæretici, dum suam malam doctrinam occultare festinant, nostram in Christo libertatem, & nostrorum fidem detrectare conantur. Supplicamus igitur clementiam vestram, solicitudinem de perfecta Ecclesiarum unitione sanctarum habere debere, &c.* Hæc ipsi.

(*a*) Extat t. 1. Conc. vet. edit. in Hormisda.
(*b*) Isa. 12.

LVII. Edictum promulgat Justinus Imper. de restituendis exulibus. His acceptis, Justinus Imperator pro ipsorum voto primum promulgavit edictum, quo juberentur exules omnes fidei causa sub Anastasio condemnati ad propria postliminio redire debere, pristinosque gradus atque honores recipere; subrogati vero in ipsorum locum hæretici procul pelli, aliisque pœnis exagitari. Insuper addidit, ut lege pariter confirmaret sacrosanctum Chalcedonense Concilium, juberetque ipsum in sacras inferri tabulas, & ab omnibus observari, utque pax tutissima omnibus Ecclesiis redderetur. At licet non extet ipsum quidem edictum, mentio tamen ejus habetur in Actis magni Sabæ.

LVIII. Ut autem ejusmodi Imperatoris rescriptum promulgatum est, vix credi potest quibus gaudiis affecti sint Orthodoxi omnes. Qui enim sub Zenonis & Anastasii Imperio plurimis annis jugiter laboraverant sub gladio hæreticorum, sub Justino Augusto respirantes, ad novi edicti promulgationem exultarunt. Tunc vero qui eximia fulgebat in Palæstina sanctitate divinus Sabas, exiliens ex abditis eremi & penetralibus solitudinis, ipse effici voluit præco divinitus concessæ gratiæ, & Imperatorii promulgator edicti. Audi autem quæ ejusdem Acta prodant his verbis (*c*):

(*c*) Extant apud Sur. t. 6. die 5. Decembr.

LIX. S. Sabas ex abditis progrediens prædicat edictum Imp. *Cum enim post Anastasium Justinus pie assumsisset Imperium, & per universum orbem terræ misisset edictum, ut Orthodoxi quidem remitterentur ab exilio, Chalcedonensis autem Synodus scriberetur in sacris tabulis, & veteres honores rederentur Orthodoxis, & rursum tranquilla pace frueretur Ecclesia: his sic factis; & Justino Imperatore, reversa rursum fide Orthodoxa; erat quidem beatus Sabas na-*

natus plusquam octoginta annos ætatis, & corporis imbecillitate & senectute & longa illa & intensa virtutum exercitatione afflictus & maceratus: verumtamen etsi ita se haberet, prompto tamen & alacri animi studio florebat ac vigebat, & quos propter Christum suscipiebat labores præferebat omni quieti & animi relaxationi. Unde etiam omnia postponens zelo, quo ducebatur pro fide Orthodoxa, statim profectus est per Cæsaream & Scythopolim, ubique prædicans pium illud edictum Imperatoris, & in tabulis Ecclesiarum inscribens quatuor Synodos; & alios quidem ex eis suasionibus & admonitionibus, alios etiam reprehensionibus revocans, & omnes perfundens suavi melle suæ doctrinæ, & optime inducens ad fidem Orthodoxam. Sed quid contigerit cum esset idem Sabas Scythopoli, paucis audi:

LX. *Erat autem Scythopoli vir scholasticus nomine Joannes, bonus animo, & vitam suam virtute exornans, qui de quodam Silvano, genere quidem Samaritano, auctoritate autem insigni, & multam aliam narrabat improbitatem & animi vitium, & dicebat etiam eum maxime insectari Christianos. Hæc cum magnus ille audivisset, quædam prædixit de Silvano, quæ non multo ita post effectum sunt consecuta: quomodo etiam, paulo post ostendet oratio: nempe igne in media urbe accenso malum male esse periturum.* Ita plane periit ex S. Sabæ prædictione igne combustus impius, ut decebat, cum Justinianus imperans cœpit exagitare eosdem impios Samaritanos, ut suo loco dicetur.

LXI. Solvitur exilio S. Theodosius Archimandrita. Inter alios autem exules, solutus liber dimissus est edicto Imperatoris ille sanctitate mirificus, de quo superiori tomo plura sunt dicta, Theodosius Archimandrita, rediitque ad suos monachos in Palæstinam: cui quidem magnus cum sancto Saba familiaritatis usus intercessit: ambo enim æquis passibus, junctisque manibus ad fidei Catholicæ defensionem gradiebantur. At quid tunc acciderit, cum utrumque Joannes Hierosolymorum Antistes hoc lætitiæ tempore excepit mensa, quidve lepidum inter eos jactatum, quibus item convivium illud salibus fuerit conditum, accipe a Cyrillo res Sabæ accurate scribente, cum tamen de mira ejus abstinentia ista præmittit:

LXII. Episcop. Hierosol. excipit mensa SS. Sabam & Theodosium. *Solebat autem semel tantum in hebdomada vesci. Si vero aliquando ab aliquo vocatus esset ad cœnam, aut ipse rursus aliquos convivio exciperet; bis sæpe vescens in die, nihil damni aut detrimenti sentiebat stomachus. Denique postquam rediisset Scythopoli, admodum jucundus, sed & optatus apparens Joanni Hierosolymitano Pontifici (quod intercesserat enim tempus, auxerat desiderium, ut solet, amicorum) cum ab ipso vocatus esset ad convivium; aderat Antonius Episc. Ascalonitanus, qui erat frater Archiep. Cum illi Sabam medium intercepissent, illi amice propinabant, & pro viribus eum invitabant & accipiebant. Sed neque rursus Sancto manus erant otiosæ: sed (ut par erat) remota omni fictione & simulatione, vescebatur appositis. Aderat autem divinus quoque Theodosius, qui erat ei valde amicus & familiaris, ut jam a me sæpe dictum est; qui veluti quoddam condimentum vellet mensæ speciosam aliquam & gratam iniicere orationem, urbane autem & lepide inferens, dixit divinum Sabam ita esurire, ut ne vos quidem ambo, ajebat, qui sufficitis ad totam simul alendam Palæstinam, possitis ejus ventrem alere ad satietatem; tale & tam validum ac robustum corpus beati Sabæ generosæ contigerat animæ.* Cibum esuriebat ille quidem, perinde ac Petrus (*a*), cui ad comedendum, sub specie lintei pleni cunctis animalibus, ipsum universum genus humanum cælitus proposita fuit mensa convivii. Vidistine sanctas propinationes, suaves lepores, urbanos jocos, jucunda scommata lætitiæ tempore versata ore sanctorum? ne quis tetricus putet, servo Dei neque respirare licere. Similes habes jocos in S. Basilium a Gregorio Nazianzeno (*b*) ad Amphilochium scribente jactatos, cum sancti viri voracitatem sugillat. Sed subdit auctor:

(*a*) *Act.* 10.

(*b*) *Greg. Naz. ep.* 46.

LXIII. *Erat Sabas summa modestia præditus, & moribus lenis & facilis; & ad eum quidem conveniendum facilis patebat aditus: erat vero in sermone jucundus, & moribus quidem simplicissimus, prudentia autem constantissimus; charitatem non fictam, sed sinceram apud omnes conservans. Erat vero valde affectus erga Theodosium: adeo ut quotidie ad se invicem ventilarent, & inter se de virtute conferrent; & essent ambo instar luminarium omnibus qui vitam amplectabantur monasticam: sed ille quidem eorum qui vitam exercebant communem; hic autem, Sabas inquam, eorum qui a congressione separatam & quietam susceperant præfecturam. Dicitur certe, beatum Sabam urbane sæpe dixisse divino Theodosio, illum quidem puerorum, se autem esse præfectum perfectorum*.* At de jocis hactenus. Audi modo quæ serio idem Theodosius de Severianis monachis prophetice prænunciavit. Cyrillus enim in rebus ab eo gestis, postquam egit de ejus ab exilio reditu, & laboribus pluribus pro restituenda fide Catholica exantlatis, ista post nonnulla subjecit (*c*):

Diversa studia Sabæ, & Theodosii.

* præfectorum.

(*c*) *Cyril. in vita Theod. ap. Sur. die* 11. *Janua.*

LXIV. Is ergo, nempe Julianus Bostrensis Episcopus, *de ipso quoque Theodosio hæc narrabat, quod cum fuissent in civitate Bostrenorum, semper magnus Theodosius eum*

eum habebat socium vitæ ex Christo agendæ, volebatque cum eo philosophari & esse socius solitudinis. Et inferius: *Monachi autem quidam ex monasterio Propinquorum, qui morbo Severi laborabant, cum nos vidissent accedentes, lignum quod convocat ad ecclesiam, pulsabant ante horam consuetam, & synaxim significabant fratribus, quo eos colligerent. Magnus autem Theodosius, intellectis insidiis, cum divino zelo accensus esset ejus animus, verbis Domini (a) opportune est usus; & eos qui ipsi insultabant, juste est ultus; lapidem non esse remansurum supra lapidem in eo loco, ipse quoque minatus. Porro autem minas consecutus est effectus. Breve tempus intercessit, & quædam Agarenorum multitudo, nocturna facta incursione, illud quidem igni mandant monasterium, & diripiunt etiam quæcumque illic erant, & abducunt captivos monachos. Et nunc proponitur locus, acerbum oculis spectaculum, qui non magis meretur videri quam defleri.* Hæc Cyrillus de Severianis hæreticis, in quos Catholicæ communionis hostes Deus Agarenos immisit, & jure quidem: cum enim non audissent Catholicum Imperatorem edicto monentem, experiri barbaros sævientes meruerunt.

(a) *Luc.* 21.

De Severianis Monachis a Sarracenis deletis.

LXV. Secundum edictum Just. Imp. Inter hæc autem idem qui zelo Catholicæ fidei æstuabat Catholicus Imperator, post promulgatum primum edictum pro fide Catholica ejusque cultoribus, secundum adjecit, quo exagitavit Severianos hæreticos, vel alios Ecclesiæ Catholicæ perduelles; dum vetuit, ne hæretici fungi publicis muneribus possent, ab omnique essent militia alieni. Non extat ipsum quidem, verum ejus meminit Justinianus Imperator in constitutione a se sancita adversus omnes hæreticos, ubi cavit, ne dotalia privilegia hæreticis mulieribus prodessent.

LXVI. Quoniam vero ut subsistere posset quod cum Imperatore Orientales Episcopi fidei Catholicæ erigerent ædificium, super firmam petram scirent ipsum, monitione Domini, imponendum: etsi ad statuendam firmandamque fidem Catholicam, post communia totius populi vota acclamationibus patefacta accessissent quoque frequentes ubique Synodi, atque ad eamdem corroborandam addita etiam essent Imperatoris edicta; tamen quod omnia fulcienda essent communione Romani Pontificis, primus omnium Justinus Augustus has de sua creatione, ut Ecclesiæ filius, dedit litteras ad Hormisdam (b):

(b) *Extat t.1. ep. Rom.Pont. in Hormis.*

Justinus Augustus, Hormisdæ Papæ.

LXVII. Just. Imp. scribit ad Hormisd. Papam. *Dei beneficia, licet multis, maxime tamen Summis Pontificibus convenit indicari. Proinde sanctitati vestræ per has sacras declaramus epistolas, quod primum quidem inseparabilis Trinitatis favore, deinde amplissimorum procerum sacri nostri Palatii & sanctissimi Senatus, necnon electione firmissimi exercitus ad Imperium nos licet nolentes & recusantes electos fuisse atque firmatos. Precamur proinde, ut sanctis orationibus vestris divinæ potentiæ supplicetis, quatenus initia nostri roborentur Imperii. Hoc enim & nos sperare, & vos decet implere. Data Kal. Augusti, Constantinopoli, Magno V. C. Consule.* Vides veterem morem Orthodoxorum Imperatorum, qui simulac essent creati Augusti ad Romanum Pontificem, quem ut parentem venerarentur, litteras darent: nulla enim fortiori potentia, quam communione cum Catholicæ totius Ecclesiæ primario Antistite, conciliari sibi populorum fidelium voluntatem posse sciebant. Porro id ex debito præstare debere Orthodoxos Imperatores, ut eo modo primitias Imperii Petro Apostolo consecrarent, quæ sequitur ad eum reddita epistola Hormisdæ Papæ declarat, quæ sic se habet (c):

(c) *Hormi. ep.22. t.1. ep. Rom.P.*

Hormisda Episcopus Justino Augusto.

LXVIII. Hormisdæ Papæ ep. ad Justinum. *Venerabilis regni vestri primitiis, fili gloriosissime, loco muneris gratulationem suam Catholica transmittit Ecclesia: per quas se post tantam discordiæ fatigationem requiem pacis invenire confidit. Nec est dubium ideo ad rerum summam cælesti vos providentia pervenisse, ut vestris temporibus impacta religioni in Orientis partibus aboleatur, injuria. Debitas beato Petro Apostolo Imperii vestri primitias reddidistis, quas hac ratione devoti suscepimus, quia Ecclesiarum per vos proxime futuram credidimus sine dubitatione concordiam. Deus, qui pietatis vestræ sensibus alloquendo nos vota concessit, ipse circa sincerum religionis suæ cultum præstabit (sicut optamus) effectum.*

LXIX. *Significastis, nolentibus & recusantibus vobis Imperii pondus impositum: qua ratione electos vos cælesti constat esse judicio, secundum Apostolum dicentem (d): Non est potestas nisi a Deo: quæ autem sunt a Deo, ordinata sunt. Superest ut a Deo electi (sicut & credimus) Ecclesiæ, quam laborare cernitis, manus vestræ solatia porrigatis. Cessent qui paci ejus obsistunt: obmutescant qui in forma pastorum conantur gregem Christi dispergere. Istorum correctio vires vestri firmat Imperii: quia ubi Deus recte colitur, adversitas non habet effectum. Hanc gratulationis paginam per Alexandrum. V.C. non omisimus destinare; sperantes cum Dei nostri adjutorio, per Gratum V. C. filium nostrum, de singulis quæ ad unitatem Ecclesiæ pertinent, nos clementiæ vestræ prabituros esse responsum.* Hactenus Hormisda Papa ad Justinum Imperatorem: quibus etiam declarare videtur, ex verbis ad finem positis, præter dictam epistolam, alias ab eodem Imperato-

(d) *Rom.* 13.

ratore additas litteras de unitate Ecclesiæ concinnanda; de quibus paulo post sermo erit. Dedit eas Grato V. C. cujus hic mentionem in sua epistola Hormisda habet.

LXX. Episcopi Orientales agunt de pace Ecclesiæ cum Hormisda Pap.

Inter hæc autem Orientales Episcopi, a quibus Constantinopoli Synodus celebrata est, probe scientes, quæ in ea decreta essent, nullarum esse virium, nisi Romani Pontificis consensus accederet: & frustra pro Catholica fide instauranda laborare, nisi Catholica per eumdem communione impartirentur: hanc ut ab Hormisda Papa consequi possent, Justini Imperatoris primum litteris agunt: insuper & iidem ipsi ea de re scribunt litteras Synodales ad eumdem Pontificem: id enim ipse Imperator suis litteris testatur. Non extant illæ quidem Synodales, sed tantum litteræ Joannis Constantinopolitani Episcopi: quibus omnibus iidem illud expetierunt, ut legati ab ipso Romano Pontifice mitterentur Constantinopolim, qui Apostolica auctoritate conciliarent Ecclesiis pacem, & lapsos in Ecclesiam restituerent. Sed quæ hac de re ab ipso Imperatore ad Hormisdam scriptæ sunt litteræ, videamus. Ipse igitur Justinus Augustus ad eumdem Hormisdam scribens, rogat nomine totius Synodi de pace in Ecclesiis concilianda, mittique ad eam rem legatum, quem diximus, Gratum V. C. Litteræ autem ipsius sic se habent (*a*):

(*a*) Extant t. 1. epist. Rom. Pont. in Hormis.

LXXI. Justini Imp. epist. ad Hormisdam de pace Ecclesiis concilianda.

Justinus Augustus Hormisdæ Papæ.

Joannes vir beatissimus hujus regiæ sedis Antistes, & cæteri viri religiosi Episcopi de diversis locis & civitatibus hic reperti nostram serenitatem docuerunt pro concordia veram & Orthodoxam fidem colentium, proque universitate venerabilium ejus Ecclesiarum, litteras tuæ sanctitati offerendas confecisse; ac magnopere postularunt nostras etiam epistolares paginas super hoc ad eam emanare. Quorum petitiones, utpote semper unitatis amatores, libenter amplexi, hos divinos apices ad tuam beatitudinem censuimus prorogandos. Quibus scriptis, desideriis supradictorum reverendissimorum Antistitum subvenire, proque nobis & reipublicæ, cujus gubernatio nostræ pietati cælitus credita est, supernam majestatem suis orationibus placare dignetur. Ut autem tuæ sanctitati pacis & unitatis atque concordiæ jura plenius patefiant, quosdam religiosissimos sacerdotes pacem amplectentes & desiderantes ad sacratissimum nostrum pervenire disponat Comitatum: ob hanc etenim causam Gratum V. C. sacri nostri Consistorii Comitem & Magistrum scrinii & memoriæ direximus, cujus præclaram opinionem multis antea notam habemus temporibus. Data VII. Idus Semptembris, Constantinopoli, Magno V. C. Consule. Jungendæ his Imperatoris litteris fuissent, quas datas a Synodo ipse testatur; sed non extant. Subjiciemus tamen epistolam Joannis Constantinopolitani Episcopi, qua suæ fidei Catholicæ professionem intexuit; quod probe sciret, aliter se minime recipiendum fore in Catholicam communionem ab ipso Romano Pontifice atque universa Ecclesia. Epistola autem ipsa sic se habet, ejusmodi inscripta titulo (*b*):

(*b*) Extat inter ep. Hormisdæ Papæ tom. 1. ep. Rom. Pontif.

LXXII.

Domino meo & per omnia Dei amatori sanctissimo fratri & comministro Hormisdæ Joannes Episcopus in Domino salutem. Ex hujusmodi plane inscriptione redarguas imposturam illapsam in Acta publica superius recitata, in quibus semper fere ipse Joannes scriptus reperitur *Patriarcha œcumenicus*, cum in litteris ad Hormisdam neque Archiepiscopum se nominet. Sed attende ipsam epistolam:

Joannis Episcop. Constantinop. ad Horm. Pap. epist.

Saluto vestram sanctitatem, charissime in Christo frater, & salutans prædico, quoniam recta fides salva est, & charitas fraternitatis firmata est. Hoc Deus solus potens per studium Christianorum & piissimorum Imperatorum fieri voluit. Scribere igitur Apostolicæ, & scripta suscipere fraterne, Dei amore dignemini. Ego enim inquisibili ratione doctrinam sanctissimorum Apostolorum secundum traditionem sanctorum Patrum tenens, similiter honorem consubstantiali & per omnia sanctæ Trinitati offero, sicut in Nicæa trecentorum decem & octo cœtus promulgavit, & in Constantinopoli centum quinquaginta conventus firmavit, & in Ephesina ducentorum firmavit, & in Chalcedone conventus sexcentorum triginta Patrum firmavit. Hanc ergo fidem usque ad ultimum anhelitum per gratiam Dei custodiens, spiritalibus amplexibus tam vestram sanctitatem, quam etiam Orthodoxas Ecclesias ex animo amplector, una tecum in veritate sentiens, & una tecum sperans in illo die per hanc fidem salvari bona voluntate Patris & Filii & Spiritus sancti. Consubstantiali enim Trinitati omnis gloria debetur nunc & in sæcula sæculorum. Omnem in Christo fraternitatem, quæ cum vestra est sanctitate, ego & qui mecum, plurimum in Domino salutamus. Tantum ad satisfaciendum scripsimus, ut & venerabile nomen sanctæ recordationis Leonis quondam Urbis Romæ Archiepiscopi in sacris Diptychis tempore consecrationis propter concordiam affigeretur, & vestrum benedictum nomen similiter in Diptychis prædicetur. Ut de omnibus autem satisfiat vestræ sanctitati (quoniam pacem vestram amplectimur, & de unitate sanctarum Dei Ecclesiarum curamus) rogamus vos pacificos viros destinare, & vestra dignos Apostolica sede, qui debeant satisfacere, & satisfactio-

ctionem nostram suscipere: ut & in hac parte Christus Deus noster glorificetur, qui per vos pacem hanc mundo servavit. Accepta XIII. Kal. Jan. post Consulatum Agapiti V. C. Hactenus litteræ: in quibus illud observa summa industria eumdem tacuisse Joannem restituta fuisse in sacras tabulas nomina Macedonii & Euphemii Episcoporum, qui extiterant Catholicæ Romanæ Ecclesiæ communionis expertes; ne videlicet de pace acturus, a discordiæ seminariis auspicaretur.

Astute tacet de restitutis in Diptycha schismaticis.

LXXIII. Præter hæc etiam, quod res maximi ponderis tractaretur, nempe unio Orientalis Ecclesiæ cum Occidentali, a qua defecerat: ad rem tantam peragendam, Justinianus, qui post Justinum imperavit, quique tempore Anastasii Imperatoris una cum Justino (ut vidimus) steterat pro fide Catholica, atque ob eam causam in non leve vitæ discrimen adductus fuerat; bene modo usus occasione Catholici Principis, omnem curam adhibet ut scissæ unirentur Ecclesiæ: quamobrem & ipse summa qua apud Imperatorem polleret auctoritate, ad ipsum Hormisdam Romanum Pontificem de his scribit. Extant ipsius litteræ, quibus hujusmodi in scripto Vaticano codice præfixus est titulus (*a*):

(*a*) *Inter ep. Hormi. 24. tom. 1. ep. Rom. Pont.*

Per eumdem Gratum etiam Justinianus Comes ad eumdem Hormisdam Papam has litteras dedit his verbis:

Justinianus Comes Hormisdæ Papæ.

LXXIV. Justiniani epist. ad Hormisd. Pap.

Desiderabile tempus, quod summis votis optavimus, divina clementia dolores generis humani respiciens, largiri dignata est; quo omnes Catholici & Deo perfecti Fideles majestati ejus se valeant commendare. Idcirco has ad Apostolatum vestrum libera licentia, jam mihi beneficio cælesti indulta, direxi. Dominus etenim noster invictissimus Imperator Orthodoxam religionem semper amplectens ardentissima fide, cupiens sacrosanctas Ecclesias ad concordiam revocare; mox ut adeptus est, cælesti judicio infulas principales, sacerdotibus hic positis denunciavit, ut pro regulis Apostolicis unirentur Ecclesiæ: & magna quidem pars est composita, Deo auctore. His præmissis, quod probe sciret idem Justinianus nomen Acacii impedimento fuisse, quo minus exul concordia sæpe per alios prædecessores Romanos Pontifices tentata, revocari aliquando potuisset: ne id ad sanciendam modo pacem impedimento esset, de ejusdem Acacii nomine ingerit mentionem; certumque reddit ipsum Pontificem, fore ut ex ipsius sententia illud exploderetur: ait enim:

LXXV. De nomine Acacii.

De nomine tantummodo Acacii vestræ beatitudinis convenit audire consensum. Quam ob causam dominus noster serenissimus Princeps Gratum virum sublimem unanimem mihi amicum cum paginis Augustis ad sanctitatem tuam transmisit, ut modis omnibus dignetur Constantinopolim ad reliqua concordiæ componenda venire. Sed absque quaque dilatione vestrum expectamus adventum: quem si qua tarditas (quod fieri non debet) forsitan retinuerit, interim vel sacerdotes idoneos destinare festinet: quia totus mundus partium nostrarum conversus ad unitatem moras non patitur. Accelerate ergo, domine sanctissime, ne vobis absentibus, quæ debet præsentibus ordinari ...... Scimus enim litteras vestræ beatitudinis & antecessorum vestrorum ad Orientem directas, quid super hanc eamdem causam contineant. Ut autem nihil prætermittatur, propter causam sæpius memoratam ab invictissimo Rege religionis quoque negotium filio vestro viro sublimi Grato est injunctum, favente Domino nostro Jesu Christo. Hæc Justinianus de pace Ecclesiarum admodum solicitus ad Hormisdam papam per eumdem legatum conscripsit.

aliquid deest

Ista quidem hoc anno sunt gesta, ubi Justinus habenas moderari cæpit Imperii, cum de pace Ecclesiæ concilianda Romam misit ad Hormisdam Pontificem Imperatoriam legationem, optatam quidem illam, Gratamque per Gratum. Quid enim gratius atque jucundius potuit accidisse, quam intelligere, Christianam religionem scissam dispersamque ab hæreticis, Imperatorem nactam esse Catholicum; eumdemque pacis sequestrem, jam solidandæ concordiæ fundamenta jecisse? Actis igitur Deo gratiis, participataque cum fratribus lætitia, & cum eisdem de rebus agendis consultatione ex more adhibita, idem Hormisda Papa eo ordine quo acceperat, litteras reddidit ad Justinum Imperatorem: ad secundas enim per Gratum missas ita rescripsi (*b*): LXXVI.

(*b*) *Hormi. ep. 25. to. 1. ep. Rom. Pont.*

Hormisda Episcopus Justino Augusto.

LXXVII. Hormisd. Papæ ep. 2. ad Just. Imper.

Sumptam de Imperii vestri ortu lætitiam, quamvis apud nos pollentem merito præcedenti, quoque geminastis alloquio, reciproca devotione testati. Jam tunc secutura prævidimus, quæ nunc de Ecclesiasticæ unitatis affectu cælestis gratiæ inspiratione significastis. Habes ergo, clementissime Imperator, præsentem de tali voto jam gloriam: sed expectatur de perfectione perpetua. Hæc sunt validissima Imperii vestri fundamenta, quæ in ipso nascentis regni vestri principio divinam universis præferunt sancta dispositione culturam. Tenete itaque hanc piæ sollicitudinis curam; & pro Catholicorum pace, sicut cœpistis, insistite: quia Deus noster, qui vobis hunc tribuit animum, elegit etiam per quos præstet effectum. Nam & Episcoporum vota, precesque nobis effusas gratanter amplectimur: qui tamen loci sui consideratione commoniti, ea desiderant, quæ dudum ut sequi vellent,

sedis

sedis Apostolicæ exhortatio crebra non defuit. Et quoniam clementiam vestram id cupere, illos etiam hæc didicimus postulare; quæ res hactenus Ecclesiarum pacem sub contentiosa obstinatione diviserit, nec pietatis vestræ, nec illorum refugit, velut latenti causa, notitiam.

LXXVIII. *Quid igitur facere debeant, & litteris nostris, & libelli quem direximus, serie continetur. Hæc si Deo nostro & clementia vestra adjuvante, suscipiunt & sequuntur; poterit ad eam, quam maximo desideramus ardore, perveniri concordiam. Filius præterea noster V. C. Gratus sacri Consistorii Comes & Magister scrinii memoriæ ostendit in se vestrum allegationis suæ maturitate judicium: cujus mora sensibus vestris, eo referente, melius asseretur.* Hæc ad Justinum Hormisda, inconcusse custodita volens, quæ a prædecessoribus suis juste Orientalibus præscripta fuerant de Acacii nomine abolendo, deque pace ea conditione inter Ecclesias sancienda. Quamobrem & ad Joannem Episcopum Constantinopolitanum, quæ agenda sint pro eadem concordia ineunda idem Hormisda Papa scribit his verbis (a):

(a) Hormi. ep. 24.

Hormisda Episcopus Joanni Episcopo Constantinopolitano.

LXXIX. Epi. Hormisdæ ad Joa. Episc. Constantinopolit. *Spiritualegaudium directis charitas tua significavit affatibus, docendo, ut Catholicæ religionis disciplina ordinem suum vestris pastoribus, Deo nostro juvante, receperit. Hæc esse beneficia misericordiæ supernæ, quis dubitet? Hæc quis dubitet venerabilis Principis trophæis adjungi? Quis ambigat, quia major ei de hac parte quibuslibet præliis triumphus acquiritur? Istius laboris gloria nescit occasum: quia ubi Deus recte colitur, numquam adversariorum crescit iniquitas. Dilectionis tuæ confessionem gratanter accepimus, per quam sanctæ Synodi comprobantur, inter quas instauratione constitutorum omnium Chalcedonense Concilium prædicastis: & Catholicorum numero adjungi desiderans, sancti Papæ Leonis in Diptychis nomen asseveras, scriptum.* At licet sic ejus fidem Catholicam commendet Hormisda, minime tamen adhuc Catholicam communionem eidem impertiendam esse putavit, nisi hæreticorum communione pollutum nomen Acacii e catalogo Orthodoxorum Antistitum omnino deleat: quamobrem mox subdit:

LXXX. De Acacii nomine abolendo. *Ista laudanda sunt, si perfectionis subsequatur effectus. Quia recipere Chalcedonense Concilium, & se qui sancti Leonis epistolas, & adhuc nomen Acacii defendere; hoc est inter se discrepantia vindicare. Quis Dioscorum, & Eutychetem condemnans innocentem ostendere possit Acacium? Quis Timotheum & Petrum Alexandrinum, & alium Petrum Antiochenum, & sequaces eorum declinans (sicut diximus) non abominetur Acacium, qui eorum commmunionem secutus est? De civitate * siquidem tua meliora Dei omnipotentis expectamus auxilio, babentes optimæ promissionis spem (sicut ad nos quæ direxisti tua scripta ostendunt) tecum in veritate sentiens, & ipsa defendens, sperans in illo judicio per ipsa te posse salvari.* Ita plane Hormisda, cum quid agendum sit docens, ut Catholicam Romanæ sedis communionem demerere possit, ad id ipsum præstandum erigit & hortatur: quæ si perficiat, mox sit consecuturus quod erat in optatis, ut communionem Romanæ Ecclesiæ consequeretur. Unde ad finem hæc habet:

*charitate

Post hæc quid restat, nisi ut sedis Apostolicæ, cujus fidem te dicis amplecti, sequaris etiam sine trepidatione judicia? Igitur partibus Orientalibus ostende per te, quod sequantur exemplum: ut omnium laus, qui correcti fuerint, tuis laboribus applicetur. Ergo cum magna denuncies, & fidem beati Petri Apostoli te amplecti significes, recte credens in ea salutem nostram posse subsistere; libellum, cujus continentia subter annexa est a charitate tua subscriptum ad nos dirige: ut sine conscientiæ formidine unam communionem, sicut oramus, habere possimus. Pro persona quoque filii nostri Grati V. C. Deo nostro gratias sine cessatione persolvimus, cujus fides & recta credulitas nostrum circa se excitavit affectum: dignus re vera, qui tantæ curam susciperet actionis, & maximi Principis ad hos mandata perferret. Hæc Hormisda ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum. LXXXI. Quid agendum præscribat Hormisda Joanni.

LXXXII. Romana Synodus in causa Orientalium. Interea vero ad cuncta facilius disponenda idem Romanus Pontifex retinuit ipsum Gratum eo munere legationis fungentem Romæ usque ad sequentem annum, quo legatos misit Constantinopolim. Totum autem illud paucorum mensium spatium, quod intercessit, in tractandis iis, quæ ad universalis Ecclesiæ pacem spectarent, insumptum est. Cum more majorum idem Hormisda Papa, collecto Episcoporum conventu, quid in ardua atque difficillima causa decernendum esset, cum eisdem accurate tractavit: num videlicet ob bonum pacis concedendum Orientalibus esset, ut nomen Acacii retineretur in Diptychis; eo quod jam experientia fuerit demonstratum, id impedimento fuisse majoribus, ne pax universalis Ecclesiæ sanciretur: quod si concederetur, nequaquam expungenda fore ex iisdem Ecclesiasticis tabulis nomina Euphemii ac Macedonii Constantinopolitanæ sedis Episcoporum, qui ob exilium & obitum in exilio videri poterant satis esse confessionis gloria illustrati.

In

LXXXIII. Quid fuerit decretum in Synodo.

In his autem in Synodo decernendis opus fuit prædecessorum Romanorum Pontificum Simplicii, Felicis, Gelasii, & Symmachi eo argumento scriptas epistolas legere: quibus ex Ecclesiæ archivo deprompptis, cognitum fuit omnes semper in unam eamdemque sententiam conspiraffe, non recipiendam Orientalem Ecclesiam ad communionem Apostolicæ sedis, nisi Acacio schismatico condemnato. Quamobrem prædecessorum insistens vestigiis, immo & sui ipsius, quæ jam satis expressa reliquerat, inhærens una cum aliis collegis in Synodo considentibus Hormisda Papa decernit, ita oblatam pacem ab Orientali Ecclesia suscipiendam, si Acacii nomen penitus abolerent, & delerent quos appofuerant sacris tabulis, Euphemium & Macedonium eadem labe respersos. Hæc sunt decreta in Romana Synodo, quæ per legatos ad hoc delectos voluit idem Pontifex innotescere Orientalibus; sed anno sequenti, quo sunt Roma dimissi, id fieri contigit, ut suo loco dicturi sumus. Hic autem finem accipiant præsentis anni res transactæ inter Orientales atque Occidentales.

LXXXIV. ☞ Perlata ista omnia fuisse Romam ante decimumtertium Kalendas Januarii, superius vidimus: Ante autem quam hæc deferrentur in Occidentem, pervenerunt ad Catholicæ Ecclesiæ communionem Episcopi Dardaniæ & Illyrici, qui ab ea haud sponte, sed inviti tyrannide Anastasii acerbe nimis exagitati desciverant. Hi ergo ubi audierunt septimo Idus Julii ipsum ex hac vita dire sublatum, subrogatumque in locum ejus Orthodoxum Imperatorem; statim detestati impietatem, scribentes ad Hormisdam Romanum Pontificem, in Ecclesiam Catholicam recipi flagitarunt, legatos ad eum eadem ex causa mittentes. Annuit Pontifex, communionemque eisdem impertitus est. Quæ quidem adeo læta significare litteris voluit Ecclesiis Occidentalibus: interque alios de his scripsit ad S. Cæsarium Arelatensem Episcopum vicaria præfectura Apostolicæ sedis in Gallia tunc fungentem: quem enim habuerat doloris participem, eumdem voluit tanti gaudii esse consortem. Litteræ autem ipsius Hormisdæ ad eum hoc anno mense Septembri scriptæ sic se habent:

Dilectissimo fratri Cæsario, vel his qui sub dilectionis tuæ ordinatione consistunt, Hormisda. LXXXV. Epist. Hormisdæ Papæ ad S. Cæsar. Arelat. Episcop. de pœnitentia Episcopor. Dardaniæ, & Illyrici.

*Justum est, ut qui Catholica communione lætamini, nobiscum, de Ecclesiæ, si qua provenit, concordia gaudeatis: ut quemadmodum unus nobis consensus est fidei, ita sit individua gratulatio prosperorum. Nostis qualiter detestabilis Eutychianæ hæresis per Orientales serpat Ecclesias, & quoties præfatæ superstitiones virus Synodus generalis extinxerit, vel quoties ejus sequaces salubria monita Apostolicæ sedis spreverint, & quasi erubescentes manus dare veritati, aut Apostolicæ sedis prædicationibus obedire, in hac tanta * obstinatione perstiterunt.* * tamen. *Elatio enim semper affert saluti periculum, per quam ipsius inventor diabolus angelica potestate privatus est. Pro his nobiscum sæpissime fraternitas vestra condoluit, Apostolicæ non immemor lectionis, qua monstratur (a): Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.* (a) 1. Cor. 6. *Sed Dominus, qui (b) vult omnes homines salvos fieri, & ad cognitionem veritatis venire,* (b) 1. Tim. 1. *nunc multorum sensus illuminans, eis desiderium Apostolicæ communionis infudit, ut quod dudum intentione * prædicabant, hoc nunc correctionis professione condemnent.* * contentiose. *Quorum reditum ideo absque suspicionis morsu recipimus, quia dum peccatum sine aliquo excusationis velamine confitentur, manifestum desiderium correctionis ostendunt. Ergo Episcopi tam Dardani, quam Illyrici pene omnes ne sint errore condemnandi præterito, petentes B. Petri Apostolorum principis communionem, & scriptis & legationibus destinatis, se Apostolicæ sedis regulis obedire confirmant. Pro quibus quantum nos oporteat gratulari, soli quorum fides fervet intelligunt.*

LXXXVI. *Sciendum vobis est igitur, anathematizari nunc ab ipsis quoque Nestorium, qui dividit incarnationem Domini nostri Jesu Christi, & per hoc duos Filios conatur asserere. Eutyches carnis negans veritatem, & duas naturas in una persona non prædicans, ut Manichæam phantasiam Ecclesiis Christi (quemadmodum putavit) insereret, simili ratione damnatur. His adjungitur Dioscorus Alexandrinus, qui maditiæ præfatæ consentiens, in sancto Chalcedonensi Concilio particeps damnationis effe-*

PAGIUS X. *Dardani & Illyrici ad unitatem Ecclesiæ Catholicæ redeunt.*

Ad num. LXXXV. & seqq. Baronius recitat hoc anno Epistolam ab *Hormisda* Papa ad *Cæsarium* Arelatensem Episcopum scriptam, quam existimat post mortem Anastasii & Justini in ejus locum subrogationem datam. In ea ait *Hormisdas*, Episcopos tam *Dardanos* quam *Illyricos* pene omnes Scriptis & Legationibus destinatis se Apostolicæ Sedis regulis obedire testari. Hi enim ab Ecclesia Catholica inviti tyrannide Anastasii acerbe nimis exagitati desciverant. Epistola data *VI. Idus Septembres, Florentio U. C. Consule.* Verum cum is anno DXV. Consulatum gesserit, manifestum est, hæc ad eum annum referenda. Decepere Baronium & Collectores Conciliorum, qui hanc Epistolam inter Epistolas Hormisdæ ordine XXX. cum iis, quæ *Justino* imperante scriptæ sunt permiscent, Fasti Onuphriani, in quibus *Magnus & Florentius* hoc anno Consules proponuntur, & *Concordia* Ecclesiæ, de qua in ea Epistola loquitur Hormisdas: cum tamen Pontifex Romanus intelligat *Concordiam* Dardanorum

effectus est; & malorum seminum æquales fructus inveniens, in eam cecidit foveam, quam Fidelibus parabat. Facti sunt istorum successores Timotheus Ælurus & Petrus, quorum sibi ubique consentit iniquitas; & mentientes, magistros in nullo deserunt, sed in omnibus pravitatibus antecedunt. Hi approbati sunt generalis materia læsionis, quorum & manus sacerdotalis sanguinis maculavit effusio, & vitam innocentium peremit interitus. Habent per universum mundum a Catholicis infixa æternæ damnationis stigmata: quos Orthodoxi non solum fecerunt communionis expertes, verum etiam eos Christianorum spoliavere vocabulo.

LXXXVII. *Petrum Antiochenum cum suis (sicuti ab his, de quibus loquimur, factum est) præfatis adjungite. De quibus, ne sermonum prolixitas nasceretur, hoc tantum dixisse sufficiat, Petrum & ejus socios in nullo ab eorum qui damnati sunt dogmate discrepare. Quos Acacius aliquando condemnans, in laudes suas omnium Christianorum ora converterat; & eos impugnans qui Eutychianam hæresim vindicabant, fidem colentibus gratissimus apparuerat. Sed huic solitis insidiator fraudibus, quod fraudabatur invidit: nam postea hos suos complices habere desiderans, & in Catholicos arma convertens, cum ipsis invenit sortem, quos optavit habere participes. Longum est epistolæ brevitate per universa discurrere. Unde ex totius summa negotii partem aliquam pro instructione direximus; judicantes, quod tanta res vestram non possit latere notitiam; præcipue cum hoc prædecessorum nostrorum literis, vestris fuerit regionibus nunciatum. Quod & nos pro his quæ nuper acciderunt, fraternitatem vestram curavimus instruendam, ne alicubi per ignorantiam Fidelium locum invenire possit subreptio prædictorum; sed qui nituntur talia vindicare, sacræ consortio communionis arcendi, evidentius innotescant.*

Igitur ubi interest fidei, quicquid ad gratiam hujus pertinet sæculi respuatur, LXXXVIII. *cum nec naturalis affectio rebus debeat cælestibus anteponi: ut illud præceptum Domini compleatur (a): Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. De cæteris quæ in religionis causa confidentes divinis beneficiis præsenti tempore iterum de Orientis partibus speramus, & legatos direximus, Domino Jesu Christo supplicate, ut ipse, qui pro pietate sua prosperum donavit initium, similem concedere dignetur effectum. Urbanum sedis Apostolicæ Defensorem etiam huic aptum negotio ad charitatem tuam direximus, per quem de universarum effectu causarum responso congruo cupimus quæ sunt votiva cognoscere. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi. Dat. IIII. Id. Septemb. Florentio Cons.* Hactenus literæ Hormisdæ Papæ ad S. Cæsarium. Quæ autem post hæc acciderint, dicemus anno sequenti ☞.

(a) *Matt.* 10.

Jam

PAGIUS rum & Illyricianorum cum Ecclesia Catholica, non vero *Concordiam* Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis, ut ex ipsius Epistolæ lectione liquet. Quare corrigendum quod in epigraphe illius habet Labbeus, agi scilicet in ea de *Legatione* in Orientem missa.

XI. *Origo bellorum Romanos inter & Persas.* *Justino* ad Imperium evecto *Cabadem* Persarum Regem invasit metus, ne quid novi in domum suam, statim ut abiisset e vita, Persæ molirentur: Ex tribus filiis *Chosroen* omnium juniorem unice diligebat. Quare factu optimum duxit, bellum omnesque belli causas Romanis ea lege remittere, ut *Justinus* Chosroen adoptaret. Hac de causa Legatos ad eum misit, sed *Proclus* interpellavit. Legatos tamen Justinus ad Cabadem, qui de pace inter utrumque Imperium agerent, destinavit. Verum cœtus infecta re solutus est: nam ubi Legati Romani dixere *Chosroen* non aliter ac Barbarum adoptari debere (scilicet *per arma*, non vero *per tabulas*) id Persis intolerabile visum: *Chosroes perdita male opera ad patrem reversus est, exulcerato ac percito animo Romanis denuncians contumelia ultionem*, inquit Procopius lib. 1. de Bello Persico cap. 11. Hæc origo odii *Persarum* ac Chosrois in *Romanos*, & Bellorum inter utramque nationem gestorum, de quibus infra. Theophanes de *Cabadis* Persarum Regis ad Imperatorem legatione mentionem tantum facit ad annum Incarnat. secundum Alex. DXIII. Kalendis Septemb. anni Christi DXX. inchoatum.

Fuga *Severi* ex Episcopatu Antiocheno de qua anno sequenti, ad præsentem retrahenda.

JESU CHRISTI ANNUS 519.	HORMISDÆ PAP. ANNUS 6.	JUSTINI IMP. 2. THEODOR. REG. 27.

I. De Consulatu Justini & Eutharici.

JAM vero ad sequentis anni res gestas transeamus: Notatus hic reperitur annus Consulatu ipsius Justini Imperatoris, qui collegam Eutharicum cognomento Cillicam sibi ascivit: gener hic fuit Theodorici Regis, nupta ipsi Amalasuenta (dicta vulgo Amalasunta) filia ipsius Regis. Pax firma erat inter Justinum atque Theodoricum Italiæ Regem; cujus rei gratia mutuis iidem Principes inter se certabant officiis. De Consulatu autem Eutharici generi Theodorici collato ipsi a Justino Imp. est perspicua testificatio Athalarici Regis, filii ejusdem Eutharici, dum inter alia scribens ad Imperatorem, hæc ait: *Vos genitorem meum palmatæ claritate decorastis.* Fuisse palmatam vestem Consularem, habes apud Cassiodorum (*a*). Sed & adoptionis gratia impertitum a Justino Imperatore Eutharicum, idem Athalaricus in dicta epistola inferius subdit.

(*a*) *Apud Cassiod. l. 6. ep. 1.*

II. Legatio missa ab Hormisda Constantinopolim.

Quod autem ad anni hujus res gestas pertinet: plane memorabilis ex eo redditur, quod post plurimorum annorum acerbissimam dissensionem Ecclesia Orientalis schismate scissa ab Ecclesia Romana, pace composita, eidem parens, communione Catholica conjungitur. Quomodo autem ista se habuerint, ordine rerum gestarum sunt pro temporis ratione pandenda: atque primum de missa legatione ab Hormisda Pontifice agendum erit. Licet autem (ut vidimus) ipsius Hormisdæ præsentia ad rem tantam ab Orientalibus quæreretur; tamen more majorum per legatos rem agere, consultius visum est. Delegit itaque ad munus obeundum Germanum Episcopum; quem non alium putamus, quam mirificum illum S. Germanum Episcopum Capuanum, qui ad Anastasium Imp. eodem munere functus est, ut sexto Annalium tomo dixi.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6012.

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLVII. A.C. 519.

☉ 24. F. ☽ 7. P. 31. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 519.

HORMISDÆ PAPÆ 6.

JUSTINI IMP. 2.

THEODORICI REG. 27. & 9.

I. *Consules.*

[1] COSS. *Justinus* Aug. & *Eutharicus* Cillica. Justinus qui propter Imperii initium Consulatum suscepit, illum etiam in *Eutharicum* natione Gothum, & Theodorici Italiæ Regis generum contulit, ut habet Cassiodorus lib. 8. Epist. 1. ab Athalarico ejusdem Eutharici filio ad Justinum Imp. scripta: *Vos genitorem meum in Italia palmata claritate decorastis.*

II. *Pax inter Ecclesiam Orientalem & Occidentalem restituitur.*

A num. I. ad LIV. *Hormisdas* Papa Legatos ad *Justinum* Imp. & *Joannem Cappadocem* Episcopum Constantinopolitanum misit, ut iterum Ecclesia Orientalis cum Romana in Communionem rediret, nomina Episcoporum hæreticorum ex Sacris tabulis eraderentur, ac Chalcedonensis Synodus aliis tribus Sacris Synodis annumeraretur; quod factum fuisse pluribus ostendit Baronius. Hormisdæ Papæ Legati hanc pacem

---

NOTÆ [1] COss. *Justinus Aug. & Eutarichus Cillica.* Relandus habet: *Imp. Fl. Anicius Justinus Aug. & Eutarichus Amalus.* Vetus Lapis apud Fabretum pag. 207. ex Grutero pag. MLIII. & apud Reinesium pag. 900. sed mendose editus. Nunc extat in ædibus Capitolinis, & sic habet:

FL. EUTHA...O. CILIGA. AUG. CONS.

De *Eutharico*, seu *Eutarico* e regio sanguine *Amalo*, Athalarici Gothorum regis patre, vide notas Joannis Peringskioldi in Vitam Theodorici Gothorum regis, a Joanne Choclæo scriptam. Lapis alius in basilica S. Pauli n. 403. DEP. IN PACE

VI. IDUS SEPTEMB. FL.
JUSTINO. V. C. C....

Flavii prænomen hic Justino tribuitur, de quo prænomine vide Nicolai Alemanni adnotationes ad cap. VI. Historiæ Arcanæ Procopii.

Ad hunc annum revocatur a Muratorio in novo thesauro veterum inscriptionum tom. I. pag. CDXVIII. 4. lapis, Vasione ex Jo. Columbo.

OBIIT VIIII. KAL. FEBRUAR.
P. C. ✠ ITERUM AGAPITI
V. C. CONS.

Epistola Hormisdæ: VII. *Kal. Majas*, *Eutharico* VC. *Cos.* Victor: *Justino Aug. & Heraclio Coss.* Marcellinus: *Justino Aug. & Euthbarico.* In epitome temporum & Indiculo Paschæ; *Eutaricus Cillica.* GEORGIUS

ximus. Missus cum eo est Joannes Episcopus; sed cujus Ecclesiæ Antistes fuerit, hactenus mihi incompertum est. His adjunxit Blandum presbyterum, & Felicem atque Dioscorum diaconos: quibus ejusmodi dedit admonitionem, quæ continetur Indiculo ex eodem codice hic descripto, ne vel transversum unguem a mandatis recederent: ipse autem sic se habet (*a*):

(*a*) *Extat inter Hormisdæ ep. t. 1. ep. Rom. Pont.*

Indiculus quem acceperunt legati Apostolicæ sedis qui supra.

III. Commonitio scripta Legatis.

Cum, Deo propitio, partes Orientales fueritis ingressi; si qui Episcopi vobis occurrerint, & libellum, cujus continentiam percepistis a se subscriptum offerre voluerint, suscipite, eisque præbete sanctæ communionis consortium. Acceperunt enim iidem legati ab Hormisda libellum professionis Catholicæ fidei, quo probarentur qui vere se esse Catholicos dicerent, nimirum ut secundum formam illam ederent fidei confessionem. Unde subdit: *Si vero occurrentes Episcopi, eo quo superius diximus ordine profiteri noluerint; a vobis equidem sub sacerdotali affectione tractentur: sed neque vobis sit cum his mensa communis, neque ab his vel victualia præsumatis accipere, nisi tantum subvectionem, si causa poposcerit, & hospitalitatem: ne credant omnino fastidiose despectos.* Habes, lector, quod observes, ad quos usque terminos se extendat prohibita cum hæreticis conversatio. Hæc sunt quæ in via eisdem servanda præscribit. Quæ vero, cum pervenissent Constantinopolim, custodire deberent, admonuit, accipe.

Quæ in via ab eis agenda essent.

IV. Quomodo se gerere Constantinopoli legati deberent.

Cum autem Constantinopolim, Deo adjuvante, veneritis; in eam accedite, quam Imperator præbuerit, mansionem; & nullum ad salutationem vestram prius permittatis accedere, exceptis his, quos ipse miserit Imperator, aut nostræ communionis esse cognoscitis, donec ipsum Principem videatis: cui præsentati, salutantes, litteras nostras offerte; suggerentes magnum nos de ejus Imperio gaudium percepisse, & nimium gratulari, quod eum Deus omnipotens ad hoc evexit juxta ejus sacras litteras, ut secundum ea quæ sunt ab Apostolicæ sedis constituta Præsulibus, Deo auctore, & regno ejus adnitente, Ecclesiarum & pax & unitas his temporibus desiderata proveniat. Qui si vos hortatus fuerit, ut Constantinopolitanum videatis Episcopum: intimate, vos præfinita habere, quæ etiam ab eis sæpe sunt cognita, quæ ab universis Episcopis Catholicam communionem amplectentibus professio debeat celebrari. Hæc si Episcopus Constantinopolitanus implere paratus est, ei gratulanter occurrimus: si vero sedis Apostolicæ adhortationem sequi contemnit; quid necesse est, ut ad occasionem contentionis salutatio nostra proficiat, quibus non est disputationis aut certaminis causa mandata? Vidisti quam prudenter cautum fuerit, vitare de fide vel communicatione disputationes & controversias in iis quæ jam ante fuerant decreto sedis Apostolicæ definita: unde & intelligas, quanta insederit auctoritas Romano Pontifici, nimirum ipsum, quibusvis decretis Synodalibus antea ab ipsis Orientalibus editis (ut vidimus) non obstantibus, præscribere certam formam, quam ii qui vere Catholici dici vellent, sequi deberent. Sed audi, quæ rursum eosdem Hormisda monuerit.

Si vero Imperator sibi aperiri voluerit, quid sit, quod ab Episcopo fieri postuletis: formam libelli, quam portatis, ostendite. Quod si de anathemate Acacii consentiens, successores ejus dixerit recitandos, ob hoc quod propter defensionem Chalcedonensis Synodi aliqui eorum, nempe Euphemius & Macedonius, fuerint exilio deportati: insinuabitis, nihil vos de libelli posse forma decerpere, in qua sequaces damnatorum pariter continentur. Sed si eos ab hac non potueritis intentione deflectere, saltem hoc acquiescite, ut anathematizato specialiter per libellum, quem vobis dedimus, Acacio, de prædecessorum ejus nominibus taceatur, abrasis de Diptychorum inscriptione vocabulis. V.

V. Quid de Acacii nomine & successorum agere debeant.

Quo facto, Episcopum Constantinopolitanum in vestram communionem accipite. Libellus vero vel Episcopi Constantinopolitani, vel aliorum, quos vos suscipere, Deo volente, contigerit; primo agit, ut præsente populo recitetur. Quod si hoc fieri non potuerit, saltem in Secretario, præsentibus clericis & Archimandritis, relegatur. Probe, puto, intelligis, lector, quomodo uno resistente Romano Pontifice, in ventum penitus evane-

VI.

PAGIUS

III. *Euphemius & Macedonius anno superiori in Diptyca relati.*

Pacem sancivere, *freti Vitaliani adhuc viventis potentia, & Joannis Cappadocis Constantinop. Episcopi etiam superstitis diligentia*, inquit Theophanes in Chronico.

Anno superiori plebs Catholica *Severi* aliorumque hæreticorum conclamata damnatione, *Euphemii* & *Macedonii*, qui dum viverent, Episcopi Constantinopolitani fuerant, & gravissimam ab Anastasio Imperatore ob Concilii Chalcedonensis defensionem, persecutionem passi fuerant, restitutionem supplicibus votis postulavit: *Euphemium & Macedonium Ecclesiæ restitue*, inquiebat, *Reliquias Macedonii Ecclesiæ restitue*, ut videre est apud Baronium anno superiori num. XV. ex Actis Concilii Constantinopolitani eo anno habiti, qui & num. XX. ostendit ex iisdem Actis, Euphemii Macedoniique Patriarcharum nomina a Joanne Cappadoce Episcopo Constantinopolitano in Diptycha relata esse, post lectionem Sancti Evangelii, *tempore Di-*

nescant importunæ acclamationes illæ populi, & Joannis Episcopi Constantinopolitani decretum, & Synodalis pariter constitutio, quibus nomina Euphemii atque Macedonii in sacras inferri tabulas jussa sunt: ut perspicue videas totius Ecclesiæ orbem in uno verti cardine, nempe Romani Pontificis auctoritate. Sed quæ his addat Hormisda, videamus:

VII. De fidei professione Catholica promulganda. *Hæc omnia si Deo fuerint volente completa, Imperatorem rogate, ut destinatis Sacris per Metropolitanos Episcopos, adjunctis ipsius Episcopi Constantinopolitani litteris, innotescat, Episcopum Constantinopolitanum, suo quoque consensu celebrata professione, quam sedes Apostolica destinavit, in unitatem communionis fuisse susceptum: quibus litteris etiam ipsos hortetur similia profiteri. Quod si in hac parte Imperator aliquid difficultatis attulerit; Episcopus Constantinopolitanus, directis præceptionibus Episcopis suis parœcialibus, vel cæteris Metropolitanis, iisdem præsidentibus, qui a vobis pariter directi fuerint, quid ipse fecerit innotescat: quod ab eo modis omnibus vos oportet exigere; ut facti hujus testimonio peragrante, etiam universos, vel qui longe sunt positi, latere non possit.* Hucusque legatis missis impertita admonitio ab Hormisda Pontifice.

VIII. In qua observa, quam ample fidei professionem præstari velit Romanus Antistes ab Episcopo Constantinopolitano licet semper Orthodoxo, inquinato tamen communicatione prædecessorum Acacii nomini faventium: nempe ut palam coram populo, vel saltem coram Episcopis & Archimandritis illam ex scripto recitatam exhibeat; atque etiam publicis ad omnes sibi subditas Orientis Ecclesias litteris datis, id ipsum cunctis faciat innotescere. Sed videamus quas per eosdem legatos idem Hormisda Papa ad Justinum Imperatorem litteras dedit: de tanti enim momenti legatione nihil plane prætermittendum putamus; summas Deo gratias referentes, qui adeo nobilia monumenta, licet nonnihil obducta rubigine ob nimiam vetustatem, adhuc integra conservavit. Litteræ igitur Romani Pontificis ad Imperatorem sic se habent ex eodem codice Vaticano depromptæ (*a*): (a) *Extant t. 1. ep. Rom. Pont. ep. 15. Hormisd.*

Hormisda Justino Augusto.

IX. Hormisdæ Pap. epist. ad Just. Imp. *In tantum, pro gratia Divinitatis, gloriæ vestræ famam constat extensam, & ita vos, suffragante vitæ merito, laudabiliter mundo contigit innotescere, probatissimorum hominum opinione vulgante, ut super vos potius credatur dilatatum culmen Imperii, quam per Imperium vos aliquis dicat agnosci. Certum est quidem hujusmodi provectione vestra pristino splendori accessisse decoris cumulum: sed sicut tenuistis olim moribus principatum; sic cum vos per ora gentium impatiens secreti magnitudo detulerit *, ad nos quoque (sicut mysticæ loquuntur Scripturæ) testimoniis suavitatis vestræ odor advenit. Et certe cum late prudentium hominum sententia religiosæ vitæ vestræ fuerint instituta dispersa, habere non potuimus incognitum, quicquid de vobis fuerat mundi attestatione vulgatum. Quia sicut mediocri laude digna in immensum sibi nequeunt vindicare præconia: ita sine fine prædicandum rapitur in populum, quicquid bono fuerit admirationis ornatum. Vindicat enim sibi quantitatis suæ jure magnitudo famæ testimonia; quia nesciunt latere miranda. Hinc est, quod principatus vobis ac honores publica jura commiserunt. Nam quod meritorum insignia generalitatis facta sunt voto: nemo ita rerum arbiter iniquus extitit, qui passim vos æstimet Arches inclytæ accepisse titulos; cum negari nequeat, digne vos meruisse Imperii culmen, quorum probitatem mundus agnovit.*

* defuerit

X. *Sed parum est, quamvis judicio universitatis, suscipere loco præmii jura regnan-*

PAGIUS] *Diptychorum cucurrit omnis multitudo cum magno silentio circum circa altare, & audiebant: & cum lecta fuissent a Diacono appellationes prædictarum Sanctarum quatuor Synodorum, & Sanctæ memoriæ Archiepiscoporum Euphemii, & Macedonii, & Leonis, voce magna universi clamaverunt: Gloria tibi Domine.* Quæ referens Synodus Constantinopolitana sub Menna Patriarcha anno DXXXVI. celebrata, sua fecit, Euphemiumque & Macedonium Sanctissimos Episcopos approbavit. Cui Synodo, non solum Antiochenæ, & Hierosolymitanæ, sed etiam Romanæ Sedis Legati, cum Spectatissimis Orientis Metropolitanis interfuere; præfuit vero *Mennas* ab Agapeto Romano Pontifice summis laudibus celebratus, qui *Macedonii* & *Euphemii* memoriam commendari, & Sanctam appellari non permisisset, si Schismatici fuissent, ut Baronius hoc anno num. LIII. scribit, hoc fundamento innixus, quod utriusque nomina, jubente Hormisda Papa, expuncta sunt ex Diptychis.

IV. Hoc anno ex iis expuncti. Certe *Euphemium* & *Macedonium* a communione Catholica hoc anno segregatos non fuisse colligitur ex Indiculo, quem dedit Hormisdas Legatis Constantinopolim ad Justinum Imp. pro concilianda inter Ecclesiam Orientalem & Occidentalem pace directis, quem recitat Baronius, in quo num. V. dicit Hormisdas: *Quod si de anathemate Acacii consentiens, Successores ejus dixerit recitandos, ob hoc quod propter definitionem Chalcedonensis Synodi aliqui eorum exilio fuerint deportati, insinuabitis nihil vos de Libelli forma posse decerpere, in qua sequaces damnatorum pariter continentur. Sed si eos ab hac non poteritis intentione deflectere; saltem hoc acquiescite, ut anathematizato specialiter per Libellum, quem vobis dedimus, Acacio, de Prædecessorum ejus nominibus taceatur, abrasis eorum de Diptychorum inscriptione vocabulis. Quo facto Episcopum Constantinopolitanum in vestram communionem accipite.* Quare longe alia ratio fuit *Acacii*, Euphemii, & Macedonii prædecesso-ris

gnandi. Illud magis est admirabile, quod ita vos hominum laudabilitate firmatos suscipiunt Imperia, ut judicia sint divina. Non est dubium, electos suos venerabili prædestinatione Divinitatis ad tantæ potestatis ornamenta venire, quos sinceræ fidei documenta circumvallant. Vere vobis prophetici spiritus convenire verba dixerimus (a) *: Priusquam te formarem in utero, novi te.* Ne putes, lector, adulatum Justino Hormisdam, tantis illum præconiis efferentem. Justorum namque est (secundum Prophetæ sententiam dicentis (b) : *Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus, timentes autem Dominum glorificat*) pios viros laudum efferre sermone, cum Deus in his honoretur. Admiranda plane dona eidem Justino Imperatori divinitus impertita fulsere; cum (ut quæ superius dicta sunt in ejusdem Justini primordiis, perspicue manifestant) secundum illud propheticum (c) evenerit: *De stercore erigit pauperem, ut collocet eum* non solum *cum principibus populi sui*, sed super omnes *solium gloriæ teneat*. Sed quod magis præstat, ad hoc (ut idem Pontifex ait) a Deo prædestinatus fuisse videretur, ut fidem & pacem exules sanctæ Ecclesiæ restitueret. Sic more suo Deus infirma mundi elegit, ut fortia quæque confundat. Sed audi dignum Justini laudum præconem:

(a) Hier. 1. (b) Ps. 14. (c) Psal. 112.

XI. *Ad hanc vos gloriam, incomprehensibili supernæ majestatis dispositione procurante, obsequium naturæ mundo protulit, sub custodia fidei transactæ vitæ probitas instituit, atque ad Imperia, clementia divina provexit: ob hoc scilicet, ut tandem aliquando divisores Dominici corporis fidei vestræ executione compressi, Ecclesiarum concordia diabolica impedimenta succideret, & universitas de adunatione gauderet. Hoc religioni, hoc fidei, hoc serenitati vestræ specialiter cælitus mandatur officium, quibus & posse omnia & perficere videmus indultum. Itaque sicut instituistis facere, navate suscepti operis munus, quod superna vobis providentia videtis injunctum. Et vere sic decuit, ut per Principem pax debeat fieri, quam reverentia Divinitatis exposcit. Date has assumpti Deo nostro vestri oblationes Imperii, ut per vos possit pacis fructus impleri. Sine dubio quidquid tali facto animæ vestræ fuerit præstitum, a vobis mundo judicatur impensum. Magnum & inæstimabile est, venerabilis Imperator, propter quod asciti estis judicio Divinitatis: extenduntur ecce vota pacem desiderantium: diuturni temporis tractu mœret Ecclesiarum indivisibilis discissa communio: est in gemitu discerpta fraternitas, cum circa Patrum dogmata varia sit voluntas.*

XII. *Accingite ergo lumbos viribus fidei: videte cui vos Regi Divinitas velit obsequi: quantum sit, quod per vos procurat impleri. Ecclesiæ venerandæ corpus, quod propria Christus noster passione fundavit, gloriæ vestræ adunare factis instituit. Non est quo magis circa vos gratia supernæ majestatis eluceat, quam si Ecclesiæ corpus per vestrum reparetur officium, sanguinis Dominici redemptione formatum. Est quidem causæ hujus vetustissima calamitas, sed pro immanitate sui recentissimus dolor; & tanto Christianis animis fortior gemitus, quanto temporibus est dilatus. Videndum vobis est, in quantum quotidie antiqui hostis fervescat insania, cum olim causa sit decisa fine sententiæ, pacis faciat tarditatem: & cum Chalcedonensis Synodus, & beati Papæ Leonis constituta placeant, quo ad charitatem reverti volumus, a certamine non desistas. Sequuntur quæ dogmatibus prædictis adscripta sunt: & ab eorum sequacibus quos prædicta auctoritate damnatos intelligunt, non recedunt. Tenent adhuc in complexibus nomen Acacii, quem vident judicio sedis Apostolicæ merito pœnam subiisse damnati. Quis non intelligat, simulate dici: Sanctorum Patrum sequimur dogmata, sed non diligimus facta? Quæ a sancta Synodo Chalcedonensi constituta sunt, & quæ beati Leonis epistola continet, fovemus, veneramur, amplectimur; sed Acacio, qui damnatorum communionem secutus est, impendimus vota.*

XIII. *Sed quid opus est de judicatis rebus verba facere, cum nos hortari tantummodo deceat, ut expressa superius simulatione summota, sub omni puritate pacem debeant, a quibus hæc dicuntur optare? Apud vos mibi est omnis deprecationis causa, Impera-*

PAGIUS ris, ac Euphemii & Macedonii. Illum enim anathemate configi, horum nomina e Diptychis duntaxat expungi jussit Hormisdas Papa: Schismatici vero non sunt, quorum nomina expunguntur e Diptychis, imo nec excommunicati, nisi sententia excommunicationis ab Ecclesia lata nominatim configantur, aut generalibus verbis significentur.

V. Præterea insertus est memoratus Libellus Epistolæ LI. Hormisdæ ad Hispaniæ Episcopos datæ, qui ab ipso quæsiverant, quo modo gerere se deberent erga Græcos in Hispaniam venientes. In ea vero solius Acacii memoria, damnatur: *Propter causam scilicet Acacii*, inquit, *a Prædecessoribus nostris pro hæreticorum communione damnati, in qua qui se ab ejus contagione non dividunt, a nostra communione habeantur excepti.* Nec est quod dicat Cardinalis doctissimus num. LI. in Libello memorato post Dioscori, Timothei parricidæ, & Petri Alexandrini anathemate confixa nomina haberi: *Etiam anathematizamus Acacium Constantinopolitanum quondam Episcopum ab Apostolica Sede damnatum, eorum complicem & sequacem, vel qui*

Eos Schismaticos non fuisse ostenditur.

rator egregie: Vos his ac talibus religiosi operis resistite viva charitate: Vobis imminet, ut qui Ecclesiasticæ concordiæ habuistis sub privata vita desiderium, sub principatu detis effectum. Non fuit quo magis gratiæ vestræ cumulus accederet, quam quod vobis divinitus delatum est, ut quod semper voluistis fieri, per vos ad terminum possit adduci. Nec breve specimen circa vos gratiæ Divinitatis effulsit, quibus datur posse facere quod semper optastis. Quapropter quoniam vobis tantæ causæ titulum videtis esse servatum: removete quicquid ambiguum remansisse creditur ad plenitudinem gaudiorum. Nos enim qua decuit affectione per Gratum V. C. cui pro moderatione sui congrue sensimus officium legationis injunctum, litteris vestri principatus acceptis, causæ magnitudini convenientes destinavimus viros, Germanum & Joannem Episcopos, & Blandum presbyterum, necnon & Felicem diaconum, per quos, si (quemadmodum præsumimus) serenitatis vestræ favor arriserit, secundum quæ mandata sunt, Ecclesiarum adunatione generalitatis possint vota firmari. Hactenus Hormisdæ ad Justinum Imper. epistola, in qua tamen desideratur Dioscori diaconi legati nomen, quod in reliquis ejusdem Pontificis datis ea de causa litteris atque ab aliis redditis expressum habetur, licet non hoc ordine, quo hic recensita eorumdem nomina reperiuntur: nam in ipsis post nomina Episcoporum legatorum, mox nominati reperiuntur ambo legati diaconi, & novissime Blandus presbyter; sed hujus epistolæ auctoritate dici potest, errore librariorum factum, ut series nominum sit inversa, & diaconi ante presbyterum positi. Quæ quidem præmonuisse lectorem oportuit, ne adeo miretur, cum legerit diaconos ante presbyterum nominatos, & novissimo loco presbyterum collocatum: id enim errore factum esse, ex hac Hormisdæ Papæ ad Justinum Imperatorem data epistola redarguitur. Sed cœptam de legatione decreta historiam prosequamur.

XIV. Non satis id est visum Hormisdæ, qui nihil penitus voluit prætermissum officii, quo tanta legatio felicem consequeretur effectum; ut qui optime mente retineret, complures ante missas a prædecessoribus Romanis Pontificibus legationes vel inanes rediisse effectuque vacuas, vel ignominiis sugillatas. Quamobrem præter eas quas vidimus ad Justinum Imperatorem litteras datas, addidit alias ad Euphemiam Augustam insignem pietate feminam, quæ accedebat Justino viro suo adjutorium simile ipsi, utpote quæ eidem fuerat omnium bonorum sua pietate conciliatrix: quæ & (ut dictum est) cum Imperio mutans pristinum nomen, in memoriam illustris martyris Euphemiæ, in cujus basilica fuerat celebratum sacrosanctum Chalcedonense Concilium, Euphemia dici voluit, ut & eo pariter nomine declararet se esse ejusdem Magnæ Synodi studiosissimam. Epistola autem ipsa sic habet (a):

(a) Hormi. ep. 27.

Hormisda Episcopus Euphemiæ Augustæ.

XV. Hormisd. epistola ad Euphemiam Aug.

Ecclesiarum pax jam cælesti ordinatione componitur, cum vos ad Imperium Deus elegit, apud quos esse integrum semper religionis suæ cognovit affectum. Nam sicut in privata vita Deum semper recto dogmate coluistis, ut de religionis concordia cogitaretis, & multa quidem inter ipsa imperii vestri primordia facta sunt, quæ spem nobis correctionis integræ pollicentur. Unde quia in vobis, amorem fervere fidei gratulamur: agentes Deo gratias, quotidie pro vobis B. Petro Apostolo supplicamus, ut votis vestris apud Dominum suffragetur, & cursum bonæ voluntatis adimpleat. Nec dubium est, divinis vos auxiliis adjuvari, quia tanto religionis studio mandatis cælestibus obeditis. Hinc est, quod quia sanctum conjugii vestri constat esse propositum, has fiducialiter ad vestram clementiam litteras

PAGIUS *qui in eorum communione aut societate permanserint. Qui Acacius, quorum se communioni miscuit, ipsorum similem habere meruit in damnatione sententiam*, ut legitur in editione Labbeana ea, quam Baronius secutus est correctiore; qua clausula *Macedonium* & *Euphemium* includi, dicit Baronius manifeste declarari in Dioscori Legati Papæ Hormisdæ Relatione, qua nunciat quæ Constantinopoli acta fuerant, in qua postquam retulit Joannem Patriarcham Constantinopolitanum Libello subscripsisse subdit: *Post factum Libellum nomen Acacii de Diptychis est deletum, similiter & Phravitæ, Euphemii, Macedonii, & Timothei*. Verum, ut inquit Natalis Alexander in Dissert. XX. sæculi V. parte II. hæc verba, *in eorum communione*, non extendunt anathema præfato Libello contentum ad Euphemium & Macedonium Acacii Successores; quia ad hæreticos referuntur, de quibus ante mentio facta est, scilicet ad *Dioscorum*, *Timotheum Ælurum*, & *Petrum Moggum*, quorum in communione, vel societate, qui manserint, anathemate confodiuntur & nominatim *Acacius*: at eidem non subiiciuntur anathemati, qui in ipsius Acacii communione manserint: alioquin ponendum fuisset in Libello: *vel qui in ejus* (supple Acacii) *communione permanserint*, Quoad verba Dioscori Legati, nomen *Euphemii* & *Macedonii* deletum est quidem e Dyptychis; sed non propter eamdem rationem, ac *Acacius* & *Timotheus*. Hi enim tamquam Schismatici habiti, & a communione Catholica segregati, non vero *Euphemius* & *Macedonius*, qui illo tantum honore privati sunt, quia scilicet eorum initia sancto fini non responderant. Utrumque tamen in Diptycha postea restitutum fuisse, infra videbimus.

ras destinamus, ut per vos ad perficiendam Ecclesiæ pacem mariti vestri pietas amplius incitetur.

XVI. Comparatio Euphemiæ cum Helena. *Magnum opus arripuistis, magna vobis causa commissa est: per vos etiam populos Christus vult ad Ecclesiæ fœdera revocare, quos per se voluit a morte redimere. Magna etiam vestro sexui parata est laudis occasio, si vobis instantibus Ecclesiæ suæ Christus, quæ divisa fuerant, membra conjungat. Nec ejus*, nempe sanctæ Helenæ, *major est gloria, quæ humanæ salutis lignum scrutata est, & sola Crucem, quam omnis veneratur mundus, invenit. Superabitis quinimmo illius merita: quia Ecclesiæ unitas per illam suum invenit signum, per vos est habitura remedium. Agat igitur jugalis vestri religiosa clementia, ut fratres & coepiscopi nostri sub eo libelli tenore, quem dudum misimus, fidem suam dignetur asserere; quatenus perfecta possit esse, quæ est incboata correctio: quia irrita est quælibet in cultura Dei confessio, cui deest fidei plenitudo. Hoc enim quod a reliquis fieri poposcimus, a multis jam sacerdotibus constat effectum: & unitas esse justa in communione non poterit, si non fuerit in reversione servata.* Hæc ad Augustam Hormisda Papa.

XVII. Sed attende quæ scribat ad ipsum Constantinopolitanum Episcopum Joannem, penes quem optime sciret residere totius pacis conciliandæ facultatem: ut si ipse resiliret, ut fecerant prædecessores, omnem operam & impensam periisse non dubitaret. Quamobrem demulcere hominem lenitate, & resilientem veritatis urgere stimulis ad cursum, dubiumque efficacioribus suadere & certum reddere argumentis, atque labentem animo rationibus stabilire non prætermisit. Accipe igitur ipsas dignas tanto Pontifice litteras, quæ sic se habent (*a*):

(*a*) Hormi. ep. 28.

Hormisda Episcopus Joanni Episcopo Constantinopolitano.

XVIII. Epistola Hormisd. ad Joannem Constantinop. *Reddidimus quidem, frater, congruum litteris tuis sub Ecclesiastica libertate responsum: & quid in his congratulati fuerimus insertum, quid taciturnitate præteritum, evidenter expressimus. Ac licet cuncta sensibus tuis nunc crebra legatio, nunc usu in Ecclesia diuturnæ conversationis tuæ vetustas infuderit: juvat tamen adhuc latius aperire nostrum repetita ratione consilium: quia tunc bene de fidei firmitate disseritur, quando simplicibus verbis conciliandæ pacis cupiditas explicatur. Desideria quippe tua, quibus te ad Ecclesiasticam testaris festinare concordiam, ut haberent partes illæ, semper optavimus: nec sola votorum ambitione contenti, usi etiam precibus sumus. Vestro sunt hæc & mundi testimonio roborata, quæ loquimur: quia ut Catholicæ unitatis reparatio fiat, auctoritatem nostram intemeratæ fidei integritate submittimus. Inclinet orationibus nostris aurem suam divina miseratio, ut quod creditis postulandum, sequamini, & ametis oblatum. Nobis una causæ solicitudo, una custodia est; ita pacem cupere, ut sic religionis, sic venerabilium Patrum constituta serventur: quoniam quæ inter se consona credulitate non discrepant, æquum est ut simili observatione subsistant* *

* sustineant.

XIX. *Sed cur diutius immoramur? Scis ipse, unitatis causa quid exigat: scis ipse, qua via ad beatissimi Petri Apostoli debeas venire consortium. Habes itineris tui ducem, quem te jam sequi asseris, Chalcedone habitum pro religione conventum. Jam te quoque, quod idem amplecti testatus es, beati Leonis redeuntem dogma comitabitur. Hæc si placent, Acacii defensio damnati non placeat; hoc est, quod boni studii a perfectione vota suspendit. Si sunt enim illa adversum Dei & legis ejus inimicos venerabilium Patrum congregatione disposita, ut quisquis eos in communione sequeretur, jam tunc latam subiret in sua damnatione sententiam; non sunt igitur nova, quæ constanter exequimur, sed temporibus illis facta judicia justa Patrum constitutione servamus. Hortamur, itaque frater, & mentem tuam, Dei nostri misericordia adjuvante, pulsamus, ut ab omni te hæreticorum contagione, Acacium cum suis sequacibus condemnando, disiungens, una nobiscum Dominici corporis participatione pascaris. Si nobiscum universa prædicas, cur nobiscum non universa condemnas? Tunc enim nobiscum quæ veneramur amplecteris, si nobiscum quæ detestamur horrueris. Pax integra nescit aliquam habere distantiam; & unius Dei vera esse non potest, nisi in confessionis unitate, cultura.*

XX. *Quapropter salutantes te fraternæ charitatis affectu petitionem tuam, missis (sicut sperasti) religiosissimis viris Germano & Joanne Episcopis, Felice diacono, Dioscoro diacono, atque Blando presbytero, significamus esse completam. Hi vero quibus fuerint mandatis instructi, ante allegationes eorum, si cogites, evidenter agnosces. Hi pacem tuam sub ea qua sæpe scripsimus professione suscipient. Imple ergo, frater charissime, gaudium nostrum, & tuum ad nos per eos rectæ fidei tuæ remitte præconium, ut per te universis detur exemplum.* Hæc per legatos ad Joannem Patriarcham Hormisda. Quod autem dum Romæ ista tractarentur, contigerat alias ab eodem ipsum Hormisdam litteras accepisse, ad eumdem has reddidit breviores, quæ sic se habent (*b*):

(*b*) Hormi. ep. 29.

Hor-

Hormisda Episcopus Joanni Episcopo Constantinopolitano.

XXI. Hormisd. litteræ ad Joan. Epi. Constant.

Ea quæ charitas tua destinatis litteris significavit, agnovimus, & gratulamur ad conscientiam nostram fidei tuæ indicia pervenisse: optantes, ut intentioni tuæ, quam rectam esse cupimus, plenum Deus noster circa Ecclesiasticam pacem concedere dignetur effectum, cujus spem animo supernæ majestatis aßumpsimus: quia Imperatorem serenissimum ad hoc providentia divina judicamns electum, ut per eum Ecclesiarum reintegratio tantis temporibus desiderata proveniat. Quapropter licet quæ pro fidei unitate facienda sunt, tuæ charitatis notitiam latere non possint; legatos tamen direximus, quos ratio causæ poscebat: quibus hortantibus, & quæ jampridem a nobis significata, & quæ nuper iterata sunt, ad effectum, Domino nostro auctore, perveniant. Hæc ad Joannem.

XXII. Quod vero idem Hormisda Papa optime sciret, plurimum conferre ad pacis conciliationem, Constantinopolitanum demerere clerum, quem non ignoraret pro arbitrio universum movere populum posse, tantasque uno momento conflare discordias, ut etiam statum ipsius Imperatoris (quod pluribus exemplis vidimus) in discrimen adduceret; hos quoque amantissimis prævenire litteris non prætermisit. Extant ipsæ quidem æque perbreves ad Archidiaconum & reliquos ejusdem Ecclesiæ clericos scriptæ verbis istis (*a*):

(*a*) *Hormi. ep.* 30.

Hormisda Episcopus Theodosio Archidiacono Constantinopolitano & universis Catholicis a pari.

XXIII. Ad Archidiac. Constantinop. & alios Orthodoxos epist. Hormisdæ.

Gratias misericordiæ divinæ competenter exolvimus, quæ fidem vestram diu laborare non passa est: nam tempus oblatum est, quo fidos milites suos Catholica recuperare possit Ecclesia. Quæ enim major animum vestrum potest obtinere jucunditas, quam malorum commemorata depulsio? Gaudiis præsentibus compensate afflictionis incommoda: quia Deus noster, qui remedio fuit, adversis opprimi charitatem vestram noluit, sed probari. Nam si transacti temporis mala cum præsenti, quæ divina esse non ambigitur, retributione compensetis; quis dubitat ampliora vos præmia consecutos, quam nocere potuisset adversitas? Et quamvis pro statu fidei Catholicæ numquam solicitudo nostra cessavit, tamen serenissimi Principis sacris affatibus incitati, legatos destinare curavimus, quorum officio, Deo auctore, in his, quæ sæpe mandavimus, subsequi non dubitamus effectum. Et ideo competenter enitere, ut Ecclesiæ Catholicæ hoc præcipuum vestræ liberationis munus possitis offerre: quatenus repulsis omnibus quæ hactenus nocuerunt, in una, quam semper optavimus, communione gratulantes, Deo nostro laudes referre sine cessatione possimus. Hactenus ad Theodosium Archidiaconum & reliquum clerum Ecclesiæ Constantinopolitanæ Hormisda.

XXIV. Justiniani pietas commendata.

Quod vero qui pietate fulgebat, & auctoritate in aula regia præstabat Justinianus hoc tempore Comes Domesticorum, postea vero successor Justini in Imperium, pacis cupidissimus esset, & post primas ad Hormisdam Papam datas eodem argumento litteras, alias quoque postea addidisset, misissetque Romam oblationes Apostolorum Principi offerendas per ipsum Rom. Pontif. magnam ex his sumpsit Hormisda de pace concilianda fiduciam. Quamobrem qui binas ab eo acceperat litteras, totidem, diversis tamen diebus, epistolas reddidit, quarum prioris est exordium (*b*): *Litterarum vestrarum serie religionis, &c.* Sed satis nobis sit hic describere posteriorem, quæ sic se habet (*c*):

(*b*) *Hormi. ep.* 25.

(*c*) *Hormi. ep.* 31.

Hormisda Episcopus Justiniano V. I.

XXV. Epist. Hormisdæ ad Justinianum V. C.

*Magnitudinis vestræ litteras sanctæ fidei plenas amore suscepimus, quibus ad exercendam apud vos prædicationis Apostolicæ firmitatem, opportunitatem nobis provenisse divinitus nunciastis. Unde indesinenter Deo nostro agimus gratias, qui ad tam præclara remedia & tempus vobis & animum dedit. Et nos quidem desuper ista agnovimus ordinari, postquam ei detulit divina majestas Imperium, qui se ad componendam Ecclesiarum pacem indicat ordinatum. Ergo restat, ut universi Episcopi partis Orientalis, juxta libelli seriem, ad correctionis pervenisse se testentur effectum. Patet venerandæ via concordiæ: nota * sunt optatæ remedia sanitatis. Sacerdotes qui Catholicam pacem desiderant, professionem Catholicam non recusent. Non enim opus est partibus errorem corrigi, sed radicitus amputari. Insistite igitur, sicut cœpistis: ut merces apud Deum vestra, quæ de boni operis inchoatione habet initium, de perfectione consequatur effectum.*

* notata.

XXVI. *Animum quidem vestrum talem missa ad nos testantur alloquia, ut ad plenitudinem boni propositi non multum indigeatis hortatu: nostri tamen desiderii, ea quæ spem dedit oratio *, amplius accendit ardorem; & avidius gaudia impleri cupimus, quæ instare jam divinitus arbitramur. Hinc est quod beatum Petrum Apostolum quotidie suppliciter obsecramus, ut vobis, per quos integrari membra sua, sancta jam sperat Ecclesia, & effectum Deus celerem, & salutem tribuat longiorem. Nos quidem vestris animis obsequentes, viros direximus ad solidandam sub Apostolicæ dispositionis ordinatione concordiam. Vestrum est, ut sicut nos bonæ intentioni deesse noluimus, ita eos apud*

* ratio.

De susceptis oblationibus Justiniani.

nos

nos optatum referre faciatis effectum. Munus vestrum veneranda sacraria susceperunt; quod amplius beato Petro Apostolo facietis acceptius, si per vos optatam Ecclesiæ receperint unitatem. Hæc Hormisda ad Justinianum.

XXVII. Magno quidem Dei beneficio (ut diximus alias) factum sentio, ut tantæ legationis tantorum virorum in causa tanti ponderis missæ vetera in hanc diem servata sint monumenta, ut nihil ferme perierit: ut plane contingat, ejusmodi frequentia epistolarum, quemlibet ipsas legentem, perfectius scire cuncta quæ in eadem causa contigerunt, quam qui eodem tempore vixere, sed has epistolas minime conspexerunt: ex quibus haud mediocris omni ex parte legenti utilitas comparatur, si eas cunctas prudens lector accurate & non oscitanter cursimve perlegat. Intueri porro in eis licet summam Hormisdæ in rebus agendis solertiam, cum nihil omni ex parte intentatum reliquerit, quo missa legatio optatam referret concordiam. Nam præter illa quæ dicta sunt: quod idem sciret Hormisda, & pluribus esset doctus exemplis, aulicorum arbitrio res prospere progredi, vel inverti solere: ut qui essent apud Justinum Augustum potentiores sibi litterarum commercio conjungeret, ad eosdem epistolas dedit: nam non ad Justinianum tantum quas vidimus litteras scripsit, sed & ad alios item aulicos clarissimos viros de eadem legatione scripsit, ut ad Celerem atque Patricium in hunc modum (*a*):

(*a*) Hormisd. ep. 32.

Hormisda Episcopus Celeri & Patricio VV. CC. a pari.

XXVIII. Aulicos Imp. litteris Hormisda prævenit. *Quamvis pro loci nostri consideratione de causa fidei Catholicæ minime tacere possimus; tamen ad hanc partem serenissimus Princeps magnopere directis affatibus nostrum incitavit studium, pro cujus legatos voluntate direximus. Et quia hujusmodi causa filiorum Ecclesiæ sublevari debet auxilio; salutantes vos cultu atque honorificentia competenti, poscimus, ut pro Ecclesiastica pace allegationes eorum, qui directi sunt, apud animos serenissimi Principis adjuvetis: siquidem vestræ celsitudinis laborem non parva retributio subsequitur, cum omnipotenti Deo nos gratias persolvere de vestris operibus feceritis.* Hæc Hormisda. Extant & aliæ ad eumdem Celerem litteræ in commendatione legatorum, quæ incipiunt: *Cum necesse fuerit, &c.*

XXIX. Ad civitatum Præfectos Hormisda scribit. At non satis ipsi fuit, eos qui erant Constantinopoli apud Imperatorem magistratus admonuisse; sed voluit eos etiam, qui degerent in provinciis, per quas legati transituri erant, ad opus hortari. Quod enim sciret Thessalonica eosdem transituros fore legatos; ad eum qui ibi gerebat præfecturam, & alios, litteras dedit. Satis quippe memor erat, illic degere Dorotheum ejusdem civitatis Episcopum, qui non a communione tantum Romani Pontificis, ut Anastasio morem gereret, se subduxerat; sed & alios ad id ipsum præstandum induxerat, immo & minis atque persecutione compulerat, ut quæ dicta sunt superiori tomo significant: ne igitur per eum turbæ aliquæ Thessalonicæ concitarentur, perbreves has ad ejus civitatis Præfectum litteras dedit (*b*):

(*b*) Hormis. epist. 33.

Hormisda Episcopus Præfecto Prætorio Thessalonicensi & cæteris VV. II. a pari.

Licet pro causa Ecclesiastica numquam solicitudo nostra cessaverit; tamen Imperatoris serenissimi sacris affatibus promptius incitati, legatos cum cælestis misericordiæ favore direximus, quorum officio bona, quæ de Principis mente præsumimus, impleantur. Et ideo salutantes amplitudinem vestram cultu & bonore quo dignum est, poscimus, ut pro reintegratione fidei vestrum commodetis studium, nec tantis Fidelium tardari vota temporibus permittatis: quia non est dubium, celsitudinem vestram fructum tantæ laudis acquirere, si per eam, quæ ab omnibus bonis optantur, Dei nostri misericordia operante, proveniant. Hactenus epistola, & quidem opportune scripta: etenim contigit eosdem legatos Thessalonicæ contradicentium & altercantium turbis plurimum agitari, ut inferius suo loco dicetur. XXX. Epist. Hormisdæ ad Præf. Prætorii Thessal.

Ad postremum vero clarissimarum quoque feminarum Hormisda Papa datis litteris, ad rem bene conficiendam imploravit auxilium: non enim despiciendas eas esse putavit, quæ tempore persecutionis Anastasii Imperatoris, pro Catholica fide non solum steterant inconcussæ, sed & virorum animos perstare in sententia suaserant, atque in pietatis officio continuerant: ut plane acciderit, sicut tempore Dominicæ passionis, cum, Apostolis fugientibus, mulieres Dominum Jesum numquam usque ad obitum deseruerunt; ita in tanto fidei naufragio, quamplurimis Episcopis fugam arripientibus, immo & ad hostium castra se conferentibus, feminæ fidem Catholicam profitentes invicto steterint animo. Eminebant inter eas Anastasia atque Palmatia Senatoriæ ac Patriciæ clarissimæ feminæ, ad quas perbrevem hanc Hormisda Papa dedit epistolam (*c*): XXXI. Feminarum studium pro fide Catholica.

(*c*) Hormis. epist. 34.

Hormisda Episcopus Anastasiæ & Palmatiæ a pari.

Bonæ voluntatis studium divinæ semper comitatur prosperitatis effectus. Dei nostri providentia temporis facultas oblata est, in qua pro fidei vestræ præmio debeatis ad- XXXII.

Epist. Hormis. ad Anastasiam & Palmatiam. *adniti. De superna primitus misericordia, deinceps de conscientia clementissimi Principis præsumentes, legatos pro religionis Catholicæ causa direximus, per quos amplitudinem vestram debitæ venerationis salutamus officio, postulantes, ut pro Ecclesiasticæ reintegratione concordiæ vestrum laborem atque operam non negetis: quatenus cum repulsis remotisque iis, quos Apostolicæ sedis damnavit auctoritas, ad unam, quæ recta est, communionem plebs Christiana redierit, beatum Petrum Apostolum, pro cujus fide nitimur, in vestris habere possitis actibus adjutorem.* Hucusque ad eas Hormisda, qui his omnibus datis litteris legatos ita munitos quam cito dimisit: non enim expectato tranquilliori tempore navigandi, ante Quadragesimæ tempus hoc anno eos esse profectos, quamvis litteræ incuria librariorum habeantur sine die & Consule datæ; ex relationibus tamen a legatis missis ad Hormisdam Pontificem, satis potest intelligi.

XXXIII. (a) Isai. 52. De rebus legatorum in itinere gestis. Quod igitur, ex Prophetæ (a) sententia, valde speciosi sunt pedes evangelizantium pacem, annunciantium bona: perjucundum erit eorumdem legatorum affectari vestigia, & quæ in via positis iisdem acciderint, certa testificatione narrare. Dei quidem beneficio factum est, ut aliquæ relationes legatorum in archivis asservatæ, custoditæ remanserint ad hæc tempora, licet (ut accidit) mendis nonnihil labefactatæ, sed collatione duorum exemplarium facta, aliquantulum emendatæ. Est autem secundæ relationis (prima enim excidit) ejusmodi scriptus titulus (b):

(b) Inter ep. Hormisdæ post. 34. t. 1. ep. Rom. Pontif.

Exemplum suggestionis Germani & Joannis Episcoporum, Felicis & Dioscori diaconorum, & Blandi presbyteri.

XXXIV. Relatio legatorum ad Hormisdam. *In civitate Aulonitana quo ordine cum Dei adjutorio pervenimus, & quomodo fumus suscepti ab Episcopo civitatis ipsius, & quid est actum, vel quale responsum dederunt, & quia hæc promisit, ut cum Metropolitano suo faceret libellum, in alia epistola beatitudini vestræ significavimus.* At prima illa (ut diximus) desideratur a legatis facta relatio, secunda autem ita subiicitur: *Quod in Scampina civitate factum est vestris orationibus, tacere non permisimus. Antequam nos ingrederemur in civitatem ipsam, venerabilis Troius * Episcopus cum suo clero, vel plebe in occursum nobis egressus est. Et quomodo Deus in ipsa die benedictus est, & quæ festivitas per ipsius pietatem est subsecuta, ad notitiam Apostolatus vestri referimus. Nobis præsentibus, vel suo clero & nobilibus viris ipsius civitatis, libellum subscripsit, porrexit: suscepimus, & præsente omni clero vel plebe, in gradu suo a servo vestro Petro Notario sanctæ Ecclesiæ Romanæ est relectus. Erat conventus in basilica S. Petri.*

* Troilus

Occursus Scampini Episcopi Legatis.

Confitemur beatitudini vestræ, tantam devotionem, tantas Deo laudes, tantas lacrymas, tanta gaudia difficile in alio populo vidimus. Prope omnes cum cereis viri cum mulieribus, milites cum crucibus in civitate nos susceperunt. Exprimitur hic aliqua ex parte religiose procedentium Christianorum forma, nimirum cereos atque cruces ferre solitos esse, & in fine processionis Missas agere: unde & mox subdunt: *Celebratæ sunt Missas, nullius nomen obnoxium religionis est recitatum, nisi tantum beatitudinis vestræ.* Ex his considera, lector, miserrimum statum Orientalis Ecclesiæ, in qua nullus fuerit, qui non pollutus saltem communicatione hæreticorum, tuto vere Catholicus dici, & ejus nomen in sacris publice recitari potuisset. Sed pergunt: *Noster Episcopus venerabilis Germanus Missam celebravit. Et promiserunt nec postea recitari, nisi quos sedes Apostolica suscepit. Quanta a nobis operata sunt, Deus propitius in vobis conservet. Istam epistolam ante triginta milliaria a Lignido fecimus, sperantes ipsa die in eadem civitate cum Dei adjutorio pervenire. Et quomodo ad nos pervenit Scampinus Episcopus, speramus & ipsius civitatis Lignidi Episcopum similia facere. Quod si factum fuerit, data occasione, rescribemus.* XXXV.

XXXVI. Obsequia Catholicorum principum erga Rom. Pont. *Scampis nobis positis, post Missas, hora cœnatoria, Stephanus & Leontius vir clarissimi ab Imperatore missi in occursum venerunt, adhuc nescientes, nos in partibus Græciarum positos: quia talia mandata fuerunt Comiti Stephano data, ut ad partes Italiæ transirent in occursum nostrum.* Vides, lector, qualia esse consueverint obsequia Orthodoxorum Imperatorum erga Romanum Pontificem, ut missæ ab eo legationi per viros clarissimos occurri voluerint, antequam legati ex Italia egrederentur, licet interiacens transmittendum esset Hadriæ fretum eo potissimum tempore ad navigationem minime oportuno. Sed pergunt de Stephano dicere:

XXXVII. De rebus gestis Constantinop. *Est Stephanus iste, qui modo dicitur, de parentela filii vestri Magistri militum Vitaliani. Hi nobis nunciarunt, Patricium Senatorem proscriptum & in exilium missum: pro qua tamen causa, nisi quomodo ad nos pervenerit, non possumus dicere: quia non est de talibus rebus facile deliberare. Dicitur tamen & Apocrisarius Thessalonicensis Ecclesiæ teneri, apud quos dicunt epistolas inventas: pro qua causa, nescimus: cum ipsis & Philumenum, Demetrium Magistrianum, & alias personas, quarum nomina ignoramus. Ista sunt (quomodo prædiximus)* quæ

quæ audivimus. De causa tamen Ecclesiastica cum Dei misericordia prospera nunciantur. Cosmatem tamen medicum, pro qua causa in Italiam venit, penitus intelligere non potuimus: nisi hoc, quia fortiter quæritur, de quo debetis esse soliciti ut sciatis, pro qua causa ibidem venit. Hactenus secunda relatio scripta initio mensis Martii, ut ex sequenti tertia relatione possumus intelligere, quæ sic se habet (*a*):

(*a*) *Extat inter Hormisd. Pap. t. 1. epist. Rom. Pont.* XXXVIII. Tertia relatio legatorum Apostol. Sedis.

In alia epistola significavimus beatitudini vestræ de Scampina civitate, de venerabili Troio Episcopo, quo ordine libellum dedit, & qualis festivitas est celebrata in ipsa civitate. Cum Dei misericordia venimus Lignidum, Theodoritus Episcopus venerabilis vir ipsius civitatis similiter libellum dedit: qui libellus in Ecclesia est relectus, & omnia secundum constitutionem vestram sunt facta. Rogate Deum: sperate ab Apostolis ejus beatissimo Petro & Paulo, ut Deus, qui initia talia donavit orationibus vestris, similiter sequantur & prospera: ut tempora coronæ vestræ in correctione Ecclesiarum semper prædicentur. Quam epistolam ad Apostolatum vestrum direximus die Non. Martiarum. Hucusque tertia perbrevis legatorum relatio.

XXXIX. Sed his jungenda est epistola ejusdem civitatis Episcopi Theodoriti ad Hormisdam Papam postea data: ex qua intelligas, quanta solerent reverentia prosequi externi Episcopi ipsum Romanum Pontificem. Accepto hic ab Apostolica sede beneficio gratus existens, litteras ad ipsum Romanum Pontificem dedit: ex quarum inscriptione cognoscas pariter, quo cultu Orthodoxi Antistites venerarentur Romanum Episcopum. Est autem ejusdem epistolæ iste titulus (*b*):

(*b*) *Extat inter ejusdem Hormisd. epist. cum duobus exemplaribus collata.*

Domino sancto, beato, prædicabili, & adorando Apostolico Patri Hormisdæ Papæ urbis Romæ, humilis famulus tuus Theodoritus.

XL. Theodoriti Episcopi epist. ad Hormisdam.

Meæ quidem exiguitatis non esset, tam magna præsumere, & ad vestrum pium sanctum Apostolatum pusilli sermone præsentes parvulas destinare paginas. Sed quia pro insita vobis humanitate, pio propitiationis animo omnia nutu Divinitatis protegere consuevistis: lucidum diem & totius festivitatis repletum omni reddidistis mundo, & omnia vestris prædicandis precibus ad pristinum veritatis revocastis statum, & in unum concordare vel subjugare vestris prædicabilibus & adorandis meritis annuistis. Ideoque etsi meis obrutus iniquitatibus & ab eis undique oppressus, ex ipsis recreatus infernis, recurrente ad religiosa vestigia vestra famulo tuo viro religioso Pollione *, *usurpavi me tam per eum, quam etiam his parvulis & exiguis chartis, vestris prædicandis & adorandis me præsentare vestigiis, divinum omnibus viribus exhortans favorem, & clara voce cum omnibus omnino canens: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: qui pro sua incomprehensibili pietate vestris mirificis operibus omnia illuminavit & liberavit, & lucidum & totius festivitatis repletum diem in toto Orbe vestris dignis precibus præstitit, & ab omni iniquitate eripuit, & omnem nodum colligationis absolvit, & omnem semitam aperuit. Hanc itaque gratulationis repletam pio vestro pronus offerens Apostolatui, deprecor, uti pro meæ flebilitatis exiguitate vestris piis precibus memores esse dignemini, domine sancte beate Apostolice Pater.* Hactenus Theodoriti Episcopi epistola, cui mox ista in codice subscripta erant:

* Pulione

Accepta XIII. Kalendas Julias, domino Euthario V. C. Consule. Quod enim hæc Pollioni data dicatur; scire debes hunc missum post Pascha cum litteris legatorum de pace cum Orientalibus stabilita. Testantur id quidem iidem legati in alia relatione ad Hormisdam Pontificem missa, cujus est exordium: *Cum Dei misericordia, &c.* Porro hanc Theodoriti epistolam hic describsisse voluimus, quod ejusdem cum superioribus sit argumenti. Sed ut cœptum iter legatorum Apostolicæ sedis prosequamur: quænam eisdem, cum Thessalonicam pervenissent, acciderint, scripta tum a Dioscoro diacono uno ex missis legatis relatio notum facit, quæ sic se habet (*c*): XLI.

(*c*) *Extat in eodem codice inter epist. Hormisdæ.*

XLII. Relatio de rebus Thessalonicæ gestis.

Ineffabilis Dei omnipotentis misericordia, & pietas ejus, quam super humanum genus clementer effundit, humanis viribus æstimari non potest, nec sermonibus explicari; sed sufficit ejus tantum consilia devotis sensibus admirari, & scire omnia bona de ejus tantum gratiæ pendere remediis. Est ista quotidiana probatio: audacter tamen præsumo dicere, domine meus beatissime Papa, quia præsens causa præterita cuncta transcendit, quam Deus vestris temporibus & meritis reservavit. Quid in Aulone sit Actum, quid Scampis, quid Lignidi fuerit subsecutum, anteriore significatione suggessi. Ad Thessalonicam pervenimus: quas intentiones * *habuerimus cum Episcopo Thessalonicensi, & quæ dicta fuerint, vel etiam constituta, harum portitoris viva insinuatione discetis.*

* intentiones pro contentionibus usurpat frequenter.

XLIII. *Quod tamen non oportet præterire silentio, insinuare non differo. Post multa certamina præfatus Episcopus* (erat iste Dorotheus schismaticus, de quo plura superiori tomo) *ratione convictus, libellum subscribere voluit: sed quia Episcopi, qui sub ejus sunt ordinatione constituti, omnes non aderant; in præsenti hoc*

hoc convenit, hoc promisit, ut post dies sanctos Quadragesimæ scilicet, *uno ex nobis a sede Constantinopolitanæ urbis directo, Episcopis congregatis, qui in ejus sunt diœcesi constituti, libellum subscriberent; quod cum Dei adjutorio credimus esse complendum. Hæc sunt Thessalonicæ constituta.* Subiicit autem his idem Dioscorus legatus quæ post hæc cum Constantinopolim pervenissent, ibidem fieri contigerint: ait enim:

XLIV. Relatio de rebus gestis Constantinopoli. *Vestris orationibus commendati ad Constantinopolitanam pervenimus civitatem feria secunda hebdomadis authenticæ,* quam Majorem hebdomadam Latini dicunt. *Decimo ab urbe prædicta milliario Sublimes & Magnifici viri nobis ocurrerunt, inter quos sunt Magister militum Vitalianus, Pompejus, & Justinianus, & alii Senatores: cunctique * Catholicæ fidei ardore ac desiderio redintegrandæ pacis ardebant. Quid plura? cum summis pene omnium gaudiis ingredimur civitatem.*

* multique.

XLV. Quæ coram Imp. sint gesta. *Alia die, quæ est tertia feria, piissimi Principis præsentamur aspectibus: cunctus illic aderat Senatus, in quo conventu erant & Episcopi quatuor, quos Episcopus Constantinopolitanus pro sua persona direxerat. Obtulimus beatitudinis vestræ litteras, quas clementissimus Princeps cum grandi reverentia suscepit. Dicta sunt quæ ante examinationem causæ oportuit intimare: mox causa cœpta est. Hortabatur nos clementissimus Imperator, hoc dicens: Videte civitatis hujus Episcopum, & invicem vobis pacifico ordine reddite rationem. Nos e contra respondimus: Quid imus ad Episcopum certamina facere? Dominus noster beatissimus Papa Hormisda, qui nos direxit, non nobis præcepit certare: sed præ manibus habemus libellum, quem omnes Episcopi volentes sedi Apostolicæ reconciliari, faciant *. Si præcipit pietas vestra legatur; & si est in ipso quod ignoretur, aut verum esse non credatur, dicant: & tunc ostendemus, nihil extra judicium Ecclesiasticum in eodem libello esse conscriptum. Aut si illi possunt docere quia non convenit religioni Catholicæ; tunc nobis incumbit probare.*

* fecerunt.

XLVI. Recitatur coram Imp. libellus qui excipiendus esset. *Relectus est libellus sub conspectu Principis & Senatus. Nos statim subjunximus: Dicant præsentes quatuor Episcopi, qui adsunt pro persona Constantinopolitani Episcopi, si hæc quæ in libello leguntur, gestis Ecclesiasticis minime continentur? Responderunt, omnia vera esse. Post quæ nos subjunximus: Domine Imperator, & nobis grandem laborem Episcopi abstulerunt, & sibi convenientem rem fecerunt, dicere veritatem. Mox clementissimus Imperator his qui aderant dixit Episcopis: Et si vera sunt, quare non facitis? Similiter & aliquanti de ordine Senatorio dixerunt. Nos laici sumus: Dicitis hæc vera esse: Facite, & nos sequemur.* Hactenus res gestæ ejus diei, relatione Dioscori significatæ, qui & de reliquis mox subdit:

Intermissa feria quarta, Episcopus Constantinopolitanus in Palatio suscepit a nobis libellum. Et in primis quasi tentavit epistolam potius facere, quam libellum: (quod quidem majoris id sibi videretur esse dignitatis: nam libelli ut plurimum offeruntur a lapsis). *Sed non post multa certamina hoc convenit, prooemium modicum facere, & subjungere mox libellum, quemadmodum vestra beatitudo dictavit.* Libellus auctus prooemio sic se habet (*a*): XLVII.

(*a*) Extat inter ep. Hormisd.

Domino meo per omnia sanctissimo & beatissimo fratri & comministro Hormisdæ Joannes Episcopus in Domino salutem.

XLVIII. Libello affixum prooemium. *Redditis mihi litteris vestræ sanctitatis, in Christo frater carissime, per Gratum clarissimum Comitem, & nunc per Germanum & Joannem reverendissimos Episcopos, Felicem & Dioscorum sanctissimos diaconos, & Blandum presbyterum: lætatus sum de spirituali charitate vestræ sanctitatis, quod unitatem sanctissimarum Dei Ecclesiarum secundum veterem Patrum requiris traditionem, & laceratores rationabilis gregis Christi animo repulsare festinas. Certus igitur scito, per omnia sanctissime, quia secundum quod vobis scripsi, una tecum cum veritate sentiens, omnes a te repudiatos hæreticos renuo & ego, pacem diligens. Sanctissimas enim Dei Ecclesias, id est, superioris vestræ, & novellæ istius Romæ unam esse accipio; illam sedem Apostoli Petri, & istius Augustæ civitatis unam esse definio.*

Omnibus actis a sanctis illis quatuor Synodis, id est, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina, & Chalcedonensi, de confirmatione fidei & statu Ecclesiæ assentior, & nihil titubare de bene judicatis patior: sed & conantes aut enixos usque ad unum apicem placitorum perturbare, lapsos esse a sancta Dei generali & Apostolica Ecclesia scio; & tuis verbis recte dictis evidenter utens, per præsentia scripta hæc dico. Hactenus ad libellum fidei appositum a Joanne prooemium. Libellus autem professionis a legatis oblatus, Roma ab Hormisda Pontifice missus, ita se habet: XLIX.

L. Fidei libellus oblatus ab Hormisd. schismaticis. *Prima salus est, rectæ fidei regulam custodire, & a Patrum traditione nullatenus deviare: quia non potest Domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia dicentis* (*b*): *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Hæc quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus: quia in sede Apostolica inviolabilis*

(*b*) Matt. 16.

lis semper Catholica custoditur religio. De hac igitur fide non cadere cupientes, & Patrum sequentes in omnibus constituta: anathematizamus omnes hæreses, præcipue vero Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ urbis Episcopus, damnatus in Concilio Ephesino a beato Cælestino Papa urbis Romæ, & a venerabili viro Cyrillo Episcopo Alexandrinæ civitatis: & una cum illo anathematizamus Eutychetem & Dioscorum Alexandrinæ civitatis Episcopum, damnatos in sancta Synodo Chalcedonensi, quam venerantes sequimur & amplectimur, quæ sequens S. Synodum Nicænam, Apostolicam fidem prædicavit. His conjungentes Timotheum parricidam, Ælurum cognominatum, anathematizamus, & hujus discipulum & sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum similiter condemnantes.

LI. *Anathematizamus similiter Acacium quondam Constantinopolitanæ urbis Episcopum complicem eorum & sequacem factum, necnon & perseverantes eorum communioni & participationi. Quorum enim quis communionem complectitur, eorum & similem adjudicationem in condemnatione consequitur.* Hac enim clausula includitur Macedonius & Euphemius, ut ex his quæ dicentur, manifestius declaratur: Atque subdit: *Simili modo & Petrum Antiochenum condemnantes, anathematizamus cum sequacibus suis, & in omnibus suis.*

LII. *Unde probamus & amplectimur epistolas omnes beati Leonis Papæ urbis Romæ, quas conscripsit de recta fide. Quapropter, sicut prædiximus, sequentes in omnibus sedem Apostolicam, & prædicamus omnia quæ ab ipsa decreta sunt; & propterea spero in una communione vobiscum, quam Apostolica sedes prædicat, me futurum, in qua est integra Christianæ religionis & perfecta soliditas. Promittentes in sequenti tempore sequestratos a communione Ecclesiæ Catholicæ, id est, in omnibus non consentientes sedi Apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo a professione mea dubitare tentavero; his, quos condemnavi, per condemnationem propriam consortem me esse profiteor. Huic professioni vero subscripsi mea manu, & direxi per scripta tibi Hormisdæ sancto & beatissimo fratri & Papæ magnæ Romæ per suprascriptos Germanum & Joannem venerabiles Episcopos & Felicem & Dioscorum diaconos, & Blandum presbyterum*, & alia manu. *Joannes misericordia Dei Episcopus Constantinopolitanæ novellæ Romæ, hac mea professione consentiens omnibus supradictis, subscripsi sanus in Domino. Data mense Martio die vigesima septima, Indictione duodecima, consensu domini Justini Imp. Augusti, Eutharico V. C. Consule.* Hactenus subscriptus a Joanne libellus, ab Hormisda (ut dictum est) missus tamquam forma præfixa non ipsi tantum, sed omnibus qui conjungi vellent Catholicæ Ecclesiæ per Apostolicam sedem, ejusdemque Pontificem, cujus (auctoritate Domini dicentis ad Petrum (*a*): *Confirma fratres tuos*) fuit semper recte credendi præscribere formam, & recte credentibus Ecclesiæ Catholicæ ostium reserare. Pergit vero Dioscori legati relatio verbis istis: (*a*) *Luc.* 22.

LIII. *Subscriptio ab eo facta est libello conveniens, similiter & Datarium, cujus exemplaria & Græce & Latine Apostolatui vestro direximus. Post factum libellum, nomen Acacii de Diptychis est deletum, similiter & Phravitæ, Euphemii, Macedonii, & Timothei* Constantinopolitanorum Episcoporum, quorum primus fuit hæreticus, reliqui vero schismatici: *& non solum hoc in ipsa sola Ecclesia in qua Episcopus manet, verum etiam per omnes Ecclesias cum grandi diligentia, Deo adjutore, suggerimus fuisse factum. Similiter & deleta sunt de Diptychis Zenonis & Anastasii Augustorum nomina.* Damnatur memoria Hæreticorum Imperatorum & Patriarcharum.

LIV. Hic, amabo te, siste, lector, gradum, atque mente repete, quomodo Deo rebellium est obliterata memoria, succisique sunt atque avulsi radicitus cedri Libani & quercus Basan altis firmatæ radicibus impietatis. Sed a quo ista tam grandia? & cujus in terra tanta vis atque facultas? non alterius quidem, quam vigentis in Petri sede potestatis, & inde auctoritate Apostolica fulminantis Romani Pontificis, sagittas accipientis e manu potentis *ad faciendam* (*b*) *vindictam in nationibus & increpationes in populis, ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, ut faciat in eis judicium conscriptum*, & dissipet funditus adversarias potestates, quæ adeo sunt ab irruente desuper Petra protritæ, ut nec nominum memoria recolenda cum benedictione remanserit. Ubi modo Zenonis subdolæ artes, & Anastasii ad decipiendum conquisita commenta? Ubi nunc satanica Acacii arrogantia, & successorum obstinata durities? Quot belluæ istæ fatigarunt Romanos Pontifices, qui eas ex feris reddere mansuetas, ex lupis oves, & in ovile e ferarum latibulis reducere frustra conati sunt? Stat immobilis Petra, fremant licet & turgeant, urgeantque undique sævi fluctus: necesse tandem est, ut iidem rumpantur ad Petram illisi, & in spumam gracilem penitus dissolvantur. Sed cæptam a Dioscoro scriptam relationem prosequamur: (*b*) *Psal.* 149.

LV. *Episcopi* (inquit) *diversarum civitatum, quanti inventi sunt*, Constantinopoli scilicet *libellum similiter obtulerunt:*

& cum grandi cautela suggerimus custoditum, ne quis nobiscum communicaret Episcopus, qui libellum primitus non dedisset. Pari modo & omnes Archimandritæ fecerunt: apud quos Archimandritas & certamina nos habuisse, suggerimus, dicentibus illis: Sufficit quia Archiepiscopus noster fecit: nos factum ejus sequimur. Quid amplius? post multa certamina, ipsi quoque ratione convicti, libellos modis omnibus obtulerunt.

LVI. Schismatici ad communicationem recepti. *Post hæc omnia, Deo adjuvante, in ecclesiam processimus: & qualia gaudia facta sint unitatis, & quemadmodum Deus benedictus sit; quæ laudes quoque beato Petro Apostolo & vobis relatæ sunt, ipsius actionis consideratione perspicitis, quod mea lingua non valet explicare. Nihil est subsecutum secundum vota inimicorum, non seditio, non effusio sanguinis, non tumultus, quod veluti terrentes inimici antea prædicebant. Ipsi quoque Ecclesiastici Constantinopolitani admirantes, & Deo gratias referentes, dicunt, nunquam se meminisse ullis temporibus tantam populi multitudinem communicasse.* In ipso namque sacrosancto die Paschatis factam esse coitionem, celebratamque communionem, & unitatem Orientalis Ecclesiæ, cum Occidentali contractam, testantur epistolæ Andreæ Episcopi & Julianæ Aniciæ ad Hormisdam, quæ inferius suo loco ponentur. Subdit vero ad postremum hæc in sua relatione Dioscorus:

LVII. *His adimpletis, etiam clementissimus Imperator ad beatitudinem vestram sua scripta subjunxit, ordinem rei gestæ significans; similiter & vir reverendissimus Joannes Constantinopolitanæ civitatis Antistes. Noveris etiam & Sacra generalia esse edita* * *dicta. *; atque credimus, Deo propitio, & vestris sanctis orationibus per universas provincias quantocyus destinari. Hæc Constantinopoli gesta sunt. Et nunc de Antiochena Ecclesia tractatur; & ideo adhuc laboratur, quia nondum persona congrua est electa. Oret ergo beatitudo vestra intentius, ut Deus, qui vestris precibus exoratus Constantinopolitanam Ecclesiam Apostolicæ sedi restituit, ipse & dignam personam donet in Antiochia ordinandam, & assiduas adunet Ecclesias. Rescribite Episcopo Constantinopolitano. Si videtur beatitudini vestræ, facite mentionem damnationum Severi, & illorum, quos nominastis in epistola illa, quam scripsistis ad secundam Syriam per Joannem & Sergium monachos, hoc ipsum det ad Imperatorem rescribentes. Si feceritis, videtur mihi necessarium esse.* Hactenus relatio Dioscori ad Hormisdam Pontificem missa Romam per Pollionem subdiaconum, ut alia relatione postea legati testantur. Nos vero eodem ordine, quo idem Dioscorus recenset missas Constantinopoli litteras ad Hormisdam referamus. Fuerunt tanta hæc Dei beneficia quot litteris consignata, tot nobilibus testata monumentis; quæ voluit Deus posteris custodita, veluti de hæreticorum atque schismaticorum Imperatorum & Patriarcharum expugnata perfidia fornicem, triumphalem vivis ex lapidibus structum, atque præclaris sculptum victoriis, inscriptumque tot titulis, quot reperiuntur tunc datæ a diversis epistolæ: quarum primum locum obtinet illa, quæ a Justino Imperatore ad Romanum Pontificem scripta reperitur, estque hujusmodi (*a*): (*a*) Extat inter Hormisd. ep. 41. ep. Rom. Pont.

De causa Ecclesiæ Antiochenæ.

Victor Justinus, pius, felix, inclytus; triumphator semper Augustus, Hormisdæ sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo & Patriarchæ.

LVIII. Justini Augusti epistola ad Hormisdam. *Scias effectum nobis Pater religiosissime, & quod diu summis studiis quærebatur, noveris patefactum; & antequam advenerint qui a vobis destinati sunt, quod Joannes vir beatissimus Antistes novæ nostræ* * *Romæ una cum clero ejus vobiscum sentiunt, nullis variantes ambiguitatibus, nullis divisi discordiis: scias libellum ab eo subscriptum, quem offerendum indicaveras, sanctissimorum Patrum Concilio congruentem. Omnes concurrunt alacri opere ad suscipienda vota tam vestra, quam Constantinopolitanæ sedis, quos veritatis coruscus fulgor illuminat: omnes accelerant libentissime, quos oblectat via dilucida; sequuntur scita Patrum sanctissima, leges probatissimas, & consiliis quorumdam firmatis qui rectum tenebant tramitem, aliorum correctis qui vagabantur incerti, in eo res colligitur, ut unitatem individuæ Trinitatis ipsi quoque unitate colant mentium. Negatum est inter divina mysteria memoriam in posterum fieri (pro tenore libelli, quem diximus) Acacii prævaricatoris quondam hujus urbis Episcopi, necnon aliorum sacerdotum, qui vel primi contra constituta venerunt Apostolica, vel successores erroris facti sunt, nulla usque ad ultimum diem suum pœnitentia correcti.* * vestræ.

LIX. De promulgandis unionis factæ decretis. *Et quoniam omnes nostræ regiones admonendæ sunt, ut exemplum imitentur civitatis regiæ: destinanda ubique Principalia præcepta duximus. Tanto flagramus religionis officio, tanto affectamus studio pacem Catholicæ fidei pro remuneranda cælitus pace nostræ Reipublicæ, pro conciliando subjectis meis superno præsidio. Quid autem gratius reperiri potest? quid justius? quid illustrius? quam quos idem regnum continet, ejusdemque fidei cultus irradiat, eos non diversa contendere, sed collectis in eodem sensibus, instituta venerari, non humana mente lata, sed divini prudentia Spiritus? Oret igi-*

igitur vestræ religionis sanctitas, ut quod pervigili studio pro concordia Ecclesiarum Catholicæ fidei procuratur divini muneris opitulatio, jugi perpetuitate servari annuat. Hactenus Justini Augusti epistola ad Hormisdam Papam. Quam vero ipse Constantinopolitanus Antistes ad eumdem Pontificem tunc scripsit accipe (a):

(a) Eodem tom. I. ep. Rom. Pont. in Hormisd.

LX. *Domino meo per omnia sancto & Deo amabili fratri & comministro Hormisdæ Joannes in Domino salutem.*

*Quando Deus propria mirabilia in suis operatur, tunc oportet ea quæ divinis litteris continentur, ipsius Scripturæ vocibus fiducialiter exclamare (b): Quis loquetur potentias Domini, aut auditas faciet omnes laudes ejus in omni tempore? Ecce enim talem pium Principem Romanæ Reipublicæ suscitavit, quali multo ante & Catholica indigebat Ecclesia, & omne genus hominum videre cupiebat. Ideoque ita etiam coronam * gratiæ super eum cælitus declinavit, ut affluenter in sacrum ejus caput misericordia funderetur: omnique annunciationis ejus tempore cum magna voce Deum omnium principem glorificaverunt, quoniam talem verticem meis manibus tali corona decoravit.* Fuisse in more vides, ut Orientalis Imperii electi Imperatores ab Episcopo Constantinopolitano coronarentur. Sed pergit:

(b) Psal. 105. Joannis Episcopi Constantinop. ep. ad Hormisd.

* cornu

LXI. *Is vero maximus Imperator primam suorum certaminum palmam, devicto inimico, evidenter ostendit: secundum virtutis ejus meritum adunationem sanctissimis Ecclesiis sapientissime comparavit regnum ejus: tertium bonum, dissipata conjunxit, & pacem mundi sapientissime procuravit. Idcirco in omnibus Deo magno gratias referens cuncta sapientissime gubernanti, annunciare tibi pacem pacis filio nunciavi, in omnibus Deo amantissime, ut illud gaudium salias, quo David (c) quidem secundum legem in Arcæ Dei revocatione figuraliter exultabat, Apostoli vero per gratiam veraciter lætabantur. Gaude itaque in Domino gaudium tuæ conveniens sanctitati, & scribe ea quæ vestrum benignum animum decent, homo Dei. Nam quæ fuerant divisa, conjuncta sunt, & dispersa collecta sunt; & quæ longe erant, sibi invicem adunata sunt: & sicut oportet dicere & olim scripsi, utrasque Ecclesias tam senioris, quam novæ Romæ unam esse, evidenter intelligens, & utriusque earum unam sedem recte esse definiens, indivisibilem adunationem, & utriusque nostrum consonam confirmationem cum judicii integritate cognosco.*

De inita pace gaudium.

(c) 2. Reg. 6.

LXII. *Unde rogo Deum semper eam inseparabilem permanere orationibus sanctorum Apostolorum & tuæ precibus sanctitatis, per quas donari nobis & universo mundo clementissimum & Christianissimum Principem Justinum, & pissimam ejus conjugem, nostram autem filiam Euphemiam in pace multis temporibus comprecatur, per omnia beatissime & charissime frater. Gavisi igitur de præsentia reverendissimorum Episcoporum, necnon & clericorum vestrorum, gratias agimus: quoniam secundum petitionem nostram tales pacificos viros & dignos vestræ sedis Apostolicæ destinastis, regulam Patrum sine confusione servantes, fidemque indivisam custodientes. Quorum amplectentes in omnibus mentem, cuncta per eos ad satisfactionem vestræ egimus sanctitatis. Omnem in Cristo fraternitatem, quæ cum vestra est sanctitate, ego quoque & mei plurimum salutamus.* Hactenus Episcopus Constantinopolitanus Joannes ad Hormisdam Pontificem.

Sed ut mœrere solent dolore capitis cætera membra, ita & ejus pariter felicitate congaudent: quamobrem eidem universalis Ecclesiæ capiti, primarioque Antistiti congratulati sunt alii Catholici Episcopi. Accipe igitur quæ hoc eodem tempore unus ex eis Orthodoxæ fidei cultor eidem Hormisdæ Papæ breviter scripserit (d) Andreas Prævalitanus Episcopus in Epiro, statum præteriti atque præsentis temporis simul jungens, quo gaudendi causa appareat manifestior, his verbis titulum inscribens: LXIII. Roman. Pontif. congratulati Episcopi Orthodoxi.

(d) Extat tom. I. ep. Rom. Pont. in Hormisd.

Domino semper meo beatissimo, & Apostolica sede intima veneratione præferendo, atque Angelicis meritis coæquando, Patri Patrum Papæ Hormisdæ, Andreas.

*Commendans me humillime vestigiis vestris pissimis, indico proper Synodum Epiri Novi, quoniam finxerunt anathematizare intra semetipsos aliquas personas, hoc tantummodo ingenio usi sunt, ut nos in sua malitia caperent: quibus restitit divina Trinitas per vestras sanctas preces: & cum deprehensi fuissent in sua malitia, numquam potuimus Archiepiscopo suadere, ut ad viam veritatis & ad vestra præcepta verteretur. Sed modo cum advenerunt beatissimi atque sanctissimi domini Episcopi vel diaconi directi a sancta corona vestra; occurrerunt illis Scampinus Episcopus vir beatissimus Troius cum omni gaudio & luminaribus; & porrecto libello secundum vestram præceptionem statim recepti sunt in pace Christi, & Missas celebravere cum Episcopo in Scampina civitate. Et videntes Lignidonenses quod fecit Scampinus, simili modo & ipsi secuti sunt. Nunc dum istas litteras ordinaremus, supervenit Magistrianus de urbe Constantinopolitana; qui nunciavit, quia Deo propitio precibus sanctis vestris, & Constantinopolitani miserunt * anathema Acacio, & cum pace Pascha celebrarunt. Jam quod sequatur, vestra intercessio apud Deum laboret, ut ad perfectum servi sedis Apostolicæ inveniamur. Epistolas vero,* LXIV. Andreas Episcop. ad Hormisd.

* dixerunt

vero, quas destinaverunt ad meam humilitatem supra memorati viri beatissimi Episcopi, pietati vestræ junctas transmisi. Accepta die quo supra.

Ex magistratibus autem qui primum locum apud Imperatorem obtinebat Justinianus & ipse Hormisdæ Papæ congratulatus, ista perbreviter scripsit (*a*):

(*a*) *Extat inter epist. Hormisdæ.*

Domino meo sanctissimo Hormisdæ primo Archipontifici & Papæ urbis Romæ, Justinianus Comes salutem.

LXV. Justinianus ad Hormisdam. *Veneranda sanctitatis vestræ prædicatio regularum, quæ Christo Deo pro Ecclesiarum pace & plebis concordia jugiter supplicat; quicquid nunc per beatissimos suos sacerdotes annuit peragendum, propitia Divinitate cuncta effectui sociata sunt, nulla prorsus quorundam valente discordia. Igitur vestris sacris orationibus ac præceptionibus Orthodoxorum fide muniti, supplices petimus, ut pro sanctissimo Augusto nostro totius fidei fautore, proque ejus Republica, pro nobis quoque mandatorum vestrorum custodibus æterno Regi consueti impetrabiles preces offerre dignemini, nosque vobis fideliter supplices vestris salutiferis rescriptionibus visitare.* Hactenus ad Hormisdam Justinianus. Pompejus itidem, de quo supra, ad eumdem scripsit epistolam, cui ejusmodi præficitur titulus:

LXVI. *Domino meo beatissimo & Apostolico Patri Hormisdæ Archiepiscopo universalis Ecclesiæ, Pompejus.* Ex quo vides Romanum Pontificem universalis Ecclesiæ Episcopum semper cognitum atque vocatum. Epistola autem sic se habet:

Pompeii V. C. ep. ad Hormis. *Sanctis beatitudinis vestræ precibus omnipotentis Dei pietas exorata, tantæ nobis fidei Principem condonare dignata est, ut religiosis clementiæ ejus meritis reintegratio pacis Ecclesiasticæ, quæ votis Fidelium omnium poscebatur, jure videatur esse collata: in cujus Regis proventu solidissima principatus sui fundamenta sancti Spiritus operatione constituit, quæ tantum roboris obtinent stabilitatis invictæ, quantum actionis excellentia unica & admirabilis æstimatur. Et ideo reverendam Pontificatus vestri beatitudinem cultu reciprocantis alloquii salutantes, quæsumus, ut magis magisque pro clementissimi atque invictissimi domini nostri Principis prosperitate orare dignemini: quatenus omnipotentis Dei pietas sua dona, in quibus etiam fructus vestræ agricolationis exuberat, justis gratiæ opitulatione custodiat: nobis quoque filiis vestris spirituali vobis conglutinatis affectu, quos hujus operis maxime semper solicitudo perstrinxit, suffragatrix intercessio sanctimoniæ Pontificalis assistat.* Hæc Pompejus præcipuæ apud Imperatorem auctoritatis vir.

Scripsisse quoque ad eumdem Hormisdam reperitur clarissima femina Juliana Anicia, ex nobilissimo illo stemmate Aniciorum familiæ propagata, ex quo præter Probas etiam Julianæ plures claruere, de quibus suis locis mentio facta est, quando eodem ipsæ litterarum officio & pio obsequio prosecutæ sunt alios prædecessores Romanos Pontifices. Ista igitur prudentissima femina, probe considerans quanta esset insita Catholicis omnibus erga sedem Apostolicam reverentia, quantusque hæreticis ab ea timor illatus; cum necessariam judicaret longiorem Constantinopoli moram legatorum, breviter scribens ad eumdem Ponticem, ipsum rogat, ne eosdem legatos revocet, donec cuncta stabilita relinquant. Epistola autem paucis concepta verbis est hujusmodi: LXVII.

Domino beatissimo Patri Hormisdæ Juliana Anicia. LXVIII.

Juliana Anicia ad Hormisd. Papam. *Precibus vestræ beatitudinis, adventu legatorum principalis sedis Apostolicæ, elisis erroribus hæreticorum, in unitatem fidei Catholicæ convenimus congregati simul ad ubera materna Ecclesiæ in die sanctæ Resurrectionis. Quapropter stylo venerationis alloquentes sanctitatem vestram, admonemus, ut intimetis destinatis a vobis reverendissimis viris, nullo modo abscedere, antequam sicut prævideritis, ut oportet, firmentur ea quæ bene disposita sunt ab eis: ut amputatis omnibus reliquiis transacti erroris, impendiis vestræ beatitudinis roborata unitas ad effectum perpetuum deducatur.* Hactenus Juliana, utpote quæ Græcorum levitatem pluribus demonstratam nosset exemplis. Sed quid Anastasia itidem clarissima femina, ad quam Hormisda litteras dederat, ad eumdem Pontificem scripserit, accipe (*b*):

(*b*) *Extant inter Hormisdæ ep. t. 1. epist. Rom. Pont.*

Domino sancto & beatissimo Patri Patrum Hormisdæ Archiepiscopo universalis Ecclesiæ Anastasia.

LXIX. Anastasiæ epist. ad Hormisd. *Divini luminis illuxisse nobis gratiam merito profitemur, Apostolatus vestri reverentiam in sancto corde nostri tenere memoriam, paginali assertione noscentes: veraci namque spe confidimus supernæ misericordiæ propitiationem de Pontificali intercessione subsistere, domine beatissime & Apostolico honore suscipiende Pater. Pervigiles vestrarum orationum excubiæ, & miranda victoriosissimi Principis fides splendore Catholico semper irradians, diu expectatam sacrosanctis Ecclesiis concordiam pacis restituit, quam omnibus triumphis suis solidissime firmatis invictum jure exultat præcoluisse vexillum. Ideoque illibata vestræ paternitatis sanctimonia pro incolumitate atque prosperitate prædicti domini nostri Augusti vota precesque omnipotenti Deo offerre indesinenti continuatione*

tione persistat; ut ineffabilem tantorum bonorum gratiam, quam piis ejus sensibus inspiravit, ad futuræ quoque beatitudinis profectum conservare dignetur. Domino etiam jugali filio vestro, & mihi peculiari cultrici vestræ, cum sobole quam nobis Dominus donare dignatus est, a vestro Pontificatu oratio benigniter impendatur, cujus suffragio divini favoris protectio nobis clementer aspiret. Hic finis epistolæ Anastasiæ.

LXX. Inter hæc autem cum tardius perferrentur Constantinopoli Romam epistolæ, minime prætermisit litteris admonere legatos Hormisda de tanta causa solicitus: extat namque ejus epistolæ (*a*) ad eos datæ. Cum enim nequaquam certior redderetur de rebus Constantinopoli gestis, & jam elapsa esset sacra dies Ascensionis Domini, Paulinum Ecclesiæ Defensorem mittit Constantinopolim, cui præter eas quas ad Imperatorem litteras scripsit, hanc ad legatos epistolam dedit (*b*):

(*a*) *Hormisd. ep.* 35. 36. 37.

(*b*) *Hormisd. ep.* 76.

LXXI. *Animus noster diuturna redditur expectatione solicitus. Præcipue ad tantum Principem destinati, sub celeritate nos certiores debuissetis efficere. Nam ante diem Ascensionis Domini litteras vestras credebamus nos posse suscipere. Idcirco tam vestræ sospitatis indicia, quam profectum causæ, quam peragendam cum Dei nostri juvamine suscepistis, desideramus agnoscere. Paulinum Ecclesiæ Romanæ Defensorem cum scriptis præsentibus destinare curavimus, tam Principi litteras, quam singulis, quibus oportuit, dirigentes. Quapropter Deum nostrum congruis precibus oramus, ut ipse salutem vestram sua propitiatione custodiat, & causæ qualem desideramus concedere dignetur effectum. Quia nihil majus inter titulos optimi Imperatoris adscribitur, quam si eum Ecclesia Græca præsens & futura prædicare mereatur pacis auctorem. Data III. Kal. Majas, Eutharico V. C. Cons.* Ad eosdem item legatos septimo Kal. ejusdem mensis alias eodem argumento litteras dederat, quarum est exordium (*c*): *Opinionum diversitas, &c.* Alias postea addidit per Magistrianum dicta die III. Kal. Majas. Extant ipsæ quidem: verum illæ datæ per Paulinum ab Hormisda ad Justinum Augustum, & aliæ ad illos scriptæ desiderantur. Quod enim inter hæc litteræ tum a legatis, tum ab Imperatore & aliis Romam ad Hormisdam perlatæ sunt: eas, quarum nullus esset usus, minime redditas fuisse putamus, ac proinde nec inter alias asservatas, neque in archivo cum reliquis custoditas.

Paulinus mittitur Constantinop.

(*c*) *Hormisd. ep.* 35.

LXXII. Cum igitur his diebus tandem diutius expectatæ Pontifici redditæ essent Orientales litteræ pacis nunciæ, ingenti cum Hormisda Urbs tota gaudio perfusa est: recitatisque iisdem ex more publice in ecclesia, ipsa nimirum Sacra Imperatoris, Joannisque litteris fidei professionem continentibus, atque relatione legatorum; crebræ acclamatæ sunt Deo laudes, simulque Hormisdæ atque Catholico Imperatori præconia faustis sunt vocibus frequentata. Perjucunde in primis auditum, damnatum esse nomen Acacii, cujus causa omnes scirent tot prædecessores Romanos Pontifices desudasse. Pro votis publicis publicæ redditæ sunt Deo gratiarum actiones. Visa est tunc Roma de superata Orientalium perfidia triumphasse, & cum premeretur a Gothis, de duobus tamen impiis Imperatoribus, Zenone videlicet & Anastasio penitus debellatis & extinctis, atque cum execratione ignominiose sepultis, gloriosa erexisse trophæa. Sensit nova tunc Roma miracula, majore videlicet sine armis se præstare potentia, & posse imperare captivam, & sub hostium jugo positam leges præscribere Imperatoribus, atque licet subjectam, exigere ab Orbe tributum longe præstantius auro, nempe fidem rebellesque ducere captivos hominum animos in obsequium veritatis. Sed novit totum id se debere Christo, qui suas Petro vices legans, easdem propagavit in successores, experimentoque didicit, feliciter impletum mysterium petræ (*d*) e monte sine manibus scissæ, percutientisque pedes ferreos mystici simulacri, atque crescentis in montem, universamque terram implentis: gavisaque est, dispendio idololatriæ & dejectione humanæ superbiæ, longe ampliorem atque firmiorem se esse potentiam consecutam. Rependit pro tanto munere gratias, & una cum suo pastore exultans laudes dignas Christo persolvit.

Publica urbis lætitia.

(*d*) *Dan.* 2.

His vero impletis ex more solemnibus, Hormisda Pontifex, sui memor officii, ad Justinum Imperatorem ista rescripsit (*e*):

(*e*) *Hormisd. ep.* 38.

Hormisda Episcopus Justino Augusto.

LXXIII. *Lectis clementiæ vestræ paginis, quæ restitutam fidei concordiam nunciabant; in divinæ laudis canticum mens totius Ecclesiæ prorupit, quo canitur (f): Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Hujus igitur fiducia hymni dignam fidelibus meritis gloriam felicitatemque præsumite. Neque enim te ita Deo placitum Principem ad Imperii verticem humanus tantum consensus evexit: te sibi divinus favor ante formaverat. Tradidit enim tibi Orientis Imperium, ut ejus operum fieres instrumentum; atque ideo ut hoc in te propheticum dictum jure conveniat efficiatis (g): Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine, in progenie & generatione. Etenim cum tibi sit Christianam pacem servare propositum quis te dubitet a Christo esse dilectum*?*

Hormisd. Papæ ep. ad Justin. Imp.

(*f*) *Luc.* 2.

(*g*) *Ps.* 44.

* delectum

Hæc

LXXIV. Quæ sint firma Imperii munimenta. *Hæc prima sunt vestri fundamenta principatus, Deum placasse justitia, & ascivisse vobis excellentissimæ majestatis auxilia, dum adversarios ejus velut proprios comprimitis inimicos. Hæc nimirum maxima Reipublicæ fundamenta sunt, hoc solidum invictumque robur. Neque enim humanis ictibus potest esse pervium, quod est divinæ gratiæ firmitate vallatum. Testis est huic prophetica scriptura; ait enim (a): Elegi David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Contra autem frustra arma frustra sibi copias quærit, quem gratia superna destituit. Etenim veraciter scriptum est (b): Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam. Bellabis tu quidem divino tutus auxilio, excellentissime Princeps, & tuæ Reipublicæ, jugo ferocissimarum gentium colla submittes: sed nulla victoria potest esse præstantior, quam quod humani generis hostem post quæsita tam longi temporis firmamenta subvertis.*

(a) Ps. 88. (b) Psal. 126.

LXXV. *Enim vero cæterorum natura præliorum distincta gentibus, regionibus terminata, cruore polluta: hæc omne genus humanum palma complectitur, hunc omnibus regionibus importabis * triumphum; & quod divinæ proximum pietati est, qui paulo ante ductu diaboli grassabantur, nunc ad propriæ salutis effectum sine sanguine vincuntur. Durabit igitur huius Christianæ victoriæ per ævum triumphus. Neque enim poterunt labe temporis aboleri, quæ in sempiterna fidei stabilitate fundata sunt. Permanebit longe lateque vestrorum fama factorum, & sicut divinis designatur eloquiis (c): In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et cæteris quidem bellis agros, urbes, oppida, & quod supremum est, subjectorum libertatem tueris, quæ mortalium usibus comparata, simili quadam mortalitate solvenda sunt: In hoc certamine vita ipsa defenditur & quodammodo pro sempiternæ beatitudinis arce pugnatur.*

* imputabis. Quæ sit præstantior victoria. (c) Ps. 18.

LXXVI. Hæreses & schismata penitus extirpanda. *Quocirca continuam tanti operis apparatus clementiæ vestræ intentionem requirit. Facite, ut nullum prorsus receptaculum, ex quo rursum immanissimus hostis emergat, inveniat: cunctis eum nudate præsidiis; & si quid usquam vestigiorum ejus reliquum est, id omne clementi remedio purgate: omne nequitiæ germen funditus eruatur: adversa Deo stirpis ad vivum usque resecetur, ne minus compressa (quod absit) iniquitatis radix venenata latius iterum virgulta diffundat. Quorsum hæc? Quia superest adhuc vobis Alexandrinæ atque Antiochenæ & aliarum Ecclesiarum nullo modo negligenda correctio: in qua si suam curam clementia vestra immiserit; spes est, quo auctore bona cuncta credimus incipi, eodem celeriter auxiliatore compleri.*

LXXVII. Legatos missos commendat. *Commendamus præterea legatos ab Apostolica sede directos, & apud vestram fidem religionemque deponimus; quos ita perfectis omnibus pietas vestra dimittat, ut divinis, vestrisque beneficiis ad Apostolicam sedem plenam referant de Ecclesiarum omnium pace lætitiam. Quæ scripta per Paulinum Romanæ Ecclesiæ Defensorem famulum vestræ pietatis ingerenda transmisimus. Data septimo Idus Julii, Eutharico V.C. Consule.* Hactenus ad Justinum Augustum Hormisda, qui his similes scripsit litteras ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum, quarum est exordium (d): *Consideranti mihi tuæ scripta charitatis, &c.* Alias itidem reddidit ad Justinianum (e), itemque alias ad Pompejum, necnon alias ad singulas clarissimas Feminas Julianam & Anastasiam, datas omnes eadem die, nempe septimo Idus Julias. Præter has omnes redditas post pacem nunciatam ad Orientales litteras, adjecit alias ad legatos, quæ incipiunt (f): *De his quæ charitatis vestræ relatio comprehendit.* Monens eos laborare de pace Ecclesiarum Alexandrinæ & Antiochenæ.

(d) Hormisd. ep. 39. (e) Hormisd. ep. 40. 41. 42. 43. (f) Hormisd. ep. 46.

LXXVIII. Sed quæ post hæc consecutæ sunt litteræ legatorum ad eumdem Hormisdam Pontificem, ut singulas hujus anni res gestas singulis reddamus mensibus, hic describamus: complectuntur enim rerum Ephesinæ, Thessalonicensis, atque Antiochenæ Ecclesiarum, necnon tumultuantium monachorum historiam exacte descriptam. In primis igitur ita se habet relatio Dioscori diaconi unius ex Apostolicæ sedis legatis, cujus iste est in codice titulus (g):

(g) Extat inter ep. Hormisd. Papæ tom. 1. epist. Rom. Pont.

Relatio Dioscori ad Hormisdam.

Suggestio Dioscori diaconi. Quæ est hujusmodi: *Verum est, nulla esse gaudia magnopere spiritualia, a quibus ex toto tribulatio possit esse separata. Gaudemus de unitate Constantinopolitanæ Ecclesiæ, quæ*

PAGIUS VI. *Monachi Scythæ Constantinopoli tumultuantur.*

A num. LXXVIII. ad CXXIV. Sicut *Macedonius, & Euphemius* qui post mortem miraculis claruere, & honoribus Sanctorum exornati sunt, ut anno DXV. vidimus, a Schismate; ita & *Scythæ Monachi*, qui hoc tempore in Oriente tumultuati sunt, ab hæresi Eutychiana immunes fuere. Hanc Eutychianæ hæreseos notam, quam eis Baronius inurit, recte propulsat Em. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 18. & seqq. demonstratque, eos non solum ea culpa vacasse; sed etiam ejusdem hæresis strenuos expugnatores extitisse; licet obstinatum eorum studium, quo præconceptæ sententiæ ad cæterorum usque contemptum adhærere, culpa non caruerit. In ea itaque causa gesta hoc & duobus sequentibus annis ex eodem Card. Norisio nar-

quæ facta est cum sede Apostolica: lætamur quotidie diversorum Episcoporum libellos nobis satisfactionis offerri. Modicum in Ephesina civitate contigit scandalum, ubi contempta est & injuriata Synodus Chalcedonensis. Est invocatus clementissimus Imperator hoc corrigere, quod & sperat cum Dei adiutorio fieri.

LXXIX. *Nunc etsi post labores, etsi post intentiones plures, Antiochena Ecclesia ordinata est, electus est quidam Paulus nomine presbyter Constantinopolitanæ Ecclesiæ, quem huic honori aptissimum Imperatoris testimonio comprobatum voluerunt & tentaverunt hic ordinare. Ego jussionis vestræ non immemor, contradixi, dicens: Jussit dominus noster beatissimus Papa secundum antiquam consuetudinem, ibi eum Episcopum ordinari. Hoc obtinuit, quod præcepistis. Orat ut Deus precibus Apostoli Petri & ipsam civitatem cum pace faciat electum suscipere sacerdotem.* Sed unde, dices, altercatio ista? Hic meminisse debes quæ superiori tomo dicta sæpius sunt de injustis conatibus Acacii & successorum Constantinop. Pontificum, quibus nisi sunt usurpare sibi electionem Antiochenorum Antistitum: ut non mireris, si de ordinatione Pauli novi Episcopi fuerit altercatum. Verum prævaluit auctoritas Romani Pontificis temerarios ausus prohibentis.

Antiochenus Antiochiæ ordinandus Antistes.

LXXX. De monachorum novo errore pullulante. Sed quod inter hæc, vigilantibus licet agricolis, venisset tamen inimicus homo, & superseminasset zizania (Leontius enim cum collegis professor, ut videbatur, Catholicæ fidei & defensor Chalcedonensis Concilii, sub specie quadam pietatis, quasi niteretur ipsum roborare Concilium, hæresim Eutychianam validare studebat) audi quæ reliqua sunt relationis Dioscori ad Hormisdam: *Et quia* (inquit) *ista aguntur, & in his quotidie proficit Ecclesia: insidiator antiquus suscitavit monachos de Scythia, qui de domo Magistri militum Vitaliani sunt omnino * Christianorum votis adversarii: quorum inquietudo non parvas moras generavit unitati Ecclesiarum, & magnopere de prædictæ Ecclesiæ Antiochenæ ordinatione. Isti monachi, inter quos est Leontius, qui se dicit esse parentem Magistri militum,* Vitaliani scilicet, *Romam festinant, sperantes aliqua capitula a beatitudine vestra confirmari. Est in ipsis inter cætera, ubi volunt dicere, unum de Trinitate crucifixum, quod est nec in sanctis Synodis dictum, nec in epistolis S. Papæ Leonis, nec in consuetudine Ecclesiastica. Quod si permittitur fieri, mihi videtur dissensiones & scandala non mediocria nasci inter Ecclesias. Istud Anastasius Imperator magnopere Catholicis imponere festinavit: istud & Eutychetis discipuli in Synodo Chalcedonensi proposuerunt. Quia quotiescumque Patres de Dei Filio Domino nostro Jesu Christo disputaverunt, Filium Dei Verbum, consubstantialem Patris, homousion Patri dixerunt. Iste autem sermo ideo numquam est in Synodis a Patribus introductus, quod proculdubio Catholicæ fidei minime poterat convenire.*

* omnium

Novam locutionem jure reddi suspectam.

Cujus sermonis, si subtiliter attendatur intentio ad quantas hæreses pateat, & quæ mala per eum possint disputationibus Ecclesiasticis introduci, quoniam longum est per præsentes insinuare, præterimus. Unde sanum mihi videtur & utile, & ad pacem Ecclesiarum conveniens, nihil aliud responsum dari nisi: Sufficit sanctum Chalcedonense Concilium, in quo & aliæ Synodi continentur: Sufficiunt epistolæ B. Papæ Leonis, quas Synodus confirmavit. Novitatem in Ecclesia introducere nec volumus, nec debemus. Nova enim vox ab Ecclesia, quantumlibet pia, nonnisi ex Patrum consulto in rebus fidei utenda proponi consuevit. Sed pergit: LXXXI.

Est in propositione eorum callida & hæc dicere: Nos Synodum Chalcedonensem suscepimus: hoc speramus, ut jubeatis nobis eam exponere, quia non sufficit sic quomodo est exposita contra hæresim Nestorianam, non quasi non intelligentes; nisi conantes per subtilitatem ad hoc nos adducere, ut disputetur de Synodo Chalcedonensi. Quod si actum fuerit, dubia & infirma ostenditur, & hæreticorum omnium patuit errori. Inter alia, si post Synodum Chalcedonensem, si post epistolas Papæ Leo- LXXXII.

PAGIUS narrabimus, & in manifestam lucem ponemus. Una cum Anastasio Imp. quæ Orbem Catholicum diu dilaceraverant, dissidiis cum eo sepultis, Monachi Scythæ ingentes turbas Constantinopoli dedere. *Leontius* Monachus *Vitaliani* militum Magistri *Justino* Augusto devinctissimi affinis cum collegis Ascetis, quos inter eruditione eminebat *Joannes* cognomento *Maxentius*, hanc sententiam, *Unus e Trinitate in Carne crucifixus est*, omnibus & credendam & defendendam, ad seditionem usque, inculcabat. His acriter restitit *Victor* Diaconus, ac plerique alii in eo offensi, quod novam populis thesim proponerent, veluti Chalcedonensis Synodi Decreta non sufficerent. Cumque libri *Fausti* non modo in Occidente; verum etiam in Oriente ab aliis defenderentur, ab aliis acerrime confutarentur, idem monachi illos uti hæreticos damnabant, dum plures Byzantii eos Catholicos esse asserebant; unde etiam lites in immensum excrevere, & Principes etiam Viros in partes distraxere.

VII. *Libellum Legatis Hormisdæ porrigunt.* *Vitalianus*, qui anno sequenti Consulatum gessit, Monachis impensius quoad illum de *Uno ex Trinitate passo in Carne*, favebat, *Justinianus* vero Justini imp. nepos ea in quæstione eis adversabatur, ut ex ejus ad Hormisdam Papam literis intelligitur. Hic Legatos quinque Byzantium

Leonis, si post libellos quos dederunt & dant Episcopi, & per ipsos satisfecerunt sedi Apostolicæ, iterum aliquid novum addatur; sic mihi videtur, quia quicquid factum est, destruitur. Data tertio Kal. Junias, Constantinopoli. Hæc sunt quæ in hanc usque diem Constantinopoli contigerunt, de quibus Dioscorus legatus Hormisdam reddidisse voluit certiorem. Digna quidem Apostolico legato monitio, ne audiantur hæretici, vel quicumque alii ad recte sancita in Oecumenicis Synodis quibusvis prætextibus, novi aliquid addi petentes.

LXXXIII. Sed qua occasione ejusmodi sit oborta contentio, antequam rem gestam ulterius prosequamur, quo fiant cuncta perspicua, hic principium repetamus. Priusquam Apostolicæ sedis legati Constantinopolim pervenissent, quæstio oborta est inter eosdem Scythiæ monachos atque Victorem diaconum professorem Synodi Chalcedonensis. Cum vero Scythiæ monachi eumdem Victorem accusarent hæresis Nestorianæ, dedissentque adversus eum libellum sedis Apostolicæ legatis cum Constantinopolim pervenissent, necnon Joanni Constantinopolitano Episcopo: apud eosdem cum adversus Victorem acturi convenissent, ipse Victor quo se omnino Catholicum esse monstraret, coram ipsis judicibus professus est se credere quæ continet Chalced. Concilium, quæque habet epistola S. Leonis ad Flavianum, recipereque pariter Cyrilli scripta adversus Nestorium. Sed cum ex adverso Scythæ monachi reclamarent, hæc non sufficere, ut quis evacuetur ab omni suspicione hæresis Nestorianæ, sed addendum esse, unum de Trinitate esse Christum crucifixum; displicuit legatis monachorum cavillosa suggestio, quam negaverunt admitti debere, asserentes satis esse profiteri Chalcedonense Concilium, ut quis Catholicus demonstretur, absque aliqua additione verborum. Illi vero ejusmodi a legatis passi repulsam, indignati, appellandum putarunt a sententia legatorum ad ipsum Romanum Pontificem, apud eumdem accusaturi Victorem ut Nestorianum, & conquesturi de ipsis Apostolicæ sedis legatis, quod eumdem Victorem ut Catholicum recepissent: Sicque hi furore perciti, Constantinopoli recedentes, Romam se contulere ad Hormisdam Pontificem. Hæc quidem omnia accepta sunt ex relatione Dioscori legati ad eumdem Hormisdam, quam inferius suo loco ponemus, ubi de ejusdem Victoris causa sermo erit: cæpta enim modo prosequenda est causa Scytharum.

Verum antequam ulterius progrediamur, unde iisdem Scythis monachis manarit occasio, ut minime satis esse putarent ad fidem Catholicam astruendam adversus Nestorianum errorem profiteri Chalcedonense Concilium, nisi apposito additamento, quo quis expresse assereret, unum de Trinitate crucifixum; ex Dionysio Exiguo in præfatione ad epistolam Procli Constantinopolitani ad Armenos, quam rogante Feliciano Pastore in Latinum vertit, possumus intelligere: ait enim: *Temporibus Antistitis memorati*, Procli videlicet, *Theodosio Imperegente Rempublicam, per Syriam atque Armeniam discipuli Theodori Mopsuestenæ civitatis Episcopi pravam fidem, corrupto Symbolo, rudibus populis exorti sunt intimare, callidissima subtilitate beatam Trinitatem sic unius essentiæ prædicantes, ut Christum Dominum nostrum conditorem universitatis, unum ex Trinitate nullatenus faterentur; unde sequebatur hæc inepta suæ temeritatis absurditas, ut quia Christum constat verum esse Deum ac Dominum, quatuor personas in tribus astruerent, duosque Dei Filios proculdubio prædicarent. Sed huic impietati mire Pontifex antefatus obsistens, docuit Christum Dominum nostrum & a principio Verbum apud Deum, unum de Trinitate esse, &c.* Actum de his est superius quinto Annalium tomo. Porro cum ista acciderint ante Chalcedonense Concilium, a quo plenissime satisfactum Catholicæ veritati adversus hæreses Nestorii & Eutychetis absque ejusmodi assertione sententiæ: eam addi velle eidem sacrosancto Concilio, nec alicujus esse recipiendam Catholicæ fidei professionem absque ejus assertione, nimis durum visum est legatis Apostolicæ sedis, valdeque periculosum, ignominiosum vero LXXXIV.

PAGIUS tium destinavit, qui hoc anno circa Paschalia Festa ad Regiam Urbem appellentes, Orientalibus rebus componendis manus statim admoverunt. *Monachi Scythæ* quod ab adversariis tanquam Eutychiani per contemptum sese traduci viderent, fidei Libellum Legatis Hormisdæ, gravioribus licet negotiis occupatis, exhibuerunt, in quo suam de Christo fidem pluribus exponebant. Eo tamen dicta omnia collimabant, ut a Legatis hæc inibi inserta thesis reciperetur: *Unus de Trinitate crucifixus est in Carne.* Postea quid de Divina Gratia sentirent explicabant, hæc præfati. *His ita se habentibus, Beatissimi, nunc quid jam de Gratia Dei non qua creamur sed de ea, qua recreamur & renovamur, sentiamus, breviter exponentes, Sanctitati Vestræ necessario credimus facere debere manifestum, eo quod etiam in hac parte inimici Gratiæ Dei idest, Pelagii, & Celestii sectatores nimium nobis infensi esse videntur.* Contra vero Fausti sententiam in fine concludunt: *Abominantes etiam eos, qui contra vocem Apostoli audent dicere, nostrum est velle, Dei vero perficere; cum idemmet Doctor, & velle & perficere donum testetur esse Divinum.* Hujus Libelli meminit Baronius num. C.

Le-

ro ipsi Oecumenicæ Synodo. Unde eadem iterum significare Romano Pontifici, necessarium putavere: sic igitur a priori relatione mense elapso, tertio Kal. Julias eodem argumento ipsi legati ad Hormisdam Papam litteras conscripsere, quibus primum de causa Ecclesiæ Antiochenæ, inde de reliquis eum redderent certiorem, Fuisse autem tertiam vel quartam hanc epistolam a legatis sedis Apostolicæ scriptam post initam cum Ecclesia Constantinopolitana concordiam, ipsi in ea legati testantur, quæ instar relationis ita se habet (*a*):

(*a*) *Extant inter Hormisd. ep. post 62. secunda.*

LXXXV. *Cum Dei misericordia, quo ordine & qua cautela communicavimus in Ecclesia Constantinopolitana, jam aliis litteris per servum vestrum Pollionem directis vestra beatitudo cognovit. Et similiter in aliis literis non semel, sed secundo, qualia æmuli homines religionis tentant, significare curavimus: ut nihil sit actum, aut cogitatum faciendum, quod lateat beatitudinem vestram. Stat nobiscum cum Dei adjutorio, quicquid in Constantinopolitana Ecclesia est ordinatum. Non titubant gaudia spiritualia, quæ celebrarunt & celebrant Catholici.* Ista præfati, mox hæc de Ecclesia Antiochena:

LXXXVI. De causa Ecclesiæ Antiochenæ. *Causa Antiochenæ Ecclesiæ ordinationis non solum nobis labores fecit, sed grandes tribulationes: quia homines festinantes impedimentum facere generali unitati, diversis modis diversa impedimenta fecerunt. Nostra erat propositio de his qui se suspenderant de anathemate in prædicta Ecclesia ordinare sacerdotem. Non proposuerunt ante oculos suos futurum judicium, palam dicentes: Omnes qui sedi Apostolicæ communicabant, Nestoriani sunt: & magis illis non debere credere, qui modo videntur ad communionem sedis Apostolicæ revocati.* Eutychianorum hæreticorum ejusmodi erat assertio, & in ore eorum solita versari calumnia, Orthodoxos omnes qui sacrosanctum Chalcedonense Concilium profiterentur, vocare Nestorianos, multo magis autem ipsum Romanum Pontificem, qui in hoc præ cæteris laborabat, nec quemquam in communionem recipiebat, nisi fidem Catholicam ab eodem Concilio comprobatam profiteretur. Erant, inquam, hujusmodi Eutychianorum falsi prætextus, ut se ab eorum communione segregarent. Sed pergunt: *Post multas afflictiones, & pene in tres menses a Patribus protracta certamina, piissimus Imperator sua auctoritate Paulum nomine presbyterum de Ecclesia Constantinopolitana elegit Episcopum fieri in Ecclesia Antiochena, dicens inter alia & hoc testimonium de ipso, quia duobus annis in Antiochia positus, non mediocriter resistebat Severo hæretico: similia & omnes Catholici consonabant. Et omnia ista de persona prædicti Imperator se promisit ad vestram beatitudinem relaturum.* Hactenus de causa Antiochena: mox vero subdunt de monachis Scythiæ malorum omnium architectis his verbis: De electione Pauli Constant. presbyt. in Antiochenum Episc.

LXXXVII. De Monachis Scythiæ tumultuantibus. *Harum tamen tribulationum provisores & socii, & unitati Ecclesiarum impedimento monachi de Scythia fuerunt, qui postea hinc * discesserunt, assignati ab omnibus nihil pacificum cogitare, ab beatitudinem vestram, cucurrerunt sperantes surrepere, & per litteras vestræ sedis suas intentiones confirmare. Isti de sua provincia Episcopos accusant; inter quos est Paternus Tomitanæ civitatis Antistes. Petitiones obtulerunt; & coacti piissimi Principis & domini Vitaliani Magistri militum jussione, frequenter ad audientiam causæ convenimus; non quasi volentes nos in his negotiis occupare, quia nobis sunt ante oculos beatitudinis vestræ præcepta, quibus præcepistis, ut causæ tantum, cui veneramus intenti, nullis aliis negotiis misceremur; sed sperantes posse intentionem eorum pacari, ad hoc descendimus.* (* hic defecerunt)

LXXXVIII. Perfidi Monachi fugæ se dedunt. *Et quia nobis diu laborantibus: illis nullam suscipientibus rationem nihil proficiebat in eo, quo tendebamus: clementissimus Imperator in conventu publico, ubi & nos interfuimus, Paternum prædictum Episcopum & magnificum virum Vita-*

PAGIUS VIII. *A legatis repulsam patiuntur.* Legati hisce de rebus nihil se a Pontifice in mandatis habuisse dicebant; imo aperte sibi injunctum, ne aliis se se causis immiscerent. Verum coacti Imperatoris intercessione Monachis aures tandem dedere; ita enim ad Hormisdam de Monachis scripsere, ut legitur in eorum Suggestione Tomo IV. Concil. pag. 1514. *Petitiones obtulerunt, & coacti Piissimi Principis, & Domini Vitaliani Magistri militum jussione frequenter ad audientiam causæ convenimus, non quasi volentes nos in his negotiis occupare, quia nobis sunt ante oculos Beatitudinis vestræ præcepta, quibus præcepistis, ut causæ cui veneramus intenti, nullis aliis negotiis misceremur. Dat. III. Kal. Julias Constantinopoli,* ut videre est apud Baronium num. LXXXVII. Legati illis sæpius auditis, unaque cum *Victore* Diacono alterius factionis primipilo, quo hominum molestia se se liberarent, tale demum responsum dedere: *Quod non est scriptum a Papa Leone non suscipimus,* ut in eadem Suggestione legitur. Novas enim præter Synodum Chalcedonensem theses de Christo populis inculcare, & hunc articulum, *Unus e Trinitate crucifixus est Carne,* uti appendicem Synodo adjicere, (ita enim Legati suspicabantur) temeritati, atque insolentiæ proximum judicabatur. Sene id temporis inter extremos Nestorianorum & Eutychianorum errores regia via incedere, adeo difficile videbatur, ut quidquid novi a quopiam afferi audiebatur a Catholicis, alterutri hæresi illud favere existimaretur. Nihil tamen coram Legatis de quæstionibus *de Gratia, & Libero Arbitrio,* vel de *Fausti* libris disputatum fuit, ut ex Suggestione Dioscori unius e Legatis colligitur. Attamen *Victorem* Dia-

talianum reduxit ad gratiam: accusatores quoque ejus suo præcepit Episcopo supplicare. Monachi vero cum similiter ad concordiam quærerentur fuga lapsi, maluerunt de civitate discedere, quam ad concordiam pervenire. At quanto in discrimine ob eosdem tumultuantes monachos constituta esset Catholica fides, si audirentur ab ipso Rom. Pontifice, iidem legati ista subdentes declarant: *Prædicti monachi ad Italiam venientes aliquanta capitula proponere habent, inter quæ & unum de Trinitate crucifixum continetur, sperantes ita confirmari ex auctoritate beatitudinis vestræ: sicut & in aliis litteris significavimus, & modo hoc dicimus, ut nulla novitas a sede Apostolica scribatur; quia & nos ante Imperatorem & ante Senatum hæc indicavimus, dicentes: Extra Synodos quatuor, extra epistolas Papæ Leonis nec dicimus, nec admittimus, quicquid non continetur in prædictis Synodis. Aut: Quod non est scriptum a Papa Leone, non suscipimus.*

LXXXIX. *Quia si voluerit dominus noster qualemvis novitatem scribere, pejus erit istud initium* quam illud quod factum est per Eutychetem. Sufficere debet Ecclesiæ, quod per sexaginta annos ab Eutychete usque modo sustinuit. Nobis, quod visum est, scripsimus; in vestra potestate est, deliberare quod vobis Deus imperaverit: quoniam hæc illi nituntur asserere, eo modo sibi satisfacere cupientes, ut ita profiteamur, & dicamus unum de Trinitate passum esse; quod nec Patres, nec Synodi dixerunt.* Hæc legati, non negantes penitus dici non posse, sed cavendam in verborum novitate fraudem latentem, explodendamque temeritatem ad sanctum Concilium addere aliquid præsumentem. Sed pergunt:

* vitium. Explodenda novitas.

XC. Vitalianus deficit ad hæreticos.

Ista ideo per singula exposuimus, ne illorum subtilitas glorietur in nostra simplicitate propter istas novas suas intentiones. Vitaliano magnifico viro subrepserunt, ut & talia vindicare pro talibus rebus, & contra nos quæcumque potuit impedimenta afferret; cujus immutationem omnis nobiscum deflet Ecclesia. Quapropter rogamus, ut consueta cautela, & qua solet Dominus noster vigilantia cogitetis, & quomodo suspendendi sint, qui a nobis taliter recesserunt, & a nostra communione fuerunt sejuncti; & quid eis respondeatur, vel quomodo eorum capitula repellantur: quia eos omnes Constantinopolitana Catholica exhorret Ecclesia. Data tertio Kalend. Julias, Constantinopoli.

Quod vero ad Vitalianum spectat: memor ne es (lector, compello te) quæ ad finem superioris tomi pluribus dicta sunt de tam præclaro viro Magistro militum? cum inhærens adversus Anastasium Imperatorem hæreticum Catholico populo, eum in angustiam haud mediocrem conjecit. Sed qua illa ipse egerit mente, postrema hæc ipsius actio declaravit: nempe cupiditate invadendi Imperii flagrasse hominem, eaque semel amentia captum, cuncta quæ ageret, in eumdem finem ducto funiculo direxisse. Hinc vides, mutatis postea rebus, cum regnaret Catholicus Imperator, in adversam ipsum transire partem, seque jungere cum hæreticis Eutychianis, quos antea videri voluit impugnasse; eisdemque pro posse favere, quorum ipse favore adversus Justinum erigeretur. Sic plane licet prætenderetur de religione contentio, re vera tamen de regno adipiscendo, vel potius assumenda tyrannide intus ardens occultabatur intentio. XCI. Artes Vitaliani de invadendo Imperio.

Verum intelligens ista Justinus, Vitalianum e medio sustulit: qua autem arte artem deluserit, accipe ex Evagrio, qui ait (a): *Vitalianum vero vitam in Thracia degentem, qui Anastasium Imperio exturbare moliebatur, Justinus Constantinopolim accersit: nam & potentiam ejus extimuit, & ancipitem fortunam quæ in bellis cerni solet, & nominis ejus celebritatem, quæ in omnium ore fuit, & imperii qua flagrabat cupiditatem. At cum conjectura conspiceret, idque sane verissime, se non alia ratione eum posse vincere, nisi amicitiam erga eum simularet; vultu mere ad fraudem composito, quæ facile deprehendi non posset, unum ex Ducum numero, qui Præsentes vocantur,* XCII.

(a) Evagr. l. 4. c. 3. Justinus dolo agit contra dolosum Vitalianum.

PAGIUS Diaconum de gratia & humana libertate cum iisdem Scythis litem habuisse, idem Dioscorus hisce significat: *Victor Diaconus dicitur quidam cum isto, antequam nos Constantinopolim ingrederemur, habuerunt intentionem de Uno Trinitate crucifixo, & de Christo composito, & de aliis capitulis nobis hinc positis.* Capitula vero illa erant tria contra Pelagianam hæresim statuta, quæ habentur Tomo VI. Biblioth. PP. part. I. editi Colon.

IX. *Romam aliquos ex suis destinant.*

Scythæ Monachi hac repulsa in indignationem acti Romam ad *Hormisdam* Legationem mittere decernunt; electi *Achilles, Joannes, Leontius, & Mauritius*, qui ultimus apud Baronium num. XCVI. in *Maxentium* perperam mutatur, qui tamen Constantinopoli, ut dicemus substitit. Ubi primum Monachorum Legatos Romam profectos innotuit, statim *Justinianus* Domesticorum Comes, ac Legati Pontificii literas ad Hormisdam dedere, quibus eundem de iis, quæ in illa quæstione cum Monachis acti essent, certiorem reddebant, simulque Pontificem hortabantur, ut Monachos procul a conspectu ex Urbe pelleret. Justinianus hæc scripsit: *Quoniam comperimus, quosdam nomine Monachos, quibus magis discordia studio est, quam charitas & pax Dei, cupientes quædam perturbare ad Angelum vestrum hinc dis-*

tur, *eum designat; at quo magis persuaderetur Vitaliano, & facilior aditus ad fraudem pateret, ad Consulatus quoque honorem effert*. Hæc Evagrius, sed proculdubio ex Zacharia Eutychiano ipsi Vitaliano favente, & ejus necis causam Justini inique ascribente tyrannidi. Sed hæc facta sunt anno sequenti. Quomodo enim, qui hoc anno Consul est designatus Vitalianus, sequenti in ejus muneris functione occisus est, suo loco dicturi sumus. Qui vero potissimam causam necis Vitaliani ignorarunt, vel dissimularunt (quæ ex litteris legatorum satis potest esse comperta) calumniose Justinum doli & crudelitatis insimulant. Sed ad legatos Constantinopoli commorantes redeamus.

XCIII. Dederunt iidem legati Apostolicæ sedis eidem nuncio, cui & relationem rerum gestarum commiserunt, alias litteras ad Hormisdam eodem die conscriptas de religiosa petitione Justiniani Comitis Domesticorum viri clarissimi. At quænam illa fuerit, ipsæ litteræ legatorum declarant, quæ sic se habent (*a*):

(*a*) *Extant tom. 1. ep. Rom. Pont. in Hormisd.*

De mittendis reliquiis SS. Apostolorum Constantinop.

Filius vester magnificus vir Justinianus res convenientes fidei suæ faciens, basilicam sanctorum Apostolorum, in qua desiderat & beati Laurentii martyris reliquias esse, constituit. Sperat per parvitatem nostram, ut prædictorum sanctorum reliquias celeriter concedatis. Habuit quidem petitio prædicti viri secundum morem Græcorum, & nos contra consuetudinem sedis Apostolicæ exposuimus. Accepit rationem. Et quia talis est fervor fidei ejus, qui meretur quicquid de Apostolica sede depoposcerit, & talis est, qui sperat unde & salus animæ & fidei effectus accrescat, talibus desideriis postulata competit non negare. Unde si & beatitudini vestræ videtur, sanctuaria beatorum Apostolorum Petri & Pauli, secundum morem, ei largiri præcipite: & si fieri potest, ad secundam cataractam ipsa sanctuaria deponere, vestrum est deliberare. Quid autem intelligant legati per sanctuaria; atque per primam & secundam cataractam, deque more isto Ecclesiæ Romanæ, consule quæ ex Gregorio Turonensi & aliis dicta sunt superiori tomo. Sed pergunt.

Sanctuaria petenti Justiniano concedenda.

Petit & de catenis sanctorum Apostolorum, (si possibile est) & de craticula beati Laurentii martyris. Ista sunt desideria prædicti viri: in hoc fides ipsius est incitata. Propter hoc in urbem vestram virum spectabilem Eulogium Magistrianum direxit, hoc sibi satisfacere judicans, si de ipso fonte, de quo per omnem terram sanctuaria Apostolorum sunt data, inde & ipse reliquias suscipere mereatur. Et bene facitis causam Ecclesiasticam magnopere in contestatione Dei tali homini commendare, cujus sinceritas & integritas circa religionem Catholicam nota est omnibus hominibus. Hic voluerunt capsellas argenteas facere & dirigere: sed postea cogitaverunt, ut & hoc quoque a vestra sede pro benedictione suscipiat. Singulas tamen capsellas per singulorum Apostolorum reliquias fieri debere suggerimus. Data tertio Kal. Julias, Constantinopoli. XCIV.

Intelligis, lector, quam præstaret hoc sæculo cultus sacrarum reliquiarum, cum pro magno munere maximi Principes peterent & acciperent non ex carne, vel ossibus, aut aliis; sed velum, quod ad secundum foramen demissum in sepulcrum Apostolorum, virtutem inde contraheret haud exiguam. Audis, inquam, quis esset Fidelium ardor ex universo Christiano orbe legationes Romam mittentium, ut vela apposita Apostolorum sepulcris (quæ sanctuaria dici consueverunt) acciperent, ex quibus eorumdem Apostolorum virtutem in signis edendis haurirent. Neget insanus quisque Novator Apostolos esse Romæ sepultos; & sacrarum reliquiarum cultum, dæmonis instar horrescat. Sed præstat jam de his tantum audire virum Justinianum ipsum eadem suis litteris ab Hormisda ita petentem, cum in primis de vanis disceptationibus monachorum ingerit narrationem (*b*): XCV.

Domino sancto meritis beatissimo & Apostolico domno Patri Papæ Hormisdæ Justinianus V. C.

(*b*) *Extat t. 1. epist. Rom. Pont. in Hormisd.*

Propitia Divinitate, quæ semper Ecclesiam Catholicam per incrementa fidei instituit, unitas sanctarum Ecclesiarum per doctrinam & auctoritatem Apostolatus vestri XCVI.

PAGIUS *discedentes, iter arripuisse, quos Beatitudo Vestra præsentibus scriptis causam livoris eorum cognoscens, ita ut merentur, suscipere, & a se longe pellere dignetur: quoniam vaniloquia ipsorum festinantium, novitates introducere in Ecclesia, quod neque quatuor Synodi venerabiles, neque Sancti Papæ Leonis Epistolæ continere noscuntur, in omni loco turbas excitare videntur*. In eamdem fere sententiam ad Hormisdam Legati misere Suggestionem citatam, arguentes Monachos: *Si voluerit Dominus noster qualemvis novitatem scribere pejus erit istud initium, quam illud, quod factum est per Eutychem. Sufficere debet Ecclesiæ, quod per sexaginta annos usque modo sustinuit*. Hæ literæ una cum literis Justiniani datæ sunt III. *Kal. Julias*, *Eutharico Consule*. Epistola tamen Justiniani est sine die, & Consule, legiturque Tomo IV. Concil. pag. 1516.

X. Ubi primum Monachi Romam ingressi sunt, superveniente paulo post *Eulogio* Magistriano, cum Literis Justiniani & Legatorum, *Hormisda* variis consiliis rem cœpit perpendere, neque æquum duxit, illos procul a suo conspectu amovere, & ab Orthodoxorum communione, ut Legati, & *Justinianus* petierant, suspendere;

In eorum causa Hormisda suum judicium suspendit.

De Monachis vagis Romam venientibus admonitio.

*stri provenit. Sed quoniam comperimus quosdam nomine monachos, quibus magis discordia in studio est, quam charitas & pax Dei, cupientes quædam perturbare, ad Angelum vestrum hinc discedentes iter arripuisse: quos beatitudo vestra, præsentibus scriptis causam livoris eorum cognoscens, ita ut merentur, suscipere & a se longe pellere dignetur: quoniam vaniloquia ipsorum festinantium novitates introducere in Ecclesia, quod neque quatuor Synodi venerabiles, neque S. Leonis Papæ epistolæ continere noscuntur, in omni loco turbas excitare videntur. Quamobrem etiam & a viris reverendissimis Episcopis & diaconibus directis ab Apostolatu vestro ad nos Angelus vester destinare dignetur, & ipsos digna correctione perculsos (ut superius dictum est) pellere jubeat. Ergo hæc petimus, ut (sicut supra dictum est) ipsas hujusmodi litteras per eumdem portitorem ad nos dirigere magnopere festinet. Sunt autem nomina eorum, Achilles, Joannes, Leontius, & Maxentius *. Hæc nostra est maxima solicitudinis causa, ne unitas, quam vester labor oratioque perfecit, per inquietos homines dissipetur sperantes in Domino Deo, quia si quid est quod adhuc a totius Orbis pace dissentiat, hoc quoque orationibus vestris Apostolicæ sedis communioni societur.* Hæc quidem de novantibus monachis pie sancteque Justinianus Hormisdam Papam admonuit: verum, quomodo immutatus, eorumdem postea cœperit favere sententiæ suo loco dicendum; modo ipsius ad eumdem Pontificem epistolæ reliqua prosequamur; nam subdit:

* Mauritius.

XCVII. De reliquiis Apostolorum mittendis.

Præsumentes autem de beatitudinis vestræ benevolentia, paternam dilectionem nimium petimus, quatenus reliquiis sanctorum Apostolorum tam nos, quam basilicam eorum hic in domo nostra sub nomine prædictorum venerabilium constructam illustrare & illuminare large dignemini: cognoscentes, quod nullum nobis majus beneficium, nec munus præstare potestis, domine beatissime Pater, quam si hanc nostram petitionem adimpleveritis. Subito autem iter arripiente prædicto Agente in rebus, etiam duo pallia serica ad ornamentum altaris sanctorum Apostolorum direximus: quæ suscipientes, efficacissimis precibus vestris, nostri jubete jugiter facere memoriam. Hactenus Justinianus ad Hormisdam. Scias autem, teste Procopio (*a*), ecclesiam illam titulo Hormisdæ fuisse nominatam; nam ipse ait: *Principio Justinianus sanctis Petro & Paulo templum extruxit juxta regiam aulam, ab Hormisda olim denominatum; ubi, priusquam imperaret, domicilium fovebat.* Hæc Procopius, qui prætermisit a Justiniano templum extructum illud fuisse, antequam Imperator creatus esset. Quod vero ad titulum Hormisdæ spectat, par est credere ab eo denominari voluisse ecclesiam Apostolorum, a quo ipsorum acceperat (ut dictum est) sanctuaria expetita.

(*a*) *Procop. de ædif. Justin. Imp. l. 1.*

XCVIII. Quod autem ad monachos pertinet; duas alias eodem argumento, nempe de controversia excitata per eosdem Scythiæ monachos idem Justinianus ad eumdem Romanum Pontificem epistolas dedit: in quarum posteriori per eumdem qui supra Eulogium missa, inter dignas alias sententias, hæc habet de auctoritate atque majestate Apostolicæ sedis, cujus sit probare vera atque Catholica dogmata, & in ambiguis ferre sententiam; cum ait (*b*):

Post semel enim divina misericordia donatam Ecclesiæ Catholicæ unitatem, quidam asserunt, Christum filium Dei Dominum nostrum pro nostra salute carne crucifixum, unum de Trinitate debere prædicari: quod si suscipiendum sit, paterna provisione reverentia vestra cautissimo suo

(*b*) *Extat t. 1. epist. Rom. Pont. in Hormis.*

PAGIUS

re; quod adeo inhumaniter excipiendi non essent, qui supremum Orbis Christiani Tribunal appellassent. Inaudito tamen *Victore*, quem Monachi accusabant, minime tutum arbitrabatur, in re gravissima, quæ tantis utrimque studiis in Oriente agitabatur, sententiam ferre. Accedebat, magnam esse in illa propositione, de qua lis erat, æquivocationem. Etenim legati eam sic a Monachis exprimi scripserant: *Unum de Trinitate crucifixum*, quam assertionem cum *Anastasius* pro Eutychiana hæresi inculcasset, eamdem in suspicionem doctiores merito vocabant, quasi una tantum in Christo natura prædicaretur. At Monachi eo dicto se in invidiam trahi protestabantur; eorum enim hæc erat assertio: *Unum de Trinitate passum Carne*, & in Libello fidei hæc scripserant: *Deum Verbum unigenitum Filium Patris Dominum M. Jesum Christum, qui pro nobis passus est carne, unum de tribus subsistentiis unius Divinitatis esse credimus.* Quare *Hormisda*, qui se nemini adversantem præbere volebat, per *Eulogium* ad Legatos scripsit: *præterea Monachos, quos venisse Romam significastis Literis vestris, ad propria mox voluimus reverti, sed quia sub testificatione potentiæ Divinæ dicebant per insidias in itinere paratas vitæ se posse sustinere discrimen volentes redire Constantinopolim, passi non sumus violenter expelli.* Est Epistola LXVI. *data IV. Nonas Septemb. Euthárico V. C. Cos.* De his Literis Baronius num. CXVIII. & seq. Literæ vero ad Legatos interciderunt.

XI. Cogitat de causa Episcopo Constantinopol. committenda.

Ex responsione tamen *Dioscori*, quam eisdem reposuit colligitur, *Hormisdam* decrevisse Monachos Byzantium dimittere, causa ad Joannem Constantinopolitanum Patriarcham delegata. Nam Dioscorus in Literis ad Hormisdam datis *Idibus Octobr. Euthárico Consule*, hæc respondet: *per Eulogium virum sublimen Literas Vestræ Beatitudinis suscepimus in quibus significastis intentionem Monachorum Scytharum, & quomodo visum fuerit Apostolatui Vestro, Episcopo Con-*

ſuo reſcripto, quid ſequi, quidve ſuper hoc vitare debeamus, nos certiorare dignetur, quoniam verba videntur facere diſſenſionem: nam ſenſus inter Catholicus omnes unus eſſe probatur. Imponite igitur vobis ſemel ſuſceptum laborem, ſancte ac venerabilis Pater, etiam in hoc prædeceſſores veſtros ſequentes, quorum memoriam & amplectimini, & conſortio Pontificatus ornatis; & de hac intentione liberos nos properate reddere & ſecuros. HOC ENIM CREDIMUS ESSE CATHOLICUM, QUOD VESTRO RELIGIOSO RESPONSO NOBIS FUERIT INTIMATUM, &c. Intelligis quidem, lector, Juſtiniano dignam, cum ſuæ eſſet mentis compos, atque præſtaret pietate, ſententiam: ex qua perſpicue ſatis quiſque percipere, manuque tangere poſſit, quanta eſſe ſoleret in Theologicis controverſiis definiendis Apoſtolicæ Sedis auctoritas: ut quod ab illa eſſet definitum, illud apud omnes Catholicum haberetur.

Illud eſſe Catholicum quod a Romano Pontifice proditur definitum.

XCIX. De rebus geſtis a Monachis Scythiæ Conſtant.

De ipſis nos acturi Scythiæ monachis Conſtantinopoli Romam confugientibus ad Hormiſdam Pontificem, antequam res ibi ab eis geſtas attingamus, narrationis ordo poſtulat, ut quæ ab ipſis acta ſunt antequam Conſtantinopoli receſſerint, eadem accuratius recenſeamus. In primis autem ex his quæ dicta ſunt & inferius dicentur, plane comperitur ſignis haud obſcuris, & argumentis minime dubiis, eoſdem ipſos Eutychianos fuiſſe hæreticos; ita tamen, ut qui ſpeciem præſeferrent Orthodoxorum, ipſum Eutychetem cum ſuis ſectatoribus oppugnare videri voluerint. Sic plane ipſis viſum hoc tempore negotium agendum eſſe, cum ubique de proſtrata Eutychiana hæreſi Catholici triumpharent. Verſutum ſane callidumque commentum, ut dum videntur in hæreſim Eutychianam inſurgere, veluti manu porrecta eamdem erigerent; labefactareque tentarent ſacroſanctum Chalcedonenſe Concilium, dum nova adjectione verborum roborare illud velle, callide ſimularent: cujus rei cauſa & ſcripſerunt libellum fidei, quem legatis Conſtantinopoli agentibus obtulerunt: extat ipſe quidem, eſtque ipſius hujuſmodi inſcriptio (*a*):

(*a*) *Editus a Cochlæo poſt Fulgentii opera.*

C. Libellus Monachorum Scytharum Legatis oblatus.

Dominis viris beatiſſimis Germano, & Joanni Epiſcopis, Felici & Dioſcoro diaconis, Blando presbytero, & univerſæ legationi ſedis Apoſtolicæ, libellus ab exiguo Maxentio & omnibus qui mecum ſunt. Ita titulus: ipſe autem libellus ſic incipit: *Quoniam nonnulli videntes nos contra eos qui inimico propoſito venerabilis Chalcedonenſis Concilii fidem nituntur, evertere, Patrum proferre ſententias, &c.* Verum dum ſimulant pro Synodo Chalcedonenſi inire certamen, eam conantur prorſus evertere. Ejuſmodi plane eſſe noſcuntur mores hæreticorum, ut omnia proditorie agant, & accepta teſſera Catholicorum inter ipſos Catholicos militare videri velint, ut contra fidem Catholicam aliquid proditorie tutius machinari poſſint. Miraberis tunc magis, lector, cum videris dolos & fraudes ipſorum jam perſpicue patefactas; quas haud facile quis ex eorum ſcriptis deprehendat, niſi prius totius rei geſtæ hiſtoriam accurate perdiſcat. Intelliges itaque ex promenda hiſtorica veritate, ex ipſa inquam continuata rerum geſtarum ſerie ex Hormiſdæ & aliorum epiſtolis contexenda, horum impoſturas, dolos, atque fallacias: quæ ſi prudentem virum prætereant, mox deceptus, eoſdem ipſos vere eſſe Catholicos, immo & acerrimos fidei Catholicæ defenſores facile judicabit; ut pluribus evenit, quos quæ de his dicta ſunt a nobis atque dicenda latuerunt.

Sic plane accidit, ut cum adeo doloſa arte fucata extent ipſorum ſcripta, haud ſatis fuerit Lynceos habenti oculos Cochlæo viro diſerto & Catholica fide pol- CI.

PAGIUS *Conſtantinopolitano cauſam delegare, ut ipſe inter eos, & qui ab eis impetuntur, audiret.* Hoc autem ſummopere Legatis diſplicuit; nolebant enim cauſam ad *Joannis* Tribunal devolvi, quem a *Vitaliano* Scythis acquiſitum ſuſpicabantur. Hic enim nullum non movebat lapidem, quo Scythæ cauſa ſuperiores evaderent. Immo ipſe *Victor* ab incepta accuſatione deſtitiſſe videbatur, *Vitaliani* precibus placatus, vel auctoritate deterritus; quare Romæ cauſam tractari ſatius arbitrati ſunt. Illa quidem Hormiſdæ *Dioſcorus* in eiſdem literis ſignificavit; *Poſtea ſine nobis magnificus vir Vitalianus Magiſter militum inter ſe & Epiſcopum Conſtantinopolitanum vocaverunt prædictum Victorem, loquuti ſunt cum eo; quid definierint inter ſe neſcimus; poſtea nec Victor ad nos venit, nec eſt cauſa dicta.* Hæc Epiſtola, ſeu Suggeſtio Dioſcori refertur Tomo IV. Concil. pag. 1519. & ex parte a Baronio num. CXXII. & ſeq.

XII. *Monachi a Vitaliano & Juſtiniano commendati.*

Erat tum temporis Conſtantinopoli *Paulinus* Romanæ Eccleſiæ Defenſor, qui *Hormiſdæ* literas *VII. Idus Julii* ad Juſtinum Imp. datas detulerat, ac propediem Romam reverſurus ferebatur. Ad hunc *Vitalianus* ſe confert, Monachos Romæ degentes enixius commendat, *Dioſcorum* Legatum ex Judice adverſariæ partis Advocatum agere conqueritur, literaſque ea de re ad *Hormiſdam* transferendas tradit: Sed neque his officiis contentus homo militia clarus ac in rebus gerendis induſtrius, *Juſtinianum* adoritur, & non modo illum in partes ſuas traducit; ſed & ab eodem literas obtinet per eumdem *Paulinum* in favorem Scytharum perferendas. Hæc conſtant ex litteris Juſtiniani, quæ ſine die & Conſule extant Tomo IV. Concil. pag. 1517. ubi ait: *Unde ad Beatitudinem Veſtram & frater noſter glorioſiſſimus Vitalianus per Paulinum virum ſublimem Defenſorem Veſtræ Eccleſiæ reſcripſit*, &c. *Et nos per*

Cochlæus edidit libellum Maxentii, atque laudavit.

pollenti, qui eorumdem scripta, unius ex ipsis titulo inscripta Maxentii nactus, eadem primus post Fulgentii opera edens & laudans, esse hæreticorum hominum partum minime intellexit; cum insignitum opus nomine Orthodoxo, ejusque auctorem plene laudavit in præfatione, quam in operis fronte perspicuam cunctis affixit. Ita quidem ipse candido atque sincero animo, hæreticorum omnium alioqui valentissimus oppugnator, quod minime compertas haberet omnes epistolas de eadem controversia ultro citroque datas; cum præsertim ex ipsorum assertione fictam crediderit Hormisdæ datam ad Possessorem epistolam. Quod enim videret hominem gravissimis sententiis perstringere Eutychetem atque Nestorium, & veluti exurgere defensorem pro Synodo Chalcedonensi, nullum putavit latere dolum sub symbolo pacis; proculque abesse existimavit, ut propugnator illius, dici posset ejusdem sacri Concilii demolitor.

CII. Irrepere tentavit vafer impostor (ut dictum est) vano quodam prætextu declarandæ sententiæ Concilii Chalcedonensis, quædam adiiciendo, ut ex hoc posset ipsum funditus perdere, & damnatam hæresim restituere; religionisque simulans donum, alterum equum Trojanum ad Catholicam fidem expugnandam admovit, cum pro defensione Orthodoxæ fidei, Orthodoxa simulavit compingere scripta, quæ intus occultos clauderent hostium cuneos armatorum; sic simulans ad robur & firmitatem Chalcedonensis Concilii ejusque declarationem illa esse adiicienda verba, quibus diceretur, Unus de Trinitate esse crucifixus: quam sententiam (ut vidimus) legati ipsi Apostolicæ sedis agentes Constantinopoli, prorsus reiiciendam esse putarunt, utpote qua numquam Patres in Synodalibus sententiis usi fuissent: latere enim sciebant sub melle venenum, & errorem occultum sub piorum involucro verborum sententiarumque celari, atque foveri aspidum ova assertione Catholicæ fidei. Sic illi quidem summa arte doloque secundum Chalcedonensis Concilii definitionem profiteri videri voluerunt duas esse in Christo naturas indivise & inconfuse conjunctas in una eademque persona: atque ad omnem etiam suspicionem tollendam Patripassianæ sive Theopaschitarum hæresis, non simpliciter unum de Trinitate passum, sed addiderunt esse passum in carne.

Quæ quidem nova & hactenus post Chalcedonense Concilium inusitata penitus, ac proinde suspecta, ab ipsis asserta verborum sententia, licet in aliis bene cognitis Orthodoxis, a quibus omnis imposturæ suspicio procul abesset, tolerabilis videri potuerit, in istis tamen jure fuit penitus condemnanda: dum ea ad impugnandum Chalcedonense Concilium cognosceretur callide ab ipsis inferri, cum eo additamento supplendum contenderent ipsum sacrosanctum Concilium; quasi carens ipso, esse dicerent imperfectum, ac proinde cui haud tuto credi posset: cum insuper (ut ex ipsorum verborum sensu patebit inferius) abhorrerent dicere, unam Trinitatis personam esse passam in carne, explodere receptum in Ecclesia personæ nomen dolose conantes; necnon etiam (quod deterius videri potest) sic unum de Trinitate in carne natum & passum dicerent, ut nulla habita proprietatis vocum distinctione, sicuti Deum, ita divinitatem natam, & passam dicerent: prout quæ paulo post dicenda erunt, palam ostendent. His igitur & aliis pluribus ex causis, quæ dicentur, etsi ista in aliis fide Catholica bene perspectis (ut diximus) toleranda videri poterant, in his tamen fuerunt omnino cavenda. CIII.

Sunt quidem (ut dictum est) & aliæ causæ, quibus cum legati, tum ipse in primis Romanus Pontifex Hormisda (ut suo loco patebit) & alii insignis nominis Orthodoxi permoti, eam sententiam de passo uno ex Trinitate minime recipiendam esse putarunt: quas, de his fusius disputans, recitat Ferrandus diaconus Carthaginensis in epistola ad Anatolium Ecclesiæ Romanæ diaconum, verbis istis: *Recordor aliquando triplicem me intellexisse causam, quæ dubitare quosdam* CIV.

Causæ cur vitarent dicere unum de Trin. passum.

PAGIUS

per eumdem significare curavimus illa debere Beatitudinem Vestram perficere, quæ Pacem & Concordiam Sanctis concedat Ecclesiis.

XIII. Iteratas etiam idem *Justinianus* jam totus factioni Monachorum adhærens ad Pontificem literas paulo post misit, in quibus non amplius Scythas nomine tantum Monachos, non discordes, non vaniloquos, uti in prioribus literis traducebat, sed etiam atque etiam rogabat Pontificem, ut celeriter causa cognita eosdem voti compotes cum responso dimitteret: *Nam quanta*, inquit, *quæstio in partibus nostris orta est, potest etiam antelatus Vir religiosus Defensor* (sc. Paulinus) *Sanctitatem Vestram instruere. Unde petimus, ut si possibile est, celerrimo dato responso, & satisfactis religiosis Monachis Joannem & Leontium ad nos remittatis; nisi enim precibus & diligentia Vestra hæc quæstio soluta fuerit, veremur ne non possit Ecclesiarum sanctarum Pax provenire.* Extant eæ Literæ ibid. pag. 1517.

A Justiniano iterum commendati.

XIV. Hormisda, ubi a *Paulino* in Urbem reverso intellexit, non solum *Vitalianum*, sed & *Justinianum* mutata sententia Scythis patrocinari, & hunc paulo post iteratis literis pro Monachis ex accusatore strenuum intercessorem agere, ex alia vero parte *Dioscori* Legati Epistola superveniente, *Joannem*, uti divenditæ forte Monachis fidei insimulantis, integram causam Scytharum pendere jussit usque ad reditum

Eorum Legati Roma fugere tentant.

dam de hac ſententia cogeret. Prima ſcilicet, ne quadam ſeparatione intercedente, alia eſſet Trinitas, & alius qui unus eſſet de Trinitate: ſicut alius eſt Pater, alius eſt Filius, quando de Patre Filius eſſe dicitur: & alia civitas, aliuſque homo qui de civitate eſſe narratur. Et paulo poſt: *Secunda vero cauſa dubitationis videtur, nolentes dicere unum de Trinitate paſſum, ne divina ſubſtantia fieri paſſibilis videatur.* Et inferius: *Tertia dubitationis cauſa eſt, ne dicentibus, Unus de Trinitate paſſus, inquiſitor acerrimus dicat: Quis unus? Et reſpondentibus, Filius; dicat iterum: Ergo ſi unus eſt Filius de Trinitate, vel unus eſt Trinitatis, Filiorum eſt Trinitas, aut Trinitatis eſt Filius? Reſpondentibus, Deus; dicat; Quomodo eſt quiſpiam unus Deus de Trinitate, cum non ſit unus Deus niſi Trinitas?* Hæc quidem Ferrandus hujus temporis doctor Africanus tantæ æſtimationis, ut & Romanæ Eccleſiæ diaconus ipſum de eadem quæſtione conſulendum putarit; necnon etiam ex Oriente Severus Scholaſticus Conſtantinopolitanus tanti viri fama permotus id ipſum egerit. Tu vero his adde & quartam cauſam, quam ſuperius idem auctor ingerit his verbis: *A quibuſdam dicitur: Eutychetis protulit Apocriſarius in Chalcedonenſi Concilio.* Eam nimirum ſententiam, qua aſſereret unum de Trinitate eſſe paſſum; ob idque reſpuendam, quaſi panem veneno corruptum. Certe quidem neque Eutychiani, neque Eutychianorum patronus perfidus Anaſtaſius Imperator (ut dictum eſt) eam ſententiam recipiendam ab Orthodoxis adeo vehementi ſtudio ingeſſiſſent, niſi aliquod in ea latere ſciſſent occultum malum, quo damnata eadem & extincta Eutychiana hæreſis reviviſceret: dictum eſt namque ſuperius ex epiſtola Dioſcori ad Hormiſdam, non Eutychetis tantum & ipſius diſcipulorum eam eſſe ſententiam: ſed & Anaſtaſium Imperatorem id ipſum conatum eſſe, ut diceretur ab omnibus unus de Trinitate paſſus.

CV. Sed cur, dices, in id ipſe adeo impenſo ſtudio Anaſtaſius incumbebat? Ex illa quidem etiam ſcias cauſa, quod cum ſemper ipſi ab Orthodoxo populo fuerit contradictum, ne crucem Triſagio adderet præter Eccleſiæ morem (ut ſuperiori tomo frequenter factum vidimus) ipſe inde repulſus, aliunde ad blaſphemiam ſibi aditum parandum putavit: nempe ſi nollent accipere Orthodoxi, ut eo modo Triſagium caneretur, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, qui crucifixus es pro nobis:* aliis verbis, quod id ipſum ex eorum ſententia ſignificare poſſet, dicendum proponeret, nimirum unum de Trinitate paſſum, cum tamen Eutychiani per unitatem, vel ſingularitatem, ſubſtantiam acciperent, & non perſonam; vel ſi perſonam divinam, certe humanæ naturæ expertem, quam negabant poſt adunationem duarum naturarum in Chriſto, dicentes ex duabus naturis, & non in duabus naturis Chriſtum conſtare.

CVI. Eadem ergo ratione, qua Orthodoxi contradixerunt, ne crux Triſagio aſcriberetur, reſtiterunt etiam, ne unus de Trinitate paſſus ſimpliciter diceretur. Nam cum in Triſagio adiicerent: *Qui crucifixus es pro nobis*, æque unitas exprimebatur: ut idem eſſe ipſis Eutychianis videretur dicere: *Unus de Trinitate crucifixus*, & in Triſagio addere: *Qui crucifixus es pro nobis*. Triſagium enim non ad unam perſonam, ſed ad ipſam integram perſonarum Trinitatem referri debere fuiſſe omnium Orthodoxorum ſententiam, teſtatur ſanctus Joannes Damaſcenus in tractatione, quam de Triſagio ſcripſit. Hæ ſunt igitur cauſæ, quibus ab his potiſſimum Scythis monachis Eutychianæ hæreſis infamatis ea minime eſſe accipienda, legati dicerent. Ita quidem cum iſtis agere, qui Chalcedonenſe Concilium additamento appoſito minuere vellent, neceſſitas perſuaſit. Cum vero res poſtea inter Catholicos tranſacta eſſet, Catholicum ſenſum ex verbis elicere, additis aliquibus, quæ omnem poſſent ob-

PAGIUS ditum Legatorum; quod cum Monachorum Oratoribus, qui Romæ aderant, innotuiſſet, diuturnioris in Urbe moræ impatientes clam ſe Roma ſubducere tentarunt. Verum id *Hormiſda* prohibuit, qua de re ad Legatos literas dedit III. *Nonas Decemb.* mittens etiam exemplaria literarum, quas pro Monachis Juſtinianus ad ſe tranſmiſerat: *De perſonis Scytharum Monachorum*, inquit Hormiſda, *Juſtinianus Vir illuſtris nobis ſcripſit, quarum exemplaria literarum Fraternitati veſtræ direximus; qui cum nollent ſuſtinere veſtræ Dilectionis adventum, & obſervationum moras ſe dicerent ferre non poſſe, tentaverunt clam de Urbe diſcedere, quos tamen faciemus ſollicitius cuſtodiri.* Eſt Epiſtola Hormiſdæ LXIII. ad Legatos pag. 1510. Edit. Conc. ex qua Scytharum Oratores Romæ ſub cuſtodia detentos liquet.

XV. *Ad Epiſcopos Africanos exules ſcribunt.* Hæc in Monachorum Scytharum cauſa hoc anno acta, & ex Card. Noriſio recitata, quos Baronius exiſtimans Chalcedonenſe Concilium, dum nova adjectione verborum roborare velle callide ſimulant, labefactare tentaſſe, quod tamen illis in mentem non venerat, ubique inſectatur. Refert etiam hoc anno a num. CXI. ad CXVI. eos patronos & ſuffragatores quæſiiſſe Africanos Epiſcopos Sanctitatis & Doctrinæ fama celebres, qui a *Traſamundo* Vandalorum Rege Ariano in Sardiniam exules fuerant deportati. Sed cum id anno tantum ſequenti contigerit, ejus rei narrationem in eundem differimus.

XVI. *Maxentius vir Græcus fuit ac Monachus.* Porro Emin. Cardinalis Noriſius citatus obſervat, iſtos Monachos e Ponto erupiſſe. Legati enim in Suggeſtione ad Hormiſdam Papam inquiunt: *Iſti de ſua provincia Epiſcopos* accu-

struere adversariis aditum, ratio temporis postulavit, ut suo loco dicturi sumus.

CVII. Sic igitur eadem ipsorum sententia omnino repellenda atque refellenda tunc fuerat, cum impii absque illis verbis Chalcedonense Concilium non posse subsistere, calumniose jactarent. At quæ ista tanta arrogantia? quæ tanta procacia, auctarium apponere audere ad sacrosanctum Concilium Oecumenicum sexcentorum triginta Patrum? Si vere ex animo fidem Catholicam (ut gloriabantur libellis oblatis) profiteri cupiebant, ut vere crederent divinam naturam humanæ naturæ conjunctam esse indivise, inconfuse, & inconvertibiliter: cur non more sanctorum Patrum dicebant, unam personam Trinitatis, Verbum ipsum esse passum in carne, in uno supposito duas naturas indivise conjunctas declarantes, magis quam (quod nemo aliquando post Concilium Chalcedonense dixisset) unum de Trinitate in carne passionem subiisse? Cur, inquam, unum simpliciter dicere mallent, quam unam personam in duabus naturis, rem ipsam dilucide ac sincere demonstrantes? Sed audi inanes illorum prætextus: in responsione enim ad epistolam ad Possessorem Maxentius illorum coryphæus ista habet, dum invehitur in auctorem ipsius epistolæ verbis istis:

CVIII. Nomine personæ quomodo abutantur hæretici. *An forte illos rationi cedere, non imperare judicat, qui Christum unam personam quidem ex Trinitate, non autem unum ex Trinitate esse fatentur? Sed hi qui hoc dicunt, potius rationi velle imperare non cedere penitus convincuntur. Qui enim tam stultus & vecors sit, qui dicere audeat Paulum ex Apostolis unam esse personam, non autem unum esse ex Apostolis Paulum?* Vidisti insulsam & dissimilem penitus similitudinem atque diversam illationem? Sed audi quæ post subiiciat: *Loci* (inquit) *opportunitas exigit a nobis, qualiter & cur hæretici, in quibus unus Dioscorus* Apostolicæ sedis legatus, *unam personam prædicantem Christum ex Trinitate unum ex Trinitate Christum confiteri, nullatenus acquiescant.* Sed cum hæc ipse dicat, attende calumniam gravissimam Catholicis impingentem: *Personam igitur* (inquit) *Dei Verbi habere asserunt Christum, non autem quod ipse Deus Verbum sit Christus: sicut personam Dei videbatur habere Propheta, qui dicebat ad Israel* (a): *Audi populus meus, & loquar; Israel, & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum, &c. Secundum hunc ergo modum Christum unam personam asserunt hæretici esse ex Trinitate, non quod hic Christus unus sit ex Trinitate, sed quia Verbi Dei in se habitantis personam habeat, quæ una est ex Trinitate: ut sic vicarius quodammodo sive minister sit Verbi Dei Christus, non autem ipse Deus Verbum sit Christus.* Hæc adeo probrosa impudentissimum Maxentium non puduit tribuere sub nomine hæreticorum calumniose Catholicis, quæ sunt propria Nestorianorum: dum enim laborat omnes efficere Eutychianos, vult Orthodoxos omnes fuisse Nestorianos.

(a) Ps. 49.

CIX. Sed considera sub involucro verborum captiose laqueos occultantes, callideque nomina confundentes, dum idem qui supra Dioscorus Apostolicæ sedis legatus in epistola ad Hormisdam (b) ex eorum fidei professione hæc verba recitat: *Credimus, quia unitas divinitatis & humanitatis, quæ fieri cœpta est, non tantum in utero non est divisa, sed nec in partu, nec in nutrimentis, nec in passione separata est.* In quibus verbis observa, cum unitam dicit unitatem divinitatis, nempe substantiam, non personam: & ex adverso audi quid dicat sanctus Joannes Damascenus: *At quod divinitas homo facta, aut incarnata sit aut humanitate se induerit, nusquam audivimus. Illud certe didicimus, divinitatem humanitati in una suarum personarum unitam esse.*

(b) Extat inter ep. Hormisd. t. 1. epist. Rom. Pont.

CX. Quanto autem hæc effutirentur præjudicio Catholicæ veritatis, bene illis verbis Dioscorus legatus significavit, scribens ad Hormisdam (c): *Cujus* (inquit) *sermonis, si subtiliter attendatur, intentio, ad quantas hæreses pateat, & quæ mala possint disputationibus Ecclesiasticis introduci, quoniam longum est*, &c. At quæ inter alia? audi ipsum Hormisdam Pontificem, cum hæc ait post multa, scribens ad Justinum Imperatorem (d): *Qui aliter habet, necesse est aut divinitatem in multa dividat*, nempe ut tres substantias dicat, sicque tres Deos, *aut specialiter passionem ipsi essentiæ Trinitatis impingat.* Hæc Hormisda ex ipsorum novitate verborum derivat. Intelligis, lector, quomodo versipelles sub prætextu quodam impugnandi Nestorianos, Eutychianam hæresim auctam blasphemiis Theopaschitarum invexerint, & calice aureo Babylonis impii blasphemias propinarint: quamvis ne detegerentur hæretici, tam in libello quem legatis dederunt,

(c) Extat inter epist. Hormisd.

(d) Hormisd. ep. 76.

Deus, non Divinitas nata atque passa.

PAGIUS accusant, inter quos est Paternus Tomitanæ Ecclesiæ Antistes. Scripsit Maxentius contra Acephalos & libros duos contra Nestorianos ad Theophilum. Vossius lib. 1. cap. 23. existimat Maxentium Monachum non fuisse; sed hoc negari non potest, cum teste Dioscoro in literis ad Hormisdam ille se Abbatem venditaret. Quare eum Monasticam togam induisse certum & indubitatum. Denique Maxentium virum Græcum Latinæ linguæ peritum fuisse, phrasis literarum ab eo ad Patres Africanos datarum demonstrat. Neque enim eæ e Græco in Latinum versæ, ut examinanti liquebit.

runt, quam in aliis suis scriptis, verbis Catholicis videantur Chalcedonense Concilium velle erigere potius, quam deprimere.

CXI. Legatio Scytharum monachorum ad Africanos Episc. At quantum studuerint impii isti videri pii, atque curarint, quod non essent prædicari Catholici; ex eo quoque intelliges, quod cum Romæ interea degerent, atque viderent periclitari deductam in judicium, ad lapidem Lydium, quam hactenus aluissent suam ipsorum Orthodoxi nominis æstimationem: quo alibi, ubi minime cogniti essent, eamdem excitarent, illud iniere consilium, ut ad Africanos Episcopos, inter quos magni nominis hujus temporis confessor, eximiusque Ecclesiæ Africanæ doctor sanctus Fulgentius eminebat, legationem mitterent, darentque a se misso legato fidei Catholicæ per capita distincta professionem ipsis probandam; cum & in ea quam ad eosdem dederunt epistola usurparunt dolose nomen totius Orientalis, immo universalis ecclesiæ, quo illos facilius ad ea quæ scriberent, confirmanda perducerent: ipsorum autem epistolæ exordium sic se habet:

CXII. *Dominis sanctissimis & cum omni veneratione nominandis Diacono, Fortunato, Albano, Orontio, Boetho, Fulgentio, Januario & cæteris Episcopis, & in Christi confessione decoratis; exigui Petrus diaconus, Joannes* cognomento Maxentius, *Leontius, Joannes & cæteri fratres in causa fidei Romam directi.*

Scytharum Monachorum ad Africanos epist. *Utile & pernecessarium, sanctisque Dei Ecclesiis specialiter credimus profuturum, ea quæ de incarnatione & dispositione divina nobiscum universæ sanctæ Ecclesiæ Orientalium contra hæreticos defendunt, qui pravis & iniquis argumentis antiquam Ecclesiæ fidem inquietare non cessant, sanctitati vestræ suggerere, atque de his consensum vestræ beatitudinis suppliciter promereri. Quia in nullo sanctam gloriosamque confessionem vestram credimus dissentire, præsertim cum uno ubique spiritu sanctam Dei Ecclesiam vegetari minime dubitemus. Non enim parva, immo potius magna lætitia universi complebuntur Orientales, si sanctitatem vestram suis immo magis Catholicis noverint in omnibus consentire dogmatibus. Unde suppliciter petimus & obsecramus beatitudinem vestram, quatenus diligenti examinatione, ea quæ inferius continentur, discutientes, ut decet verissimos & intrepidos Christi prædicatores, scriptis sententiam vestram nobis patefacere jubeatis: ut si, Deo præstante, Catholicæ fidei conveniens & Apostolicis traditionibus nostra apud vos (sicut nos confidimus) fuerit expositio comprobata; & facile tantorum virorum, probatissimorumque sacerdotum auctoritate muniti, iniqua loquentium ora obstruere valebimus; & in fide sanctorum Patrum perseverantes, Deo, qui nos sanctimonii sui confessione glorificavit, gratias referamus, domini sanctissimi, & Deo dignissimi. Nunc ea quæ sequuntur, diligentius petimus exploretis.* Hactenus ipsorum epistola ad Episcopos Africanos, quæ & apposita est præfatio septem, quæ subiiciuntur, de fidei ipsorum confessione capitibus.

Puto quidem in ipso ingressu te considerasse consuetam hæreticorum arrogantiam, dum pauci Scythiæ monachi (si tamen monachi, potius vero circulatores dicendi & impostores) totius Orientalis Ecclesiæ præseferunt esse legatos, secumque omnes Ecclesias eadem sentire, ac præsertim populos Orientis. Sed qui ita dilatant fimbrias, ne quovis modo deprehendi possent quod ipsi essent hæretici, illud quidem astute excogitarunt, ut non eam proferrent, quam Constantinopoli legatis dedissent, vel Romæ Hormisdæ Papæ fidei confessionem edidissent, qua dicendum contendebant, non unam personam de Trinitate, sed simpliciter unum de Trinitate esse passum in carne, sed Verbi nomen apposuere; nam ita in capite quarto: *Trinitas etiam post incarnationis mysterium Trinitas mansit: quia idem Deus Verbum etiam cum propria carne unus est ex Trinitate, non quod caro ejus sit de substantia Trinitatis, sed quia caro Dei Verbi est, qui est unus ex Trinitate.* CXIII.

Non potuerunt Episcopi Africani ipsorum ita proditam confessionem non probare ignari motæ in Oriente & Romam delatæ controversiæ, cujus nulla prorsus est mentio apud Fulgentium, qui omnium nomine collegarum ad ipsos rescripsit, nullam suspicans sub verborum involucro occultatam fuisse blasphemiam, intactamque penitus quæstionem relinquit: vitavit tamen ipse verborum ambiguitatem, voce personæ usus, cum ut vere Catholicus dixit capite decimo: *Una ex Trinitate persona Christus Dei Filius unicus, ut nos salvaret carne conceptus, & natus, &c.* Hæcque & alia a se posita esse ex Ecclesiæ Catholicæ præscripto & Apostolicæ Romanæ consensu, ingenue profitetur, ut plane a recte credendi linea vel latum (quod ajunt) unguem deflexisse, inveniri non possit. CXIV. Fulgentius pro omnibus Africanis Episcopis rescripsit.

Hoc quidem bonum saltem peperit nobis Scytharum perfidia, ut eorum interpellatione sanctus Fulgentius scripserit egregium illum de incarnatione Verbi & gratia & libero arbitrio commentarium plane aureum, in quo inter alias gemmas nitet de primatu Romanæ Ecclesiæ ista sententia tanto digna doctore: *Duorum*, inquit, *magnorum luminarium, Petri scilicet, Paulique verbis tam-* CXV. De primatu Ecclesiæ Rom. Fulgentius.

quam splendentibus radiis illustrata, eorumque decorata corporibus Romana, quæ mundi caput est, tenet & docet Ecclesia, totusque cum ea Christianus orbis & ad justitiam nihil hæsitans credit, & ad salutem non dubitat confiteri. Hæc Fulgentius: qua una sententia, veluti cælitus vibrato fulmine, conatus omnes Novantium confringantur.

CXVI. Scythæ monachi accusant Dioscorum.

Sed quid interea, cum Romæ monachi iidem morarentur? Primum omnium, antequam ipsorum impietas penitus patefacta fuisset, ut vindices Catholicæ fidei progrediuntur accusatores Victoris diaconi, necnon Dioscori, a quo ipsi Constantinopoli rei criminis hæresis constituti fuissent: quamobrem placuit Hormisdæ Pontifici eosdem monachos Scythas diutius Romæ detinere usque ad reditum legatorum, prout idem Pontifex redditis a se his ad Justinianum litteris docet (*a*):

(*a*) *Hormisd. ep.* 64.

Hormisda Justiniano Illustri.

CXVII. Hormid. epist. de retentis monachis Romæ.

Eulogio viro clarissimo filio nostro deferente, litteras celsitudinis vestræ suscepimus: eoque remeante, debitum persolventes salutationis officium, significamus, Scythas monachos allegasse plurima, quæ nos relinquere indiscussa non possumus; sed legatorum nostrorum, Deo juvante, festinemus adventum: pro qua re eos in Urbe credimus retinendos, a qua nec ipsi ordinatione dissentiunt. Amplitudinem vestram tamen retinere confidimus, quod de ipsis nobis præterito tempore litteris destinatis scripserit. In quorum allegationibus, cum, legatis remeantibus, competenter fuerimus instructi; si quid reprehensione dignum cognitio nostra repererit, necesse est, ut circa eos teneamus Ecclesiasticam disciplinam. Subiicit his Hormisda de Victore diacono, quem iidem monachi apud ipsum Romanum Pontificem accusarunt, cum ait:

CXVIII. De causa Victoris Diaconi.

Victorem præterea, qui diaconi perhibetur habere officium, cujus fidem hi ipsi monachi vehementer accusant, vel alios qui perversas forsitan obiiciunt quæstiones, ordinatione domini filii nostri clementissimi Imperatoris, ad Urbem, vobis suggerentibus, dirigantur: ut universas allegationes, de quibus contendunt, nos possimus agnoscere. Hæc ad Justinianum Hormisda: ex quibus intelligis, ad Romanæ Ecclesiæ tribunal omnes accessum habuisse, ipsum vero Urbis Episcopum sedisse judicem universarum controversiarum, ad quem concurrant ex Scythia monachi causam acturi, iidemque aliis Constantinopoli degentibus diem dicturi: Sed de quæstione Victoris inferius. Extant aliæ litteræ ejusdem Hormisdæ ad eumdem Justinianum datæ hoc anno, mense Septembris, in quibus de retentione monachorum aliam affert rationem his verbis (*b*): *Præterea monachos, quos venisse Romam significastis litteris vestris, ad propria mox voluimus reverti. Sed quia sub testificatione potentiæ divinæ dicebant, per insidias in itinere paratas, vitæ sustinere se posse discrimen, volentes redire Constantinopolim; passi non sumus violenter expelli. Quapropter necesse habuimus, venientibus legatis nostris inquirere, qua revera faciente causa, inter eos fuerit commota discordia.* Ita quidem usque ad quatuordecim menses eosdem retentos fuisse Romæ, defensio Maxentii, de qua agemus anno sequenti, demonstrat.

(*b*) *Hormisd. ep.* 63.

CXIX. Mittit reliquias Hormisd. ad Justinianum.

Significat autem iisdem ad Justinianum litteris Hormisda, se petitas ab eo reliquias (ut vidimus) mittere; nam hæc habet ad finem epistolæ: *Beatissimorum vero Apostolorum Petri & Pauli sanctuaria, sicut religiosissimo quæsistis affectu, per harum portitorem sub omni veneratione transmisimus: optantes orationibus eorum, ut mentis vestræ oblatio & desideria gratiæ sint Divinitatis accepta.* Ex duplici namque pietatis officio commendari, ab ipso Pontifice debuit Justinianus, nempe quod ad S. Petrum misisset oblationem, quodque impense coleret memoriam Apostolorum, quorum sacras reliquias ad se mitti petiisset. Ad postremum hæc ad eum Hormisda: *Petimus itaque, ut tam de his quæ geruntur pro concordia, quam etiam de incolumitatis vestræ bono nuncietis sollicitudini nostræ gaudium, currente pagina litterarum. Data quarto Nonas Septembris, Eutharicho V. C. Cons.*

CXX. Scythæ monachi dum fugam tentant, jubentur custodiri.

Quod vero ad ipsos Scythas monachos spectat: cum jussi essent expectare reditum legatorum, ipsi malam causam fovere detecti, fugam arripere tentarunt; sed eos Hormisda voluit custodiri usque ad reditum legatorum. Testatur id quidem ipse Pontifex in litteris datis ad finem anni hujus, nempe Tertio Non. Decembris, ad ipsos legatos, in quibus hæc habet in fine (*c*): *De personis Scytharum monachorum Justinianus vir illustris nobis scripsit; quarum exemplaria litterarum fraternitati vestræ direximus. Qui cum nollent sustinere vestræ dilectionis adventum, & observationum moras se dicerent ferre non posse, tentaverunt clam de Urbe discedere: quos tamen nos faciemus solicitius custodiri, ea quæ de vobis contraria dixerunt, volentes agnoscere: ut cum reversi, Deo propitio, fueritis, eorum error rationabilibus adhortationibus corrigatur.* Hæc Hormisda. At quænam fuerint a monachis contra legatos afferta, ex litteris Dioscori legati intelliguntur. Scripserat autem idem Pontifex, eodem nuncio ad Dioscorum (*d*) de iisdem Scythiæ monachis, qui adver-

(*c*) *Hormis. epist.* 57.

(*d*) *Extat t. 1. epist. Rom. Pont. in Hormis.*

sus

ſus eum potiſſimum dederant conteſtationem, quod conſuetudinem haberet hæreticorum, eo quod recepiſſet Victorem diaconum, quem iidem monachi apud Hormiſdam reum fecerant Neſtorianæ hæreſis.

CXXI. Cum igitur litteris Hormiſdæ Papæ ex falſa relatione Scytharum monachorum Dioſcorus nonnihil ſe perſtringi ſenſiſſet; ad eum reſcribens, quomodo ſe habuerit cauſa Victoris, in primis enarrat; ſed & ne vel levi aliqua ſuſpicione apud eumdem Pontificem laboraret, exactam Orthodoxæ fidei confeſſionem iiſdem ſuis appoſuit litteris. Audi igitur hiſtoriam epiſtolarem de rebus geſtis cum Victore Conſtantinopoli, quas ſuperius attigimus. Ipſa enim epiſtola Dioſcori legati ſic incipit (a):

(a) Extat t. 1. epiſt. Rom. Pont. poſt epiſt. Hormiſ. 64.

CXXII. Dioſcori relatio de rebus geſtis cum Victore. *Per Eulogium virum ſublimem:* Et inferius: *Significaſtis mihi ab illis* Monachis ſcilicet, *conteſtationem datam, ut non mihi hæretici jungerentur. Quos dicunt hæreticos, ego ignoro, niſi illos forte, qui Synodum Chalcedonenſem ſuſcipiunt, quos ergo Catholicos dico. Victor diaconus dicitur,* hæreticus ſcilicet: *quidam, cum iſto, antequam nos Conſtantinopolim ingrederemur, habuerunt, intentionem* * *de uno de Trinitate crucifixo, & de Chriſto compoſito, & de aliis capitulis a nobis hic poſitis: obtulerunt contra ipſum libellum tam nobis, quam Epiſcopo Conſtantinopolitano. Convenimus in domum Epiſcopi, ut inter eos intentionem, quæ vertebatur, agnoſceremus. Prædictus Epiſcopus Synodum Chalcedonenſem protulit: legit ante omnes omnia quæ ſunt in eodem Concilio conſtituta, dicens: Præter iſta nihil mihi aliud dicatur. Qui ſequitur iſta, poteſt inter Catholicos eſſe. Victor reſpondit: Suſcipio ſimiliter & epiſtolas Papæ Leonis & ſancti Cyrilli epiſtolas Synodales, quæ ſunt in Chalcedonenſi Concilio allegatæ; & manu mea ſubſcribo, & ſacramentis confirmo iſta me ſuſcipere; & præter iſta nihil aliud prædicare: Et ſi inventus fuero aliquando extra iſta aliud prædicans, nullam circa me peti miſericordiam.*

* contentionem

CXXIII. *Scythæ e contra inchoaverunt dicere: Addatur & unus de Trinitate. Nos e contra diximus: Quod non eſt in quatuor Conciliis definitum, nec in epiſtolis beati Papæ Leonis, nos nec dicere poſſumus, nec addere. Diſplicuit hoc dictum. Victor autem utrum ſincero animo hæc diceret, an doloſe, quis noſſe poteſt, niſi qui corda cognoſcit? Verba iſta nos audivimus; Dei eſt animum judicare. Poſtea ſine nobis magnificus vir Vitalianus Magiſter militum inter ſe & Epiſcopum Conſtantinopolitanum vocaverunt prædictum Victorem locuti ſunt cum eo: quid definierint inter ſe, neſcimus.* Et inferius poſt pleniſſimam fidei Orthodoxæ teſtationem, hæc de iiſdem Scythis monachis: *Maxentius tamen, qui ſub Abbatis vocabulo dixit ſe congregationem habere, ſi interrogetur, aut cum quibus monachis vixit, aut, in quo monaſterio, aut ſub quo Abbate monachus factus eſt; dicere non poteſt. Similiter & ſi de Achille ducere voluero, rem facio ſupervacuam: cui ſufficit ſemper latere propter conſcientiam ſuam ab omnibus Catholicis damnatam. Data Idibus Octobris, Eutharico Conſule.* Hic finis epiſtolæ.

Scythæ pſeudomonachi.

CXXIV. Hæretici fraude, & vi agunt. Vidiſti igitur, quales fuerint pſeudomonachi, qui novis quæſtionibus uno ſimul tempore Orientem Occidentemque perturbant. Hæc attende, ne cum ipſorum ſcripta legeris, eorumdem verborum lenocinio capiaris. Sed & vidiſti nebulonum artem, qui ſub ſanctitate monaſtici habitus latentes hæretici, eouſque progreſſi ſunt, ut Hormiſdam concitaverint in Dioſcorum unum ex Apoſtolicæ ſedis legatis e latere miſſis. Hæc quidem hæretici dolo atque callida fraudulentia. Quæ autem alii Eutychiani hæretici hoc tempore vi graſſantes egerint Theſſalonicæ, ab omni prorſus abhorrent humanitate, & vincunt immanitatem. Sed quænam iſta fuerint, ſcripſerunt legati Apoſtolici ad Hormiſdam: verum quod tardius eorum perlatæ ſint Romam litteræ, eadem antea idem Pontifex fama percepit, ob eamque cauſam ad eoſdem legatos litteras dedit, quæ ſic ſe habent (b):

(b) Hormiſd. ep. 56.

CXXV. Quæ nefaria in Joannem, & alios admiſſa ſint. *Cum nos Eccleſiaſticæ proſperitatis gaudia ſublevarent, & prope plenum laboris veſtri fructum quotidie caperemus; repente nos inimica univerſi, quæ repente ſucceſſerat, fama confundit: cujus opinionis ordinem, etſi vobis necdum referentibus, ſuſpicamur incertum; pro ipſius rei tamen magnitudine credimus non tacendum. Itaque perlatum eſt, Fratrem & coepiſcopum noſtrum Joannem, dum ad Theſſalonicam pro ſuſcipiendis tantum libellis, qui promittebantur, accederet, ita plebis irrationabili ſeditione concuſſum, ut extincto primum eo, qui hoſpitium venienti præbuerat, ipſe quoque non diſſimili cæde mactatus, & vis ſacroſancti fontis reverentia vindicatus evaſerit: cujus ſeditionis initium ſub interrogationis doloſæ commento ab Ariſtide presbytero narratur exortum. Verum nos, ſi hæc manifeſta ſunt adeo de plebe non querimur. Erit in poteſtate venerandi Principis, temporis ſui, & Catholici ſacerdotis injuriam qua jubeat reſecare cenſura. Sed quod ad nos attinet, cura pervigili per vos, Deo propitio, deſideramus impleri: quia nullum volumus aut non reddita ratione converti, aut ſic rectam viam fidei profiteri, ut ſibi*

sibi a Principe aliquid sine doctrinæ remedio causetur imponi.

CXXVI. De mittendo Romam Dorotheo Episcop. Thessal. *Hæc igitur suggestione vestræ supplicationis peragite, ut Thessalonicensis Episcopus, qui sub interrogationis obtentu Ecclesiasticam pacem protracto in longum nititur dissipare negotio, quoniam a vobis suscipere noluit, a Principe ad Urbem directus, ab Apostolica percipiat sede doctrinam; & quicquid sibi dubium putet, huc veniens, præsenti a nobis inquisitione condiscat: sic enim probare potest, se Catholicæ professionis servare cautelam, non malitiose concepta vindicare certamina: sciat nos paratos esse, & bene inquirentes instruere, & errantes ad fidei rectum tramitem scientia duce revocare: quia si dubitans paratam non vult experiri doctrinam, nec rursus in simplicitate cordis, quæ pacis & religionis causa jubentur, admittere; in aperto est, qua mente vel Dei nostri præceptis obsistat, vel Orthodoxi Principis exempla contemnat.*

CXXVII. Hormisda jubet curari ut Aristides Romam veniat. *In hac ergo parte totus suggestionis vestræ actus immineat: quia nec illi alia possunt ratione salvari, & incitatæ plebis sub hac melius moderatione causa sedatur. Cum quo etiam Aristidem presbyterum clementissimus Princeps ad nos venire præcipiat: quia (sicut præfati sumus) omnes, quorum pax Ecclesiastica ambiguitate dividitur, simul ac communionem nostram, depulsa mali erroris ægritudine, Catholicæ scientiæ cupimus sentire medicinam. Præterea mox ut præsentia vos contigerit scripta suscipere, debebitis ad nos de vestris aliquem destinare cum relatione, quæ universa contineat: unde his quæ gesta sunt vel geruntur, solicitudinem nostram relevare debeatis. Datarium quoque litteris vestris adjungite, ne vobis portitoris tarditas possit ascribi. Data tertio Idus Octobris, Eutharico V. C. Consule.* Ut autem rem magis perspectam habeas, Joannem istum, quem Thessalonicenses ignominia atque vulneribus appetivere, fuisse unum ex Apostolicæ sedis legatis Episcopum, ex reliquorum legatorum relatione intelliges. Quo enim a pacis auctoribus sensit se diabolus e regno suo, cui dominabatur perfidus, spoliari, eo vehementius in ipsos per suos ministros insaniit. At quomodo re vera ipsa facta grassatio se habuerit, qui remanserunt reliqui Constantinopoli legati Apostolicæ sedis, ne deessent officio, nunciavere Romano Ponifici, licet tardius eorum Romam perlata epistola fuerit, nempe quarto Kalendas Decembris: quæ cum exacte omnia contineat, necessario hic describenda est; cujus sic se habet titulus (*a*):

(*a*) *Extat t. 1. epist. Rom. Pont. in Hormis.*

Suggestio Germani Episcopi, Felicis & Dioscori diaconorum, & Blandi presbyteri. Ipsa vero relatio est hujusmodi:

Magna misericordia Dei est, & inæstimabilia ejus judicia, qui nihil occultum dimittit, ut probetur uniuscujusque conscientia. Dorotheus Thessalonicensis Episcopus non novus apparuit, nec ad præsens factus, sed se demonstravit quem olim vera prædicabat opinio. Iste semper in malis desideriis suis involutus, data occasione exercuit, quod contra fidem Catholicam semper parturiebat scelus. In aliis litteris significavimus beatitudini vestræ, quo ordine transeuntes Thessalonica, libellos non potuimus suscipere. Erat tamen constitutum, post ordinationem sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, unum ex nobis ad ipsum dirigere: quia hoc sperabat prædictus, ut unus ex nobis post susceptos libellos cum ipso Missas celebraret, quasi testimonio habens in generalitate se ad unitatem sedis Apostolicæ esse conjunctum. Etsi tarde, factum est tamen: & venerabilem Joannem Episcopum ad ipsum dirigentes, directus est cum ipso & communi electione Epiphanius presbyter Germanus venerabilis & illustris Episcopus erat cum eis, & Licinius comes Scholæ ex ordinatione clementissimi Imperatoris. CXXVIII. Relatio legatorum de rebus Thessalon. De Joanne Legato.

CXXIX. *Qui Licinius tamen cum prius pro alia causa esset Thessalonicam directus, congregata Synodo de parœcia Ecclesiæ Thessalonicensis, ibi est inventus, expectans secundum promissionem unum ex nobis: Voluerunt, ipso præsente, libellos facere & subscribere; quod factum est: signavit ipsos libellos prædictus vir, & veniens Constantinopolim factum nunciavit. Dicebatur nobis ab Apocrisario Dorothei: Jubete dirigere qui libellos suscipiat. Deliberatum est (sicut prædiximus) venerabilem Joannem Episcop. ambulare, ut haberet testimonium subscriptionis illorum. Rogavimus piissimum Imperatorem, ut Comes Licinius ambularet cum eo: quod & factum est.*

CXXX. Primus congressus haud pacificus. *Et quia pervenerunt in civitatem, nunciatum est Dorotheo per Comitem Licinium, præsentiam adesse nostrorum. Qui direxit Aristidem presbyterum cum aliis duobus Episcopis (quos solos sciebat adversarios esse negotii) ut nostros videret: cum quibus voluerunt facere primum certamen de libellis, dicentes: Sunt capitula quæ debent emendari. Dixerunt nostri, non esse in potestate ipsorum hoc facere: Si vultis facere, Deo gratias; si non vultis facere, venimus, salutavimus vos, perambulabimus. Discesserunt post ista verba.*

CXXXI. *Ad aliam diem convenerunt, iterum ista loquentes: & antequam propositionem verborum fecissent, ibi non est intentio genera-*

Quæ in legatos populus Thessalonic. *nerata, non injuria secuta est: subito populus insanus irruit super ipsum, & duos pueros occiderunt Episcopi; caput etiam fregerunt Episcopo in duabus partibus, & renes ejus dissipaverunt; & nisi misericordia Dei & defensio S. Marci basilicæ eruisset eos de manibus eorum, ibi perierant: liberati sunt tamen (quomodo dicitur) quia manus publica supervenit, quæ eos eruere potuit. Ista & istorum concinnamenta Dorothei malitia fabricavit; qui ante biduum quam pervenirent nostri Thessalonicam, super duo millia baptizavit: Sacramenta tanta erogavit in populo, quæ possint ipsis ad tempora sufficere; significans plebi, quia fides recta mutatur.* Sic illos præmuniens, ne communionem acciperent ab externis, ac baptizarentur in alia fide. Unde jure subiicitur:

CXXXII. De populo a Doroth. concitato. *Ista quomodo non habuerant excitare populum? Ista quem non invitabant ad seditionem? Post hoc, ipsum libellum, quem fecerat cum Episcopis, ante populum scidit, dicens: Ego istud usque ad mortem meam numquam facio, nec facientibus consentio. Occiderunt & hominem * venerabilem Catholicum, qui nos venientes susceperat in domo sua, qui semper separatus fuit a communione Dorothei propter Synodum Chalcedonensem: in quo talem mortem exercuerunt, qualem illi qui sanctum Proterium occiderunt. Ista ad clementissimum Imperatorem pervenerunt, & prope in tota civitate Catholicus luctus est propter talia quæ contigerunt scelera. Promittit sancta clementia vindicare, & citare Dorotheum, quia nos contestati sumus pietatem ejus, dicentes: Nulla ratione Dorotheum inter Episcopos, aut in communione sedis Apostolicæ potest beatissimus Papa recipere: & contra qui voluerint eum in sua communione recipere, scire se esse reos auctoritate Ecclesiastica. Ista ad notitiam beatitudinis vestræ festinavimus referre, ut nihil vos lateat, quod in istis partibus agitur. Accepta quarto Kalendas Decembris, Eutharico Consule.*

* Joannem.

CXXXIII. Post has autem aliæ ab iisdem legatis redditæ sunt de rebus item Thessalonicensibus ad Hormisdam litteræ, quibus significabatur, jussu Imperatoris Dorotheum ejus civitatis Episcopum; malorum omnium instigatorem & auctorem, ductum Constantinopolim. Quibus acceptis Hormisda litteris, de ordinando alio Thessalonicensis Ecclesiæ Episcopo, ad eos rescribens dat in mandatis. Epistola autem quæ ab eo data est hoc anno III. Non. Decemb. ita se habet (*a*):

(*a*) Hormisd. ep. 57.

CXXXIV. De Joanne ab hæreticis necato. *Graviter nos Joannis Catholici afflixit interitus, quem hæretici Dorothei vesania perbibetis extinctum.* Joannes quidem vocabatur Catholicus hospes, qui legatos receperat; ne putes Joannem Episcopum extinctum, quem supervixisse ex multis constat. Sed pergit Hormisda: *Nam eumdem Dorotheum Constantinopolim jussu Principis didicimus evocatum. Adversus quem domino & filio nostro clementissimo Principi debetis insistere, ne in eamdem civitatem denuo revertatur; sed Episcopatus, quem numquam bene gessit, honore deposito, ab eodem loco ac Ecclesia longius relegetur, vel certe huc ad Urbem sub prosecutione congrua dirigatur. Ad hanc etiam partem evigilare debetis, ne in locum ejus Aristides totius mali incentor & conscius quibuslibet subreptionibus ordinetur. Nam nulli prodest mutari personam, si ejusdem forma nequitiæ perseveret: sed talem virum debetis eligere, ut de judicio vestro cuncta Catholicorum congregatio gratuletur.* Hæc de his Hormisda. Subiicit autem iisdem litteris causam Thomæ & Nicostrati Episcoporum, qui petebant in sedes suas, e quibus ejecti fuerant, restitui. Pro Elia etiam Episcopo Cæsareæ Cappadociæ æque sede pulso idem Pontifex ad diversos litteras (*b*) dedit, nempe ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum, ad Justinum Augustum, & Euphemiam Augustam, ad Justinianum, atque Germanum viros clarissimos, in primis vero ad ipsos Apostolicæ sedis legatos.

Quæ decernat Hormisda in causa Thessal.

(*b*) Hormisd. ep. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55.

At quomodo tantum nefas in legatum Apostolicæ sedis eumdemque Episcopum perpetratum, corrumpendo Judices auro, Episcopi qui vocati sunt Constantinopolim, excusare conati sunt Dorotheus atque collegæ; audi ex indiculo scripto a Joanne Apostolicæ sedis legato, vel (ut præsefert titulus) ab Epiphanio presbytero, qui cum eodem Joanne Episcopo Thessalonicam missus fuit: est enim ejusmodi ipsius inscriptio (*c*): CXXXV.

Indiculus qui directus est a Joanne Episcopo, vel ab Epiphanio presbytero de Thessalonica. Vel, pro Et, sæpe in his epistolis usurpatum invenies; ut scias ab utroque indiculum datum, qui sic se habet:

(*c*) Extat t. 1. epist. Rom. Pont. in Hormisda.

CXXXVI. Relatio Epiphanii vel Joannis de scelere Thessalonic. *Si pro peccatis nostris isti, qui hinc abducti sunt Episcopi Constantinopolim fuerint ingressi; non dicamus quod Imperatorem visuri sunt modis omnibus, sed quod & suis locis restituentur. Tantas enim pecunias secum detulerunt, ut non homines, sed possint Angelos excæcare. Si ergo (quod absit) ingressi fuerint: tanta falsa per nostram absentiam dicturi sunt, quanta potest diabolus invenire. Nam si hic in conspectu nostro plura tentaverunt, & Domino nobiscum stante confusi sunt; quanta facient per absentiam nostri? Ut ergo eorum possit dissipari malignitas, jubete nobis præsentibus, si ad audientiam pro peccatis ventum fuerit, ut constet apud homines non immerito mortuos esse, & illos patrocinio pecuniæ laborare. Nos enim*

eos in omnibus in conspectu Senatus convincere possumus, quod hæretici perfecti sunt; tunc demum eorum potest monstrari fallacia.

CXXXVII. *Item dicendum: Si hæretici non sunt; quomodo ante duas hebdomadas quam nos venissemus, statuerunt omnes in unum Episcopi, ne quis Missas foras civitatem teneret? sed hinc omnes, ut & multitudo esset futuræ seditioni congregata, & doceri posset secundum errores eorum. Qui postquam senserunt nos venisse, publice prædicaverunt, festinandum esse cum parvulis: ne persecutione veniente, Pagani morerentur infantes: & tunc velut ad alterum Pascha tantos baptizaverunt, ut consuetam festivitatem superarent.*

CXXXVIII. *Item dicendum: Si hæretici non sunt, quomodo tanta sacramenta confecerunt, ut canistra plena omnibus erogarent; ne imminente (sicut dicebant) persecutione, communicare non possent: Fecerunt isti, quod sciebant a majoribus factum persecutionum temporibus, quando accepta sacramenta domum ferebant, quod ad Ecclesiam pergere non liceret; sumentes eadem domi.* Sed subdunt: *Item si hæretici non sunt, postea quare accusati sunt Gestis a Candido viro sublimi Vicario Magistri militum prætorianorum in judicio Præfectorum? Et si maturum periculum cognoscerent affuturum; quare denuo tamquam damnandi, velint subvenire iterum parvulis cupientes: tanta rursum & confutati exercuerunt baptismata, ut vere cunctis se hæreticos ostendissent: ad quam rem satis & magnifica potestas Præfectorum gravissime indignata est.*

CXXXIX. Excusatione carere scelus perpetratum ab hæreticis. *Item si hæretici non sunt: quomodo cum in baptisterio absconditi essemus, consilium inter se habitum per noctem, veluti de periculo liberare nos volentes, in navi mittere voluerunt, ut hac occasione mari præcipites darent? Cumque nos respondissemus per Demetrium & Andream diaconos: Omnes nos apud vos esse, cognoscunt; quomodo per noctem navigare possumus? Sed si vos vere pro nostra salute consuluistis, crastina die secrete quinque vel sex Senatores, qui periculum substantiæ vel salutis suæ metuunt, una cum Magistri militum Vicario Candido Comite jubete advocare: cognoscant & ipsi ubi transferimur, & facimus quod jubent. Sin autem soli, secretim; hoc non facimus. Tunc illi non invenientes effectum, ad horam tacuerunt, & alia die iterum seditionem populi commoverunt; unde vix Deo volente, evasimus.* Hactenus quæ supersunt libelli, qui mutilus videri potest, cum in eo nihil de perpetratis cædibus habeatur. Missus autem est ipse libellus ab ipsis legatis Joanne & Epiphanio adhuc Thessalonicæ commorantibus, cum Episcopus Thessalonicensis cum collegis sibi subditis proficisci Constantinopolim jussi sunt, & consarcinati (ut audisti) auro expugnaturi justitiam perrexerunt.

At quidnam? potuitne sub clementissimi & veri amantissimi Principis ministris, in re adeo nefaria, cunctis nota, ab omnibus deplorata Catholicis & declamata Fidelibus locum invenire subreptio, & ad Judicum corruptelam viam facere sibi aurum? Hic plane, hic illud opportune exclamandum: *Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames?* Proh pudor! sub eo qui a justitia nomen accepit, Justino Imperatore, & rerum summam administrante illo, qui itidem a justitia nomen deducit, Justiniano, potuit justitia obrui auro, aureisque compedibus vincta detrudi in barathrum veritas? Proh scelus! inultum relinqui valuit horrendum facinus, in Episcopum, eumdemque Apostolicæ sedis legatum, atque in Joannem legatorum hospitem perpetratum, clamante præsertim Hormisda ab Occidente, & collegis legatis proxime lacrymis interpellantibus Imperatorem? At quid actum? languens pedibus, manibusque infirma, auro corrupta progressa vindicta, composito ad severitatem vultu, Dorotheum Thessalonicensem Episcopum, qui amandandus erat in Oasim, in proximam civitatem relegat Heracleam, ubi paucis diebus detentum absque alia pœna carnificem ad suam Ecclesiam redire concessit. Habes hæc quidem ex relatione reliquorum legatorum Constantinopoli commorantium ad Hormisdam Pontificem verbis istis conscripta (*a*), cum Joannes Episcopus legatus Thessalonicæ detineretur infirmus. CXL. Detestatio oppressæ justitiæ. (*a*) Extat t. 1. ep. Rom. Pont. inter epist. Hormisd.

Suggestio Germani Episcopi, Felicis & Dioscori diaconorum, & Blandi presbyteri.

CXLI. Relatio legatorum de rebus Dorothei Thessal. Episc. *Reverenda vestri Apostolatus alloquia per filios vestros Leonem atque Eulogium desiderabili hilaritate suscepimus; quorum prius præceptum, cur quæ Thessalonicæ contigerunt, non insinuavimus, arguebat. Sed longe ante ejus adventum, occasione comparata, curavimus significare quæcumque vel rumore venientium, vel eorum qui pertulerant scriptis, quorum exempla subter adjunximus, vel piissimi Principis narratione comperimus. Secuta est vindictæ promissio: adeo ut Dorotheus Thessalonicensis Episcopus ad Heracleam deduceretur civitatem, donec causa terminum reperiret. Inter hæc, secundum ea quæ præcepistis, auctoritatem Apostolatus vestri Principi insinuare curavimus, ut ad percipiendam doctrinam Catholicæ puritatis, Romam præfatus Dorotheus una cum Aristide mitteretur. Qui respondit, causam non esse, pro qua Romam*

mam delegarentur audiendi, ubi sine accusatorum controversia sese possent liberius excusare. Sed repente, dum hæc geruntur, ab Heracliensi (quantum agnovimus) in qua tenebatur, dimissus est civitate: quam ob causam, vel qua ratione, aut conditione, vel quibus agentibus, ignoramus. Hæc de Dorotheo: pergunt legati de anni sequentis Paschali calculo, dicentes:

CXLII. De Paschali Die idem omnium consensus. *De Paschali die, vestra beatitudo cognoscat, concordare Orientalium cum Apostolica sede sententiam, ut decimotertio Kalendarum Majarum die festivitas celebranda speretur, sicut Joannis quoque Constantinopolitani Antistitis relatione clarebit. Superest, ut orationis beatitudinis vestræ adminiculo celeriter (sicut cupimus) vestris mereamur præsentari vestigiis.* Hactenus legatorum relatio. Quæ autem secuta sint in causa ejusdem Thessalonicensis Episcopi, sequenti anno (ut tempus postulat) referemus.

CXLIII. Severus pulsus Antiochia. At quæ sunt anni hujus reliqua, his conjungamus. Hoc namque anno (ut ex supputatione Evagrii satis perspicue colligitur) in impium illum atque nefarium Severum Antiochenum pseudoepiscopum totius Orientis depopulatorem lata est ab Imperatore sententia, ut damnati in Synodis sæpe hominis lingua, qua Deum jugiter blasphemabat, præcideretur. At nefarius impostor meritas pœnas fuga vitavit: licet aliter Evagrii sonent verba, dum ait (*a*): *Severus mandato Justini, primo regni sui anno, prehensus pœnas dat, lingua (ut nonnulli prædicant) abscissa.* Dicendum potius, ipsum accepisse de abscindenda lingua sententiam: quod irrogatum sententia supplicium fuga vitavit, ut ex ejusdem Evagrii verbis, quæ mox subdit, apparet; necnon ex Liberato Diacono: pergit enim ita Evagrius: *Quod negotium datum fuit Irenæo, qui magistratum quemdam Antiochiæ in Oriente id temporis administravit. Confirmat quoque Severus ipse, supplicii ei irrogandi negotium Irenæo commissum, in litteris, quas scripsit ad Antiochenos; modumque fugæ suæ exponit: in quibus quoque Irenæum gravissimis vexat convitiis, eumque diligentissime observasse ait, ne Antiochia evolaret.*

(a) Evagr. hist. lib. 4. c. 4.

CXLIV. *Sunt qui dicunt, Vitalianum* Magistrum militum, de quo sæpe superius (*ad id enim temporis videbatur maxime auctoritate & gratia apud Justinum valere*) *linguam Severi ideo postulasse, quod Severus in suis concionibus probra & contumelias in eum jecerat. Ex sua vero Episcopali sede fugit Gorpiæo mense, quem Latini Septembrem vocant, anno quingentesimo sexagesimo septimo post nomen urbi Antiochiæ impositum.* Est hic præsens annus ex eiusdem auctoris sententia, dum agens de Justini Imperatoris ingressu, numerat (*b*) quingentesimum sexagesimumsextum Antiochiæ nominis an-

(b) Evagr. l. 4. c. 1.

PAGIUS XVII. *Severus anno Superiori Antiochia fugit.* A num. CXLIII. ad CXLVII. Evagrius lib. 4. cap. 4. ait: *Primo Imperii sui anno Severum qui Antiochiæ Episcopus fuerat ordinatus, propterea quod Chalcedonensem Synodum sub anathemate damnare quotidie non cessabat, comprehendi jussit Justinus, & linguæ abscissione plecti sicut a quibusdam proditum est.* Paulo post subjungit: *Porro ex Antiochena Sede fugit Severus mense Gorpiæo, quem Romani Septembrem vocant, anno urbis Antiochiæ quingentesimo sexagesimo septimo. Post quem Paulus ad Episcopalem thronum promotus Chalcedonensem Synodum palam prædicare jussus est.* Quare ea Severi hæretici damnatio ac fuga contigere anno superiori, quo Kalendis Septembris annus Antiochenus DLXVII. cœptus est, quove annus primus Justini mense Septembri in cursu erat; mense vero Septembri hujus Christi anni Justini Imp. annus secundus. Annos enim Antiochenos ab anno Periodi Græco-Romanæ 5445. proficisci, eosque Evagrium a Kal. Sept. auspicari, demonstravi in Dissert. de Periodo Græco-Romana. Certe *Severus* anno superiori die XX. mensis Julii a Synodo Constantinopolitana damnatus fuit, ut ibidem vidimus, ideoque ejus supplicium & fuga in hunc annum differri non possunt. Ad hæc liberatus cap. 19. de eo scribit: *Sed ipse potitus est Episcopatu ejus* (sc. Flaviani) *plus quinque annis.* Quare cum Sedem Antiochenam invaserit die VI. mensis Novembris anni DXII. inde aufugit mense Septembri anni DXVIII. cum eam occupasset annos V. ac menses X. Quod si mense Septembri currentis anni eam deseruisset, annis fere septem in ea sedisset.

XVIII. *In Ægyptum & dein Alexandriam venit.* Theophanes ad annum Incarnat. secundum Alexan. DXI. Kalendis Septemb. præcedentis Christi anni inchoatum, scribit, cum Severus accepisset jussisse Imperatorem, ut expelleretur & occideretur, fugisse in Ægyptum: *Eo nuncio accepto, fugit Severus ac pariter Julianus Halicarnassi Episcopus & Dioscoro Alexandrinum adhuc Episcopatum administrante in Ægyptum profecti de corruptibili & incorrupto motis quæstionibus magnos in ea tumultus excitarunt.* Dioscorum Juniorem hoc anno demortuum insinuat Liberatus in Breviario, cujus verba mox referam, postquam observavero cum Garnerio in Dissert. de V. Synodo cap. 1. Interpretem Theophanis verba non bene vertisse, & sic interpretanda esse: *Id cum audisset Severus, fugit pariter ac Julianus Halicarnassi Episcopus, & postquam pervenerunt in Ægyptum hunc sermonem moventes de corruptibili & Incorruptibili, perturbarunt, Dioscoro Alexandriæ Episcopatum gerente;* quæ ultima verba Interpres Theophanis male transposuit, & ipsemet, Theophanes perperam scribit, quæstiones illas Dioscori temporibus motas; cum sub Timotheo id contigisse, his verbis asserat Liberatus: *prævidens* (nempe Severus) *quid sibi immineret, clam nocte descendit Seleuciam, & navim conscendens fugit Alexandriam, ad quam Civitatem, & Julianus fugerat. Ordinatusque est pro eo Archiepiscopus Antiochiæ Paulus Orthodoxus, suscipiens Chalcedonensem Synodum. Eo tempore Alexandriæ mortuo Dioscoro Juniore, Timotheus Ecclesiæ ipsius susceperat Episcopatum, a quo gratissime suscepti Severus & Julianus sedebant* ad

annum, ac proinde ubi dicit id primo Justini anno factum, constat ipsum quidem exactum numerasse annum, cum ipsius sententia liqueat id accidisse secundo ipsius Principis inchoato. Subdit vero idem Evagrius: *In ejus sedem successit Paulus: cui dabatur mandatum, ut Concilium Chalcedonense palam prædicaret. Qui sua sponte decedens Antiochia, certo jam vitæ cursu confecto, commune universæ carnis iter ingreditur.* Hæc Evagrius, ex quo alii eadem acceperunt.

CXLV. Mandatum erat Imperatoris, ut qui prædicare renuerent Chalcedonense Concilium e suis sedibus pellerentur. Ante Severum autem ejusdem jussu Imperatoris damnatum, eadem ex causa ejectum fuisse Julianum Episcopum Alicarnasseum, Liberatus (a) Diaconus agens, & de Severi fuga narrat his verbis: *Jam enim ab ipso Imperatore Julianus Alicarnaßeus Episcopus pro eadem sancta Synodo, eo quod eam non reciperet, pulsus fuerat sede. Quod sciens Severus, & prævidens quid sibi immineret, clam nocte descendit Seleuciam, & navem conscendens, fugit Alexandriam, ad quam civitatem & Julianus fugerat.* Hæc Liberatus.

(a) *Liber. in Brev. c.19. t.2. Concil.*

Julianus & Severus fugiunt Alexandriam.

CXLVI. Porro iidem nefandissimi hæretici Alexandriam fugientes, invenerunt ibi defunctum suum ipsorum collegam impietatis Dioscorum Juniorem, cum jam annos tres sedem illam occupasset; subrogatumque in locum ejus ab hæreticis Timotheum æque hæreticum, a quo ambo suscepti sunt. Haud enim eo status res erant Alexandrinæ, ut eis sicut aliis Justinus Imperator facile mederi potuisset, populo ipso pariter cum suis Episcopis in hæresim captivo deducto, cui patrocinari etiam magno cum vitæ discrimine parati essent. Illud namque civium animis infixerant seductores, Chalcedonense concilium fuisse Nestorianorum conventum, ab eoque destrui quæcumque ipsorum Pater sanctus Cyrillus contra Nestorianam hæresim conscripsisset: sed & Seniorem Dioscorum ipsorum Antistitem, non alium quam Cyrilli scriptorum defensorem se exhibuisse. His igitur & aliis hujuscemodi dolosis artibus, calumniis, atque mendaciis execrandi impostores illi populum adeo dementarunt

Miserandus status Ecclesiæ Alexand.

PAGIUS *ad laborem* (qui secundum Ducangium in Glossario vexilli genus erat). *Sub isto Timotheo de Corruptibili & Incorruptibili apud ipsam Ecclesiam quæstio mota est*, inquit Liberatus.

XIX. Vita functus est *Dioscorus Junior decima Baba, die Martis*, inquit Auctor Historiæ Patriarcharum Coptitarum, postquam sedisset *annos duos, dies* CXLVI. Verum loco, *die decima*, legendum, *die undecima* mensis Babæ, seu octava Octobris, quæ hoc anno in feriam tertiam incidit. Præterea loco, *dies CXLVI.* legendum, *dies CXL.* Dioscorus enim anno DXVII. die XXII. Maii *Joanni Nicæota* successerat. Dioscoro Nicephorus in Chronico & Tabulæ Theophanis annos tres assignant, incompletos sc. Ei successit *Timotheus*, ut mox dixi. Quod *Paulum* Severi in Episcopatum Antiochenum successorem, is hoc tantum anno idque mense Junio, ordinatus est Episcopus Antiochenus, ut tradunt Legati Hormisdæ Papæ, qui in Relatione data *III. Kal. Julias*, quam ex Urbe Constantinopolitana Romam miserunt, aiunt: *Post multas afflictiones, & pene in tres menses a Patribus protracta certamina, piissimus Imperator sua auctoritate Paulum nomine Presbyterum de Ecclesia Constantinopolitana elegit Episcopum fieri in Ecclesia Antiochena*; ut videre est apud Baronium num. LXXXVI. Legati illi Constantinopolim pervenere Dominica Majoris hebdomadæ, ut habet Relatio Dioscori unius ex Legatis apud Baronium num. XLIV. Dominica vero Majoris hebdomadæ hoc anno incidit in diem XXIV. mensis Martii. Pax Orientalis Ecclesiæ cum Occidentali, facta die Paschatis, die nempe ultima mensis Martii, ut legitur in Epistolis Andreæ Episcopi, & *Julianæ Aniciæ* apud Baronium num. LXIV. & LXVIII. Postea *Dioscorus* Legatus Relationem suam ad Hormisdam misit, in qua *ea concordia memorata*, ait: *Nunc de Antiochena Ecclesia tractatur: & ideo adhuc laboratur, quia nondum persona congrua est electa*, ut refert Baronius num. LVII. Dein Dioscorus misit aliam Relationem ad Hormisdam, ut videre est apud Baronium num. LXXIX. & seq. in qua dicit: *Nunc etsi post labores, etsi post intentiones plures Antiochena Ecclesia ordinata est, electus est quidem Paulus nomine Presbyter Constantinopolitanæ Ecclesiæ*. Subdit Dioscorus obtinuisse se, ut non Constantinopoli, sed Antiochiæ Episcopus ordinaretur. Tom. IV. Concil. pag. 1513. recitatur ea Dioscori Suggestio, diciturque *data III. Kalendas Junias*, *Constantinopoli*. Post mensem integrum, nempe III. Kalendas Julias, aliam Relationem, de qua mox actum, ad Hormisdam miserunt Legati, in qua ajunt, non sine labore in Synodo Antiochena, post tres menses *Paulum* ordinatum esse Episcopum. Eorum verba supra retuli.

Paulus Severo, Timotheus Dioscoro Episcop. Alexandrino succedit.

XX. Quæ diligenter explicanda fuere: video enim Viros doctissimos in fuga *Severi Paulique ac Timothei* initiis consignandis seriem temporum turbare & rebus gestis tenebras offundere. Baronius *Severi* fugam, quam Evagrius in primum Justini Aug. annum conjicit, in secundum differt, & uno eodemque anno & fugam Severi ac Pauli ejus successoris ordinationem contigisse arbitratur; Petavius, qui lib. X. de Doct. Temp. cap. LXII. perperam scripserat, annos Antiochenos a Kalendis Octob. proficisci, libro postea XIII. ejusdem Operis tradit anno DXVIII. & *Severum* fugisse in Ægyptum, & *Paulum* in ejus locum substitutum, & denique *Timotheum* jam tunc fuisse Episcopum Alexandrinum. Quæ tamen omnia, juxta ea quæ ipsemet jecit fundamenta, corruunt. Si enim annus Antiochenus DLXVII. Kalendis Octob. anni Christi DXVIII. inchoatus sit, ut ipse contendit, menseque Septembri *Severus* fugam arripuerit, certe tam ejus fuga, quam *Pauli* ordinatio & Dioscori Junioris obitus ante mensem Septembrem currentis anni non accidere. Severus itaque mense Septembri

Varie erratum in initio & fine horum Episcoporum consignandis.

runt, ut plane se obsequium præstare Deo putarent, si adversus fidem Catholicam fortes immobilesque consisterent, & eam etiam vitæ dispendio oppugnarent. Sic itaque defensione tumultuantis populi, qui illuc confugiebant hæretici, securi degere videbantur: magno namque periculo ab Imperatoribus perturbari Alexandrinos, exempla plurima docuere.

CXLVII. Sed quodnam novum portentum his diebus talium commercio Ægyptus prodidit, audi a Liberato Diacono (a): *Sub isto*, inquit, *Timotheo de corruptibili & incorruptibili apud ipsam Ecclesiam quæstio mota est hoc modo: Requisivit quidam monachus Severum, quid oporteret dicere Corpus Domini nostri Jesu Christi corruptibile an incorruptibile. Ille respondit, sanctos Patres corruptibile illud dixisse. Hæc audientes quidam Alexandrinorum, cum requisissent Julianum in alio loco sedentem, quid ipse diceret de eadem quæstione: ille dixit, sanctos Patres contraria dicere. Horum itaque singuli statuere proprium responsum volentes, scripserunt libros adversus alterutrum: qui venientes in multitudine civitatis, Ecclesiam illam diviserunt, & alios quidem fecerunt Corrupticolas appellari, verum incorruptibilitatis assertores Phantasiastas. Timotheus vero magis sententiam Severi secutus est. Cui cum diceret Themistius diaconus ejus: Si corpus Christi corruptibile est, debemus eum dicere, & aliqua ignorasse, sicut de Lazaro. Hoc Timotheus negavit dicendum: a cujus communione Themistius discedens, schisma fecit, & ab ipso dicti sunt in Ægypto Themistiani.* Hucusque Liberatus. Ita plane accidere consuevit, ut deviantes semel a recto tramite fidei Orthodoxæ, per errorum abrupta ferantur infelices hæretici inter se ipsos sententiarum contrarietate discissi, cum cuique liberum esse videtur quicquid velit astruere; qui & prurigine gloriæ jugiter exagitati, novum semper quid excogitare laborant, ex quo nomen nanscisci queant de secta primarium, dedignantes hæretici simpliciter nominari & veluti gregales milites dici, appetentes nomen hæresiarchæ. Agit de iisdem Leontius Scholasticus (a): reliqua autem, quæ ad hæc spectant, suis dicentur locis.

(a) Liber. in Brev. c. 19.

Novæ hæreses ortæ in Ægypto.

Hæretici Themistiani.

(a) Leont. de sect. Act. 5.

PAGIUS bri superioris Christi anni Sedem Antiochenam deseruit, postquam eam occupasset *plus quinque annis*, ut prodit Liberatus in Breviario cap. 19. annis scilicet quinque ac mensibus decem. Illam enim occupaverat die sexta Novembris anni DXII. ut suo loco ostendi. *Paulus* mense Junio hujus Christi anni in ejus locum substitutus est. *Dioscorus* cui tam Nicephorus quam Tabulæ Theophani insertæ annos tres assignant, quique anno DXVII. Episcopatum susceperat, hoc anno vita functus est, eumque *Timotheus* die circiter octava mensis Octobris excepit.

XXI. Ad num. CXLVII. Quæstio de *corruptibili & incorruptibili Severum* inter & *Julianum* Halicarnasseum Episcopum mota, Bonifacio II. Pontificatum Romanum gerente, ideoque circa annum DXXXI. Liberatus cap. 19. ubi de ea locutus est, capite sequenti ait: *Dum hæc Alexandriæ aguntur, defuncto Bonifacio Papa Romano, Joannes cognomento Mercurius Sedis Apostolicæ suscepit Præsulatum.* Natæ tunc sectæ duæ quarum altera *Corrupticolarum*, altera *Incorrupticolarum* seu *Phantasiastarum* appellata fuit. Quæ quidem quæstio, non ad mortalitatem vel immortalitatem, neque ad resolutionem in elementa vel contrariam substantiam pertinebat; cum & ipsi Eutychiani Christi corpus hujusmodi corruptioni non fuisse obnoxium faterentur. Id unum itaque in controversiam veniebat, an Christi Corpus perinde ac nostrum detrimentum pateretur, propter quæ reparanda, opus haberet cibo, potu, & requie ad reficiendas vires: an vero specie tenus affectiones istas pateretur, solaque œconomia, quemadmodum post resurrectionem. Ita statum hujus controversiæ explicat Nicephorus lib. 17. cap. 29. *Incorrupticolas* hoc potissimum Argumentum movebat, ut scribit Leontius lib. de Sectis Act. 5. quod si corruptibilem Christi carnem dixeris, jam hoc ipso duas in Christo naturas esse fatearis, unam incorruptam, aliam corruptionis capacem. Huic *Severus* occurrebat, asserens posse naturæ singularitatem adstrui, licet corruptioni carnem subiicias. Tertia exinde eodem tempore pullulavit *Agnoetarum* factio, de qua Baronius agit anno DXXXV. num. LXXI. *Cui* (sc. Timotheo Episcopo Alexandrino (*cum diceret Themistius Diaconus ejus: Si corpus Christi corruptibile est, debemus eum dicere & aliqua ignorasse, sicut de Lazaro*, ut refert Liberatus cap. 19. *Themistiani* seu Agnoetæ asserebant, Christum ignorasse *diem consummationis atque judicii* inquit Sanctus Sophronius Patriarcha Hierosolymorum in Literis ad Sergium Patriarcam Constantinopolit. lectis in Act. XI. Sextæ Synodi; ac sepulchrum Lazari, de quo apud Joannem Sanctas Sorores interrogavit his verbis: *Ubi posuistis eum.* Legendus Photius in Biblioth. Cod. CCXXX. & Cod. CVIII. Hanc hæresim refutant Lupus in Dissert. de Quinta Synodo cap. 7. & Natalis Alexander in fine sexti sæculi.

Origo Corrupticolarum, Incorrupticolarum, & Agnoetarum.

XXII. Institutum hoc anno Regnum *VVest Saxonum* seu *Saxonum* Occidentalium a Cerdico, qui aliquot ante annos e Germania in Britanniam venerat & contra Wallenses pugnarat, *quod Regnum cætera omnia sibi processu temporis subjugavit, & Monarchiam totius Britanniæ obtinuit*, inquit Huntindoniensis lib. 2. quod post annum Christi octingentesimum accidisse videbimus. Hanc institutionem ad præsentem annum pertinere testantur idem Huntindoniensis, Chronographus Saxo, Ethelvverdus lib. 1. & Malmesburiensis lib. 1. de Reg. cap. 2. Complectebatur illud Hamteschiriam, Somersetam, Wiltoniam, & illi proximam Hamptoniam Provincias. *De Cerdici* Successoribus postquam fidem Christianam accepere suis locis verba faciemus.

Initium Regni VVest. Saxonum.

JESU CHRISTI ANNUS 520.	HORMISDÆ PAP. ANNUS 7.	JUSTINI IMP. 3. THEODOR. REG. 28.

I. Vitaliani Consulis obitus.

QUingentesimus atque vigesimus Christi annus Rustico & Vitaliano Consulibus signatus habetur, quorum Rusticus in Occidente, Vitalianus vero in Oriente creatus est, sed infelici exitu: suo enim Consulatu suum consignavit interitum, de quo ita Marcellinus Comes in Chronico: *Vitalianus mense Consulatus sui septimo, decem septem vulneribus confossus in Palatio, cum Cleriano & Paulo satellitibus interemptus est*. Luit pœnas de patrocinio Eutychianis monachis præstito adversus Apostolicæ sedis legatos, ut anno superiori fusius dictum est. Quod enim ipse genere Scytha esset atque affinis Leontio Scythæ monacho, favit iisdem Scythiæ monachis adversus ipsos Apostolicæ sedis legatos. De ejusdem interitu agens Evagrius, sic ait (*a*): *Consul factus, cum in Palatio versaretur in porta quadam post aulam posita, per dolum cæsus occubuit: hasque pœnas pro sceleribus quæ tam inconsiderate contra Imperium Romanum consciverat, persolvit*. Hæc ipse plane alludens ad res ab eo gestas contra Anastasium Imperatorem; pro quibus sane summa laude dignus habendus erat, si quæ fecit, non regnandi animo, sed rectæ religionis intuitu præstitisset, ut superius demonstratum est: ut plane satis perspicue fuerit patefactum, recte facta si recta careant intentione, minime solere consequi rectum finem. Sed de his satis.

(*a*) *Evag. lib.* 4. *c.* 3.

II. Justinus Imp. quæstiones de fide refert ad Hormisd.

Quod ad res Ecclesiasticas spectat: eadem ipsa quæ ante annum a Justino Imperatore cæpta sunt Constantinopoli de restituenda pace atque concordia Orientalis Ecclesiæ, ab eodem, ut ad optatum finem ubique perducerentur, infatigabili studio laboratum est, prout scriptæ ab eo hoc anno ad Hormisdam Romanum Pontificem epistolæ docent, de quibus singulis ordine temporis agendum. Cum igitur qui extra Ecclesiam hactenus in castris hostilibus militarant Episcopi, ad unitatem Catholicæ Ecclesiæ se velle redire significarent, libellos obtulerunt ipsi Justino Imperatori, petentes, ut de his quæ ad finem spectant, quæstiones aliquæ solverentur, ne quis dubitationis scrupulus eorum mentibus insideret. His acceptis Imperator, probe sciens non esse sæcularium Principum de fide solvere quæstiones, sed primarii qui Ecclesiæ Catholicæ præsideret Antistitis; easdem ad Hormisdam Papam solvendas misit, has ad eum litteras scribens mense Ianuario (*b*):

(*b*) *Extant inter litteras Hormisd. Pap. tom.* 1. *ep. Rom. Pont.*

Justinus Augustus Hormisdæ Papæ.

III. Justinus ad Hormisd. de Episcopor. quæstionibus.

Quanto flagramus studio pro colligendis concordia sacratissimis Ecclesiis, jamdudum nos palam fecisse dignoscitur: qui & ab ineunte nostro Imperio sanctitudinem vestram admonendam duximus, quo certos dirigeret; ut interventu eorum, remedium aliquod his rebus inveniri possit. Et antequam advenerint qui destinati sunt, cuncta præparavimus, quo facili-

PAGIUS

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLVIII. A. C. 520.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6013.

⊙ 25. ED. ☽ 8. P. 19. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 520.

HORMISDÆ PAPÆ 7.

JUSTINI. IMP. 3.

THEODORICI REG. 28. & 10.

I. *Consules.*

[1] COSS. *Vitalianus* & *Rusticus*, qui in Fastis Chronici Alexandrini, & in Heraclianis *Rusticius* dicitur. Primus in Oriente creatus, ut omnibus notum. Secundus Occidentalis fuit, non vero, ut Onuphrius scribit, Orientalis; cum variæ Literæ ab Hormisda Papa hoc anno datæ solo ejus nomine notentur, aliæque ab eo acceptæ dicantur *Rustico V. C. Consule*. Præterquam quod Tununensis, qui in Africa vixit, solum *Rusticum* in Chronico profitetur, omisso Vitaliano, quia sc. Orientalis erat.

II. *Vitalianus Consul occiditur.*

Ad num. I. *Justinianus* Justini Imp. nepos *Vitalianum* hoc anno Consulem, Virum rebus contra Anastasium Imp. feliciter gestis insignem, veritus ne sibi impedimento foret ad Imperium post Justini mortem consequendum, Justino suspectum reddidit, ac de medio tollendum curavit, quod *mense Consulatus sui septimo* factum, tradit Marcellinus in Chronico. Procopius in Historia Arcana cap. 6. Justiniano cædem Amantii attribuit, eaque narrata subdit: *Illico vocatum mittit Vitalianum tyrannum fide publica, impunitate promissa, & una susceptis Christianorum Mysteriis: paulo deinde post dato suspicioni atque offensioni loco, eum ac ne-*

NOTÆ

[1] COss. *Vitalianus* & *Rusticus*.
Victor: *Rusticione V. C. cos.* Marcellinus: *Vitaliano* & *Rustico*.
Epitome temporum & Indiculus Paschæ anno a passione Domini CCCCXCIII. bisextili: *Rusticio*. GEORGIUS

*lius transigerentur, quæ per hanc florentissimam urbem disponenda fuerant. Verum quoniam preces nostro numini porrectæ sunt ex diversis Eois provinciis, certa quædam differentibus pro fide Catholica, secretaque suæ mentis declarantibus, quæ apud se pro individua Trinitate constituta testantur, quæque firmiter sese recepturos ostenditur *: hisque relectis, Dioscorus aliqua asseruit non convenienti ordine inserta fuisse; merito duximus aperienda vobis ea, quæ sumus edocti. Non multo itaque post a nobis quidam destinabitur ad certiorem faciendam beatitudinem tuam super omnibus, & insinuandas vobis supplicationes, quæ nobis oblatæ sunt, & responsum pietatis vestræ referendum, quo possint resecari tandem dubitationes incongruæ. Securi igitur de nostro consilio, solicitis orationibus placare nobis Divinitatem summam dignemini: Data decimoquarto Kal. Februarii, Constantinopoli, Vitaliano & Rustico Coss.*

* ostendunt

Qua die etiam datæ extant novissimæ Joannis Constantinopolitani litteræ de Paschali solemnitate hoc anno celebranda decimotertio Kalendas Maji. Quænam autem essent quæstiones illæ, de quibus Justinus Imp. Hormisdam consuluit, ex aliis ejusdem Augusti litteris ad eumdem Pontificem datis in fine hujus anni patebunt: ad illud enim usque tempus dilata est Imperatoris legatio, quam se in recitatis litteris ad ipsum fore missurum pollicetur.

IV. At non Imperator tantum, sed & Justinianus vir clarissimus Comes Domesticorum eodem argumento ad ipsum Hormisdam litteras (a) dedit, ab eodem propositarum quæstionum expetens Apostolicam definitionem. Quibus acceptis Summus Pontifex, in his quas ad ipsum litteras reddidit, rem breviter attingens, pollicetur plenius se ipso eo tempore satisfacturum, cum per legatum ab Imperatore Romam mittendum res omnes magis accurate expressas acceperit: interim vero has breves ad ipsum litteras rescripsit, quas hic tibi legendas proponimus (b):

(a) Extant inter Hormisdæ ep.

(b) Hormis.ep.74.

V. Hormisdæ ad Justinianum epist.

Hormisda Justiniano viro Illustri.

Quod celsitudo vestra animi circa me sui benevolentiam dignatur ostendere, facitis rem Deo placitam & recte conscientiæ congruentem. Sed si non parva sunt nobis hujus emolumenta propositi; major in vos fructus de tali bonitate revertitur. Neque enim vacua honorificentia est, quæ defertur Antistiti. Indubitatum siquidem est, quia honor ministri, cultus est domini; & qui personam sacerdotis, magni habet, majorem remunerationem ab eo, cui sacerdos famulatur, accipiet: dicente Domino Jesu, iis qui Prophetas in honore suscipiunt (c), suam mercedem esse reddendam. Et apud me quidem magni est gratia vestra momenti, eo tamen pretiosior, quia quicquid mihi gratiæ dignanter impenditis, in Ecclesiarum defensione monstratis. Sed

(c) Matt. 10.

PAGIUS *necessarios in Aula impie contrucidavit, nihil veritus fidem fallere tam formidandam.* Fuit Vitalianus genere Scytha, ut Marcellinus habet, Patricioli filius, ut testatur Procopius lib. I. de Bello Persico cap. 8. Ob affectatam sub Anastasio tyrannidem sibi timens publicam postulaverat fidem quam *Justinianus* Justini nomine non solum dedit; sed etiam super sacram mensam, ritu Christianis consueto ἀδελφοποιΐα, ut ritus hic a Græcis nuncupabatur, idest, *jurata mutuo fraterna fide*, Vitalianum sibi devinxit, quod Procopius laudatis verbis explicavit. Alemannus in Notis ad Hist. Arcanam *Strategium* ærarii Præfectum Justiniani *fratrem* appellatum animadvertit in Historia de Templo Sanctæ Sophiæ, quem ibidem infra Auctor nominat ἀδελφοποιητόν. Ritum hunc antiquissimi Patres hausto Christi poculo sacrum fecerunt, quibus curæ fuit abolere illas humani cruoris potiones, quas adhibuerunt non solum Barbari, & Orientis populi, ut refert Lucianus in lib. de Amicitia, cui titulus est: τόξαρις; sed etiam Romani ad amicitias, fœdera & conjurationes stabiliendas. Hinc *Justinianus* scribens ad Hormisdam Papam, ut anno superiori num. XII. vidimus, dicebat, *Frater noster gloriosissimus Vitalianus*.

III. Fuit Vir maxime Orthodoxus. Tantæ fuit apud Justinum auctoritatis *Vitalianus*, ut eo instante *Severum* & *Iulianum* hæreticos jusserit exulare, ut docet Liberatus in Breviario cap. 19. & Hormisda Papa de gravioribus Ecclesiæ negotiis ad eum scripserit. Eum Theophanes, Zonaras, Cedrenus, aliique Græci Historici Virum maxime *Orthodoxum* vocant, sicuti & Liberatus laudatus, qui ait Severum accusatum fuisse *a Vitaliano Magistro militum, Viro Religioso & Orthodoxo*. Baronius quidem ait: *Vitalianus luit pœnas de patrocinio Eutychianis Monachis præstito adversus Apostolicæ Sedis Legatos.* Verum ut ostendit Em. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 19. nec ullus ante eum fidem ejus in dubium vocavit, nec Monachi Scythæ Eutychiani erant, neque *Vitalianus* Legatos offendit. Haud illi quidem cum *Dioscoro* uno de Legatis convenit; sed tamen per Paulinum ad Hormisdam de illa quæstione, *de uno de Trinitate passo*, literas misit & per *possessorem* Hormisdam etiam de *Fausti* libris consultum voluit: adeo ut si in quopiam repugnarit *Dioscoro* impensius Monachorum æmulis adhærenti, id minori ejusdem erga Apostolicam Sedem reverentiæ & obsequio haud tribuendum sit, sed publicæ quietis studio, quo *Dioscorum* judicem, non adversarium, vel initio causæ desideravit.

IV. Monachos Scythas inculpate defendit. Legati quidem hæc de Vitaliano scripserunt ad Hormisdam, ut videre est apud Baronium anno DXIX. num. XC. *Vitaliano magnifico viro subrepserunt, & ut talia vindicaret pro talibus rebus, & contra nos quæcumque potuit impedimenta afferret.* Sed ea in re se se Legatis Vitalianus opposuit, quam extra Pontificis mandata, privata auctoritate tractabant; ipsummet Pontificem interim per Literas consulens, ut ipsius erga illum obsequium integrum omnino haberetur. Immo ipsis Legatis Constantinopolim accedentibus, decimo ab Urbe

VI. *Sed ut ad id quod celsitudo vestra desiderat, noster sermo dirigatur: quamquam & clementissimus Imperator & vos promittatis legationem esse venturam: & id cum ratione convenerit, ut eorum qui dirigendi sunt, super omnibus nos decuerit expectare præsentiam; tamen quia gratum nobis est studium, quod circa religionem vos habere declarastis, non gravat prælibare, dicendo: Non opus, ut stabilitatem fidei vestræ intentionis potius quam rationis sequaces procaci verborum novitate confundant. Sancta Trinitas Pater & Filius & Spiritus sanctus unus est Deus: hanc Israel jussus adorare: cujus inseparabilis, & indiscreta substantia non potest dividi, non potest sacrilega divisione * separari, servata tamen proprietate sua unicuique personæ.* Hæc ad explodendam Scytharum monachorum arrogantiam, asserentium non dicendum unam personam de Trinitate in carne crucifixam, sed unum de Trinitate id præstitisse, ut superius visum est. Sed ad postremum his verbis epistolam claudit Hormisda: *Hæc interim commendanda fidei vestræ, epistolaris styli terminum cogitantes, congrua credimus brevitate sufficere, plenius differenda, cum florente Imperio clementissimi Principis promissam legationem & nos suscipere, Deo propitiante, contigerit; & cognitis omnibus, cum adjutorio Dei nostri responso reddito pro universitatis informatione remittere.* Hactenus ad Justinianum Hormisdæ epistola, quam cum constet ante missos Romam legatos scriptam esse, utique hic suo loco posita est.

* distinctione.

VII. Paulo post autem mori contigit ipsum Joannem Constantinopolitanum Episcopum, ut litteræ Dioscori legati Apostolici ad Hormisdam Pontificem datæ significant, quibus inest ejusmodi titulus (*a*):

(*a*) *Extat inter Hormisd. ep. t. 1. epist. Rom. Pont.*

Dioscori relatio de obitu Joannis, & creatione Epiphanii.

Suggestio Dioscori diaconi ad Hormisdam Papam.

Erat optabile & voto nostro conveniens, consonantia præteritis annunciare, scilicet Pontificem Constantinopolitanæ Ecclesiæ Joannem esse superstitem, & confessionem libello editam: cujus merita non est dubium Deo placere, qui inter Catholicos & communicatores sedis Apostolicæ meruit ad aliam ex hac vita discedere. In cujus locum Epiphanius quidam presbyter Syncellus ejus successit, cujus initia bona videntur: nam rationabilia loquitur, & promittit Patrum se regulas servaturum; pacem unitatemque ordinatam non dissipare, sed magis augere. Ista sunt quæ promittit: quid tamen opere possit implere, adhuc ignoramus. Has siquidem litteras, quarta post ordinationem ejusdem die, reperta occasione, transmisimus. Necdum cum eo communicavimus, non quasi resistentes, sed quia adhuc ab eo non sumus invitati. Superest, ut beatitudinis vestræ insistat oratio, quatenus divinæ gratiæ adjutorio talis erumpat, per quem de perfecta possimus unitate gaudere. Accepta septimo Idus Aprilis, Rustico V. C. Consule. Numerantur sedis Joannis Episcopi Constantinopolitani defuncti anni tres tantum: qui quidem Orthodoxi semper nomen obtinuit licet Anastasii Augusti tempore ob ingentem persecutionem siluerit.

VIII. Cum autem electus novus Constantinopolitanus Episcopus Epiphanius moram faceret mittendi ex more legationem ad Romanum Pontificem; exegit ab eo debitum Hormisda Papa, has ad eundem litteras scribens: quibus intelligas pristinam consuetudinem, qua solerent electi Episcopi legationem Romam mittere, petentes Apostolicæ sedis communicationem, ad hoc, ut nomen Catholicum consequi possent, & sic totius Ecclesiæ Catholicæ Episcopi ipsis communicarent. Sed accipe Hormisdæ litteras ob jura sua dilata Epiphanium interpellantis (*b*):

(*b*) *Hormis. ep. 68.*

Hormisda Epiphanio Constantinopolitano Episcopo.

IX. Exigit legationem Hormisda ab Epiphanio.

Diu nos non nunciata tuæ primordia dignitatis tenuere suspensos, & in ipsa communis gratulatione lætitiæ mirati admodum sumus morem pristinum fuisse neglectum; quia reparata Ecclesiarum, Deo annuente, concordia, plenum fraternæ pacis id flagitabat officium: præsertim quod illud sibi non arrogantia personalis, sed regularum observantia vindicabat. Decuerat siquidem, frater charissime, te legatos ad Apostolicam sedem inter ipsa tui Pon-

PAGIUS be milliario, honoris causa obviam processit quod ad *Hormisdam* iidem perscripsere, ut eo anno legitur apud Baronium num. XLIV. Unus etiam *Vitalianus* fuit, qui Anastasio Imperatore Eutychiano rem Catholicam vexante arma pro fidei incolumitate induit, atque ea non prius arma deposuit, quam *Anastasius*, & Episcoporum reditum, & sacram Synodum, cui Romanus Pontifex interesset, jurejurando promitteret. Quam quidem a *Vitaliano* partam gloriam, Monachos postea Scythas defendendo obscurasse, nullus ex Antiquis scripsit.

V. *Epiphanius fit Episc. Constantinopol. post Joannis Cappadocis mortem.*

Ad num. VII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXII. qui præsenti Christi anno cum mense Augusto absolvitur, ait: *Joanne Cappadoce Constantinopol. Episcopo defuncto, Epiphanius ejusdem Ecclesiæ Presbyter & Syncellus, mensis Februarii die vigesimo quinto fuit ordinatus*, quem in diem hoc anno, qui bisextilis fuit incidit Festum Sancti Mathiæ Apostoli. Quare cum in Suggestione Dioscori unius e Legatis ad Hormisdam Papam a Baronio n. VII. recitata, dicatur eam missam esse *quarta post ordinationem* Epiphanii *die*, liquet, eam ultimo die mensis Februarii scriptam

*Pontificatus initia destinasse; ut & quem tibi debeamus affectum, bene cognosceres, & vetustæ consuetudinis formam rite compleres. Sed licet, his omissis, paginalia tantum sufficere judicasses ex occasione colloquia; nos tamen gratia stimulante * compulsi, interim juste constantiam expectationis abrupimus, reciproca, mutuæ charitatis verba reddentes: quia & noster animus amoris impatiens, & legatorum nostrorum votiva relatio exclusum quod imperabat causa silentium ad officia benigna traxerunt, quibus ad præsens gaudii nostri signa monstramus, & privatæ quodammodo amicitiæ votiva persolvimus.* Vides quam caute agat Hormisda, nempe, cum docet se ista scribere veluti privatæ amicitiæ debito, non ut Antistitem universalis Ecclesiæ, ne videlicet non petentem videri posset Catholica & Apostolica communione impertiisse, quam & legatione solemni & litteris, more majorum, Epiphanius tenebatur expetere. Sed pergit:

* stipulante.

X. *Legationem autem tuam & ea quæ dudum gratia sustinemus, & fulti veteribus constitutis exigimus: ut quantum gaudii fructum vel de tui Pontificatus honore capiamus, vel quas tibi gratias referri conveniat pro impensis in negotio propagandæ unitatis officiis (sicut nostrorum multipliciter astruxit legatorum narratio) evidentius exprimamus.* Hæc Hormisda ad Epiphanium.

XI. Quæ præstitit Epiphanius erga Hormisdam.

Qui quidem, ut par erat, non defuit officio, immo mensuram apposuit confertam, coagitatam, & superfluentem, dum videlicet primum litteras ad Romanum Pontificem una cum fidei suæ professione misit; atque post hæc tres legatos, quibus non alias suas posteriores litteras tantum addidit, sed & a Synodo collecta Constantinopoli Synodalem epistolam per eosdem legatos dari voluit, quibus etiam & munera junxit ad eumdem Hormisdam Pontificem perferenda. Sed antequam de his agamus, quæ tardius datæ, nonnisi mense Septembri ab Hormisda sunt acceptæ; de rebus gestis a Possessore Africano Episcopo Constantinopoli degente (de quo superiori tomo mentio facta est) deque oborta Constantinopoli controversia, quæ ad Romanum Pontificem ab ipso Possessore scripta sunt per Justinum diaconum ad hoc missum videamus. Ex more enim, de quæstionibus ad Catholicam fidem spectantibus, non alium quemquam, nisi quem præsidere sciret in Ecclesia Catholica magistrum, Possessor consulendum putavit: quod & ipse suis litteris profitetur, quarum ita se habet inscriptio (*a*):

(*a*) *Extat inter epist. Hormisdæ Papæ t. 1. epist. Rom. Pontif.*

Domino beatissimo & ineffabiliter mirabili & in Christi gratia præferendo Papæ Hormisdæ Possessor Episcopus in Domino æternam salutem.

XII. Possessoris Episc. ep. ad Hormis.

Decet & expedit ad capitis recurrere medicamentum, quoties agitur de sanitate membrorum. Quis enim majorem circa subjectos solicitudinem gerit, aut a quo magis nutantis fidei stabilitas expectanda, quam ab ejus sedis Præside, cujus primus a Christo rector audivit (b): Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam? Arbitror vestram beatitudinem non latere quantis in Constantinopolitana urbe Ecclesia laboret insidiis, & ad morem veteris morbi in saniem vulnus iterum quærat erumpere, quod obductum creditur cicatrice. Quænam ista fuerint, satis est demonstratum, nempe complures illic extare, qui faventes Scythis monachis, per cuniculos latenter restituere conabantur Eutychianam hæresim auctam Theopaschitarum blasphemia, qua crucem divinitati cona-

(*b*) *Matt.* 16.

PAGIUS ptam. Nam, ut in fine ejusdem Suggestionis legitur, illa Romæ *accepta septima Idus Aprilis Rustico V. C. Cos.* Duo fuere *Joannes Cappadoces* appellati, Joannes Epiphanii decessor, & *Joannes Cappadox*, qui Justiniano imperante Præturam primum cepit, *Joannes* Episcopus Patriarchæ *Oecumenici* nomen primus ausus est usurpare, quod *Justinianus*, qui eum amabat, legibus suis postea inscripsit. Baronius ei annos tres assignat, Auctor Tabularum Theophanis annos duos, sed accuratius Nicephorus in Chronico annum unum & menses decem; Antistes enim Constantinopol. dictus est anno DXVIII. die XVII. mensis Aprilis; a quo die & anno ad XXV. Februarii currentis anni, fluxere annus unus, menses decem, & aliquot dies, quos Nicephorus neglexit.

VI. *Justinianus Monachos Scythas Hormisdæ commendat.*

A num. XI. ad XXIX. Acta hoc anno in causa Monachorum Scytharum Em. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 18. & seq. sic prosequitur. *Justinianus* qui eosdem protegebat quarto ad Hormisdam in eorum favorem scripsit, & in suis Literis eos apprime Catholicos contestatus, litem verbo tenus tantum esse autumabat, iterum rogans, ut jam tandem eos cum responso dimitteret, quorum doctrinam juxta traditionem Patrum dici vulgo affirmabat: *Quidam asserunt*, inquit, *Filium Dei Dominum nostrum pro nostra salute Carne crucifixum Unum de Trinitate debere prædicari*. Item, *Quidve super hoc evitare debeamus, nos certiorare dignetur, quoniam verba videntur facere dissensionem; nam sensus inter Catholicos omnes unus esse probatur*, &c. *Quia vero dictum est, Scythicos Monachos hac ratione ad Sedem vestram accessisse pro traditione Patrum, & ordine regularum, præbito eis responso, nihil formidante, ad nos cum vestris literis jubete remittere, quarum etiam exemplaria consignata prædicto viro strenuo Eulogio dari præcipite. Hæc enim omnia ideo petimus vos disponere cautius, ut ne locus mendacio, vel insidiis detur.* Hæ quidem literæ nullius Consulis nomine subsignatæ sunt, datæ tamen videntur hoc anno quia *Eulogius* eas detulit, qui cum superiori Romæ esset, Hormisdæ Literas *IV. Nonas Septemb.* datas Constantinopolim portavit, uti diximus. Licet

narentur inferre. Sed præter hæc, quænam recens ibidem contentio eſſet oborta, idem Poſſeſſor verbis iſtis ſignificat, cum pergit:

XIII. De Fauſti Regien. libris conſultatio. *Unde cum quorumdam fratrum animus de codice Fauſti cujuſdam natione Galli Reginæ civitatis Epiſcopi, qui de diverſis rebus & frequentius de gratia Dei diſerte viſus eſt diſputare, in ſcandalum moveretur, aliis (ut ſe habent humana ſtudia) in contrarium renitentibus; me crediderunt de hoc ambiguo conſulendum. Dixi quidem, ea quæ a tractatoribus pro captu proprii ingenii diſputantur, non ut canonica recipi, aut ad Synodalium vicem pro lege ſervari; ſed habere nos certa ſcilicet, quæ veteri lege vel nova conſcripta, & generalibus Patrum ſunt decreta judiciis ad fundamentum fidei, ac religionis integram firmitatem: hæc autem quæ Antiſtes diverſi conſcripſerunt, pro qualitate ſui, ſine præjudicio fidei ſolere cenſeri.*

XIV. *Sed cum hæc (quantum in eorum frequenti poſtulatione perſenſimus) magis eis excuſatio videretur; vel pro eorum prece, vel pro obſequii occaſione reddendi Apoſtolatui veſtro, per Juſtinum diaconum meum præſumpſi apices parvitatis meæ ingerere: quibus principaliter orationum veſtrarum munimen expoſcens, quæſo, ut conſulentes quid de præfati auctoris dictis videatur, auctoritate Apoſtolicæ reſponſionis agnoſcant: maxime quod filii quoque veſtri Magiſtri militum Vitalianus & Juſtinianus præcipue ſuper hac re reſcripto beatitudinis veſtræ ſimiliter informari deſiderant.* Hæc de oborta de libris

Probandæ miſſæ Romam explanationes ep. Pauli. Fauſti quæſtione Poſſeſſor. Ad hæc inſuper cum jam probandum miſiſſet ad eumdem Pontificem ſcriptum commentarium in epiſtolas Pauli Apoſtoli, quod ſciret eas tantum recipi ab Eccleſia Catholica interpretationes divinæ Scripturæ, quas Apoſtolicæ ſedis judicium comprobaſſet; idem Poſſeſſor ad finem epiſtolæ iſta habet: *Codicem quoque tractatum* * *antehac direxiſſe memini, continentem beati Pauli Apoſtoli epiſtolarum explanationes; pro quo reſcripto gratulari non merui: unde ſimili prece depoſco, ut prærogativam benedictionis veſtræ competenti reſponſione merear adipiſci. Accepta decimoquinto Kalendas Auguſti, Ruſtico V. C. Conſule.* Quando autem data fuerit, non apparet: quam ex mentione, quæ in ea fit Vitaliani, ſcriptam eſſe putamus hoc anno, ante tamen quam ille per internecionem de medio tolleretur, quem in fine menſis Julii, vel Auguſti initio cæſum eſſe, quæ dicta ſunt ſuperius docent.

* tractandum

Has accipiens a Poſſeſſore Epiſcopo litteras per Juſtinum diaconum Hormiſda Papa, quod novæ quæſtionis occaſione videret alterius ſciſſionis in Oriente imminere periculum, reſpondere minime prætermiſit, Idibus Auguſti reſcribens ad Poſſeſſorem epiſtolam: quam etiam, quod ſatis ſciret ob Scythas Romam profectos monachos repulſos a legatis, novæ controverſiæ cauſa Conſtantinopolitanam Eccleſiam (quod & Poſſeſſor ipſe ſcriptis docuerat) hæreticorum inſidiis laborare; primum omnium poſt deplorata præſentia mala, idem Hormiſda de his, quæ cum illis tranſacta erant, voluit per eumdem Poſſeſſorem Orientalibus innoteſcere. Porro de hujus certa fide epiſtolæ, quam ab ipſis adverſariis monachis Scythiæ in controverſiam deductam & negatam Hormiſdæ eſſe ſcimus, quod valde per eam perſtringerentur, agemus in fine ipſius: modo ipſa hic integra reddenda erit, quæ ſic ſe habet (*a*): XV.

(*a*) *Extat emendatior inter ſcripta Joannis Maxentii mendoſior vero inter Hormiſdæ ep.*

Hormiſda Poſſeſſori Epiſcopo.

Sicut rationi congruit, ut conſulant ambigentes; ita par eſt, reſpondere conſultos; quia ipſe impellit in errorem, qui XVI.

non

PAGIUS cet vero ex *Dioſcori* Literis in Regiam Urbem prope Idus Octobris advenerit, haud tamen credibile eſt, eodem anno, hyeme ingruente, Romanum iter denuo aggredi juſſum.

VII. *Hormiſda eos Romæ detinet.* His Juſtiniani Literis in hanc ſententiam reſpondet Hormiſda Epiſt. LXVII. a Baronio anno ſuperiori num. CXVII. recitata: *Significantes Scythas Monachos allegaſſe plurima, quæ nos relinquere indiſcuſſa non poſſumus, ſed Legatorum noſtrorum, Deo juvante, feſtinemus adventum; pro qua re eos in Urbe credimus retinendos, a qua nec ipſi ordinatione diſſentiunt. Amplitudinem veſtram tamen retinere confidimus quod de ipſis nobis præterito tempore literis deſtinatis ſcripſerit.* Quibus poſtremis verbis Juſtinianum perſtringit, qui ſententiam in Scythica cauſa mutaſſet; illum tamen hortatur, ut cum Imperatore agat, quo *Victor*, aliive, qui a Monachis accuſabantur, Romam mittantur, ut melius cauſa tractari poſſit: *Victorem præter ea,* inquit, *qui Diaconi habere perhibetur officium, cujus fidem hi ipſi Monachi vehementer accuſant, vel alios, qui perverſas forſitan obiiciunt quæſtiones, ordinatione Domini filii noſtri Clementiſſimi Imperatoris ad Urbem vobis ſuggerentibus dirigantur, ut univerſas allegationes, de quibus contendunt, nos poſſimus agnoſcere.* Quæ quidem literæ cum per Eulogium miſſæ ſint, hoc anno datæ, ut ex dictis colligitur. Notanda tamen hic illa Hormiſdæ verba: *Qui perverſas forſitan obiiciunt quæſtiones;* etenim non obſcure, non tantum illam de Uno de Trinitate paſſo, ſed & reliquas de Gratia & Libero Arbitrio quæſtiones indicant, in quibus Scythæ *Victorem*, alioſque adverſantes patiebantur. *Juſtinus* etiam *XV. Kal. Februarias*, eadem de cauſa ad Hormiſdam ſcripſit, Vitaliano & Ruſtico Coſſ. *Quoniam preces*, ait, *noſtro Numini porrectæ ſunt ex diverſis Eois Provinciis certa quadam diſſerentibus pro Fide Catholica, ſecretaque ſuæ mentis declarantibus,*

quæ

Ad Possessorem Hormisdæ Papæ epist.

non instruit ignorantem: nec quicquam aptius est studioso religionis, quam, inquisitio veritatis; quando facilius devium vitat, qui iter, per quod graditur, rogat. Sed priusquam respondendi curam de his quæ dilectio tua percunctatur, aggrediar; libenter in litteris tuis fidei tuæ me fateor invenisse fervorem, cujus calore succensus, redivivam in illis partibus infidelium peversitatem vigere suspiras. Dignissimus dolor, qui dedita Deo corda contristet: nec enim est apud eos lapsus inlamentabilis, quibus est igniculus charitatis: quia unum spiritualium votum est salus inconcussa cunctorum: Sed non est ignota Ecclesiæ Dei de hujusmodi procellis aut insueta tempestas: & quamvis rectoris sui gubernaculo inconcussa persistat, variis tamen insurgentium fluctuum laborat vexata turbinibus. Nam unde est Psalmidici vox Prophetæ, qui ipsius Ecclesiæ personam, Spiritu quo impellebatur, assumens (a): Sæpe, inquit, expugnaverunt me a juventute mea: etenim non potuerunt mihi? Concutiunt, sed in nihilo prævalebunt. Adhuc in area sumus, mixta sunt frumenta cum paleis: gemunt boni consortia malorum, sed superest flamma non necessariis, & parata sunt borrea jam probatis. Ubi terrarum non est ista permixtio? Nos fixis decet in-

(a) Psal. 128.

stare vestigiis: proficiemus inter adversantes propriis bonis, si erroribus non involvamur alienis. Probat enim virtutis suæ validum robur, qui cum impellitur, non movetur.*

*insistere.

XVII. Scythæ Monachi quales.

Ubi non variæ tentationis aculei? Quales per hunc fere jugem annum quorumdam Scytharum, qui monachos præseferebant specie, non veritate, professione, non opere, subtili tectas calliditate versutias, & sub religionis obtentu famulantia odiis suis venena pertulimus, studentes eos ab interno vulnere medicabilis patientiæ moderamine sanare, B. Pauli (b) monita non tacentes: Noli verbis contendere: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium. Sed quando virus, quod viscera penetravit, evellitur? Quando corda male sibi credula veritatis obtemperant institutis? Quando induit obedientiæ humilitatem opinionibus suis vallata superbia? Quando acquiescunt paci contentionem studiis assueti, sola certamina amantes de religione captare, & mandata negligere? Numquam apud eos charitas novo commendata præcepto, numquam pax Dominico relicta discessu: una pertinacis cura propositi, rationi velle imperare, non credere; contemptores auctoritatum veterum, novarum cupidi quæstionum; solam putantes scientiæ rectam viam, qualibet con-

(b) 2. Tim. 2.

PAGIUS

quæ apud se pro individua Trinitate constituta testantur, quæque firmiter se recepturos ostenditur, hisque relectis Dioscorus aliqua asseruit non convenienti ordine inserta fuisse, merito duximus aperienda vobis ea, quæ sumus edocti. Eas litteras integras recitat hoc anno Baronius n. III. Hic vero Dioscorus, qui Hormisdæ Legatum apud Justinum agebat, atque Monachos Scythas suis ad Pontificem literis insectatus est, mortuo *Felice* Romanum Pontificatum per vim invasit, conflato contra Bonifacium II. Schismate, atque intra paucos dies ultore Numine extinctus est, ut ex his aperte intelligatur, quem hominem Scythæ monachi accusatorem habuerint.

VIII. *Monachi Libellum fidei suæ ad Episc. Africanos mittunt.*

Quo tempore hi Pontificios Legatos opperiri jussi, longiores moras Romæ trahebant nobiles suæ ipsorum causæ adstipulatores nacti sunt. Erant in ore famæ Episcopi Africani, qui a *Trasamundo* Vandalorum Rege Ariano in Sardiniam exules fuerant deportati: e re igitur visum est, eosdem misso Legato cum Professionis in fidei Libello in partes pellicere. Quatuor initio quidem Romam a Scythis Oratores ex Justiniani Epistola destinatos superiori anno vidimus, sed alii insuper in priorum subsidium submissi fuerant; quos inter *Petrus Diaconus* eminebat, qui primo etiam loco eorum Literas subscribebat; alter etiam *Joannes Lector* eisdem additus legitur in subscriptione libri de *Incarnatione & Gratia* in Sardiniam missi.

IX. *Eorum Libellus in octo capita digestus.*

Communi consensu Libellum in octo capita digestum producunt; eumque per Joannem Diaconum ad Episcopos Africanos dirigunt, in cujus Præfatione hæc scribunt: *Suppliciter petimus, & obsecramus Beatitudinem Vestram quatenus diligenti examinatione ea, quæ inferius continentur discutientes (ut decet verissimos & intrepidos Christi prædicatores) scriptis sententiam vestram nobis patefacere jubeatis, ut si Domino præstante, Catholicæ fidei conveniens & Apostolicis traditionibus nostra apud vos, sicut non diffidimus, fuerit expositio comprobata, & facile tantorum Virorum, probatissimorumque Sacerdotum auctoritate muniti, iniqua loquentium ora obstruere valebimus, & in fide Sanctorum Patrum perseverantes, Deo, qui nos Sanctimonii sui confessione glorificavit, gratias referamus, Domini sanctissimi, & Deo dignissimi.* Rursus ibidem etiam hæc præfati sunt: *Utile & pernecessarium, Sanctisque Dei Ecclesiis specialiter credimus profuturum, ea quæ de Incarnatione & Dispensatione Divina nobiscum universa Ecclesia Orientalium contra hæreticos defendunt*, &c. *Sanctitati Vestræ suggerere.*

X. *Ecclesias Orientales secum conspirare contestantur.*

Baronius, qui anno superiori a num. CXI. ad CXVI. de hoc Monachorum Scytharum ad Episcopos Africanos refugio loquitur, superioribus verbis recitatis, num. CXIII. exclamat: *Puto quidem in ipso ingressu te considerasse consuetam hæreticorum arrogantiam, dum pauci Scythiæ Monachi, si tamen Monachi potius vero circulatores dicendi, & impostores totius Orientalis Ecclesiæ præ se ferunt esse Legatos secumque omnes Ecclesias eadem sentire, præsertim populos Orientis.* Verum Scythæ non se totius Orientalis Ecclesiæ Legatos venditant; sed hoc unum in titulo Libelli scribunt. *Petrus Diaconus, Joannes Leontius, Joannes, & ceteri fratres in causa fidei Romam directi.* Universas quidem Orientis Ecclesias una secum conspirare contestati sunt, sed non soli illa dixerunt; nam hoc ipsum de Episcopis Orientis scri-

concepta facilitate sententiam: eo usque tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusque Orbis putent inclinandum esse judicium; nec in numero Fidelium deputantes sequaces traditionis paternæ, si suæ viderint cedere nolle sententiæ: docti crimina serere, obtrectationum venena componere, integrum Ecclesiæ corpus odisse, seditiones instruere, invidiam concitare, & pro obedientia, quæ in cœnobiis principatum regularis obtinet disciplinæ, obstinationem pertinacis amare superbiæ.

XVIII. Turbas concitarunt Romæ Scythæ monachi. *Non illos potuimus monitis, non mansuetudine, non auctoritate comprimere. In publicum usque prodiere conventum, ad concursionem quietis circa Regum etiam statuas inclamantes; & nisi fidelis populi constantia restitisset, per diabolicæ semina nefanda zizaniæ apud illos dissensionem & discordiam commovissent, per quos adjutorio Dei de religione eorum est pulsa dissensio. De eis sero probavimus prophetica Apostolum (a) voce dixisse: In novissimis diebus instare tempora periculosa, & fore homines sui tantum amatores, habentes formam pietatis, virtutem autem ejus abnegantes; itaque esse vitandos. Hæc ideo dilectioni vestræ indicanda sub occasione credidimus, ne si illuc fuerint forte delati, ignorantes quemadmodum se in urbe Romana tractaverint, sub aliqua verborum simulatione deciperent.* Hæc de Scythis Hormisda, quos in epistola (b) superiori anno data ad legatos Constantinopoli commorantes, fugam tentasse, sed custodiri jussos fuisse (ut vidimus) tradidit. At quæ sequuntur, responsionem continent de libris Fausti Regiensis Episcopi istis verbis:

(a) 1. Tim. 3.

(b) Hormis. ep. 56. in fin.

XIX. De libris Fausti sententia Hormisd. Papæ. *Hi vero, quos vos de Fausti cujusdam Galli Antistitis dictis consuluisse, litteris indicastis; id sibi responsum habeant: Neque illum recipi, neque quemquam, quos in auctoritate Patrum non recipit examen Catholicæ fidei, aut Ecclesiasticæ disciplinæ ambiguitatem posse gignere, aut religiosis præjudicium comparare. Fixa sunt a Patribus, quæ Fideles sectari debeant instituta. Sive interpretatio, sive prædicatio, seu verbum populi ædificatione compositum, si cum fide recta & doctrina sana concordat, admittitur; si discordat, aboletur.*

XX. Quomodo legendi libri improbati. *Unum est fundamentum, extra quod quælibet fabrica si consurgit, infirma est: super illud quisquis ædificat, sive vilia, sive pretiosa, consideret. Errat autem a via, qui ab eo quod Patrum electio monstravit, exorbitat: nec tamen improbatur diligentia per multa discurrens, sed animus a veritate declinans. Sæpe de his necessaria providetur, de quibus ipsi æmu-*

PAGIUS scripsit Justinianus ad Hormisdam in Epistola quæ est post LXXII. ejusdem Pontificis: *Illud etiam*, ait, *magis magisque deposcimus, ut Tua Sanctitas concepta Gratia Cœlesti, quæ prætendunt Orientales Episcopi tractare dignetur, eorumque fidei competentem præbere consensum. Nobis etenim videtur, quoniam filius Dei Vivi D. N. Jesus Christus ex Virgine Maria natus, quem prædicat Summus Apostolorum Carne passum, recte dici Unus in Trinitate*, &c. Has Literas accepit Hormisda *XV. Kal. Octobris Rustico Cos.* hoc nempe anno. Duo præcipue Orientales exigebant, ne Hormisda e Sacris Diptychis plurium suorum nomina abraderet, & ut illam thesim approbaret, *Unum e Trinitate passum Carne*. Unde ibidem Justinianus his verbis Epistolam claudit: *Specialiter ergo cognoscat Vester Apostolatus, compositis eisdem duobus Capitulis, universos Sacerdotes istius Reipublicæ libenter amplecti vestram communionem*. De his quoque hoc anno Imperator *XIV. Kalendas Februarias* ad eumdem Pontificem scripsit, cujus verba paulo ante recitavimus.

XI. *Exponunt quid de persona Christi sentiant.* In eo libello usque ad caput quintum inclusive Monachi de Persona Christi Domini suam ipsorum fidem exponunt; capite vero 4. de illa thesi adeo controversa hæc scribunt; *Idem Deus Verbum etiam cum propria carne Unus est ex Trinitate, non quod caro ejus sit de substantia Trinitatis, sed quia Caro Verbi Dei est, qui est Unus ex Trinitate*. Quibus lectis contra Monachos rursus insurgit Baronius loco citato: *ne quovis modo deprehendi possent quod ipsi essent hæretici, illud quidem astute excogitarunt, ut non eam proferrent, quam Constantinopoli Legatis dedissent vel Romæ Hormisdæ Papæ fidei confessionem edidissent, quæ dicendum contendebant, non unam Personam de Trinitate, sed simpliciter Unum de Trinitate esse passum in Carne, sed Verbi nomen apposuere*. Nihil tamen frequentius in parvo illo Libello fidei ab ejusdem Monachis Constantinopoli Legatis oblato reperitur, quam Verbum esse illum Unum, qui passus est Carne. Lectorem non Interpretem hæc eorumdem verba exposcunt: *Deum Verbum unigenitum filium Patris Domini Nostri Jesum Christum, qui pro nobis passus est Carne, Unum de tribus subsistentiis unius Divinitatis esse credimus*. Id ipsum testimonio Sancti Cyrilli dicentis, *si quis non confitetur Deum Verbum passum Carne*, &c. utroque loco comprobant, & in eadem denique fidei Professione hanc conclusionem ex pluribus dictis deducunt: *Restat ut unus, de Trinitate sit Verbum, quid de Virgine secundum carnem natus est, & homo factus passus est Carne pro nobis*. Sed de his infra.

XII. *Exponunt quid sentiant de Gratia & Libero Arbitrio.* Defensa thesi de verbo Uno ex Trinitate passo in Carne, a capite 6. usque ad finem libri *de Gratia & Libero Arbitrio* quid sentiant, in eodem Libello exponunt, hæc præfati: *post hac consequens est etiam, qualiter de Christi gratia sentiamus, quas nos eruit de potestate Sathanæ, secundum quod nobis est traditum, Vestræ Beatitudini declarare, quia etiam in hac parte auctoritas vestra nobis valde est necessaria*. Inde de peccato originali, ejusque pœnis, de humani generis Gratia reparatrice juxta Sancti Augustini doctrinam copiose & erudite disserunt; in fine cap. 6. fidem præcipue dari a Deo tradunt, ac fine meritis prædestinationem. Cæterum Opusculum illud sic concludunt: *Hæc Sanctissimi, non quasi ignorantibus suggerere necessarium æstimavimus, sed ad confutandum eorum amentiam, qui ea ut nova dogmata, & penitus Ecclesiis inaudita re-*

æmuli convincantur, instructio. Nec vitio dari potest, nosse quod fugias; atque ideo non legentes incongrua in culpam veniunt, sed sequentes. Quod si ita non esset, numquam doctor ille Gentium acquievisset nunciare Fidelibus (a): Omnia probate; quod bonum est, tenete. Non ab re est, etsi mundanum, non tamen a ratione discretum miscere sermonem. Fertur quidam nobilis arte pingendi, cum equum penicillo vellet explicare, perfectum asellum sibi proposuisse pingenti, asserens, non ut jumentum imitaretur informe, sed ne in alicujus informis lineamenti similitudinem lapsus incideret.

(a) 1. Thess. 5.

XXI. *Non improvide veneranda Patrum sapientia fideli posteritati, quæ essent Catholica dogmata, definiit; certa librorum etiam veterum in auctoritatem recipienda, sancto Spiritu instruente, præfigens: ne opinioni suæ lector indulgens, non quod ædificationi Ecclesiasticæ conveniret, sed quod voluptas sua concepisset, assereret. Quid ergo calumniantibus opus erat, extra constitutos Ecclesiæ terminos porrigere quæstiones, & de his quæ habentur dicta, quasi dicta non sint, movere certamina; cum Christiana fides canonicis libris, & Synodalibus præceptis, & Patrum regularibus constitutis stabili & inconcusso termino * limitetur?* Inculcat hæc magna energia Hormisda, alludens ipse quidem ad censuram Gelasii Papæ atque Romanæ Synodi, quorum decreto scripta ipsius Fausti rejecta sunt inter apocrypha. Sed subdit: *De arbitrio tamen libero & gratia Dei, quod Romana (hoc est Catholica) sequatur & asseveret Ecclesia, licet in variis libris beati Augustini, & maxime ad Hilarium & Prosperum, possit cognosci; tamen in scriniis Ecclesiasticis expressa capitula continentur: quæ si tibi desunt, & necessaria creditis destinabimus: quamquam qui diligenter Apostoli dicta considerat, quid sequi debeat, evidenter cognoscat. Data Idibus Augusti.* Hactenus Hormisdæ Papæ ad Possessorem Episcopum missa epistola, licet (ut adversarii questi sunt) eadem facta Encyclica longe lateque per provincias fuerit divulgata.

* tramite.

XXII. Vere esse Hormisd. ep. ad Possessorem. Cum vero his se literis perurgeri vehementer sensissent Scythæ monachi, ex eis qui videbatur esse disertior, Joannes cognomento Maxentius adversus eamdem epistolam scripsit apologiam: in qua ut liberam dicendi sibi compararet facultatem, Hormisdæ esse negavit epistolam, ab

PAGIUS *refugiunt, huic parvitatis nostræ Libello inserere utile consideravimus. Quorum omnium Sanctorum Patrum imbuti doctrinis anathematizamus Pelagium, & Cælestium, simul etiam Julianum Eclamnensem, & qui illis similia sapiunt, præcipue libros Fausti Galliarum Episcopi, qui de Monasterio Lerinensi provectus est, quos contra Prædestinationis sententiam scriptos esse non dubium est: in quibus non solum contra horum omnium Sanctorum Patrum; verum etiam contra ipsius Apostoli contradictionem veniens, humano labori subjungit Gratiæ adjutorium, atque totam omnino Christi evacuans Gratiam, antiquos Sanctos non ea Gratia, qua & nos, secundum quod docet beatissimus Petrus Apostolus, sed naturæ possibilitate salvatos impie profitetur.* Hæc illi in Libello fidei ad Episcopos Africanos exules.

XIII. *Africani Episcopi Monachos commendant.* Ingens erat apud Sardiniam Præsulum Afrorum numerus, inter quos & Doctrinæ & Sanctitatis fama eminebant Patres Provinciæ Byzacenæ, quorum *Dacianus* antiquitate, *Fulgentius* Ruspensis Episcopus scientia primas tenebant. *Joanne Diacono* deferente Scytharum Libellum Africani Episcopi accepere, quo perlecto non modo illorum Monachorum fidem ex integro commendarunt; verum etiam alterum & ipsi volumen pari titulo *de Incarnatione & Gratia* reposuerunt, in quo omnes Scytharum sententias approbarunt, aliisque insuper solidioribus argumentis muniverunt. Hi autem fuere XV. Episcopi, quorum nomina initio libri recensentur; unius tamen *Fulgentii* Ruspensis stylo Volumen illud elucubratum fuisse ex discipulo Sancti Fulgentii in ejus Vita cap. 20. colligitur. Illa eximia Scythicæ fidei commendatio initio statim præfixa apparet: *Vestram,* inquiunt, *simul alacres & fidem cognovimus & salutem; immo in agnitione fidei vestræ nobis salus innotuit.* Fausti sententiam de initio fidei ex viribus naturæ a capite 17. acute refellunt; nulla tamen censura *Faustum* perstringunt; illius enim libros nondum viderant. At quod illum Scythæ accusaverant, tanquam contra gratuitam Prædestinationem scripsisset, in Epilogo & ipsi hæc respondent: *Cujus Prædestinationis veritatem, qua nos ante mundi constitutionem prædestinatos in Christo testatur Apostolus, si quis detrectat cordis credulitate recipere, vel oris confessione proferre si ante ultimum diem vitæ præsentis impietatis suæ contumaciam, qua Deo vivo & vero rebellis obsistit non adiecerit, manifestum est eum non pertinere ad eorum numerum, quos Deus in Christo ante mundi constitutionem gratis elegit, & prædestinavit ad regnum.*

XIV. *Monachi Romam relinquunt.* Dum hæc in Sardinia scribuntur, Legati Scytharum Romæ ingentes turbas dabant universis illam *de Uno ex Trinitate passo* sententiam inculcantes. At cum *Dioscorum*, quem hostem infensissimum semper experti fuerant, propediem Romæ adfuturum intelligerent, ne præsentis, ac *Hormisdæ* charissimi hominis auctoritate opprimerentur, diuturniorem se Romæ moram facere non posse dictitantes ex Urbe egressi sunt, cum jugem fere annum, teste *Hormisda* in epistola ad Possessorem, &, ut *Maxentius*, in Responsione ad eamdem scribit, illic quatuordecim menses morati fuissent. Idem tradit, *Hormisdam* veritum, ne præsentem *Dioscorum* convincerent, ejusdem pudori ac famæ consulturum, missis defensoribus, vi Scythas Monachos ex Urbe expulisse. Sed *Hormisdæ* fides habenda; etenim verisimile est, Monachos palam cognoscentes eum ad ipsorum sententiam nolle accedere, existimasse coram adversante *Dioscoro* longe duriorem futurum; quæ quidem exitus postea docuit. Neque enim *Justini* literæ, neque *Justiniani* Epistola hoc ipso anno Roma egressis Monachis *XV. Kal. Octo.*

ab adversariis ejus nomine scriptam affirmans. Non enim eo protervæ atque procaciæ pervenerant isti, ut contra epistolam Romani Pontificis auderent contentiosum funem trahere, & refractarium stylum exerere. Ex quibus intelligas, in quam profundiorem foveam prolapsi sepulti jaceant infelices hæretici nostri temporis, qui palam publiceque clamorosa contradictione, & obstinata aversione exagitare studentes Romanos Pontifices, peccatum (a) suum ut Sodoma prædicant. Cæterum quod ad præsentium monachorum negationem spectat; etsi modestiæ velamentum quoddam habuisse videri possint, mendaces tamen penitus cognoscuntur. Intelliget hæc perspicue, qui reliquas omnes Hormisdæ Papæ epistolas ea in causa, eodemque argumento datas perlegerit; & quæ ab eodem sequenti anno scriptæ reperiuntur: ut plane nulla sit ratio negandi hanc epistolam esse Hormisdæ, alias vero eodem argumento ab ipso conscriptas esse ipsius asserere; cum sicut illis, ita & istis litteris iidem monachi perstringantur. Ex connexione igitur, & compaginatione rerum gestarum, sententiarum atque verborum proprietate, ex stylo & aliis pluribus signis, esse Hormisdæ, unusquisque expendens cuncta, probe cognoscet: Illi tantum id negaverunt qui scripta Maxentii dumtaxat legentes, & judicantes secundum illa ipsum esse Catholicum, veluti pretio redimunt ad excusandum Hormisdam, ne Orthodoxorum insecutor argui possit. Verum cum ludificationem, detegunt impostorum, in contrariam sententiam citato cursu eosdem pedibus ituros non dubitamus.

(a) Isai. 3.

XXIII. De responsione Maxentii mendaciis referta.

Sed æque scandalum patietur, qui legens ejusdem Maxentii pro monachis Scythiæ responsionem, omnibus quæ ab eo dicuntur, certam fidem adhibendam esse putavit. At quis in his existimet vel ex hoc ipsis esse credendum, qui (ut anno superiori vidimus) cum non essent, se monachos, monachorumque patres esse profiterentur? quique etiam ut persuaderent Catholicis se esse Catholicos, pro ratione temporis & personarum, fidei formulas haberent diversas? qui insuper mendacia aperte esse locuti, ex aliis Hormisdæ epistolis convincuntur? Cujus esse fidei eos putas, qui iisdem suis scriptis calumniati sunt Dioscorum Apostolicæ sedis legatum esse Nestorianum? qui & eumdem Possessorem consulentem Apostolicam sedem pariter hæreticum nominant in eadem responsione Maxentii? Quam etiam turpiter idem Maxentius auctorem epistolæ ad Possessorem hæreticum fuisse mentitur? At quam manifesta illa calumnia est, qua notam eidem inurit Hormisdæ, quasi depravatus a Dioscoro, negarit Christum unum de sancta Trinitate; cum scripta ipsius extent Hormisdæ, in quibus legitur expresse hujus mendacii confutatio?

Calumniæ monstruosæ Maxentii.

XXIV. Sed & quam monstruosum mendacium, quod eadem responsione Maxentius testetur, eumdem Dioscorum Apostolicæ sedis legatum & alios eadem cum eo sententes sic dicere Christum unam esse personam in Trinitate, ut non fateri velint ipsum Christum esse Deum Verbum; sed æqui-

PAGIUS

Octobris accepta, neque denique Legati Imperatoris anno insequenti Romam missi *Hormisdæ* animum in eam Scytharum sententiam flectere potuerunt. Antequam tamen Monachi Roma evaderent, Libellus, atque exemplaria, quibus eorum de Trinitate & Divina Gratia sententia continebatur, ad Principum statuas appenderunt, ut eo prætextu aliquod receptui velamen esset. Eosdem ad Principum statuas exclamasse scribit *Hormisda* ad *Possessorem*, ut populum Romanum in commiserationem traherent, quorum tamen clamores surda aure Romanos pertransisse eodem auctore accepimus.

XV. *Petitur judicium Hormisdæ de Fausti Libris.*

Monachis vix Roma dilapsis, *Hormisda Possessoris* Epistolam Constantinopoli datam & a Baronio num. XI. & seqq. recitatam Justino Diacono delatore accepit, qua rogabatur, ut quid de *Fausti Reiensis* libris sentiendum foret, perscriberet. Unus hic erat ex Africanis Episcopis, a *Trasamundo* Rege in exilium missis qui Constantinopoli sedem locaverat, ipsi Pontifici optime cognitus, cujus etiam Epistola XV. ad eumdem Possessorem legitur, *data III. Non. Aprilis Agapito Coss.* anno scilicet DXVII. in qua ejusdem Libellum fidei ad se transmissum commendat, & hortatur, ut constanter exilii calamitates ferat. At cum Constantinopoli *Fausti* libri a pluribus defenderentur ut Catholici, *Maxentius* cum Monachis collegis eosdem, uti hæreticos damnabat. Quod vero *Africani* in quæstionibus *de Gratia & Libero Arbitrio* summe versati vulgabantur, plurimi sæpe, ac sæpius *Possessorem* Episcopum *de Fausti libris* consulebant. Hic quod exul, & privatæ auctoritatis esset, neutri parti advocationem præstare volens, neque eos libros hæreticos dicere, neque, tanquam Catholicos, & ab omnibus defendendos adstruere ausus est, sed privatas quasdam in illis sententias contineri autumabat, quæ tamen neque palam reprobatæ, vel approbatæ essent ab Ecclesia.

XVI. *Possessoris Epistola de Libris Fausti.*

Sed præstat Possessorem audire hæc ad Hormisdam scribentem: *Cum quorumdam fratrum animus de codice Fausti cujusdam natione Galli, Rheginæ civitatis Episcopi, qui de diversis rebus, & frequentius de Gratia Dei diserte visus est disputare, in scandalum moveretur, aliis, ut se habent humana studia, in contrarium renitentibus me crediderunt de hoc ambiguo consulendum. Dixi quidem ea, quæ a Tractatoribus pro captu proprii ingenii disputantur, non ut canonica recipi, aut ad Synodalium vicem pro lege servari, sed habere nos certa scilicet, quæ veteri lege, vel nova conscripta, & generalibus Patrum sunt decreta judiciis ad fundamentum fidei ac religionis integram firmitatem; hæc autem, quæ Antistites diversi conscripse-*

æquivoce intelligere eos vocem personæ non pro supposito, sive subsistentia, sed quempiam alterum repræsentantem appellare personam? Quam enim id longe longius, atque longissime dicam, abhorreat a Dioscori legati scriptis, & Hormisdæ, cujus ille loquebatur ore, omnes, quæ ipsorum reperiuntur epistolæ clamant. Demum vero quam patens illud esse mendacium dicas, dum idem Maxentius in eadem responsione sugillat Hormisdam Pontificem, dicens aliquid humani ipsum esse passum, cum antequam Dioscorus legatus Romam rediret, ne argui posset a monachis, eos expulerit per Defensores ab Urbe; ob id notam inurens Hormisdæ conniventiæ hæreticæ cum Dioscoro pravitatis, quem proclamat aperte esse Nestorianum hæreticum: quam, inquam, patens, putens, impudensque mendacium id sit, litteræ (a) Hormisdæ datæ anno superiori significant, quibus tradit eos abire jussos, statim ut Romam venerant: sed ipsos recusantes ob viæ periculum, noluisse Hormisdam eos violenter expelli, sed retinuisse: immo ipsis tentantibus postea fugam arripere, eisdem monachis impedimento fuisse, ne fugerent; & reditum legatorum ut expectarent, custodiri eos jussisse. Quam longe igitur proculque abest, ut ipsi (ut dicebant) expulsi fuerint, qui ne fugerent, ab Hormisda jussi sunt custodiri? Sed fugerunt utique postea, cum liberiores dimissi, ea abusi licentia, publicas in publicis locis scriptas contestationes affixere.

(a) Hormisd. ep. 63.

XXV. Sed audi iterum hæc omnia verbis Hormisdæ testata: atque primum repetam quæ ad Justinianum anno superiori scripserit idem Hormisda Papa, cujus hæc sunt verba (b): *Significantes Scythas monachos allegasse plurima, quæ nos relinquere indiscussa non possumus; sed legatorum nostrorum, Deo juvante festinemus adventum: pro qua re eosdem monachos in Urbe credimus retinendos, &c.* Et ad legatos Apostolicos Constantinopoli commorantes quæ idem scripserit, licet recitata superius, hic repetenda necessario ducimus ad convincendam balatronum impudentiam foliis ficus turpem nuditatem obtegere frustra conantium, dum ait: (c) *Cum nollent sustinere vestræ dilectionis adventum, & observationum moras se dicerent ferre non posse; tentaverunt clam de Urbe discedere: quos nos faciemus solicitius custodiri: ut cum reversi, Deo propitio, fueritis, eorum error rationabilibus adhortationibus corrigatur.* Hæc Hormisda: quibus perspicue vides, quantum a vero absit, ut (quod Maxentius jactat) pulsi fuerint; cum ne fugam captarent, eos Pontifex solicitius custodiri præceperit. Factum vero postea est, ut jam propinquante legatorum Romam reditu, causæ diffisi homines isti, haud laturi ipsorum aspectum, quos Nestorianæ hæresis accusarant, opportunitatem temporis nacti, contestationibus publice affixis, aufugerent. Contestationes autem illas, quæ ab ipsis Scythis monachis in publicis locis affixæ fuerunt, haud alias ab iis fuisse putamus duodecim anathematismis, quæ in ipsius omnium ore loquentis Maxentii scriptis adhuc extant.

(b) Hormisd. ep. 64.

Deteguntur imposturæ Maxentii.

(c) Horm. ep. 56.

XXVI. At quæ tanta temeritas atque procacia & prorsus effrænis audacia (rogo, hæc diligenter expende) pseudomonachorum istorum fuit, ut cum a sacrosancto Concilio Chalcedonensi vetiti sint monachi de fide disserere, isti ejusdem Concilii in omnibus hostes & refractarii non solum de fide ausi fuerint disputare, sed & de his quæ ad eam pertinent sententiam ferre, inferreque contradicentibus anathema? Vidisses pro monstro Maxentium monachum se fingentem, atque præseferentem Catholicam fidem hæreticum, perinde ac in Pontificia sede locatum, Orbi universo de fide sancire leges, & in adversantes quosque anathematis sententias ferre.

XXVII. Si hæc igitur paulo accuratius a doctissimo atque maxime pio viro Joanne Cochlæo pervestigata cognitaque fuissent, nequaquam Maxentium inter Catholicos & defensores Catholicæ veritatis connume-

PAGIUS *sferunt pro qualitate sui sine præjudicio fidei solere censeri.* Licet vero Justinianus crebras adeo literas ad Hormisdam dederit, nihil tamen unquam de *Fausti* libris perscripsit. Cæterum & his quoque litigiis una cum Vitaliano sese immiscuerat, atque ambo de ea re Possessorem ad Pontificem consulendum induxerant, ut Possessor in ea Epistola affirmat, *Quæso*, inquit, *ut consulentes, quid de Præfati Auctoris dictis videatur, auctoritate Apostolicæ responsionis agnoscant, maxime quod filii quoque vestri Magistri militum Vitalianus & Justinianus præcipue super hac re rescripto Beatitudinis Vestræ similiter informari desiderant.* In fine Epistolæ legitur: *Accepta XV. Kalendas Augusti Rustico V. C. Cos.* Eo circiter tempore, septimo nempe Consulatus sui mense, ut ait Marcellinus in Chronico, Vitalianus morti traditus, in qua Monachi Scythæ magnum Patronum amiserunt. *Dioscorus* enim in Suggestione anno superiori *III. Kalendas junias* data, de Monachis illis loquens ait: *qui de domo Magistri militum Vitaliani sunt* Tum: *Isti Monachi inter quos est Leontius, qui se dicit esse parentem Magistri militum.* Post Vitaliani mortem Justinianus solus Romanarum Legionum Dux fuit, & Summam moderatus est Imperii.

XVII. Possessoris Epistola Hormisdam amaro in Monachos animo invenit ob nuperam eorumdem discessionem jure indignatum. Quare epistola *data Idibus Augusti*, recitata a Baronio num. XVI. & seqq. Possessori respondens, in priori ejus parte pluribus in Monachos invectus est, eosque tantum non hæreticos appellavit: *Quo-*

Ad Possessoris consultationem de Libris Fausti respondet Hormisda.

Excusatur Cochlæus. numerasset: nec improbasset ex ejus sententia epistolam ad Possessorem tamquam ab aliquo hæretico Hormisdæ nomine scriptam, quæ vere pia & ab eodem Pontifice scripta monstratur. Sed excusandus vir fama celebris, quod carens citatis Hormisdæ epistolis & aliorum ad ipsum datis, quæ ad præsens usque tempus latuerunt in bibliothecis obductæ situ, & obsitæ vetustate, haud facultatem habere potuit cuncta exactius disquirendi.

XXVIII. De reditu legatorum. Interea temporis, cum hanc ad Possessorem Hormisda Papa epistolam scriberet, cum monachi Scythæ jam (ut dictum est) fugam arripuissent; Apostolicæ sedis legati Constantinopoli Romam reversi sunt: extant enim ipsius Hormisdæ litteræ (a) accelerantis ipsorum reditum. Porro discessisse eos mense Julii, litteræ Justini Imperatoris ad Hormisdam datæ ipsis legatis discedentibus, satis indicant, in quibus idem Imperator in ipsorum commendatione hæc in fine habet (b): *In præsenti vero redeuntibus viris religiosissimis, tam appellandam vestram reverentiam credidimus, quam commonendam, ut suis orationibus pro nostro utatur Imperio, proque incolumi statu Reipublicæ. Data septimo Idus Julii, Constantinopoli, Vitaliano & Rustico VV. CC. Consulibus.*

(a) Horm. ep. 64.
(b) Extant inter Hormisd. ep.

XXIX. Interea autem dum Romæ hæc agerentur, Epiphanius Constantinopolitanus Episcopus memor officii, quod jure debitum ab eo (ut vidimus) suis litteris Hormisda Papa exigebat, nimirum ut litteris & legatione ex more de sua ordinatione certiorem redderet ipsum Romanum Pontificem; utrumque (ut dictum est superius) diligenter implevit: atque primum omnium has officii plenas litteras dedit ad ipsum Hormisdam Papam, quibus se docuit esse Catholicum (c):

(c) Extant inter epist. Hormisd.

Sanctissimo ac beatissimo domino fratri & comministratori Hormisdæ Epiphanius Episcopus in Domino salutem.

XXX. Epiphanii ep. ad Hormisdam. *Deus, qui in alto habitat, & humilia respicit, & omnia pro salute hominum affluenter providet, pro sua bonitate & misericordia meam respexit parvitatem, & post obitum sanctæ memoriæ quondam Archiepiscopi & Patriarchæ Joannis sedem sacerdotalem sanctæ Ecclesiæ Catholicæ regiæ urbis mihi conferre dignatus est, sententia & electione Christianissimi & justissimi Principis nostri Justini, & piissimæ Reginæ, quæ ei ad omne studium communicat divinum, sequentiumque eorum: his, quibus est bona conversatio, & qui regiis honoribus sunt sublimiores, simul & sacerdotum & monachorum & fidelissimæ plebis consensus accessit. Quapropter necessarium duxi, hoc primum indicium meis inferre litteris ut ostendam, quam circa vestram Apostolicam sedem habeo voluntatem.*

*Est mihi ratio * magnopere, beatissime, uniri me vobis, & divina amplecti dogmata, quæ ex beatis & sanctis discipulis & Apostolis Dei præcipue summi Petri Apostolorum sanctæ sedi vestræ sunt tradita, & nihil eis pretiosius existimare. Neque enim extra aliunde veniens sanctæ Ecclesiæ constituta ignoro; sed nutritus per Dei voluntatem ex teneris unguibus in sancta Catholica Ecclesia, parui per tempora sanctissimis sacerdotibus & Patriarchis. Nam sæpius præpositus his qui per sacratissimum & ineffabile baptisma sua exuunt peccata, & veram unius essentiæ Trinitatis docui fidem, quam (sicut præfatus sum) ex discipulis Dei magni & Salvatoris nostri Jesu Christi procedentem, omnium sacerdotum & omnium laicorum amplectitur cœtus.* XXXI. * oratio

XXXII. Epiphanii Episcop. Constant. fidei professio. *Divinum enim re vera sanctum & a Deo datum Symbolum trecentorum decem & octo sanctorum Patrum in Nicæa congregatorum adoro & prædico, & Christiani splendoris manifestum indicium esse annuncio: Et quinquaginta & centum sanctorum sacerdotum in hac urbe regia factam venerabilem Synodum: Similiter & ducentorum Dei amatorum Patrum conventum in Ephesina factum: Triginta & sexcentorum reverendissimorum Patrum & sacerdotum Synodum factam Chalcedone veram * esse & convenientem & compaginatam prædictis sanctis Conciliis, ipse ego didici, aliosque docere cognovi. In his ergo quatuor*

* unam

PAGIUS *Quorumdam*, inquit, *Scytharum, qui Monachos præseferebant specie, non veritate, professione non opere, subtili tectas calliditate versutias, & sub religionis obtentu famulantia odiis suis venena pertulimus.* Addit graviora quæ anno sequenti referemus. Deinde de Fausti libris consulenti respondens ait: *Non improvide veneranda Patrum sapientia fideli posteritati, quæ essent Catholica dogmata definiit, certa librorum etiam veterum in Auctoritatem recipienda Spiritu Sancto instruente præfigens, ne opinioni suæ lector indulgens, non quod ædificationi Ecclesiasticæ conveniret, sed quod voluptas sua concepisset, asfereret.* Item: *Nec vitio dari potest nosse quod fugias atque adeo non legentes incongrua in culpam veniunt, sed sequentes.* Quibus insinuat a Gelasio factam librorum Catholicorum approbationem, nec culpandum, qui Fausti libros legat, sed qui ejusdem opiniones sequatur. Antea de Fausto hanc sententiam tulerat, his plane verbis conceptam: *Hi vero, quos vos de Fausti cujusdam Galli Antistitis dictis consuluisse literis indicastis, id sibi responsum habeant; Neque illum recipi, neque quemquam, quos in auctoritate Patrum non recipit examen Catholicæ fidei, aut Ecclesiasticæ disciplinæ ambiguitatem posse gignere, aut religiosis præjudicium comparare.* Cum vero passim diceretur *Faustus* contra Sanctum Augustinum scripsisse, idem Sanctus Pontifex ea sententia libris Fausti

tuor Synodis sanctis & sacris magnum pietatis prædicatum mysterium, & omnium hominum est reposita salus. Eos enim qui fuerunt vel sunt ejusdem sententiæ & suscipio & amplector, & uniri me eis diligo. E contra autem eos qui præter istas quid sentiunt, aut prædicant, vel præterito tempore aliquid conati sunt, a cœtu Orthodoxorum extorres esse existimo. Similiter rectas & re vera religiosissimas epistolas venerabilis Papæ Leonis pro recta fide conscriptas circumamplector & suscipio.

XXXIII. *Habeat igitur hanc sententiam circa me vestræ beatitudinis sancta fraternitas. Vobis enim manifestum feci, & sub me Ecclesiis hæc prædico, festinans per omnia eas mihique & vestræ beatitudini vinculo charitatis adunari, quas omnino oportet esse unitas & inviolabiles, & corpus unum communis Apostolicæ Ecclesiæ eumdemque perpetuo custodire. Quatenus enim circa venerabilem vestram fraternitatem in omnibus sit amor, jubete perpendere: quia quos vestra Apostolica sedes condemnans in sacris Diptychis recitare non jussit, eos nec ego inter sacra facio nominari mysteria. Hoc autem & his notum est, qui a vobis sunt directi viri reverendissimi, id est, Germano sanctissimo & Joanni Episcopis, Felici & Dioscoro diaconibus, & Blando presbytero, qui efficaciter secuti sunt ea quæ eis sunt a vobis injuncta.*

XXXIV. *Oret igitur vestra sanctitas tam pro me, quam pro subjectis meis sacerdotibus, ut perpetue custodiamur, rectam Dei tenentes confessionem: similiter & pro Serenissimo Principe nostro, & pro Christianissima Augusta; quia eorum salus communis sanctarum ubique est Ecclesiarum profuturum firmamentum. Istam igitur vobis absentibus intentionem nullo modo jam licebit sanctam Dei dilacerari Ecclesiam, per gratiam sancti Spiritus, & intercessiones sanctæ & gloriosæ Dei genitricis Virginis Mariæ. Omnem quamcumque vestram fraternitatem ego quoque, & mei plurimum salutamus.* Alia manu.

Incolumis in Domino ora pro nobis,
Dei amator, sanctissime frater.

Accepta decimoquinto Kalend. Octobris Rustico V. C. Consule. Hactenus de Epiphanii priore epistola ad Hormisdam. Quod vero eadem die accepta habeatur epistola Justiniani, quæ huic subiecta in codice legitur; argumento plane est, eamdem per eumdem nuncium missam esse: de iisdem plane rebus scripta esse videntur, quo & aliæ duæ ipsius, quibus de duabus quæstionibus in controversiam deductis se expetere, & expectare ab Apostolica sede responsum Hormisdæ significat: quarum prior est de asserendo unum ex Trinitate Christum natum, & passum; posterior de tolerandis in Diptychis Episcoporum Orthodoxorum defunctorum nominibus, qui sub schismate Acacii mortui essent. Sed præstat ipsam audire epistolam, quæ est hujusmodi:

Domino nostro Jesu Christo favente, regnat in sæculo, qui sacra religione suum fundat Imperium: quoniam bene gubernat humana, cui prius divina placuerint: quod præsentibus evenisse temporibus gratulamur. Filius etenim vester clementissimus Imperator æternitatis beneficio sceptra sortitus, fidei causas arripuit explicandas, & ad tuam sanctitatem missa legatione, sedis Apostolicæ promeruimus sacerdotes, quorum adventu non mediocriter adolevit Ecclesiarum concordia sacrosanctarum, vobis instantibus, ut decebat. Acacii namque, quod dissidium generabat, nomine stirpitus amputato pro tenore libellorum quos direxistis, in hac urbe regia multisque civitatibus unitas optata provenit, quam summis inventam laboribus venerari convenit, in perpetuumque custodiri necesse est. XXXV. Justiniani epist. ad Hormisd.

Hæc quibuslibet argumentis retractari quispiam patietur, quæ sempiterna majestas rite composuit? Sed quia prosperos cursus frequenter impedire festinat humani generi inimicus; pars Orientalium non exiliis, nec ferro, flammisque compelli potest, ut Episcoporum nomina post Acacium defunctorum condemnet: quæ difficultas generali concordiæ moras nectit. Sanctitas itaque vestra cælitus inspirata, temporum rerumque qualitatem consideret, & condemnatis hujus erroris auctoribus, id est, Acacio Constantinopolitano, Petro & Timotheo Æluro & Dioscoro Alexandrinis, Petroque Antiocheno, finire dignetur inveteratum certamen, de cæterorum nominibus quæstione sopita: ut redimatis plebem de sanguine, quam Deus noster regendam commisit, ac non persecutionibus ac cruore, sed patientia sacerdotali populum Domino nostro concilietis: ne dum volumus animas lucrari, & cor- XXXVI. Quorum tantum nomina tacenda essent in sacris.

PAGIUS sti omni prorsus auctoritate exutis Volumina postrema Sancti Augustini legenda ingessit, veluti purissimos fontes indicans, e quibus doctrinam Catholicam de Libero Arbitrio & Gratia Dei haurirent. Hæc omnia summarie ex Emin. Card. Norisio citato, cum quo anno sequenti de *Maxentii* Apologia adversus Hormisdæ Papæ Epistolam, agemus, licet Baronius n. XXII. & seqq. de ea Apologia hoc anno disserat.

A num. XXXV. ad LX. *Justinianus* de duabus quæstionibus in controversiam hoc tempore vocatis ad *Hormisdam* Papam scripsit. Harum prior extitit de Uno ex Trinitate passo, alteraque de tolerandis in Diptychis vel ex eis removendis Episcoporum Orthodoxorum defunctorum nominibus, qui durante *Acacii* Schismate vita functi erant. Dissidium potissimum erat de *Euphemio* & *Macedonio* Constantino- XVIII. *Episcopi Orientales postulant relinqui in Diptychis aliquos Episcopos.*

corpora multorum perdamus & animas. Errores etenim diuturnos lenitate clementiaque convenit emendari; præcipue quia vestræ beatitudinis prædecessores sæpissime voluerunt Reipublicæ nostræ Antistites ad suam revocare communionem, si tantummodo taceretur Acacius, cæterique prædicti.

XXXVII. *Non est ergo grave, quod suasit vestra sedes: ut præstet illud etiam, magis magisque deposcimus, ut tua sanctitas concepta gratia cælesti, quæ prætendunt Orientales Episcopi, tractare dignetur, eorumque fidei competentem præbere consensum. Nobis etenim videtur, quoniam Filius Dei vivi Dominus noster Jesus Christus ex Virgine Maria natus, quem prædicat summus Apostolorum carne passum, recte dicitur unus in Trinitate cum Patre Spirituque sancto regnare: sicut enim videtur ambiguum dicere simpliciter unum de Trinitate, nam præmisso nomine Domini nostri Jesu Christi: sic ejus personam in Trinitate cum Patris Spiritusque sancti personis non dubitamus esse. Sine Christi namque persona nec credi Trinitas religiose potest, nec adorari fideliter, quemadmodum S. Augustinus ait: An aliqua ex Trinitate persona: & alio loco: Solus in Trinitate corpus accepit: & iterum: Unus trium.*

XXXVIII. Duo capita controversiæ. *Rogamus igitur, reverendissime salutantes, ut futuri judicii memores, causam taliter ordinetis, ne quid dubitationis relinquatur in posterum: quatenus omni scrupulo discordiarum sublato, pacis desideratæ per Orbem totum vincula renoventur, & venerandarum floreat Ecclesiarum concordia, corporisque unius in pristinum statum membra recolligantur. Ille namque medicus jure laudatur, qui veteres ægritudines ita sanare deproperat, ut ex eis nova vulnera non nascantur. Specialiter ergo cognoscat vester Apostolatus compositis eisdem duobus capitulis, universos sacerdotes istius Reipublicæ libenter amplecti vestram communionem. Accepta decimoquinto Kal. Octobris, Rustico V. C. Consule.* Distulisse de his dare responsum Hormisdam usque ad adventum legationis, quam ea de causa pollicitus fuerat mittere Imperator, ex ipsius recitatis superius litteris vidimus: quæ autem rescripserit, suo loco dicemus.

XXXIX. Epiphanius vero post hæc collegit Synodum Constantinopoli, ex qua legatio decreta est ad eumdem Hormisdam Pontificem, Synodicæque simul ad illum datæ, quibus & idem Epiphanius posteriorem suam epistolam ad eumdem Hormisdam junxit: ita plane explens abunde quæ sui muneris prætermisisse videri poterat. Sed quid interea accidit, quod decretam moraretur legationem? Contigit ipsum Joannem Episcopum ejusdem legationis primarium ægra valetudine laborare, quem, donec convalesceret, expectari oportuit. Cum interea tantæ moræ impatiens Justinianus Comes Domesticorum præveniendum putavit Hormisdam, misso ad eum Eulogio Tribuno atque Notario, cui has breviores litteras dedit: Synodus Constantinopolitana.

Domino beatissimo atque Apostolico Patri Hormisdæ Papæ urbis Romæ, Justinianus.

Quanta reverentia vestram beatitudinem veneremur, multis epistolis, ex quo serenissimus Imperator filius vester regnavit, cognoscitis. In præsenti quoque debito pudore salutantes tuam sanctitatem, postulamus enixius, ut assiduis precibus & frequentissimis orationibus pro concordia laboretis Ecclesiarum vestrarum; nobisque (sicut per legatos etiam vestros post omnia scripsimus) tam de sermone de quo vertitur controversia, quam de nominibus Episcoporum sub Acacio defunctorum per Eulogium virum sublimem Tribunum & Notarium dignetur Apostolatus vester integrum indubitatumque destinare responsum; omnibus videlicet, quæ præsentibus legatis vestris ordinata sunt, in perpetuo firmiter duraturis. Vir namque religiosus Joannes Episcopus, qui venturus est Romam detinetur ægritudine corporali. Nihil enim prohibet ante ejus quoque adventum concordiam prævenire sublata dubitatione religionis: & eum tamen mox dimittemus, favente Divinitate, quia jam melius habet; quoniam nec difficilia sunt, quæ ceciderunt in ambiguitatem, nec expedit diutius causam vitæ protrahi sempiternæ; ne dilatis temporibus, aliquid nascatur incertius. Æternitatis igitur supernæ, tremendique judicii non immemor sanctitas vestra, quæ sibi commissa sunt, efficaciæ tradi deproperet; ut intelligant, cuncti, recte vos Apostolicæ sedis esse primatum sortitos. Hæc igitur, quæ a nobis scribuntur, affectu paterno jubete quantocyus adimpleri: scitis namque, quam sit admirabilis gloriæ, tantorum errores annorum vestri Pontificatus tempore stirpitus aboleri. Hactenus Justiniani epistola ad Hormisdam. Post XL.

PAGIUS tinopolitanis quondam Patriarchis, quorum memoria apud Orientales in benedictione erat. Quid de priori quæstione Justinianus ad Hormisdam scripserit, jam explicavimus, nunc quid de secunda senserit, videndum. Ejus Epistolam acceptam *XV. Kal. Octob. Rustico V. C. Consule* recitat Baronius, in qua petit Justinianus, ut in Diptychis relinquantur Episcoporum in fide defunctorum nomina: *Quia*, inquit, *prosperos cursus frequenter impedire festinat humani generis inimicus, pars Orientalium non exiliis, nec ferro flammisque compelli potest, ut Episcoporum nomina post Acacium defunctorum condemnet; quæ difficultas generali con-*

XLI. Post hæc autem cum Joannes Episcopus legatus penitus convaluisset, una cum collegis profectus Romam venit, litterasque a Synodo datas Hormisdæ Pontifici reddidit, atque alias ab Epiphanio Constantinopolitano Episcopo acceptas. Reddamus vero hic primum Synodalem epistolam ad ipsum Romanum Pontificem datam, adjecturi deinde illam quam Epiphanius una cum muneribus Romam misit. Sed attende in primis in Synodalibus litteris titulum honorificum:

Domino (a) *nostro sancto ac beatissimo Patri Patrum Archiepiscopo & Patriarchæ Hormisdæ Theophilus, Basiliscus, Anastasius, Paternus, Martianus, & cætera sancta Synodus, quæ in Constantinopolitana est civitate congregata.*

(a) Extat inter epist. Hormisd. tom. 1. ep. Rom. Pont.

XLII. *Innumerabilem & investigatam magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi sapientiam, quantum hominibus datur intelligi, considerantes, charitatem ejus immensam juste miramur, & cum magna clamamus voce* (b): *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus? Ecce enim per bonam voluntatem sanctæ & unius essentiæ Trinitatis, & intercessione gloriosæ Mariæ Virginis, studio quoque & vigilantia Christianissimi & fidelissimi Imperatoris & piissimæ Reginæ, olim quæ fuerant membra divisa, per Spiritus sancti gratiam ad unitatem & perfectam charitatem sunt redacta: & sicut Moyses & Aaron Duces Dei veræ culturæ Israeliticæ nominati, nunc ita & nos gaudentes clamamus* (c): *Cantemus Domino: gloriose enim honorificatus est: Adjutor & protector factus est mihi in salutem.* Et hæc sentire & prædicare cum fiducia sumus edocti.

(b) Psal. 105.

(c) Exod. 15.

XLIII. Laudes Epiphanii Episcopi Constantinopolitani. *Considerantes autem charitatem, & Deo amabilem vestræ beatitudinis vitam etiam ex iis qui a vobis sunt destinati reverendissimi legati, similiter & pacem sanctarum Dei Ecclesiarum tam senioris quam novellæ Romæ, cui nos ipsi participes fuisse monstramur, bono pastori & Principi omnium Christo Deo nostro consuete gratias referimus. Nam post obitum sanctæ recordationis quondam Archiepiscopi & Patriarchæ Joannis Constantinopolitanæ civitatis, Deus, qui propriam sanctam Ecclesiam in Petra rectæ fidei incorrupta fundavit, & portas inferi non prævalere ei decrevit, dedit nobis sanctum pastorem & Patriarcham Epiphanium virtutibus & correctionibus & meditatione divinarum florentem Scripturarum, rectam quoque tenentem fidem, & orbatorum paternam gerentem solicitudinem: & quid amplius dicam? omnem præconiorum fontem transcendentem. His ergo virtutibus pollens, non immerito proprias & creditas sibimet maximas Ecclesiæ curas sapienter & honorifice gessisse dignoscitur, habens in mente illud, quod a sacri cantici auctore relatum est* (d): *Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Unde secundum rectam & probabilem fidelissimi & Christianissimi nostri Principis & piissimæ Reginæ & gloriosissimorum communis Reipublicæ procerum sententiam, nostra quoque etiam omnium in hac urbe habitantium testificatione, judicium Pauli mirabilis communis Ecclesiæ doctoris non est in eo fraudatum, qui* (e) *irreprehensibilem debere esse Episcopum denunciat: ita & nostrum Pontificem virtutibus undique coronatum esse videmus.*

(d) Ps. 48.

(e) 1. Tim. 3.

XLIV. Lex Ecclesiastica ut Rom. Pontifici omnes deferant. *Igitur Ecclesiasticam legem implentes, Apostolatui vestro debitum persolventes officium speramus, ut amplius charitatis vinculum & paternum affectum circa nos charitas vestra custodire dignetur, & sapienti gubernatione & humilitate, quæ Christianum decet, & mansuetudine, quæ ad rationabilis traditi vobis ovilis salutem pertinet, peragatis, commune lucrum existimantes, quod per vos & vestrum germanum & comministratorem, nostrum autem dominum & Patriarcham pacem totius Orbis Ecclesiarum esse provisam. Frater enim a fratre adjuvari spiritualiter, murus est inexpugnabilis, & civitas munita, ex divinis est accipere Scripturis* (f). *Nam si intercessionibus vestræ beatitudinis generalis tranquillitas Ecclesiis Orthodoxorum fuerit redonata, gloria quidem in excelsis Deo omnium Salvatori per Angelos cum lætitia refertur; pax vero in terra confirmabitur, bona autem voluntas fidelibus communis Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi servis fundetur.* His scriptis, quosnam delegerint legatos Romam ad Hormisdam Papam mittendos, nominant, ista subdentes:

(f) Prov. 18.

XLV. Legati a Synodo Constantinop. Romam missi. *Adjicient igitur nostris supplicationibus, quod minus dictum est, Joannes sanctissimus Episcopus Claudiopolitanæ civitatis noster comministrator, & Heraclianus reverendissimus presbyter sanctæ majoris ecclesiæ & cohabitator prædicti sanctis-*

PAGIUS *concordiæ moras nectit. Sanctitas itaque Vestra cœlitus inspirata, temporum, rerumque qualitatem consideret, & condemnatis hujus erroris Auctoribus, idest Acacio Constantinopolitano, Petro & Timotheo Æluro, & Dioscoro Alexandrinis, Petroque Antiocheno, finire dignetur inveteratum certamen; de cæterorum nominibus quæstione sopita, &c. præcipue quia vestræ Beatitudinis Prædecessores sæpissime voluerunt Reipublicæ nostræ Antistites ad suam revocare communionem si tantummodo taceretur Acacius, cæterique prædicti.*

Ea

ctissimi Archiepiscopi & Patriarchæ Epiphanii, & Constantinus vir reverendissimus diaconus ejusdem sanctæ ecclesiæ, qui probationem suæ rectæ fidei & bonæ voluntatis olim iis, qui a vestra Apostolica sede fuerant directi, dedisse cognoscuntur: digni autem & vestræ sanctitatis, & administratione pacis, & gratiæ Domini nostri Jesu Christi Dei nostri, & unitionis sanctarum Ecclesiarum monstrabuntur. Quos speramus lætantes in Domino & pacem desideratam nunciantes, ad nos citius vestris Deo amabilibus correctionibus edoctos remeare dignemini. Omnem in Christo fraternitatem nos quoque & qui nobiscum sunt plurimum salutamus.

Subscriptiones.

Theophilus misericordia Dei Episcopus Heracliensis civitatis Metropolitanus subscribens in Synodalibus, saluto vos in Domino. Et reliqui omnes numero viginti ibi subscripti leguntur.

XLVI. Sed accipe quas iisdem legatis cum muneribus Epiphanius Constantin. ad Rom. Pontificem litteras dedit dignas ipso quidem qui misit, & cui sunt redditæ: sic enim se habent (*a*):

(*a*) *Extant. inter epist. Hormisd. t. 1. epist. Rom. Pont.*

Epiphanii epistola ad Hormisd. Papam.

Domino per omnia sancto ac beatissimo fratri, & comministratori Hormisdæ Epiphanius Episcopus in Domino salutem.

Quantam habuimus alacritatem nos quoque & pissimus & Christo amantissimus Imperator una cum fidelissima, & in omnibus bonis florente conjuge sua circa rectam & puram sanctarum Ecclesiarum unitionem: & quemadmodum cum charitate Dei, qua nos decebat, destinatos a vobis sanctos Episcopos & religiosos suscepimus & venerandos habuimus clericos; existimamus quidem & ante, ex his quæ facta sunt, satisfactum vestræ beatitudini; credidimus tamen, quod si Dominus Salvator Jesus Christus Deus noster idem ipsos reverendissimos comministratores nostros incolumes vestris obtutibus præsentavit; omnia quæ excitata sunt, vobis sanctissimis manifesta fieri; & laborem, quem potuimus sustinere, per hos ipsos manifestius cognoscetis. Quemadmodum per Dei gratiam, & fidelissimorum Principum nostrorum, Constantinopolitanæ civitatis nostra Ecclesia pacifice est gubernata; & nomina eorum inter sacra non sunt recitata mysteria, quæ sedi vestræ profana cognovimus: sed quatuor Conciliorum pro recta fide consonantia prædicatur, & hoc ipsum omnibus sacrorum Diptychorum recitatione manifestum est.

Annuncient igitur vobis, quia non pauci subjecti nobis sacerdotes, nec rursus sub eorum ordinatione Episcoporum parva est subdita multitudo, quæ bonum hujus cœptæ unitionis amplectitur: vestra etiam sanctitas cognoscat, istius se generalis boni & principem & inceptorem nihilominus constitutam. Unde fortiter ad vigilandum beatitudo vestra laudum est stimulis excitanda, ne id quod divina in honorem vestri cœperat ordinare misericordia, non ad plenum, ita ut condecet, communis unitas pervenire videatur. Diligentius autem de his fidelissimi, & piissimi nostri Principes de sanctarum Dei Ecclesiarum unitate & concordia gaudentes, ad vestram mandaverunt beatitudinem supplicationes a plurimis sanctis sacerdotibus suscipientes tam Ponti, quam Asiæ provinciæ, & maxime Orientis, apud quos nomina quondam sacerdotum suorum tacere difficile & impossibile esse videtur: tantaque eorum obstinatio est, ut omne periculum pro tali facto parati sint sustinere. XLVII.

De nominibus defunctorum Episc. non delendis.

Igitur præcedentes omnes circa pacis studium necessarium causas considerantes, quia per solam istam humilitatis viam communem omnibus unitionem & salutem invenimus, interrogantes (sicut dictum est) & satisfacientes vobis ab illis qui a nobis in hoc negotio sunt destinati, causam cum pacifica, quam vos decet, gubernatione dispensetis: nam dum una utraque sit Ecclesia, proculdubio & bona, quæ per vigilantiam eveniunt, communis exinde laudis gloria utrisque Patriarchalibus sedibus rimatur, ut consuete omnium Dominus & conditor Christus verus Deus noster magnificetur. XLVIII.

De his autem omnibus summo vobis supplicentur affectu missi legati *Joannes sanctissimus Episcopus multos nobiscum sudores in præsenti deponens certamine, & Heraclianus reverendissimus presbyter sanctæ nostræ majoris ecclesiæ & cobabitator noster, & Constantinus reverendissimus diaconus ejusdem majoris ecclesiæ, per quos & nostra Synodalia secundum Ecclesiasticas vestræ beatitudinis destinavimus leges. Nunc igitur piissimi nostri Imperatoris studium circa sanctarum Ecclesiarum unitionem ostendentis pacificis ad vestram beatitudinem de his causis utendo litteris, & oblatas sibimet ab Hierosolymitanis & Orientalibus petitiones destinavit.* XLIX.

Nos ergo occasionem salutationis invenire volentes, hanc ad vos fecimus episto- L.

PAGIUS XIX. Ea etiam de re scripsit ad Hormisdam *Justinus* Imp. postquam libellos supplices ab variarum Orientis Ecclesiarum Episcopis accepisset, quorum exemplaria per Joannem Episcopum, aliosque Legatos ad ipsum misit. Baronius n. LIV. & seqq. Imperatoris Epistolam integram refert, quæ dicitur data *Idibus Septemb. Chalcedone Rustico V. C. Cos. Accepta pridie Kalend. Decemb. Consule suprascripto: Omni*, inquit, *intentione ordinavimus, ut Ve-*

Eorum conatus promovet Imper.

*stolam, per quam supplicamus, proponentes vobis sanctissimis hanc vocem divinam (a): Ecce tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Ecce credidit nobis omnium Dominus talentum, quod augmentum possit restitui boni operis fructu, & salvari per laudabilem vestram dispensationem tantas quidem sanctas Ecclesias, tantosque earum sacerdotes & multitudinem innumerabilem nunc quidem unitam sanctæ Ecclesiæ, periclitantem autem & errantem, si vestræ beatitudinis gubernaculum commoretur * & maxime hi qui in sanctis locis habitavit Christi Dei nostri, ita ubique sanctis adhærentes Ecclesiis, ut eorum respui non debeat multitudo. Nam omnes per suggestionem eorum ita in obstinationis suæ malo perdurant, ut velint ante e vita recedere, quam excogitata relinquere: Ut si Deus hos per vestram beatitudinem adunari præceperit, vestræ ladis meritum & præsentibus & futuris adscribatur temporibus.*

(a) 2. Cor. 6.

* commemoretur

LI. Munera missa ad Hormisdam Pap. ab Episc. Constantinop.

Oret igitur vestra sanctitas tam pro piissimis & Christianissimis Principibus, quam pro nostra parvitate & universali unione, ut gratia sanctæ & unius essentiæ Trinitatis, & intercessionibus Dominæ nostræ sanctæ gloriosæ Virginis & Dei genitricis Mariæ, omnia ad unitatem indivisam conveniant, & fundamentum inconcussum Catholicæ fidei confirmetur per omnia sanctissime frater. Indicia autem nostræ secundum Christum Dominum nostrum charitatis per viros reverendissimos destinavimus, ad administrationem divinæ culturæ & sanctæ Apostolicæ vestræ Ecclesiæ, calicem aureum gemmis circumdatum, patenam auream, & alium calicem argenteum, vela serica duo: quæ suscipere vestram beatitudinem supplicamus cum illa charitate, quam vos habere secundum Deum non dubitamus. Omnem in Christo fraternitatem, quæ cum vestra est sanctitate, nos quoque & qui nobiscum sunt, plurimum salutamus. Accepta pridie Kalendas Decembris Rustico. V. C. Consule. Hactenus ea quæ hoc anno transacta sunt inter Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum & Hormisdam Romanum Pontificem.

LII. Utilitas epistolaris historiæ.

Habes igitur, quam exploratissime, lector, cuncta quæ ad hanc legationem spectant, & magis certa tibi facta ex recitatis singulis litteris ultro citroque datis, quam si eisdem carens, illis vixisses temporibus: etenim nonnisi paucis ipsæ innotescere potuerunt. Hanc tu consequeris ex epistolari historia utilitatem, ut gloriari jure valeas, res gestas magis te habere compertas, quam ipsos historicos illorum temporum, quos cum datæ epistolæ præterierint, res maximi momenti alto sepultas silentio reliquerunt. Sed & alia complura (si sapis(ex ipsis epistolarum verbis colliges emolumenta: ut plane optandum tibi esset, in via ista, quam terimus antiquorum Annalium, nullius hactenus calcata vestigiis, ad passus singulos (si fieri posset) ejusmodi illucescere tibi faces, ipso hac ex parte Sole lucidiores. Quæ autem ad hæc rescripserit Hormisda Papa, disces anno sequenti, quo ad ipsum Epiphanium ab Hormisda redditæ litteræ fuerunt: detentos enim legatos tota hieme Romæ, non ante mensem Martium inde proficisci contigisse, certum est: quo mense per eosdem idem Hormisda (ut diximus) ad Epiphanium litteras reddidit.

LIII. Legatio Justini Imperat. ad Hormisdam Pap.

Verum non solum ab Episcopo Constantinopolitano atque Synodo ibi habita Romam ad Hormisdam sunt missi legati; sed una cum eis Justinus Imperator quoque ad eumdem suam legationem direxit, misso ad ejus muneris functionem Grato viro illustri, qui & ab eodem alias ante profectus fuerat: cum enim magni momenti res tractanda esset, specialem ad opus voluit Imperator legationem ad Romanum Pontificem mittere: quid autem per eam contenderet, cum litteræ Justiniani recitatæ superius docent, tum etiam ipse Justinus Augustus litteris ad Romanum Pontificem datis indicat, quæ sic se habent (b):

(b) Extant inter ep. Hormisd. to. 1. epist. Rom. Pont.

Justinus Augustus Hormisdæ Papæ.

LIV. Epist. Justini Imp. ad Hormi. Pap.

*Quo fuimus semper, & quo sumus studio pro conciliandis sententiis Catholicam fidem colentium, ut eodem animo cuncti venerentur numen * individuum Trinitatis, palam fecisse dignoscimur: nunc legatum ad vestram beatitudinem ultro ob hoc ipsum dirigentes Gratum virum sublimem Magistrum scrinii, quo remedium tandem reperiatur discordiis varia cunctantium, nunc prono libentique suscipientes affectu viros religiosissimos, quos interventores unitatis vestra sedes Apostolica credidit destinandos. Profecto enim tamquam ipsam pacem & jucundis oculis eos aspeximus, & extensis manibus duximus amplectendos: quinetiam omni intentione ordinavimus, ut venerabilis Ecclesia Constantinopolitana, necnon complures aliæ vota suscipiant vestra non solum in cæteris, sed in auferendis etiam nominibus ex sacris Diptychis, quæ removenda ma-*

* lumen.

PAGIUS *Venerabilis Ecclesia Constantinopolitana, nec non complures aliæ vota suscipiant vestra, non solum in cæteris; sed in auferendis etiam nominibus ex Sacris Diptychis, quæ removenda maxime postulastis. Verum nonnullæ fuerunt Urbes & Ecclesiæ tum Ponticæ, tum Asianæ, & præcipue Orientales quarum Clerici & populi omnibus pertentati, minis & persuasionibus, tamen nequaquam flexi sunt, ut tollant Antistitum & repellant nomina, quorum opinio apud eos floruit; Sed*

maxime postulastis. Verum nonnullæ fuerunt urbes & Ecclesiæ tum Ponticæ, tum Asianæ, & præcipue Orientales, quarum clerici vel populi omnibus pertentati minis & persuasionibus, tamen nequaquam flexi sunt, ut tollant Antistitum & repellant nomina, quorum apud eos opinio floruit; sed morte vitam duriorem æstimant, si mortuos condemnaverint, quorum gloriabantur vita superstitum.

LV. *Quid igitur faciamus hujusmodi pertinaciæ, quæ nec dicto audiens existit, & tormenta in tantum despicit, ut amplum sibi ac festivum judicet, si corpore prius, quam religioso desistat consilio? Nobis quidem videtur opus esse mollius agendi & clementius: quæ si non in tua sanctitate, jam nec in alio poterunt inveniri. Nam neque sanguinis & suppliciorum cupidi (quod dictu etiam grave est) libellum suscepimus, neque ut parvo discrimine remaneant imperfecta concordiæ desideria, sed ad propagandam quo possumus ordine conjunctionem membrorum Ecclesiæ. Utrum itaque præstantius erit, minorum gratia in totum esse nobis adiectas tantas multitudines, an concessis exiguis & remissis, majora & omni ratione quærenda corrigi, ut quæ non licuit per omnia, saltem ex necessariis partibus allegentur?*

LVI. Quid ab Anastasio in causa jam definitum fuisset. *Veniam itaque nominum postulamus, non Acaci, non utriusque Petri, non Dioscori, vel Timothei, quorum vocabula ad nos datæ tuæ sanctitatis epistolæ continebant, sed quos in aliis celebravit civitatibus Episcopalis reverentia: & hoc exceptis urbibus, ubi vestræ beatitudinis libellus jam in plenum admissus est; nisi hanc quoque partem benevolentia statuerit vestra mitius corrigendam. Verum nec judicio caret sedis Apostolicæ, ut non magis venia dicenda sit, quam deliberata jam ad perspecta definitio. Anastasius quidem religiosissimæ memoriæ, vestræ culmen Ecclesiæ, palam aperteque constituit, cum hoc idem scriberet negotium prædecessori nostro, satis esse pacem affectantibus si nomen tantum reticeatur Acacii. Ergo priora vestræ sedis constituta sequitur, qui non omnes memorias mortuorum judicat contemnendas, ut indignum habeatur & incongruum, si non placidior omnibus non solum defunctis, sed etiam superstitibus vestra divulgetur in omni fine terrarum lenitas. Et hoc quidem non dubitaverimus ita gratiosum vobis futurum, ut pacifico statim responso lætior mundus reddatur.*

Retinet autem vestra sanctitas, quod dudum scripsimus, ex Oriente supplicationes nobis esse destinatas, voluntatem ipsorum continentes & arbitrium, in quo sese duraturos ostendunt firmiter, & quo nulla ratione desistendum existimant. Hanc itaque chartulam secundum nostra promissa per Joannem virum reverendissimum Episcopum dirigendam vobis in præsenti merito credidimus, ut a vestra sede etiam tenor ejus admissus ad colligendas proficiat & adunandas ubique venerabiles Ecclesias, & Hierosolymitanam præcipue; cui tamen omnes favorem impendunt, quasi matri Christiani nominis, ut nemo audeat ab ea sese discernere. LVII.

LVIII. De causa Hierosolymitani Episcopi. Quod audis, cum his litteris, tum aliis superius recitatis inculcari causam Ecclesiæ Hierosolymitanæ; meminisse debes, quæ dicta sunt superiori tomo de Joanne ejusdem Ecclesiæ Episcopo, qui pulso sancto Elia, ab Eutychianis intrusus est in illam Ecclesiam, ipso adhuc Elia vivente, & postea non solum conversus est in Catholicum, verum etiam in Catholicæ fidei defensorem populo gratum: sed cum ex mala institutione ejus periclitaretur causa, pro ipso Justinus & alii preces obtulerunt Hormisdæ. Ad postremum autem hæc habet in sua epistola Imperator: *Consensum itaque proprium tuam sanctitudinem epistolari quoque pagina convenit declarare: ut cognito omnibus atque patefacto, tenorem ejusdem chartulæ a vobis etiam laudari & tenaciter custodiri, lætior mundus existat. Data Idibus Septembris, Chalcedone, Rustico V. C. Consule. Accepta pridie Kalendas Decembris, Consule suprascripto.*

LIX. Vidisti quanta id instantia a Romano Pontifice Justinus exposcat, quod Synodus Constantinopolitana, & Justinianus, atque in primis Epiphanius ejus civitatis Episcopus expetierant? Duplicis id actum intelligis vehementissimo studio legationis, ut ad id præstandum Hormisdam Orientales impellerent. Quæ autem ad ista Hormisda rescripserit, anno sequenti ex iis quæ ab eo datæ habentur litteræ, apparebit. Adjecit & Justinianus, more suo curans quæ essent Ecclesiarum pacis atque concordiæ, alias per eosdem legatos litteras ad Hormisdam, quarum est exordium (a): *Quantam venerationem religionis*, &c. Quibus eadem

Justinianus alias de iisdem litteras dedit.

(a) Extant inter ep. Hormisd.

PAGIUS *Sed morte vitam duriorem æstimant, si mortuos condemnaverint, quorum gloriabantur vita superstitum*, &c. *Anastasius quidem religiosissimæ memoriæ vestræ culmen Ecclesiæ palam aperteque constituit, cum hoc idem scriberet negotium Prædecessori nostro, satis esse pacem affectantibus, si nomen tantum reticeatur Acacii. Ergo priora vestræ Sedis constituta sequitur, qui non omnes memorias mortuorum judicat contemnendas.* Hæc Imperatoris epistola die XXX. Novembris Hormisdæ reddita, qui mense tantum Martio anni insequentis responsum dedit.

XX. Card. Norisius in Dissert 3. *de Anno & Epochis Syro-Macedonum* cap. 7. observat, *Joannem*

dem inculcat, adiiciens quoque, recte dici Jesum Christum in Trinitate esse: quod licet verum esset, minus tamen ipse explorata habuit, quæ his verbis contra Catholicam veritatem Scythæ monachi Eutychiani molirentur. Subiicit & de retinendis nominibus defunctorum Episcoporum. In fine autem hæc habet: *Ostendat ergo tuus Apostolatus, quod Petro successit Apostolo: quoniam Dominus a vobis, utpote summis pastoribus, exacturus est universorum salutem, qui poterunt esse salvi, firmata concordia. Nos etenim, finitis capitulis, de quibus scripta suscepistis, ultra non patiemur a quoquam controversiam religionis in Republica nostra moveri, nec sanctitatem vestram convenit audire superflua concertantes.* Hæc ipse per eosdem legatos (ut diximus, a Synodo missos, quibus addita est legatio Imperatoris.

LX. Legatio ab Ecclesia Thessal. ad Rom. Pon. Præter duas has recensitas legationes, alteram a Synodo & Epiphanio Episcopo Constantinopolitano, alteram vero a Justino Imperatore ad Romanum Pontificem missas, tertia accessit ab Ecclesia Thessalonicensi Romam destinata legatio, qua Dorotheum ejus civitatis Episcopum apud Romanum Pontificem de nefandis sceleribus superiori anno perpetratis adversus legatum Apostolicum excusaret. Est mentio ejus legationis in epistola Hormisdæ (*a*) ad Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum, cum ait, eam decretam esse ordinatione Justini Imperatoris. Quod enim justissimam expostulationem audisset Romani Pontificis & legatorum de malis perpetratis contra Joannem legatum Apostolicæ sedis & alios, per eamdem legationem publicam voluit ab eadem Ecclesia Hormisdæ Pontifici satisfieri. Sed & ipse Dorotheus Thessalonicensis, tamquam immunis a nefario sacrilegio perpetrato, has excusationis plenas non erubuit scribere litteras ad ipsum Hormisdam Papam, quem decuisset magis veniam iisdem precari: quæ sic se habent, perinde ac essent innocentissimi hominis (*b*):

(*a*) *Hormisd. epi. 77. in fin.*

(*b*) *Extant inter Hormisd. ep. t. 1. epist. Rom. Pont.*

LXI. Dorothei Episcopi Thessalon. epist. ad Hormisd. *Sanctissimo ac beatissimo Patri ac comministratori Hormisdæ Dorotheus in Domino salutem.*

Propositi nostri & orationis est summum studium, per omnia beatissime & ter beate Pater, & scribere frequenter ad vos sanctissimos, & mutua mereri colloquia; & nullo tempore extorrem me ab hujusmodi lætitia esse condecet. Quoniam igitur manifeste cognovi quosdam sanctas aures vestras perturbare, & scio proculdubio vos in omnibus esse perfectos, & quia nihil sine judicio audire possitis, nec ulli penitus vestrum animum accomodare: & ut non amplius per taciturnitatem largiri tempus videar illis, qui nihil quidem a nobis læsi sunt, sed sine causa & superflue adversum nos armati sunt: Deo tamen & vestræ satisfacio sanctitati, quia pro Joanne viro reverendissimo Episcopo, qui paulo ante a vestra venerabili corona directus est, prædestinavi me periculis, & mortem sustinui, & meam pro ejus scio me objecisse animam: & hoc ostenditur gestis, & ex his, qui quamquam per meam absentiam acerrime videantur esse discussi.

Et quid longo sermone opus est uti? LXII. *cum vobis omnia Dominus Deus noster Jesus Christus patefacere & satisfacere possit; quia & quando cognovi vos ad Apostolicæ sedis præsulatum advocari, commune gaudium totius mundi esse judicavi. Ab illo enim tempore hoc ipsum scribens ad vos: quantum ad me quicquid ad honorem & satisfactionem vobis & Apostolicæ sedi pertinet, nihil prætermisi, sed nec prætermitto. Paulo post autem scietis per venerabiles, annuente Domino Jesu Christo, quia hæc ab exordio mihi sunt excogitata, & quando Dominus Deus tempus dedit, ad effectum hæc sunt perducta. Omnem cum vestra sanctitate in Christo fraternitatem ergo quoque & mei plurimum salutamus.* Quid autem Hormisda Papa rescripserit, accipe (*c*):

(*c*) *Hormi. ep. 70.*

Hormisda Dorotheo Episcopo Thessalonicensi.

LXIII. Quid Hormisda ad Dorotheum. *Considerantes tuæ fraternitatis Ecclesiam ante prætereuntis mala discordiæ olim cum sede Apostolica præcipua fuisse charitate conjunctam, te nuper pacis redditæ esse credebamus auctorem. Sed quia quos prævenire debueras, sequi etiam remoraris; non leviter pro fraternitatis tuæ dilatæ correctionis ingemiscimus tarditate. Scribis enim aures nostras cujusdam sceleris atrocitate turbatas. Utinam usque ad nos tantum tam detestabilis fama percurreret, & non toto Orbe Christianis mentibus tam dolendum, tam execrabile facinus nunciaret; ut qui te innocentem nesciunt, a Christianitatis simul credant tramite deviasse. In qua enim mundi parte immanitatis hujus invidia non & Catholicas contristat Ecclesias, & hæreticorum prava vota lætificat? Quæ nos a dilectionis tuæ conscientia (sicut litteris intimas) ostendi cupimus aliena.*

PAGIUS *Olympici ludi Antiochiæ antiquati.* *nem Malelam* Antiochensem in Chronico scribere, ludos Olympicos apud Antiochiam restauratos fuisse ab *Afranio* primo Alytarcha (ita vocabatur, qui ludis illis præerat) anno Eræ Antiochenorum CCLX. Kalendis Septemb. anni Christi ducentesimi undecimi inchoato, & hos postea *Justinum* Imperatorem antiquasse, anno Eræ Antiochenæ DLXVIII. Kalend. Septembris superioris Christi anni incœpto; quo medio spatio CCCVIII. Olympiades colliguntur

na. Quid enim votis nostris magis convenit, nisi ut redire ad pacem Catholicam volentes Episcopos, a crudelitate & criminibus contingat semper innoxios comprobari? Expectamus igitur, si non desunt fraternitati tuæ veritatis Deo nota præsidia, ut & tanti sceleris a te repellas invidiam, & in reconciliatione fidei tandem eorum, qui reversi sunt, sequaris exempla. Data quarto Kal. Novembris, Rustico V. C. Consule. Hæc ad Dorotheum Hormisda: qua etiam die extat ejusdem epistola ad Justinum reddita de legationis ab eo decretæ tarditate: est ejus exordium (*a*): *Benedicta Trinitas Deus noster &c.*

(a) Extant inter epist. Hormisdæ.

LXIV. Quid vero præterea decreverit idem Pontifex de eadem Thessalonicensium causa, non apparet, nisi quod de ea meminit in epistola ad Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum verbis istis: (*b*) *De Thessalonicensibus, quorum ad ad nos legati sub clementissimi & fidelissimi Principis filii nostri ordinatione venerunt, ne quid omisisse credamur; nosse vos volumus, secundum hoc quod Domino nostro Jesu Christo inspirante placuerit, causam omnem nostri dispositione tractandam.* Hæc de his Hormisda: qui præsidens Apostolico throno, jus reddens universis Episcopis, ad eum undique confluentibus legationibus judicium exposcentium, & auxilium adversus oppressores implorantium, hoc eodem anno eumdem Epiphanium Constantinopolitanum litteris compellat ob Episcopos Orthodoxos suis sedibus ab hæreticis spoliatos, ne reddita jam Ecclesiæ pace, ipsi adhuc ab Ecclesiis vagarentur extorres, occupatis illis ab Episcopis, qui in loca eorum suffecti erant. Isti igitur quoniam professi essent Catholicam fidem, ne ab Ecclesiis quas obtinuerant, expellerentur favore potentium, ad defensorem omnium accurrerunt: qui pro iisdem cum plures in hanc diem ea de causa litteras conscripsisset, nec quicquam profecisset: haud patiens miseros sedibus suis abire vacuos, quos rectæ fidei confessio fecisset Apostolicæ sedis communione Catholicos; pro iisdem paulo acriores scripsit (ut dictum est) ad ipsum Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum hujusmodi litteras (*c*):

(b) Hormisd. ep. 77.

(c) Hormisd. epist. 69.

Hormisda Epiphanio Episcopo Constantinopolitano.

LXV. Hormisda laborat pro restituendis Episcopis.

Oportuerat quidem fraternitatem tuam, divini contemplatione judicii atque charitatis nostræ respectu, Eliam, Thomam, & Nicostratum fratres & coepiscopos nostros postquam in consortium communionis nostræ recepimus, ad divina tecum mysteria incunctanter admittere, atque ad Ecclesias suas, a quibus eos discordiæ error excluserat, pro pacis nostræ plenitudine revocare; ut unitas, quam post annorum multa curricula per totum Orbem suis Deus restauravit Ecclesiis, nulla voluntatum nostrarum distantia læderetur. Sed quia rem tam gratam & Patrum statutis venerabilibus congruentem quibusdam tarditatibus contigit nunc usque differri, unde etiam ad decessorem fraternitatis tuæ nos scripsisse meminimus; hortamur, ut lætitiam, quam de damnato præteritæ dissensionis errore percipimus, in nullo iterum discrepantium animorum causa contristet.

LXVI. *Etenim nulli videtur vos nobiscum pleno communicare mentis affectu, si eos qui nobiscum communicant, a vestro consortio segregatis. Incassum certe videntur pacem recipere, qui pacis differunt præcepta complere. Quicquid enim in illorum suscipienda communione moramini, quodammodo de nostra reconciliatione detrahitis. Et providendum est, frater charissime, ne, si Ecclesiarum nostrarum tandem desuper indulta concordia ab his exordium sumat exemplis, & religionis veneranda regula, & Apostolicæ sedis auctoritas imminuta (quod absit) per Orientem potius divulgata, quam restituta videatur.* Hæc Hormisda. Erat Elias Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, cujus sedem alius occupaverat, ut ex litteris (*d*) Justiniani apparet.

(d) Extant inter epist. Hormisd.

LXVII. Hoc item anno, cum ubique Eutychiana hæresis damnaretur, pœnitentesque Eutychiani hæretici ad Ecclesiam Catholicam passim revocarentur; relatum est ad Justinum Imp. accidisse quid in Sy-

PAGIUS tur. Non mirum itaque si Socrates, qui sæculo præcedenti vixit, Olympiadum annos adhibuerit, quos ut existimo, a Septembri exorsus est. Ab hoc tempore rara Olympiadum in libris postea scriptis occurrit mentio. [1]

Nativitas S. *Gildæ* Abbatis Rugensis & pugna Badonica, de quibus anno CCCCXCIV. num. XIV.

NOTÆ [1] Quoad Olympiacos ludos, in Vita S. Hypatii Monachi a Callinico ejus Discipulo scripta apud Bollandistas ad diem XVII. Junii leguntur quædam, quæ hic præteriisse pigeret. Igitur in cap. VI. num. 45. narrat Author, Leontium Præfectum *voluisse in theatro Chalcedonensi restaurare ludos Olympiacos, quos veteres Imperatores, & æterna memoria dignus Constantinus aboleverat*; sed tumultuantibus Monachis, incentore Hypatio ab incæpto destitisse. Ex testimonio hoc Authoris longe vetustioris Malela intelligimus, quisnam ludos illos primo vetuerit. MANSI

Nestoriani exultarunt de damnatione Eutychianæ hæresis.

Syria, quod Orthodoxis haud mediocrem conflavit invidiam. Quod enim tanta fidei Orthodoxæ adversus Eutychianos victoria non solum Catholici, sed & Nestoriani hæretici e diverso pugnantes gavisi essent; iidem Nestoriani contra Eutychianos erexere trophæa, & duxere triumphum: cum videlicet solemni ritu Theodoreti Cyri Episcopi, qui aliquando Nestorio favisset, super currum ponentes imaginem, eamdem psalmorum canticis introduxerunt Cyrum civitatem, ubi & memoriam celebrarunt Nestorii, ejusque magistrorum Diodori Tarsensis, atque Theodori Mopsuesteni, necnon Nestorii martyris titulo decorati. Quod ubi perlatum est ad Justinum Imperatorem, adversus eos ejusmodi rescriptum dedit, quod recitatum extat in Quinta Synodo, cui hæc præmittuntur (*a*):

(*a*) *Quint. Synod. Act. 7. in fin. t. 2. Conc.*

LXVIII. Quid Cyri Nestoriani egerint.

Lecta sunt nobis Gesta confecta apud Antiochenæ civitatis Defensorem, quibus inferebantur testimonia militum significantium (ut compendiose dicamus) quod priusquam Sergius reverendissimus Cyrestenam civitatem accederet; quidam, id est, Andronicus presbyter & Defensor & Georgius diaconus accipientes imaginem Theodoreti; qui undique inculpatur propter fidei errorem, in currum eam imposuerunt, & in Cyrestenam civitatem introduxerunt, psallentes & ostendentes, quod ejusdem illi sectæ sint. Haud improbandus videri poterat ejusmodi cultus, si Orthodoxo doctori fuisset ab Orthodoxis impensus, cum Theodoreti imago eo solemni ritu in ecclesiam delata est: nam licet visus fuisset aliquando hæreticus, tamen Catholicus cognitus probatusque est a Romanæ Ecclesiæ Antistite: constat enim ipsum subscripsisse Chalcedonensi Concilio, damnasseque ibi Nestorium, atque demum bona confessione receptum jam ante in communicationem Apostolicæ sedis a Leone Magno Romano Pontifice in pace quievisse, ut satis superius demonstratum est. Verum quod (ut diximus) Nestoriani id fecisse dicantur, haud potuit factum non reprehendi ab Orthodoxis, cum præsertim tantorum dehonestata eadem fuisset imago consortio hæreticorum. Porro facinus majorem Theodoreto conflavit invidiam, quam & auxit quod subditur: *Sergius autem postea cum in civitatem accessisset, collectam celebravit ipsius Theodoreti, & Diodori, & Theodori, necnon Nestorii cujusdam, quem martyrem esse dixit, cum provincia nullum habeat martyrem huic nomini convenientem.* His autem subiiciuntur hæc ex Justini Imperatoris rescripto:

LXIX. *Evidenter igitur mirati sumus primum quidem, si latuerunt tuam eminentiam talia Gesta in civitate confecta: deinde si cognovisses quod factum est, non sine dilatione quæstionem fecisti negotii, maxime cum degere Sergius diceretur, & cum Paulo reverendissimo esse. Verum etiam lecta sunt nobis paulo post Gesta confecta apud Cyrestenæ civitatis Defensorem: quæ reverendissimi responsales Sergii reverendissimi dixerunt multorum voces continentia, quod nulla umquam nec prædicata est, nec facta collectio in Nestorii cujusdam nomine. Super hæc autem Gesta preces audivimus tam ipsius Sergii, quam reliquorum Episcoporum Euphratensis provinciæ, qui repellunt ubique Nestorii nomen, & declinare quidem ejus sectam confitentur, consentire autem sanctis quatuor Conciliis.*

Ex rescripto Imper. contra Nestorianos.

Sancimus igitur, nihil subtilitatis vel studii eminentiam tuam relinquere, sed convocare quidem sine dilatione Cyrestenæ civitatis Episcopum ibi degentem (sicut audivimus) trahere autem ad se milites etiam, qui testimonia in Gestis Antiochiæ confectis præstitisse inveniuntur de numero tertio Stabilisianorum, necnon etiam Andronicum & Georgium, qui ea quæ de imagine dicta sunt, fecisse dicuntur; & singula cum subtilitate requirere: Hoc est, si quod dicitur de imagine, factum est: & si psalmum, cujus mentio gestis Antiochiæ confectis inserta est, psallentes ad imaginis honorem procedebant; & si Sergius reverendissimus (cum hæc post Antiochiæ confectis Gestis inserta sint) psallentes ad imaginis honorem ea cognovisset, & clericos admisit, & divinis eis communicavit mysteriis; & si collectionem Theodoreti & Theodori & Diodori prædicari fecit, aut celebrari concessit; & si hoc idem factum est in Nestorii nomine. Et omnem circumire viam tua magnitudo festinet, ut nihil subtilitatis possit latere. LXX.

Ne autem eminentia tua nostram tantummodo timeret indignationem, sed etiam iram Dei; non piget nos, & juramentum tibi imponere in nomine Domini & Salvatoris Christi Dei nostri, ad quem talia pertinent, ut ipsam veritatem undique requiras. Et si quidem inveniantur milites per omnia falsa dixisse, non tantum & quæ in Nestorium referuntur, sed etiam illa quæ ad Theodoretum & Theodorum & Diodorum; mox e fortissimo numero eiiciantur, in quo militare noscuntur, & omnibus tormentis eorum corpora crucientur. Si autem veritatem in suis depositionibus dixerunt, sive pro imagine, sive pro collectione vel Nestorii, vel aliorum trium; de omnibus nobis suggerere, ut cognoscere possimus eos, qui in veram & immaculatam quam & nos colimus fidem peccaverunt. Ne quid autem ex his quæ nobis lecta sunt, tuam magnitudinem lateat; jussimus eadem Gesta, quæ Cyri confecta sunt, & ad nos re- LXXI.

relata, necnon rescripta eorum quæ Antiochiæ confecta sunt, tibi transmitti: ut post confecta omnia quæ jussimus, iterum nobis remittantur ipsa quæ in Cyro confecta sunt. Pro hac etenim causa destinavimus Thomam devotissimum Agentem in rebus & Subadiuvam Legi. Data tertio Idus Augusti, Constantinopoli, Rustico V. C. Consule. His in Synodo recitatis, commendata est Justini Augusti pietas, quod ad fidem Catholicam conservandam ejusmodi perquisita vetera monumenta Synodo cognoscenda misisset. Quæ autem post hæc secuta sint, nihil prætere in Synodi Actis habetur.

LXXII. Jam cum ad calcem pervenerimus anni hujus, quo diximus legatos a latere ab Hormisda Pontifice missos Constantinopolim, conciliata pace, Romam reversos esse; ratio persuadet, ut quorum sumus prosecuti labores, assequamur quoque eorumdem de exantlato certamine & pace parta triumphum. Quorum quidem primo loco ponendus Joannes Episcopus, qui de susceptis pro fidei defensione vulneribus, insignibus meruit decorari martyrii: & licet cujus fuerit civitatis Episcopus obscurum sit, satis tamen in Ecclesia fulget sacrorum claritudine stigmatum, illustratusque nitet purpura sui sanguinis. Sancto vero ejus collegæ Germano, quem fuisse diximus Capuanum Episcopum, duplicis legationis bene perfuncto munere celebri, quali quantave pompa fuerit illi in cælestem patriam redeunti paratus a Deo triumphus, fuit S. Benedictus inspector & testis. Sed præstat audire S. Gregorium, qui dum ejusdem S. Benedicti res gestas persequitur, ista quam fidelissime narrat his verbis (a):

De Joanne & Germano Legatis Episcop.

(a) Greg. dialog. l. 2. c. 35.

LXXIII. *Alio quoque tempore Servandus diaconus & Abbas ejus monasterii, quod in Campaniæ partibus a Liberio quodam Patricio fuerat constructum, ad eum visitationis gratia, ex more venire consueverat; ejus quoque monasterium frequentabat; ut quia idem quoque vir doctrinam gratiæ cælestis influebat, dulcia sibi invicem vitæ verba transfunderent, & suavem cibum cælestis patriæ, quem adhuc perfecte gaudendo non poterant, saltem suspirando gustarent. Cumque hora quietis exigeret; in cujusdam turris superioribus venerabilis Benedictus, in ejus quoque inferioribus se Servandus diaconus collocavit; quo videlicet in loco inferiora ad superiora pervius continuabat ascensus: ante eamdem vero turrim largius erat habitaculum, in quo utriusque discipuli quiescebant. Cumque vir Dei Benedictus, quiescentibus adhuc fratribus, instans vigiliis, nocturnæ orationis tempora prævenisset, ad fenestram stans, & omnipotentem Deum deprecans; subito, intempesta noctis hora respiciens, vidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tantoque splendore clarescere, ut diem vinceret lux illa, quæ in tenebris radiasset. Mira autem res valde in hac speculatione secuta est: quia (sicut post ipse narravit) omnis etiam mundus, velut sub uno Solis radio collectus, ante oculos ejus adductus est.*

Qui venerabilis Pater dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscæ lucis infigeret, vidit Germani Capuani Episcopi animam in sphæra ignea ab Angelis in cælum ferri. Tunc tanti sibi testem volens adhibere miraculi, Servandum diaconum, iterato bis terque ejus nomine, cum clamoris magnitudine vocavit. Cumque ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus, ascendit, aspexit, respexit, partemque jam lucis exiguam vidit. Cui tantum hoc obstupescenti miraculum, vir Dei per ordinem quæ fuerant gesta narravit: statimque in Cassinum castrum viro religioso Theoprobo mandavit, ut ad Capuanam urbem sub eadem nocte transmitteret, & quid de Germano Episcopo ageretur, agnosceret & indicaret. Factumque est: & reverendissimum virum Germanum Episcopum, is qui missus fuerat, jam defunctum reperit. Et requirens subtiliter, cognovit eodem momento fuisse illius obitum, quo vir Domini ejus cognovit ascensum. Hactenus de S. Germani triumpho Gregorius. Contigit autem ejus ad Deum transitus tertio Kalendas Novembris, qua die annua celebritate in Ecclesia ejusdem memoria colitur. Porro hæc longe postea contigerunt: nam (ut suo loco ostendetur) nondum hoc tempore S. Benedictus in Cassinum montem migrarat. LXXIV.

Qui

I. Justiniani Consulatus cum editione munerum.

QUi sequitur quingentesimus vigesimus primus Christi annus Fastis redditur Consulatu Valerii, quem dedit Occidens; & Justiniani in Oriente a Justino Imperatore creati, Roma altero, altero Constantinopoli gaudente. Celebratur in sui aditione Consulatus Justiniani munificentia, de quo Marcellinus ista habet in Chronico: *Famosissimum hunc Consulatum Justinianus præ Consulibus omnium Orientalium utilitatibus edidit: nam ducenta octogintaocto solidorum sestertia liberalitate Consulari profecta munificentia in populum, inque spectacula, sive spectaculorum machinam distributa sunt: viginti leones, triginta pardos, exceptis aliis feris, in ampitheatro simul exhibuit: numerosos præterea, phaleratosque in Circo caballos jam donatis quoque impertivit aurigis. Una dumtaxat ultimoque mappa insanienti populo denegata.* Hæc Marcellinus. Licet autem gladiatorum dempta fuerint cruenta spectacula: retenta tamen ea fuere in venatione ferarum & pugna cum bestiis ab humanitate penitus aliena, multo magis vero a Christiana religione abhorrentia; dum discerpi a bestiis homines, & redempta Christi sanguine corpora sanguinem fundere cernerentur, atque in populi ederetur insanum oblectamentum, quod ad movendum luctum accommodatum potius videbatur. In detestationem vero hujuscemodi cruentorum spectaculorum extat Theodorici Italiæ Regis epistola ad Maximum, qui post annum sequentem Consul creatus est: dicemus de ea suo loco. Sed jam signato Consulibus anno, Ecclesiasticarum rerum eodem anno gestarum narrationem aggrediamur.

II. Retenti Legati hieme Romæ.

Qui anno superiori ab Epiphanio, atque Synodo habita Constantinopoli, necnon ab ipso Justino Imperatore missi sunt (ut vidimus) Romam legati, diutius ab Hormisda retenti sunt, nempe integra hieme, sæpe auditi, & de petitionibus quas una cum litteris ingesserunt differentes, omni probationum genere convicti, atque etiam persuasi, haud indigne de illis ab eodem Pontifice tulere repulsam, quam non ab infenso viderent prodire animo, vel a superba mente manare, sed potius e puro fluere doctrinæ fonte per majorum traditionum irrigua, ipso Hormisda sæpius illud Apostolicum inculcante (*a*): *Non possumus adversus veritatem, sed pro veritate:* Ostendente plane, tantam Pontificiam potestatem non ad destructionem, sed ad ædificationem datam: nihilque præter fas usurpandum Ecclesiæ universalis Antistiti eidemque præfecto dispensatori mysteriorum Dei; cum ex sententia ejusdem Apostoli (*b*), inter dispensatores illud potissimum requiratur, ut fidelis quis inveniatur. Sed tantæ moræ, penes quem erat summa totius Imperii, Justinianus Consul impatiens, has interea ad Hormisdam

(*a*) 2. Cor. 13.

(*b*) 1. Cor. 4.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6014.

SÆC. VI. Olymp. 325. Anno Eræ Hispan. DLIX. A.C. 521.

☉ 26. C. ☽ 9. P. 11. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 521.

HORMISDÆ PAPÆ .8

JUSTINI IMP. 4.

THEODORICI REG. 29. & 11.

I. Consules.

[1] COSS. *Justinianus & Valerius*, ille in Oriente, hic in Occidente creatus; hujus enim solius nomine plures *Hormisdæ* Literæ prioribus hujus anni mensibus datæ subscribuntur.

II. *Maxentius refellit Epistolam Hormisdæ ad Possessorem.*

A num. II. ad XXXVI. Agit Baronius permixtim de duabus controversiis, hoc tempore maxime agitatis, ut jam ostendi, quas seorsim tractandas esse duxi, majoris claritatis gratia. Prior controversia erat de hac thesi, an scilicet dici posset, *Unum e Trinitate Carne crucifixum* fuisse, de qua Em. Card. Norisius in lib. 2. Hist. Pelag. cap. 19. & seq. hæc habet. Hormisdæ Epistola ad Possessorem, de qua anno superiori, in varia exemplaria transcripta, non modo Constantinopoli, verum etiam latius per Europam legebatur, in qua cum Monachi Scythæ arguerentur, nec *Fausti* libri ut hæretici palam reprobarentur, *Joannes Maxentius*, qui adhuc Constantinopoli morabatur, eidem obviam Scripto ire ausus est, responsionem prolixam satis procudens, qua Scythis objecta refelleret, de qua Baronius anno superiori num. XXXIII. & seqq. Quo tamen

NOTÆ [1] C *Oss. Justinianus & Valerius.*

Victor: *Valerio & Justiniano Coss.* Marcellinus: *Justiniano & Valerio*. In epitaphio Ennodii Ticinensis.

VALERIO V.C. CONSULE, ut apud Fabrettum pag. 454. Epistola Justini ad Hormisdam: *Justiniano & Valerio VV. CC. coss.*

Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Valerio*. GEORGIUS

dam perbreves litteras dedit (*a*), quibus eorum reditum accelerandum esse rogavit:

(*a*) Extant inter ep. Hormisd.

III. *Diligenter Apostolatus vester cognovit, quanto fidei calore filius vester serenissimus Imperator, nosque fuimus ab initio. Numquam cessavimus agere quæ pertinebant ad firmamentum religionis divinæ. Pro qua re nuper etiam reverendissimos sacerdotes Romam direximus, ut integrum componeretur de capitulis, quibus ad ea dubietas vertebatur. Sed ignoramus, quæ difficultas provenerit, ut minime sopirentur hactenus ea, quæ videntur esse levissima. Salutantes ergo vestram reverentiam, petimus, ut nulla præbeatur occasio, qua de tua quisquam possit ambigere voluntate; sed habentes præ oculis judicium majestatis supernæ, modis omnibus festinare dignemini.* Hactenus Justinianus.

IV. Qui licet ex fidei Catholicæ ardore sit jure laudandus: dum tamen plusquam par est homini laico, a se proposita, ex sua ipsius sententia optat sibi cuncta quam celerrime a Romano Pontifice definiri, parat sibi inscius ad lapsum foveam, in quam miser, eam vitare negligens, ad vitæ finem, dum sine consilio currit, præceps demum incurrit. Religione licentius currat, est ex Gregorii Theologi sententia infrænanda. Hæc igitur primum hic tibi consideranda proponimus, lector, ut primos gressus inspicias; quibus pedetentim itur in mortem, cum videlicet quis novitati aditum facilem parans, a vetustate recedit. Immemor enim sui propositi Justinianus, cum adversus monachos Scythas ad Hormisdam Pontificem scribens, nihil novitati concedendum esse, fuerat (ut vidimus) contestatus; mutatus sententia, novum quippiam cupit, auctoritate tamen Apostolicæ sedis, inferri. Sit Principibus omnibus in ore cordeque Prophetæ Principis illa sententia: (*b*) *Pes meus stetit in directo, in ecclesiis benedicam te Domine:* ne vel pedem unicum a linea recta quovis prætextu deflectant; sed jugiter (quod monet Propheta *c*) de semitis antiquis interrogent, & intelligant se Dei esse subditos sacerdoti. Sed jam rerum gestarum seriem prosequamur.

(*b*) Ps. 9.

(*c*) Hier. 6.

V. Absolutis igitur legatorum negotiis, ad quæ tractanda venerant; hieme transacta, jam placido vere appropinquante; cum navigationis tempus redditum videretur; iidem qui missi fuerant Romam legati, ab Hormisda Papa dimissi, discesserunt ab Urbe reversuri Constantinopolim: iis ad eos a quibus acceperat idem Pontifex litteras reddidit. At quænam illæ, qualesve, cujus etiam essent argumenti, quæ anno superiori ad Hormisdam Papam missæ sunt ab Oriente: eorum quæ suo loco superius dicta sunt, meminisse debes: nempe petitum illis, ut præter nomen Acacii & præcipuorum nominatorum hæreticorum, quæ omnino fuerunt e Diptychis abradenda, reliquorum, qui communicatione ipsorum polluti essent, permanere sinerentur, id præsertim summa importunitate exposcentibus populis. Insuper & ingestum fuisse diximus, ut dici omnino deberet Jesum Chiristum crucifixum unum de Trinitate. Sed & in memoriam revoca, quanta ista fuerint petita & expetita diligentia atque licentia, quotque litteris iisdemque gravissimis inculcata, tot arietibus Romani Pontificis tentata constantia: ut impossibile potuisset videri, non flecti, & cuncta petentibus non indulgere. Hæc, inquam omnia tibi sunt memoria recolenda, quo ea quæ dicenda erunt, cum fueris assecutus, magis magisque mireris.

Recedunt Legati Orientales ab urbe.

Hor-

PAGIUS

men liberius in Epistolæ auctorem toto impetu debaccharetur *Maxentius*, negavit illam fuisse ab Hormisda scriptam, unde omni prorsus modestia deposita veluti in hæreticum furibundus insiliens mille conviciorum plaustra evomuit. Immo eo usque furoris prolapsus est, ut in hæc impudentissima verba eruperit: *Verumtamen sive ab hoc*, nempe Hormisda, *sive a quolibet alio hac scripta sit Epistola, non est dubium Auctorem ejus esse hæreticum qui contentionem verborum, & subversionem audientium judicat Christum filium Dei unum fateri ex Trinitate.* Eodem etiam charactere describit *Possessorem*, quod negabat Christum filium Dei unum esse ex S. Trinitate. Deinde sententiam Hormisdæ de *Fausti* libris uti mitiorem, reprehendit, quod noluisset Fausti libros tanquam hæreticos condemnare, irridetque uti non ad rem datum responsum: *Nam cum de ipsis* ait, *libris non utrum legendi sint, sed utrum sint Catholici, vertatur quæstio, iste non de ipsis quid sentiendum, sit, sed eos quamvis non in auctoritate habendos, tamen legendos esse decernit.* Immo quod Hormisda hæc in illis Literis dixit: *Proficiemus inter adversantes propriis bonis si non involvamur erroribus alienis*, insimulare Pontificem homo petulantis ingenii non veretur, quasi Pelagio occulte faveret: hæc ejus verba: *Callide tuam niteris occultare perfidiam, sed te splendore suo detegit Catholica veritas, & juxta cætera mala etiam superbissima Pelagianæ perfidia involutum erroribus cunctorum oculis anteponit, qui inter adversantes, non Dei munere, sed propriis bonis proficere te posse tumida elatione confidis.*

III. Sed perperam tantum perfidiæ Hormisdæ *Maxentius* obiicit. Nam propria bona, non Dei donis, sed erroribus alienis opponit, licet illa ita nostra sint, ut etiam donata esse credantur, de qua re acute Augustinus explicans ea Orationis Dominicæ, *Panem nostrum quotidianum da nobis.* At Maxentius Augustini assertiones Fausti dictis opposuit, ut Possessorem tamquam hæreticos libros Fausti damnare nolentem erroris convinceret; *Conveniens credidi*, inquit, *aliqua tam de Fausti, quam de antedictis libris ejusdem Sancti Augustini certa Capitula decernere, & huic nostro Opusculo in-*

Maxentius falsa Hormisdæ imponit.

VI. Hormiſda igitur cum ad Synodum, tum ad Epiphanium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, necnon etiam ad Imperatorem epiſtolas (a) hoc anno reddidit ſeptimo Kal. Aprilis: extant quidem ipſæ: nos vero ex eis tres tantum reddemus, quarum duæ ſunt ad Juſtinum datæ, una vero eademque noviſſima ad Epiphanium. In duarum autem illarum altera, quam ad Juſtinum dedit Hormiſda, in eo verſatur primum, ut commendet pietatem Imperatoris ob munus legationis impenſum; mox vero reſponſionem ad ea quæ petierat Imperator, ut reciperentur ad communionem illi, qui damnato Acacii nomine, reliquorum qui ei communicaverant Epiſcoporum nomina in Diptychis retinerent, ſubiicit: & de illa adeo ventilata quæſtione pertractat, num unus de Trinitate in carne paſſus dici deberet. Sed ipſam ad Juſtinum epiſtolam audiamus, quæ ſic ſe habet (b):

(a) Horm. ep. 72. 73. 75. 76.

(b) Hormi. ep. 75.

VII. Hormiſd. epiſt. ad Juſtinum Imp. *Scio quidem, venerabilis Imperator, clementiam tuam conſcientia boni operis tantum eſſe contentam; nec in his, quæ pro Catholicæ Eccleſiæ unitate diſponis, humanis laudibus indigere, & magni ſtudii gloria non digna remuneratione vileſcat. Quanta eſt enim circa eum humani ſumma præconii, cui contigit terrarum regna committi? Cum eo noxia ſint blandimenta adulationis ſuſpicioni, quæ humilitas detulerit imperanti. Et alias ſecundum Evangelicam traditionem neceſſe eſt, ut fructu ſupernæ remunerationis careat, qui retributionis laudem expectat. Hinc manſuetudinem veſtram, omni bonitatis perfectione pollentem, ad Deum univerſa, quæ memorabiliter facitis, referre non ambigo: nec caduca cogitantes, ab illo expectatis pro actuum veſtrorum retributione mercedem, quem bonorum omnium conſtat auctorem.*

VIII. *Et tamen ego divinis, quibus obſecundo, convenio inſtitutis, ne religioſæ conſcientiæ veſtræ beneficia conferta diſſimulem; ne taciturnitas mea, quæ vobis creſcit ad gloriam, mihi (quod abſit) vertatur in culpam. Novi enim de illis decem Domini, & Salvatoris noſtri pietate mundatis, quia & novem ſunt nota ingratitudinis improbati, & unus teſtimonium fidei & merita receptæ ſalutis retulit, quia gratiarum actionem ſanatus exſolvit. Exequor exempla quæ didici; & quod per officii mihi crediti materiam prædico, ſub occaſione litterarii ſermonis exhibeo. Ago gratias quanto amplius poſſum, etſi quantas debeo non poſſum: ſed ſolatium mihi eſt, quod de beneficiis mecum veſtris mundus exultat, & laceratæ hactenus Eccleſiæ membra ad compagem ſuam revocata glorіantur. Reduxiſti populis fidem, perſecutus errorem: inclinata eſt ſuperbia inimicorum Eccleſiæ Dei & humilitas erecta Fidelium. Magna res tibi contigit, Imperator: magna in te emolumenta cum poteſtate coierunt. Quæ merearis, intellige: Non exiguam in te partem boni operis illius, quod vadens ad cælum Dominus noſter Jeſus Chriſtus contulit, tranſtuliſti: nam pacem, quam ille diſcipulis dedit, per te mundus invenit. Non eſt dubium congratulari tibi Angelos cæli: nam ſi juxta aſſertionem Evangelicam (c), lætitia eſt eis ſuper uno peccatore ſalvato; quæ poteſt eſſe, populo?*

(c) Luc. 5.

IX. *Salve Exechias præſentis ætatis; nam etſi fuerunt ante eum Reges Juda qui facerent bonum, nullus tamen eorum diſſipavit Excelſa. Tu quoque ſchiſmatum & ſuperbiæ diſſipator, & cultus veteris reſtitutor, præſume tibi ſimilitudinem illius annorum (d) augenda curricula, qui operum ejus imitaris exempla. Hæc omnia, quæ ad majus gloriæ tuæ expectant augmentum, non ſtimulo adhortationis alienæ, non ullis precibus excitatus aggrederis; ſolus tibi in conſilio Deus: non eſt qui ſe*

(d) 4. Reg. 20.

PAGIUS *inſerere, ut cum in brevi collata ab invicem contraria ſibi reperta fuerint, evidenter clareat, libros Fauſti eſſe hæreticos.* In quo etiam veteri ſe vitio teneri *Maxentius* oſtendit, nempe hæreticos omnes illos privata auctoritate declarare, quos ſuæ ſententiæ adverſantes videret. Cæterum Epiſtolam illam eſſe Hormiſdæ ac malitioſe id a Maxentio negari, Baronius anno DXX. num. XXII. ex ſtyli conſonantia probabat. Verum ex Epiſtola Synodica Patrum Africanorum in Sardinia exulum hoc ipſum aperte convincitur; nam cap. 17. inquiunt: *Quorum mentionem Beatæ memoriæ Hormiſdas Sedis Apoſtolicæ glorioſus Antiſtes in Epiſtola, quam conſulenti ſe ſancto fratri, Conſacerdotique noſtro Poſſeſſori reſcripſit,* &c. Hæc Epiſtola Baronii tempore nondum typis data erat. Extat ea Tomo IV. Concil. pag. 1501. ubi dicitur quoſdam aſſerere anno Chriſti DXXI. aut circiter ſcriptam eſſe; cum tamen in ea ſermo ſit de *Hormiſda* jam demortuo, qui ante annum DXXIII. e vivis non exceſſit, ea ante annum illum non data. *Maxentium* vero ſcripſiſſe illam reſponſionem ad Epiſtolam *Hormiſdæ* Conſtantinopoli patet, quia ait, *in hac Regia Urbe*. Non fuiſſe autem illum Romæ, ex toto diſcurſu deducitur, ex quo toties de Romana Monachorum commoratione verba facit, nec uſpiam ſe illis adnumerat.

IV. *Nota hæreſeos Eutychianæ purgantur Monachi Scythæ.* Nunc ex Cardinali Norіſio citato Eutychianæ hæreſeos infamia non modo a Maxentio & ſociis propulſanda; verum etiam oſtendendum, eoſdem illius hæreſis ſtrenuos expugnatores fuiſſe, ut eorum vicem dolere debeamus, qui tam peſſime audierint. Cum Legati Hormiſdæ Byzantium appuliſſent. Maxentius cum collegis Scythis libellum fidei obtulit, in quo hæc profitebantur: *Unum eumdemque Chriſtum Filium Dei unigenitum in duas naturas, inconfuſe, incommutabiliter, indiviſe, inſeparabiliter cognoſcendum, in nullo naturarum diverſitatem propter unitatem perimendam, ſalva potius proprietate utriuſque*

se ad participationem tanti operis tentet inserere; tibi debes actionis hujus studium, tibi bonæ actionis effectum.

X. *Tu me, venerabilis Imperator, Ecclesiæ vulnera tam longa mœrentem, ad spem reddendæ salutis animasti. Tu me post tam continuos turbines jam pene desperatione cessantem, ad novam traquillitatem, directis ultro piis litteris, excitasti: hoc quoque proculdubio divina intelligentia conferente, ut inter ipsa tui principatus exordia, fidei ejus dicares obsequium, cui acceptum debebas Imperium. Sed qui te ad incipienda hæc non potui primus impellere, nunc majore fiducia tantis beneficiis compellor provocatus orare, ne patiaris in re tam boni operis esse defectum: ne manus, quas ad Deum erigis, a cœpti operis perfectione suspendas. Negare non possum pro Domini nostri hæc me affectu, & unitatis exposcere; sed fateor, & saluti tuæ pro tanta mansuetudinis gratia hæc studia me debere. Scriptum est enim (a), quia qui perseveraverit usque ad finem, salvus erit. Nec vos aliquorum obstinatio reddat a proposito pigriores. Durum est, ut efficacior sit eorum pertinacia qui dividunt pacem, quam eorum qui asserunt unitatem. Amentur vulnera, cum provideantur pro salute remedia, & peroptabile *... putetur... mortuis, quam inhærere cum vivis.*

(a) Matt. 10.

* Desunt aliqua in scripto codice.

XI. Cogendi subditi errantes, non sequendi. *An non æquum est, ut religiosi Principis subdantur imperio, qui non moventur exemplo? Non omnis æger remediis salubribus acquiescit; & medendi studium sæpe ipsis, quibus adhibetur, ingratum est: & tamen grata est pro salute necessitas, nec ipsi post respirationem non sunt beneficiis obnoxii, qui curantur inviti.* Ista præfatus Hormisda, mox ad ea quæ petierat Imperator, ut ad communionem reciperentur Episcopi, sinerenturque eorum nomina in Diptychis remanere, qui, damnatis hæresibus, recepissent Chalcedonense Concilium, professique Catholicam fidem, fuissent tamen Acacii communione polluti; respondet id minime concedi posse, cum talium communione universa simul inficeretur Ecclesia; atque ait:

XII. Juste negat Hormisda injusta petita. *Cavenda est subtilium magna circumspectione calliditas, qui ingerunt difficilia, dum nituntur labefactare composita. Et quis hoc possit admittere, ut ad illa per pacem credamur adduci, ad quæ non potuimus discordiæ necessitate compelli? Et putetur æquum, ut contra salutem Princeps subjectorum voluntatem sequatur, quam pro sua salute subjecti Principis non famulentur imperio? Ipsam tibi mecum, venerabilis fili, crede Ecclesiam Dei supplicare, ut eam sine macula & ruga (sicut scis Domino placere) custodias: nec in eam oculus ille, qui pervigilat, nevum aliquem, quem aversetur, aspiciat. Ama quod a Deo compunctus elegisti, & intemeratum serva illud, cujus pars esse voluisti. Fuerit ante solicitudo tantum mea, nunc unam nobis causam tua fecit esse clementia. Nec austeriorem me quisquam dicat esse prioribus: nec adhortatio alicujus pro sententiæ auctoritate teneatur. Diligentiorem me non pertinaciæ studium, sed scandala secuta fecerunt. Forte inter initia locus esse potuit lenitati: male (sicut notum est) per accessus præcedentium temporum errorum augmenta creverunt.*

XIII. *Non parvi habeas, fili sanctissime, quod curasti. Ubi sancta Chalcedonensis Synodus, & inter sanctos venerandi Papæ Leonis religiosissima constituta locum alicujus honoris habuerunt? Ubi non adversum tanta fidei fundamenta quasi quoddam bellicum hostium Dei insonuit exercitus? Quanto acrioribus hæc impetita sunt jaculis, tanto validioribus sunt munienda subsidiis. Rogo, clementissime Imperator, ne me aut ad deserenda hæc quæ du-*

PAGIUS *quæ naturæ in una persona, unaque subsistentia concurrente.* Maxentius etiam contra Acephalos Eutychianos, qui Synodum Chalcedonensem damnabant, scripsit, Opusque ejus legitur Tomo VI. Biblioth. Patrum Edit. Colon. part. I. cujus illa est conclusio: *Constat duas, idest Divinitatis & humanitatis in filio Dei post adunationem esse naturas, ex quibus & in quibus subsistit una, & singularis Christi Persona.* Mitto hic varia ejus in eamdem rem loca, quæ apud Cardinalem Norisium & Natalem Alexandrum in Selectis Historiæ Ecclesiast. Capit. sæculo VI. Dissert. II. legi possunt. Ex quibus colligitur, Monachos Scythas non solum Eutychianis non adhæsisse; sed eorum hæresim jugulasse. Unam quidem Dei Verbi naturam incarnatam esse dixere. Sed licet Eutychiani illum loquendi modum ex Sancto *Cyrillo* usurparint, tamen nusquam sunt confessi duas naturas ineffabiliter unitas, & inconfusas, quod cum suis Monachis diserte & dilucide professus est *Maxentius*. Quare tam levi fundamento eos Eutychianos asserere non debuit Baronius Cardinalis doctissimus.

V. *Adversati non sunt Concilio Chalcedonensi.* Nec est quod dicat, hos Monachos adversatos esse Synodo Chalcedonensi, *cum eo additamento supplendum contenderent ipsum Sacrosanctum Concilium, quasi carens ipso esse dicerent imperfectum, ac proinde cui haud tuto credi posset.* Sed hanc illi a se notam excutiunt. Nam cum illam propositionem, *Unus e Trinitate*, &c. ex pluribus Patribus comprobarent, non Synodo adiiciendam veluti necessariam appendicem contendebant, sed adversus Synodi calumniatores illam se defendere contestabantur, ut legere est in Præfatione Libelli fidei dati Legatis. In ipsa vero Professione eos anathemate confodiunt, qui Synodum Chalcedonensem retractaverint, aut imperfectam judicaverint.

VI. Scribit etiam Baronius: *Cum insuper abhorrerent dicere, Unam Trinitatis Personam esse passam*

dudum beneplacita sunt, aut mutanda compellas. Vox enim illa auribus meis indesinenter immurmurat (a): Quia nemo ad aratrum manum mittens, & post se respiciens, aptus est regno Dei: cum in evidenti sit, quia pœnitentia malorum est operum, non bonorum.

(a) Luc. 9.

XIV. *Sed quamquam his urgemur angustiis, tamen propter mansuetudinis tuæ considerationem, & venerabilium legatorum Joannis Episcopi, Heracliani presbyteri, & Constantini diaconi allegatio nos non in humana permovit, qui innocentibus aut ignaris causæ remedia credidit esse poscenda: ad fratrem & coepiscopum nostrum Epiphanium scripta transmisimus: ut memor fidei, memor religionis, quos dignos susceptione esse crediderit, & alienos a communione quam respuimus (sicut asseritur) innocentes eos ad societatem suæ communionis admittat: libelli tamen, qui a nobis interpositus est, tenore servato. Melius est enim & magis Deo placitum, si salva fide Ecclesiastico corpori jungantur abscissi, quam in abscissos transeant qui in beati Petri immaculata communione manserunt. Data septimo Kalendas Aprilis, Valerio V.C. Consule.* Hactenus epistola Hormisdæ ad Justinum Augustum: ex qua plane intelligis, quod & alias sæpius demonstratum est, quanta videlicet Romani Pontifices custodierint diligentia, quantoque studio procurarint, ne pollueretur hæreticorum quavis macula Ecclesia sancta, sed conservata semper, illibata communione Apostolicæ sedis, in suo candore integra permaneret.

XV. Quid vero idem Hormisda Papa eidem Imperatori responderit ad agitatam illam tam in Oriente quam in Occidente quæstionem de uno ex Trinitate passo in carne, posterior ejusdem epistola eo argumento conscripta docet: cujus ut singula verba possint expendi, hic verbatim ipsa reddenda erit. Accipe igitur ex ea, quid consultus interpellatusque magister Ecclesiæ e cathedra Petri respondeat, & quomodo omni purgatum scoria aurum obrizum e divinæ sapientiæ conflatorio depromptum petentibus eroget. Potuisset quidem falli quivis homo ingenii perspicacis (ut vere aliquos deceptos vidimus) ad impostorum subdolam artem: sed qui clavem habebat scientiæ, minime circumveniri potuit; & ne alii fallerentur, eam ad Imperatorem epistolam scripsit, quam voluit (ut ipse testatus est in litteris ad Justinianum *b*) publicam esse omnibus instructionem. Ita quidem qui doctoris officio universæ præest Ecclesiæ, non Imperatorem dumtaxat, ad quem scripsit, erudiendum suscepit; sed omnes agentes ubique Fideles, pendentes ab ipsius ore Pontificis, expectantesque quæ ejus esset de re tanta sententia, voluit erudiri. Porro ea epistola Orbi nota, non fiat nobis incognita, sed hic ipsam reddamus (*c*).

(b) Hormi. ep. 44.

(c) Hormi. ep. 76.

Hormisda Justino Augusto.

XVI. Hormisda ad Justin. Imper.

Inter ea quæ ad unitatem Ecclesiæ pertinentia, propter quam Deus clementiæ vestræ elegit Imperium, in litteras contulistis: hæc quoque, venerabilis Imperator, cura fidei, qui multipliciter vos studere declaratis, adjecit, ut aliquorum preces perferendæ ad humilitatis meæ notitiam jungerentur; quibus vel quid quæstionis oriretur, agnoscerem, vel ad summovendum propositæ consultationis ambiguum responsum a me religiosæ scientiæ conveniens redderetur. Legi omnia solicitudine qua decebat: & licet ad responsi plenitudinem sufficere potuisset, si illa tantum quæ a veteribus sunt defini-

PAGIUS

Unam in Christo Personam professi sunt.

sam in Carne explodere receptum in Ecclesia Personæ nomen dolose conantes, &c. Sed non ita est, neque illi in eam sententiam venere. In Libello enim fidei Legatis oblato unam in Christo Personam disertis verbis professi sunt: *Unam*, inquiunt, *duarum naturarum subsistentiam, sive personam, quam nobis veneranda Chalchedonensis Synodus tradidit, nullius alterius nisi Verbi Dei Incarnati & hominis facti confitemur*, &c. Immo nullus Scriptorum Latinorum ante Maxentium adeo subtiliter de *personæ* nomine, & intelligentia disputavit, uti Maxentius lib. 1. contra Nestorium cap. 11. & seqq.

VII. *Non habuere diversas fidei formulas.*

Neque etiam urget quod in medium affert Annalista eruditissimus: *Ut persuaderent Catholicis se esse Catholicos, pro ratione temporis & personarum fidei formulas, diversas habuisse*, qui & alibi ait, eosdem in Professione fidei ad Africanos missa nomen Verbi posuisse, quod in Professione fidei Legatis Constantinopoli data non fecerant: ne quovis modo deprehendi possent, quod ipsi essent hæretici. At in utraque Professione fidei duplicem naturam in Christo affirmant, ut liquet ex verbis quæ ex eorundem Libello jam protulimus. Profecto Verbum nominarunt etiam in Libello Legatis tradito, ubi hæc habent: *Deum Verbum unigenitum Filium Patris D. N. Jesum Christum, qui pro nobis passus est Carne, Unum de tribus subsistentiis unius Divinitatis esse credimus.* Quæ cum vera sint, & juxta Orthodoxam fidem dicta inferebant posse etiam citra reprehensionem absolute dici: *Unus de Trinitate passus est Carne.* Et Maxentius his plane verbis absolvit libros contra Nestorianos: *Nec ego te unquam aliud aliquid quam hæreticum judicabo, qui Deum Verbum D. N. Jesum Christum, qui pro nostra salute passus est Carne, Unum esse ex Sancta & Individua Trinitate non approbas.*

VIII. *Eorum sententia longe diversa a Petri Fullonis blasphemia.*

Denique non audiendus Baronius, quando anno DXIX. num. CV. & seqq. dicit, hanc Scytharum Monachorum propositionem a blasphemia *Petri Fullonis* non differre. Is enim Trisagio addidit hæc verba: *Qui crucifixus est pro nobis*; cum quibus ista propositio, *Unus de Trinitate crucifixus est*, sensu convenire videtur. Verum *Petrus Fullo* Crucem Trisagio addebat, quo Deus *ter Sanctus* proclamatur, ut, in-

finita rescriberem; tamen ut religiosi propositi vestri remunerarem affectum, non subtrahendum credidi mei quoque sermonis obsequium. Quid enim est, quod emergentibus Nestorii & Eutychetis venenis, paterna omisit instructio? pene omnes impietates cum inventoribus tam nefandorum dogmatum convenientia in unum Synodica decreta presserunt: nec ulterius remansit locus ullus, tam diris perfidiæ seminibus amputatis, aut Christum Dominum nostrum credere sine carnis fuisse veritate, aut eumdem non Deum & hominem de materni uteri intemerata fœcunditate prodiisse; cum alter eorum dispensationem qua salvati sumus, negando, quantum in se est, irritam faceret; alter opinione contraria, sed impietate consimili, in eodem Domino nostro Jesu Christo potestatem divinam a vera humanitate secluderet: neque ille recordatus, quia palpandam carnem suam Christus ostendit; nec ille Evangelii memor, Verbum carnem factum esse dicentis, cui vox Domini, indeficienter insonare debuerat, qua dixit & docuit (a): Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit Filius hominis, qui est in cælo.

Doctrina fidei satis a majorib. elucidata.

(a) Joan. 3.

XVII. *Sæpe hæc & multis præcedentium sunt comprehensa sententiis: sed nec clementia vestra, licet jam dicta sint, fastidiose poterit repetita cognoscere; nec nobis pudor est, ea quæ sunt a prædecessoribus nostris prædicta, revolvere. Neque enim possibile est ut sit diversitas prædicationis, ubi una est forma veritatis; nec ab re judicabitur alienum, si cum his, cum quibus convenimus fide, congruamus & dogmate. Revolvantur piis mansuetudinis vestræ auribus decreta Synodica, & beati Papæ Leonis convenientia sacræ fidei constituta: eadem invenietis in illis, quæ recensueritis in nostris. Quid ergo est post illum fontem fidelium statutorum? quid amplius (si tamen fidei terminum servat) quamlibet curiosus scrutator inquirat, aut opere, aut institutione perfectius? nisi forte mavult quisquam dubitare, quam credere; certare, quam nosse; sequi dubia, quam servare decreta.*

Nam si Trinitas Deus, hoc est, Pater & Filius & Spiritus sanctus, Deus autem unus, specialiter legislatore dicente: (b) audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est: qui aliter habet, necesse est aut divinitatem in multa dividens, aut specialiter passionem ipsi essentiæ Trinitatis impingat, & (quod absit a Fidelium mentibus) hoc est aut plures deos more profano Gentilitatis inducere, aut sensibilem pœnam ad eam naturam, quæ aliena est ab omni passione, transferre. Unum est, sancta Trinitas non multiplicatur numero, non crescit augmento: nec potest, aut intelligentia comprehendi, aut hoc quod Deus est, discretione sejungi. Quis ergo illi secreto æternæ impenetrabilisque substantiæ, quod nulla vel invisibilium naturarum potuit investigare natura, profanam divisionem tentet ingerere, & divini arcana mysterii revocare ad calculum moris humani? XVIII.

(b) Deut. 6.

Divina substantia sine numero indivisa.

*Adoremus Patrem & Filium & Spiritum sanctum, indistinctam * distincte, incomprehensibilem & inenarrabilem substantiam Trinitatis, ubi etsi admittit numerum ratio personarum, unitas tamen non admittit essentiæ separationem: ita tamen, ut servemus divinæ propria naturæ, servemus propria unicuique personæ, nec personis divinitatis singularitas denegetur, nec ad essentiam hoc quod est proprium nominum transferatur. Magnum est sanctæ & incomprehensibile mysterium Trinita-* XIX.

* indivisam.

PAGIUS innueret Filium Dei, in substantia Deitatis, vel Trinitatem totam passam esse; duas enim in Christo naturas negabat. Scythæ vero Monachi naturas in Christo duas inconfusas, conceptis verbis fatebantur, & *Unum de Trinitate*, scilicet Filium Dei, non in substantia Deitatis, sed *Carne passum* propugnabant. Suam sociorumque suorum sententiam dilucide aperit Maxentius *in Professione fidei de Christo*, eamque Sancti Procli Constantinopolitani Archiepiscopi, cujus Doctrinam recepit Synodus Chalcedonensis, auctoritate confirmat in Tomo *ad Armenios*, ut legere est apud Natalem Alexandrum citatum, qui verba ejus refert, & quæcumque adversus hanc propositionem afferri possunt, refellit.

IX. Ex his non obscure colligitur, Scythas Monachos procul ab Eutychiana hæresi fuisse. Hormisda in Epistola ad Possessorem *novarum cupidos quæstionum*, & in Epistola ad Justinianum *procacem verborum novitatem* eisdem objecit, nusquam hæreticos dixit. Africani in Sardinia exules Orthodoxam Scytharum fidem commendarunt his verbis: *Vestram simul alacres & fidem cognovimus, & salutem, immo in agnitione fidei vestræ nobis salus innotuit.* Sanctus Fulgentius initio librorum *de Veritate Prædestinationis & Gratiæ*, ad Joannem Maxentium & Venerium Diaconum, ait: *Deo gratias ago Sancti fratres Joannes Presbyter & Veneri Diacone, cujus ope tales estis, ut pro gratia, qua salvamur, magno spiritu & fervore certetis.* Denique Joannes II. Papa paulo post obitum Hormisdæ illam propositionem, *Unus e Trinitate passus est Carne*, approbavit, ut anno DXXXIV. ostendemus.

Fuerunt omnino Orthodoxi.

X. Illorum tamen Monachorum obstinatum studium, quo præconceptæ sententiæ ad cæterorum usque contemptum adhærebant, vituperio dignum. *Hormisda* enim eam thesim reiiciebat, non tanquam falsam, sed uti novam, seu quæ novo modo exprimebatur, unde cum ambigui plane sensus esset, in malam partem ab hæreticis trahi poterat. Quare Hormisdæ silentium imperanti morem gerere debebant. Hinc recte ab Hormisda appellati: *Contemptores auctoritatum Veterum, novarum cupidi quæstionum solam putantes scientiæ rectam viam qualibet conceptam facilitate sententiam. Eo usque tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusque Or-*

Eorum pertinacia justa reprehensione non caruit.

nitatis; Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus-sanctus, Trinitas indivisa: & tamen notum est, quia proprium est Patris, ut generaret Filium, proprium Filii Dei ut ex Patre Patri nasceretur æqualis, proprium Spiritus sancti ut de Patre & Filio procederet sub una substantia Deitatis.

XX. *Proprium quoque Filii Dei, ut juxta id quod scriptum est (a), in novissimis temporibus Verbum caro fieret, & habitaret in nobis: ita intra viscera sanctæ Mariæ Virginis genitricis Dei unitis utrisque sine aliqua confusione naturis, ut qui ante tempora erat Filius Dei, fieret Filius hominis; & nasceretur in tempore hominis more, matris vulvam natus non aperiens, & virginitatem matris Deitatis virtute non solvens. Dignum plane Deo nascente mysterium, ut servaret partum sine corruptione, qui conceptum fecit esse sine semine servans quod ex Patre erat, & repræsentans quod ex matre suscepit: nam jacens in præsepio, videbatur in cælo; involutus pannis, adoratur a Magis; inter animalia editus, ab Angelis nunciatur; vix egressus infantiam, & annuncians mysticam sine instituente doctrinam, inter rudimenta annorum puerilium edens cælestia signa virtutum.*

(a) 1. Petr. 1. Joan. 1.

De Verbi Incarnatione.

XXI. *Idem enim Deus & homo, non (ut ab infidelibus dicitur) sub quartæ introductione personæ, sed ipse Dei Filius Deus & homo, id est, virtus & infirmitas; humilitas & majestas; redimens & venditus; in cruce positus & cæli regna largitus; ita nostræ infirmitatis particeps, ut posset interimi; ita ingenitæ potentiæ Dominus, ne posset morte consumi; sepultus est juxta id quod homo voluit nasci, & juxta id quod Patri erat similis resurrexit patiens vulnerum & salvator ægrorum: unus defunctorum & vivificator obeuntium; ad inferna descendens & a Patris gremio non recedens: Unde & animam, quam pro communi conditione posuit, pro singulari virtute & admirabili patientia mox resumpsit.*

XXII. *Hæc ita esse, nec ullam dubitationem oportere recipere, idem Dominus noster Jesus Christus ne inter corporis passiones Deus non esse crederetur, aut ne Deus tantum & non homo inter opera mirabilium stupenda virtutum; proposito nos duorum Apostolorum informavit exemplo, Deum esse Christum Dominum nostrum Petri fide, hominem Thomæ dubitatione declarans. Quid enim intererat, ut quem se homines dicerent, discipulos suos vellet inquirere (b), nisi ut respondente Petro, Tu es Christus Filius Dei vivi, notum faceret, hoc non de carne & sanguine proditum, sed a Patre inspirante revelatum, & per testimonium laudatæ responsionis fides patefactæ fieret veritatis? Quid intererat, ut apparente post resurrectionem Domino, Thomas (c) tamen aut deesset cæteris aut solus ambigeret, nisi ut mundus crederet quod ambigens discipulus exploraret; ut dum unius manibus se pateretur tangi, ad universitatem Fidelium quid esset, posset agnosci? Non ergo ad improbandum discipulum interposita est dubitatio, sed quæsita posteritatis instructio. Anne ad aliud spectat, quod se idem Dominus Cleophæ cum alio discipulo, cum ad Emaus tendentes (d) de se loquerentur inseruit: & quamquam de resurrectione Domini per mulieres, quæ primæ ad monumentum convenerunt, agnovissent; tamen ut per eorum dubitationem*

(b) Matt. 16.

(c) Joan. 10.

(d) Luc. 24.

PAGIUS *Orbis putent inclinandum esse judicium. Nec in numero fidelium deputantes sequaces traditionis paternæ, si suæ viderint credere nolle sententiæ. Docti crimina serere, obtrectationum venena componere, integrum corpus Ecclesiæ odisse, seditiones struere invidiam concitare, & pro obedientia, quæ in Cœnobiis principatum regularis obtinet disciplina, obstinationem pertinacis amare superbiæ.*

XI. Em. Cardinalis Norisius in Historico Dissert. *de Uno ex Trinitate Carne passo*, cap. VI. ostendit, cum locupletissimis insignium sexti sæculi Scriptorum responsis clare appareat, hujus controversiæ statum in eo præcipue fuisse, num Christus dici posset *Unus de Trinitate*, totam illam contentionem fuisse puram putam inter Catholicos logomachiam, qualis plane olim fuerat de voce *hypostasis* quæstio tanta opinionum discrepantia Latinam inter ac Græcam Ecclesiam agitata. Id probe intellexit Facundus Hermianensis lib. 1. de Tribus Capit. cap. 3. cum initio statim dicat: *Quod sint etiam Catholici, qui sicut credimus, nescientes hoc ante memorata Synodo confirmatum superflue contra de Verbo contendant; quia videtur eis, quod dici non debeat Unum de Trinitate pro nobis crucifixum, sed potius unam de Trinitate personam.* Et in fine ejus prioris libri ait, quosdam Ecclesiæ communicantes, *tamen per contentionem verbi superfluam negare debere dici, Unum ex Trinitate crucifixum.* Immo ipsemet Hormisda in Epist. LXXVII. de mota a monachis Scythis controversia ad Justinianum scribit: *Non opus ut stabilitatem fidei vestræ contentionis potius quam rationis sequaces, procaci Verborum novitate confundant.* Erat enim Latinorum auribus ignota ea phrasis. *Unus de Trinitate*, quæ tamen in Orientali Ecclesia erat vulgatissima inter Catholicos, & Professioni fidei inserebatur.

An Christus esset Unus de Trinitate, pura quæstio de nomine erat.

XII. Utraque litigantium pars duas in Christo naturas indivise adversus Eutychianos fatebatur, & utraque unam in eodem Personam contra Nestorianos adstruebat, ita ut unus idemque esse filius Dei & filius hominis. At secum invicem disputabant, num Christus dicendus esset una Persona, vel potius *Unus de Trinitate*, ut diserte testatur Facundus proxime citatus. Enim vero Maxentius in responsione ad Epistolam Hormisdæ scribit se demonstrare: *Cur hæretici, ex quibus unus Dioscorus*, unam Personam *Christum prædicantes ex Trinitate*, Unum ex Trinitate *Christum confiteri nullatenus acquiescunt.* At

Hæc contentio similis illi quæ de hypostasis voce inter Latinos & Græcos fuit.

nem daret credendi futuris sæculis firmitatem, incipiens a Moyse & omnibus Prophetis, oportuiße pati Christum, & ita intrare in gloriam suam, interpretatus Scripturas ostendit, & per passionem humanam naturam, & divinam in eo eße per gloriam, multipliciter hæc sanctarum Scripturarum testificatus exemplis?

XXIII. *Hæc apud religiosam conscientiam tuam, venerabilis Imperator, non tamquam ignota dicuntur. Fides enim ipsa, quæ a te constanter asseritur, tibi reddit hoc muneris, ut sensibus tuis & affectum sui inserat, & scientiam, per quam diligentius asseratur, infundat. Et tamen interest dispensationis mihi creditæ, ut ego quoque vel apud scientes nota non taceam; ut succedente sibi per vices temporum Catholicorum prædicatione sensuum, quod indeficienter asseritur, sine fine credatur.*

XXIV. *Latius hæc quæ ad Deitatem humanitatemque Domini nostri Jesu Christi pertinent, & in eo unitas duas sine confusione naturas potui secundum veterum definita disserere, si eßet adversum eos qui his dissentiunt, disputandum: sed cum in in manibus omnium sint & Synodica constituta & beati Papæ Leonis dogmata; perstrinxisse potius pauca, quam evolvere credidi convenientius universa. Nunc vero agnoscere satis est, & cavere ita proprietatem & essentiam cogitandam, ut sciatur quid personæ, quid nos oporteat deferre substantiæ: quæ qui indecenter ignorant, aut callida impietate dissimulant, dum omittunt quid sit proprium Filii, trinæ intendunt insidias unitati. Sed si quæ prædicta sunt, validis teneantur fixa radicibus; nec a paterna traditione receditur, & constanter quæstionibus obviatur. Data septimo Kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo Consule.*

Sic igitur hæc de mysterio sanctissimæ Trinitatis & divina Verbi incarnatione Hormisda Pontifex scripsit (ut dictum est) Imperatori, quo omnibus Fidelibus profutura promulgarentur ubique; & sic fixa sacra anchora fidei, haud ventorum impulsibus ipsa Christiana religio pateret exposita, arbitrioque novantium impelleretur in syrtes Eutychianæ blasphemiæ: ita plane opportune monente, prædicante, atque importune ob maximum rei pondus clamante, qui Petro clavum tenenti assidet, Paulo (a): Profanas vocum novitates devita. Explodendaque tunc penitius novitas fuit, quamtumlibet præseferret speciem pietatis & veritatis, cum captiose ab Eutychianis diceretur unus ex Trinitate passus. Latro plane atque fur quisque aliunde ascendens, & non per patens ostium intrans, verbis (b) Domini esse convincitur. Etenim si cor eorum rectum cum Deo fuisset: utique per viam a Patribus omnibus cæterisque Fidelibus calcatam perambulassent; atque sancte pieque absque ambiguitatum ambagibus dictum ab ipsis fuisset, more majorum, Deus Filius in carne passus; aut Verbum caro factum passum; sive secunda Trinitatis persona aut suppositum, sive subsistentia in carne passa. Cum igitur tot usurpatis a Patribus nomenclaturis veritas Catholica adeo copiose pandatur; quid in ambiguitatis angustias eamdem comprimendam oportuit conjecisse? Regiam amat viam, perspicuamque cupit Catholica fides; vitat obliqua, secreta refugit, anfractus declinat, nescit devia, vel inaccessa, in quibus scit posse occultari latrones: unde vel ex hoc ipso jure quisquis in suspicionem adduci possit hæreticæ pravitatis, quamtumlibet pietatis speciem præseferat, cum a communi Ecclesiæ traditione vocibusque receptis abhorret. Ad- XXV.

(a) 1. Tim. 6.

(b) Joan. 10.

PAGIUS At in re idem omnino sunt *Unus de Trinitate*, & *una Persona de Trinitate*. Uti enim alius & alter; ita etiam unus intelligi potest personaliter. Augustinus cap. 38. Enchiridii ait: *Unus Trium*, hoc est una Persona Trinitatis. Quod tamen utraque factio hæreticum sensum utrique loquendi formulæ subesse contendebat, hincque tot clamosæ disputationes, & tot contra se invicem factitatæ accusationes. Cujus exemplum diu ante præcesserat, persimilis contentionis de *hypostasis* vocem Latinam inter ac Græcam Ecclesiam, ut jam insinuavi. Latini tres Personas & unam Hypostasim in sancta Trinitatate esse affirmabant, ipsis enim hypostasis idem erat ac substantia, natura & essentia. Hinc Augustinus lib. 5. de Trinitate cap. 8. ait: *dicunt quidem & illi hypostasim; sed nescio quid volunt interesse inter usiam & hypostasim.* Diuturnior contentio fuit, prius quam Latini nomen hypostasis in eadem cum Græcis significatione reciperent; cum tamen utrique essent in re significata concordes, nempe unam esse Essentiam, ac tres Personas.

XIII. *Monachi Scythæ adversaries Nestorianos, hi eos Arianos dicebant.*

Verum licet de nomine *personæ*, aut voce *unius* admittendis, litigarent, Monachis Scythis illa formula, *una Trinitatis persona* Nestorianam hæresim olere dicebatur; adversarii vero eam thesim: *unus de Trinitate passus*, Arianismum ratione subjecti, Eutychianismum respectu prædicati, sapere contendebant: unde utrique pro Catholico dogmate contra hæreticos se se depugnare gloriabantur. *Nestorius* enim quo duarum personarum in Christo a se assertarum blasphemiam occuleret, unam se in Christo Personam fateri autumabat, non quidem secundum hypostasim, sed pro auctoritate dignitatis, quia Christus Vicarius Dei Verbi constitutus erat. Quare Nestoriani hanc propositionem admittebant: *Christus est una Persona de Trinitate*, at non physice ac reapse id intelligebant, sed moraliter, pro auctoritatis dignitate, quatenus Christus Vicariam Dei Verbi potestatem præferebat, ut Vicarii personas Principum repræsentant. Hanc tamen assertionem: *Christus est Unus de Trinitate*, nulla omnino ratione admittebant, sed veluti Eutychianæ

XXVI. *Imitatione dignum Hormisdæ exemplum.* Admiranda sane Hormisdæ stantis super speculam sedula vigilantia, & imitandum posteris exemplum curæ sacerdotalis, dum & a longe odoratus insidias, ex eminenti cathedra, ut dolos caveant cunctis Fidelibus clamat: spectandum plane, sectandumque pariter quod edidit dignum specimen inconcussi roboris Pontificii, dum tot litteris flecti, vel latum unguem moveri minime passus est a prædecessorum vestigiis, quibus firmiter insistebat: cum alioqui propositas novas voces absque fidei præjudicio, apposita interpretatione, ob bonum pacis (ut ajebant) recipere potuisset; ut a successoribus factum est postea, ubi suspicio procul abfuit, & causa recens emersa fieri persuasit: modo vero recta ratione aliud ab eo exigente, noluit ejusmodi patere perfidis aditum, nec per secretum accessum quempiam mentita tessera pietatis admittere, sciens carere postico domum Dei, unamque solum patere cunctis introeuntibus januam Catholicæ veritatis, per quam dumtaxat si quis introierit, salvari possit.

XXVII. His itaque decretis, scriptisque ad Imperatorem Hormisda, ut inviolate custodirentur in Oriente, novitasque illa verborum penitus deleretur; ac ne reciperentur qui in communicatione Acacii defuncti essent: hæc ut penitus servarentur, suas vices legavit idem Pontifex Epiphanio Episcopo Constantinopolitano, qui Apostolicæ sedis nomine lapsos cum libellis reciperet; ita tamen, ut (ne quid subreperet hæreticæ communionis fermenti) singulorum libellos Romam ad ipsum Pontificem mitteret: tantum enim abfuit, ut quod petebant Imperator & alii, ut sineret ob bonum pacis ad Ecclesiam admitti populos qui tenacissimi erant nominum suorum Episcoporum communicatione Acacii pullulorum; ut nec recipi vel unum pati voluerit, libello non penitus explorato, Romamque misso. Quibus intelligas, quanta super omnes Romanus Pontifex polleret auctoritate, licet adhuc sub Rege Gotho ipsa Romana lugeret Ecclesia. Sed describamus epistolam ipsam, quam polliciti sumus eodem argumento quo & scripserat ad Imperatorem, ad Epiphanium ab Hormisda datam, quæ sic se habet (a): (a) *Hormisd. ep. 77.*

Hormisda Epiphanio Episcopo Constantinopolitano.

XXVIII. *Hormisd. epistol. ad Epiphanium.* *Multo gaudio sum repletus, quod circa Ecclesiæ pacem & sanctissimi Imperatoris & dilectionis tuæ tale studium, quale litteris indicasti, legatorum quoque meorum assertione cognovi. Manifesta enim hinc supernæ misericordiæ documenta produntur, quando & humani Principes causam fidei cum Reipublicæ ordinatione conjungunt; & Ecclesiarum Præsules, quod ad dispensationem suam pertinet, officii memores exequuntur. Talibus indigebat post discordiæ procellas religio Christiana rectoribus, qui compressis provida dispensatione turbinibus, diu peregrinatam pacem, depulsa tempestate, reducerent: & in futura sæcula propositi sui exempla tendentes, sibi abscribendum indubitanter ostenderent, quicquid Deo placitum posteri, pro sua imitatione fecissent.*

XXIX. *Benedicamus Deum: frater charissime, nostris hoc diebus fuisse concessum; & totis orationum & curarum viribus annitamur, ut quæ per Dei nostri opem bene correpta sunt, ipso adjuvante, per omnia compleantur. Sperandum enim est, ut ad compagem corporis sui reliqua quoque, quæ adhuc divisa sunt membra festinent, & a potioribus minora non discrepent. Ad quod cum me dilectio tua Christianæ studio charitatis hortetur; debet, quod incitat, sequi; & quod amandum suadet, amplecti. Similem enim jam fidei curam gerentes, per religiosam patientiam par etiam*

PAGIUS næ hæreseos axioma aversabantur. Hinc cum *Dioscorus* Legatus *Hormisdæ* palam fateretur, Christum esse unam Trinitatis Personam; negaret tamen esse unum de Trinitate, *Maxentius* eidem Nestoriani erroris notam objecit; cum tamen *Dioscorus* sensu plane Catholico, Christum Unam Trinitatis Personam esse affirmaret; in sensu vero Eutychianorum eundem Unum de Trinitate dicere recusaret. Sed qui Monachos Scythas oppugnabant, Arianam illis hæresim impingebant; siquidem illis verbis *Unus de Trinitate*, Individuam Trinitatis essentiam proscindi in plures distinctas substantias suspicabantur; quia vox *unus* nullam relationem importare videbatur, ac proinde cum *unus* substantialiter tantum sumi posse putaretur, semel Uno Trinitatis asserto, essentiam Trinitatis multiplicandam fore inferebant, quemadmodum Ariani delirantes arbitrabantur, ut fuse ac docte prosequitur Em. Cardin. Norisius laudatus.

XIV. *Hormisda Macedonii & aliorum nomina vult expungi ex Diptychis.* Venio nunc ad alteram controversiam hoc tempore etiam ventilatam. *Justinus Imp.* anno superiori ad *Hormisdam Papam* scripsit, ab eoque petiit, ut damnato *Acacii* nomine, & erroris authoribus anathematizatis, cæterorum nomina in Diptychis retinerentur. Hæc quæstio potissimum movebatur propter *Euphemium* & *Macedonium*, qui summa laude Ecclesiam Constantinopolitanam administrarant, & quorum opinio apud populum maxime florebat. *Hormisda* acceptis *Justini* Imp. literis ad eum respondit Epistola data *VIII. Kal. Aprilis*, *Valerio V. C. Cos.* quam recitat Baronius n. VII. & seqq. In ea pluribus Imperatoris pietatem & in pace Ecclesiæ procuranda studium commendat; sed in priori sententia perstat, & petita se minime concedere posse scribit. Ut autem *Anastasii* Papæ exemplo, cujus auctoritate urgebatur, tacite respondeat, ait, mala quæ ex eo tempore emersere, vix locum aliquem permittere lenitati & dispensationi: *Nec* inquit, *austeriorem me quisquam dicat esse prioribus*

etiam præmium de boni operis speramus effectu: neque enim difficultatibus est cedendum. Non fatigatur asperis fides; nec ad cælorum ardua per proclive contenditur; nec remunerationem citra laboris exercitia quis meretur. Unde ne facientes bona deficiamus, specialiter admonemur (a). Beati etiam, teste Psalmista, (b) qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore: quia non initium laboris remunerationem præmii consuevit invenire, sed terminus. Ergo par studium solicitudinis assumentes, quibus est una in communione & credulitate societas, quemadmodum de adunata sedi Apostolicæ Constantinopolitana Ecclesia pariter exultamus in Domino, ita de reliquarum quoque (sicut affectuose admones) redintegratione: curemus primum, ut fidem, integritatemque nostram immaculatam ab omni contagione servemus. Nosti enim, frater sanctissime, quæ Ecclesiasticam servent vincula concordiam; quæ nos ab hæreticorum tueantur insidiis: per quæ etiam canonum custodiatur auctoritas. His in robore suo omni circumspectione servatis remedia sperantibus conferantur.

(a) Gal. 6. (b) Ps. 105.

XXX. *Habet enim & Ecclesiarum ordo regularum & ipsius forma justitiæ, ut medicina rationabilis benigne & fideliter sperantibus non negetur: nec quisquam ita est ab humanitate discretus, quem non a rigore discretionis inclinet incauta simplicitas. Sed ut caute hoc citra querelam, aut erroris alicujus nævum valeat expediri, dilectissime frater, personam meam & in hoc oportet induere, scientem & in hujusmodi causis (sicut prædictum est) quid faciendum sit, quid cavendum: ita omnia providenda, ut non ambigas rationem dispensationis hujus Deo esse reddendam: ita tamen, ut eos qui fuerunt vobis communione sociati, vel per vos sedi Apostolicæ, vestra nobis scripta declarent, quibus etiam continentia libellorum, quos obtulerint, inseratur. Sic enim & Severi, vel complicum ejus, vel similium absolvemus errores; nec eorum, qui sanari potuerint, dispendia patiemur. Quod ideo specialiter vobis credimus imponendum, ad diligentiam vestram nostra onera transferentes; quia non parva jam documenta, resilentes hæreticis, edidistis: nec debet de eo ambigi quem bene contigerit explorari. Simul assume remedia medicinæ, simul accingere auctoritate justitiæ; & sic circa supplices auctoritate mollire, ut in hæreticorum contagione perdurantes, aut eos qui innocentiam simulant, & cum nostris sola voce consentiunt, ab his quibus pro Ecclesiæ reintegratione consulitur & providetur, excludas: nec enim expedit circa hos Ecclesiasticam temperare censuram. Non enim erunt miserationis boni pro eorum, quibus consuli oportet, necessitate collata, si indiscrete fuerint bonis malisque communia.*

Suas vices delegat Epiphanio Hormisda Papa.

XXXI. *Et quia Hierosolymitanorum quoque faciebat in tuis litteris tua dilectio mentionem, quorum etiam ad nos quædam delata professio: necessarium duximus, vel recensere quæ scripta sunt, vel respondere quæ congrua. Qui si sanctorum Patrum constituta custodiunt, si illa fidei fundamenta venerantur; ab his, quæ per eos, sancto Spiritu compungente, definita sunt, non recedant. Aut enim perfecta sunt ita ut sunt, & adjectione non indigent; aut bene valida, & ideo non mutanda; quando per ea omnia hæreticorum venena compressa sunt: nec quicquam Chalcedonensis Synodus quod utile qualibet diligentia potuisset excogitare, præteriit, quæ præcedentium quoque dogmata vel clarius manifestavit, vel repetita auctoritate firmavit, speciale quoddam ad-*

De causa Eccl. Hierosolymitanæ.

PAGIUS *ribus; nec adhortatio alicujus pro sententia auctoritate teneatur. Diligentiorem me non pertinaciæ studium, sed scandala secuta fecerunt. Forte inter initia locus esse potuit lenitati. Male, sicut notum est, per accessus præcedentium temporum errorum augumenta creverunt.*

XV. Verum cum tot Ecclesiis, scilicet Constantinopolitanæ, Ponti, Asiæ, Palæstinæ, ac totius præsertim Diœceseos Orientalis, seu Antiocheni Patriarchatus, *Justinus* Imperator vim inferre nollet, id consilii cepit *Hormisda* Pontifex, ut negotium omne *Epiphanii* Constantinopolitani Episcopi prudentiæ permitteret, cui ideo Vicariam Sedis Apostolicæ Præfecturam delegavit: ea tamen lege, ut ad Sedem Apostolicam referret, quosnam in ejus communionem suscepisset, & quid Libelli ab iis dati, seu Fidei formulæ ac Professiones continerent. Hujus Delegationis literas datas *VII. Kal. Aprilis Valerio V. C. Cos.* eodem scilicet die, quo præfatas ad Imperatorem scripsit, refert Baronius num. XXVIII. & seqq. In his ait Hormisdas: *Ita omnia providenda, ut non ambigas rationem dispensationis hujus Deo esse reddendam: ita tamen ut eos, qui vobis fuerunt communione sociati, vel per vos Sedi Apostolicæ vestra nobis Scripta declarent, quibus etiam continentia Libellorum, quos obtulerint, inseratur.* Ex quibus colligendum, *Hormisdam*, qui Orientis Episcopos compellere primum volebat ad subscribendum Libello a se edito, & a Legatis suis offerendo, eorum tandem oppositioni cessisse. Nam si huic Libello eos subscribere voluisset, non fuisset opus, ut *Epiphanius* eum certiorem faceret de his, quæ Libelli seu Professiones fidei a memoratis Episcopis editæ continerent, & quaverborum formula subscripsissent.

Cedit tandem petitioni Imperatoris, & oppositioni Ecclesiarum Orientis.

XVI. Confirmat illud Natalis Alexander in Selectis Hist. Ecclesiast. cap. sæculo V. part. II. Dissert. XX. ex iis, quæ pro Hierosolymitanis Ecclesiis ibidem subjungit *Hormisdas*, ut si communione Sedis Apostolicæ donari velint, Professionem fidei, quam Legatis Apostolicis obtulerunt, dum adhuc Constantinopoli versarentur,

Epiphanio Episc. Constantinp. Apostolicæ Sedis præfecturam demandat.

adversus Nestorium & Eutychetem aggressa certamen, alterum Deitatem Dei nostri Jesu Christi a carne separantem, & ideo sanctam Mariam Dei genitricem pronunciare vitantem; alterum veritatem carnis in Domino renuentem, quando Dominus noster Jesus Christus idem Filius Dei, idem Filius hominis una in duabus persona naturis, divinitatis & humanitatis carnis, nec naturis adunatione confusis, non velut quarta persona addita Trinitati, sed ipse Filius Dei exinaniens semetipsum & formam servi accipiens (a): propter quod & unam nec divisibilem profitemur essentiam Trinitatis, & proprietatem tamen suam scimus inesse personis, unam Patris, unam Filii Dei cum assumpta carne, unam Spiritus sancti, & personas proprietatibus designantes, & per unitatem essentiæ inseparabile Trinitatis mysterium confirmantes.

(a) Philip. 2.

XXXII. *Neque enim ambigi potest Verbum Dei intra matris viscera per carnem humanam assumpsisse naturam, nec post a se intra vulvam naturam unitione divisam: nam ut humanitas sine Deo edita, sic in cruce non est impassibilis divinitas a carnis passione divisa; quod Virginis partus & intemerata fecunditas & singularis a mortuis resurrectio, & ad cœlos declarat ascensio. Hæc si quemadmodum a Patribus constituta sunt, servant, credant, non definita transcendant: a quo tramite qui declinant ipsi sibi nebulam dubitationis offundunt. Nobis autem illud Apostolicum contentiosis respondere necesse est (b): Nos hanc consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei. Hæc ideo breviter, quia nec ambigere convenit de rebus juxta fidem sæpius definitis; & pene supervacua est allegatio, quæ adhibetur instructis: cum super hac re & ad clementissimum Principem filium nostrum non pauca perstrinxerim.*

(b) 1. Cor. 11.

XXXIII. *Et quia de Hierosolymitanorum propositione respondimus; hoc quoque æstimavimus salutis eorum causa competenter addendum: ut si communionis Apostolicæ desiderant unitatem, professionem suam scripto inditam, quam legatis nostris apud Constantinopolim positis obtulerunt, aut per suos ad nos dirigant, aut fraternitati vestræ tradant, eodem tamen (sicut diximus) tenore conscriptam, quæ ad nos modis omnibus sub vestra ordinatione deferatur. Nam de Thessalonicensibus, quorum ad nos legati sub clementissimi & fidelissimi Principis filii nostri ordinatione venerunt, ne quid omisisse credamur; nosse vos volumus, secundum hoc quod Domino nostro Jesu Christo inspirante placuerit causam omnem nostri dispositione tractandam: Et si quod oportet, impleverint, ordinanda hæc per fratrem nostrum & coepiscopum venerabilem virum Joannem, sed & filios nostros Heraclianum presbyterum & Constantinum diaconum Ecclesiastico honore dignissimos. Ad causam pertinentia conscripsisse contenti, gratulati sumus in viro ordinis nostri par meritum & religiosum nos invenisse propositum, & cum legatione mandata sapientia & moribus congruentem. Votiva enim res & plena gaudii est, ut sit justa æstimatione probabiles, quos communionis & officii contigerit esse consortes. Data septimo Kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo Consule.* Hactenus ad Epiphanium Hormisda Papa.

XXXIV. Dimissi Orientales Legati

Sic igitur his pro restitutione lapsorum decretis legibus, & de fide Catholica confirmatis veteribus sanctionibus, quomodo occurrendum hæreticis, atque subveniendum schismaticis foret, ita ut ex omni parte integritati fidei & puritati Catholicæ communionis consultum esset; Hormisda detentos hieme Romæ legatos de omnibus optime institutos, & de institutis plene persuasos in pace dimisit, cuncta se obtinuisse putantes: dum licet non illa ipsa quæ venerant rogaturi, tamen quæ veritati essent consentanea, traditionibus consona, divinis legibus consentientia, sacris canonibus congruentia, petentibus utilia, dantibus non indigna assecutos se esse sentirent.

XXXV. Quid præstandum a Romanis Pontific.

Exemplum plane ab Hormisda est posteris traditum Pontificibus, quod acceptum ipse a majoribus reliquit integre custoditum, non ob gratiam Imperatorum vel Regum quantumlibet importune petentium, non precibus quorumlibet magnorum Antistitum vel ex Synodo ad id præstandum urgentium, non cujusvis dignæ causæ prætextu, quo magnarum etiam provinciarum restitutionem fieri pollicerentur, debere Romanos Episcopos, quibus curæ est custodire depositum Christianæ religionis, vel minimum quid

PAGIUS tur, Romam ad se mittant, vel in Epiphanii Constantinopolitani Episcopi manus reponant: *Et quia de Hierosolymitanorum propositione respondimus, hoc quoque æstimavimus, salutis eorum causa competenter addendum, ut si communionis Apostolicæ desiderant unitatem, Professionem suam scripto inditam, quam Legatis nostris apud Constantinopolim positis obtulerunt, aut per suos ad nos dirigant, aut Fraternitati vestræ tradant, eodem tamen, sicut diximus, tenore conscriptam, quæ ad nos modis omnibus sub vestra ordinatione deferatur.* Orientales itaque Episcopi in Sedis Apostolicæ communionem tandem admissi sunt, quamvis *Euphemium & Macedonium* non damnassent, eorumque nomina e Diptychis expungi passi non essent. Certe *Macedonii* nomen in Diptychis, quibus inscriptum fuerat, remansisse, & e quibus ablatum restitutum fuisse, indicat Sacer Cultus ei a Græcis exhibitus, ut eorum Menæa fidem faciunt.

A num.

quid deflecti, cum a majoribus accepta fides vel læditur, aut in suspicionem adducitur, vel traditio sauciatur, aut illibata semper existens communicatio Catholica custodita polluitur. Stet igitur adversus Principes indigna conantes Petri sacerdotale robur immotum, cui & portæ inferi, promissione Domini, prævalere non possunt.

XXXVI. Paulus Episcopus Antioch. se abdicat.

Inter hæc autem Antiochena Ecclesia diu ab hæreticorum antesignanis possessa, licet illinc fugato Severo, Catholicus (ut vidimus) Paulus datus esset Antistes, tamen magnopere fluctuavit, non hæreticis (ut prius) jugiter tumultuantibus, vel ipsis civibus inter se mutuo confligentibus; sed quod dolendum fuit, qui illi Præsul datus erat Paulus, ita moribus labefactatus apparuit, ut tantum abfuerit quod per ipsum ad Catholicam communionem hæretici restituerentur, ut etiam Orthodoxi ab ipsius communione desciscerent, immo & ejus domestici ob eam causam ab ipso defecerint. Quamobrem cum etiam eo tempore, antequam legati Apostolicæ sedis recederent Constantinopoli, adversus eum iisdem legatis accusationum libelli darentur, & post eorum discessum aliæ multiplicarentur de ipso querelæ; male sibi conscius miser sponte se abdicavit. O mortalium judicium in personis deligendis infirmum! Qui tanta habita circumspectione legatorum in primis Apostolicæ sedis, Imperatoris, Constantinopolis Patriarchæ, & aliorum ibi degentium Episcoporum, miro omnium consensu delectus est ex multis, tanto omnium præconio celebratus & acclamatus: ille ipse omnium deterrimus prodiit atque nefandus, ut ex his intelliges litteris, quas ineunte mense Maio Justinus Imp. ad Romanum Pontificem dedit his verbis (*a*):

(*a*) *Extant inter Hormisdæ Papæ epist.*

XXXVII. Justinus ad Hormisdam de Paulo Antioch. Episcopo.

Justinus Augustus Hormisdæ Papæ.

Ut quod in Paulo viro reverendissimo contigit, Apostolatui vestro patefiat: qui sacerdotio præditus Antiochenæ civitatis, ita versatus esse dicitur in multis causis, quæ religiosis alienæ sunt Episcopis, ut clericorum suorum proditione, habitatorum etiam dictæ civitatis, aliorum insuper frequentium incusaretur, non tantum legatis vestræ sanctitudinis in hac regia positis urbe (ut ipsos quoque retinere censemus) verum post eorum recessum: qui malæ conscientiæ suæ victus testimonio, veritus insuper, ne quæstione habita, graviorem formam exitus rei posceret; recusatores libellos obtulit, ut liceret ei secedere a suscepto (sicut dictum est) Episcopatus officio.

Quoniam igitur cordi nobis est & fuit, ut semper civitatum Antistites in amore sint omnium communi, quorum regendas acceperunt animas: Paulus autem vir reverendissimus ultro se suo (pro ut memoravimus) abdicavit sacerdotio; præsentem epistolam duximus dirigendam, ut vobis aperiatur, & orationibus propriis cœleste nobis auxilium dignetur acquirere. Data Kal. Maiis, Constantinopoli, Justiniano & Valerio VV. CC. Consulibus. XXXVIII. Scripsit & de his Epiphanius Constantinopolitanus Antistes ad Romanum Pontificem epistolam, cujus est exordium: *Frequentiores quidem litteras ad vestram beatitudinem, &c.* Licet autem quæ Pauli crimina fuerint, neuter explicet; satis tamen fuisse enormia, ex eo quisque poterit existimare, dum satis litteris Epiphanius testatur, ob eam causam nonnullos scandalum passos, sese ab Ecclesia Catholica separasse, ea opinione falsa deceptos, haud rectam esse posse fidem, ubi adeo prava facta virescerent: sed valde pusilli est animi, debilisque ingenii, immo & insanæ mentis indicium, fidem ex factis hominum, non ex Dei verbis judicare sinceram. Sed qui se abdicando, hominum sententiam evitasse putavit, divinum judicium non effugit, quo dira admodum esse parata scandalum inferenti, testatur Evangelica (*b*) veritas; vocatus est enim mox ad terrificum tribunal Dei: nam post abdicationem cito morte præventum fuisse Paulum, in locumque ejus subrogatum Euphrasium, Evagrius ita docet (*c*): *Paulus, cui dabatur mandatum, ut Concilium Chalcedonense palam prædicaret, sua sponte decedens Antiochia, certo jam vitæ cursu confecto, commune universæ carnis iter ingreditur. Cujus Episcopatus sedem Euphrasius Hierosolymis Antiochiam profectus*

Dei vindicta in Paulum Epis. Antioch.

(*b*) *Matt.* 18.

(*c*) *Evag. l.* 4. *c.* 4. *in fin.*

PAGIUS XVII. *Paulo abdicato Euphrasius fit Episc. Antiochenus.*

A num. XXXVI. ad XXXIX. Justinus Imperator literis *Kalend. Maii, Justiniano & Valerio Coss.* datis ad Hormisdam Papam, & a Baronio recitatis, ei significavit, *Paulum* Episcopatum Antiochenum abdicasse, ad quem diximus eum assumptum esse anno DXIX. Quare cum in Chronico Nicephori, & in Tabulis Theophanis anni tres ei assignentur, liquet non solum currenti anno eum Dignitatem deposuisse; sed etiam in eo Chronico ac Tabulis annos Julianos, eosque utrimque incompletos, non vero annos Sedis Episcoporum sæpe numerari. Successit ei *Euphrasius*, de quo Theophanes ad annum Incarnat. secundum Alex. DXIII. hæc habet. *Euphrasius Antiochenus Chalcedonensis Synodi Patrum, & ipsius Papæ Romani nomina Diptychis expunxit. Postmodum vero metu pœnitens redditus, quatuor Synodos publice promulgavit.* Justinus enim Imperator Imperii sui initio lege lata sanxerat, ut Episcopi, qui Synodum Chalcedonensem suscipere nollent, Sedibus suis pellerentur. Hujus legis meminit Liberatus in Breviario cap. 19.

ctus capessit. Hæc Evagrius. Sedisse visus est Paulus annos duos tantum inchoatos: quomodo autem contigerit Euphrasii electio, latet.

XXXIX. Quæ vero post hæc Hormisda rescripserit, quæve alia operosissimus Pontifex de aliis emergentibus rebus Ecclesiasticis egerit usque ad sequens biennium, quo superstes fuisse reperitur; extincta face rerum gestarum & temporum, quæ hactenus ex epistolis ipsius nobis illuxit, obscura penitus remanserunt. In hunc usque annum citati codices Vaticanus & Avellanensis exhibuerunt nobis Hormisdæ & aliorum ad ipsum datas epistolas, post hæc autem altum silentium. Verum ex rebus superius honorificentissime gestis, cætera quoque ad obitum usque eadem felicitate propagata esse, existimari facile potest.

XL. Asterius Episc. Alexandr. Hoc etiam anno jussu Justini Imperatoris datus est Catholicis Alexandrinæ Ecclesiæ Catholicus Antistes Asterius nomine, hæreticis tamen impio Timotheo inhærentibus. Haud enim passurus erat Orthodoxus Imperator tantam Ecclesiam Catholico carere Pontifice, quæ sub hæreticis Imperatoribus Anastasio atque Zenone gravi damno ab hæreticis detenta fuit Episcopis. Habes ergo intercisum esse Nicephori Chronicon, in quo desideratur Asterius Orthodoxus; quem Acta Aretæ martyris & sociorum, de quibus dicturi sumus anno sequenti, quam fidelissime produnt. Certe quidem nulla patitur ratio, ut dicatur sub omnium maxime pio Imperatore caruisse Ecclesiam illam aliquo Episcopo Orthodoxo, ne apud eum melioris esse conditionis viderentur hæretici, quam Catholici.

XLI. Obitus S. Brigidæ. Hoc insuper anno, sub dictis Consulibus, sancta Brigida Scota virgo in Hibernia diem clausit extremum. Hæc in Chronico gentilis ipsius Marianus Scotus, cui potius assentiendum putamus, quam iis qui ante biennium defunctam ponunt. Erupit e glacialibus oris flos iste virginitatis Domino offerendus, ex quo ager ille divinis foret benedictionibus locupletandus: ita quidem: nam sanctissimis & Apostolicis viris fœcundissimus extitit, feminisque magnitudine animi suum nescientibus sexum, & viros virtutibus superantibus; quarum quidem, præ-

PAGIUS XVIII. *Asterius non fuit Episcopus Alexandrinus.* Ad num. XL. Existimat Baronius, Justinum Imp. *Asterium* Episcopum Orthodoxum hoc anno Ecclesiæ Alexandrinæ præfecisse; quod in Actis sancti Arethæ & sociorum Martyrum, quæ ipse anno sequenti recitat, *Asterius* diserte vocetur *Patriarcha Alexandrinus*, & dicatur eum cum Monachis Orthodoxis multas Deo fudisse supplicationes. Verum cum Asterii Episcopi Alexandrini nulla mentio sit, nec in Chronico Nicephori, nec in Tabulis Theophanis, nec in Chronico Victoris Tununensis, nec in Historia Patriacharum Coptitarum, nec in Breviario liberati, nec in libro Leontii de Sectis Act. V. qui Episcoporum Alexandrinorum seriem accurate digessere, eum non fuisse Episcopum Alexandrinum tandem esse debet extra controntroversiam. Quare Asterii nomen in margine ab aliquo sciolo additum voci *Patriarcha*, progressu temporis ut non raro contigit, irrepsit in textum. Ait Baronius, nullam rationem pati, ut dicatur sub omnium maxime pio Imperatore caruisse illam Ecclesiam aliquo Episcopo orthodoxo. Verum ipsemet anno DXIX. num. CXLVI. recte observavit, haud eo statu res fuisse Alexandrinas, ut ei sicut aliis, Justinus Imperator facile mederi posset, *populo ipso pariter cum suis Episcopis in hæresim captivo deducto, cui patrocinari etiam magno cum vitæ discrimine parati essent*. Neque Justinus, aut alii Imperatores, qui Ecclesiæ bono consulebant relictis Episcopis hæreticis, qualis fuit Timotheus anno DXIX. ad illam Cathedram evectus, alios præficiebant, sed illos Sede pellebant. Garnerius in Notis ad Liberatum cap. 19. autumat, *Timotheum* Episcopum Alexandrinum cognominatum fuisse *Asterium*; quod Alexandrini post Sancti Cyrilli mortem soliti essent cognomines Episcopos agnominibus discernere; sicque *Timotheum* unum *Ælurum & alterum Salofaciolum* nominasse, a quibus, ut tertium distinguerent; *Asterium* appellarunt. Sed hæc conjectura minime admittenda; cum *Timotheus* fuerit Episcopus hæreticus; *Asterius* vero dicatur Episcopus Orthodoxus in laudata Vita a Metaphraste scripta.

XIX. *Moritur S. Brigida.* Ad num. XLI. Marianus Scotus in Chronico quem secutus est Baronius, Sanctæ *Brigidæ* Virginis Schotæ Taumaturgæ mortem hoc anno consignat, licet non desint, qui eandem in annum DXVIII. aliique qui in annum DXXIII. conferant. Bollandus ad diem primum mensis Februarii, quo ea colitur, quinas ejus Vitas exhibet, & in Commentario prævio pluribus differit de ejus patria, Monachatu, habitu Regulis, Monasteriis, de locis in quibus habitavit, de ejus obitu ac Translatione. Statuit autem eam Scotico sanguine natam, & ubi adolevit, Deo Virginitatem vovisse, ac Sanctimonialem habitum ab Episcopo accepisse. Præcipuum ejus Monasterium fuit *Kildariense* in Hibernia ubi postea Urbs ampla ædificata, titulo Comitatus ornata; quemadmodum plura Belgii Oppida orta sunt a Cœnobiis; quod vel stipem large tribuerent egentibus, vel fama miraculorum celebrarentur. Eam non modo Scoti & Hiberni, quorum utrique esse gentilem suam contendunt; sed & Angli Belgæ, & Germani eximia religione venerantur.

XX. *Moritur Ennodius Episc. Ticinensis.* *Ennodium* Episcopum Ticinensem, & Sancti Epiphanii Ticinensis Episcopi Diaconum hoc anno ad Deum migrasse, testatur ejus Epitaphium apud Sirmondum, qui ejus Epistolas & Opuscula in lucem edidit, ac notis illustravit: in illo enim dicitur eum obiisse, *Valerio Consule, XVI. Kal. Augusti*. *Ennodium* ut Sanctum Confessorem laudant Nicolaus I. in Epistola ad Michaelem Augustum, Joannes VII. Epist. VIII. ad Berchariam Abbatem, & Gregorius VII. in Dictatu; si tamen is hujus tractatus Auctor sit. Gemina Legatione ad Anastasium Imp. sub

præter vetera, extant exempla recentia haud sane vulgaria: sed de his suis opportune locis dicendum erit. Porro Acta præclara hujus clarissimæ virginis extant, (a) quæ pro animi arbitrio quisque consulere poterit: diem vero natalem ejus anniversariis cyclis Ecclesia Catholica ipsis Kalendis Februarii digna memoria celebrandum proponit.

(a) *Apud Sur. die 1. Febr.*

Qui

PAGIUS sub Hormisda Papa functus est, & Symmachi decessoris Hormisdæ causam egregie propugnavit. Successit in Episcopatum Ticinensem, non Sancto *Epiphanio*, ut perperam aliqui tradunt, sed *Maximo*, qui Synodo absolutionis Symmachi subscripsit anno DI. quique ideo *Epiphanio* successerat, & ante *Ennodium* Ecclesiam Papiensem rexerat.

JESU CHRISTI ANNUS 522.	HORMISDÆ PAP. ANNUS 9.	JUSTINI IMP. 5. THEODOR. REG. 30.

I. De Consulatu Symmachi & Boetii. QUi sequitur Christi annus quingentesimus vigesimussecundus, clarissimorum virorum Symmachi atque Boetii Consulatu aperitur. Hic namque ille Symmachus esse videtur, ad quem idem Boetius scripsit commentarium illum, cujus est titulus: *Quomodo Trinitas sit unus Deus*. Cujus viri pariter mentio habetur in Hormisdæ Papæ epistola (*a*) ad legatos; ex qua colligi posse videtur, Orientalem Senatum dedisse Symmachum, Occidentalem vero Severinum Boetium exhibuisse Consulem. Porro Boetii tertius hic numerandus erit Consulatus, si qui superioribus temporibus recensentur duo Severini Boetii Consulatus, unius ejusdemque Boetii extiterunt. Sed emendes velim apud Bedam, ubi mentio habetur de tertio Boetii Consulatu verbis istis (*b*): *Boetius vir illustris, qui & Patricius fuit, tertium cum Symmacho gessit Consulatum: ad hunc pauperculæ Britannorum reliquiæ mittunt epistolam &c.* Emenda, inquam, restitueque loco *Boetii*, *Aetium*, cujus tempore ea quæ scribit, fieri contigerunt, ut suo loco superius dictum est: contigit enim Consulatus Aetii cum Symmacho pariter collega anno Domini quadringentesimo quadragesimosexto.

(*a*) Hormi. ep. 66.

(*b*) Beda de Gestis Anglo. l. 1. c. 13.

II. Quod autem ad ejusdem Boetii tertium Consulis de Trinitate ad Symmachum elu-

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLX. A. C. 522.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6015.

☉ 27. B. ☽ 10. P. 5. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 522.

HORMISDÆ PAPÆ 9.

JUSTINI IMP. 5.

THEODORICI REG. 30. & 12.

I. *Consules.* [1] COSS. *Symmachus* & Boethius, uterque Occidentalis, ac filii Anicii Manlii Severini Boethii præstantissimi Philosophi a Theodorico Italiæ Rege occisi, ut ostendit Sirmondus in Notis ad Ennodium; quod maxime probatur ex ipsomet Boethio patre, lib. 2. de consolat. prosa quarta scribente: *Quid dicam liberos Consulares, quorum jam, ut in id ætatis pueris vel paterni vel aviti specimen elucet ingenii*, &c. paulo ante Philosophiam se consolantem ita loquentem Boethius inducit: *Cum duos pariter liberos tuos domo provehi, sub frequentia Patrum, sub plebis alacritate, vidisti*. Quæ verba cum legisset Baronius, ut videre est apud eum anno DXXV. num. XV. putavit Boethii Philosophi liberos *Consulares* dictos, quod patrem Consulem habuissent; sed alius est horum verborum sensus eos scilicet Consulatu exornatos fuisse. *Boethius* autem pater uni ex filiis a *Symmacho* socero, alteri a se nomen imposuit, nec tertium Consul processit, ut autumavit Baronius contra omnium

---

NOTÆ [1] C*Oss. Symmachus & Boethius.*
Relandus: *Q. Aurelius Anicius Symmachus, & Anicius Manlius Severinus Boethius.*
Donianæ Inscript. Cl. XX. n. 20.

...MAXIMUS. PARBVLVS. QVI
VIXIT. ANNOS. VII. MENSES. VII.
DIES. X..... SYMMACHO ET
BOETIO. VVC. CONS..

Alios lapides vide apud Relandum.

Jamoridem hunc lapidem ediderat Sirmondus in notis ad Ennodium lib. VIII. epist. I. & exscripserat ex Ecclesia S. Pancratii extra muros Urbis: post annos & dies ætatis, habet Sirmondus

DEPOSITVS EST SVB. D. III. ID.
AVGVSTAR.
SYMMACHO ET BOETIO VV CC CONS.
IN FINE IND. XV.

Filii fuerunt *Boethii* Philosophi, ut ex eodem Sirmondo monet Pagius. Eadem ferme præmonuerat Rosweydus in notis ad vitas Patrum pag. 444.

Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Simmacho & Boetio.*

Victor: *Symmacho & Boetio;* idem apud Marcellinum legitur.

Inscriptiones basilicæ S. Pauli n. 179.

DP. XVI. KAL. ACVSTAS. CONS SYMM
ET BOETIO VC CONSS.

Item n. 467.

Dep..... SYMMACHO ET BOETIO VV CC. GEORGIUS

elucubrationem pertinet: præstare consuevit hæc ingenium feracissimum Theologicis quoque institutionibus non leviter quidem tinctum, sed apprime imbutum occasione emergentium disputationum, quæ his temporibus crebræ erant. Cum & blaterantibus insipientibus quibusdam sciolis, & de sacris dogmatibus magno periculo iisdem insciis disputantibus, idem Boetius adversus errorem Nestorii & Eutychetis disertum Commentarium scripsit de duabus naturis & una persona Christi, in quo sicut in ejus tractatione præsefert Theologum disertissimum, ita & in fine operis (qualem decet esse Ecclesiasticum tractatorem) se exhibet modestissimum, dum hæc perorat, quæ ut memoria digna spectanda proponimus.

III. *Hæc sunt*, inquit, *quæ ad te de fidei mei credulitate scripsi. Qua in re si quid perperam dictum est; non ita sum amator mei, ut ea quæ semel effuderim, meliori sententiæ anteferre contendam. Si enim nihil est ex nobis boni; nihil est quod in nostris sententiis amare debeamus. Quod si ex illo cuncta sunt bona, qui solus est bonus; illud potius bonum esse credendum est, quod illa incommutabilis bonitas atque omnium bonorum causa præscribit*. Ita quidem ipse, Deo accepta ferens omnium auctori, quæcumque adversus hæreticos fuerit scribendo conatus; ex quo sententiam Domini ita dicentis intelligas (*a*): *Qui quærit gloriam ejus qui misit eum, hic verax est*. Et (*b*) *Qui ex semetipso loquitur, mendax est*. Sunt hæc plane symbola, quibus a Deo missos; & qui a Deo inspirati loquuntur, intelligas, cognoscasque legitimos verbi Dei dispensatores, a quibus (*c*) potissimum illud exigitur, ut fidelis quis inveniatur. Adjecit iisdem ferme temporibus in eodem argumento versatus: *Utrum Pater & Filius & Spiritus sanctus de Divinitate substantialiter prædicentur.*

(*a*) Joan. 7.
(*b*) Joan. 8.
(*c*) 1. Cor. 4.

Inscripsit enim hoc titulo perbreve opusculum ad Joannem Ecclesiæ Romanæ diaconum, fortasse illum, qui Hormisdæ in sede successit. At de Boetio Consule hactenus, quem parum nobis fuit ostendisse Consulari purpura illustratum, nisi ex patrocinio Catholicæ fidei majoribus exhibuissemus splendoribus auctum. Sed jam sub tanto Consule res anni hujus gestas narrare aggrediamur.

IV. *Trasamundus Rex moritur.* Hoc eodem anno, Trasamundus Rex Vvandalorum in Africa, cum regnasset (ut ait Procopius *d*) annos vigintiseptem & amplius menses quatuor (ut addit Isidorus (*e*) ex hac vita decessit, instar Antiochi, desperatione rerum bellicarum sinistre cedentium nimium afflictatus. Justo namque Dei judicio factum est, ut pulsis, relegatisque omnibus Orthodoxis Episcopis, ipse dire infestaretur a Mauris, ab iisdemque longe imparibus numero vinceretur: quod cum paulo ante ejus obitum accidisse Procopius tradat, hic nos opportune pergratam ab ipso scriptam recenseamus historiam: ait enim (*f*):

(*d*) Procop. de bello Vvand. l. 1.
(*e*) Isidor. in Chron. Vvandal.
(*f*) Procop. de bello Vvandal. l. 1.

V. *Jejunio & castitate vinci hostes.* *Sub hoc item Vvandali magnum a Maurusiis* (ita nominat Mauros) *incommodum accepere, quale numquam antea contigit. Cabaon Præfectus quidam apud Tripolim erat bello exercitatus & animo vafer: ubi audisset se a Vvandalis bello peti, talia commentus est. Primum subditos jussit ab omni injustitia & cibis lautioribus, præterea a mulierum concubitu abstinere; geminum quoque vallum constitui, in altero ut ipse cum exercitu omni virorum esset, in altero mulieres conclusit, pœna mortis apposita, si quis ad id accederet.* Hæc auctor de homine, quem quidem haud librorum sacrorum Christianæ religionis expertem fuisse, significare videtur, dum justitia, jejunio, ac castitate hostes vincendos esse haud frustra putavit. Sed audi de Mauro majora, ex quibus

PAGIUS

mnium Fastorum, tam Græcorum, quam Latinorum, immo & monumentorum, in quibus hujus anni Consulum mentio, fidem; nullibi enim *Symmachus* & *Boethius* cum numerali nota eduntur. *Boethius* itaque, qui anno DX. Consulatum gessit, pater fuit *Symmachi* & *Boethii* hoc anno Consulum, quorum avus extitit *Fl. Boethius* anno CDLXXXVII. eadem dignitate decoratus. Avorum nominibus nepotes apud Romanos sæpe appellatos fuisse, innumeris exemplis liquet.

II. *Obitus Trasamundi Africæ Regis.* A num. IV. ad XVII. *Trasamundus* Vandalorum Rex, qui mense Septembri anni CDXCVI. Regnum inierat, & testibus Procopio lib. I. de Bello Vandal. cap. 8. Isidoro, & Victore Tununensi in Chronicis, annos viginti septem in Africa imperavit, anno tantum sequenti mortuus est, sub Consulatu nempe Maximi, ut idem Tununensis testatur, & Fragmentum Augustanum a Canisio editum indubitatum reddit: ibi enim legitur, regnasse Trasamundum, *annos XXVI. menses VIII. dies IV.* Quare mors ejus incidit in diem vicesimum quartum mensis Maii insequentis Christi anni. Additur in eodem Fragmento: *a XIV. anno Imperii & morte Valentis usque in annum XXVII. Trasamundi, anni sunt CXVIII.* a morte scilicet Valentis usque ad initium Principatus Trasamundi; ille enim anno CCCLXXVIII. interiit, & *Trasamundus* anno CCCCXCVI. Africæ præesse cœpit, annis scilicet CXVIII. post necem Valentis.

III. *Episcopi Africani ab exilio revocati.* Trasamundo successit frater ejus patruelis, *Hildericus* Honorici sive Hunerici filius, ut docet Procopius lib. 1. de Bello Vandal. cap. 9. *In Regnum*, inquit, *successit Ildericus Honorici filius ac Gizerici nepos, Vir subditis affabilis, totus ad mansuetudinem natus, qui nullo umquam modo Christianos vexavit*, &c. *Erat Ildericus arctissimo amicitiæ vinculo atque hospitio junctus Justiniano, nondum quidem adepto Imperium. Id tamen ad arbitrium moderanti.* Hildericus antequam

bus magis admiraberis animi ejus in recte judicando lumen divinitus impertitum. Pergit enim Procopius:

VI. Cabaonis scita consilia. *Post hæc certos ante mittit exploratores cum his mandatis: Quam primum Vvandali exercitum moverint, si aliquod templum ex his quæ Christiani honorant, profanaverint; ubi statim inde discesserint, contraria illis agant, templum videlicet purgando.* Fuit enim in more Vvandalis Arianis, ut Orthodoxorum ecclesias omni contumeliarum genere afficerent, ac penitus profanarent: quod Deo summopere displicere, homo etiam non Christianus, Christianarum tamen rerum haud otiosus inspector, considerans, prudens illud scitumque consilium iniit: *Hoc enim* (pergit auctor) *non ab re dicebat, ut Deum*, quem Christiani colunt, veneraretur: *Nam si* (*ajebat*) *ut fertur, pius erit: par est ut iniquos ac ei contumeliam inferentes plectat, famulantibus vero præsto sit.* Audiant hæc Novatores sacrarum ædium profanatores, demolitores, & incensores: & ex eventu rerum Dei judicio interposito, velint, nolint, probent necesse est sententiam hominis barbari, ut pavescant quod desuper imminet in sacrilegos venturum judicium. Sed pergit Procopius:

VII. Vincuntur pietate Vvandali. *Igitur exploratores ubi ad Vvandalos venerunt, eosque Tripolim cum exercitu petere, conspexerunt, secuti sunt & ipsi simili habitu ac specie. Vvandali prima die in templis Christianorum se cum equis & aliis animalibus locant, nullum more ipsorum in Deum ejusque habitationem probrum prætermittentes; sacerdotesque & æditues colaphis terga verberantes, more vilium servorum sibi ministrare cogebant.* Erant hi sacri Dei ministri, qui, relegatis ipsorum Episcopis, soli remanserant in ecclesiis ruri positis, unicum solatium Catholicæ plebis; in quos Wandali omne genus improperii exercebant: *At exploratores* (subdit Procopius) *ubi discedentes vidissent, mandata Cabaonis protinus exequebantur: templa purgant, stercusque ac si quid aliud immundum a gente turpissima relictum educunt, odorem incendunt; sacerdotes ab eis ludibrio habitos adorant; argentum pauperibus præbent, qui pro templis rogantes consistebant. Sic igitur toto itinere Vvandalos secuti, quæ illi profanabant, ipsi continuo sedulitate ac omni pietate resarciebant.*

VIII. Vvandali a Mauris victi. *Ubi vero Cabaon hoc accepit, evestigio exercitum in occursum educit, sepitque vallo, camelis circa pro muro dispositis, ex eisque duodecim in fronte collocavit: pueros autem ac feminas, omnemque imbellem turbam simul cum thesauro in medio ponit: fortissimos quosque ad camelorum pedes cum scutis constituit. Sic itaque collocatis Afris, Vvandali ancipites, quanam aggredi eos oporteret: non enim erant neque jaculatores, neque sagittarii, neque etiam pedites qui in pugnam procederent, sed tantum equites omnes, hastis plurimum ac ensibus utentes, quibus nullo modo eminus adversariis nocere poterant: præterea equi a camelorum aspectu perterrefacti, progredi non audebant. Quapropter magna ipsorum strages, frequentibus ab hoste sagittas irruentibus, facta est. Hæc igitur Trasamundus ab Afris passus, paulo post decessit Rex annis vigintiseptem.* Hucusque Procopius. Scribit eadem Evagrius (*a*) additque Wandalos adeo fuisse bello isto exagitatos, ut ex ingentis numeri exercitu perpauci admodum ad propria reverterint: quo præclaro & memorabili exemplo demonstratum est, quid pietas possit in bello, quantumve impietas obsit: & quod est in Psalmo (*b*): *Cognoscetur Deus judicia faciens.* Cum vel ex hoc tam perspicuo argumento Orthodoxa Ecclesia & in ea habitans Deus intelligatur: ut secundum illud Isaiæ Prophetæ contingat (*c*): *Cum feceris judicia tua in terra, justitiam discent habitatores Orbis.* Tanta vero accepta clade, impium Regem mœrore nimio affectum interiisse, jam diximus.

(*a*) Evag. l.4. c.15.

(*b*) Psal 9.

(*c*) Isai.26.

IX. Hildericus Rex vandalorum. Defuncto Trasamundo Wandalorum Rege, regno potitur Hildericus filius Hunerici ex filia Valentiniani Imperatoris genitus, ut Isidorus est auctor, qui ait: *Iste sacramento a prædecessore suo Trasamundo fuerat obstrictus, ne Catholicis in regno suo ecclesias aperiret, aut privilegia restitueret: qui priusquam regnaret, ne religionem sacramenti violaret, præcepit sacerdotes Catholicos ab exilio reduci, & Ecclesias aperiri.* Hæc Isidorus. Sic igitur antequam Hildericus regni administrationem susciperet, omnes Episcopi exules in Sardinia & alibi ab exilio liberi in Africam rediere: de qua Episco-

PAGIUS quam publice inauguraretur, Episcopos Catholicos ab exilio revocavit, ut scribit Victor Tununensis sub Consulatu Maximi, ideoque anno sequenti & *Trasamundus* mortuus est, ac Episcopi Africani, quos in exilium miserat, in Sedes restituti sunt: *Qui*, inquit Auctor Fragmenti citati de Hilderico Rege loquens, *in exordio Regni sui, Bonifacium Episcopum apud Carthaginem in Ecclesia Sancti Agilei ordinari præcepit, & omnibus Catholicis libertatem restituit.* Hujus restitutionis tempus optime notavit Auctor Vitæ sancti Fulgentii, qui verba faciens de septem libris adversus scripta Fausti Regiensis Episcopi de gratia Dei anno sequenti absolutis, ait: *Ut enim est dictatio ipsa finita, protinus est longissimæ captivitatis catena disrupta. Mors enim Trasamundi Regis*, &c. Loquitur postea Auctor ille Anonymus de S. Fulgentii, aliorumque Confessorum exulum glorioso Carthaginem ingressu.

scoporum restitutione hæc Anastasius in Hormisda: *Hujus temporibus, Episcopatus in Africam revocatus est post annos vigintiseptem* *, *qui ab hæreticis fuerat exterminatus.* Ita plane depravatus in codice numerus restituendus est: tot enim annis regnavit impius Trasamundus, qui eosdem ejecerat ab Africana Ecclesia sacerdotes. Simulac ergo ab Hilderico licentia illa fuit impartita; continuo plebs Catholica cum clero qui Carthagine repertus est, uno consensu, summaque concordia Carthaginensem Episcopum Bonifacium creaverunt: quem soluti ab exilio Episcopi Carthaginem redeuntes, magno gaudio considentem in cathedra Primatem totius Africæ salutarunt. At quod ad reditum spectat Episcoporum; quos dolentes ac vinctos deportatos in insulam vidimus, eosdem victores cum gaudio remeantes pariter consequamur: hæc autem quomodo se habuerint, Acta sancti Fulgentii felicius explicant verbis istis (a):

* septuagintaquatuor.

Bonifacius creatur Episc. Carthag.

(a) Vit. S. Fulgent. apud Sur. t. 1. die 1. Januar.

X. Reditus exulum Episcoporum Carthag.

Ut enim est dictatio ipsa finita, nempe septem libri adversus scripta Fausti Regiensis de gratia Dei, de quibus (ut vidimus ex epistolis Hormisdæ & Possessoris anno superiori) controversia Constantinopoli mota erat, atque ad Hormisdam Romam delata, *protinus est longissimæ captivitatis catena disrupta. Mors enim Trasamundi Regis, & mirabilis bonitas Hilderici regnare incipientis, Ecclesiæ Catholicæ per Africam restitutæ libertatem restituens, Carthaginensi plebi proprium donavit Antistitem, cunctisque in locis ordinationes Pontificum fieri clementissima auctoritate mandavit.* Hæc auctor, qui agens de reditu omnium Episcoporum, S. Fulgentii tamen præcipue est affectatus vestigia, utpote ipsius discipulus; ejusque cum aliis collegis Episcopis reversionem Carthaginem, triumphi instar, ita describit:

XI. S. Fulgentius quanta exceptus gloria.

Beatus igitur Fulgentius, postquam sapienter expugnavit Pelagianos, lætificatos meruit videre Catholicos. Inde secundum quod per eum Spiritus sanctus prædixerat, reversus est Carthaginem cum omnibus consacerdotibus, unde solus exierat. Invenit lætos, quos reliquerat mæstos: invenit nimia exultatione ferventes, quos reliquerat persecutionis violentiam sufferentes: invenit habere spiritualem patrem quos reliquerat dolentes Ecclesiam matrem: invenit expectantes se cum gaudio, quos reliquerat gementes cum tædio. Tanta enim fuit devotio Carthaginensium civium beatum Fulgentium revisere cupientium: sic universus populus expectabat ardenter, quem viderat in conspectu suo pugnasse viriliter, ut aliis Episcopis ante ipsum descendentibus, silens multitudo super littus staret, oculis, & mentibus inter omnes Episcopos beatum Fulgentium, quem familiariter noverat, quærens, & a cunctis navibus beatum Fulgentium expetens.

XII. *Ubi vero facies apparuit, immensus nascitur clamor, altercantibus omnibus, quis primo salutaret agnoscendus; quis benedicenti caput supponeret, quis extremis vel saltem digitis mereretur tangere gradientem; quis videre vel oculis procul stantem. Resonabat divina laus in omnibus linguis. Ad sancti quippe Agilei basilicam sequens populus, & populus præcedens, confessorum beatorum triumphum nobilem celebrabat. Multitudo enim maxima populi beatum Fulgentium, quem plus cæteris honorabat, concurrens alacriter comprimebat; donec cauta quorumdam Christianorum provisio rotam in circuitu faciens, æstuanti liberum præberet iter in medio trasseunti.*

XIII. Carthaginensium obsequia erga S. Fulgentium.

Probare tamen adhuc Dominus cupiens virorum fidelium charitatem copiosis imbribus ambulantes mirabiliter inundavit. Et quis opera pietatis enarrare valeat absque dispendio veritatis? Immensa pluvia neminem terruit, aut obsequium sacerdoti glorioso præbere prohibuit: immo potius, veluti benedictione cælesti desuper descendente, tantum fides nobilium crevit, ut planetis super beatum Fulgentium gratanter expansis, repellerent imbres, & novum tabernaculi genus artificiosa charitate componerent, imitatores eorum effecti, qui prioribus temporibus Salvatori super pullum asinæ considenti & Hierosolymam venienti vestimenta sua (sicut Evangelium loquitur a) in via sternebant. Vix ergo appropinquante vespere sanctæ memoriæ Bonifacio Episcopo Carthaginensi *repræsentati benedixerunt omnes & laudaverunt communiter Deum.* Quidni præ cæteris sanctus Fulgentius fuit illis omnibus majoribus obsequiis frequentandus, qui præ cæteris (ut superiori Annalium tomo dictum est) steterat adversus Wandalorum Regem persecutorem intrepidus, dictis scriptisque in meditullio ipsius urbis Carthaginensis Principem exagitans Arianum? sed iste fuit meritus de victoria adepta triumphus. Pergit vero auctor.

(a) Matt. 21.

XIV. *Tunc beatus Fulgentius per omnes vicos civitatis Carthaginensis, ubicumque transibat, manibus & oculis demonstrabatur, laudibusque innumeris prædicabatur. Postquam autem cum gaudentibus gaudens, qui prius fleverat cum flentibus, cunctorum desideria satiavit; vale faciens fratribus, egressus est de Carthagine, per omnes prolixi itineris vias gaudia majora reperiens in occursum suum populis undique tendentibus cum lucernis & lampadibus & arborum frondibus.* Erant obsequia ista lætitiæ signa, quibus

& se-

& festos dies adornare Fideles consueverunt, ut aliis superius exemplis est demonstratum. Sed addit auctor: *Favor & gloria ineffabilis beatum Fulgentium mirabiliter in conspectu omnium fecerant gloriosum. Per omnes Ecclesias tamquam proprius Episcopus suscipiebatur, & sic de reditu ejus omnis Bizacena provincia velut plebs una gaudebat.* Memores omnes quantum deberent viro, qui in tanto naufragio Ecclesiæ Africanæ, velut alter redivivus comparens Augustinus, verbi prædicatione, scriptorumque editione ora impiorum obstruxerat, regiamque potentiam reddiderat imbecillam; gloriosaque confessione ac fidei professione pro miraculo inter hostes in ipsa Carthaginis urbe Catholicam fidem fecerat tunc triumphare, cum omnes Episcopi Africani vincti in exilio tenerentur.

Plurimum debuit Fulgentio Ecclesia Africana.

XV. At quid ipse Fulgentius, cum tot tantisque ovationibus populorum ubique susceptus, & longiori via, longiori esset auctus ubique triumpho? non inflatur, sed majora inde hausit virtutum emolumenta. Nam audi ejus discipulum ipsius vestigia cominus affectantem: *Quem, obsecro,* (inquit) *gloriæ hujus non extolleret magnitudo? beatum tamen Fulgentium ad majus humilitatis studium provocavit. Veniens namque cum gloria populari, dignitatem Pontificis privilegio specialis venerationis accumulans, postquam cathedram sedit, inter monachos adhuc habitare desideravit. Et ne videretur Abbatis Felicis adventu suo minuere potestatem, imperandi monachis omnem sibi ademit voluntarie facultatem, non suam sed alterius volens ipse quoque facere voluntatem. Et qui adhuc monachus dispensationem susceperat fratrum, jam Episcopus dominari noluit in proprio monasterio: sic solicite cavens, ne Felicem contristaret Abbatem, ut exhibens supervenientibus hospitalitatem, si quando vel multiplicari panem, vel aliquid amplius exhiberi necessitas expetisset, Abbatis primo Felicis consilium acquireret.* Ecce quales esse consueverunt magni sanctæ Ecclesiæ pugiles, nempe in prœlio fortes, in pace humiles; adversus hostes ante omnes, leonum instar, impetu insilire, inter fratres autem conversos in annos humi cubare. Reliqua vero de Fulgentio suis locis sumus inferius redditurі.

Fulgentii humilitatis dignum exemplum.

XVI. Hæc autem peracta hoc tempore esse noscuntur, secundum Anastasium Bibliothecarium, sub Hormisda sanctissimo Papa. Ita plane Deus beatissimum Patrem hac etiam benedictione auxit, ut post restitutam Orientalem Ecclesiam Catholicæ communioni, Africanam quoque longa persecutione vexatam, atque novissime a Trasamundo Rege, omnibus ejectis Episcopis, proculcatam, temporis ferme momento viderit liberatam, & pristino splendori (ut licuit) restitutam. Sic igitur his & aliis a Deo muneribus locupletatus, tandem ab eodem præmia de laboribus & coronas de victoriis accepturus, sequenti anno ad superna est postea evocatus; quasi, senis Simeonis instar, jam responsum a Domino accepisset, non visurum se mortem nisi videret Christum Domini, nempe dissoluto schismate, Orientalem unitam Ecclesiam; & Occidentalem in Africa, sublato persecutore tyranno, in integrum restitutam: ut his visis, licuerit ipsi sacrum illud cygneum cum eo occinere canticum: (*a*) *Nunc dimittis servum tuum, Domine secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium.* Non Orientalium tantum & Occidentalium Africanarum, sed & aliarum, quas ipse fortasse nec nomine noverat, nationum; ut ex iis quæ proxime dicturi sumus, intelliges.

Felicitates Hormisdæ Papæ.

(*a*) Luc. 2.

XVII. Inter alia igitur plurima, quæ a Deo consecutus est Hormisda Pontifex beneficia, illud quidem haud levioris momenti censendum esse videtur, quod hoc ipso anno copiosa Dei misericordia factum est, ut oves alias, quæ non erant ex hoc ovili, reliquo universo gregi conjungeret: cum videlicet barbaræ ac feræ gentes adhuc nesciæ ferre Christi jugum, expertesque divinæ legis, sepultæ diu erroribus, atque offusæ tenebris veræ religionis ignorantiæ, ad fidem Christianam capessendam accesserint, venerintque Constantinopolim ad Justinum, quem scirent esse maxime pium Imperatorem. Tot secum bona vexit restituta Catholica fides, quæ schismatis libera nexibus, jam arctis & angustiis suis nesciens contineri limitibus, ad exteros longe positos Evangelium propagavit, & (quod mirabilius fuit) nemine prædicante dicente licet Apostolo Paulo (*b*): *Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante?* Ita quidem. Verum secundum ejusdem Apostoli sententiam (*c*): *Non prius quod est spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale:* accidit, ut avidus terrenæ gloriæ Rex Lazorum, qui a majoribus dicti sunt Colchi, jungi se cupiens Romanorum Imperatori, obicem infidelitatis studuerint removere, probe sciens nullis aliis quempiam arctioribus vinculis stringi posse, quam si religionis nexibus animus religetur. At quonam pacto ista se habuerint, ex priscis auctoribus narrare aggrediamur.

De propagata fide apud gentes.

(*b*) Rom. 10.

(*c*) 1. Cor. 15.

XVIII. Hoc ipso igitur anno, qui numeratur quintus Justini Augusti, prævio Rege suo, Lazorum populi ad Christianam fidem conversionem contigisse, ex Theophane scribit auctor Miscellæ, cum ait (*a*): *Quinto anno Imperii Justini Zatus Rex Lazorum venit Byzantium ad Justinum, & rogavit eum, ut fieret Christianus, & ab eo appellaretur Imperator Lazorum. At Imperator grandi cum gaudio illo suscepto, illuminavit eum, & filium appellavit. Profectus autem Lazorum Imperator a Justino, portavit coronam & chlamydem Imperatoriam albam.*

(a) *Miscel. lib.* 15. Rex Lazorum conversus ad fidem.

XIX. *Quo comperto Cabades* * *Rex Persarum significavit Justino dicens: Quia cum amicitia & pax sit inter nos; quæ inimicorum sunt, agis, & eos qui sub potestate Persarum erant a sæculo, assumis. Qui rescripsit ei: Nos nequaquam subjectos Imperio tuo assumpsimus, neque subvertimus: sed ascendens Zatus ad Imperia nostra, procidens deprecatus est, ut a scelesto & pagano dogmate, impiis sacrificiis, & errore dæmonum liberaretur, & accederet ad Creatorem omnium Dominum, & fieret Christianus. Hunc nos baptizantes, absolvimus ad propriam regionem. Ex tunc ergo fracta* * *est amicitia inter Romanos & Persas.* Hæc ibi. Habet eadem Zonaras (*b*) & Cedrenus, (*c*), necnon & Anastasius Bibliothecarius in Chronico, sed anno superiori. Agathias vero sub Justiniano Imperatore id factum tradit: idemque affirmat, hos quos Lazos dicimus appellatos fuisse populos, Cholcos antiquitus nominatos. Porro ut hæc sub Justino potius facta dicamus, præter majorem numerum testium, illud magnopere persuadet, dum Procopius (*d*) ait, a Justiniano Imperatore restauratam fuisse apud Lazos ecclesiam jam vetustate collabentem; ut plane certum sit argumentum ante Justiniani tempora Lazos pietatis fuisse cultores.

* Cadabes
* facta.
(b) *Zonar. 3. part. Ann.*
(c) *Cedren. in Compendio hist.*
(d) *Procop. de ædif. Justini Imperat.* 3.

XX. Unde autem Lazorum Regi in mentem venerit, abdicata idololatria, fieri Christianum; coniici potest, quædam semina pietatis in animo concepisse, cum (ut superiori tomo dictum est) sub Leone Imperatore Constantinopolim venit, atque eidem ab ipso Leone Christianæ religionis miracula in uno homine ejus cultore fuere demonstrata; cum videlicet ostensus ei fuerit magnus ille Daniel super columnam vivens cognomento Stylita: quod veluti grande portentum idem magnifice prædicans, inde recessit propemodum Christianus. Sed dubium alicui esse potest, an hic ille fuerit Rex Lazorum tum juvenis, modo senex: verum potius existimamus (id testante Agathia) fuisse ejus successorem filium, qui paterna relatione tamquam radio lucis in tenebris illustratus, pedetentim divinæ gratiæ adminiculo ad Christum lucem (*e*) veram omnem hominem illuminantem advenerit.

Lazorum Rex S. Danielis exemplo permotus.
(e) *Joan.* 1.

XXI. Procopius (*f*) de Lazis atque eorum confinibus Iberis texens historiam, hæc de bello a Persarum Rege hoc tempore excitato habet: *Cabades autem quamvis maxime in fines Christianorum excurrere optaret; nullo modo potuit, casu, quem jam referam, superveniente. Iberi qui Asiam incolunt, prope Caspias habitant portas ad Boream pertinentes; ipsisque sinistrorsum terra Lazorum, dextrorsum autem ad Orientem Persarum gentes sunt. Is igitur populus & Christianus est, dogmaque fidei præter omnes quos sciamus, observat: subditi Regi Persarum sunt. Hos Cabades ad fidem deferendam compellere conatus, Regi eorum Gurgeni cum alia mandavit ex suorum fieri consuetudine, tum mortuos terræ minime conderent, sed avibus canibusque Persarum more proiicerent. Quapropter Gurgenes ad Justinum Imperatorem confugit, ejus implorando fidem, ne Iberos a Persis Romæi iri*

(f) *Procop. de bello Persic. l.* 1. De conatu Regis Persarum contra Iberos.

PAGIUS IV. A num. XVIII. ad XXII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXV. Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoato scribit: *Hoc anno Tzathus Lazorum Rex Regni Persarum desertor factus, Cabade regnante, atque adeo ipsum amante, ut in Lazorum Regnum eum extulisset, ad Justinum Byzantium veniens, Christianum fieri & ab eo Lazorum Regem renunciari rogavit Imperatorem. Hunc Imperator benigne acceptum baptismi lumine illustravit, & filium declaravit. Romanam vero duxit uxorem Homi Patricii & Excuropalatæ neptem, nomine Valerianam, quam demum Lazorum Rex creatus in patriam duxit. Discessit ille redimitus corona & chlamyde, qualis est Imperatoris, candida ornatus, cui superius tabula ex auro fuit adsuta, in qua Justini Imp. imago coloribus acu ductis depicta erat.* Subdit Theophanes, Cabadem Persarum Regem cum hoc accepisset, questum esse, quod homines sibi subditos reciperet, & pacem inter utrumque sancitam frangeret; respondisse vero Justinum, nullum Regno ejus subjectum sibi vindicasse, sed Lazorum Regem tantum rogasse, ut fieret Christianus: *Ab eo tempore*, inquit Theophanes, *graves Romanos, inter & Persas secutæ sunt discordiæ*. Idem fuse narrat Auctor Chronici Alexandrini sub Symmachi & Boethii Consulatu qui addit, censuisse Cabadem *deinceps pacisci cum Romanis, missoque Legato Brio amicitiam cum Justino* instaurasse, quod Procopius lib. I. cap. 12. de Bello Persico falsum esse ostendit, & bellum statim Persas inter & Romanos inchoatum testatur. Baronius hoc anno & Cointius anno DVIII. num. XXXVII. idem referunt ex Auctore Miscellæ lib. 15. ubi his Theophanis locum corrupit, scribens: *Rogavit eum ut fieret Christianus, & ab ipso appellaretur Imperator Lazorum*, &c. *provectus Lazorum Imperator a Justino*, &c. Verum neque in Græco textu Theophanis, nec in ejus versione mox recitata id legitur; neque Imperatores Romani *Imperatoris* aut *Augusti* no-

Lazorum Rex fit Christianus.

iri perditum sinant. Ille vero alacriter re suscepta, Probum Anastasii Principis sororis filium virum Patricium ad Bosphorum misit, ut Hunnorum exercitum ad præstandum auxilium Iberis induceret. Est enim Bosphorus civitas maritima sinistrorsum Euxinum pontum naviganti, hinc Chersonesus iter dierum viginti distans, in quorum medio Hunni cuncta possident. Bosphoritæ jamdudum liberi incolunt, ac Justino nuper sese commisere. Quomodo autem Justinus Imperator has gentes a Persis defendere curaverit idem Procopius pluribus narrat. Sed hæc nobis satis ad intelligendum omnia dextere cessisse Principi Orthodoxo, cujus se fidei externi populi committerent, & fidem Christianam ab eodem Gentiles quærerent, quem sciebant Deo esse fidelem.

XXII. De Homeritis in Christum credentibus. Jam vero ex Iberis atque Lazis ad Homeritas peregrinans ducatur oratio: penes quos a temporibus Constantii Augusti coalescere Ecclesia cœpit, ut suo loco pluribus dictum est. Quorum si quis antiquiora tempora repetat, eos ipsos esse reperiet, ex quibus Regina Saba progressa est audire sapientiam Salomonis: ex iis etiam sub primordiis nascentis Christi Ecclesiæ venisse eunuchum Candacis Reginæ Æthiopum in Judæam venerari templum & rediisse effectum jam ipsum Christi templum per sacrum baptisma. Quorum populorum etsi cætera obscura, clarissima tamen sunt & cælesti luce micantia, quæ apud eos ab hoc anno quinto Justini Imperatoris illic cæpta sunt agi, & quomodo a Judæis ibidem dominantibus Ecclesia illa dire vexari cœpit, & in ea persecutione complures coronam sunt consecuti martyrii, ab auctore quidem integerrimæ fidei, ejusque temporis scriptis prodita, sed postea alterius nomine edita, nempe Metaphrastis, qui in his nullam præterea navavit operam, quam ut exscriberet, & in tomum a se collectum vitarum Sanctorum inferret. Astipulantur absque dubitatione rerum gestarum certæ veritati Græci auctores, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus, atque alii. Illustretur igitur, sicut & cæteri, Præsens tomus nobili purpura tincta sanguine martyrum; & pretiosora includat dona, quam illa quæ attulit Regina Saba ad Salomonem. Narratio fructuosa eo accedet gratior, quo veritati intelliges in omnibus consentire. Demoremur in his libenter, & videamus uno eodemque coalescere ubique Spiritu sanctam Ecclesiam, & sicuti una vivunt anima omnia unius corporis membra, ita unum eumdemque Deum se omnia in omnibus solitum exibere. Erit plane ut horum egregie factorum inspecta pulchritudine, quis jure deploret quæ præteritis temporibus in eadem Ecclesia memoria digna facta creduntur vel silentio prætermissa, vel injuria temporum perdita. Sed ipsam hic referre historiam aggrediamur, quæ sic se habet (a):

(a) *Apud Sur. die 24. Octobr. tom. 5.*

XXIII. Elesbaan Christianus Rex Æthiopum. *Instabat jam quintus annus ex quo Justinus acceperat sceptra Romani Imperii: quo quidem tempore imperabat etiam Æthiopibus Elesbaan, vir qui propter pietatem & justitiam apud omnes maximum nomen fuit consecutus, in civitate autem Auxum Regiam construxerat. Ditione tenebat Arabiam Felicem, quæ olim quidem Saba, nunc autem vocatur Homeritis, Dunaan Hebræus, vir impius & Christianorum generi inimicissimus; qui etiam omnes qui erant in sua potestate, habebat circumcisos, partim quidem Judaicam sequentes superstitionem, partim autem plane Gentiles Soli & Lunæ sacrificantes, & dæmonibus, quos etiam more gentis honorabant fanis & columnis. Porro autem ab Elesbaan odio habebatur Hebræus; quod omnibus fere qui sunt sub cælo Christum Deo prædicantibus & verum Dei Filium, & nobis factum carne similem, ipse eum vilipendens inficiabatur hæc omnia, velans & adumbrans suorum majorum*

Duunan Hebræus Homeritarum Rex inimicissimus Christianorum.

PAGIUS nomen unquam cum exteris communicarunt, sed tantum Regis nomen eis attribuerunt. Quare perperam Cointius illa verba refert, ut ostendat Gregorium Turonensem lib. 2. cap. 38. ubi de Clodoveo ait, *ab Anastasio Imp. Codicillos de Consulatu accepit, &c. & ab ea die tamquam Consul aut Augustus est vocitatus*, indicare illum ab Anastasio Imperatore *Augusti* titulum accepisse. *Clodoveus* itaque non ab Imperatore, sed a suis subditis *Augustus* appellatus est, ut suo loco dixi.

V. *Rex Judeus Homeritarum Christianos persequitur.* Ad num. XXII. & seqq. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXV. qui Kalend. Septemb. hujus Christi anni exorditur, ait: *Hoc anno nefarium facinus adversus Sanctum Aretham, cæterosque Urbis Negræ incolas admissum est, bellumque ab Elisbaa Æthiopum Rege contra Homeritas susceptum, victoriaque demum ab ipso* reportata. Idem habet Cedrenus ad annum V. Justini Imp. Baronius vero recitat Acta S. *Arethæ Martyris, & eorum qui cum eo decertaverunt, Sanctorum Martyrum*, edita a Metaphraste ad diem XXIV. Octob. quæ Allatius in Diatriba *de Simeonum Scriptis* Metaphrasti asserit pag. 126. sed ex dictis anno superiori Acta illa multa fabulosa continent. Meminit Regionis *Homeritarum* Ptolomeus lib. 6. Geograph. cap. 7. dum situm Arabiæ Felicis, in qua ea Regio posita, describit, ubi & eam positam esse docent Acta Sancti Arethæ. Tradunt ea Acta *Dunaan* Hebræum Christianis inimicissimum Homeritarum tunc Regem fuisse, *Elelesbaan* vero Regem Æthiopum, seu Auxumitarum, cujus Regia erat *Auxume*: quod & de utroque Regno etiam affirmat Procopius lib. 1. de Bell. Pers. cap. 19. Addunt Acta Sancti Arethæ, omnes *Dunaani* Regis subditos fuisse, vel Judæos vel Gentiles, *Elesbaanum* vero Christianum extitisse, ac Principem justitia & pietate inclytum, quod Procopius citatus cap. 20. de

jorum scelus, quod in cruce admiserant: adeo ut Rex pius sæpe cum eo bello congressus, vi fuderit atque fugarit, & tributum pendere coegerit.

XXIV. *Verum ille quidem non stans pactis conventis insurrexit contra Regem Elesbaan: Elesbaan autem eum rursus valido adortus exercitu, fortiter expugnavit & in fugam convertit. Denique ad illum cavendum relicto exercitu, in suam rediit ditionem. Interim non poterat Hebræus quiescere: sed ut acceptæ cladis doleret ignominiam, cum suos collegisset, & eos qui erant in præsidio invasisset, omnes bello perdidit; & jussit omnes qui inveniebantur Christum esse Deum confitentes, citra ullam interire misericordiam. Nullus autem fuit ex iis qui erant sub ipso Christianis, qui se non huic impio edicto submiserit, illius animi reformidans injuriam.* Deditionem quidem facientes, verum nequaquam impietatem sectantes, sed pro fide Christiana tuenda mortem oppetentes, ut quæ paulo inferius dicentur ostendunt. Sed pergit auctor:

XXV. Nagran civitas Christianam suscepit fidem. *Quædam tamen civitas frequens populo sita in Homeritide, quæ vocatur Nagran, cum jam longo abhinc tempore venisset ad agnitionem veritatis, & pietatem suscepisset, nempe ex quo Constantius Magni Constantini filius ad Sabæos, qui nunc vocantur Homeritæ, orti vero sunt ex Cætura Abrahæ, misit legatos; & Rege illius gentis muneribus sibi conciliato, ædificavit hac in civitate Ecclesias: & quemdam virum pium, qui ad vitam declinabat monasticam, & moralibus & activis virtutibus erat magnus, atque adeo omnibus sui temporis superior misit, ut præesset iis qui ad veram accesserant religionem. Quo quidem tempore Judæis resistentibus, & barbaro suadentibus ne tam facile hospitem admitteret in civitatem, neque circa res divinas aliquid innovaret, nisi prius vir religiosus aliquod signum ostenderet (quomodo solent isti petere, ut qui sint increduli) quod quidem si præstiterit, tunc ei concederet ingressum in civitatem.*

XXVI. (a) Mar. 16. *Ille divinis fretus promissis, quod signa (a) sequerentur eos qui crediderint, annuit citra ullam dubitationem, & eorum quæ petebantur miraculorum magnam ostendit operationem. Ab eo autem tempore civitas Dominum pure colens, & Orthodoxa divinorum Patrum sequens dogmata perseverabat: si quid erat mali, repellere, & alienam effugere religionem, adeo ut ne sineret quidem eam ad aures pervenire. Invidens ergo malignus, totum (quantus erat) subiens Hebræum, eum armat adversus civitatem, partim quidem opinans fore ut id esset molestum pio Regi Æthiopum, partim autem eo spectans, ut in Christum suam expleret insaniam, & genus Christianorum omnino everteret.*

XXVII. Dunaan obsidet Nagran civitatem. *Itaque venit validum ducens exercitum: & cum circumcirca esset castrametatus, valloque & fossa omnia circumdedisset, obsedit Nagran, minitans se illam expugnaturum, & omnes qui in ipsa erant interempturum; nisi cruce Domini a civibus in excelso posita, quam execrationis signum (proh dolor!) stultus vocabat, ad nihilum redacta, deinde Christum quoque negassent, qui fuerat in ea suspensus.* Vides ubique gentium in universa Ecclesia laudabilem illum semper viguisse morem, ut cruces a Fidelibus colendæ in sublimi loco cunctis perspicuæ ponerentur? Sed pergit auctor: *Quod quidem eo consilio faciebat, ut cum eos illo, quod inde veniebat, præsidio nudasset; hoc tam valido destitutos auxilio invaderet. Quidam ergo execrandi illius Regis satellites in orbem obeuntes civitatem, cædem vociferabantur: Et si parerent quidem, dicebant fore ut dona, & honores consequerentur: sin autem non parerent, & Galilæo animum adhiberent, pro monarchia inducentes multorum principatum, igni & gladio traderentur. Porro autem ipse quoque Dunaan execranda & audaci lingua his falsa quædam addebat, & jactanter dicebat: Nullam potuit Jesus opem ferre Christianis in mea potestate constitutis, quos omnes & ipsos illorum sacerdotes & monachos gla-*

PAGIUS de ejus Successore, qui anno Christi DXXXI. regnabat, etiam affirmat. Legendus Nicephorus lib 17. cap. 6.

VI. *Martyrium S. Arethæ & Socior.* Exhibeo hic Summarium eorum quæ ex Actis Sancti *Arethæ* producit hoc anno Baronius, ut insignis error in quem Theophanes, aliique tam antiqui, quam recentes Historici inciderunt, anno DXLI. certius detegi ac confutari possit. Testantur itaque laudata Acta, *Dunaanum* Regem, tam ut genus Christianorum everteret, quam ut Elesbaano Regi Æthiopum molestiam crearet, graviter afflixisse cives urbis *Nagran* in *Homeritide* sitæ, cui Præfectus erat S. *Aretha:* cumque impius iste Judæus Urbem obsidione cinxisset, eamque vi expugnare non posset, statuisse dolo eam capere, ideoque juramento interposito promisisse, sese cives non amplius coarctaturum, ut patriam religionem ejurarent. Verum ubi in eam ingressus est, Nobiles, Sacerdotes & Monachos vinculis arctavit, Virginesque combussit. Dies duos duravit persecutio, & secunda die trecenti & quadraginta Christiani, inter quos *Aretha*, morti traditi sunt. Reliqua cum Baronio in annum sequentem differimus.

VII. *Homeritæ & Axumitæ non longe inter se dissiti.* *Negra*, ut eam appellat Nicephorus citatus, aut *Nagran*, ut in Actis Sancti Arethæ dicitur sita erat ad fines Arabiæ Felicis, ut habet idem Nicephorus: *E regione Homeritarum*, inquit Procopius citatus, *ulteriorem continentem habent Æthiopes Auxomitæ, ita dicti de nomine Urbis Auxomidis, ubi Regia ipsorum est. Porro interfusum mare* (Sinum scilicet Arabicum) *ferente mediocriter vento traiicitur diebus quinque ac noctibus totidem.* Scaliger lib. 7. de Emen-

gladio & igne prius consumpsi, ne parcens quidem sacris illorum templis: & nunc maximo coacto exercitu, nempe centum viginti millibus hominum, ad vos veni aut omnino persuasurus, aut perditurus.

XXVIII. *Cives autem: Videmus, dixerunt, o Rex, te linguæ multum indulgere, & attribuere imbecillitatem ei qui est solus Deus. Sed Rapsaces (a) dux exercitus Sennacherib non parvum tibi dederit exemplum: qui cum ipse quoque aliquando in Deum magnam loquentem & jactantem vibrasset linguam, quot hominum millia perdiderit, & cum quanto dedecore recesserit, pauci sunt qui nesciant. Quod autem nos accusas, quod multorum principatum & multos deos inducamus: nos qui multis abhinc sæculis tamquam hereditatem a majoribus veram accepimus religionem, nec monarchia in arctum adducimus divinitatem, nec abundantia personarum adducimus multorum principatum; sed unam naturam citra divisionem in tres personas dividentes, Patrem & Filium, & Spiritum sanctum confitemur. Filium vero ipsum, quem vos contumeliis incessitis, hominem esse factum, ut divina prædixerunt responsa, & a vestris majoribus actum fuisse in crucem propter salutem omnium, cum illi male ignorassent dispensationis divinæ mysterium; & tertia die resurrexisse a mortuis, & rursum in cælum ascendisse, & in altum sublatum fuisse ad suum Patrem, & credimus & prædicamus.*

(a) 4. Reg. 19.

Quid Christiani responderint Judæis.

XXIX. *Non sustinentes autem hos sacros audire sermones aures profanæ, ad facta se contulerunt. Itaque ad obsidendam Rex conversus civitatem, adversus eam movebat omnes machinas, omnes exitus diligenter custodiens & muniens; & putans fore, ut multorum dierum fames eos in suam redigeret potestatem. Et cum collegisset omnes Christianos qui erant in agris & suburbiis, alios quidem interemit, alios vero iis qui erant in ejus ditione vendidit in servitutem. Cum autem pii cives se adversus omnia fortiter defenderent, & tempus quod terebatur, tyranno spem reddidisset valde exilem; statuit dolo capere civitatem. Itaque petiit ut ei liceret ingredi civitatem, videlicet ut sciret ea quæ ibi erant, prius terribili prolato jurejurando, & iis quæ dicebantur, interposito ipso legis Deo, se nihil eis esse facturum præter ea quæ consueverant, neque coacturum ut patriam abjurarent religionem, neque aliquod aliud malum magnum aut parvum eis esse facturum; sed solum ea visurum quæ sunt in civitate, & annuum tributum accepturum quod prius dabatur; deinde autem se illinc statim excessurum.*

Dolo deditionem civitatis tentat Dunaan.

Hæc cum dixisset, & pacta conventa iniisset, & postremum jurasset jusjurandum; persuadet iis qui sunt in civitate, cum Deo universorum permisissent, qui est testis sacramenti, & hoc solum dixissent, Regibus non cedere didicimus. Quod si tu secus statueris facere quam nobis dixisti; Deus, qui est spectator jurisjurandi, id omnino ulciscetur, neque diu differet vindictam. Nobis autem, dicebant, o Christe Salvator & Filii Dei & Deus, pro te vel omnibus privari facultatibus, atque adeo ipsa vita, non est leve lucrum. Absit autem ut tuum nomen negemus, ut est impiorum institutum: nec si tale quid fecerimus, nos o Sol aspicias. Quæ simulatque dixissent, totas portas aperiunt, & intra ipsam civitatem, tamquam lupum in stabulum, malum Regem admittunt. Ille autem cum & figuram & situm & illam civitatis laudasset frequentiam, & civium quoque splendorem, egressus est, in eos qui habitabant civitatem gravia versans (ut indicavit exitus) jusjurandum, & pacta conventa, & quæcumque alia eis præbuit ad fidem faciendam, esse existimans puerilem deceptionem. XXX.

Ingreditur Dunaan Nagran civitatem.

Cum autem jam se pararet ad eos evertendos, vocat extra civitatem. Aderant vero quicumque erant insignes opibus & gloria: præ cæteris autem is qui & canitie & sapientia, & morum modestia erat præstantissimus, divinus inquam Arethas, cui XXXI.

PAGIUS mendat. Temp. pag. 682. exponens hodiernum Computum Æthiopum refert, *Auxumam* etiamnum quamvis desertam ac vastatam, tamen ex reliquiis suis veterem Regum illorum opulentiam & gloriam testari; ac in iis etiam titulos extare ignorabilibus literis conscriptos, cum crucibus tamen Æthiopicis. Ab Octaviani Augusti tempore *Auxumitæ* videntur Romanos Imperatores coluisse; Cum numismata in eorum honorem percusserint, ut ostendit illud *Heliogabali*, cujus meminit ibidem Scaliger, in quo legitur, ΑΞΟΥΜΕΙΤΩΝ. *Aurelianus* etiam in magna veneratione fuit apud *Axumitas*, ut refert Tacitus postea Imperator, in oratione sua ad Senatum, a Vopisco in Vita Aureliani cap. 41. recitata: *Illum Saraceni, Blemyes, Axomitæ, Bactriani.... populi etiam Indorum, veluti præsentem pene venerati sunt Deum:* Ubi *Indorum* nomine Vopiscus *Æthiopes* remotissimas Africæ Regiones incolentes intelligit. Ob illam Æthiopum cum Imperatoribus Romanis societatem citius & facilius gens illa ad fidem Christianam perducta, quod quando factum fuerit, supra ostendimus. Sub hujus Imperio *Axumitæ* magnis privilegiis potiti sunt, ut patet ex ejus Epistola ad Tyrannos Axumitarum data & a Baronio CCCLVI. num. XXIII. relata ubi ait: *Hac igitur cura* (nempe religionis) *cum & vos prosequi dignamur, paria cum Romanis impertientes; unum cum illis in Ecclesiis dogma retinere jubemus.* Et, in fine: *Deus vos servet fratres charissimi.*

Porro *Axumitæ*, Constantino M. imperante fidem Christianam acceperant, ut ostendi ad annum. VIII.

Dunaan vinculis arctat nobiles civitatis. *cui ipsi quoque fuerat commissum regimen civitatis. Omnes igitur commendabant, extollebant, laudibusque celebrabant, & omnem honorem tribuebant ei qui videbatur esse servator & Rex. Ille autem sibi culpæ dandum esse tribuens, quod differret cerni malus, non amplius expectans, aperit quod intus latebat Dunaan. Et jussit protinus omnes custodiri in vinculis: deinde etiam privavit facultatibus, & rogavit, ubi nam esset Paulus eorum Episcopus.*

XXXII. Sacerdotes monachi & virgines conburuntur. *Cum autem jam duobus ante annis eum intellexisset esse mortuum; non habens in quem iram immitteret, contendit ad pulverem, & jussit sepulcrum effodere, & illius corpus comburentes in aerem ventilare. Aliud quoque excogitat furiosa anima, nec eam capit satietas aliquid moliendi adversus Christianos; sed jubet accendi rogum, qui multa aleretur materia: & statim civitatis & ejus quæ est circumcirca regionis sacerdotes & monachos & Deo consecratas virgines, quinetiam feminas quæ vitam degerant monasticam, omnes simul in eum injici: ii enim, inquit, sunt plane causa aliorum interitus, persuadentes Crucifixum colere tamquam Deum.*

XXXIII. Cives & Arethas tentantur. *Ad hæc, perinde ac non sufficeret quod factum fuerat, ad ejus incomparabilem ostendendam improbitatem, ut alios quoque sibi subigeret, vehementer contendit: & jussit præcones obire civitatem, & regionem, proclamantes, ut Christum negarent, & viverent Judaice, eademque quæ Rex sentientes. Porro autem ipse quoque Rex Arethæ similia consulebat, quod ipsi quoque norunt Romani, illius majores in crucem egisse hominem. Quomodo enim, dicebat, fuisset flagris cæsus Deus, qui est natura incorporeus? Quomodo autem mortem adeo turpem & ignominiosam natura gustaverit immortalis? Alioqui autem multi quoque ex Romanis, qui sunt apud vos, jactantes se Nestorium habere magistrum, ipsi quoque rursus dicunt, se non ut Deum, sed ut hominem & Prophetam quemdam oportere Christum honorare. Quæ nisi vera essent, nec ego ad tantam processissem insaniam, ut ipse negarem in Christum fidem, & vos ad similem vocarem negationem.* Vides Dunaan non simpliciter fuisse Judæum, sed ex Christiano apostatam descivisse jam antea ad Judæos. Sed pergit: *Quomodo enim qui legem quidem tueor; & patrios mores & ritus valde amplector, repello autem quicquid fuerit novi, & ideo Jesum quoque odio habeo hominem, qui divinitatem sibi impudenter attribuit. Neque enim Soli & Lunæ, neque aliis rebus creatis, neque diis Gentium rogo vos cultum tribuere (absit ut sim adeo emotæ mentis) sed Deo soli, qui omnia producit, & est pater rerum generatarum, qui cum sit impatibilis & expers materiæ, generare nescit patibiliter.* Dunaan Apostatæ in Christum Blasphemiæ.

XXXIV. Confessio Arethæ & sociorum. *Cui generosus Arethas cum sociis: Cur hæc dixisti, o Rex? Neque enim dicimus Deum gignere patibiliter, sed impatibiliter, ut mens sermonem gignit. Illum autem asserimus nostræ naturæ motum misericordia misisse Filium, ad hominum inquam beneficium, adeo ut carnem acceperit ex puella virgine, & per omnia nobis similis factus sit absque peccato, & omnia impleverit quæ de ipso a Prophetis multis ante annis dicta sunt; quæ quidem tu quoque scis: qui legisti illorum libros: qui etiam sæpe per miracula, quæ sunt supra hominem, ipsam ostendit divinitatem, & se suscepisse carnem non est inficiatus. Quid opus est pluribus? Nos cum & Deum & Dei Filium confitemur, & pro universa respondemus civitate, & aliis Christianis qui sunt nobis subjecti: neque ullum est genus tormenti, quod non propter ipsum parati simus pati. Quis enim nos separaverit a charitate Christi: Nihil autem rei nobis est cum Nestorio, vel cum aliis qui eo morbo quo ipse laborant: qui hominem, qui citra divisionem & per hypostasin unitus est Deo Verbo, summa impudentia divellentes a Verbi divina hypostasi, per se consistentem & solum hominem ausi sunt dicere Verbum, quod in carne apparuit. Qui etiam, ut merebantur, a divinis Patribus ejecti sunt e catalogo Orthodoxorum, &*

PAGIUS

Homeritæ altas Ariani, postea Orthodoxi. num CCCXXVII. *Homeritæ* vero Constantio ejus filio Imperium administrante Ariana hæresi imbuti fuerant a *Theophilo* Magni nominis Monacho ad eos ad hunc finem misso, ut videre est ad annum CCCLIV. Quare Auctor Vitæ Sancti Arethæ & sociorum, quem Metaphrasten esse, jam diximus, summopere fallitur, dum num. XXV. & seq. apud Baronium refert Cives urbis *Nagræ* tempore Constantii ad fidem conversos esse opera cujusdam Monachi, Judæis resistentibus, sed Miraculis a Monacho illo patratis prævalentibus. Ut enim loco citato monstravimus, Philostorgius, a quo hanc narrationem hausit Metaphraste, illa miracula confinxit. Cum tamen hoc tempore magna illa Civitas Orthodoxam fidem profiteretur, apparet post *Constantii* mortem, tempore incerto, hæresim Arianam apud *Homeritas* profligatam fuisse. Denique *Homeritas* Æthiopas fuisse demonstrat locus Theophanis Byzantii anno DLXVI. n. VI. a me recitatus, quod confirmat Stephanus de Urbibus. Hinc *Homeritæ Indi* appellati, ut videre est anno DLXXI. n. VI. & anno DLXXII. num. XIV. quia scil. *Æthiopia* ab Antiquis *India* nuncupata.

IX. *Maxentius*, ut narrat Emin. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 21. ac Scythæ Monachi de quibus superioribus annis locuti sumus, accepto ab Africanis Patribus libro *de Incarnatione & Gratia*, quem Legati ipsorum re-

in-

& sunt in æternum traditi anathemati. Sed non prætermittet (hoc certo scias) qui maledictus a te appetitur Dominus, quin evestigio pœnas sumat tuorum audacium cæptorum, cum alterius inquam tuæ blasphemiæ, tum jurisjurandi, quod a te fuit conculcatum & eversum, o in primis impie & scelerate.

XXXV. Ingens multitudo martyrum. *Ille autem cum eorum loquendi libertatem partim sustinuisset, maxime autem Arethæ sapientiam & alium omnem splendorem esset reveritus, benignis verbis eos cæpit lenire, eisque dona & honores proposuit, acrem ipsorum zelum in pietatem sic refrigerare machinans. Postquam autem vidit martyres omnino aures non præbere promissis, contra autem quam poterant clarissima voce clamare: Non te negamus, qui es unus Trinitatis, o Verbum Dei & Christe: neque enim irridemus susceptæ carnis dispensationem, neque tuis, quas propter nos passus es, perpessionibus & cruci Judaicæ insultamus: eos quidem vinctos adhuc detinuit; in aliam autem multitudinem, quæ collecta fuerat ex omni genere & ætate, mortis tulit sententiam.*

XXXVI. Gloriosa confessio feminarum. *Uxoribus vero & liberis eorum qui detinebantur martyrum, ante oculos eorum adductis, provocabat ad Christi negationem, partim quidem minis, partim autem blandis verbis eas aggrediens, nonnumquam omne supplicii genus in eas intentans, liberorumque & parentum & facultatum & ipsius quoque patriæ eas terrens amissione. Illæ autem dicebant: Omnibus, o Rex, quæ a te offeruntur, sive ea sint bona, sive aliter se habeant, lubenter hodie renunciantes, quæ a te maledictis incessitur Christi crucem extollimus; & qui in ipsa nostram procuravit salutem, Christum sequimur. Esset enim a ratione alienum & nimis effeminatum, ex nobis quidem alias quæ cum talibus viris cohabitarunt, qui mortem propter Christum elegerunt, alias autem quæ virginitatem exercent, ut quæ Christo sint desponsæ, non esse animo masculo, & vestram iram plane inconsideratam non nostro sustinere corpore.*

Ann. Eccl. Tom. IX.

Rex autem: O feminæ, inquit, possum vos merito magnæ accusare stultitiæ, quod hominis plani & præstigiatoris, & qui violenta morte periit, gratiam eligitis, & voluptatibus præsentibus spem, cujus incertus est exitus, præferre statuistis. Quædam autem ex acrioribus matribus & monachis non ferentes Christi contumelias, usæ sunt in Regem verbis asperioribus, eum ipsum, quem maledictis incesserat, Christum vocantes ad ultionem. Quod quidem ægre ferens Hebræus, in eas communiter pronunciat sententiam, ut gladio feriantur. Licebat ergo videre mulieres sanctas trahi crinibus, & sic duci ad supplicium, vel potius ferri promptis & alacribus pedibus, & sitire mortem propter Christum. XXXVII. Feminæ Christianæ jubentur occidi.

Magna vero erat & præclara inter eas contentio. Monachæ enim virgines nequaquam concedebant primas partes iis quæ erant junctæ matrimonio: Recordemini, dicentes, quod prius vobis sumus propositæ & in templum ingressu, & in sacramentorum participatione, & in statione, & in sessione: & ideo oportet nunc quoque nos ante vos & vestros maritos consequi martyrium. Martyrum autem uxores, quæ jam etiam vocabantur matres, nequaquam ferebant in præsentia habere secundas partes. Infantes quoque balbutientes matres prætercurrebant, & ipsi quoque carnificem provocabant ad mortem: sciebant enim alias quoque pueros fuisse Christo propter ipsum sacras oblatas victimas. Sic beatæ illæ mortem præripientes, iis qui videbant, magnam afferebant lamentationem: adeo ut Rex crudelissimus cum admiratione talem vocem emiserit: Qualem omnibus fere hominibus errorem immisit Galilæus! ut qui vel ipsam mortem contemnere persuaserit, & pro illo perdere suas animas & corpora. XXXVIII. Laudabilis contentio inter feminas.

Interim autem quædam quoque femina, quæ duas filias habebat, & primas partes inter eas quæ erant in civitate obtinebat, longeque præstabat aliis genere, divitiis, gloria, & pulchritudine, atque in juvenili ætate adhuc vidua relicta fuerat, insectatur tyrannum. Ille autem sta- XXXIX. Vidua nobilis tentatur a tyranno.

Rr

PAGIUS *Monachi Scythæ scribunt ad Episcopos Africanos adversus libros Fausti.* infecta Roma revertentes detulerant, cum indies ob *Fausti* Episcopi Reiensis libros litigia Constantinopoli crescerent, ægre etiam ferentes *Hormisdam* de libris illis mitiorem sententiam protulisse, intelligentesque ex delato ex Sardinia volumine Episcopos Africanos Fausti libros non legisse, communi consilio decrevere ad eosdem iterato scribere; simulque Reiensis volumina examinanda transmittere. Literarum summa erat: a pluribus absurdas *de Divina Gratia & Libero Arbitrio* sententias defendi, nempe posse hominem proprio conatu absque Dei auxilio Divinis præceptis obedire; Dei esse tantum imperare, nostrum vero imperata exequi; Gratiam omnibus indifferenter dari; parvulos ob solum originale peccatum non posse damanari; horum qui prædestinantur, nihil habere supra cæteros Dei gratia collatum; prædestinationem ex hominum meritis suspendi, illos esse vasa misericordiæ, qui vel secularem habent, vel Ecclesiasticam Dignitatem; vasa vero contumeliæ Clericos, Monachos & Laicos. Hæ quidem literæ non extant, sed ea ex Epistola Synodica & Fulgentii libris colliguntur. In fine rogant solutionem illius satis perplexæ disputationis *de animæ origine*, quæ magna tunc contentione ea in Urbe agitabatur. Librorum *Fausti* Byzantio ad Africanos transmissorum meminit Auctor Vitæ S. Fulgentii cap. 28.

Ma-

statim jubet suis ministris, ut eam ad se adducant cum honore & reverentia, & ei efficiant commodum aditum. Illa vero etsi hoc modo adduceretur, ægre ferebat tamen se ab aliarum mulierum abesse martyrio. Tertio autem die post jussionem cum honore ad Regem adducitur cum filiabus. Ille vero placide eam intuens: Fama, inquit, annunciat te esse modestam, ornatam & prudentem; quinetiam ipse vultus & aspectus ferunt iis quæ dicuntur testimonium: præterea autem vulgo fertur, te quoque esse genere claram & abundare divitiis, & tibi non deesse splendorem. Ne ergo quomodo stultæ, quas ego perdidi, sustineas ipsa quoque Deum dicere eum, qui fuit crucifixus, fuit autem homo vorax & vini potator amicusque publicanorum & peccatorum, & nec patriis fuit contentus legibus: sed tuæ nobilitati faciens convenientia, renuncia quidem Nazareno, & velis nobiscum sentire, & simul cum Regina versari in Regia: sic enim vives deinceps liberius, & liberata a malis quæ oriuntur ex viduitate, magis poteris aliis opem ferre. Venit enim ad nos fama, ipsæ autem res quoque testantur, quod cum magnas habeas divitias, & plurimas facultates acceperis a majoribus, & sint multi qui tibi serviant; pudori tamen & virtuti omnibus postpositis, in nullius alterius viri ne in conspectum quidem venisti, nisi ejus qui fuit tibi legitimo conjunctus matrimonio. Ne nunc ergo, ne nunc (hoc ego tibi consulo) pulchritudinem tuam & juventutem & filiarum virginitatem lictorum manibus tradideris, quæ magis contumelia afficiunt, quam puniunt: sed desistens Crucifixo gloriam tribuere, & nostris cedens legibus, & tibi & liberis prospice quæ sunt utilia.

XL. Quæ in tyrannum Sancta vidua.

Beata autem illa apposite & erudite respondens: Cum eum, inquit, o Rex, quem oporteret honorare, & qui tibi dedit potentiam & hanc purpuram & hoc diadema, immo vero ipsam quoque essentiam & vitam, tamquam Dei Filius & Deus, ingrato animo contemptu audaci lingua injuria afficias; non times ne fulmen dejectum te comburat: & me honorare velis. Vestrum ego honorem summam duco ignominiam. Cessa gladium in te ipsum impellere. Absit autem, ut ego a tali lauder lingua, quæ se armavit contra Deum. Neque eo procedam amentiæ, ut verser cum iis qui Deo sunt adeo inimici, & in peccatorum habitem tabernaculis.

Cum Rex hæc audisset, ira corde accensus, aspexit ad eos qui aderant: & cum dixisset: Quam impudenter in nos egit hæc execranda muliercula; jubet ejus capiti auferri tegumentum & ejus filiarum, & sic eas nudo capite & promissa coma in castra duci per ignominiam. Egrediens ergo generosa mulier, cum vidisset magnam feminarum multitudinem flentem & ejulantem, quod talis nobilitas afficeretur contumelia: illa eas severe & magnifice intuens: Scio, inquit, o amicæ, quod propter nos dolorem accipitis, partim quidem fortasse propter naturæ cognationem, partim autem quod indigna ac pudenda videar pati cum filiabus. Sed ne doleatis. Nos enim non ideo negaverimus Creatorem cæli & terræ; neque quæ sunt ad tempus, æternis prætulerimus. Nam mihi quidem a majoribus per successionem pietas & vera religio, & a Christo denominari, & eum nosse Deum, tradita fuerunt in hereditatem, non mihi autem soli, sed universæ quoque meæ cognationi. Propter quem ego complexa continentiam, viduitatem prætuli matrimonio; & ex facultatibus, quas habebam, plurimum distribui pauperibus. Sunt vero adhuc mihi magnæ divitiæ in auro & argento; & magna multitudo servorum: nolui autem, ut multæ aliæ mulieres solent, ad alium maritum intueri, etiam si cum multis casibus & calamitatibus, quæ viduis evenire consueverunt, sæpe sum colluctata: quod quidem vel solum

XLI. Quid ad suas concives Christiana Vidua.

PAGIUS X. *Segismundus Burgundiæ Rex occidit filium.*

Marius Aventicensis in Chronico sub hujus anni Consulibus scribit: *His Coss. Segericus filius Sigismundi Regis, jussu patris sui injuste occisus est*, instigante scilicet altera ejus uxore Sigerici noverca, quam mortua priori, *Ostrogotho* a Jornande lib. de Rebus Gethicis cap. 58. vocata, Theodorici Regis Italiæ filia, duxerat, ut tradit Turonensis lib. 3. capp. 5. & 6. qui addit: *Ille ad Sanctos Agaunenses abiens per multos dies in fletu & jejuniis orans, veniam precabatur Psallentium ibi perpetuum instituens*, quæ perperam Baronius refert ad annum DXXVI. quo ipse Sigismundus Burgundionum Rex jam obierat, ut infra dicetur. Quodnam fuerit illud *Psallentium* non convenit inter Auctores. Aliqui vocant illud *assiduum*, quod aliis atque aliis mutuo succedentibus, die noctuque continuaretur, uti fiebat apud Acœmetas Monachos Orientales. Cointius anno DXXXVI. num. CCXXIV. & seq. contendit, solum peculiarem psallendi formam certis horis diei & noctis præscriptam fuisse, non vero Psalmodiam perpetuam, ac denique Psallentium Agaunense actum fuisse ad omnes horas Canonicas, non tamen indesinenter.

XI. *In expiationem criminis sui instituit Psallentium.*

Verum eum valde hallucinari demonstrat Mabillonius in Præfatione part. II. sæculi IV. Benedictini num. CCIV. ostenditque in locis, in quibus jugis hujusmodi Psalmodia vigebat Monachos in plures turmas divisos fuisse. Primæ recedenti a Matutinis Officiis succedebat secunda, & hinc tertia; Dein absoluta prima priores locum secuturis faciebant, & ad assignatum laborem pergebant. Sic fiebat apud *Centullenses* Monachos apud quos *Angilbertus* Abbas trecentos Monachos instituerat ad hoc Opus cum centenis pueris qui Fratribus in tres turmas distributis sibique alternatim succedentibus, *in auxilium canendi & psallendi in-*

lum sufficit ad mollem adhuc & tenerum animum incitandum ad secundas nuptias, & fortasse nullus meam damnasset juventutem, quæ ipsum ad hoc habebat patronum divinum Apostolum (a).

(a) 1. Tim. 5.

XLII. *Sed hæc omnia parvifaciens, in hoc solum animum intendo, ut cum Christo sim una cum sanctis, quæ præcesserunt, mulieribus & martyribus. Ego vobis jam secundo appareo. Nam prius in matrimonio sponsi qui erat ad tempus; nunc vero in nuptiis immortalis & alieni ab interitu, ad quem festino, & cui immaculatam conservavi continentiam, me videtis. Filias quoque ipsi studeo desponsare, ut quæ earum hucusque integram ad hoc virginitatem conservaverim. Hinc mihi plenus est animus voluptate & bona spe. Rogo vos igitur, ut mihi potius congratulemini, neque tam abjecto animo lamentemini, & mihi transmutetis festum in tristitiam.*

XLIII. *Porro autem vobis quoque consuluerim, ut vos undique muniatis, & magnam adhibeatis cautionem, ne vobis non advertentibus, auferat fidei thesaurum qui est callidus suffurandi artifex, & maximum hoc vobis damnum afferat, quod pertingit usque ad ipsam animam. Jam vero quæcumque hic estis mulieres Gentiles & Hebrææ (multæ enim, ut video, hic adestis ad spectaculum) vos quoque depositis, Gentiles quidem, longis fabulis & nugis, & diis qui sunt solo nomine; Hebrææ autem, umbra tandem & figuris & ænigmatibus, discite veritatem: & accedentes ad Verbum & Deum, qui est unus Trinitatis, per ejus cultum illuminemini, & divini baptismatis regenerationem; neque sic simul pereatis in vestris impietatibus.*

XLIV. *Cum martyr hæc & alia plura diceret mulieribus, quidam ex iis qui cum Rege sentiebant, illi hæc renunciarunt, & quod perverteret multitudinem. Rex itaque, ea rursus accersita, simulans mansuetudinem: Magna, inquit, usus sum in te patientia hoc consulto, & non inconsiderate faciens propter benignitatem, ut fracta lacrymis, qua propter te funduntur & propter filias, nobis pareas. Illa autem: Quis me inquit, o Rex, si tibi paruerim, liberabit ab igne, qui non potest extingui? Sic dixit, & cælum statim intuens: Absit, inquit, o Rex immortalis, ut te negem, qui es solus unigenitus Dei Filius, & credam viro, qui te habuit contemptui, & nos decepit perjurio.*

Non ferens itaque Hebræus libertatem loquendi generosæ feminæ, sed deposita scena & ablata fictione torveque eam & furiose intuens: Audacissima, inquit, mulier, ego ibi jam carnes discerpam ac dilacerabo, & intestina contrectabo: & si quid ex iis fuerit reliquum, id apponam devorandum canibus. Videbo autem, quisnam te sit e meis manibus erepturus, etiam si maxime expectas fore, ut det tibi auxilium Nazarenus. Tunc execrandi tyranni verba non ferens prima filiarum martyris, annum jam agens duodecimum, tyranni oculos consputavit. Qui autem circumsistebant, non zelum, & id quod jure fuerat factum, laudantes, sed tempori servientes ipsam & sororem ense mox conficiunt: & cum ex defluente sanguine manibus plane feri homines accepissent, eum matri offerunt: Rex enim ita jusserat. Illa vero (o fortem & generosum animum!) & lubenter eum gustat; & cum ad cælum sustulisset oculos: Tibi inquit, Christe Domine, hoc meum offero sacrificium, & tibi martyres exhibeo castas virgines, quæ egressæ sunt ex utero meo, cum quibus me quoque connumeratam introduc in tuum thalamum, & (ut dicit divinus David (b) ostende matrem propter filios lætantem. XLV. Martyrium duarum Virginum.

(b) Ps. 112.

Rex autem gravissimo ægritudinis animi stimulo sauciatus, ut qui omnem spem plane abjecisset, in eam fert sententiam, cum hæc dixisset iis qui simul erant: Ejus quidem & filiarum mirati sumus pulchritudinem (verum enim fatebor) multo autem magis victus sum ab earum temperantia & moderatione: Et ideo mihi venit in mentem admirari, ad quantam amentiam processerunt Christiani, ut colant hominem, qui morte periit violenta; & suam ei permittant salutem, qui fuit planus, id est impostor, *& præstigiator, & se Deum temere appellavit.* Hactenus primi diei certamen, quo ostensum est, quantus esset Homeritarum, sive Sabæorum Ecclesiæ ardor, dum infirmiorem sexum exhibens ad conflictum, eumdemque divitiarum & pulchritudinis nexibus implicatum, ipso primo congressu superbum perfidumque Judæum vicit: quo genere XLVI.

PAGIUS

XII. *Psalmodia in Monasterio Agaunensi fuit perpetua.*

interessent, ut habet constitutio ab eo facta. Idem ritus in nonnullis Galliæ Monasteriis obtinuerat, nempe in *Cabilonensi* Sancti Marcelli *Dionysiano* prope Parisios, *Luxoviensi*, *Habendensi* & *Laudunensi* Sanctæ Salabergæ.

De tribus posterioribus Cointius admittit, licet id de duobus prioribus, sicuti & de *Agaunensi* neget. Verum *Salaberga* Lugdunum Clavatum consilio *VValberti* Luxoviensis Abbatis profecta Monasterium brevi tempore inibi construi curavit: *Quo ædificato in eo trecentas adornavit famulas Christi, Chorisque dispositis per turmas, ad instar Agaunensium Monachorum canendi normam disposuit*, ut in Compendio Actorum ejus in Codice Compendiensi legit Menardus. Frustra Cointius contra omnium Codicum fidem loco *Agaunensium*, reponendum dicit, *Luxoviensium*: Neque majori fundamento aliud argumentum deducit a Regula *Tarnatensi*, quam Agaunenses servabant, quæque Hol-

nere hominum nullam gentem infensiorem & infestiorem Christianis Dei Ecclesia est umquam experta; quorum acerbissimo odio in Christianam religionem si æque potentia conjungatur, nihil possit excogitari crudelius, acerbius nihil. Quod & si consideres cum Judaica perfidia conjunctam a Christiana fide apostasiam in Rege impio, magis miraberis sexum fragilem adeo gloriosum de perarduo diroque certamine retulisse triumphum. Sed ad sequentis diei spectaculum accurramus: pergit enim auctor:

XLVII. Arethas cum sociis sistere jussi. *Sequenti autem die cum in loco excelso Rex consedisset, vocavit Aretham cum sociis, qui erant numero trecenti & quadraginta. Qui cum astitissent, magnum intuens Aretham, qui erat affabilis & moderatus & moribus maximam ostendebat virtutem: Cur tanta es, inquit, audacia, o caput execrandum, ut in nostram quidem insurgas potentiam, toti autem civitati & tantæ persuadeas regioni, ut te solum colant tamquam tyrannum, & verbis tuis utantur tamquam legibus nostrarum vero legum nullam ducant & verborum rationem; & execrandum hominem Deum appellent, qui cum sibi auxilium ferre non potuerit, vos eum vobis adhibuistis adjutorem: & nec tuum patrem es imitatus, qui ante imperavit Nagræ, iis autem qui nos præcesserunt, Regibus fuit obedientissimus? Sed nisi mutatus & ad te rediens hanc vanam repuleris opinionem, non te profunda senectus, nec simulatus hic habitus juvabunt: sed tu & omnes tui eadem patiemini, quæ viri & feminæ prius interfecti: quos quantum juverit Mariæ & fabri filius, omnes sciunt.*

XLVIII. Perorat in Regem Arethas. *Senex autem stans cogitabundus, & aperte ostendens se ægre ferre superbiam verborum Regis, cum se sustinuisset, & collegisset spiritum, & ex imo suspirasset: Non es inquit, o Rex, causa eorum quæ dicuntur aut fiunt; sed nostri cives, qui meam contempserunt sententiam, quæ tibi non permittebat ingredi civitatem; contra autem adversum te depugnare incitabat, & cum tuis tam multis millibus manus conferere, ut cum Madianitis (a) olim Gedeon cum paucis; & Christo, qui nunc a te contemnitur, vires addente, & confirmante, te expugnare, demetere, & omnino delere virum impium, fidifragum, & immemorem pactorum conventorum, quibus te civitatem & nos servaturum pollicebaris.*

(a) Jud. 7.

XLIX. *Quidam autem ex iis qui cum Rege considebant, volens ingeniose sancti verba reprehendere, & tempori valde serviens: Sed non inquit, sic vos docet lex Moysi contumelia afficere Christum Domini: dicit enim (b): Principi populi tui non maledices. Porro autem ipsa quoque scripta (c) vestra vobis jubent Regem honorare, seu sit bonus, seu secus. Cui sanctus: Tu autem, inquit, fortasse non audisti, quod ab Acab dictum est (d) Eliæ, cum dixit eum evertere Israel: cui ille sic respondit: Non ego everto, sed tu, & domus patris tui; non usque ad Achab solum sistens contumeliam, sed eos etiam comprehendens, qui erant in ea domo. Quomodo ergo se quispiam in Deum pie gerens, & Regem arguens quod se inique gerat, umquam offenderit ac violaverit legem, qui non est veritus os in cælum ponere, & Creatorem appetere maledictis. Sed (ut video) ejus patientiam & tolerantiam contemnitis, & nos facere similia procuratis.*

(b) Exod. 22. (c) 1. Petr. 2. (d) 3. Reg. 18. Rex impius jure arguitur.

L. *Tu autem Rex, cum sis natura tam injustus, & mala facere paratissimus, & nec sanctus in iis quæ ad Deum pertinent, nec in homines benignus; putas fore, ut illum lateas oculum, quem nihil latet? atqui Regem oportet esse veracem & benignum, ut verbis attrahat benevolentiam eorum qui sunt in sua ditione; rerum autem fine & eventu fidem facere veritatis; & quod se divine gerat gloriam habere: quales ego vidi in Judæa & Æthiopia & ante te Homeritide; quos vera dicentes, & se benigne agentes in subjectos, non, ut tu Rex, pejerantes, sed aliis promissa implentes, quasi ut Deum honorabat populus. Et Deus quidem eorum quæ a te fiunt odio habens improbitatem, te qui in eum fuisti impius & infidelis, mox deponet ab Imperio, idque tradet viro fideli & bono; roborabit, & extollet genus Christianorum, magnamque*

Vaticinium Arethæ martyris.

PAGIUS Holstenii diligentia post Baronii mortem innotuit, in qua de Laude perenni nihil legitur. Nihil etiam, inquit Mabillonius, de ea in Regula S. *Columbani*, nihilque in Regula Sancti *Benedicti* reperire est: & tamen certum, in aliquibus utriusque Sancti Monasteriis eam observatam. Validius hæc Cointii ratio reiici potest ex eo quod ea Regula a discipulo Sancti *Eugendi* Abbatis scripta fuerit ante annum quingentesimum, diu scilicet ante innovationem Agaunensis Monasterii, ut supra diximus. Vivente quidem Sancto *Sigismundo* Rege scriptam fuisse, deducitur ex Vita Sancti Eugendi, ab ejus discipulo scripta, quam his verbis claudit; *Instituta quoque quæ de formatione Monasterii nostri Agaunensis digessimus, desideria vestra tam pro institutionis insignibus, quam pro jubentis auctoritate, Christo opitulante, luculenter explebunt*. Quare cum in Vita Sancti *Eugendi* Tarnatensium Regulæ mentio sit, non dubium, quin longe ante institutam perpetuam Psalmodiam in Monasterio Agaunensi, condita fuerit.

XIII. Idem Cointius existimat, novam illam psallendi formam institutam fuisse anno quingentesimo decimo quinto, ideoque non eo anno *Tarnatense* Cœnobium primitus extructum, sed jugem illam Psalmodiam in illud inductam. At cum Gregorius Turonensis laudatus, diserte affe-

quæ suam efficiet ecclesiam, quam tu igne consumpsisti & humi dejecisti. Ego autem sum beatus, non ob id præsertim quod in hac vita in bona fui æstimatione; sed quia in profunda senectute (jam enim ago nonagesimumquintum annum, videns filios filiorum & filias filiarum) subeo martyrium; & tam magnam & populorum tam frequentem civitatem & totam regionis ipsius gentem Deo offero, qui etiam mei perpetuam conservabunt memoriam, summas illi agentes gratias.

LI. *Ad populum autem conversus, & ad commartyres (erat enim non solum visu jucundissimus, sed etiam in concionibus ad populum facundissimus) sic dixit: Viri cives & amici & cognati, & quicumque propter consuetudinem & rerum communionem ad nos attinetis, quæ patriæ quidem & nobis civibus evenerunt, cum non pridem consideraverimus; neque scrutati fuerimus id quod erat futurum, sed fallaci homini, qui nos fraude studebat capere, crediderimus; ipsa novimus experientia, ut cum iis qui foris erant, molestiarum fuerimus participes. Quæ vero in Deum linguam movens locutus est hic superbus, ipsi auribus audistis. Quod autem ad Christi Dei provocet negationem, testantur quidem eorum qui præcesserunt plurimæ & omne genus cædes: testantur autem hæc quoque vincula, quæ pro pietate nobis sunt imposita. Et fuisset quidem sapientium, non esse timidos & vitæ nimis cupidos, neque huic callido & improbo veteratori credere, fidem adhibentes iusjurando, quod est promptissimum malorum artificium; sed bellum adversus ipsum suscipere, & Deo pugnam nobiscum capessente, ulcisci hunc impium.*

LII. *Cum autem res nostræ ad eam adductæ sint necessitatem, ut vel tyranno parentes, & nos impie gerentes, vitam agamus miseram; vel non parentes, & pietatem exercentes, beatum finem adipiscamur: studeamus immortalem gloriam consequi per martyrium. Nec me existimet aliquis tamquam jam senem & plenum dierum finem cupere, & ideo alios ad mortem incitare: sed consideret unusquisque vestrum, mortem esse commune debitum & juveni & seni, & esse inevitabilem corporis dissolutionem. Itaque non expectetur finis communis, qui & sua sponte venit; sed studeat quilibet, ut sit quam fieri poterit gloriosus & beatus. Quidnam autem dixerit quispiam martyrio gloriosius, aut quæstuosius, aut piis omnibus beatius? Ego enim, si fieri posset, propter Christum mori sæpe & ipse eligerem, & aliis consulerem; sicque esset & major gloria & lucrum longe copiosius: sed cum hoc haberi non possit a natura; quod vel invitis nobis ipsa ex se facit, præripiamus cum gloria: & id tamquam proprium constituentes, astute fallamus necessitatem.*

Nullus nostrum, o fratres, sit adeo vitæ cupidus & adeo pusilli & abjecti animi, ut pro brevi & misera vita perdat æternitatem, & quæ numquam solvitur beatitudinem. Communi omnium inimico e nobis haud detur pars aliqua; ne cum unum fuerit suffuratus, glorietur perversus, tamquam qui omnes ceperit. Sed qui est quidem talis, procul sit a choro martyrum, neque sit falso nominis particeps. Si quis enim te, Christe & Verbum Dei, negaverit hujus vitæ desiderio; ab ipsa excidat, & dehiscens eum terra devoret. Si quis autem ex mea cognatione aut familiaritate desiderio bonorum præsentium, te relicto Creatore, sequatur hunc Regem interitui obnoxium & impium; ne ei detur, o Rex Christe, hic frui iis quæ videntur jucunda & delectabilia, & tradatur iis quæ sunt illic tormentis. LIII.

Contestatur suos Arethas.

Hæc dixit; & statim multitudo calidas effundens lacrymas: Esto bono animo, conclamavit: Nemo enim te deseret: nam tui (ut vides) desiderio omnes vel ante te mori properamus, & præripere hunc beatum finem & desiderabilem. Ille autem ad hæc: Ego, ait omnibus, ego vos omnes præcedam, & ero vobis in Deo certus viæ dux. Ut vos mihi primas conceditis in omnibus, ita mihi concedite, ut primus ad Christum accedam. Verum enim vero hoc vobis ultimum do mandatum: si quis meorum filiorum, aut eorum qui genere ad me attinent, relictus fuerit permanens in hoc puro cultu Christianorum; sit hæres mearum facultatum. Porro autem LIV.

PAGIUS

Regula Tarnatensis antiquior Psalmodia perpetua in eo Monasterio.

afferat, *Psallentium* illud perpetuum post occisum a Sigismundo Rege *Sigericum* filium cœptum esse, idemque legatur in Vita hujus sancti Regis ab Henschenio ad diem primam mensis Maii, quo colitur, relata, ea canendi ratio Angelicæ Doxologiæ, quam humanæ similior, hoc vel sequenti anno primum usurpata. Cum vero in conventu Episcoporum Agauni habito, de quo mentio in charta Tomo IV. Concil. pag. 1557. recitata, dicatur, Sigismundum *sub die pridie Kal. Maii* in illum Conventum venisse, *Hymnemondum* constituisse Abbatem, corpora Sancti *Mauritii* & sociorum aptissimo in loco condidisse, *Psallentium* instituisse, Monasterium dotasse, apparet gesta hæc esse anno sequenti, quo ultimus mensis Aprilis dies in Dominicam incidit, & ante eum annum Monasterium illud a Monachis non fuisse habitatum, sed a mulieribus & sæcularibus familiis, ut dicitur in antiqua Historia Abbatum Agaunensium, cujus fragmentum refert Bollandus ad diem XI. mensis Februarii in Vita Sancti Severini Abbatis Agaunensis. In eadem Historia legitur: *Psallendi interim vel subsistendi Regula instituta Sancto Hymnemondo a cœtu Episcoporum, qui illuc ad constituendum Monasterium venerant, traditur.* Quæ optime conveniunt cum iis, quæ in Actis Conventus laudati dicuntur. An-

tem tres illas ex eis quæ mihi restant possessiones pulcherrimas volo tribui Catholicæ ecclesiæ quæ est ædificanda, quas etiam jam consecro. Ista ipse omnia prænoscens ventura, divino afflatus Spiritu instar Patriarcharum antiquorum, est prælocutus martyrii candidatus Arethas. Subdit auctor:

LV. *Hæc cum dixisset, & populo benedixisset, &, Sit tibi gloria o Domine propter omnia, subjunxisset, conversus dicit Regi: Laudo te, o Rex, quod usus sis patientia, & non confuderis aut interruperis meam orationem, ut mos fuit olim Regibus. Quoniam ergo nosti nostrum scopum & institutum, nempe quod fieri non potest, ut Christi cultu relicto, nos tibi assentiamur; fac quod superest, tempus non terens diutius. Cum sciret ergo Rex mentem eorum esse immutabilem, nec fieri posse ut eos ad suam traducat sententiam, jussit eos duci ad quemdam torrentem, qui vocatur Odias, & ipsis illic amputari capita.*

Sententia in Aretham & socios.

LVI. *Ad quem cum venissent, & se prompto & alacri animo ad preces convertissent: Domine, Domine (a), dixerunt, virtus salutis nostræ, obumbrasti super caput nostrum in die belli. Nunc quoque deduc nos in vitam æternam; quoniam nihil ex omnibus nobis pluris fuit, quam tui dilectio, non patria, non genus, non divitiæ; sed omnia propter te perdidimus, etiam ipsam vitam, & tamquam occisionis (b) oves sumus reputati. Et nunc te supplices rogamus, fiat ultio (c) sanguinis, servorum tuorum, qui fuerit effusus. Extolle manus tuas super istorum superbiam. Suscipe ac defende illorum filios, qui pro te moriuntur. Corrobora civitatem, quæ gloriatur tuo pretioso sanguine & cruce & passionibus. Vides quemadmodum eam tui effecerunt inimici: attonderunt ejus ornamentum: profanaverunt sanctuarium tuum: templum sanctum tuum exusserunt; quod tibi placeat ut rursus extollatur & roboretur, dando sceptra Regibus Christianis.* Hæc & alia illi precati, jugulum singuli obtulerunt, primusque omnium coronam martyrii Arethas est consecutus. Subdit vero auctor hæc de admirando feminæ Christianæ certamine.

(a) Ps. 19. (b) Ps. 41. (c) Ps. 48.

LVII. *Quædam autem mulier habens puerum prætercurrentem non plus quam quinque annos natum, cum videret ea quæ fiebant, & ad similem accensa esset æmulationem; citissime accurrens, cum ipsa quoque accepisset martyrum sanguinem, se illo unxit & filium. Deinde ipsum Regem ludificabatur, eum vocans tyrannum, & quam maxima poterat voce dicens: Erit Hebræorum Regi sicut Pharaoni. Illius vero satellites, iis quæ dicebantur, auditis, comprehensam statim mulierem ducunt ad ipsum Regem, & maledicta, quibus ipsum acerbe appetebat, renunciant cum magna accensione. Ille autem cum nec ei fecisset dicendi potestatem, nec eam quidem interrogasset, eam condemnat, ut igne moreretur.*

Mira libertas feminæ Christianæ.

LVIII. *Statim ergo fuit congregata materia, & ignis ei subjectus, & flamma se in altum sustulit, sulphure, pice, & sarmentis nutrita: deinde etiam fuit alligata mulier, & eam lictorum manus complectebantur, ut cum fuisset eis onus portatu facile, sic in mediam flammam recta conjiceretur. Puer autem, qui solus remanserat, dolebat, indignabatur, ægre ferebat, non secus ac recens nati pulli, non ferens matris absentiam. Porro autem in gyrum vertens oculos, & amicissima lingua matrem requirens, videt Regem sedentem in excelso, & ad ipsum accurrit oculos habens plenos lacrymis, deinde se provolvit ad ejus pedes pro matre rogans, ut poterat. Ille autem eo accepto, & genibus imposito (erat enim puer scitus & elegans, & qui ut puer suaviter balbutiebat) rogabat cum quo mallet versari, & quem magis diligeret. Ille autem matrem dicebat, matrem; & eam deflebat assidue: Propter eam autem, inquit, veni, & rogo, o Rex, eam solvi, ut me quoque assumat ad martyrium. Illa autem me sæpe ad hoc hortata est.*

Pueri Christiani supra ætatem consilium.

LIX. *Attendens autem Rex ad verba pueri: Quid est autem hoc, inquit, quod dicis, martyrium? O quæ etiam infantes sapientes reddit tua, Domine, gratia! Pro Christo, inquit, mori, & rursum vivere. Sed quis est hic Christus? rursum dicit Rex. Puer autem: Veni huc, inquit, ad ecclesiam, & eum tibi ostendam.* Ad aliquam sacram imaginem Salvatoris, ex mo-

Rex frustra blanditur puero Christiano.

PAGIUS XIV. *Institutio Agaunensis Synodo confirmata.*

Anno itaque insequenti pridie Idus Maii celebratum Agauni Concilium, cujus mentio in charta Donationis illius Monasterii mox memorata, in quo *Sigismundus* Episcopos alloquens ait: *Ad hoc vos adunavi, ut mœrentem me consolemini, & quid agam, vel respuam addiscatis.* Quibus verbis mœrorem ex morte *Sigerici* filii conceptum indicat. Eam chartam commentitiam esse contendit Cointius laudatus quod in ea sermo fit de Psalmodia perpetua in Monasterium Agaunense tunc primum inducta, aitque ejus falsitatem ostendere notam cum loci, tum temporis. Nam in ea dicitur, Sigismundum, *sub die pridie Kal. Maii Agauni publice* exorsum esse dicere, &c. finis vero talis est: *data sub die Idus Maii in Virorum cætu prope Agauno Monasterio feliciter.* Verum alio loco, alioque die Conventus habitus, alioque die ac loco charta fundationis a tribus Episcopis & octo Laicis, qui dimisso cœtu cum Rege remanserant, subscripta. Præterea dicit Cointius, bis ea in charta scribi adfuisse LX. Episcopos totidemque Comites; cum tamen in toto *Sigismundi* Regno essent tantum Sedes Episcopales septem ac viginti. At

more, in ecclesia pingi solitam puer alludens, ita quidem cum esset parvulus, loquebatur ut parvulus. Sed quid post? *Interim autem cum matrem aspexisset, flens dixit: Sine, Sine me venire ad matrem: video enim eam trahi & male affici a lictoribus. Rex autem: Cur, inquit, huc venisti, matre relicta? Sed sis hic nobiscum, & dabo tibi quoslibet fructus pulcherrimos. Hoc ille quidem dixit, tanquam cum simplici puero, atque adeo puero se loqui existimans. Ille vero longe supra ætatem prudentia præditus plane renuebat, dicens: Non hic manebo; matrem desidero: nam arbitratus te esse Christianum, veni pro ea rogaturus; cum Judæum autem invenerim, tecum nec volo quidem versari, neque sustineo omnino a te aliquid accipere. Hoc autem solum mihi concede, o Rex, ut ad matrem revertar.*

LX. Contemnit æque Reginam puer.

Regem stupore affecit pueri sapientia. Quidam autem ex iis qui circumstabant, excogitantes aliquid sapientis, censebant ut infans adduceretur ad Reginam, sic teneram ætatem conantes allicere; nam cum Rege quidem consuetudinem existimabant esse puero insolitam, ut virilem & asperiorem: quod si audierit Reginam & mulierem, prompto & alacri animo eam secuturum, ut qui apud matrem blande educaretur, & molliori delectaretur consuetudine. Verum rursus pueri intelligentia superavit illorum calliditatem; nec eis quidem omnino ad hæc dabat responsum, sed vehementer solum vocabat matrem, & in eam cum animo totos defigebat obtutus.

LXI. Puer provocat iram regis, & currit in ignem.

Cum eam autem vidisset inici in ignem, vehementius inflammatus visceribus, audet statim puer aliquid fortius: & cum stetisset ad genua tyranni Dunaan, se inclinans, acriter ipsum Regem mordet in femore. Ille autem simulatque sensisset morsum, & fuisset conturbatus, eum repente abiicit, & eum tradit cuidam ex Senatu, ut ab illo aleretur maxime Judaice, & abjuraret Christianismum. Et ille quidem abibat, accepto puero, admirans ea quæ facta fuerant, & simul etiam narrans aliis. Interim autem puer, eo nesciente, cursu contendit ad matrem, & insiliit ad mediam fornacem, matremque (ut ei videbatur) amplexus & pulcherrimum bustum se ipsum ei tradens; fit cum ipsa hæres coronæ martyrii. Ita plane (quod scriptum est *a*) *ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, ut destruas inimicum & ultorem. Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia.* Parum fuit vinci a feminis superbissimum tyrannum, & ab ætate decrepita superari, nisi & a puero hostis immanissimus sterneretur. Tales esse solent Christianæ religionis de perfidia prostrata triumphi, ut vincat humilitate superbus & superet infirmitatem potentes. Sed pergit auctor:

(a) Psal. 8.

LXII. Rex parcit reliquis civibus.

Cum hæc sic fierent, patientium Christianorum moti misericordia ii qui erant circa Regem & ipse Senatus, rogabant, ut cæteros relaxaret, & non penitus perderet tam magnam civitatem & populo tam frequentem, quæ quotannis magna pendebat vectigalia. Postquam autem hac in re annuit dura illa anima & Pharaonica, crudelemque vicit avaritia; quid facit? Cum hujus civitatis, & totius regionis juvenes tam masculos, quam feminas redegisset in servitutem, quorum erant multa millia, & alios quidem ipse retinuisset, alios autem tradidisset quibus voluit; reversus est in Regiam, libera civitate effecta serva, quæ dedicata erat soli Trinitati: quam ipse Christus redemit proprio sanguine, & quæ ei obtulit tantam martyrum multitudinem, eorum victorias & certamina præclara prædicans orbi terræ. Et hæc quidem ita se habebant. Hactenus de martyribus suo splendore in Oriente & Occidente universæ Ecclesiæ elucentibus: non enim eos Homeritæ vel Æthiopes tantummodo coluerunt, sed & Græci omnes, pariterque Latini, qui, diversis licet diebus eorumdem admirabilem martyrum annis singulis certamina publicæ in Ecclesia ex sacris tabulis legunt. Tanto ergo Orientalium Occidentaliumque consensu celebrari martyres meruerunt, qui licet in remotis adeo regionibus passi sint, unius tamen corporis Catholicæ nimirum Ecclesiæ calore fidei proxima capiti membra erant. At quid post hæc perfidus apostata egerit, au-

PAGIUS XV. *Interfuerunt huic Synodo Episcopi IX. totidemque Comites.*

At Librarios in numeris describendis sæpe errare, innumera exempla demonstrant. Scriptum erat IX. & Librarius posuit LX. Sic Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 28. observavit, in præcepto *Odonis* Francorum Regis pro Cœnobio Sancti Germani apud Autisiodorum, pro *anno Regni II.* legi *anno Regni LI.* & in Chartario Sancti Theodorici prope Rhemos, Caroli Simplicis Francorum Regis Diploma datum dici *anno XXX. regnante Domino Carolo, & redintegrante XXV. largiore vero hæreditate indepta XL.* Ubi XL. pro XI. habetur pro eo quod in Autographo Littera I. instar Litteræ, L oblongæ expressa erat. Immo ipsemet Cointius anno DXXXI. num. I. ubi Gregorius Turonensis lib. 3. cap. 10. narrat, *Childebertum* Francorum Regem redeuntem ex Hispania detulisse inter alia sexaginta calices, observat Aimoinum lib. 1. cap. 8. habere novem, & errorem manare potuisse a Librariis *propter affinitatem* inquit, *numerorum LX. & IX.* Hujus Conventus Agauni habiti meminit in Chronico Fredegarius, qui loquens de fundatione Monasterii *Sancti Marcelli* in Suburbano Cabilonensi a Guntramno Francorum Rege facta, ait, *Synodum XL. Episcoporum fieri præcepit, & ad instar institutionis Monasterii SS. Agaunensium (quod temporibus Sigismundi Regis ab Avito & cæteris Episcopis, ipso Principe jubente fuerat confirmatum) hujus Synodi conjunctione Monasterii Sancti*

audi: sed prius quæ acciderint in cælo prodigia ad incutiendum terrorem crudeli barbaro, accipe:

LXIII. Prodigia perterrent Hebræorum ducem. *Revertente autem Hebræo, apparuit ignis aliquot diebus tota nocte implens aerem, qui ipsum Dunaan & ejus terrebat exercitum, & coniiciendam præbebat Dei iram adversus impios. Deinde ignis quoque desuper, qui erat perfecta plaga, pluit in terram. Sed nec sic quidem potuit corrigi sceleratus, neque flecti sub potenti manu Dei. Tanto autem furore erat accensus adversus Christianos, ut etiam ad Regem Persarum miserit legationem, & rogaverit ut ipse quoque faceret similia; & omnes qui in sua ditione inveniebantur, Christianos perderet funditus: si vellet, inquiens, Solem habere propitium, & ejus patrem (sicut ille nugabatur) esse Deum Hebræorum. Scripsit etiam ad Alamundarum Ducem Sarracenorum, qui erant sub Persis, promittens etiam se ei daturum pecunias, si moveret persecutionem adversus Christianos qui sunt ei subjecti. Sed ille quidem adeo erat infestus Christianis, & sic faciebat.* Hæc autem de Alamundaro cum audis, memoria repete sub Anastasio Imperatore superius esse dictum, ejusdem nominis Regem Sarracenorum ad fidem Christianam conversum, baptizatum esse; hunc vero alium ab illo fuisse, dicendum videtur: etenim Sarracenorum alii erant Romano Imperatori obtemperantes, alii hostes, ut quæ dicentur, ostendent. Sed prosequamur reliqua:

LXIV. Legationes ad Sarracenos. *Justitia autem nequaquam cessavit implere suas partes in his quæ fiebant. Justinus enim Imperator, cum sic ei visum esset, hortatus est Alamundarum, ut fœdera pacis iniret cum Sarracenis Romanorum vectigalibus. Et missus est Abrahamius vir pius & presbyter, qui hac fungeretur legatione. Aderant autem illic quoque a Rege Persarum cum alii quidam, tum Isacius quoque presbyter, qui præerat Christianis Orthodoxis qui in Perside erant: aderat autem Silas quoque Episcopus Nestorianorum cum quibusdam aliis, partim quidem pro Hebræo fungens legatione, partim vero volens convenire Orthodoxos, & disputare adversus recta dogmata.*

LXV. Nestoriani Judæis affines. *Cum autem coram dictis legatis legerentur litteræ Regis Homeritarum, & Silas assentiretur scopo ejus qui scripserat, & diceret Christum solum esse hominem, & non Deum: Quomodo enim, inquiens, qui nascitur ex muliere, & componitur ex eo qui est in ipsa sanguine, & involvitur fasciis, & paulatim accipit incrementum, deinde etiam laborat & sitit, tandem ad crucem agitur & moritur, Deus esse dicitur, ut citra rationem Abrahamio videtur & Isacio? Hæc cum sic dicerentur, ii viri pii non ferentes diutius Deum affici contumelia, scissis suis vestibus, eos vocabant hæreticos, & magno animo eos expellebant ab Ecclesia Catholica, Nestorium eorum magistrum damnantes, ut qui talia seminasset zizania: deinde fusius etiam persequebantur ea quæ pertinebant ad divinæ carnis susceptæ dispensationem; ipsique Orthodoxa divinorum Apostolorum & Patrum sequentes dogmata, Deum perfectum & hominem perfectum confitebantur Christum, in una hypostasi duas naturas conjungentes citra confusionem. Atque cum sic quidem Silas a scopo excidisset, inanibus (ut dicitur) manibus est reversus, & sic vana spe est delusus.*

Abrahamius autem ipso quoque fœdere inito cum Alamundaro, salutatoque Isacio in Persidem revertente, rediit & ipse, atque omnia exposuit Justino Imperatori, & præsertim quæ a Rege Homeritarum facta & scripta sunt contra Christianos. Ille autem sine mora scripsit ad Asterium Alexandriæ Episcopum, ut incitaret Regem Æthiopum ad movendum arma adversus Homeritas: eadem quoque ipse Regem Æthiopum per litteras nunciavit, eumque docuit quemadmodum delevisset Hebræus omnes Christianos qui erant in sua potestate, & quemadmodum Nagran civitatem populo frequentissimam fecisset inhabitabilem, omnibus puberibus partim quidem interfectis, partim autem redactis in servitutem: quod Regem etiam Persarum & Alamundarum idem ille incitasset, ut facerent similia: postremum adjecit fore, nisi ipse exurgeret in ultionem, ut Deus evestigio ei irasceretur. Et hæc quidem Imperator Justinus. Ipse quoque Patriarcha Alexandrinus posteaquam cum monachis Orthodoxis, qui erant in Nitria & Scete, multas Deo fudit supplicationes, Regi illi ea significavit, quæ pio videbantur Justino. At de his modo hactenus: quæ autem ibidem habentur de bello a Rege Æthiopum adversus Dunaan susceptο, & insigni victoria a Deo obtenta, quoniam ea omnia anno sequenti contigisse narrantur, suo loco de iis dicturi sumus. — LXVI. Justinus scribit ad regem Æthiopum Christianum.

Quin-

PAGIUS *cti Marcelli Guntramnus institutionem firmandam curavit.* Loquitur Fredegarius de Synodo Matisconensi II. a XLII. Episcopis subscripta. *Agaunensis* Privilegii diserte meminit Marculfus lib. I. cap. I. frustraque respondet Cointius anno DCLII. num. XLI. respexisse *Marculfum* ad aliud Agaunense Privilegium, quod excidit & Cabilonense sancitum esse in Synodo Valentina, quæ paucis mensibus Matisconensem antecessit. Mitto alias ejus conjecturas, utpote leviores.

JESU CHRISTI ANNUS 523.	HORMISDÆ PAP. ANNUS 10.	JUSTINI IMP. 6. THEODOR. REG. 31.

I. Consulatus Maximi. QUingentesimus vigesimustertius Redemptoris annus uno tantum consignatus Consule Maximo reperitur, quem Roma dedit, & (ut testatur Marcellinus) sine collega: errore autem ab aliquo conjungi Maximo collegam Olybrium, inferius dicemus. Porro qui fuit Maximus creatus in Occidente, æmulus gloriæ Justiniani Consulis in Oriente, & ipse sumptuosa (ut ille ante annum superiorem) exhibuit in suo Consulatu munera; quæ tamen sordida reddidit, dum præmia consueta certantibus & muneraris persolvere detrectavit; cujus rei causa ab illis Theodorico Regi oblati sunt adversus eum querelarum libelli: qui rei indignitate commotus, ad eumdem Maximum Consulem epistolam dedit, cujus est exordium (a): *Si Consularem munificentiam provocant*, &c. ubi plurima in detestationem ejusmodi cruentorum spectaculorum, cum certamen initur cum bestiis, habet: quæ tamen ex prava inolita consuetudine iisdem necessaria visa sunt. Nam audi quid idem Theodoricus in fine epistolæ dicat: (a) *Apud Cassiod. Var. l. 5. ep. 42.*

Ann. Ecc. Tom. IX. S s *Sed*

PAGIUS

SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLXI. A. C. 523.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6016.

☉ 28. A. ☽ 11. P. 16. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 523.

JOANNIS PAPÆ 1.

JUSTINI IMP. 6.

THEODORICI REG. 31. & 13.

I. [1] FL. *Anicius Maximus* absque collega Consulatum in Occidente gessit, ut habent Fasti omnes. De *Maximi* Consulatu Cassiodorus lib. 5. Epist. 42. Is in inscriptione quam mox referam, dicitur *Flavius*, & in lib. 5. Variar. Cassiodori Epist. 42. est Theodorici Regis ad *Maximum Consulem*, qui in Epist. XI. & XII. libri X. ex Aniciorum Familia asseritur. *Justini* Imperatoris *Quinquennalia* in hunc annum incidunt. *Quinquennalia Justini.*

A num.

NOTÆ [1] C*Oss. Fl. Anicius Maximus sine collega.*

Fragmentum veteris lapidis, effossi Romæ A. D. 1606. in basilica Vaticana, & a Donio exscripti; nunc inter Donianas Inscript. cl. XX. n. 63. pag. 537.

✠ FL. MAXIMO. V. C. CON....
CONCESSVM. LOCVM. PETRO....
ROME. ET. TRIBVNO. VOLVP....
ET. CONIVGI. EIVS. IOHANN....
PAPA. HORMISDA ET TRANSM....
DVS. PRAEPOSIT. BASC. BEATI. PE....

Habetur eadem inscriptio apud Fleetwod in Sylloge pag. 402. Sed inemendata. Lapis Christianus in ædibus Capponiis, Romæ:

.... CITIENIA
.... AFELICIA
.... NNVS P LVS
.... MAXIMO VC CON.

P. C. *Symmachi*, & *Boetii* habet lapis Augustæ Prætoriæ, apud Muratorium pag. CDXIX.

I. OBIIT IN XPO
III. NON. FEBR. P.C
SEMMACHI ET BOITHIW. CC.

Sponius in Miscellan. pag. 283. ex testamento in papyro, Ravennæ exarato: *Tibi* ..... *simo adque Apostolico viro Ecclesio suprascripta urbis Episcopo* &c. II. *Iduum Novembrium Maximo* VI. *consule.* Perperam Sponius hoc testamentum tertio Ecclesiæ sæculo conditum fuisse scribit. Nam mentio fit *Ecclesii* Episcopi Ravennatis, qui floruit ab. A. D. 524. ad 534. Perperam etiam legit VI. pro V. C. scilicet *viro clarissimo*.

Victor & Marcellinus: *Maximo* V. C. Cos.

Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Maximo*.

Epitaphium detectum A. D. 1734. in veterrimo pavimento basilicæ Metropolitanæ Ravennatis

DEPOSITV.. EST SVB. D. NON. DECEMB.
MAXIMO. V. C. CONS. IND. SE.

idest Indictione secunda, a Kal. Sept. inchoata. GEORGIUS

II. Venatio ferarum in theatro detestabilis. *Sed vos, quibus necesse est talia populo exhibere, largitate manus fundite præmia, & hæc miseris faciatis esse votiva. Alioqui violenta compulsio est, solemnia dona subtrahere, & mortes detestabiles imperare. Et ideo quicquid in longam consuetudinem antiqua liberalitate pervenit, sine aliqua dilatione concedite supplicanti; quia homicidii reatus est, illis esse tenacem, quos editio vestra invitavit ad mortem. Heu mundi error dolendus! Si esset ullus æquitatis intuitus, tantæ divitiæ pro vita mortalium deberent dari, quantæ in morte hominum videntur effundi.* Hæc Rex barbarus, & alia plura superius in odium hujuscemodi Romanorum spectaculorum: ut non adeo mirum sit ipsum humanioribus compositum moribus summa pace atque felicitate in hanc diem regnum ad tricennalia propagasse. Ita plane quamdiu æquitati studens, & de Ecclesia Romana bene mereri sollicitus, ejusdem libertati atque securitati prospexit; omnia ipsi cessere dextera: cum vero adversus Petram insaniens certamen iniit, & innitentem super eam Romanum Pontificem lacessivit (o miraculum!) protinus pessumivit, atque confractus periit. Jam vero narrationem rerum Ecclesiasticarum anni hujus aggrediamur.

III. Obitus Hormis. Papæ. Hoc itaque anno, octavo Idus Augusti, Hormisda Papa cum sedisset annos novem & dies decem, perfunctus quam honestissime munere Pontificio, ex hac vita migravit, desiderium sui relinquens bonis omnibus: utpote qui inter immensos sæculi fluctus tempore impii Anastasii Imperatoris Ecclesiam regens, clavumque regiminis summa constantia moderatus, latentia vitavit scopula hæreticorum, undasque humanæ potentiæ medium findens & calcans, ad optatum pacis portum Ecclesiæ navim sub Justino Imp. perduxit; præscribensque jura Principibus docuit, parere debere in his quæ sunt ad Deum Sacerdotibus Reges, non Principibus sacerdotes. Gaudent, exultant, glorianturque tanto concive nobiles populi Frusinates: verum non ipsi tantum memoriam ejus dignis officiis prosequuntur, sed universa Catholica Ecclesia in Occidente celebritatibus annuis ejusdem diem natalem frequentat octavo Idus Augusti.

Antequam autem reliqua ejus affigamus monumenta sepulcro, ambiguitas illa solvenda est de obitus tempore. Nam si consulas Anastasium, ipsum secum pugnantem invenies, dum de ipso agens suæ narrationis exordio, vixisse usque ad superiorem annum Consulatus Symmachi atque Boetii tradit: in fine autem ejus obitum & sepulturam collocat sub Consulatu Maximi, qui contigit anno præsenti. Sed & cum ejus successoris Joannis ingressum æque ponit sub Maximi Consulatu, magis firmat sententiam illam, hoc anno & non superiori Hormisdam dicta die esse defunctum. Rursus huic sententiæ Græci etiam astipulantur, Marcellinus enim Comes, qui his ferme diebus Chronicon scribebat, pariter sub Maximi Consulatu refert ingressum Joannis Hormisdæ successoris in Pontificatum. Sed alia pleraque eidem consentiunt veritati, ut rerum gestarum ordo annis singulis usque ad ipsius Joannis obitum declarabit: ita ut nulla possit de tempore Hormisdæ sedis ambiguitas remanere. Licet autem ab ipso Anastasio sedi ejus tribuantur anni octo & dies decem; Indices tamen Vaticani habent annos novem & dies decem & septem: verum quod ad dies pertinet, post novennium nonnisi decem numerari contigit. Hæc quoad obitus tempus satis. IV. De tempore obitus controversia.

Jam

PAGIUS II. *Moritur Hormisda PP.* A num. III. ad XI. Anastasius in Hormisda ait, eum sedisse *annos VIII. dies XVII. & fuisse a Consulatu Senatoris, usque ad Consulatum Symmachi & Boethii*. Verum error in numeros irrepsit, [1] & *Hormisda* usque ad Consulatum Maximi, ut recte notavit Baronius, vitam prorogavit. Deducit id Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 21. ex inscriptione in Vaticano reperta, & ab Aringo Romæ Subterraneæ lib. 2. cap. 10. publicata, qua Maximo Consule Hormisda Joanni cuidam uxori & marito facultatem concedit, inquit Doctissimus Cardinalis, ut in Basilica S. Petri possint sepeliri.

FL. MAXIMO V C CON....
CONCESSUM LOCUM
PE.... ROME EX TRB.
VOLUP... ET CONJUGI
EJUS JOHAN...: PAPA
HORMISDA ET TRA...
PRAPST. BASC BEATI
PETRI ......

Verum duo sunt, quæ in dubium revocari non posse videntur. Primum in Monumentis publicis, præsertimque in donatione marito & conjugi indivisim facta, prius mariti nomen, quam conjugis scribi debuisse; Et secundo munera ac

NOTÆ [1] Duplex quidem in Textum Anastasii error intercessit; prior in annis sedis, ut pro *VIII.* legendum sit *VIIII.* Error etiam alter fuit Librariorum non Anastasii, cujus forte Textus habuit P. C. Symmachi, & Boethii. Ita enim interdum apud Latinos notari hunc annum constat ex Inscriptione allata in Histor. Academ. Reg. Inscript. & Amœn. Liter. t. 4. p. 370. edit. Amstelod. MANSI

V. Digna Hormiſdæ memoria.

Jam vero quæ reliqua ſunt rerum ab eo geſtarum his tamquam corollarium apponamus, nempe ea, quæ quoto potiſſimum anno fieri contigerunt, haud ſatis conſtare poſſunt. Quamobrem cætera alia ejuſdem Hormiſdæ egregia facta, quæ haud certorum annorum poſſunt limitibus claudi, hic ad finem ex Anaſtaſio referenda ex more duximus: quibus oſtenditur non ſolum ipſi adverſus Eutychianos & alios ſuperius recenſitos hæreticos fuiſſe pugnandum; ſed etiam adverſus Manichæos non leve iniiſſe certamen: de quo hæc in primis Anaſtaſius: *Hic compoſuit clerum, & pſalmis erudivit. Hic fecit baſilicam in territorio Albanenſi in poſſeſſione Meſontis.* Et poſt multa, quæ ſuis locis ſuperius dicta ſunt, iſta ſubiicit de repertis & condemnatis ab ipſo hæreticis Manichæis: *Hic invenit Manichæos, quos etiam diſcuſſos cum examinatione plagarum, exilio deportavit: quorum codices ante fores baſilicæ Conſtantinianæ incendio concremavit.* Magnæ ceſſit laudi Romanis Pontificibus ſuper univerſum gregem vigilantibus: inſidiantes clanculo lupos inveniſſe: nam eos prodidiſſe, perdidiſſe fuit.

Inquirere Hæreticos Romanorum eſſe Pont.

Quod igitur iiſdem excubias totius Orbis gregis agentibus in hoc ipſum potiſſimum invigilandum eſſet, hinc videas in ipſis Vitis Romanorum Pontificum non taceri, ſed ut nobilem cunctis ſpectandum proponi tititulum, cum contigit ab eis eſſe inventos hæreticos: ut ſuperius factum vidimus.

VI. Eccleſiaſtica animadverſio per flagella.

Sed obſervatione dignum, quod audis inventos ab Hormiſda Manichæos diſcuſſos cum examinatione plagarum in exilium deportari juſſos. Habes Eccleſiaſtici judicii praxim, nempe hujuſcemodi feras beſtias latibulis primum eductas, deinde diſcuti atque flagellis ſubiici ad extorquendam veritatem. At non ad eruendam veritatem tantum, ſed & in pœnam etiam conſueviſſe Epiſcopos adhibere flagella, apud ſanctum Gregorium eſt ſæpius invenire. Habet enim hæc de puniendo ſubdiacono calumniatore Gregorius ſcribens his verbis ad Anthemium: (a) *Quia ergo tantæ nequitiæ malum ſine digna non debet ultione tranſire ſupraſcriptum fratrem Paſchaſium Epiſcopum volumus admoneri, ut eumdem Hilarium prius ſubdiaconatus, quo indignus fungitur, privet officio, atque verberibus publice caſtigatum faciat in exilium deportari, ut unius pœna multorum poſſit eſſe correctio.* At licet Epiſcopis conceſſa eſſet ejuſmodi per flagella animadverſio, præſidebat tamen cunctis æquus arbiter ipſe Romanus Pontifex, ne quis crudeliter nimis eadem infligi juberet. Hinc accidit, ut idem Gregorius Papa (b) Andream Ferentini Epiſcopum duorum menſium ſpatio ſuſpenderit a celebratione Miſſarum, quod feminam quamdam dire admodum fuſtibus caſtigari præcepiſſet. Sed & Abbatibus conceſſam fuiſſe virgarum animadverſionem, certum eſt (c). Subdit vero Anaſtaſius:

(a) Greg. l. 9. ep. 66. vet. edit.

(b) Greg. l. 2. ep. 44. & 45. vet. edit.

(c) Pallad. in Lauſiac. c. 8. Greg. dial. l. 2. c. 4. Bernad. ep. 102.

VII. Munera Juſtini Imp. ſub Hormiſda ad Rom. Eccleſiam.

*Sub hujus Epiſcopatu multa vaſa aurea vel argentea venerunt de Græcia, & Evangelia cum tabulis aureis & donis pretioſis penſantibus libras quindecim: Patena aurea cum hyacinthis, quæ penſat libras quindecim: Patenæ argenteæ duæ penſantes ſingulæ libras vigintiquinque: Scyphus aureus cum gemmis penſans libras octo: Scyphi argentei deaurati penſantes ſinguli libras quinque * Gabatha electrina penſantia libras duas: Thecæ cereæ aureæ penſantes libras ſex: Palliolum olophorum *, blatheum * cum tabulis auro textis de chlamyde vel ſtola Imperiali: Subcinctorium ſuper Confeſſionem B. Petri Apoſtoli: hæc omnia a Juſtino Orthodoxo votorum gratia oblata ſunt.*

* quindecim.

* oloſericum.

* blaterum.

VIII. Sed & quod mirandum fuit, etiam hoſtis Catholicæ fidei Rex Italiæ Theodoricus munus obtulit Rege dignum baſilicæ Vaticanæ: munus dixerim, non oblationem: ſolent enim oblationes tantummodo eſſe Fidelium Orthodoxorum, quæ ſolemni ritu in eccleſiam inferri conſueverunt & recipi; munera vero, quæ nulla habita diſtinctione donantis, in eccleſiam tamquam in Gazophylacium inferrentur. Sed audi Anaſtaſium: *Eodem tempore Theodoricus Rex obtulit beato Petro Apoſtolo ceroſtrata argentea duo penſantia libras ſeptuaginta.* Hæc de muneribus oblatis ſub Hormiſda Papa baſilicæ Vaticanæ a Principibus Chriſtianis, præter illa quæ ſuperius eidem Hormiſdæ oblata a Clodoveo Francorum Rege ſunt dicta. Quæ quidem omnia ſummæ laudi Hormiſdæ ceſſiſſe, quis non intelligit?

PAGIUS

ac Dignitates apud Romanos nominibus poſtpoſita fuiſſe. Mariti nomen in ea Epigraphe eſt *Petrus*, in tertia linea cum poſterioribus literis exeſis expreſſum. Conjugis nomen tacetur; & *Hormiſda ac Tra*, nomina ſunt Præpoſitorum *Baſilica B. Petri*. Indeque ſequitur, *Joanne Papa* jam ſedente eam inſcriptionem poſitam eſſe hoc anno, poſt diem XIII. Auguſti, & *Hormiſdam* in ea epigraphe nomen eſſe hominis privati, non vero Pontificis Romani.

III. Joannes eligitur Pontifex Romanus.

Porro Anaſtaſius errorem ſuum corrigit, quando ibidem ſcribit: *Sepultus eſt in Baſilica B. Petri Apoſtoli octavo Idus Auguſti Conſulatu Maximi, & ceſſavit Epiſcopatus dies ſeptem.* Sedit Hormiſda *annos novem*, ut habent tria MSS. exemplaria Anaſtaſii Colbertina, quorum duo fuere Biblioth. Thuaneæ, varii Catalogi noſtri Vaticano-Palatinus, uterque Catalogus, Veterum Pontificum a Mabillonio editus Tom. III. Veter. Analect. & Regino in Catalogo Pon-

sicuti etiam in libris Machabæorum factum a Regibus legitur templo Dei sub Onia summo sacerdote viro sanctissimo: nam audi quæ ibi dicuntur (*a*): *Propter Oniæ Pontificis pietatem & animos odio habentes mala, fiebat, ut & ipsi Reges & Principes locum summo honore dignum judicarent, & templum maximis muneribus illustrarent*. Sed sicut tunc Ethnici etiam muneribus templum Domini illustrarunt, ita & nunc Theodoricus Rex a fide Catholica alienus, ob idque hac ex parte ipsius Romanæ Ecclesiæ hostis dicendus, Petri basilicam donis nobilitavit: & quemadmodum tributum pendere solet licet invitus Rex externus subjugatus Imperatori, ita idem Theodoricus reveritus sedis Apostolicæ majestatem, quodam quasi miraculo infert dona in templum, quod imbutus hæresis Arianæ perfidia adversatur: id exigente non alio, quam qui accepit a Patre (*b*) Gentes hereditatem suam, & rebelles regere in virga ferrea; de quo & dictum: (*c*) *Et inimici ejus terram lingent*. Sed de Hormisda reliqua prosequamur, quæ ad Dei cultum & templorum ornatum spectant. ☞ Sed quod nuper emersit in lucem e tenebris oblivionis egregium monimentum scriptorum Hormisdæ, cum acerrimus vindex continentiæ clericalis, adversus eos, qui lapsis laxare viderentur habenas, has patentes litteras dedit, hic describere operæpretium existimavimus:

(a) 2. Mac. 3.
(b) Psal. 2.
(c) Psal. 17.

Hormisdæ Pap. litteræ adversus eos qui lapsis habenas laxant.

*Ecce (d) manifestissime constat, quia secundum titulos antiquorum Patrum a sancto Joanne Papa trasmissos, & trecentorum decem & octo Episcoporum sententias, sed & canones Gallicani Concilii contineri * videntur, clerici in adulterio deprehensi, & aut ipsi confessi, aut ab aliis convicti ad honorem redire non possunt. Et quia forte non desunt, quibus vel pro nimia pietate suprascripta sanctorum Patrum severitas minime placet: sciant se trecentorum decem & octo Episcoporum, & qui reliquos canones statuerunt, sententias reprehendere, vel damnare. Sed forte major est in illis pietas, quam in supradictis trecentis decem & octo Episcopis; major in illis misericordia, quam in sancto Joanne Apostolico Papa; major charitas, quam in reliquis sacerdotibus, qui hoc per exempla, vel remedia ecclesiarum, suis definitionibus deliberaverunt. Et ideo aut per promptam voluntatem præceptis illorum consentiant, aut si non fecerint, omnibus contrarios se & inimicos esse cognoscant. Quæ est ista inimica benignitas? palpare criminosos, & vulnera eorum usque ad diem Judicii incurata servare? Quod si etiam eos * durissima pœnitentia per plures annos agere viderint *, sic id ipsum & saluti eorum consulere, & canonum debemus statuta servare. Cum vero in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi, vel plangendi appareat, nec beatum David imitentur, qui dixit (e): Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis stratum meum rigabo. Et illud (f): cinerem tamquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam: nec eos jejuniis, vel lectioni vacare videamus: possumus agnoscere, si ad honorem pristinum redirent, cum quanta negligentia, & cum quanto tepore, & inimica animi securitate permaneant, credentes, quod sic eis non acta pœnitentia digna dimiserit Deus, quomodo sacerdotes indulsisse videntur? Vere dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosa & falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi advenerint, contra nos ipsos causas dicturi sunt, dicentes: quod dum aut asperitatem linguæ eorum expavimus, aut falsa blandimenta & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus; nos eos, dum illis * inutilitatem indulgemus in peccatis permanere, ut ipsa peccata etiam augere permiserimus: nec re-*

(d) Extant t. 5. Antiq. lect. pag. 287.
* videtur, quod.
* durissimam pœnitentiam. * secundum.
(e) Psal. 6.
(f) Psal. 101.
* inutiliter.

PAGIUS Pontificum Romanorum. [1] Erratum etiam in diebus ab omnibus fere Catalogorum Scriptoribus, quorum alii, ut Auctor auctioris Chron. Vet. Pontif. supra annos Hormisdæ tribuunt, *dies XVI.* alii *dies XVII.* Cum enim *Hormisda* die XXVII. mensis Julii anni DXIV. Pontifex Romanus ordinatus, die sexta mensis Augusti hujus anni, & mortuus & sepultus fuerit, sedit *annos novem, & dies undecim*, die emortuali incluso. Cumque Sedes dies septem vacarit, ut habet etiam Ordericus lib. 2. *Joannes* natione Tuscus ejus successor ordinatus est die decima tertia mensis Augusti, in quam Dominica cadebat.

NOTÆ [1] Nescio cur Pagius hic tantum deferat testimonio Anastasii, cujus textum hic & alibi mendi apertissimi convincit. Melius profecto teneretur fides omnium Catalogorum ac præsertim Blanchiniani, quem nos in Nota ad A. 555. 7. ab Authore coævo scriptum demonstramus. Porro in eo, sicut & in cæteris omnibus Catalogis Hormisdæ Pontificatus definitur annorum IX. dierum XVII. quæ supputatio ducit nos ad diem XIII. Augusti anni 523. Hormisdæ emortualem. His adde dies VII. interpontificii, quot ab omnibus statuuntur, devenies ad diem XX. Augusti, quæ dominica erat, adeoque ordinationi Joannis apta. MANSI

recordantes illud, quod in veteri Testamento scriptum est; quia per unum peccantem contra omnes ira Dei desævit. O pietas! o misericordia! Uni parcere, & omnes per exemplum malum in discrimen adducere! Non ita suadet sanctus & beatissimus Cyprianus martyr, dicens: Qui peccantem verbis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat. Nec perimit delicta illi, sed fovet iterum imperitus medicus, qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & absconditum in profundis secessibus virus dum servat, exaggerat. Unde & sanctus Joannes Constantinopolitanus Episcopus arguit, dicens: Imperitus medicus est, qui indigesta putredine superducit vulneri cicatricem.

*Et ideo diligenter perpendite, si aut potest, aut debet fieri, ut tantorum, aut talium, quos supra memoravimus, sacerdotum canones contemnentes, aliter, quam isti statuerunt, observare vel agere præsumamus: præcipue cum si illorum trecentorum decem & octo Episcoporum, qui per omnes ecclesias Concilia fieri præceperunt, tam sancta decreta neglexinus, non illos solos despicimus, sed & sicut supra dictum est, & Africanos, & omnes reliquos, qui ipsis ordinantibus per totum mundum, per ecclesiasticam disciplinam aliquid statuerunt, cum peccato animæ nostræ contemnimus. Ego me in hoc periculo immittere non audeo: quia nec talia sunt merita mea, ut aliorum peccata in me excipere præsumam. Nec tantam eloquentiam habeo, ut ante tribunal Christi contra tantos & tales sanctos sacerdotes, qui canones statuerunt, causas dicere possim. Videat unusquisque *, qualiter sentire vel observare disponit, qualiter possit in die Judicii reddere rationem. Ego, in quantum vires Deus dignatur dare, studere volo eorum præceptionibus, & obaudire, quia cum talibus non rixam, sed pacem ex qualicumque parte habere desidero. Et hoc diligenter attendendum est. Quod si, secundum quod scriptum est, illi clerici, qui ad uxores proprias redeunt, ab integro ab officio suspendantur. Quod si etiam dicam & * internuptiarum mariti, qui utique rem licitam faciunt, clerici tamen ordinari non possunt, aut si ordinati fuerint, deiiciantur. De quibus sanctus Faustus Episcopus in epistola sua dixit: Perdit gratiam consecrati, qui ad officium vult exercitari mariti.*

* *(margin)*

* inter-ventu nuptiarum.

*Cum hæc ita sint, qua conscientia quisque dicere poterit, quod ille, qui adulterium commiserit, iterum ad honorem venire poterit? Hoc loco, si aliquis fuerit, qui dicat: Ergo negas misericordiam Dei, qui dixit: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat? & illud: Numquid qui cadit non adiiciet ut resurgat? & illud: Peccator in quacumque die conversus fuerit, omnes iniquitates ejus oblivioni tradentur? Sed ad hæc voce libera respondere & possumus, & debemus. Absit nobis, ut de istis sententiis videamur vel leviter dubitare. Definitissime enim credimus, quod *quisque ad finem vitæ suæ pœnitentiam egerit, non solum indulgentiam accipiet, sed etiam ad præmia æterna perveniet *. Propter regulam tamen ecclesiasticam *, propter antiquorum Patrum instituta, absit a nobis, ut reprehendere, ut discutere audeamus. Cumque credimus ad vitam æternam post beatam pœnitentiam venire: ad honorem clericatus, secundum tantorum Patrum præcepta novimus non debere reverti in tantum, ut in canonibus scriptum est: ne ullus umquam pœnitens clericus ordinetur. Et si ille, qui ultro petit pœnitentiam, quamvis eam perfecte egit, non potest Episcopus, aut presbyter ordinari: ita ut etiam, si per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea convincitur pœnitentiam accepisse, deiiciatur ille, qui invitus ad pœnitentiam agendam in monasterium mittitur, & utique quid aliud quam pœnitens dicendus est: qua conscientia ad sacerdotium pervenire permittitur? Nemo mihi aliam quamlibet contra auctoritatem Sedis Apostolicæ, vel contra trecentorum decem & octo Episcoporum præcepta, vel reliquorum canonum statuta obiiciat, quia quidquid contra illorum definitionem, in quibus Spiritum sanctum locutum esse credimus, dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito. Valde enim metuo & contremisco illam damnationem, quam ille sacerdos propter stultam indulgentiam accipere meruit, qui pro eo, quod filios suos negligenter castigavit, & eos nec cedere, nec excommunicare voluerit, ipsi filii una die occisi sunt, & triginta millia de populo interfecti sunt, & Arca testamenti capta est, & ipse retro cadens fractis cervicibus mortuus est, & nomen ipsius de libro vitæ deletum est &c. Contra Phinees, qui pro eo, quod zelo Dei commotus duos adulteros pariter interfecit, totum populum de Dei iracundia liberavit. Nec hoc ideo dico, ut sicut ille fecit, etiam nunc per mortem corporum sacerdotes Domini debeant vindicare: sed quia melius est * unusquisque parvo tempore, donec vivit in hoc mundo, verecundiam, vel confusionem sustineat, quam postea ad supplicia æterna perveniat. Et * multum ei utilius est *, propter aliorum exemplum, quamdiu vivit, remotus ab honore pœnitentiam agat, & remedium sibi in diem necessitatis acquirat. Quicumque parvitati meæ in hac causa voluerit onerosus existere, aliud responsum dare non delibero, nisi quod supradicti canones contine-*

* quisquis.
* Præter.
* ut
* multo
* ut

tinere videntur. Hactenus epistola Papæ Hormisdæ, hic in fine rerum ab eo gestarum collocata, quod datæ tempus nusquam apparet. ☞

IX. Ornamenta Ecclesiis ab Hormisda collata. *Ad postremum enim hæc de ipso Hormisda Anastasius habet: Eodem tempore fecit Papa Hormisda apud beatum Petrum Apostolum trabem, quam ex argento cooperuit pensantem libras mille quadringentas. Hic fecit in basilica Constantiniana arcum argenteum ante altare, qui pensat libras viginti: Canthara argentea sexdecim, quæ pensant singulas libras duodecim. Item ad beatum Petrum fecit arcus argenteos duos pensantes singulos libras viginti: Canthara argentea sexdecim, pensantia singula libras quindecim; Amas argenteas tres pensantes libras tres; Scyphos argenteos stationales sex cum calicibus* * *pensantes singulos libras sex*. Hæc de donis, subdit vero de ordinationibus: *Hic fecit ordinationes in urbe Roma per mensem Decembrem: ordinavit presbyteros vigintiunum, Episcopos per diversa loca quinquagintaquinque. Qui sepultus est in basilica beati Petri Apostoli octavo Idus Augusti, sub Consulatu Symmachi* *. *Cessavit Episcopatus ejus dies septem*. Hæc apud Anastasium.

* crucibus

* Maximi.

X. Joannes Papa creatur. Sic igitur non amplius quam septem dierum spatio cessante sede, Idibus Augusti subrogatur in locum ejus totius cleri consensu Joannes Etruscus Constantii filius ex presbytero tituli Pammachii. Rex autem ab eo gestæ magna ex parte scriptorum antiquorum jactura remanserunt obscuræ: quæ vero adhuc extant, suis locis opportune reddemus.

XI. Hoc eodem anno Tertullus civis Romanus claritudine generis nobilis, sed pietate magis insignis, Davidis Regis sacri memor eloquii, quo ad Deum conversus ait (*a*): *Et semen meum serviet tibi*: & magni parentis Abrahæ unicam prolem Deo in sacrificium offerre parati, filium suum Placidum septennem puerum Deo offerens, eumdem S. Benedicto apud Sublacum juxta Simbruinos montes monachos colligenti monasticis institutionibus tradidit imbuendum. Quem imitatus Eutychius Senator vir illustris, & ipse duodecim annos natum filium Maurum eidem Patri obtulit Benedicto. Res gesta narratur a S. Gregorio. Porro hæc omnia hoc anno contigisse, vetus Chronicon Cassinatis cœnobii asserit, & Leo Ostiensis consentit. Quod si ab his discrepare videatur, qui scripsit Vitam S. Placidi, dum ait id factum anno Domini quingentesimovigesimo secundo: tamen quod addit contigisse Joanne Romano Pontifice; utique ad hunc annum ex ejusdem sententia referas necesse est; etenim superiori anno, immo & præsentis majori parte sedisse Hormisdam, satis liquet ex iis quæ nuper dicta sunt.

(*a*) *Ps.* 21.

Degebat apud montes Simbruinos magnus ille Catholici orbis splendor, sanctissimus monachorum Patriarcha Benedictus, jamque duodecim erexerat (ut testatur Gregorius *b*) monasteria: Sed audi ipsum ista narrantem: *Cum sanctus vir diu in eadem solitudine virtutibus signisque succresceret, multi ab eo in eodem loco ad omnipotentis Dei sunt servitium congregati: ita ut illic duodecim monasteria cum omnipotentis Jesu Christi Domini nostri opitulatione construeret, in quibus statutis Patribus duodenos monachos deputavit, paucos vero secum retinuit, quos adhuc in sua præsentia aptius erudiri judicavit. Cœpere etiam tunc ad eum Romanæ urbis nobiles, & religiosi concurrere, suosque ei filios omnipotenti Deo nutriendos dare. Tuncque bonæ spei suas soboles Eutychius Maurum, Tertullus vero Patricius Placidum tradidit: e quibus Maurus junior cum bonis polleret moribus, magistri adjutor cœpit existere: Placidus vero puerilis adhuc indolis gerebat annos*. Hæc de oblatis a parentibus Romanis pueris sanctus Gregorius. Quando vero contigerit inde migrare Cassinum vitantem Florentii invidiam Sanctum Benedictum, suo loco dicetur. Hæc modo de his satis: consule tu Gregorium si plura cupis. XII.

(*b*) *Greg. dial. l.*2.*c.* 3.4.

Sed ad res Orientales oratio convertatur. Justinus religiosissimus Imperator, Catholicæ fidei cultor studiosissimus, haud satis habuit suis legibus Nestorianos atque Eutychianos proscripsisse; sed audiens XIII.

PAGIUS IV. *Lex Justini adversus Manichæos.* Ad num. XIII. & seq. Lex. 12. Cod. Justinianei *de Hæreticis & Manichæis* sine die & Consule est; recte tamen Baronius eam cum hoc anno illigavit; quia testatur Cedrenus Justinum sexto Imperii sui anno Edicto suo *Manichæos* capite plecti jussisse. Addit Justinus: *Reliqui hæretici (hæreticus est omnis non Orthodoxus) & Græci* (nempe Gentiles) *seu Pagani & Judæi, & Samaritani prohibentur Magistratum gerere*, &c. *excipiuntur Gothi, qui sunt fœderati, & aliter prout visum Imperatori fuerit honorantur*. Fœderatorum nomine Baronius intelligit Gothos Theodorico Italiæ Regi subditos. Verum *Justinus* nullum in hos jus habuit, nec leges adversus illos ferre potuit. Quare loquitur Imperator non tantum de Gothis illis, quos Malchus Rhetor in Excerptis Legationum pag. 94. ait, a Romanis *fœderatos* appellatos fuisse; sed etiam de aliis populi Romani fœderatis, de quibus Olympiodorus pag.4. Certe Procopius lib.1. de bello Vandal. cap.11. & Theodosius in Novella meminere *Saracenorum fœderatorum*, idemque Procopius lib.3. Bell. Goth. cap. 33. *Erulos fœderatos* appellat. Præterea hoc anno *Quinquennalibus* suis dicato legem adversus Arianos in particulari dedit, de qua anno sequenti agetur, quia Baronius eam in annum illum distulit, licet ea solemnia illam in præsentem competere indicent.

diens Manichæos in Oriente repertos esse, adversus eosdem promulgavit edictum. Qui enim in Urbe inventi, Apostolica censura coerciti sunt, in longe positas regiones migrandi visi sunt iniisse consilium; quos cognitos suis Imperator legibus profligavit, quibus & omnes hæreticos, Judæos, atque Gentiles pariter exagitavit, cum ista sancivit (*a*): *Manichæi undique expelluntor, & capite puniuntor. Reliqui autem hæretici (hæreticus est omnis non Orthodoxus) & Græci*; nempe Gentiles, *seu Pagani, & Judæi & Samaritæ probibentur magistratum gerere, & dignitatem habere, aut jus dicere, aut Defensores, aut Patres civitatum fieri (ne habeant licentiam vexare aut judicare Christianos, aut Episcopos) item militare quoque probibentur, præter quam si ex genere cobortalinorum sunt: hi enim manent onera quidem sustinentes, non offendentes autem, neque in Orthodoxos quid exequentes in publicis vel privatis causis. Qui autem tentaverit quid horum facere; præter quam quod factum pro infecto erit, dabit etiam libras viginti: & qui publicis ipsos descriptionibus inserere conati fuerint, etiam viginti, & Præsides quinquaginta; & omnes hæ privatis rebus inferantur. Excipiuntur Gothi, qui sunt fœderati, & aliter prout visum Imperatori fuerit, bonorantur.* Hæc Justinus, qui ob fœdus cum Theodorico initum Gothis licet Arianis parcendum putavit.

(*a*) Cod. de bæret. & Manich. l. 12.

Constitutio Justini adversus Manichæos.

XIV. Sed quod ad ipsos Manichæos spectat, hoc eodem sexto ipsius Justini Imperatoris anno hæc de his quæ adversus eos gessit, Cedrenus habet: *Persecutus est idem Justinus hoc anno Manichæos, multosque eorum suppliciis affecit: quod & Cabades Rex Persarum præstitit in suo regno; qui omnes quos reperit intra suos fines, trucidavit.* Quanam autem ex causa ad hæc agenda permotus, accipe ab auctore Miscellæ (*b*): *Cabades Rex Persarum, filius Perozi, multa millia Manichæorum cum Episcopo eorum Indagaro una die peremit una cum senioribus Persis, qui consensus eorum erant: filium enim ejus nomine Phatuarsam Manichæi a puero instituentes, repromittentes dicebant: Quia pater tuus senuit, & si contigerit eum mori, principes magorum unum fratrum tuorum facient Imperatorem, eo quod teneant dogma ipsorum. Nos autem possumus per orationes nostras persuadere patri tuo, abrenunciare Imperio, & te promovere, ut ubicumque confirmes dogmata Manichæorum. Qui promisit hoc facere, si imperasset.*

Justinus Manichæos occidi jussit.

(*b*) Apud Miscel. l. 15.

XV. *Cum autem hæc Cabades cognovisset, jussit conventum fieri quasi facturus filium suum Imperatorem, omnes jubens Manichæos cum Episcopo eorum & mulieres & liberos adesse conventui, similiter principem magorum Glonazen, & magos, & Christianorum Episcopum Boazanem dilectum a Cabade & medicum optimum. Et convocatis Manichæis ait: Gaudeo super dogmate vestro, & volo vobis dare, dum vivo, filium meum Phatuarsam; sed segregate vosmetipsos ad recipiendum eum. Qui freti fiducia, semetipsos segregarunt: Cabades autem præcipiens exercitus suos ingredi, omnes occidit gladiis cum Episcopo eorum sub conspectu magorum principis & Christianorum Antistitis.* Hæc auctor in Miscella. Ingentem plane ejusmodi fuisse Manichæorum cædem, inde existimare licet, quod in Perside frequentiores esse solerent Manichæi, ubi tutius degere consueverunt, quam in aliis Romani Imperii regionibus cum præsertim quasi nativum solum Persidem esse ipsi cognoscerent, ubi primum fuerant exorti: ob quam causam inter Manichæos & Persas plurima fuisse communia, Agathias (*c*) de Persarum moribus agens ostendit, nempe idem esse utrique sectæ dogma de duobus principiis, ex quibus alia ab ipsis nefanda deducerentur axiomata: tu ipsum consule.

Manichæi in Perside omnes occisi.

(*c*) Agath. de bello Persic. l. 2.

XVI. Sed jam Æthiopas revisat oratio, ad quos anno superiori a Justino Imp. per Alexandrinum Episcopum procuratam esse legationem vidimus; ipsaque Dei admiranda facta recenseat, quonam modo post cædem martyrum Homeritarum Arethæ, & sociorum perpetratam per dirum apostatam Hebræum secta Dunaan Regem, in eum ultus est Deus immisso in ipsum Elesbaan Rege Æthiopum viro Christianissimo hoc anno post transactam hiemem. Historiam quidem fide integram habent ejusdem Arethæ martyris Acta, quæ hic singulis reddere verbis, argumenti nobilitas, & tractationis veritas

PAGIUS V. *Æthiopiæ Rex apud Homeritas Christianam religionem restituit.*

A num. XVI. ad XXXII. *Elesbaan Æthiopum* seu Axumitarum Rex, cum accepisset persecutionem adversus Christianos in Homeritide a Dunaano Rege Hebræo factam, de qua anno superiori actum, collecto ingenti exercitu, trajectoque angustissimo freto, *quod est inter Æthiopes & Homeritas, & pugna terra marique commissa, Hebræos, qui terga verterant jure belli omnes occidit.* Tum ascendit *ad Civitatem Phare in qua erat Regia Dunaan*, (cujus meminit Ptolomæus lib. 5. Geogr. cap. 17. in descriptione Arabiæ Petrææ) & capit *omnes divitias, quæ erant in Regia, & ipsam etiam Reginam.* Postea præsidio relicto in Civitate venit ad Dunaan, ipsumque & omnes ejus cognatos interfecit. Significavit autem omnia *quæ gesta fuerant Pontifici Alexandriæ, & per illum Justino Imp. Patriarcha autem Alexandriæ ordinatum Episcopum misit ad Homeritas. Qui cum illis consecrasset Templum quod fuerat ædificatum, baptizat quidem omnes, qui erant in Civitatibus & pagis Homeritarum, in nomine Sanctæ Tri-* ni.

ritas persuadent. Secuta hæc autem sunt, cum (ut superius dictum est) Justinus Imperator, audita Homeritarum Christianorum strage per Hebræum tyrannum quam dirissime perpetrata, per Alexandrinum Catholicorum Antistitem eumdem Regem Æthiopum ad ultionem parandam excitasset. Quæ vero ab auctore iis subiiciantur audi:

XVII. Expeditio Regis Æthiopum in Homeritas. *Non latebant autem nec prius quidem Æthiopum Regem ea quæ facta fuerant: sed tempore anni probibente (erat enim hiems) vel invitus quievit. Itaque cum validam collegisset exercitum tum ex suis, tum ex auxiliis usque ad centum & viginti millia; naves autem Indicas septuaginta in ipsa hieme construxisset; quinetiam ex negotiatoribus Persis & Æthiopibus, qui illuc venerant mercaturæ gratia, naves alias collegisset ad sexaginta: cumque eas quæ ex ipsis collapsæ fuerant, instaurasset ac refecisset, & omnia parasset; veris initio movet exercitum, armisque & equis & alio apparatu properabat, ut prœlio confligeret cum inimicis. Et per continentem quidem ab inferiori parte Æthiopiæ misit quindecim millia Æthiopum ad Homeritidis partes magis Occidentales; ut ipse quidem per mare cum navibus, illi autem per terram irruentes hostes in medium coercerent.*

XVIII. Pietas Regis Æthiopum in expeditione paranda. *Cæterum illi quidem cum multos dies iter fecissent per loca arida, & transitu difficilia, omnes interierunt, ut qui nec pervenire ad Homeritam, nec ad regionem suam potuerint redire. Rex autem cum jam esset navigaturus, venit in templum, ad cujus fores regia veste aliisque insignibus Imperii depositis, ingressus quidem est in privato habitu: stans autem ex adverso aræ, cum Deum multum orasset, & facta ab ipso in Ægypto miracula atque in ipsa solitudine pro Hebræis in memoriam revocasset: Illi, dicebant, fuerunt ingrati in te benefactorem, neque illi solum, sed ii etiam qui ex eis nati sunt. Tu enim scis Domine, quam se male gesserint in una civitate, ut qui populum illum per dolum circumvenerint, & consilium inierunt adversus sanctos tuos; & in eos qui restant, adhuc mala machinantur. Quod si nostra peccata id merentur; sed ne tu nos tradas illorum manibus. Quod autem ipse volueris, hoc excepto, nobis impone supplicium: ne forte dicatur: Ubinam est ipsorum Christus propter quem gloriantur; & crux ejus?*

XIX. Consulit S. Monachum rex Æthiopum. *Hæc cum precatus esset cum lacrymis, egreditur de templo & e civitate, & ad quemdam monachum, qui propter virtutis operationem dignus erat habitus ut prævideret futura, & in angusta turricula jam quadragintaquinque annos fuerat inclusus, pedes venit eodem habitu, de prœlio sciscitaturus: attulit composita quoque thymiamata, in quibus etiam aurum latenter immiscuerat. Quæ cum tradidisset seni, quærebat preces & significationem eorum quæ erant eventura. Ille autem dolo deprehenso, cum quis esset, optime nosset: Sit tecum (inquit) Deus, qui etiam tecum regnat. Verum enim vero abi, munitus martyrum sacrificio, quod Deus est odoratus, & precibus Pontificis Alexandriæ, & lacrymis Justini. Hæc cum audisset Elesbaan, & eum non tentasset amplius, benedictione accepta, abiit lætus: & cum jussisset exercitui ne ferrent viaticum plusquam viginti dierum, navigavit.*

XX. Regis Homeritarum dolosus apparatus. *Sed neque negligens fuit Rex Homeritarum: nam ipse quoque & suis & auxiliaribus collectis copiis, præsidium tenebat in terra & in mari. Verum cum ille exercitum, qui erat in terra, ab afflictione & malorum perpessione audivit periisse, non amplius timens hostem a continenti, in sola maris versabatur custodia. Itaque considerans angustissimum esse fretum quod est inter Æthiopes & Homeritas, neque superare latitudine duorum stadiorum, & alioqui habere etiam saxa*

PAGIUS *nitatis, ex eis autem ordinat Diaconos & Presbyteros, & Ecclesiis, quæ erant in Regione reddit statum suum solitum.* Denique, Axumitarum Rex *Nagram* Martyrum civitatem venit, eique Ducem præposuit *Arethæ* Martyris filium, indeque rediit in Regiam, ubi Homeritis Abraamium quemdam, virum pium, Regem præfecit, & redux in Regiam suam Diadema deposuit, & *Regulam suscepit Monasticam*, ut fusius in Actis Sancti Arethæ refertur. At cum Ecclesia Alexandrina a Patriarcha hæretico hoc tempore regeretur, vera in hac narratione falsis miscentur.

VI. *Justiniano imperante fit Monachus.* Insignis hæc Victoria divinitus obtenta recte hoc anno a Baronio consignata, ut ex dictis anno superiori patet. Pius tamen *Eleesbaas* nonnisi Justiniano imperante Monachum induit, ut colligo ex Photio in Biblioth. Cod. III. ubi summarium exhibet Legationis *Nonnosi* ad Æthiopas, & Homeritas, atque Saracenos, Justiniani Imp. jussu susceptæ, ab eodem Nonnoso scriptæ. Dicitur ibi *Kaisum* Arethæ nepotem Præfectum tunc fuisse Sarracenorum jam ab Anastasii Imp. tempore. Hujus *Kaisi* bellica virtute præstantis meminit Procopius lib. 1. de Bell. Pers. cap. 20. & cap. superiori describens sinum Arabicum, narrat Sarracenos *Maddenos* denominatos, mare accolere sub ditione positos Homeritarum. Jam cap. 17. scripserat, *Aretham* Gabalæ filium Sarracenorum Arabum Principem quamplurimis Tribubus a Justiniano Aug. Præfectum fuisse, Regiaque dignitate auctum, *novo inter Romanos exemplo.* Militavit is postea pro Romanis, quos tandem fefellit, ut pluribus Procopius narrat. Duplici Nonnosus nomine Legatus missus est, ut *Kaisum si posset, ad Imperatorem adduceret, & ad Auxumitarum Regem (cui genti Eleesbaas tunc præerat) itemque ad Homeritas proficisceretur. Auxumis permagna est Civitas, & quasi Æthi-*

saxa multis in locis latentia; cum gravem ferream construxisset catenam, & quæ posset ferre vim ventorum & undarum, & eam utrinque a terra alligasset ipse Dunaan, ut existimabat, Elesbaan prohiberet aditum: ubi quidem erant latentes petræ, plumbum circulis catenæ appendens, & ferrum faciens requiescere; ubi autem erat profundum, colligans cum lignis levissimis, & sublevans catenam: deinde etiam validum inducens exercitum, venit in eum locum, in quem expectabatur venturus esse Rex Æthiopum. Qui loci situm considerat, & freti angustias a cosmographis descriptas attendit, haud vanum fuisse consilium Regis Homeritarum intelliget. Sed pergit auctor:

XXI. Dolosæ artes Dunaan irritæ redditæ.

Ille autem cum vento usus esset secundo, accessit ad locum speculandum, & præmisit decem naves, quæ cum dolum nescirent, ex improviso ingressæ sunt in angustissimum fretum. Quo in loco etiam Deus facit miracula, parvæ esse ostendens potentiæ humanam inventionem, ubi ipse adjuvare & opem ferre voluerit: Magnus enim quidam fluctus incurvatus, cum velut quemdam refluxum fecisset aquæ, portans unum ex navigiis posuit super catenam, adeo ut videretur navis esse cuidam rupi innixa. Deinde exorta quædam procella cum mare repente conturbasset, extollit fluctus montibus pares magnitudine: & undarum aliæ quidem amovebant ligna catenæ alligata, aliæ autem tollentes naves in altum, transmiserunt omnes supra catenam. Illa autem & a venti vehementia, & a fluctibus qui in eam irrumpebant, destructa, præbuit cæteris navibus inoffensum aditum adversus Homeritas. Decem igitur prædictæ appulerunt littori, quod aberat ducenta stadia ubi Rex erat cum exercitu: reliquæ autem naves vento retroactæ nihil potuerunt efficere.

XXII. Appulsus navium fidelium, & conatus hostium.

Emissis itaque triginta millibus cataphractorum equitum Dunaan impediebat eorum qui erant in decem navibus exitum in terram. Viginti autem ex dispersis navibus, ubi erat ipse Elesbaan, haud multo post illuc etiam ipsæ appulerunt. Tertio quoque die reliquæ apparentes naves appulerunt, & ipsæ longe inferius. Opinatus autem Dunaan inter plures esse Regem, majore accepto exercitu, illuc venit, parva relicta custodia ubi erat revera Elesbaan. Cum autem tereretur tempus, nec e navibus educeretur acies, defecerat quidem aqua & cibus iis qui erant in navibus. Equitibus autem Hebræis Sol erat molestus, totoque die eos vehementer impetebat. Cæterum equitibus suis Dunaan magna machinatus est tabernacula, eorumque umbra depulit æstum, qui afferebat molestiam. Porro autem misit etiam quemdam ex ejus cognatis cum viginti millibus equitum ad explorandam partem illam in qua erat Elesbaan. Quidam autem ex eunuchis Regis arbitratus eum exire ad se exercendum, acceptis quinque aureis lanceolis, cum eo est egressus. Cum is autem Elesbaan copias invenisset vigilantes, quarum pars jam e navibus egressa, locum in littore compararat; accepto eunucho & tribus ex suis, abiit procul ad venationem.

XXIII. Insperata victoria Regis Æthiopum.

Quidam autem ex Elesbaan exercitu oppressi fame, equos noctu conscenderant, ut hostes effugerent: qui cum in eos incidissent, alios quidem occiderunt; Regis autem cognatum capientes, & aureas lanceas portantes, ad naves redierunt. Eas autem cum accepisset Rex pius, statim Deo dedicavit. Ipse autem reliquo armato exercitu immisso in breviores naves, egressus est ad hostes qui erant in littore: & pugna terra marique commissa, Hebræos, qui terga dederant, jure belli omnes occidit, adeo ut ne unus quidem sit relictus

PAGIUS

Æthiopiæ totius Metropolis, inquit ipsemet Nonnosus, qui ea in urbe fuerat. Quare initio Imperii Justiniani nondum *Eleesbaas* Regiam dignitatem deposuerat.

VII. *Variæ rerum conversiones in Regno Homeritarum.*

Procopius lib. I. de Bell. Pers. cap. 20. loquens de gestis in Perside anno quinto Justiniani Imp. Christi scilicet DXXXI. mentionem facit *Hellestheai* Axumitarum Regis, quem recte Baronius num. XXX. judicavit esse filium Elesbaani, aitque eum Christianæ Religionis cultorem eximium fuisse, & cum audisset, *Homeritarum* non paucos genere Judæos, multos etiam Gentiles, illius oræ Christianis tributa supra modum imponere, eo bellum intulisse & commisso prælio magnum Homeritarum numerum, ipsumque adeo Regem vita spoliasse, in ejus locum subrogato *Esimiphæo*, Christiano & Homerita. Subdit Procopius, haud multo post conflata in *Esimiphæum* Regem seditione hunc in Castellum inclusum esse, Regnumque ab Homeritis delatum *Abramo*, viro Christiano. Quod cum accepisset Hellesthæus, confestim eo destinavit exercitum, qui cum Abramo congressus magnam accepit cladem. Defuncto *Hellestheæo*, tributum pactus est *Abramus* ejus Successori, & ita asseruit sibi Regnum, inquit Procopius. Ex his liquet, postquam *Elesbaanus* Monachalem vestem induit, Homeritas mota seditione *Abraamium* Regem suum Christianum e Solio dejecisse, & alium, cujus nomen ignoratur, in ejus locum substituisse, sed hunc ab Hellestheæo Elesbaani successore in prælio necatum, & in ejus locum *Esimiphæum* virum Christianum subrogatum esse; quo etiam in Castellum incluso *Abramus* vir Christianus Rex Homeritarum dictus.

VIII. *Reges Æthiopiæ & Homeritarum fœdus ineunt cum Justinian. Imp.*

Quo autem tempore Hellestheæus regnabat in Æthiopia, parebantque Homeritæ Esimiphæo, Julianum ad eos legavit Justinianus Aug. per ipsum ab utroque petens, ut pro Religionis communione, qua cum Romanis devincti essent, illos cum Persis gerentes bellum juvarent, inquit Procopius, qui subdit, Legationem illam ex animi sententia successisse. Ex quibus tandem omnibus,

ctus rei gestæ nuncius. Cum autem haberet cognatum Regis qui ei ostendebat viam, quæ ducit ad civitatem Phare, in qua erat Regia Dunaan; ad illam ascendit. Qua potitus, ut qui incustoditam offendissent civitatem, capit omnes divitias quæ erant in Regia, & ipsam etiam Reginam.

XXIV. *Verum cum captam urbem & Regiam occupatam, atque suos bello captos audisset Dunaan: timens ne aliqui ex cognatis deficerent ad Elesbaan, mente ei a Deo ablata, cum aurea catena se & illos alligasset, sedebat nullam rerum curam gerens.* Quid hoc est, nisi secundum illud Propheticum (a): *Conturbati sunt Principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan.* Irruit plane, irruit in hostes Domini ingens metus & tremor, secundum quod subditur: *Irruat super eos formido & pavor in magnitudine brachii tui: fiant immobiles quasi lapis.* Ita quidem tunc accidit, cum timore obrigescens, commiserationem eo corporis habitu movere Christiano Regi perfidus tentavit Hebræus, putans mox Elesbaan affuturum. Verum etsi ipse potuisset videri victus, cum ita vinctus apparuit, adhuc tamen ejus robur vigebat exercitus, quem est passa infestum pars reliqua exercitus Christianorum: nam audi: *Qui autem in pluribus navibus erant Æthiopes, cum nihil audissent de suo Rege Elesbaan & his quæ gesserat, & laborarent inopia rerum necessariarum, essentque animo dubii & perplexi; conversi sunt ad Deum supplicandum. Et cum magnas quidem naves inter se alligassent, & super oblonga ligna vela deinde vinxissent, & veluti quamdam civitatem in mari essent fabricati; extrinsecus autem breviores naves, quæ quoddam murorum imitabantur propugnaculum, ordinassent: omnes simul congregati cum lacrymis Deo longam obtulerunt supplicationem: deinde cum sacra gustassent mysteria, & se armassent, descenderunt in naves breviores; & stantes ex obliquo, ne acciperent aliquod damnum a telis hostium, eas ipsi majores post se trahentes, impulerunt ad terram, donec appulsa eorum latera fixa fuerunt in littore, adeo ut naves essent ipsis pro muro. Hostes vero irruentes cum lanceis confringebant latera breviorum navium, & magna molestia afficiebant Æthiopes,*

(a) Exod. 15.

Reliqua pars fidelium laborat.

Communicant in navi fideles.

XXV. Victoria divinitus obtinetur. *Qui cum lacrymis rursum Domini invocabant auxilium. Ipse autem eos audivit & statim vox quædam fuit de cælo exaudita quæ dicebat: Gabriel, Gabriel, Gabriel. Et quidam ex illis qui naves impellebant virgam ferens ferream, quæ desuper quidem habebat crucem, inferne autem lanceam, cum enatasset, & unius equi caudam apprehendisset, in ejus latus figit lanceam, adeo ut mox turbatus equus dejecerit hostem, & alii equites timore affecti ceciderint in terram. Confidentes itaque Æthiopes cum descendissent de navibus, & manus conseruissent cum hostibus, eos fuderunt, & omnes interfecerunt: & regium ingressi tabernaculum, inveniunt aurea catena vinctum cum iis qui genere ad eum pertinebant Dunaan Regem Hebræorum. Cum autem intellexissent suum quoque Regem præstantissimum, & omni ex parte optimum Elesbaan illic occupasse Regiam, propere ad eum accesserunt, & omnia quæ gesta fuerant exposuerunt.*

XXVI. Dunaan una cum suis occiditur. *Ille autem, præsidio relicto in civitate, maxima abiit celeritate: & cum invenisset Dunaan aurea illa vinctum catena, ipsum interfecit & cognatos, Deum laudans, & insultans Christi hostibus pænam dantibus audaciam suorum facinorum quæ admiserant in Christum & Christi crucem. Lætabitur autem justus (inquit David b) cum viderit vindictam. Et ideo qui*

(b) Ps. 57.

PAGIUS bus, anno DXLI. manifestum fiet, quam falsa sit vulgaris opinio, quæ tradit *Adadum* Auxumitarum Regem Paganum aut Judæum fuisse, & Religionem Christianam post celebrem relatam Victoriam in suum Regnum invexisse.

IX. *Elesbaan Axumitarum Rex Homeritis Regem & Episcopum præficit.* Porro cum Baronius referat hoc anno uno tenore quæ dicenda habuit de conversione *Homeritarum*, nos eos libentius idem præstabimus jamque ex parte præstavimus, quo difficilius est ea in suos annos dirigere, & omnia capita solido criterio examinare. In antiquissimis mensis Octobris Menologii Græcorum Codicibus MSS. teste Lambecio lib. 5. pag. 133. legitur; *Reversus igitur Elesbaan ad Urbem Taphar* (in Actis S. Arethæ apud Baronium num. XXVII. Phare appellatam; sermo ibi de celeberrima Arabiæ Felicis Urbe & Homeritarum Regia, quæ a Ptolomæo Geographiæ lib. 8. in VI. Asiæ Tabula vocatur Σάπφαρ) *omnes, qui in Regia erant interemit, & Ecclesiam ibi ædificans primus ipse fundamentum ejus posuit. Significavit etiam omnia, quæ gesta fuerant, Episcopo Alexandriæ, & per illum Imperatori Justino. Patriarcha autem Alexandriæ episcopum ordinavit* (nempe Sanctum Gregentium, de quo mox), *misitque ad Homeritas. Qui cum Templum quod fuerat ædificatum, consecrasset, baptizavit omnes qui erant in urbibus & pagis Homeritarum, in nomine Sanctæ Trinitatis. Ex illis porro ordinavit Diaconos ac Presbyteros, & reliquum omnem decentem ac legitimum statum Ecclesiis in tota illa Regione existentibus contulit. Ipse autem divinissimus Rex Elesbaan una cum eo venit in Martyrum Civitatem Negran* (apud Baronium n. XXVIII. Nagran dictam) *& cum illic quoque extruxisset Templum, & quinque possessiones Regias ei attribuisset, atque etiam ex Martyris Arethæ possessionibus, ut ipse in fine martyrii mandaverat, tres addidisset, & collegisset omnes, qui tempore persecutionis in servitutem redacti, vel alias dispersi fuerant, simul etiam filium Arethæ Martyris Ducem gentis constituisset, & peculiarem gessisset curam istius loci, ubi Martyrum jacebant Reliquiæ, earumque respectu illi concessisset jus Asy-*

qui ex eis fuerunt vulnerati, non fuerunt vulnerati, gladio (ut dicit divinus Isaias a) neque mortui eorum mortui bello. Est enim res fortis & dura ira Dei (ipse me rursus docet b) ut grando quæ deorsum fertur in non habentem tegumentum, ut aquæ magnæ multitudo quæ trahit regionem.

(a) Isai. 22. (b) Isa. 28.

XXVII. Quæ post victoriam Elesbaan fecerit. *Reversus autem Elesbaan in civitatem Phare, omnes interemit qui erant in Regia; & cum vellet ecclesiam in ea ædificare, fuit ipse primus opifex ædificii. Significavit autem omnia quæ gesta fuerant Pontifici Alexandriæ, & per illum Justino Imperatori. Patriarcha autem Alexandriæ ordinatum Episcopum misit ad Homeritas. Qui cum illis consecrasset templum quod fuerat ædificatum, baptizat quidem omnes qui erant in civitatibus & pagis Homeritarum in nomine sanctæ Trinitatis, ex eis autem ordinat diaconos & presbyteros, & ecclesiis, quæ erant in regione, reddit statum suum solitum.*

XXVIII. Componit res Homeritarum Rex Æthiopum. *Divinissimus autem Rex ipse Elesbaan simul cum eo venit Nagran martyrum civitatem: & cum illic extruxisset ecclesiam, & quinque possessiones regias ei tribuisset, & deinde ex martyris Arethæ possessionibus tres addidisset, ut ille man daverat in fine martyrii, & collegisse omnes qui fuerant redacti in servitutem & alios dispersos in tempore persecutionis, & Arethæ martyris filium Ducem gentis constituisset, & curam gessisset loci in quo jacebant ibi consummati martyrii reliquiæ, & jus asyli illic constituisset; vadit iterum in Regiam. Ubi cum Homeritis Abrahamium quemdam virum pium & Christi nomine gloriantem elegisset Regem, & sanctissimo Episcopo ad decem millia Christianorum Æthiopum tradidisset; lætus rediit in suam Regiam cum præda & spoliis, dans etiam exercitui non parvam pecuniæ portionem.*

XXIX. *Deo autem agens gratias pro tanta victoria & gratia, volensque se ipsum dignum reddere majoribus, cum diadema quidem regium misisset Hierosolymam, ipse indutus cilicio & noctu egressus e Regia & ipsa civitate, ascendit ad unum montem ad monasterium virorum qui exercebantur: & cum se in exigua clausisset domuncula, & voluisset illinc non egredi toto tempore vitæ suæ, regulam suscepit monasticam, ex eis quæ sunt mundi nihil possidens, nisi solam stoream & poculum ad aquam bibendam, & pauco pane & aqua vivens & oleribus viridibus, si quis offerret: cum nullum ex mundanis vidisset tota vita, non ad aliud aliquid habens mentem erectam, nisi ad soli Deo vacandum. Denique cum diu sic se exercuisset, sic etiam e vita excedit in Christo Jesu Domino nostro, quem decet omnis gloria, honos & veneratio nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.* Hactenus de Homeritis & Æthiopibus narratio summa digna præconio, utpote quod ex ea significetur quam ferventissimus fuerit Christianismus in Æthiopia & Homeritide, terra fecunda martyribus: pariterque perspicuo innotescat divinitus illata vindicta in perfidum apostatam Hebræum ex Christiano redditum dirum Christianæ fidei persecutorem, cum amens in solio sedens universum Orientem movere tentavit ad totius Christianæ religionis destructionem: ut merito considerata adeo repentina in eum divinitus immissa vindicta, rerum vicissitudine: illud sit Propheticum repetendum (c): *Vidi impium superexaltatum & elevatum sicut cedros Libani: & transivi, & ecce non erat.* Ita plane, pugnante Deo, apostatam perire decuit, & Hebraicæ perfidiæ sæpe prostratæ rursum insurgentis cornua debuere confringi. Sinit more suo Deus ad tempus, ut probentur electi, solutis habenis, libere debacchari satellitio dæmonum fultam impietatem; sed protinus eamdem divina potentia vinci, & exponi ludibrio superatam.

Elesbaan tranquilliorem vitam sectatur.

(c) Ps. 36.

XXX. Qui autem in locum Elesbaan successit Rex Æthiopiæ, æque heres ejus extitit

PAGIUS *Asyli, rediit ad Urbem Regiam Taphar, & Homeritis Abramium quemdam, virum Dei amantem & gloria nominis Christi insignem, Regem constituit; sanctissimo autem Episcopo* (nempe S. Gregentio) *decem circiter millia Christianorum Æthiopum tradidit, eoque facto, lætus ad propriam suam Urbem Regiam,* (nempe Auxumen) *remigravit cum præda & spoliis fere innumerabilibus, nec parvam pecuniæ portionem etiam exercitui suo distribuit.* At cum certum sit nullum Episcopum Catholicum hoc tempore Ecclesiæ Alexandrinæ præfuisse, ut jam demonstravimus, Menologiis illis fides in omnibus nullo modo adhiberi debet.

X. Leges Abramii Regis Homeritarum. Quoad Sanctum Gregentium, Lambecius citatus pag. 131. refert, in Bibliotheca Cæsarea extare MS. hactenus non editum, cujus titulus in linguam Latinam versus: *Sancti Gregentii, Archiepiscopi Tapharensis, Legislatio sub nomine Abramii Regis Homeritarum*, sive *Abramii Regis Homeritarum Leges, a Sancto Gregentio Archiepiscopo Tapharensi composita.* Sunt illæ in titulos viginti tres divisæ, harumque mentio extat non solum in citato Græcorum Menæo; verum etiam in ipso fine *Disputationis Sancti Gregentii cum Erbano Hebræo*, recitatæ in Tom. I. Græco-Latino Biblioth. Patrum editionis Parisiensis a pag. 194. usque ad pag. 273. quam Lambecius loco citato testatur, asservari MS. in Biblioth. Cæsarea; plerique enim Homeritarum Judæorum religionem colebant, ut anno superiori indicavimus.

XI. Disputationis titulus est: *Sancti Patris nostri Gregentii Archiepiscopi Taphrensis disputatio cum Erbano Judæo.* Hoc ejus initium: *Dierum XL. stato præfinitoque tempore jam demum peracto, Judæi ad disputandum, sicut jussi fuerant, convenerunt. Probatione quidem facta in Threlleto* (hæc

titit pietatis; de cujus rebus gestis sub Justiniano successore Justini Procopius (a) meminit, pariterque de Rege Homeritarum, quos Romano Imperio fœderatos adversus Persas idem Justinianus immittere cogitavit: meminit pariter de Hebræis in illis item Homeritarum regionibus tumultuantibus, iterum debellatis. Hæc & alia Procopius pluribus, describens simul regionem Homeritarum & aliarum gentium proximarum. Vidisti Æthiopiæ Ecclesiæ candorem & pulchritudinem, eamdemque per fidem, quæ purificat secundum Petrum Apostolum (b) corda hominum, super nivem dealbatam: ut merito eam adeo amaverit, sibique in sponsam junxerit mysticus Moyses (c) Christus Deus noster: cujus gratia veluti quodam miraculo albescant Æthiopes, cum & secundum illud Propheticum tunc acciderit (d): *Æthiopia præveniet manus ejus Deo:* cum ipsa cæteris visa sit cucurrisse ad Christum ardentius, quæ adeo Dei amore ferventes habui Christianos, ipsorumque Reges Christianæ sublimioris vitæ verticem attingentes. Utinam sicut Æthiopum & Homeritarum Fidelium præclaræ res gestæ tum superiorem, tum præsentem annum adeo illustrarunt, ita eorumdem reliqua digna memoria suppeterent monumenta, quibus licuisset singulis annis locupletare nostros Annales.

(a) Procop. de bello Pers. lib. 1.
(b) Act. 15.
(c) Num. 12.
(d) Ps. 67.

XXXI. Cæterum multis hæc tunc temporis illustrata sunt monumentis. Auctor est Photius in Bibliotheca, extasse suo tempore commentarium de legatione Nonnosi ad Æthiopes & Homeritas ac Sarracenos, cum apud eos regnaret filius Arethæ Regis, tempore Justiniani Imperatoris Justini hujus successoris: itemque aliam scriptionem alterius legationis a Justino Seniore isto, de quo agitur, ad Alemundarum Principem Sarracenorum, functumque eo esse munere Abrahamum ejusdem Nonnosi parentem, qua Joannem & Nicostratum Romani exercitus Duces recuperavit. Sed perierunt ista: quibus quidem cuncta quæ dicta sunt, dilucidiora firmioraque reddi potuissent. At de his hactenus.

XXXII. *Obitus Euphemiæ Augustæ.* Hoc itidem sexto Justini Imperatoris anno, magno damno Christianæ religionis, Euphemia Augusta de Catholica fide optime merita ex hac vita migravit: cui honorifice extrema perfunctus Justinus Imperator, aliam accepit conjugem Theodoram nomine, quam & Augustæ titulo

PAGIUS *S. Gregentius Episc. Homeritarum disputat cum Erbano Judæo.* (*hac autem Aula est Regiarum maxima & prima*) *omnique ordine congregato, & Sacro Senatu præsente, Rex etiam adfuit, cum Sanctissimo Archiepiscopo. Atque ipsi postquam consederunt, totius Civitatis ad audiendum concursus factus est. Ingressi igitur, Judæi Erbanum disputationis auctorem & ducem constituerunt. Hic vir certe erat apprime doctus. Legem intelligens, & Sacros Prophetarum libros, & Octateuchum, & reliqua Scripta. Hæc autem scribarum & Pharisæorum & Legis Doctorum (erant enim ex omnibus Civitatibus Principes eorum Doctores, & qui scientia & eloquentia valebant ex Regis Edicto congregati) hunc circumstetit multitudo, altoque silentio facto, Archiepiscopus ad ipsum omnemque Judæorum cœtum sermone converso dixit.* &c.

XII. *Eum & Reliquos Judæos vincit & baptizat.* In fine Disputationis dicitur, unum ex his qui cœlesti lavacro tinctus fuerat, continuo apertis oculis visum recepisse, & hoc viso cæteros, ipsum etiam *Erbanum* ad Sacrosanctum lavacrum accessisse; Regem vero *Erbani* sponsorem esse voluisse in Sancto baptismo; eum unum sui Senatus declarasse, Regis jussu ac Archiepiscopi omnem Synagogam Judæorum baptizatam esse, & sanctum Gregentium Regi præcepisse, ut legem ferret, *Ne quis ullo modo Hebræorum recens illuminatorum audeat imposterum generum sibi adsciscere ex contribulibus, sed ex gentibus Christianis filiæ suæ maritum, & filio similiter.* Paulo post de Rege subditur: *Consilia & de pace, & de bello, & de quacumque re alia, primum per sanctum Gregentium Dominum interrogans capiebat, mandata sibi prompte & alacriter exequebatur, neque unquam aberrabat ab officio, utpote qui a Deo imperata aggrederetur. Tricesimum igitur annum Regni sui agens, in pace e vivis excessit; cui ante migrationem beatus Gregentius prædixerat: & sepultus est in Urbe Tephar Regia Homeritarum. Sordidus autem ejus filius Regni Sceptra cepit, qui in omnibus sicut pater ejus beato Gregentio est obsecutus.*

XIII. *Tam ipse quam Rex Abramius moriuntur.* *Sanctus autem Archiepiscopus, cum Christi gregem præclare & diligenter pavisset, & super Apostolorum fundamento ædificasset, & multa Miracula & Signa ad Dei gloriam fecisset, & dum viveret, & postquam dormivit, paulo post Regis obitum & ipse vitam cum morte commutavit pro hæreditate Regnum sempiternum sortitus mense Decembri, die decimo nono,* ideoque anno Christi DLII. cum currenti *Abramius* Rex renunciatus fuerit, ut ex mox dictis liquet. Verum Procopius, uti supra narravimus, tradit ante annum DLII. varios Reges Homeritis præfuisse, non vero unicum, & his omnibus coævus fuit ac superstes. Præterea, hæc disputatio Sancti Gregentii conficta esse videtur sicuti disputatio S. Athanasii cum Ario, & qui illam composuit cum Judæis numquam disputarat, aut saltem de ea controversia male edoctus erat. Jeremiam pag. 100. editionis Frontonis Ducæi adversus Judæos citat juxta quosdam Antiquos qui Jeremiam cum Baruch confundebant, cum tamen certum sit tantum abesse, ut Judæi librum Baruch pro Canonico habeant, ut illum aliosque, qui in Canone Hebræo non reperiuntur plane contemnant: & tamen incredibili ignorantia Controversista iste a Judæis admissum fuisse supponit. Non vacat hic alias ejus absurditates refellere; sed quis ferre potest Gregentium Jesum Christum in forma visibili nube vectum in terram attrahere uti pag. 260. ejusdem editionis Auctor illius scriptionis fingit.

XIV. *Euphemia Augusta incerto anno mortua.* Ad num. XXXII. Narrat Baronius ex Cedreno ad annum VI. Justini, *Euphemiam* Imperatricem e vivis excessisse, & *Justinum* ea mortua *Theodoram* uxorem duxisse; sed secundum hoc matrimonium plane commentitium Procopius enim in Historia Arcana cap. 9. postquam

(a) Cedr. & alii hoc anno.

tulo insignivit. Hæc Græci auctores (a).

XXXIII. De Conciliis in Africa celebratis.

Quod vero ad Africanæ Ecclesiæ statum pertinet, restitutis anno superiori (ut vidimus) in Africam ad suas Ecclesias Orthodoxis Episcopis, ad restituendam collapsam disciplinam, & bene instituendas Ecclesias, pluribus in locis a diversis Episcopis sunt Concilia celebrata, quorum trium est mentio in rebus gestis (b) S. Fulgentii Ruspensis Episcopi, nempe Bizaceni, Uzecensis *, & Suphetani. At quid acciderit eidem Sancto Fulgentio in duobus postremis Conciliis, Uzecensi videlicet & Suphetano, dignum memoria exemplum audi: *In Concilio quoque Uzecensi Judicio sacerdotum omnium qui convenerant, Episcopo cuidam nomine Quodvultdeus, qui priorem se illius existere confirmabat, antepositus & prælatus, ipsa die tacuit, nec auctoritatem Concilii excusando minuere voluit: sed ubi post Concilium dolere sensit Episcopum, timens, propter suum honorem generare scandalum fratri, meliusque judicans per charitatem se fieri minorem, quam sine charitate majorem: Suphetani postea Concilii gloriosum respiciens adesse conventum, precem supplicem coram omnibus fudit, ut sibi rursum, se volente, Quodvuldeus Episcopus præferretur; ut nomine suo posterius recitato, lætus deinceps viveret, consacerdotis animo conciliato.*

(b) Extant apud Sur. die 1. Januar.

* Vivicensis al. Vvicensis.

Cedit minori locum S. Fulgentius.

Mirati sunt Episcopi humilitatem talia postulantis, nec contristare voluerunt offerentem Deo sacrificium humilitatis, ad custodiendam spiritus societatem in vinculo charitatis. Ubi sunt nunc illi, quibus eminendi super cæteros dominatur affectus, qui se etiam suis prioribus anteponunt, indebita sibi privilegia vendicantes? Ecce beatus Fulgentius nec primatum, quem meruit, defendere voluit: quia sine charitate prior esse alicui minime concupivit. Hæc ejus contubernalis, Vitæ ipsius auctor digna plane memoria, cum assidue deplorandum sit in humili Christi regno eas jugiter inter Christianos controversias agitari, quis aliis videatur esse major, quas jam olim Dominus lata sententia definivit. Cæterum si superbia absit, sique citra scandalum fieri queat, absque animarum jactura, justitia suffragante, ad retundendam superbientium arrogantiam, laudabiliter quem- XXXIV.

PAGIUS

quam pluribus invectus est in *Theodoram* Justiniani uxorem, ait: *Quamdiu superfuit Euphemia Imperatrix, nullis artibus ut sibi Theodora desponderetur; pervincere potuit Justinianus; in hoc enim illa plane repugnavit, cui in rebus cæteroqui omnibus indulgeret*, &c. *Hæc non ita multo post* [nempe Euphemia] *excedit e vita*, &c. *tum is* [scilicet Justinianus] *cum Theodora moliri nuptias aggreditur*, &c. Rhapsodiam illam decerpsit Cedrenus ex Theophane ad annum Justini VI. ubi ait: *Coronavit Augustam uxorem suam Theodoram simul atque capit Imperium*. Sed Cedrenus prætermisit hæc ultima verba, quibus nodus hujus difficultatis explicatur, ut scribit Alemannus in Notis ad illum locum, qui etiam recte observat, Theophanem mortis *Euphemiæ* nullam facere mentionem. Locus itaque Theophanis, qui Cedrenum decepit, corruptus est, ut ibidem ostendit Alemannus. Quare numerus XXXII. Baronii expungendus, inquit Goarus in Notis ad Theophanem, & *Euphemia* anno incerto demortua.

XV. *S. Fulgentius scribit Libros VII. de Gratia adversus Faustum.*

Ad num. XXXIII. & seqq. *Trasamundus* Vandalorum Rex hoc anno interiit, & *Hildericus* ejus successor Episcopos Africanos ex exilio revocavit, ut anno superiori ostendimus. Quare hoc etiam anno *Dacianus* Byzacenorum Antistitum Primas de *Fausti* Episcopi Rejensis libris consultatione habita, communi suffragio illorum confutationem S. *Fulgentio* Ruspensi Episcopo injunxit, jubens etiam, ut de iis quoque, quæ contra Scythas Monachos Constantinopoli afferebantur, conscriberet. *Fulgentius* decem libros elucubravit, quorum septem adversus duos illos Fausti statuit, & universa quæ is statuerat, magna virtute subvertit: reliquos tres ad *Fausti* sectatores expugnandos Monachis Scythis inscripsit, quorum studium in Divina Gratia defendenda initio Operis commendavit. Libri illi septem contra *Faustum* periere; eos tamen se legisse testatur S. Isidorus Archiepiscopus Hispalensis in lib. de Illust. Script. cap. 14. & ut observat. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 21. de illis loquuntur Patres Africani in Epistola Synodica, quam una cum illis Fulgentii libris ad Scytharum Monachos Constantinopolim misere. Titulus huic Epistolæ Synodicæ præfixus hic est: *Dei gratia plurimum amplectendis Sanctis fratribus, Joanni Presbytero & Archimandritæ, & Venerio Diacono, & fidelibus Viris quorum in vestra Epistola subscriptio continetur, Dacianus Fortunatus*. &c. Hos vero libros septem Fulgentii contra Faustum hoc anno scriptos fuisse deducit Card. Norisius citatus ex Vita Fulgentii cap. 28. ubi dicitur: *Magnus plane hujus Operis labor mercedem debitam cito suscepit; mox enim, ut est dictatio ipsius finita, protinus est longissimæ captivitatis catena disrupta, mors enim Trasamundi Regis*, &c.

In laudata quidem Epistola Synodica post Baronii mortem a Sirmondo in lucem edita, mentio habetur Hormisdæ Papæ veluti jam defuncti, & eam in exilio scriptam, verba quæ initio ejus leguntur, manifestare videntur. *Accepimus vestræ Charitatis Epistolam, quæ nostrum ex parte relevavit, ex parte vero mæstificavit exilium.* At Monachorum Scytharum Epistola accepta quidem ab Episcopis Africanis, dum adhuc in Sardinia exularent, hi tamen non responderunt, nisi postquam hoc anno ab exilio reversi sunt. *Fulgentius* ex Sardinia redux alterum pro Divinæ Prædestinationis & Gratiæ defensione Opus aggressus, tres *de Veritate Prædestinationis & Gratiæ* libros inscriptos vulgavit, ut testatur Auctor Vitæ ejus cap. 29. quorum librorum Africani Patres in Epistola Synodica cap. ult. mentionem faciunt. *Cæterum*, inquiunt, *unus ex nobis, in quantum Dominus servis suis recti gratiam dignatur donare sermonis, illis omnibus, quæ memoratos fratres adversus Gratiam & Prædestinationem intimastis, vel sentire, vel dicere, tribus libris vestro nomini dedicatis sufficienti disputatione respondit, quique adversus duos libros Fausti Galli septem libros edidit*; &c. Ubi vero

XVI. *Librum de Prædestinatione scribit.*

quemlibet Christianum hominem apud legitimum Judicem causam agere, suaque jura proferre, S. Leo Papa (ut suo loco superius dictum est) scribit ad Dorum (a) Beneventanum Episcopum. Quæ autem rursum de ejusdem S. Fulgentii horum temporum rebus gestis idem auctor his subiiciat, accipe:

(a) Leo ep. 3.

XXXV. De Homiliis aliisque scriptis S. Fulgentii. *Catholicæ Ecclesiæ singularis magister & doctor, quantumlibet inter varias occupationes hic in Africa parum vacaret, plurimos tamen Ecclesiasticos sermones, qui in populis dicerentur, scribendo dictavit. Ubicumque sermonem faciebat, mulcebat animos omnium, non inanes & vanissimos plausus, sed compunctionem generans cordis. Expectavit & eum sanctæ memoriæ Bonifacius Episcopus Ecclesiæ Carthaginensis, apud Furnos* * *ecclesiam dedicans, duobus diebus se præsente, tractantem: quando tantum delectatus est audire verbum Domini de ore ejus, ut donec ille sermonem finiret, ipse terram lacrymis irrigaret, agens gratias Deo, cujus gratia semper in Ecclesia Catholica summos excitat præclarosque doctores.*

* Burnos.

XXXVI. *Jam reversus de exilio, novem & decem libros Fabiani mentientis falsa Gesta convincens, de veritate prædestinationis & gratia libros confecit tres, aliaque multa digessit: quæ si quis scire voluerit, in ejus monasterio veraciter scripta reperiet.* Hæc de his auctor. Sunt autem hi tres libri ad Nominum scripti de duplici prædestinatione, in cujus operis præfatione queritur de iis quæ apud Carthaginem a calumniatore passus esset: quem licet ipse noluerit nominare, ejus tamen discipulus in Vita ipsius Fabianum appellat. Præfatur enim ita Fulgentius: *Quoniam adversus cujusdam hæretici vaniloquia respondere compulsus sum, qui non solum meum nomen sub Photiniani erroris nota non dubitavit lacessere, quinetiam sanctorum Augustini & Hieronymi dicta tamquam meæ professioni contraria in me voluit retorquere. Cujus nomen nunc litteris insinuare distuli, sed potest ipse proculdubio recordari. Nam ibi, te nobiscum apud Carthaginem posito, mihi dicta ejus allata sunt; & si bene recolo, etiam ad tuam notitiam pervenerunt: nihil*

PAGIUS vero ejusdem Libri adversus Faustum scripti Constantinopolim delati sunt, hujus Sectatores non modo animum demisisse; sed & ejus sententias ejerasse inde colligitur, quod Regiam illam Urbem illis controversiis imposterum turbatam nullus prodit.

XVII. *De aliis S. Fulgentii Libris.* *Fabianus* Arianorum sectator *Fulgentium* Ruspensi Ecclesiæ componendæ intentum interpellavit, contra quem e vestigio decem hic libros edens furentis hominis audaciam compressit, quorum *Theodulphus* Aurelianensis Episcopus a Sirmondo editus plura fragmenta producit. Interim a *Monimo* viro amicissimo ad scribendum de Divina Prædestinatione iterum compellitur. *Monimus* ex prava intelligentia sententiæ Augustinianæ in eam opinionem descenderat, ut putaret ex Sancti Doctoris sententia homines æque ad bonum ac ad malum, Deum prædestinare, ideoque rogavit per Literas *Fulgentium*, ut Sancti Augustini verbis, quibus in eam sententiam propellebatur, expensis, quid sentiendum foret, rescriberet. Fulgentius unum de *Prædestinatione* librum eidem statim procudit, quem una cum duobus aliis, quibus reliqua a *Monimo* dubia proposita solvuntur, ad eumdem transmisit. Illius scopus est ostendere Deum prædestinare homines ad bona, non ad mala perpetranda, ac Sanctum *Augustinum* intellexisse Dei Prædestinationem ad malum pœnæ. Istud Volumen post reditum ab exilio scriptum ex his Fulgentii in Præfatione verbis colligit Card. Norisius citatus: *Divino etenim igne succensus, sic nobis jugiter compateris, ut etiam illas tribulationes quæ licet acciderint nobis, Domino tamen adjuvante fuerunt superatæ. Tu sic eas pro nobis pene semper pateris, ut quoties eas corde revolveris, toties eas pati quodammodo compellaris*, &c. Hos Libros ad *Eugippium* Abbatem, de quo infra sermo erit, Augustinianæ doctrinæ per Italiam propagatorem eosdem postulantem, in Italiam transmisit. Plura de Fulgentii libris Labbeus in Differt. de Script. Ecclesiast.

XVIII. *Sigismundus Rex Burgundiæ a Francis captus.* Marius Aventicensis in Chronico hoc anno habet: *Maximo Consule, Indictione prima, Sigismundus Rex Burgundionum, a Burgundionibus Francis traditus est, & in Francia in habitu Monachali perductus.* Gregorius Turonensis lib. 3. cap. 6. hujus belli causam aperit, aitque *Chlotildem* Chlodovei Magni viduam, *Chlodomerem* & reliquos filios suos impulisse ad vindicandam mortem patris & matris suæ, indeque illos adversus *Sigismundum* Burgundiæ Regem & fratrem ejus *Godomarum* movisse, hunc terga vertisse, & Sigismundum, dum ad Sanctos Agaunos fugere nititur, a *Chlodomere* Francorum Rege captum cum uxore & filiis captivum abductum esse. *Theodoricus* Italiæ Rex, qui audita *Sigerici* nepotis morte plurimum excanduerat acerrimum *Sigismundi* Regis hostem se præbuit inito cum Francis fœdere, ut docet Procopius lib. I. de Bello Gotthico cap. 12. qui ait, inter Francos & Gotthos convenisse, ut Burgundiones debellarent, & dum *Theodoricus* profectionem consulto differret, Francos solos cum Burgundionibus manus conseruisse, & partem Burgundiæ occupasse, quam postea cum *Theodorico* partiti sunt. De hoc Gotthorum *sine pugna triumpho* loquitur Cassiodorus lib. 8. Var. Epist. 10. & quod narrat, Procopius egregie confirmat.

XIX. *Duo Francorum adversus Burgundos prælia distinguenda.* Verum *Sigismundus* non in hoc prælio a Francis captus, sed in altero, de quo differit idem Procopius cap. 13. & in eo Burgundiones iterum debellatos esse a Francis, quos *Germanos* vocat scribit: *Germani cum Burgundionibus qui supererant, armis congressi, adeptique victoriam eorum Regem in castellum quoddam regionis illius conjectum, asservarunt custodiis, ipsos vero ad obsequium redactos secum imposterum militare coegerunt, ut bello captorum conditio postulabat & locis omnibus, quæ Burgundiones ante coluerant, vectigal imposuerunt*, ubi cladem Sigismundi Regis innuit. Sed in eo errat Procopius, quod hoc postremum prælium post Theodorici Italiæ Regis mortem, quæ contigit anno DXXVI. ge-

hil enim te ibi posito legere possem, *quod tibi recensendum offerre non possem*. *Eosdem igitur libellos*, *si Dominus voluerit*, *vestræ charitati celeriter destinabo*, *&c.* Jam antea (ut dictum est) sub Hormisda Pontifice fuit eidem Fulgentio adversus Pelagianos errores per Faustum Regiensem clanculum restitutos pugnandum, cum septem libris ejusdem virulentos sub foliis latentes serpentes extinxit. Fuerunt autem dicta adversus Fabianum Fulgentii scripta novissimi ipsius partus, eorum videlicet, quorum memoria fit. Quando vero contigerit ipsum ad superna vocari, suo loco dicemus.

Chri-

PAGIUS gestum fuisse afferat. Proxime de nuptiis Amalarici Regis Visigothorum subjungit: *Rex Visigothorum Amalaricus*, *adulta jam ætate*, *Germanorum* (idest Francorum) *potentiam reformidans eorum Regis Theodoberti sororem in matrimonium duxit*, ubi loco *Theodeberti*, restituendus *Childebertus* Francorum Rex, cujus Regia Sedes Parisiis erat. Hujus Regiæ puellæ nomen fuit *Chlotildis*, ut prodit Turonensis lib. 3. cap. 10. His nuptiis Francos inter & Visigothos pax coaluit, cujus beneficio penes Francos manserunt *Tolosa* & *Ucetia* Galliæ Narbonensis Civitates, cum Metropoli Provinciæ Lugdunenensis tertiæ, & tribus Aquitaniis, si partem excipias Episcopatus Rutenensis, quæ Visigothis per aliquot annos adhuc paruit. Baronius Procopium laudatum secutus anno DXXVI. a num. XLIV. ad XLVII. tam *Sigerici* cædem, quam *Sigismundi* ejus patris captivitatem narrat, quæ propter ejusdem Sigismundi mortem quæ anno sequenti contigit, hic nobis referenda fuere.

XX. Porro Marius in suo Chronico, qui solis Consulibus annos hactenus distinxit, incipit sub Maximo Consule *Indictionem* singulis annis cum Consulatu præfigere; qua in re eum ejusdem Chronici continuator secutus est. Uterque Gallus fuit, Gregorio Turonensi æqualis, & Indictiones uterque adhibet. Marius autem ideo hoc anno Indictiones usurpare cœpit, quod, ut conjectura est, Scriptores, in Gallia frequentius eas adhibere incipiebant. Certe jam earum in Epitaphiis, aliisque quibusdam Monumentis publicis mentio. Romæ hoc tempore eas obtinuisse, in dubium vocari non potest; cum Sirmondus in Notis ad Ennodium lib. 8. Epist. 9. referat monumentum Romæ in æde Suburbana Sancti Pancratii ab se visum, in quo *Maximus* parvulus depositus dicitur *sub diem III. Id. Augustarum*, *Symmacho & Boetio VV. CC. Consulibus*, *Ind. XV.* anno scilicet præcedenti, antequam Indictio prima Kalendis Septembris auspicaretur. Pontifices tamen Romani in suis Literis easdem non notarunt ante *Pelagium* secundum Divi Gregorii Magni proximum decessorem, ut infra videbimus.

Indictiones in Occidente frequentius usurpari cœpta.

Moritur *Trasamundus* Africæ Rex, & Episcopi Orthodoxi ab exilio revocantur, ut diximus anno superiori n. II.

JESU CHRISTI ANNUS 524. | JOANNIS PAP. ANNUS I. | JUSTINI IMP. 7. THEODOR. REG. 32.

I. Christi annus quingentesimus vigesimusquartus Consulatu secundo Justini Augusti cum Opilione collega aperitur, quo ejusdem Justini Imperatoris sextus mense Julio absolvitur annus, & septimus inchoatur: cum idem Imperator Christianæ pietatis studiosissimus, ubi omnes suis edictis rursum exagitasset hæreticos, Arianis vero ob fœdus initum cum Theodorico Rege pepercisset; memor divinæ legis (a) prohibentis ne cum Dei hostibus fœdus aliquo modo sanciretur, & Arianos vexare aggressus est, qui hactenus magna libertate in Oriente vixissent. Nondum igitur sexto sui Imperii anno absoluto, sub hoc ipsius Consulatu secundo, adversus eos, minime excipiens Gothos (ut antea fecisse diximus) promulgato edicto, Arianos exagitavit universos. De his enim hæc in Miscella (b): *At vero in Orientis partibus, cum adhuc eo tempore per singula loca hæresis Ariana vigeret, Justinus Imperator ejus Imperii anno sexto Orthodoxæ fidei studio omnimodis satagere cœpit, ut hæreticorum nomen extingueret, statuit, ut ubique eorum ecclesias Catholica religione consecraret.* Hæc ibi: quæ vero iis subiiciuntur de legatione a Theodorico Rege missa, non ante sequentem annum facta esse noscuntur.

Justinus Imp. Arianos exagitat.

(a) *Deut.* 7. *Jos.* 9. *Jud.* 2.

(b) *Miscel.* l. 15.

II. Ista enim audiens Theodoricus Italiæ Rex, indigno admodum animo tulit: nam ipse præ cæteris invigilabat hæresis Arianæ patronus Arianorumque protector: qui & veluti quodam compensationis jure eorumdem Arianorum securitatem ab Orthodoxis redemisse videri poterat, dum in Italia, & in aliis quibus præerat regionibus, nullum umquam religionis causa Catholicis negotium facessisset; sed de iisdem benemeritus sæpe fuisset, & ipsam Romanam Ecclesiam a schismaticorum oppressione levasset, atque alia (ut vidimus) præstitisset, quæ vix a Catholicis Principibus impetrari potuissent. Ista, inquam, in memoriam ipse revocans, & admodum exacerbatus animo versans, pro suis Arianis in Oriente agentibus valde solicitus (illi enim ejus implorabant auxilium, crebris ipsum legationibus excitantes) apud Justinum Im-

Theodoricus pro suis Arianis agit.

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLXII. A. C. 524.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6017.

☉ 1. GF. ☽ 12. P. 7. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 524.

JOANNIS PAPÆ 2.

JUSTINI IMP. 7.

THEODORICI REG. 32. & 14.

I. [1] COSS. *Justinus* Aug. II. & *Opilio*. Hic in Occidente creatus est; Procopius enim lib. 1. de Bell. Gotth. cap. 4. asserit, *Theodatum* postquam Regnum Visigothorum obtinuit, *Opilionem* ad Imperatorem Orientis Legatum misisse; & *Opilionem* ab Athalarico Theodati decessore Comitem sacrarum largitionum creatum esse, liquet ex Cassiodoro lib. VIII. Var. Epist. XVI. *Justinus* Consulatum capessiit, vel ob sua Quinquennalia anno præcedenti exhibita, vel potius Anastasii Imp. exemplo, qui septimo Imperii sui anno eum iniit, cujus rei rationem anno CDXCVII. num. I. assignavimus.

Consules.

II. Ad num. I. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXVI. Kalendis Septembris superioris Christi anni inchoato, de Justino Imp. ait: *Magnam in Manichæos persecutionem excitavit.* Meminit Baronius Edicti hujus Imperatoris adversus Arianos emissi anno VI. sui Imperii, de quo loquitur Auctor Miscellæ, cujus verba ipse recitat, subdens Gotthos minime, ut antea, Imperatorem excepisse. Verum *Justinus*, nec anno superiori, nec currenti aliquid decernere potuit contra Gotthos, qui Theodorico Italiæ Regi subditi maxima ex parte Ariani erant. Immo *Theodoricus* Rex currenti anno coegit *Joannem* Papam Constantinopolim proficisci, & *pro Arianis, ne hæresi sua per vim abducerentur, Legatione fungi*, ut testatur Theophanes ad annum Incarnat. citatum. Quæ Legatio a Baronio hoc anno etiam recitata. Præterea sicut Edictum adversus Manichæos aliosque hæreticos anno Christi superiori, quo Justini annus VI. inchoatus, datum est; ita & constitutio peculiaris adversus *Arianos* eodem Christi anno, initioque anni sexti Justini promulgata, ut indicant hujus Imperatoris *Quinquennalia*, hujusmodi pro religione Catholica tuenda, aut propaganda legibus de more nobilitata.

Justinus Arianos & Manichæos reprimit.

III. Ad num. II. & seq. Theophanes loco laudato

NOTÆ [1] COss. *Justinus Aug.* II. & *Opilio*. Victor: *Justino Aug. & Apione*. Marcellinus: *Justino II. & Opilione*. Ita & Marius Aventicensis. Epitome temporum & Indiculus Paschæ, anno a Passione Domini CCCCXCVII. bisextili: *Opilione*. GEORGIUS

Imperatorem pro eorumdem libertate agere cœpit. Litteris itaque ea de re hoc anno ultro citroque redditis, cum se minime, quod optabat atque petebat, consequi posse aliquo pacto videret; potentiori remedio rem tantam agere cogitavit nempe legationibus, iisdemque efficacissimis: nimirum ut cum proceribus quos legaret, impelleret ad suscipiendum legationis munus Joannem Romanum Pontificem, futurum apud Imperatorem pacis mutuæ conservandæ sequestrem; comminatus, nisi delegatam subiret provinciam, se in Occidente adversus Orthodoxos illa facturum, quæ in Oriente adversus suos Arianos legibus Justini Augusti esse decreta scivisset.

III. Summa quidem Justinus laude dignus habendus, dum plus detulit religioni, quam cuivis causa regnandi prætextui: dum non timet potentissimum Regem fœdere junctum in se concitare, a quo tum ipse, tum prædecessores Imperatores precario pacem redemerant. Quanti enim facere consueverint Orientales Imperatores Regem Theodoricum, accipe ex epistola (a) Theodati Regis ad Justinianum Augustum: *Considerate* (inquit) *Principes docti, & abavi nostri historica monumenta recolite, quantum decessores vestri studuerint de suo jure relinquere, ut eis parentum nostrorum fœdera provenirent. Æstimate qua gratia debeant oblata suscipi, quæ consueverunt postulari, &c.* Vides igitur quanto suo periculo Justinus Imperator religionis causa contempserit barbari Regis potentiam, cuncta religioni posthabens: illud unum existimans esse regnandi præsidium, si religioni optime consulatur. In his itaque præsens

(a) *Apud Cassiod. l.10.ep.22.*

PAGIUS *Boetius Theodorici jussu occiditur.* to *Joannis* Papæ Legationem ad Justinum Imp. jussu *Theodorici* Italiæ Regis susceptam ad hunc annum pertinere significat; cum eam consignet anno Incarnat. secundum Alex. DXVI. qui cum mense Augusto hujus Christi anni terminatur. Ad hæc ea post *Boetii* mortem suscepta, ut anno sequenti videbimus. Marius autem in Chronico sub hujus anni Consulibus scribit: *Eo anno interfectus est Boetius Patricius in territorio Mediolanensi.* Quia tamen anno sequenti de profectione Joannis Papæ, & anno DXXVI. de *Boetii* morte verba facit Baronius, ut nostra narratio ejus respondeat, de utraque iis annis verba faciemus.

IV. *Sigismundus Burgundiæ & Chlodomeres Franciæ Reges necantur.* Hic de cæde *Sigismundi* Regis, de qua Baronius anno DXXVI. num. XLVI. & seq. disserit, agendum nobis est, ne bellum *Burgundicum* hoc anno gestum cum alio, ad annum sequentem pertinente, confundatur. Marius itaque in Chronico sub hujus anni Consulibus habet: *His Coss. Godemarus frater Sigismundi, Rex Burgundionum ordinatus est. Eo anno contra Chlodomerem Regem Francorum Viseroncia præliavit, ibique interfectus est Chlodomeres.* Viseroncia, seu Viserontia planities est duabus leucis ab Urbe Viennensi dissita, ut ostendit Chorierus in Historia Delphinatus lib. 9. cap. 14. Rem fusius narrat Turonensis lib.3. cap.6. aitque, discedentibus Regibus Franchorum, *Godemarum* resumptis viribus Burgundiones collegisse, Regnumque recepisse, contra quem cum *Chlodomeres* processisset, & *interfecto Sigismundo cum uxore & filiis apud Columnam Aurelianensis Urbis vicum* Burgundias petiisset, insidiis ab hostibus captus est, ejusque caput amputatum, & conto defixum. Quod Franci cernentes, *reparatis viribus, Godemarum fugant, Burgundiones opprimunt, patriamque in suam redigunt potestatem.* Huc usque Gregorius. Godemarus eas tantum Civitates recepit, quas Franci perva- serant, nullam enim e Gothorum potestate recuperavit, ut demonstrant subscriptiones Episcoporum, qui Concilio Arelatensi IV. hoc anno habito, de quo mox, subscripsere. Nomen *Sigismundi* Burgundionum Regis inscribitur Martyrologiis Rabani, Usuardi, Adonis & aliorum, ad primum diem mensis Maii, quo in Actis Bollandianis Vita ejus, ex antiquis Codicibus descripta, illustratur.

V. *Concilium IV. Arelatense.* Concilium Arelatense *sub die VIII. Idus Junias* [1] *Opilione V. C. Consule* celebratum, ad hunc Christi annum pertinet, non vero ad annum CDLIII. quo Opilio & Vincomalus Fastis nomen dedere, quove Baronius num. XLI. & seq. illud recitavit. In Addendis enim & Corrigendis, & eo anno in editione Coloniensi monuit Cardinalis doctissimus, illud ad præsentem revocandum esse; cum Sanctus *Cæsarius* Arelatensis Episcopus, qui anno CDLIII. nondum natus erat eidem interfuerit. Porro hoc Concilium inter Arelatensia, non *tertium* fuit uti habet Baronius, sed *quartum*, quia *tertium* Ravennio Episcopo Arelatensi in causa Lirinensis insulæ, *quartum* vero a Sancto *Cæsario* Episcopo Arelatensi congregatum, & eo tempore quo Arelatum *Theodorico* Italiæ Regi parebat. Ei interfuere sedecim Episcopi, quatuorque Canones, quos explicat Natalis Alexander sæculo Ecclesiæ sexto, conditi. Hanc Synodum in Regno Gotthico celebrarunt Philagrius *Cabellicus*, Prætextatus *Aptensis*, Julianus *Carpentoractensis*, Florentius *Tricastinus*, & Maximus *Genevensis*, qui Concilio Epaunensi in Regno Burgundiæ anno DXVII. sub Sigismundo Rege subscripserant. Amnis Druentia, qui ab Alpibus maritimis excurrens in sinistram Rhodani ripam infra Avenionem egeritur, Burgundiam a ditionibus Gothorum disterminabat. Verum bello, quod adversus *Sigismundum* Burgundiæ Regem a Francis, & Gotthis superiori

NOTÆ [1] Concilium Arelatense forte ex die VIII. Iduum Junias ad diem VIII. Iduum Julias transferendum est; cum dies illa Julii hoc anno in secundam feriam inciderit, (qua die ex veteri more Concilia inchoabantur) & in Codicibus MSS. inter duos hosce menses Junium & Julium error facilis obrepere potuerit, & sæpe obrepserit. MANSI

sens annus insumptus est. Quomodo autem sequentis anni veris initio Joannes Romanus Pontifex una cum Imperatoris legatis Constantinopolim profectus est, suo loco dicturi sumus. Sed & quam magno id suo Theodoricus tentaverit detrimento, ipsa rerum gestarum tractatio perspicuo declarabit.

Vige-

PAGIUS ri anno initum est, Gothorum potestas Cabellione, Apta Julia, multisque aliis Civitatibus aucta, ut ex laudatis Episcoporum subscriptionibus colligere est. Qua de re plura Cointius eo anno. Porro cum hæc Synodus solo *Opilionis* Consulatu notetur, eum in Occidente annum aperuisse non dubitandum.

Moritur *Joannes* Episcopus Hierosolymitanus, ut dicemus anno sequenti num. XIV.

I. De Legatione Joannis Papæ Constantinopolim.

Vigesimoquinto Christi anno supra quingentesimum, Consulibus Probino atque Philoxeno, Joannes Romanus Pontifex, præter morem prædecessorum, a Theodorico Rege Italiæ ira exæstuante ob Arianos suos in Oriente ecclesiis spoliatos subire cogitur legationem Constantinopolim ad Justinum Imperatorem. Id quidem hoc anno accidisse, ex epistola ipsius Joannis sequenti anno ad Episcopos Italiæ data colligitur, ut suo loco inferius apparebit. Porro ejusmodi Joannis legationem Marcellinus in Chronico paucis in creatione ipsius Joannis perstringit his verbis: *Theodorico Rege pro Arianorum suorum cærimoniis laborante, solus dumtaxat Romanorum sibi decessorum Urbe digressus, Constantinopolim veniens, miro honore exceptus est. Dexter dextero Ecclesiæ sedit solio, diemque Domini nostri Resurrectionis plena voce Romanis precibus celebravit.* Hæc Marcellinus, non eo quo gesta sunt anno recolens, sed dum de Joannis sedis initio habuit mentionem. Verum quod pertinet ad ejusdem legationis causam; ex Boetii scriptis satis potest intelligi, illam quoque intercessisse, quod apud Theodoricum Regem Senatus Romanus criminis majestatis reus ef-

Ann. Eccl. Tom. IX. Vv 2 fe-

PAGIUS

SÆC. VI. Olymp. 326. Anno Eræ Hisp. DLXIII. A.C. 525.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6018.

☉ 2. E. ☽ 13. P. 30. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 525.

JOANNIS PAPÆ 3.

JUSTINI IMP. 8.

THEODORICI REG. 33. & 15.

I. *Consules.* [1] COSS. *Fl. Philoxenus* & *Probus Junior.* Ille in Oriente creatus est; Auctor enim Chronici Alexandrini anno DXIX. scribit, Justinum revocasse *Philoxenum* Magistrum ab Anastasio ejus decessore in exilium missum, eumque post aliquot annos Consulem creasse. In Monasterio Compendiensi asservatur Diptychon Eboreum, cum inscriptione, quæ docet illud Senatui olim oblatum pro sportula a Philoxeno, in qua omnia ejus nomina & dignitates his verbis exprimuntur: FL THEODORUS FILOXENUS SOTERICUS FILOXENUS VIR. ILLUST. COM. DOMEST. EX MAGISTRO M. PER THRACIAS ET CONSUL. ORDINARIUS. Ei subjunguntur versus duo Græci, in quibus dicit *Philoxenus* se munus illud Senatui offerre, ut videre est apud Reinesium in Syntag. Inscript. pag. 446.

II. *Vox Junior cum nomine Consulis juncta explicatur.* *Probus* Occident. fuit, & in Chron. Marii Aventicensis, Mariani Scoti, in quibusdam inscriptionibus mox citandis, & in Epistola prima Dionysii Exigui vocatur *Junior*, quæ vox indicat eum fuisse e Familia Probi anno DXIII. Consulis; ad hujus enim differentiam ille *Junior* in Fastis & inscriptionibus appellatur. Ducangius in Familiis Augustis Byzantinis, dum de Familia Anastasii Augusti loquitur, ait incertum esse, an *Probus* qui anno DII. Consulatum gessit, unus & idem sit cum *Probo* anno DXIII. & DXXV. Consule. Verum priorem Orintalem fuisse suo loco monstravi, duos posteriores Occidentales diversos esse, sed ex eadem familia ortos vox illa *Junior* ostendit. Reinesius laudatus pag. 981. inscriptionem refert *Probo Juniore* Consule notatam, aitque eam anno DXIII. sculptam & Sirmondus in Notis ad Ennodium pag. 85. exhibet Epitaphium *Petilii Processii* celebris Caussidici, Romæ depositi Sub die Kal. Jul. Probo Jun. V. C. Cos. autumatque illud anno DXIII. tumulo marmoreo incisum esse. Verum Vox *Junior* utramque inscriptionem ad hunc annum pertinere demonstrat. Baronius loco *Probi*, *Probinum* perperam habet.

III. A num. I. ad XIII. Baronius hoc anno *veris initio* Joannem Papam, Theodorici jussu Legatum Constantinopolim missum esse, *Boetium* in

NOTÆ [1] C*oss. Fl. Philoxenus* & *Probus Junior.*
Lapis, Mediolani in S. Vincentii, apud Muratorium in novo Thesauro veterum inscriptionum tom. 1. pag. CDXIX. 3. ex Puricellio.

DEPOSITIO SVB DIE NONO
KALENDAS JVLII PROBO IVN.
CONSVLE PER INDICTIONE
TERTIA.

Sirmondus ad Sidonium lib. VIII. epist. VI.

FL. THEODORVS. FILOXENVS.

Hinc Relandus, *Flavium Theodorum Philoxenum* appellat.
Pagius putat inscriptiones omnes *Probi junioris* quæ allatæ sunt A. D. 513. ad *Probum* hujus anni 525. Consulem pertinere. Victor: *Philoxeno & Probo*: ita Marcellinus.
Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Probo juniore*. Præfatio in cyclum Dionysii exigui, ex cod. Reg. Suec. 755. *Namque tertia Indictio est Consulatu Probi junioris.* GEORGIUS

fectus, in suspicionem adductus est, aliqua cum Justino Imperatore moliri secreta. Sed de his inferius.

II. Cæterum scimus sanctissimum Pontificem acerbas subire calumnias, ipsum pro reparandis rebus Arianorum collapsis eo munere functum esse. Tu autem veri amator, esto æquus arbiter, lector. Anastasius Bibliothecarius, missum a Thedorico, Joannem Constantinopolim esse profectum affirmat, dum ait: *Theodoricus Rex hæc audiens*, nempe ablatas Arianis in Oriente jussu Justini Imperatoris ecclesias, *exarsit in iram, & totam Italiam voluit gladio extinguere. Eodem tempore Joannes Papa ægrotus egressus cum fletu ambulavit, pergens ad urbem Constantinopolim, & Senatores cum eo, scilicet Theodorus, Importunus, & Agapetus Exconsules, & alius Agapetus Patricius, accipientes hoc in mandatis legationum ab ipso Rege, ut redderentur ecclesiæ hæreticis in partibus Orientis: quod si non faceret, totam Italiam gladio perderet. Qui cum ambulassent cum Joanne Papa. &c.* Suadente itaque & cohortante, immo & impellente Theodorico Rege, ejusmodi peregrinationem esse susceptam, ipse quoque Joannes in epistola ad Italiæ Episcopos testari videtur, de qua inferius.

Comites Joannis Pont.

III. Adegisse putavit minis Romanum Pontificem perfidus Arianus ad eam obeundam suorum causa Arianorum legationem, atque ad maledicendum Dei populo, si non pretio, timore tamen induxisse novus Balac (*a*); sed non invenit Balaam, quem quærebat: etenim præter opinionem incidit in Joannem Herodes, quod potius jugulum sciret subdere ferro, quam flectere animum impietati, illud profunda mente fixum retinens, quod ille cujus successor in sede esset, fuerat Petrus coram Concilio prælocutus (*b*): *Obedire oportet magis Deo, quam hominibus*. At licet invitus atque præter consuetudinem divelletur ab Urbe; haud tamen robur sacerdotale deseruit, quicquamve imminuit Pontificiæ dignitatis, quam persecutio non obscurare, sed illustrare potius consuevit. Comitantur plures abeuntem Romanum Pontificem, cum eodemque proficiscitur divina potentia in operatione signorum, quæ eum cunctis redderet admirandum. Audi enim quæ eidem Joanni in itinere posito contigisse sanctus Gregorius narrat (*c*):

(*a*) Num. 22.
(*b*) Act. 5.
(*c*) Greg. dialog. l. 3. c. 2.

IV. Quid Joanni Papæ apud Corinthum acciderit.

Gothorum tempore, cum Joannes vir beatissimus hujus Romanæ Ecclesiæ Pontifex ad Justinum Seniorem Principem pergeret, in Corinthi partes advenit: cui necesse fuit ut in itinere ad sedendum equus requiri debuisset. Quod illic quidam vir nobilis audiens, equum quem præ magna mansuetudine ejus conjux sedere consuevit, ita ei obtulit, ut eo ad loca alia perveniente, cum alius equus potuisset inveniri, deberet ille quem dederat propter suam conjugem transmitti. Factumque est, ut usque ad certum locum prædictus vir, equo eodem subvehente perductus esset: qui mox ut alium reperit, illum quem acceperat, transmisit. Cumque eum prædicti nobilis viri conjux sedere ex more voluisset, ultra non valuit; quia post sessionem tanti Pontificis mulierem ferre recusavit. Cœpit namque immenso fla-

PAGIUS

Joannes PP. Constantinopolim missus.

in carcerem conjectum, annoque insequenti, occisum putavit. Verum Boetii eximii Philosophi cædes anno superiori patrata, ut ibidem num. III. ex Mario in Chronico insinuavi, & *Joannes Papa* superiori Christi anno viæ se dedit. Theophanes enim anno Incarnat. secundum Alex. DXVI. cum mense Augusto anni Christi DXXIV. absoluto, scribit: *Hoc anno Theudericus pravis Arii sensibus infectus Romam occupans, Joannem Papam ad Imperatorem Justinum Byzantium proficisci coegit, & pro Arianis, ne hæresi sua per vim abducerentur Legatione fungi: quandoquidem ipse Theuderichus idem adversus Catholicos Italiæ incolas commissurum minabatur, Joannes itaque Byzantium appellens, & ab Epiphanio Patriarcha invitatus, congressum denegavit, donec ipse, qui Romanus esset Pontifex, primum in consessu locum supra Epiphanium obtinuisset. Joannes cunctis quidem Episcopis communionis impertiit commercium, quod cum Timotheo Alexandrino sibi nullum esse proposuit*, qui ideo Constantinopoli tunc erat.

IV. *Ibi Latinorum ritum adhibet.* Marcellinus in Chron. habet: *Joannes Romanæ Ecclesiæ Papa LI. anno a Petro Apostolorum Pontificumque Præsule CCCCLXXV. Sessionis ejus Theodorico Rege pro Arianorum suorum cæremoniis reparandis laborante, solus duntaxat Romanorum sibi Decessorum, Urbe digressus Constantinopolim venit miro honore susceptus est. Dexter dextrum Ecclesiæ insedit solium, diemque Domini nostri Resurrectionis plena voce Romanis precibus celebravit*, ubi Macellinus, licet initium Pontificatus Joannis, sicuti antea Hormisdæ, tardius differat, non dubium tamen videtur, quin recte tradat *Joannem* hoc anno Constantinopoli Resurrectionem Dominicam celebrasse, & Latinum ritum adhibuisse, sicuti etiam præstitit Legatus Agathonis Papæ anno DCLXXXI. ut eo anno videbitur. Neque enim Marcellinus de Paschate sequentis anni intelligi potest; cum illud in diem XIX. mensis Aprilis inciderit, & *Joannes* die XVIII. Maii illius anni Ravennæ ad Deum migrarit. Obiter observa ex sententia Marcellini, qui hoc tempore vivebat, *Divum Petrum* anno Christi quinquagesimo Romæ sedere cœpisse, qui ideo Eusebii eum anno secundo Claudii Imp. Romam venisse scribentis opinionem parum curavit, quæ, licet communis, parum verosimilis, cum Eusebius, qui in Græcia natus est & vixit, de Chronotaxi Pontificum Romanorum male edoctus fuerit.

V. *Boetius anno superiori occisus.* Baronius in narratione mortis *Boetii* secutus est Anastasium, qui tamen parum se de ea instructum ostendit, dum, ut videre est apud Baronium num. XI. affirmat *Theodoricum* Regem Symmachum, & Boetium occidisse, *interficient*,

flatu & fremitu atque incessanti totius corporis motu quasi despiciendo prodere, quia post membra Pontificis mulierem ferre non posset. Quod vir ejus prudenter intuitus, hunc ad eumdem venerabilem virum protinus remisit, magnis precibus petens, ut equum ipse possideret, quem juri suo sedendo dedicasset. Hæc de equo Gregorius: quæ cum Novator calumniose miraculi loco non ducat, audi quod subiicit ab eodem Pontifice cæcum fuisse illuminatum. Ait enim:

V. Cæcus a Joan. Pon. illuminatur.

De quo etiam illud mirabile a nostris senioribus narrari solet, quod in Constantinopolitana urbe ad portam, quæ vocatur Area veniens, populorum turbis sibi occurentibus in conspectu omnium roganti cæco lumen reddidit, & manu superposita oculorum tenebras fugavit. Hæc breviter Gregorius, quæ Græcorum penicillus coloribus variis exornasset: sed gaudet magis nuda simplexque absque fuco spectari veritas. Hisce igitur miraculis præcursantibus, voluit Deus Romanum Pontificem quam honorificentissime recipi. Quis illi negasset obsequium, quem brutum etiam jumentum cognoscens possessorem suum, eo quo potuit modo visum est honorare? Quis adeo impietatis offusus caligine ad redditum cæco visum, amplius cæcutiret? At quomodo a Constantinopolitanis exceptus fuerit, audi Anastasium:

VI. Occurrunt Constantinop. Joanni Papæ.

Occurrerunt, inquit, *beato Joanni Papæ a milliario duodecimo omnis civitas cum cereis & crucibus in honorem Apostolorum Petri & Pauli: quia veteres Græcorum hoc testificabantur dicentes: A tempore Constantini & beato Silvestro sedis Apostolicæ Episcopo usque ad Justini tempora non meruisse, &c.* Nam nullum umquam viderat Oriens Romanum Pontificem, nisi Clementem, cum inde transiit relegatus in Chersonesum. Sed pergit: *Tunc Justinus Imperator dans honorem Deo, humiliavit se pronus in terram, & adoravit beatissimum Joannem Papam.*

VII. Quomodo exceptus Joannes Pontifex.

Eo tempore beatissimus Joannes cum Senatoribus suprascriptis cum grandi fletu rogaverunt Justinum Augustum, ut legatio acceptabilis esset in conspectu ejus. Qui Joannes Papa & Senatores viri religiosi omnia meruerunt, & liberata est Italia a Theodorico Rege hæretico. Justinus autem Imperator gaudio repletus est, quod meruit temporibus suis Vicarium beati Petri Apostoli videre in regno suo: de cujus manibus cum gloria coronatus est Justinus Augustus. Licet enim simulac electus est in Imperatorem, a Joanne ejus civitatis Episcopo fuerit diademate insignitus; tamen & illud ipsum ab ipso Romano Pontifice suo voluit, pietatis ergo, capiti superimponi. Eadem fere omnia quæ Anastasius, Miscella quoque habet historia: sed addit, Justinum Imperatorem precibus permotum legatorum Arianis jura sua reliquisse: an autem istæc veritate subsistant, attentius disquirenda sunt.

VIII. Calumnia in Joannem potentissime diluitur.

Si nulla prorsus scriptorum antiquorum auctoritate hæc ipsa possent redargui falsitatis; satis quidem quemlibet licet ab adversariorum partibus stantem ipsa adeo patens ratio persuadere sufficiet. Quonam pacto egisse potuit ipse Joannes de restituendis ablatis ecclesiis Arianis, idemque

PAGIUS

ficiens, inquit, *gladio cum Papa Joannes cum Senatoribus positi essent Constantinopoli.* Boetius enim anno superiori cum fuste occisus, & Symmachus hoc anno interfectus, ut mox ostendam. Post Baronii mortem Henricus Valesius Ammiani Marcellini libris a se Notis illustratis subjecit Scriptorem Anonymum, qui summarie Historiam Cæsaream a Constantio Chloro Magni Constantini patre usque ad interitum Theodorici Regis descripsit. Ex quo utpote coævo, quæ ad Legationem Joannis & cædem tam Boetii, quam Symmachi spectant, certius innotescunt.

VI. *Joannes PP. Constantinopolim Legatus a Theodorico missus.*

Anonymus itaque Boetii nece narrata, ait de Theodorico: *Rediens ex Ravenna tractans, non ut Dei amicus, sed legi ejus inimicus, immemor factus omnis ejus beneficii & gratiæ quam ei dederat, confidens in brachio suo. Item credens quod eum pertimesceret Justinus Imp. mittens, & evocans Ravennam Joannem Sedis Apostolicæ Præsulem, dicit ad eum; Ambula Constantinopolim ad Justinum Imp. & dic ei inter alia, ut reconciliatos hæreticos in Catholica restituat religione* (ubi Theodoricus Arianos Catholicos appellat, & hæreticos, qui Catholicam religionem suscipere coacti fuerant.) *Cui Papa Joannes ita respondit: Quod facturus es Rex, facito citius: Ecce in conspectu tuo adsto, hoc tibi ego non promitto, me facturum, nec illi dicturus sum. Nam in aliis causis, quibus mihi injunxeris obtinere ab eodem annuente Deo, potero. Jubet ergo Rex iratus navem præparari* (scilicet superiori Christi anno, ut mox dixi) *& superimpositum eum cum aliis Episcopis, idest, Ecclesium Ravennatem* (nomen ejus extat inter Episcopos Ravennatenses) *& Eusebium Fanestrem*) seu Fanestrensem aut Fanensem, qui colitur die XVIII. mensis Aprilis.) *Sabinum Campanum* (nullum hujus nominis Episcopum refert Ughellus Tomo VI. Italiæ Sacræ inter Campaniæ Episcopos; ideoque Sedes ejus incerta), *& alios duos simul, & Senatores Theodoro*) (Exconsule, ut habet Anastasius) *Importuno* (etiam Exconsule ex Anastasio) *Agapito* (etiam Exconsule ex Anastasio) *& alio Agapito. Sed Deus, qui fideles cultores suos non deserit, cum prosperitate perduxit. Cui Justinus Imp. venienti ita occurrit, ac si B. Petro: cui audita Legatione omnia repromisit facturum præter reconciliatos, qui se fidei Catholicæ dederunt, Arianis restitui nullatenus posse.*

VII. *Symmachus Patricius occiditur.*

Sed dum hæc aguntur, Symmachus caput Senatus, cujus Boetius filiam habuit uxorem, deducitur de Roma Ravennam. Metuens vero Rex ne dolore generi (idest Boetii) *aliquid adversus Regnum ejus tractaret, objecto crimine jussit inter-*

que fuerit ab Imperatore Justino concessum: si jam ex ejus sententia negotio bene gesto, in Joannem adeo exarcebatus est Theodoricus, ut ipsum redeuntem in carcerem detruserit, ibique eum mori coegerit? Si enim ex optato Theodorici Regis per Joannis impertitum officium redditæ omnes in Oriente fuerunt ecclesiæ Arianis; par erat ut redeunti Joanni tamquam liberatori suarum gentium ipse Theodoricus occurreret, eidemque publicos honores decerneret: & si non triumpho, ovatione saltem, comitatu totius Gothorum exercitus, idem Pontifex inferretur in Urbem: cum tamen ob rem ab eo contra Arianos pertractatam, eumdem, indignans & furens, nec dignum putaverit Urbis aspectu, nec vita quidem, quam coegit Rex violentus amittere. Ex carcere igitur & irrogata Joanni nece a Theodorico tyranno, certum patensque ostenditur argumentum, non quæ Arianus Rex voluit, ab ipso Constantinopoli esse peracta, sed quæ noluisset impleta; nec quæ illi placerent, sed quæ maxime displicerent impio Ariano, ab eodem Romano Pontifice esse transacta: quæ quidam adeo perspicua nemo non videre, dissimulareve potest.

IX. Certa probatio integritatis Joannis Papæ.

Hæc igitur etsi sufficiens, ac plus satis abundans, & necessario penitus persuadens ratio videri possit; accedant adhuc firmissimæ auctoritates. Quid firmius atque solidius ad id probandum desiderari potest, quam publica ad omnes Italiæ Episcopos tunc scripta ab ipso Joanne Papa circularis epistola? in qua hæc ipsa leguntur verba: *Ecclesias vero Arianorum ubicumque inveneritis, Catholicas eas divinis precibus & operibus absque ulla mora consecrate: quia & nos quando fuimus Constantinopoli tam pro religione Catholica, quam & pro Theodorici Regis causa & negotiis, suadente & hortante, Arianosque extirpante piissimo atque Christianissimo Justino Orthodoxo Imperatore, quascumque illis in partibus eorum ecclesias reperire potuimus: Catholicas eas (Domino opem ferente) consecravimus.* Hæc de rebus a se Gestis Constantinopoli apud Imperatorem Romanus Antistes scripsit (ut suo loco dicetur) anno sequenti. A quonam hæc certius dici possunt, quam ab ipso qui egit? & quorum scriptorum genere fidelius probari valent, quam publica, patenti, cunctisque nota data ab eodem epistola?

X. Roborantur quæ dicta sunt.

At ne qua vel levis saltem de impostura suspicio in adversariorum refractariam mentem surrepere possit, ut vel animo quis eorum fingere valeat, epistolam illam spuriam esse atque suppositam: accipe tantæ veritatis testem ejusdem sæculi scriptorem Gregorium Turonensem, eadem ipsa disertis verbis testantem, cum ait in libro quem scripsit de Gloria martyrum (a) nullam aliam ob causam eum detrusum in carcerem, coactumque ibi in ærumnis vita perfungi, quam quod Arianorum ecclesias in Catholicas consecrasset. Reddemus suo loco verba ipsius Gregorii, ubi de ejusdem Joannis Papæ obitu agetur anno sequenti, cum ad eum insinuandum tota illa Gregorii narratio spectet. Habes igitur, lector, quo gaudeas (si veritatis amator & cultor es) dum non solum a turpissima prævaricationis labe purgatum omnino Joannem, sed confessionis operibus mira claritudine decoratum ostensum, luce perspicua intueris: quem & eadem ex causa glorioso auctum martyrio exhibebimus anno sequenti. Toto autem hoc anno integro detentum ipsum Pontificem Constantinopoli a Justino Augusto in sacris, quas diximus functionibus occupatum, apparet.

(a) Greg. Turon. de gloria martyr. c. 40.

XI. Theodoricus quid in Boetium & Symmachum.

Cum interea de Romano Pontifice ista audisset Theodoricus (ut ait Anastasius in Joanne) in nobilissimos Senatores gladium Romæ convertit. Sed accipe ejus verba: *Eodem autem tempore, cum suprascripti, id est, Papa Joannes cum Senatoribus Theodoro, Importuno, & Agapeto Exconsulibus (Agapeto Patricio defuncto Thessalonicæ positi Constantinopoli essent, Theodoricus Rex hæreticus tenuit duos Senatores præclaros & Exconsules, Symmachum & Boetium, & occidit inter-*

PAGIUS *terfici. Revertens igitur Joannes Papa a Justino, quem Theodoricus cum dolo suscepit, & in offensa sua eum esse jubet: qui post paucos dies defunctus est;* anno scilicet sequenti. Porro *Symmachum* hoc anno Philoxeni & Probi Junioris Cosulatu notato morti traditum esse, testatur Marius in Chronico, ubi ait: *His Coss. occisus est Symmachus Patricius Ravennæ.* Quare perperam Baronius anno DXXVI. num. XIX. & Papebrocius ad diem XXVII. mensis Maii, ubi de S. Joanne Papa I. Martyre agit, cap. 4. Symmachi cædem in annum sequentem differunt. Accurate Marianus Scotus Symmachum Consulatu Probi Junioris Ravennæ a Theodorico interfectum affirmat.

VIII. Ex his itaque Anonymi verbis liquet, primum caput Legationis Joannis rejectum, alia vero concessa fuisse docent tam Anastasius, quam Auctor Miscellæ, & Scriptor Chronici Veterum Pontificum: *Eodem tempore revertens Joannes Venerabilis Papa & Senatores cum gloria, dum omnia obtinuissent a Justino Augusto, Rex Theodoricus hæreticus cum grandi dolo, & odioso suscepit eosdem,* inquit Anastasius. Auctor Chronici Veterum Pontificum scribit: *Justinus autem Augustus omnem concessit petitionem; & propter sanguinem Romanorum, reddidit hæreticis Ecclesias secundum voluntatem Theodorici Regis hæretici; ne Christiani, maxime Sacerdotes ad gladium mitterentur.* In Miscella lib. 15. ad annum VI. Justini legitur: *Qui pervenientes ad Augustum, cum ab eo, ut dignum erat, susce-*

Joannes PP. Constantinopoli redux inhumaniter a Theodorico habetur.

terficiens gladio. Hæc Anaſtaſius: eadem in Miſcella (*a*) leguntur, in eo tantum diverſa, dum ibi horum factam cædem eſſe, cum reverſuri jam legati eſſent, aſſeritur. Verum cum ex ipſius Boetii ſcriptis conſtet, ipſum antea proſcriptum, exulemque miſſum eſſe Ticinum, ubi arcta cuſtodia teneretur; Symmachum vero interea abſque læſione libere Romæ degiſſe: non hoc quidem, ſed ſequenti anno eorumdem necem contigiſſe, ſatis apparet.

(*a*) *Miſcel. l.* 15.

Cur in Senatores commotus Theodoricus.

XII. Cauſam vero Boetii proſcriptionis illam ipſemet fuiſſe teſtatur (*b*), quod innocentem Senatum majeſtatis crimine poſtulatum defenderit ac liberaverit, alioſque clariſſimos cives reos capitis e gladio cervicibus imminente ſubduxerit: his acceſſit, quod calumnioſe per adverſarios factum, ut ſuo nomine litteræ vulgarentur, quibus ſignificabantur ipſius conatus de reſtituenda in ſtatum priſtinum collapſa jacente Romana Republica. Hæc, inquam, ex ejus ſcriptis probata ſatis habentur, de quibus agendum anno ſequenti. Ex his intelligas non fidei cauſa, ſed regnandi jure Theodoricum eſſe commotum, ſuſpectoſque ipſi Romanos redditos conſpirationis occultæ cum Juſtino Imperatore, cujus rei cauſa potiſſimum ab eodem (ut dictum eſt) miſſa fuerit tanti momenti legatio Conſtantinopolim. At de his modo hactenus: ad rerum Orientalium narrationem accedamus.

(*b*) *Boet. de Conſol. l.* 1. *proſ.* 4.

Boetio quæ objecta fuerint.

XIII. Hoc anno Antiochena civitas diu hæreticis proſtituta, Neſtorii ac Neſtorianorum primo facta aſylum, inde ſub Petro Fullone Eutychianorum ſchola, demum vero ſub Severo Theopaſchitarum proſtibulum ſuſcepit (*c*) de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis, potata calice (*d*) iræ furoris ejus. Quomodo autem id acciderit, hæc primum accipe, quæ a Marcellino ſub hujus anni Conſulibus adnotantur: *Totam Antiochiam Syriæ civitatem repens inter prandentium ora terræmotus invaſit, atque etiam occiduam urbis, magnamque ejus partem, ſiniſtris mox ventis undique flantibus, flammaſque coquinarum pro tempore æſtuantes ruentia in ædificia miſcentibus, duplex torridum exitium importavit. Euphraſium quoque loci hujus Epiſcopum, dempto ejus capite, combuſto, ſimul obruit ſepulcro: obeliſco Circi inverſo & humi defoſſo*. Hæc Marcellinus ſui temporis res ſcribens. Evagrius eamdem proſecutus cladem, cum ipſam accidiſſe dicat anno ſeptimo Juſtini Imperatoris, menſe Majo, plane ſuadet, ut non anno ſuperiori quo cœpit menſe Julio ſeptimus annus ejuſdem Imperatoris, ſed præſenti, quo eodem menſe deſivit, collocemus.

(*c*) *Iſai.* 40.

(*d*) *Iſai.* 51.

De Antiocheno terræmotu.

XIV. Fuit autem ſemper Dei clementiæ, ut ultionem aliquam grandem immiſſurus in populum, deſuper eam alicui ex ſervis ſuis ante ſignificaret: ita namque cæleſti igne combuſturus quinque illas in Palæſtina ad mare mortuum olim poſitas, civitates; illa ad fidelem Abraham eſt prælocutus (*e*): *Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum?* Quamobrem venturam hanc cladem notam fecit Dominus magno illi ſanctitate celebri Theodoſio cœnobiarchæ, de quo ſuperiori tomo plura locuti ſumus. Cyrillus res ab eo geſtas proſecutus, hæc de his habet: (*f*) *Jam vero qualis fuerit in futurorum præſcientia Theodoſius? Oportet enim paucis, quæcumque ſunt, illis oſtendere, & veluti eorum guſtum præbere: ut ſit etiam manifeſtum omnibus, quomodo ſicut nullius ex his quæ virtute geruntur, ita nec chariſmatum ſeu gratuitorum donorum fuit expers. Juſſit aliquando, ut præter ſolitam horam pulſaretur lignum (nondum enim erat hora diei ſecunda) & præcepit ut fratribus ſignificaretur ſynaxis. Illi autem convenerunt quidem; neque enim poterant contradicere, ut qui optime didiciſſent obedientiam. Cum autem fuiſſent congregati, rogabant cur conveniſſent ante tempus. Ille autem (o puram animam! o oculos, qui omnia procul aſpicitis!) flebiliter lucens & miſerabiliter: Orandum eſt, inquit, o Patres, orandum eſt. Video enim iram Domini, quæ jam movetur adverſus Orientem. Hæc ille quidem dixit. Illi autem tunc quidem neque videbant alquid, ne-*

(*e*) *Geneſ.* 18.

Terræmotum venturum Theodoſius ante cognovit.

(*f*) *Apud Sur. die* 11. *Januar.*

PAGIUS *cepti eſſent, magnis cum de ſua ſuorumque ſalute ſolliciti fletibus poſtulant, ut ſuæ Legationis ſeriem, quamquam eſſet injuſta, libenter exciperet, Italiæque perituræ conſuleret. Quorum fletibus Juſtinus permotus, eis quod petebant conceſſit, Arianoſque ſui juris reliquit*. Baronius num. VIII. & ſeqq. qui Auctorem Chronici Auctioris Veterum Pontificum non viderat, contendit tam Anaſtaſium, quam Auctorem Miſcellæ, falſa hac in parte narrare, idque demonſtrare non ſolum Epiſtolam a Joanne Papa poſt ſuum reditum ad Italiæ Epiſcopos ſcriptam, qua jubet Eccleſias Arianorum conſecrari, ſed etiam indignationem *Theodorici* Regis, qui *Joannem* & Senatores Conſtantinopoli reduces in carcerem conjecit. Verum ea Epiſtola, ut anno ſequenti, quo eam recitat Baronius, videbimus, ſuppoſititia, & *Joannes* cum Senatoribus inhumaniter habitus; quod *Juſtinus* reconciliatos, qui ſe fidei Catholicæ dederant, Arianis reſtitui noluiſſet, ut prodit Anonymus, ac *Joannes*, id ab Imperatore minime poſtulaſſet, quod revera ab eo petere non poterat.

IX. A num. XIII. ad XVIII. Procopius lib. 2. de Bello Perſico cap. 14. loquitur de terræ motu, quo Antiochia concuſſa, dum Juſtinus imperaret: *Cum Juſtinus Romanis imperaret, maximo terræ motu conquaſſata Urbe plurima præclariſſimaque Ædificia momento corruerunt, & fama obtinet interiiſſe tunc temporis Antiochenorum*

Antiochia terræ motu quaſſata.

neque una cum eo dolorem accipiebant; quoniam non iisdem quibus ille intuebantur oculis. Sexto autem aut septimo die postquam prædixerat, auditum est Antiochiam fuisse magno terræmotu eversam illo tempore, quo prædixerat ille magnus: totque ornamenta tantamque cecidisse speciem & pulchritudinem, & in vilem pulverem redactam jacere civitatem: quæ neque tanto casu dignas consecuta est lacrymas, neque luctum qui exæquaretur calamitati. Atque talis quidem fuit ejus præscientia: Hæc de eo Cyrillus.

XV. Quid præterea Zosimo viro sancto tunc pariter ostensum fuerit, Evagrius ita narrat (a): *Zosimus quidam genere Phœnix ex Sinda pago Phœniciæ ortus (qui pagus non abest Tyro viginti stadia) qui monasticum vitæ genus excolens, ita se tum abstinentia a cibis, tum iisdem capiendis, tum aliis virtutibus, quæ in ejus vita elucebant, Dei gratiam sibi conciliavit, ut non modo res futuras prævideret, verum etiam ab omni perturbatione liber & vacuus existeret: cum forte fortuna cum nobili quodam viro Patricio & prudentia eximio nomine Archesilao, qui & præclaris honoris insignibus & cæteris vitæ ornamentis egregie decoratus fuit, Cæsareæ urbis Palæstinæ primariæ versaretur; ipso temporis articulo, quo Antiochia cecidit, subito ingemiscere graviter, lamentari, & suspiria ex intimo pectore ducere cœpit, tantamque vim profudit lacrymarum, ut terram madefaceret. Deinde thuribulum postulat, & toto choro in quo simul constiterunt, thuris incensi nidore perfuso, se prosternit humi, precibus & orationibus Deum placaturus. Tum Archesilao sciscitanti, quid esset quod eum tantopere perturbaret? liquido respondit, fragorem ruentis Antiochiæ jam tum ejus auribus circumsonuisse: adeo ut Archesilaus & alii qui forte aderant, præ admiratione obstupescentes, ipsam horam qua res gerebatur, litteris mandarent, reperirentque postea ita se habuisse, ut Zosimus declaraverat.* At de Zosimo hactenus, ad eum iterum reversuri: prosequamur modo quæ sunt reliqua ejusdem cladis Antiochenæ, quæ ab eodem Evagrio (b) ita narrantur, incipiente ab incendiis venturarum cladium præludiis:

(a) Evagr. l.4. c.7.

Revelata Zosimo clades Antiochena.

(b) Evag. l.4. c.5.

XVI. *Iisdem temporibus, regnante Justino, gravia crebraque incendia Antiochiæ contigerunt, velut prænuncia terræmotuum valde terribilium in ea civitate statim consecutorum, & aliarum etiam calamitatum prævia. Nam brevi tempore post, anno septimo regni ejusdem Justini, Artemisio videlicet, id est Majo, quarto Kalendas Junii, die Veneris in ipso meridie, conquassatio & terræmotus urbem occupant, parumque aberat quin totam penitus evertissent: quæ duo sequebatur incendium, quasi calamitatem cum illis partiturum. Nam quas res illa non attigissent, incendium eas depascens, prorsus absumpsit, & in cineres redegit. Quæ autem civitatis partes hac clade labefactatæ fuerint, & quot mortales incendio & terræmotu (sicut verisimile fuit) vastati: quam præterea graves casus, quamque miri, qui certe nulla dicendi facultate existimari possunt, id temporis contigerint; tam luctuoso orationis genere a Joanne rhetore explicantur, ut cuique animum magnopere commovere possint: qui quidem istis commemoratis, finem historiæ suæ imposuit.*

Antioch. excidium per terræmotus.

XVII. *Postremo omnium Euphrasius* Antiochenæ civitatis *Episcopus (cujus mors aliam novam calamitatem attulit civitati) iisdem cladibus oppressus interiit, ne quisquam reliquus fieret, qui urbi res provideret necessarias. Verum salutaris Dei erga humanum genus providentia, quæ ante plagam inflictam remedia parare, & gladium iræ suæ demulcere, & cum res ad desperationem venerint, suæ misericordiæ quasi fores aperire solet; Euphraimum Orientis perfecturam gerentem ad curam de urbe illa suscipiendam, quo nulla ei res deesset necessaria, excitavit. Itaque sedes Apostolica, velut merces & præmium tantæ erga civitatem providentiæ, ei donata fuit.* Nempe ut sequenti anno Episcopus Antiochenus crearetur. Ista habet Evagrius. Quomodo autem

De obitu Euphrasii Episc. Antiocheni.

PAGIUS *rum ter centum millia.* At is terræ motus contigit *Olybrio Consule*, teste Marcellino in Chronico. Idem docet Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXVIII. Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoato: *Maii mensis vigesimo, eadem Indictione* (nempe quarta, quam jam expresserat Theophanes) *hora septima Olybrio Roma Consulatum gerente, Antiochia Civitas magno Syriæ infortunio, quod verbis exprimi vix potest, & ultore Deo jactata est. Dei siquidem ira adeo eam concussit, ut tota pene Urbs corruerit, & Civium sepulcrum evaserit. Quosdam vero terra obrutos, & adhuc viventes ignis e terra erumpens combussit. Alius ignis ex aere instar scintillarum decidit, & quos attigisset, fulminis in morem cremavit: terraque per annum continuum concussa est.* Sed loco, *Maii mensis vigesimo*, legendum, *Maii mensis vigesimo nono*, qui sequenti anno in feriam sextam incidit. Malela enim scribit, hanc telluris concussionem contigisse *postridie Festum Ascensionis Dominicæ*, ut observavit Emin. Cardin. Norisius in lib. *de Anno & Epochis Syro-Macedonum*, Dissert. III. cap. VI. qui hujus Auctoris aliqua fragmenta ibidem exhibet: anno autem sequenti Ascensio Dominica die XXVIII. mensis Maji celebrata. Denique Evagrius lib.4. cap. 5. de hoc terræ motu scribit: *Anno Imperii Justini septimo, mense decimo; mensis Artemisii, quem Maium Romani vocant, die nono ac*

tem post duos annos iterum eamdem civitatem terræmotu quassari contigerit, suo loco dicemus. *Ista de clade Antiochena cum Justinus Imperator accepisset, præ dolore sacco induitur, aspergiturque cinere, exutus purpura & diademate, multos dies in luctu sedens solitarius transegit, etiam si dies festi adessent, quibus solitus esset cum splendore procedere ad ecclesiam: postea vero magna vi auri miseris præsto fuit.* Hæc ex Miscella (*a*). (*a*) *Miscel. lib.* 15.

XVIII. Sed de aliis Orientis civitatibus, quas iisdem contigit agitari terræmotibus, ex eodem Evagrio accipe, qui hæc subdit inferius (*b*): *Oppidum, quod jam Dyrrachium, olim Epidaurus appellatum fuit, terremotu graviter concussum est; similiter & Corinthus, quæ est in Græcia sita: adde his Anazarbum, urbem Minoris Ciliciæ primariam, quæ jam quarto illud cladis genus pertulerat: quas urbes Justinus magna pecuniæ summa suppeditata refecit. Iisdem temporibus Edessa urbs Osroenorum amplissima & beata, undis Scirti torrentis præter labentis sic obruebatur, ut multa ædificia aquæ impetu abriperentur, & infinita hominum multitudo, quos flumen secum evexerat, interiret. Edessa igitur & Anazarbum ab ipso Justino nova nomina accepere, & utraque urbs Justinopolis appellata est.* Hactenus de his Evagrius, ex quo Nicephorus & alii accepere. Sed ad magnum illum Zosimum ipse nos revocat Evagrius, de quo ista habet (*c*): (*b*) *Evag. l.* 4 *c.* 6. Clades diversarum civitatum. (*c*) *Evag. l.* 4. *c.* 7.

XIX. *Sunt & alia complura ab eo edita miracula, quorum maximam partem silentio præteriens (quippe vix, aut ne vix quidem munerari possunt) quædam hoc loco percensebo. Eo tempore quo Zosimus, in magna nominis celebritate, & pari cum Zosimo virtutum excellentia præditus vixit Joannes in Chuzubica Laura (qui locus positus est in extrema valle ad Aquilonarem partem viæ regiæ, quæ Hierosolymis recta ducit ad urbem Hierico) vitamque monasticam, eamque a rebus terrenis quasi penitus secretam & liberam degit, & urbis Cæsareæ, quam diximus, Episcopatum administravit. Hic Joannes Chuzubites, postquam uxori Archesilai, de quo supra locutus sum, alterum oculum radio effossum audivit, propterea ad illam contendit, plagam quam acceperat conspicaturus. Ubi autem vidit pupillam penitus excidisse, & oculum sede dilapsum, cuidam ex medicis qui eo commearant, mandat, ut spongiam afferat, oculumque dilapsum in sedem quam commode posset, inducat, & spongiam appositis fasciolis alliget.* XIX. De S. Joanne Episcopo Cæsariensi.

XX. *Archesilaus vero aberat: siquidem id temporis cum Zosimo erat in ejus monasterio, quod est locatum in oppido Suidena, quod Cæsarea abest ad summum quingenta stadia. Cum maxima igitur celeritate itur ad Archesilaum, ut de his rebus certior fieret. Archesilaus forte cum Zosimo considens, sermonem cum eo contulit. Quibus rebus nunciatis, flebiliter ejulare, vellere capillum, dilacerare, & eumdem cælum versus jacere cæpit. Zosimo vero causam roganti, Archesilaus quid acciderat, lamentis & lacrymis crebris interpositis, exponit. Itaque Zosimus, illo relicto, solus ad cubiculum propere accurrit, in quo Deum (sicuti fas est id genus hominibus) familiariter compellat. Paulo post egressus ad Archesilaum, gestiens & modeste ridens, dixit: Abito domum lætus, abito: gratia Chuzubitæ tributa est: uxor tua sanata, utrumque oculum habet integrum: nam calamitas ista nihil ei potuit adimere, quandoquidem ita Chuzubitæ placuit. Quæ duo miracula ab utrisque viris illis justis uno eodemque momento edita fuere.* Est mentio de cœnobio Chuzuba dicto in Prato Spirituali (*d*); ubi & de eodem Joanne, antequam fieret Cæsariensis XX. Ingens Miraculum de oculo restituto. (*d*) *Prat. Spirit. c.* 23. 24. & 25.

PAGIUS *de vicesimo; sexta feria hebdomadis, æstu meridiei ferventissimo succutio & terræ motus Urbi supervenientes pene universam prostraverunt.* Evagrius autem non modo annos, sed etiam menses Imperii Justini ibidem numerat, qui cum imperare cœperit anno DXVIII. die IX. Julii ille terræ motus contigitit anno octavo Imperii Justini, seu anno septimo, & ultra annum illum VII. mense decimo, ideoque mense Majo anni DXXVI. qui decimus est a mense Julio. Sed Baronius mensem illum X. prætermisit, & corrupto Marcellini Chronico, in quo sub hujus anni Coss. iste terræ motus recitatur usus est.

X. A num. XIX. ad XXIV. Tempus, quo Sancta *Maria Ægyptiaca* ad Deum migravit, magnis tenebris circumseptum. In Actis Bollandianis ad diem secundum Aprilis quo Sancta hæc Pœnitens colitur, recitatis cap. 4. de Sancto Zosimo dicitur: *Vidit ad caput ejus expressam in terra scripturam ita jubentem: Sepeli, Abba Zosima, in hoc loco humilis Mariæ cadaver, pulveri pulverem tradens, atque pro me Dominum jugiter deprecans, quæ obii in hac ipsa nocte Dominicæ Passionis post susceptionem Divini & Mystici Epuli.* Additur postea, mense *Pharmuti secundum Ægyptios, qui est secundum Romanos Aprilis.* In quibusdam MSS. additur etiam dies mensis, quo Sancta colitur, & quo ideo mortua credita est, *idest secundum Romanos Aprilis prima.* In versione latina habetur: *secundum Romanos Aprilis die nona, idest, V. Idus Aprilis, nocte salutiferæ Passionis.* Sed hæc videntur additamenta Vitæ hujus Sanctæ, progressu temporis adjecta, ut recte censuit Papebrocius in Notis ad eam. Ex illo itaque temporis charactere, utpote additito, nihil certi erui potest. Cum tamen Sanctus *Zosima* imperante Justino Anastasii successore floruerit, ut testatur Nicephorus lib. 17. cap. 5. ubi etiam de sancta *Maria Ægyptiaca*, quæ a Zosima sepulta est, verba facit, ejus mors contigit circa *Floret S. Maria Ægyptiaca.*

sis Episcopus, mira narrantur. Pergit vero de Zosimo ita Evagrius.

XXI. De Leone exhibente Zosimo asini ministerium. *Porro isti Zosimo iter quodam tempore Cæsaream facienti, secumque asinum, cui res quasdam sibi necessarias imposuerat, adducenti, occurrit leo, & asino Zosimi abrepto discedit. Zosimus per silvam usque eo insequitur, quoad leo voratis asini carnibus satur esset. In quem hilari vultu & subridenti intuitus, dixit: At vero, o amice, iter jam mihi penitus interruptum est: quippe cum annis plurimis onustus sim, & ætate admodum provectus, nec valeam ea quæ asino erant imposita humeris portare: quare tu hoc onus contra naturæ tuæ consuetudinem gestes, necesse est, si modo Zosimum ex hoc loco discedere volueris; postea autem ad pristinam feritatem, naturamque propriam redibis. Tum leo furoris prorsus oblitus, sublandiri, & placidus extempore ad Zosimum accurrere, & ipso corporis habitu obsequii significationem dare cæpit. Cui Zosimus onus quod asinus gestaverat imponit, eumque ad portas usque Cæsareæ deduxit, quo declararet tum virtutem & potentiam Dei, tum quod omnia tamdiu hominibus inserviant, obtemperentque, quamdiu secundum ejus voluntatem vitam instituimus, & gratiam nobis donatam nequaquam depravamus.* Hucusque de Zosimo, pauca ex multis referens Evagrius, sui temporis res gestas conscribens.

XXII. (a) Nicep. l.17. c.5. De Zosimo & Maria Ægyptiaca. Hæc eadem ferme ad verbum Nicephorus recitat (a), qui & mox de alio Zosimo; qui iisdem temporibus vixit, ista subnectit: *Alter vero quoque enituit Zosimus, non ille quidem solitariam degens vitam, sed in quodam Palæstinæ cœnobio inter monachos commune certamen persequens. Quem sacerdotio fungentem, rem divinam arcanorum mysteriorum Ægyptiacæ illi fecisse ajunt: illi, inquam, Ægyptiacæ quæ tantopere primum carnis voluptate defluxisse dicitur, ut nihil prorsus carnalis petulantiæ intentatum reliquerit; eoque vitiosæ libidinis pervenerit, ut eam eloqui verbis nemo possit: deinde ad summam virtutem ita evasisse, ut altera ab altera illustraretur. Sed enim illa, ut in Ægypto prognata, & quo vitæ genere usa, multos libidinis magnitudine in potestatem suam ceu mancipia redegerit; & ut divino nutu ad sacrosanctum*

PAGIUS ca annum quingentesimum. Præterea Sanctus *Eleutherius* Tornacensis in Gallia Episcopus, qui Romam ter jam profectus fuerat, semel sub Anastasio Papa, bis sub Symmacho, eamdem peregrinationem quarto suscepit sub Hormisda, *a quo dum B. Eleutherius aliquid petisset, Reliquias B. Mariæ Ægyptiacæ obtulit, & humerum B. Stephani Proto-Martyris & secum Tornacum deportavit*, inquit Auctor auctioris Vitæ hujus Sancti Præsulis apud Bollandum ad diem XX. Februarii. Hæc autem Eleutherii profectio circa annum DXVIII. suscepta. Quare existimo, *S. Mariam Ægyptiacam* jam a viginti aut circiter annis demortuam fuisse, cum ejus Reliquias *Eleutherius* Roma Tornacum detulerit.

XI. *Sed circa annum D.* Papebrocius citatus arbitratur, eam ad Deum migrasse in nocte Parasceves prima Aprilis, & Monachos a *Zosima* edoctos fuisse, Festum ejus annue agendum, eo quo ipsa spiritum Deo reddiderat die, ideoque anno Christi quadringentesimo vicesimo primo, quo Pascha die III. Aprilis celebratum est, & dies Parasceves in diem primam ejusdem mensis incidit. Putat vero Nicephorum non minus in eo peccasse, quod scripsit, *Zosimam* imperante Justino Seniori vixisse, quam in eo quod memoriæ tradidit, *Sophronium* Patriarcham Hierosolymitanum Mariæ Ægyptiacæ Vitam literis mandasse. Verum ex die cultus Sanctorum annus eorum emortualis deduci non potest, nisi ille aliunde constet, & *Sophronium* ejus Vitam non scripsisse, nulla certa ratio demonstrat. Quod si eam non scripsit, quod verosimilius est, sed tantum instituit, ut duplici sectione distincta a Monachis in Ecclesia recitaretur, in uno potuit errare *Nicephorus*, licet in alio verum scripserit. Tertia Papebrocii conjectura est, quod *Dynamius* Patricius patrimonii Romanæ Ecclesiæ Rector in Gallia in Vita S. Mauri Abbatis Bodanensis loquatur de Vita Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, tanquam pridem notissima, & ubique vulgata cum dicit, *Paulo primo Eremitæ Leones sepulturam fecisse & S. Mariæ Ægyptiacæ*. Porro Dynamius munus illud obibat anno DXCVI. ut liquet ex Epistola S. Gregorii Magni ad ipsum scripta, Indict. XI. At ex illis Dynamii verbis ad summum deduci potest, Vitam S. *Mariæ Ægyptiacæ* ante annum sexcentesimum exaratam esse. Auctor Vitæ hujus sanctæ in Prologo ait: *Aggredior narrationem, rem dicturus hac nostra ætate factam, prout eam exposuit Vir quidam, a puero doctus loqui & agere Divina*. Quamobrem cum *Sophronius* anno DCXXXVII. ut infra monstrabo, obierit, si Vitæ Sanctæ hujus Pœnitentis Auctor extitit, eam tardius non composuit, quam circa annum DXC. cum eam *Dynamius* legisse videatur. Sed sive eam *Dynamius* legerit, sive quæ narrat, traditione acceperit ex laudatis ejus verbis minime sequitur, Sanctum *Zosimam*, Justino seniore Imperium administrante, in Palæstina non floruisse, aut Sanctam *Mariam Ægyptiacam* ad annum circiter quingentesimum non pervenisse. *Zosimam* Baronius semper *Zosimum* perperam appellat.

XII. *S. Abrahamius & S. Maria ejus neptis vixere usque ad annum DL.* Altera *Maria* Sancti Abrahami neptis, cujus Baronius meminit, mulieribus vere pœnitentibus in exemplum etiam proponenda, respectu Ægyptiacæ *Junior* appellatur a Joanne Moscho in Prato suo spirituali, qui cap. 68. ait: *De Abbate Theodosio; quod cum audisset Abramius Dux S. Mariæ-Novæ, ipsum non habere pallium quo hyeme uteretur, emerit illi*. Is Theodosius priusquam transiret in solitudinem Monasticam, vitam duxerat in Cœnobio Æliotarum, in quo habuit discipulum *Cyriacum* Abbatem, ex cujus ore narrat se accepisse Moschus, quæ de prædicto Theodosio scribit, idque circa annum DCXVI. ut ex tempore relictæ a Moscho, Sophronioque Ægypti intelligitur. Quocirca, ut recte observat Bollandus in Comment. prævio ad Vitam *Sancti Abrahami Eremitæ, ac Sanctæ Mariæ ejus neptis in Hellesponto* ad diem XVI. mensis Martii, *Abrahamius*, & ejus neptis vixere us-

ctum lignum Crucis venerandum excitata, in viam se dederit, & inde divertens Jordanis quoque flumen transierit, & in interiorem solitudinem sese abdiderit, neque cum quopiam homine præterquam uno isto Zosimo collocuta sit, ciboque simul & vestitu abstinuerit; denique ut inter precandum in sublime sublata cum Zosimo hæc verba contulerit, vitamque hanc finierit, & in divina communione participaverit: necnon ut illi leo sepulcrum effossum paraverit, & vitæ ipsa exemplum pœnitentiam agere volentibus commodissimum reliquerit; Sophronio, qui olim Hierosolymitanam sedem Antistes exornavit, memorandum relinquimus, qui eleganter sanctæ ejus feminæ & Zosimi vitam descripsit. Hucusque Nicephorus. Porro quam Græce scripsit Sophronius vitam Mariæ, Paulus diaconus Neapolis eamdem transtulit in Latinum, quæ præ manibus habetur (*a*). Convenisse autem ipsam Mariam Zosimum his ferme diebus, ex iis quæ Sophronius in ejus vita scribit, apparet; dum roganti Mariæ, quo statu Dei esset Ecclesia; fugata discordia, pacem esse redditam, affirmavit: quod plane his temporibus convenit.

(*a*) *Sigib. de Script. Eccl. c. 69.*

XXIII. Cognita quidem atque probata fuisse ejusdem Mariæ Acta universæ Catholicæ Ecclesiæ, tum de Orientalibus fidem faciunt Menologia, tum de Occidentalibus Martyrologia: citata atque recepta eadem reperiuntur in secundo Nicæno Concilio (*b*), necnon a S. Joanne Damasceno (*c*), & aliis tum Græcis, tum etiam Latinis auctoribus. Accidit autem, ut hujus pœnitentis exemplo complures meretrices ad meliorem frugem conversæ, perarduum vitæ institutum arripuerint: hujuscemodi namque pœnitentibus Justinianus Imperator (ut suo loco dicemus) monasterium Constantinopoli instituit. Vixit iisdem ferme diebus alia Maria patria Tarsensis, quæ & ipsa ex meretrice pœnitens in monasterio vitam transegit. (*d*) Sed & alium (*e*) Zosimum iisdem constat vixisse temporibus & ipsum genere Cilicem, de quo suo loco dicturi sumus.

(*b*) *Concil. Nicen. 2. Act. 4.* (*c*) *Damasc. de Imag. orat. 3.*

De Maria Tarsensi.

(*d*) *Prat. Spir. c. 31.* (*e*) *Ibid. c. 16.*

XXIV. Eodem anno Joannes Hierosolymorum Episcopus, cum sedisset annos undecim, mo-

PAGIUS usque ad dimidium sexti sæculi, & *Ephremus* Auctor coævus, qui eorum vitam scripsit male confunditur a Baronio ad diem XVI. Martii Martyrologii Romani, cum Sancto *Ephremo* Diacono natione Syro, qui obiit circa annum CCCLXXVIII. unde etiam male deducit Baronius *Abrahamium*, uti Sanctum *Ephrem* Diaconum, vixisse in Syria; nam vitæ ejus Asceticæ, pœnitentiæque palæstra non longe abfuit a Lampsaco, nec a Tenea Lampsacenæ Diœceseos ad Hellespontum vico, uti ex Metaphraste in Sancti Abrahami Vita intelligitur. Denique in eo fallitur ibidem Cardinalis doctissimus quod *Abrahamium* confuderit cum *Abrahamo* Sancti Ephremii Diaconi discipulo, de quo Sozomenus lib. 3. cap. 15. & Nicephorus lib. 9. cap. 16.

XIII. *Gesta a S. Abrahamio Anachoreta.*

Sed, ut aliquid de Abrahami virtutibus dicamus, is cum invitus sponsam admisisset dum adhuc puer esset, celebratis nuptiis fugit ad quamdam cellam, ubi quinquaginta annorum spatio, in Vitæ religiosæ instituto se se exercuit, & Paganis fidem Christianam suasit. Defuncto fratre unico, filiam ejus unicam septem annorum ad eum parentes adducunt: *Ipse vero quia in interiore sua cella reclusus degebat, eam in exteriore collocari jussit*, inquit Euphremius in ejus Vita cap. 4. qui addit, eam cum *viginti annis cum eo in abstinentia degens, velut columba castissima* convixisset, a quodam Pseudo-Monacho corruptam esse, desperantemque de venia fugam iniisse, & per biennium in meretricio vixisse. Sed cum tandem locus, ubi ea habitabat, *Abrahamio* innotuisset, militari cultu eam adiit, amatorem se simulavit, cumque *ad cubandum in cubiculum* introissent, Abrahamius se nepti manifestat, eamque pœnitentem secum avehit in interiorem cellam, in qua suam prius habitationem ea tenuerat. Vixit post hæc *Abrahamius* annos decem, & post hujus mortem, quæ quinquagesimo solitariæ vitæ contigit, alios quinque annos *Maria* egregium pœnitentiæ facta exemplar.

XIV. *Obitus Joannis Episc. Hierosolymitani.*

Ad num. XXIV. *Joannis* Hierosolymitani Episcopi mors ad annum præcedentem retrahenda, in Vita enim Sancti Sabæ a Cyrillo Monacho scripta, & a Cottelerio Tomo 4. Monum. Ecclesiæ Græcæ publicata cap. 68. legitur: *Dum Sabas annum agit ætatis octogesimum sextum*, Joannem Archiepiscopum Hierosolymitanum post peractos in Patriarchatu *septem annos cum novem mensibus* ad Deum migrasse, & reliquisse successorem Beatissimum *Petrum Eleutheropolitam*. Natus est Sanctus Sabas mense Januario annis CCCCXXXIX. Quare mense Januario præcedentis Christi anni, LXXXVI. ætatis annum ingressus est. Insignis *Joannis* pro re Catholica zelus elucet in iis, quæ fecit & scriptis Hierosolymis in Synodo contra *Severum* coacta. *Elias* ejus decessor depositus fuit anno DXIII., ut eo anno ostendimus, indeque Nicephorus in Chronico Joanni *annos undecim* attribuit: Cyrillus tamen ejus initium ab anno DXVII. deducit, quia scilicet eo anno *Sanctus Sabas* eum a Severi communione ad Chalcedonensis Synodi professionem adduxit.

XV. *Synodus Carthaginensis sub Bonifacio Primate.*

Celebratum hoc anno Concilium *Carthaginense* a Bonifacio Primate, cujus Acta post Baronii mortem in lucem edita habentur Tom. IV. Concil. pag. 1619. eorumque initio dicitur: *Anno secundo gloriosissimi Regis Hilderici Nonis Februariis, Carthagine in Secretario Basilicæ S. Martyris Agilei*, &c. In eo antiqua Ecclesiæ Africanæ politia confirmata, secundum quam singulæ Provinciæ habebant primæ Sedis Episcopos, & omnium Primas erat Episcopus Carthaginensis. Secundo *Petrus* Abbas cum Senioribus Monasterii sui supplicem libellum porrexit *Bonifacio* Carthaginensi, & Synodo, pro Monasterii sui libertate. *Liberatus* enim Episcopus primæ Sedis Provinciæ Byzacenæ Monasterium illud Sedi suæ subiicere volebat, quod in sua Provincia positum esset, & Monachos sibi parere renuentes excommunicaverat. *Petrus* & Seniores Monasterii sui contestati sunt, subjectos se esse Carthaginensi Episcopo totius Afri-

moritur, inque locum ejus suffectus est Petrus. Ita quidem ex Nicephori Chronico, cui consentiunt quæ in Actis S. Sabæ leguntur his verbis (a): *Cum autem multum temporis intercessisset, & magni Sabæ ad octoginta & sex annos ætas provecta esset, decedit quidem Joannes, relicto successore Petro, viro virtute insigni*. Hæc ibi.

(a) *Extant apud Sur. die 5. Decembr.*

Qui

PAGIUS

cæ Primati; se quidem vacante Sede Carthaginensi, ab Episcopo primæ Sedis Provinciæ Byzacenæ Presbyteros postulasse; ita tamen ut ex hoc nullum jus illius Successori quæsitum esset; sed neque vicinis Episcopis ipsos unquam fuisse subditos, verum expectasse Episcopi Carthaginensis ordinationem, ut ei Monasterium suum, seque ipsos subiicerent; plurima esse Monasteria in Africa, quæ illi non suberant, Episcopo, in cujus Diœcesi constructa erant; sed alteri cujus Sedi se primum addixerant. *Liberatus* cum sua Synodo, datis ad Bonifacium Carthaginensem literis, rogaverat, ut Canones convelli non permitterent, secundum quos Monasteria subdita Episcopo, in cujus Diœcesi constructa erant. Respondit *Bonifacius*, Privilegia tot Episcoporum auctoritate firmata rescindi non debere, Veterum Canonum servandorum specie, tandemque Decretum istud conditum: *Erunt igitur omnia omnino Monasteria, sicut semper fuerunt, a conditione Clericorum modis omnibus libera, sibi tantum & Deo placentia*.

XVI. Porro ex hujus Concilii Carthaginensis Actis *Hilderici* Vandalorum Regis initium, & Ecclesiæ Africanæ libertatem ad annum DXXIII. pertinere hoc modo demonstrat Em. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 21. Synodus mense Februario anno secundo Hilderici congregata est; in ea recitata Epistola Liberati Episcopi ad Bonifacium Carthaginensem, quæ accepta ponitur, *Idibus Decembris anno primo*. Respondet Bonifacius Epistola: *data die XVII. Kal. Januarias, anno primo*, aitque: *Intimamus Resurrectionis Dominicæ Sacramentum VII. Iduum Aprilium adfuturum fore*. Quare cum Pascha anno DXXIV. celebratum sit VII. Idus Aprilis, seu die septimo ejusdem mensis, Epistola Bonifacii scripta anno DXXIII. die XVI. Decembris, anno primo *Hilderici* Regis, qui ideo eo anno *Trasamundo* successerat.

Ex hac Synodo initium Hilderici Regis, & libertatis Ecclesiæ Africanæ confirmatum.

XVII. Gregorius Turonensis postquam bellum a Childeberto, Francorum Rege adversus *Amalaricum* Visigothorum Regem in Hispania gestum, descripsit, agit de alio a Childeberto, & Clotario in Burgundia inito, ut videre est lib. 3. cap. 11. *Chlotocharius & Childebertus in Burgundiam dirigunt, Augustidunumque obsidentes, cunctam, fugato Godomaro, Burgundiam occupaverunt*. Hinc Concilio Aurelianensi II. anno DXXXIII. celebrato, subscripsit *Agrippinus* Augustodunensis Episcopus.

Bellum Burgundicum.

JESU CHRISTI ANNUS 526. | JOANNIS PAP. ANNUS 3. | JUSTINI IMP. 9. THEODOR. REG. 34.

I. QUi sequitur Christi annus quingentesimus vigesimussextus, solius Olybrii absque collega Consulatu redditur Fastis a Marcellino descriptis: quo ipso anno Idibus Junii data habetur a Joanne Romano Pontifice epistola ad universos Italiæ Episcopos, qua eos hortatus est adversus Arianos fidem Catholicam defendere, ecclesiasque ab eis usurpatas sacro ritu Catholicas reddere. Hujus autem scribendæ epistolæ inde manavit occasio, quod cum in Italiam Joannes reversus esset, atque cum eo legati Theodorus & Importunus (nam Agapetus Thessalonicæ jam decesserat) Theodoricus Rex (ut Anastasius (*a*) habet & Miscellæ auctor affirmat (*b*) eos omnes detrusit in carcerem; ubi Joannes Papa licet pædore fameque consumptus, tantum abest ut desponderit animum, ut etiam majoribus sumptis spiritibus adversus hæreticos insurrexerit: quamobrem etsi vinculis vinciretur, non vincebatur. Siquidem *verbum Dei* (ut ait Apostolus *c*) *non est alligatum*; sed cum exagitatur, majori impetu fulminis instar fertur. Sic itaque adversus eos scripsit dictam epistolam, ex qua ea tantum quæ pertinent ad historiam referemus, ab ejus exordio inchoantes, quod est hujusmodi (*d*):

(*a*) *Anast. in Joan.*
(*b*) *Miscel. l.* 15.
(*c*) 2. *Tim.* 2.
(*d*) *Extat t.* 1. *Conc. vet. edit. in Joanne & t.* 1. *ep. Rom. Pont.*

Joannes Episcopus omnibus per provincias Italiæ constitutis Episcopis in D. S.

Sæpissime multo experimento didici, sanctum pietatis vestræ studium circa religionem Christianam gloriosis crescere & dilatari augmentis; & fides recta, quæ non solum me, sed omnes Domini sacerdotes consolatur & roborat, vestris in mentibus & operibus per sacerdotale agnoscitur opus & dilatatur. Quapropter, fratres, hortor vos & moneo, contra Arianam perfidiam, quæ olim non semel, sed sæpe damnata est, & modo in quibusdam revivi scit, armari gladio Spiritus sancti; ut eam ita, adminiculante divina gratia, opprimere & extirpare valeamus, ut nec radix ejus in posterum inveniatur. Ecclesias vero Arianorum ubicumque inveneritis, Catholicas eas divinis precibus & operibus absque ulla mora consecrate: quia & nos quando fuimus Constantinopoli, tam pro religione Catholica, quam pro Regis Theodorici causa & negotiis, suadente atque hortante, Arianosque extirpante piissimo atque Christianissimo Justino Orthodoxo Imperatore quascumque illis in partibus ecclesias reperire potuimus, Catholicas eas, Domino opem ferente consecravimus. Et quamquam præ-

II. Joan. Pap. epist. e carcere data.

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLXIV. A. C. 526.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6019.

☉ 3. D. ☽ 14. P. 19. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 526.

FELICIS IV. PAPÆ 1.

JUSTINI IMP. 9.

ATHALARICI REG. 1.

I. *Consul sine Collega.* [1] OLybrius absque collega Consul processit, ut habent Fasti omnes, idque in occidente, ut liquet ex verbis Theophanis anno superiori num. IX. recitatis. Præterea Procopius lib. 3. de Bello Gotth. cap. 20. asserit, Roma a *Totila* Italiæ Rege capta, aliquos Patricios, quos inter *Maximum*, *Orestem*, & *Olybrium* numerat in Templum S. Petri Apostoli perfugisse. Erat *Olybrius* ex familia Anicia, ideoque *Fl. Anicius Olybrius* appellandus. Verum ex Aniciis alii Imperatori Orientis alii Imperatori Occidentis, & post illos Regibus Italiæ subditi fuere. Quare cum *Olybrius* hoc anno Consul in nullis Fastis aut monumentis antiquis dicatur *Junior*, hinc etiam liquet eum in Occidente creatum esse; alioquin sicuti *Olybrius* anno CDXCI. Consul renunciatus in Oriente, vocatur *Junior*, respectu scilicet Olybrii anno CDLXIV. Consulis etiam Orientalis; ita & *Olybrius* eadem Dignitate hoc annno exornatus, appellaretur *Junior* respectu Olybrii anno CDXCI. Consulis si ex eadem stirpe esset. Ex his patet deceptum esse Onuphrium in Fastis, ubi hunc Olybrium Juniorem perperam appellat.

II. *Joannes PP. moritur in carcere.* A num. I. ad IX. Anonymus Valesianus de Joanne Papa, hoc anno vel superiori, ex Oriente Ravennam reduce loquens, ait: *Revertens igitur Joannes Papa a Justino, quem Theodoricus cum dolo suscepit, & in offensa sua eum esse jubet: qui post paucos dies defunctus est. Ergo euntes populi ante corpusculum ejus subito unus de turba, arreptus dæmonio cecidit, & dum pervenisset cum lectulo, ubi locatus erat, usque ad hominem, subito (is) sanus surrexit & præcedebat in exequias. Quod videntes populi & Senatores cœperunt reliquias de veste ejus tollere. Sic cum summo gaudio populi deductum est Corpus ejus foris Civitatem*, extra quam olim corpora sepeliebantur. Anastasius ait: *qui de-*

NOTÆ [1] COss. *Olybrius* sine collega.
Relancus ita refert: *Fl. Anicius Olybrius junior*. Marcellinus: *Olybrio solo cos.* Epitome temporum & Indiculus Paschæ; *Olybrio juniore*. GEORGIUS

prædictus Theodoricus Rex eorum peste tactus intrinsecus, nos & omnem regionem nostram perdere, & gladio & igne consumere minetur; nolite tamen propterea deficere, sed viriliter in agro Dominico elaborare studete. Et juxta Veritatis vocem (a), nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius eum timete, qui potest animam & corpus mittere in gehennam.

(a) Luc. 12.

III. Errores illapsi in ep. Joannis Papæ.

Hæc & alia plura ad eos exhortandos Joannes habet in dicta epistola: quæ cum in fine legatur data tertio Idus Junii sub Consulatu Maximi & Olybrii, expungendus est Maximus, utpote superadditus; tam enim Maximus, quam Olybrius diversis annis (ut vidimus) Consulatum gesserunt: nec potuit ea epistola sub Maximo dicta die Junii dari; nam eo tempore nondum creatus erat Pontifex Joannes, qui mense Augusti ejusdem anni sedere cœpit. Dicendum ergo, Olybrii hujus anni absque Collega Consulatus tempore dictam scriptam esse epistolam. Sed & in eo quod habetur ipsa data tertio Idus Junii, deprehenditur error: nam quomodo ita se habere potuit, si vigesimaseptima mensis Maii idem Joannes hoc anno sub eodem Consulatu Olybrii mortuus esse ponitur? Multo vero manifestior ille est error in ejusdem Joannis epistola ad Zachariam Archiepiscopum, cum data ponitur hoc item anno, XVI. Kalend. Novembris, sub Consulatu item Maximi & Olybrii, quam potius dixerimus referendam ad Consulatum illum Maximi sine collega.

IV. Ne autem ex errore diei existimes epistolam ipsam haud esse germanam, sed commentitiam; habes hujus sæculi scriptorem Gregorium Turonensem (b) eidem astipulantem verbis istis: *Multi quidem sunt martyres apud urbem Romam, quorum historiæ passionum nobis integræ non sunt delatæ. De Joanne tamen Episcopo, quoniam agon ejus ad nos usque non accessit scriptus, quæ a Fidelibus comperi, tacere nequivi. Hic cum ad Episcopatum venisset, summo studio hæreticos execrans, ecclesias eorum in Catholicas dedicavit: quod cum Theodoricus Rex comperisset, furore succensus, quia esset sectæ Arianæ deditus, jussit gladiatores per Italiam dirigi, qui universum, quotquot invenissent, Catholicum populum jugularent. Hæc audiens B. Joannes, ad Regem, ne hæc fierent, deprecatus accessit: a quo cum dolo susceptus, alligavit eum, & posuit in carcerem, dicens. Ego te faciam, ne audeas contra sectam nostram amplius mussitare. Positus vero sanctus Dei in carcere, tantis attritus est injuriis, ut non post multum tempus spiritum exhalaret; obiitque in carcere cum gloria apud urbem Ravennam. Domini autem misericordia statim ultionem super Regem improbum irrogavit; nam subito a Deo percussus plagis magnis exinanitus interiit, suscepitque protinus perpetuum gehennæ flammantis incendium.* Hactenus Gregorius, qui etsi non ex scriptis adhuc acceptis ab urbe codicibus, ea tamen a Fidelibus fideliter dicta percepit. Sed majorem plane sibi vendicat fidem, quod communi assertione ab omnibus Fidelibus traditur, quam quod in uno vel altero codice legitur. Sed hæc omnia de pugna adversus Arianos suscepta, amplioribus notis, nempe sua morte, Joannes (ut diximus) testata explorataque in omnibus posteris tradidit: adeo ut etsi scripta deessent, satis sit signaculo mortis hoc apud Deum & homines proclamantis ipsum confessionem Catholicæ fidei & consummatum martyrium consignasse.

(b) Greg. de Glor. mart. c. 40. Res gestæ Joannis Papæ ex Gregorio.

V. Quando res Theodorici collapsæ.

Sed suo maximo damno, summoque rerum suarum detrimento tentavit ista tyrannus sacrilegus, cum Romanum Pontificem detrusit in carcerem, atque mori coegit: etenim qui in præsens usque tempus trigintatria & amplius annorum curricula Theodoricus Rex summa feli-ci-

PAGIUS *defunctus est Ravennæ in custodia XV. Kalend. Junias Martyr*, &c. *cujus corpus translatum est de Ravenna, & sepultum est in Basilica B. Petri Apostoli sub die VI. Kalend. Jun.* In omnibus antiquis Martyrologiis, quorum varia citat Papebrocius ad diem XXVII. Maii, in Vita hujus S. Pontificis, colitur, *V. Kal. Junii*, seu die XXVII. mensis Maii, licet, vita functus sit XV. Kal. Junii, seu die XVIII. mensis Maii [1]. Uterque enim dies in omnibus Anastasii exemplaribus exprimitur. Baronius tamen num. VII. ait, corpus ejus sepultum esse in Basilica Vaticana, *non VI. Kalendas Junias, ut*, inquit, Baronius, *mendosus Codex habet; ea enim die mortuus est, sed Julias cum Romam translatum est.* Verum fundamentum, quo innititur, Sanctos scilicet eo quod obiere die coli, sæpius a nobis in hoc Opere confutatum.

III. Duæ Epistolæ Joanni PP. affictæ.

Refert Baronius Epistolam hujus Sancti Pontificis *ad omnes Italiæ Episcopos* scriptam in qua asserit, se dum Constantinopoli esset, Arianorum Ecclesias consecrasse, eosque hortatur ut

NOTÆ [1] SI institutam supputationem nostram tenuerimus, Joannes, post annos duos menses novem dies 16. Pontificatus, quot illi assignat Blanchinianus Catalogus, obiit die 5. Junii anni 526. quibus si addas dies 58. Interpontificii, pertinges ad diem 2. Augusti, qua, utpote Dominica, Felix consecrari in Pontificem potuit. MANSI

citate transegerat, satis exemplo didicit, & aliis demonstravit, quæ & in terris præmia consequantur Principes licet impii, cum de Apostolica sede bene merentur; & quanto rursus periculo & detrimento eamdem exagitent. Relege singulos ejusdem regni sex lustrorum decursos, quam felicissime annos, & reperies ea pro incolumitate Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ præstitisse Theodoricum, quæ a Catholicis Imperatoribus vix obtinenda fuissent; intueberisque eumdem ipsum haud inanem justitiæ fuisse cultorem, sed dextere omnia illi, Deo remunerante, cessisse, atque feliciffime gesta esse: sed repentino tunc veluti oborto turbine, obductam mox densa caligine omnem illam ejus effulgentem Solis instar claritudinem obscuratam, ictamque fulmine jacuisse prostratam, ubi non horruit lacessere Ecclesiæ caput, & sacrilegam manum iniicere in Christum Domini; atque in carcerem instar Herodis Joannem coniicere; & veluti Agrippa Petrum vincire catenis, cui cuncta solvendi atque ligandi in terra & in cælo Dominus tradidit potestatem.

VI. (a) Act. 12. Joannes Papa Martyrio coronatus. Verum ut olim ob vincula Petri universa mœrebat Ecclesia (a), & cum ita Petrus detineretur in carcere, oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo; æque ob detrusum Petri successorem Joannem Papam in carcerem universi orantes dolebant, lugebantque Fideles; sed lætabatur ipse, tempore pacis invenisse martyrium, expectans Angelum, non qui dormientem excitatum e somno foras educeret, sed obdormientem in Domino ad cælum perduceret; nec qui catenas solveret ferreas, & liberaret e carcere, sed e vinculis carnis solutum erueret de corpore mortis hujus; duceretque non ad portam ferream, sed auream, speciosam inquam illam portam cæli Patriarchæ Jacob ostensam (b). Venit optata dies, quæ fuit vigesima septima mensis Maii, cum redimitus corona martyrii summus Dei sacerdos offerens se ipsum Deo hostiam immaculatam, introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa: cum videlicet eadem constantia qua prædecessores, nullam quærens redemptionem, ut meliorem inveniret resurrectionem, vitam profundens, martyrii titulo nobilitatus, linquens terrena, cælum triumphator ascendit cum Deo in perpetuum regnaturus.

(b) Genes. 28.

VII. (c) Martyrol. Rom. 27. Maii. Annua celebritas Joannis Papæ. Describitur mox Ecclesiasticis Sanctorum tabulis (c) dies ejus natalis, repetendus ab universa Catholica Ecclesia annis singulis digna memoria: ipsius vero corpus delatum est Romam, sepultumque in basilica Vaticana, non sexto Kal. Junias (ut mendosus codex habet) ea enim die mortuus est, sed Julias, cum Roma translatum est. Excepit Urbs Pontificem suum de Arianorum Rege atque Ariana perfidia triumphantem, quadriga candida vectum, non candentium jumentorum, sed candidatorum humeris sacerdotum. Accurritur undique ad tantum spectaculum, honorant omnes sacram sarcinam debito Pontifici & decenti martyri cultu, affectanturque sacris canticis gloriosam victoriæ pompam: tantummodo impii in tenebris conticescunt, & impietas a tanta gloria luget exclusa, mœret invidia, rabidus livor in se ipsum dentes exacuit, cum tanto honore videt illatum in Urbem, quem inglorium extinxisse putavit in carcere. Vixit autem Joannes in Pontificatu annos duos, menses novem, dies quatuordecim. Sed non excidant quæ Anastasius de ipso subdit his verbis:

VIII. Reliquæ res gestæ a Joanne Papa. *Hic Papa Joannes refecit cœmeterium beatorum martyrum Nerei & Achillei via Ardeatina. Item renovavit cœmeterium sanctorum Felicis & Adaucti. Item renovavit cœmeterium Priscillæ.* Jure itaque accepit præmium martyris, qui martyres honoravit. Sed pergit: *Eodem tempore positum est ornamentum super Confessionem beati Pauli de gemmis prasinis & hyacinthi-*

PAGIUS ut in agro Dominico viriliter elaborent, idemque in Italia præstent. At ea Epistola una ex iis esse, quas Isidorus Mercator supposuit fundatus in verbis Gregorii Turonensis in libro de Miraculis & Gloria Martyrum, ubi cap. 40. nulla *Joannis* Legationis mentione facta Gregorius scribit, *Joannem* cum ad Episcopatum venisset Ecclesias hæreticorum in Catholicas dedicasse, & quidem in Italia; & carceri mancipatum esse, cum accessisset deprecaturus pro Catholicis ob consecrationem Ecclesiarum jam peractam periculo expositis. Et tamen iste fabulator id factum affirmat post Legationem susceptam, idque *Constantinopoli & in partibus Orientis;* & Theodoricum ei infensum fuisse ob Ecclesias Orientalibus Orthodoxis restitutas. Turonensis fatetur, his verbis se sola relatione, quæ scribit accepisse: *de Joanne* inquit, *Episcopo quoniam agon ejus ad nos usque non accessit scriptus, quæ a Fidelibus comperi, tacere nequivi.* At quantum hujusmodi relationes errori obnoxiæ sint, vel hoc exemplum demonstrat. Præterea data fingitur Epistola *III. Idus Junii*, ad quem diem Joannes non pervenit, mortuus die XVIII. Maii: dicitur etiam data *Maximo & Olybrio Coss.* qui duobus diversis annis Consulatum gessere. Mitto alia argumenta, quibus hujus Epistolæ falsitas demonstrari potest. Ea tamen fucum fecit Baronio qui etiam Joannis ad Zachariam Archiepiscopum Epistolam datam *XV. Kal. Novemb. Maximo & Olybrio Coss.* in nota Consulari tantum peccare autumavit, licet consarcinata sit ex variis locis Epistolarum Innocentii, Zosimi, Symmachi, & Ennodii, ut jam Viris doctis observatum. Cæterum Turonensem de rebus extra Galliam gestis parum edoctum fuisse, liquet tam ex laudata narratione, quam ex com-

thinis. Item hujus temporibus Justinus Imperator obtulit patenam auream cum gemmis pensantem libras viginti, calicem aureum cum gemmis pensantem libras quinque, scyphos argenteos quinque, pallia auro texta quindecim: quæ ipse Joannes detulit ad beatos Apostolos Petrum & Paulum, & ad sanctam Mariam, & ad sanctum Laurentium. Hic ordinavit Episcopos per diversa loca quindecim. Cujus corpus transpositum est de Ravenna, & sepultum in basilica S. Petri. Hæc de Joanne ibi. Cujus sedes (idem inquit auctor) cessavit dies quinquagintaocto.

IX. *De Boetio atque Symmacho.* Quoniam autem idem qui supra Anastasius tradidit, nonaginta & octo dies medios intercurrisse ab obitu Joannis Papæ usque ad miserandum interitum Theodorici Regis: quænam scelestus & ferus barbarus eo temporis spatio adversus nobiles piosque viros Boetium atque Symmachum Patricios crudeliter egerit, dicendum est: testatur enim idem auctor, ipsum occidisse clarissimos hos Senatores Patricios & Exconsules, quod etiam asseritur in Miscella. At ne tantorum virorum funera ingloria relinquamus, quos generis claritudo, Patriciatus dignitas, & ordinarii Consulatus decorarunt; sed præ his omnibus pietas illustravit: hic nobis de his agendum, ut tamquam sepulturæ eorum inscripta elogia, nostro stylo hic ipsorum memoriam posteris relinquamus impressam.

X. Fuit ipse Boetius gener ejusdem Symmachi Consularis: nam ejus filiam nomine Rusticianam acceperat, ex qua duos suscepit filios Consulares, quos optimis moribus imbuendos curavit. Quantam autem ex scientiis omnibus comparaverit sibi laudem, præter illa quæ dicta sunt superius in ejus secundo Consulatu, accipe ex Theodorici Regis, cum tranquillioris animi esset, epistola ad ipsum data (*a*), ubi inter alia disces ejus adhuc juvenis libero homine dignos in addiscendo labores: nam post alia Rex ad eum: *Hoc te multa eruditione saginatum ita nosse didicimus, ut artes quas exercent, vulgariter nescientes, in ipso disciplinarum fonte potaveris. Sic enim Athenensium scholas longe positus introisti, sic palliatorum choris miscuisti togam; ut Græcorum dogmata doctrinam feceris esse Romanam. Didicisti enim, qua profunditate cum suis partibus Speculativa cogitetur, qua ratione Activa cum sua divisione discatur: deducens ad Romuleos Senatores quicquid Cecropidæ mundo fecerant singulare. Translationibus enim tuis Pythagoras musicus, Ptolemæus astronomus leguntur Itali: Nicomachus arithmeticus, geometricus Euclides audiuntur Ausonii: Plato theologus, Aristoteles logicus Quirinali voce disceptant: Mechanicum etiam Archimedem Latialem Siculis reddidisti. Et quascumque disciplinas vel artes fæcunda Græcia per singulos viros edidit, te uno auctore, patrio sermone Roma suscepit: quos tanta verborum luculentia reddidisti claros, tanta linguæ proprietate conspicuos; ut potuissent & illi opus tuum præferre, si utrumque didicissent.* Hæc ibi & alia plura cumulans de ejusdem mathesi & astronomia, & alibi (*b*) de insigni ejus peritia artis musicæ meminit: quæ tu consulas; alio enim nostra tendit oratio, nempe ut quæ præcesserint causæ ejusdem cum Symmacho vinculorum, fiant ipsius testificatione notissimæ, quæ historicorum silentio remanserunt obscuræ.

Boetii excellens doctrina omnium scientiarum.

(*a*) *Apud Cassiod. l. 1. ep. 45.*

(*b*) *Apud Cassiod. l. 2. ep. 40.*

XI. In his enim quos scripsit senex in carcere constitutus quinque de Consolatione Philosophiæ libros, post multas lacrymas cum Philosophia sua consolatrice ita colloquitur (*c*): *Tu mihi, & qui te sapientium mentibus inseruit Deus, estis conscii, nullum me ad magistratum nisi commune bonorum omnium studium detulisse. Inde cum improbis graves inexorabilesque discordiæ fuere, & (quod conscien-*

Boetii integritas in administranda Republ.

(*c*) *Boet. de Consolat. l. 1. pros. 4.*

PAGIUS IV. *Theodoricus non multo post Joannem PP. demortuus.* compluribus aliis, quæ in Libris ejus leguntur.

A num. IX. ad XXII. Anastasius Sancti *Joannis Papæ* & Martyris morte narrata, scribit: *Post hoc factum nutu Dei omnipotentis nonagesimo octavo die, postquam defunctus est Beatissimus Joannes in custodia, Theodoricus Rex hæreticus subito interiit, & mortuus est.* Sed error in numeros irrepsit; cum, ut mox videbimus, *Theodoricus* Rex die tricesima mensis Augusti perierit. In Chronico auctiori Veterum Pontificum, loco XCVIII. legitur XLVIII. & in Auctore Miscellæ XCIX. At a die mortis Joannis Papæ, ad diem mortis Theodorici Regis, fluxerunt dies CV. utroque extremo in summam collato; a die vero ejus Translationis ad Basilicam Vaticanam, ad Theodorici interitum numerantur dies XCVI. ideoque Auctores citati ex Anonymo Valesiano emendandi. Præterea Baronius in Addendis & Corrigendis, & in editione Coloniensi ad hunc annum, recitat hunc titulum in Basilica Vaticana antiquitus repertum, quod hoc versu inchoatur.

Martyribus Christi Domini pia vota Joannes.

Sed incertum, an titulus ille sex versibus constans, in honorem primi, secundi, vel alterius Joannis, qui post Martyrem Eccles. Romanam rexit, conditus fuerit, ut ex ejus lectione liquet.

V. *Felix IV. succedit S. Joanni primo Martyri.* Anastasius juxta editionem Regiam, & Auctor auctioris Chronici veterum Pontificum habent, sedisse Joannem *annos duos, menses octo dies XXII.* Sed menses & dies, quibus supra annos duos Pontificatum gessit, mendose ibidem descripti. Exemplar MS. Colbertinum habet *annos II. menses IX. dies XVI.* uti etiam plerique Catalogi nostri, Catalogus a Mabillonio editus, & Catalogus Reginonis. Verum numerus denarius in dies perperam a Librariis in-

stientiæ libertas habet) pro tuendo jure spreta potentiorum semper offensio. Quoties ego Conigastum in imbecillis cujusque fortunas impetum facientem obvius excepi? Quoties Triguillam regiæ Præpositum domus ab incepta & perpetrata jam prorsus injuria dejeci? Quoties miseros, quos infinitis calumniis impunita barbarorum semper avaritia vexabat, objecta periculis auctoritate protexi? Numquam me a jure ad injuriam quisquam detraxit. Provincialium fortunas tum privatis rapinis, tum publicis vectigalibus pessumdari, non aliter quam qui patiebantur, indolui. Cum acerbæ famis tempore gravis atque inexplicabilis indicta coemptio profligatura inopia Campaniam provinciam videretur, certamen adversus Præfectum Prætorii communis commodi ratione suscepi; Rege cognoscente, contendi: & ne coemptio exigeretur, evici.

XII. Quales accusatores Boetii.

Paulinum Consularem virum, cujus opes Palatini canes jam spe atque ambitione devorassent, ab ipsis hiantium faucibus retraxi. Ne Albinum Consularem virum præjudicatæ accusationis pœna corriperet, odiis me Cypriani delatoris opposui. Satis ne in me magnas videor exacerbasse discordias? Sed esse apud cæteros tutior debui, qui mihi amore justitiæ nihil apud aulicos, quo magis essem tutior, reservavi. Quibus autem deferentibus perculsi sumus? Quorum Basilius olim regio ministerio depulsus, in delationem nostri nominis, alieni æris necessitate compulsus est. Opilionem vero atque Gaudentium cum ob innumeras atque multiplices fraudes ire in exilium regia censura decrevisset: cumque illi parere nolentes, sacrarum sese ædium defensione tuerentur, compertumque id Regi foret, edixit, ut nisi intra præscriptum diem a Ravenna Urbe discederent, notas insigniti frontibus impellerentur. Quid huic severitati posse astrui videtur? Atqui eodem die deferentibus eisdem, nominis nostri delatio suscepta est. Quid igitur? Nostræne artes ita meruerunt? An illos accusatores justos fecit præmissa damnatio? Itane nihil fortunam puduit, si minus accusatæ innocentiæ, at accusantium vilitatis?

XIII. Quæ accusatio in Boetium.

At cujus criminis arguimur? summam quæris? Senatum dicimur salvum esse voluisse. Modum desideras? Delatorem, ne documenta deferret, quibus Senatum læsæ majestatis reum faceret, impedisse criminamur. Quid igitur, o magistra, censes? Inficiabimur crimen, ne tibi pudori simus? At volui, nec umquam velle desistam. Fatebimur? sed impediendi delatoris opera cessabit. An optasse illius ordinis salutem nefas vocabo? Ille quidem suis de me decretis, uti hoc nefas esset, effecerat: sed tibi semper mentiens impudentia rerum merita non potest immutare. Nec mihi Socratico decreto fas esse arbitror, vel occuluisse veritatem, vel concessisse mendacium. Verum hoc quoquo modo sit, tuo, sapientumque judicio æstimandum relinquo. Cujus rei seriem atque veritatem, ne latere posteros queat, stylo etiam memoriæque mandavi. Nam de compositis falsis litteris, quibus libertatem arguor sperasse Romanorum, quid attinet dicere? Quarum fraus aperte patuisset, si nobis ipsorum confessione delatorum (quod in omnibus negotiis maximas vires habet) uti licuisset. Nam quæ sperari reliqua libertas potest? Atque utinam posset ulla. Respondissem Caninii verbo: qui cum a Caio Cæsare Germanici filio conscius contra se conjurationis factæ fuisse diceretur: Si ego, inquit, scissem, tu nescisses. Et paulo post subdit:

XIV. Defensor Senatus Boetius.

Meministi (ut opinor) quid me dicturum, quid facturumve præsens ipsa dirigebas. Meministi, inquam, Veronæ, cum Rex avidus exitii communis, majestatis crimen in Albinum delatum, ad cunctum Senatus ordinem transferre molitur; universi innocentiam Senatus quanta

PAGIUS intrusus; certum enim est, eum sedisse *annos II. menses novem, & dies sex*, ut tam dies ordinationis, quam dies mortis ejus, qui in dubium revocari non possunt, demonstrant. Addunt Anastasius & laudatus Auctor Chronici Vet. Pontif. cessasse Episcopatum dies LVIII. quod & in MSS. ejus Codicibus etiam legitur; quo pacto *Felix natione Samnius*, hujus nominis IV. ordinatus fuisset die XV. mensis Julii, qui in feriam quartam incidebat; quod nullus sibi persuaserit; cum Pontificum Romanorum ordinationes nonnisi diebus solemnibus aut Dominicis fieri solitæ essent. Imo si hoc scripsisset Anastasius, sibimet contradiceret: cum postea tradat, fuisse Felicem *a die quarto Iduum Juliarum usque in quarto Idus Octobris*: a die enim XVIII. Maji, quo Joannes Ravennæ animam Deo reddidit, usque ad diem XII. mensis Julii, qui hoc anno in Dominicam incidebat, intercurrunt tantum dies LV. Dies itaque ordinationis Felicis recte ab Anastasio notatus, dies sc. XII. Julii, quod magis ex dicendis in morte ejus constabit, & Interpontificium fuit tantum dierum LV. Jam sæpe monui interpontificia plerumque in Libro Pontificali male notata esse.

VI. *Boetius Patricius anno DXXIV. trucidatus.*

Baronius num. IX. arbitratur, *Boetium & Symmachum* a Theodorico interfectos esse intra dies, qui a Joannis Papæ morte, ad ejus interitum fluxere. Verum *Symmachus* anno superiori, ut ibidem num. VII. ostendi, morti traditus. *Boetius* vero anno DXXIV. ut ibidem ex Mario Aventicensi monstravi. Quare utriusque mors Joannis obitum antecessit. Utrumque egregie confirmat Anonymus Valesianus, qui antequam de Legatione Joannis Papæ verba faciat, hæc de Boetio scribit: *Cyprianus*, inquit, *qui tunc Referendarius erat, postea Comes Sacrarum, & Magister actus cupiditate, insinuavit de Albino Patricio, eo quod litteras adversus*

ta mei periculi ſecuritate defenderim. Scis me hæc & vera proferre, & in nulla umquam mei laude jactaſſe. Minuit enim quodammodo ſe probantis conſcientiæ ſecretum, quoties oſtentando quis factum recipit famæ pretium. Sed innocentiam noſtram quis exceperit eventus, vides. Pro veræ virtutis præmiis falſi ſceleris pœnas ſubimus. Et cujus umquam facinoris manifeſta confeſſio ita Judices habuit in ſecuritate concordes, ut non aliquos vel ipſe ingenii error humani, vel fortunæ conditio cunctis mortalibus incerta ſubmitteret? Si inflammare ſacras ædes voluiſſe, ſi ſacerdotes impio jugulare gladio, ſi bonis omnibus necem ſtruxiſſe diceremur; præſentem tamen ſententia confeſſum, convictumve puniſſet. Nunc vero quingentis paſſuum millibus procul moti atque indefenſi, ob ſtudium propenſius in Senatum morti proſcriptionique damnamur &c.

XV. Habes igitur ex his, quinam fuerint accuſatores, quodve crimen objectum, & qua pœna hucuſque mulctatus ſit. Scripſiſſe autem hæc ipſum initio ſui exilii, ex eo cognoſces, dum non adhuc ſocerum Symmachum detruſum fuiſſe in carcerem, qui cum ipſo capitale poſtea ſupplicium ſubiit, ex verbis Philoſophiæ eum conſolantis intelliges, ubi ait inferius: (*a*) *Viget incolumis illud pretioſiſſimum humani generis decus Symmachus ſocer; & quod vitæ pretio non ſegnis emeres, vir totus ex ſapientia & virtutibus factus ſuarum ſecurus, tuis ingemiſcit injuriis. Vivit uxor ingenio modeſta, pudicitiæ pudore præcellens, & ut omnes ejus dotes breviter concludam, patri ſimilis: Vivit, inquam, tibique tantum vitæ hujus exoſa ſpiritum ſervat: quo uno felicitatem minui tuam vel ipſam conceſſerim, tui deſiderio lacrymis atque dolore tabeſcit. Quid dicam liberos Conſulares, quorum jam ut in id ætatis pueris vel paterni, vel aviti ſpecimen elucet ingenii &c.* Julius Martianus, qui Boetii Vitam ſcripſit, errore putavit filios Boetii, eo quod ipſe nominet Conſulares, eoſdem fuiſſe Conſules. At quomodo Conſules ſi adhuc pueri? & in quibus Faſtis eorumdem poſt hæc tempora notatus eſt Conſulatus? Sed idcirco ſcias eos appellatos Conſulares, quod patrem Conſulem haberent; ſicut etiam dicere conſueverunt uxorem Conſulis feminam Conſularem.

(*a*) *Boet. de Conſolat. l. 2. proſ. 4.* De Boetii ſocero, uxore & filiis.

XVI. Dum autem Ticini Boetius detineretur in carcere, non ſolum aureos illos de Conſolatione Philoſophiæ libros elucubravit, ſed etiam commentaria quædam in opera Ariſtotelis, inſuper & ſcripſit de Trinitate, ſimulque citatum ſuperius librum de Diſciplina ſcholarium, ut ipſe eodem in libro teſtatur in præfatione ad Marcianum his verbis (*b*): *Licet duplici genere commentorum ſim impeditus, non tamen omnino diverſorum, in quaſdam Ariſtotelis, necnon aliorum philoſophorum editiones; proprioque attenuatus ſtudio, & inhumani Regis Gothorum cruciatu corroſus, philoſophico me præveniente conſolatu extremaque profundæ Trinitatis perſpicationem permollitus.* Hæc de ſe ipſe: quibus plane intelligi poteſt fuiſſe ejus carcerem longioris temporis ac valde prolixum: cum tandem & ejus quoque ſocer Symmachus itidem carceri mancipatur. Oſtenditur hodie Ticini turris in qua Boetius eſt detentus in vinculis, olim quidem ob reos in ea detentos horribilis, obque facinora deteſtabilis; ſed ejus habitatione: ſanguiniſque aſperſione reddita quovis triumphali fornice clarior, quovis gloriæ monumento celebrior, & quavis erecta ſolida mole diuturnior, & propugnaculo fortior, quam nec omnia diruens tempus invadat umquam & deſtruat.

Extremæ lucubrationes Boetii.

(*b*) *Boet. de Diſciplin. in princ.* De turri in qua Boetius detentus eſt.

XVII. Sed quid admirandum acciderit poſt capitis obtruncationem, ex Julio Martiano audies, qui ejus Vitam (*c*) erudite conſcripſit. Qui enim peritia litterarum Dionyſio magno illi Areopagitæ Athenienſi jure fuit abſque invidia comparandus Boetius, & illud a Deo accepit, ut & genere mortis, inſuper & inſignis ope-

(*c*) *Extat ipſa ante Boetii opera.* Ingens Miraculum in Boetii nece.

PAGIUS *ſus Regnum ejus Imperatori Juſtino miſiſſet. Quod factum dum revocatus negaret; tunc Boetius Patricius, qui Magiſter Officiorum erat in conſpectu Regis dixit: Falſa eſt inſinuatio Cypriani: ſed ſi Albinus fecit, & ego, & cunctus Senatus uno conſilio fecimus. Falſum eſt, Domine Rex. Tunc Cyprianus hæſitans, non ſolum adverſus Albinum, ſed & adverſus Boetium ejus defenſorem, deducit falſos teſtes adverſus Albinum* (deſunt aliqua verba.) *Sed Rex* (qui) *dolum Romanis tendebat, & quærebat quomodo eos interficeret, plus credidit falſis teſtibus, quam Senatoribus. Tunc Albinus & Boetius ducti in cuſtodia ad baptiſterium Eccleſiæ* (ſcilicet Ticinenſis, ubi baptiſterium ſub turri eſt. Baronius enim num. XVI. ait, *oſtenditur hodie Ticini turris, in qua Boetius eſt detentus in vinculis, olim ob reos in ea detentos terribilis*). Pergit Anonymus: *Rex vero vocavit Euſebium Præfectum Urbis Ticini: & inaudito Boetio protulit in eum ſententiam. Qui mox in agro Calventiano, ubi in cuſtodia habebatur, miſit, & reum fecit occidi. Qui accepta chorda in fronte diutiſſime tortus, ita ut oculi ejus creparent, ſic ſub tormento ad ultimum fuſte occiditur.* Loquitur poſtea Anonymus de Legatione Joannis; quæ cum anno DXXIV. ſuſcepta fuerit, manifeſtum eſt in Marii Chronico *Boetii* cædem accurate conſignatam eſſe anno DXXIV. ut etiam habent Auctor Chronici S. Medardi Tomo II. Spicilegii Dacheriani, & Auctor Chronici brevis Rhemenſis Tomo I. Biblioth. Labbeanæ.

VII. Præterea num. XI. recte quidem Baronius notavit, *Boetium* in carcere conſtitutum quinque *de Conſolatione Philoſphiæ* Libros ſcripſiſſe, ſed perperam num. XV. negat, *Symmachum* & *Boe-*

De Boetii libris, ejuſque Epithaphio.

operatione miraculi eidem fuerit exæquandus, id operante Dei summa potentia, qui est dives in omnibus qui invocant eum. At quomodo id acciderit, illum audi, qui hæc ait: *Ticini incolæ semper a majoribus traditum constanter asseverant, Severinum, cum regius spiculator letale vulnus intulisset, utraque manu divulsum cuput sustinuisse: interrogatumque a quonam se percussum existimaret? ab impiis, respondisse: atque ita cum in vicinum templum venisset, & flexis genibus ante altare sacra percepisset, post paululum expirasse. Extinctus divinos honores*, illos videlicet, qui sanctis martyribus exhiberi solent, *a nostris consecutus est, quod pro Catholicis contra perfidiam Arii mortem sustinuerit. Sunt tamen qui scribant, ipsum antea Ravennam accersitum, Prætorioque Regis præpositum, mox cum aliquot Senatoribus occisum: quod Symmacho potius convenire videtur*. Hactenus de Boetii nece & ejus cultu Martianus: de sepulcro autem ista subdit:

XVIII. Epitaphia ad sepulcrum Boetii. *Turris lateritio lapide fabrefacta etiamnum Ticini monstratur, Boetii carcer, sepulcrumque ejus in æde beati Augustini visitur, qua parte in aditum templi ascensus incipit, hoc epitaphio incisum:*

Mæonia & Latia lingua clarissimus, & qui
Consul eram, hic perii, missus in exilium.
Et quia mors rapuit, probitas me vexit ad auras:
En nunc fama viget maxima, vivit opus.

Circumfertur & aliud elogium, quo sepulcrum ejus exornabatur antequam illic a Luitprando Longobardorum Rege collocaretur. Ipsum igitur, ne quid tibi demptum queraris, subjungimus:

Ecce Boethus adest in cœlo magnus, & omni
Perspectus mundo mirus habendus homo:
Qui Theodorico Regi delatus iniquo,
Ticini senium duxit in exilio.
In qua se mœstum solans dedit urbe libellum:
Post ictus gladio exiit e medio.

☞ His adiicimus aliud Epigramma Gerberti Episcopi Raven. post Pontificis Romani, sub Ottone III. Imperat. quod sic se habet inscriptum ad imaginem ejusdem Boetii.

DE BOETHIO.

Roma potens dum jura suo declarat in orbe, Ex lib. 2. Epig. Vet. pag. 65.
Tu pater & patriæ lumen Severine Boethi,
Consulis officio rerum dispонis habenas,
Infundis lumen studiis, & cedere nescis
Græcorum ingeniis: Sed mens divina coercet
Imperium mundi, gladio bacchante Gothorum,
Libertas Romana perit: tu Consul & exul
Insignes titulos præclara morte relinquis.
Nunc decus Imperii summas qui prægravat artes,
Tertius Otto sua dignum te judicat aula,
Æternumque tui statuit monumenta laboris,
Et bene promeritum meritis exornat honestis. ☜

Habuit Boetius plurimos laudatores, nec desunt qui præconia augeant, nec aliquando defuturi sunt: adeo ut de illo vaticinium impleatur (a): *In memoria æterna erit justus*. Sed ad Symmachum Boetii socerum transeamus.

XIX. Symmachus maxime pius &, doctus. Præcessisse quidem Boetii necem, sicut & carcerem, ex iis quæ dicta sunt, possumus intelligere. Cum autem Boetius esset in carcere, ad ipsum librum scripsit de Trinitate: ex cujus exordio, quanta præstaret idem Symmachus pietate, accipe ex verbis istis: *Quocumque igitur a vobis deieci oculos, partim ignava segnities, partim callidus livor occurrit: ut contumeliam videar divinis tractatibus irrogare, qui talibus hominum monstris non agnoscenda hæc potius quam proculcanda projecerim*. Hæc Boetius, alludens ad impios atque stolidos Gothos. Quam autem esset Symmachus sacris litteris institutus, ex eo quoque cognosco, dum ipsum in eodem commentario Boetius appellat arbitrum suorum scriptorum, ubi ait: *Vobis tamen illud etiam inspiciendum est, an ex beati Augustini scriptis semina rationum aliquos in nos venientia fructus intulerint*. Hæc ipse: quibus & illud assequi potes, Boetium in

(a) *Psalm.* 111.

Ann. Eccl. Tom. IX. Y y 2

PAGIUS *Boetium* ejus liberos Consulatum gessisse; hoc enim anno DXXII. num. I. extra dubium esse debere ostendimus. Præterea num. XVI. perperam asserit, *Boetium*, dum in carcere esset, composuisse librum, cui titulus est: *de disciplina Scholarium*. Is enim ei falso adscriptus cum pluribus ineptiis scateat, ut eum legenti patebit. Quæ refert etiam num. XVII. ex Julio Martiano in Vita Boetii, Auctore futili ac recenti, fabulosa sunt, & ex Anonymo Valesiano citato refelluntur. Recitat postea Baronius num. XVII. ex eodem Martiano, Epitaphium Boetio positum, cujus initium: *Mæonia & Latia lingua*, &c. Sed illud ultimis sæculis editum. Refert ibidem & aliud Epitaphium quod *Boetii* sepulcro inscriptum putat, antequam istic

in sacris litteris S. Augustinum esse secutum. Porro quod ad Symmachum spectat, de quo semel narratio suscepta est, non Theologicis tantum facultatibus apprime imbutus fuit, sed omnium scientiarum doctrinam calluit. Est locuples horum testis Priscianus Cæsariensis, qui in libro, quem de Ponderibus scripsit, sic eum laudat, ut probitatis & omnium scientiarum attigisse verticem intelligere possis. Vixit enim his ipsis temporibus ipse Priscianus grammaticus, docens Constantinopoli, ut Cassiodorus (*a*) & ipse horum temporum scriptor affirmat.

(*a*) *Cassiod. de Orthograph. c. 12.*

XX. Symmachus laudatus a Prisciano.

Sed hic ipsius prisciani verba reddamus: cum enim ad eum librum de Ponderibus atque mensuris inscribit, ita exorditur: *Omni te, Symmache, nobilitatis splendore celebratum, ac omni naturæ munere præstantem, omni virtutis luce fulgentem, studiis etiam optimarum artium disciplinarumque florentem, justissimeque prosperæ fortunæ meritis vitæ probantem, fama quidem antea nobis absentem venerabilem faciebat: nunc autem præsentem veritas supergressa laudes prædicationis ostendit. Mediocritatis enim altissimæ, qua superbiæ calcas tumores, & pietatis ponderibus gravissimis superas omnia, &c.* Sed audi Ennodium, dum recenset Urbis cives clarissimos, quos & imitandos proponit: post enim Faustum & Avienum, de Festo atque Symmacho his verbis agit (*b*): *Festus & Symmachus omnium disciplinarum materia & constantes forma sapientiæ de Urbe sacratissima non recedunt. In ipsis est nobilis curiæ principatus: quos vidisse, erudiri est. Non apud eos sermo de ludicris, nec pantomimorum vix cognoscenda commemoratio. Isti auram popularem per pudoris detrimenta non cupiunt, contenti rectis magis placere, quam plurimis. Sortiuntur de innocenti actione testimonium, &c.* Extant plures ejusdem Ennodii epistolæ, in quibus Symmachi cum summa nobilitate & probitate doctrina etiam conjuncta laudatur; sed & ipse Theodoricus Rex ejus occisor eumdem sua olim laudasse epistola (*c*) reperitur.

(*b*) *Ennodii dictio.*

(*c*) *Apud Cassiod. l. 4. ep. 5.*

XXI.

In hunc igitur magnum antiquæ probitatis decus & ornamentum truculentus tyrannus violentas manus injecit, venerandamque canitiem sanguine cruentavit. At etsi gladio necari, non tamen extingui potuit; cujus secti capitis vel sola memoria sub prægrandis piscis capitis aspectu phantasiæ repræsentata eumdem crudelissimum barbarum tanto tremore concussit, & timorem incussit; ut necem attulerit corpori, anima in ignem inextinguibilem condemnata. Hæc autem strictim complexa, quomodo se habuerint, paulo post dicturi sumus; ☞ agamus modo de repertis inscriptionibus antiquis, quarum prima ejus pro Martyribus probatur impensum officium his versibus (*d*).

(*d*) *Antiq. Inscrip. in Append. pag. 1164. num. 4.*

MARTYRIBUS CHRISTI DOMINI PIA VOTA JOANNES
REDDIDIT ANTISTES SANCTIFICANTE DEO
AC SACRI FONTES * SIMILI FULGENTE METALLO
PROVIDUS ANTISTES NUNC COPULAVIT OPUS
QUO QUISQUIS GRADIENS ET CHRISTUM PRONUS ADORANS
EFFUSASQUE PRECES MITTAT AD ÆTHRA SUA *.

* fontis

* suas.

Hæc ibi. ☜ Sed agendum de creatione Felicis Papæ successoris Joannis, ut singula singulis reddamus mensibus.

XXII. Felix Papa eligitur a Theodorico.

Cum igitur (ut dictum est) post ipsius Joannis obitum sedes vacasset dies quinquaginta & octo, die vigesimaquarta Julii electus est in locum ejus Felix natione Samnita ex patre Castorio, cum adhuc superstes esset Theodoricus Rex ipsius Joannis Papæ interfector. Cujus quidem rabies semel contra Ecclesiam Romanam concepta, nequaquam tanti Pontificis obitu finem invenit; sed quod nullus umquam Ethnicorum Principum ausus fuerat, iste meditatus, implevit: nimirum ut captivam duceret ipsam Romanam Ecclesiam, Apostolicæ sedis Episcopi electionem atque nominationem ipse sibi procaciter arrogans: ut autem suæ ipsius voluntati nulla esset occasio re-

PAGIUS

istic, ubi nunc est a Luitprando Longobardorum Rege collocaretur, quod Papebrocius ad diem XXVII. Maii in Vita S. Joannis Papæ & Martyris cap. 3. magis sincerum exhibet, & Longobardicam sæculi VIII. barbariem sapere autumat, additque in quibusdam Sanctorum catalogis Sancti *Severini Boetii* Martyris mentionem fieri. *Rusticiana* Symmachi filia, Boetii uxor post mariti cædem ad summam paupertatem redacta fuit, ut videre est apud Baronium anno DXLVII. num. XIV. ubi ex Procopio lib. 3. de Bello Goth. sermonem habet de clade Urbis Romæ, & de *Rusticiana* ibidem a Totila Gotthorum Rege reperta.

VIII. *Jus confirmandi electionem Papæ sibi Theodoricus Rex attribuit.*

A num. XXII. ad XXVI. *Theodoricus* Italiæ Rex post *Joannis Papæ* mortem jus eligendi Pontificis Romani sibi attribuit, & *Felicem* IV. Clero, Senatui, populoque Romano proposuit. Diu quidem illi restitere; sed ea tandem lege res composita est, ut more pristino a Clero Pontifex eligeretur, & a Rege suo assensu confirmaretur, certa pecuniæ summa pro confirmatione imperata, non tantum Romano Pontifici; sed omnibus etiam Episcopis, qui sub Gotthorum ditione in Italia gemebant, quæ in pauperes erogaretur, ut innuit *Athalaricus* in

refragandi, quem in Romano clero probatissimum novit virum Felicem Romanum Pontificem nominavit. Fatale (si ita liceret dicere Christiano) quodammodo videri potuit, ut quem delegit Constantius Arianus Imperator, & quem Arianus pariter Princeps ad tantam dignitatem assumpsit, Felix uterque appellaretur. De arroganti autem a Theodorico Rege facta Romani Pontificis electione, accipe ex Athalarici Regis, qui hoc anno ipsi successit in regnum, epistola ad Senatum jam acquiescentem iniquæ conditioni, cui fuerat refragatus:

(a) *Apud Cassiod. l. 8. ep. 15.*

Senatui (a) urbis Romæ Athalaricus Rex.

XXIII. Athalaricus ad Senatum de facta per Theodoricum electione.

*Gratissimo nostro profitemur animo, quod gloriosi domni avi nostri respondistis in Episcopatus electione judicio. Oportebat enim arbitrio boni Principis obediri, qui sapienti deliberatione pertractans, quamvis in aliena religione, talem visus est Pontificem delegisse, ut nulli merito debeat displicere: ut agnoscatis illum hoc optasse præcipue, quatenus bonis sacerdotibus Ecclesiarum omnium religio pullularet. Recepistis itaque virum & divina gratia probabiliter institutum, & regali examinatione laudatum. Nullus adhuc pristina contentione teneatur. Pudorem non habet victi, cujus votum contigit a Principe superari. Ille quinimmo suum efficit, qui eum sub puritate dilexerit. Nam quæ sit causa doloris, quando hoc & in isto reperit, quod alteri in partem ductus optaverit? Civica * sunt ista certamina, pugna sine ferro, rixa sine odio: clamoribus, non doloribus res ista peragitur. Nam etsi persona summota sit, nihil tamen a fidelibus amittitur, cum optatum sacerdotium possidetur. Quapropter redeunte legato vestro illustri viro Publiano, rationabile duximus, ad cœtum vestrum salutationis apices destinare. Magna enim jucunditate perfruimur, quoties cum nostris proceribus verba miscemus; & hoc quoque suavissimum vobis minime dubitamus, si quod illius fecistis imperio, nobis etiam cognoscitis esse gratiosum.* Hactenus Athalaricus ad Senatum.

* Crinea.

XXIV. Electio Rom. Pon. a Theodorico usurpata.

Ex his etiam illud intelligi potest, toto illo quinquaginta & octo dierum interstitio cessantis sedis, altercatum de electione Summi Pontificis: & licet in alium conspirassent eligentium vota, tamen Theodorico tyranno eum non probante, sed deligente summæ probitatis virum Felicem, duram licet eam coacti sunt conditionem subire. Accepisse tamen postea tanta præsumptio noscitur moderationem illam, ut ex pristino usu clerus deligeret Romanum Pontificem, quem tamen Rex suo cofirmaret assensu; quam quidem ab Arianis Italiæ Regibus vendicatam sibi tyrannice auctoritatem, iis de medio sublatis, Orientalis orbis Imperatores sibi pariter arrogarunt, quod valde S. Gregorius ingemiscit. Hæc cum tam grandia sint, tamen ab Anastasio omnino sepulta silentio relicta sunt.

XXV. Quales esse soleant oppressores Rom. Ecclesiæ.

Vidisti, lector, quinam auctor fuerit redigendi sub servitute Romanam Ecclesiam, ut electioni vel nominationi Romani Pontificis immiscerent se Reges? nonnisi sævus barbarus, dirus tyrannus, & impius Arianus: quem Deus absque dilatione, dissimulationeve, qua frequentius uti solet cum peccatoribus repentina immissa cælitus vindicta prostravit, & post acceleratum dirum exitium ad inferos perpetuo relegavit. Talem qui æmulantur Principem, expectent pari cum eo sententia judicari: nimirum ut dum inconcessa præsumunt, jura Ecclesiæ invadentes; & vitæ præsentis & æternæ dispendium sentiant, & regnum haud diu ad posteros propagent, sed exteris cedere cogantur inviti: quo nihil justius dici possit, ut a terrenis excidant, qui divina temerarie tentant. Quomodo vero terribili atque tremendo Dei judicio haud diu post hæc præsumpta, cum & recens adhuc esset memoria Symmachi Consularis occisi, ipse Theodoricus Rex improvisa fuerit morte subreptus, ex Procopio hujus temporis scriptore audi (b):

(b) *Procop. de bello Goth. l. 1.*

XXVI. De nece Boetii atque Symmachi.

Annos itaque cum septem & triginta supervixisset, vitam finivit. Et paulo post: *Sed mortis illi hæc causa fuit. Symmachus, & hujus gener Boetius, a suis*

PAGIUS in suo edicto adversus Simoniacos. Recitat Baronius Epistolam *Athalarici* Theodorici successoris ad Senatum Urbis Romæ de facta *Felicis* per Theodoricum electione; quæ Epistola descripta est ex Cassiodoro lib. VIII. Epist. XV. Ea creandi pontificis Romani ratio obtinuit, quandiu Gotthorum in Italia floruit Imperium, immo quando illud deletum, *Justinianus* Imp. jus approbandi Pontificis Romani sibi retinuit, ut suo loco videbimus.

IX. *Interitus Theodorici Italiæ Regis.*

A num. XXVI. ad XLIV. Anonymus Valesianus citatus, morte Joannis Papæ narrata, statim subjungit: *Igitur Symmachus Scholasticus Judæus, jubente non Rege, sed Tyranno,* (nempe Theodorico Italiæ Rege) *dictavit præcepta die quarta feria, septimo Kalend. Septemb. Indictione IV. Olybrio Consule, ut die Dominico adveniente* (nempe die trigesima mensis Augusti) *Ariani Basilicas Catholicas invaderent. Sed qui non patitur fideles cultores suos ab alienigenis opprimi, mox intulit in eum sententiam Arii, auctoris religionis ejus. Fluxum ventris incurrit, & dum intra triduum evacuatus fuisset,* (nempe diebus XXVII. XXVIII. & XXIX. mensis Augusti.) *eodem die* (scilicet die XXX. ejusdem mensis) *quo se gaudebat Ecclesias invadere, simul Regnum & animam amisit. Ergo antequam exhalaret, nepotem suum Athalaricum in Regnum constituit, se autem vivo fecit sibi Monimentum ex lapide quadrato, mira magnitu-*

suis majoribus gentis nobilitatem adepti, inter Romanos & Senatorios viros principes erant: & Consulatus utrique dignitate per functi, philosophiæ supra ceteros & æquitati studuerunt; multisque tam civium quam externorum inopiæ succurrendo saluti fuere. Hi postquam ad ingentem gloriam evasere, deterrimos quosque in sui invidiam concitarunt. Nam his delatoribus Theodoricus Rex persuasus, Symmachum, Boetiumque perinde ac res novantes occidit, eorumque bona omnia publicavit. Sed paucis post diebus, cœnanti sibi cum miræ magnitudinis piscis ministri decoctum caput apposuissent; Symmachi nuper occisi caput illi est visum, præfixis & extantibus inferiore in labro dentibus, & torve intuentibus oculis, furibunde sibi & acerbe comminari.

XXVII. Theodorici Regis obitus. *Unde monstri novitate territus, membrisque præter modum tremebundus & rigens, in cubiculum statim citato gradu secessit: identidemque jubendo, togarum ut sibi vim magnam ingererent, lecto decubuit, & parumper quievit. Elpidio deinde medico omnibus quemadmodum accidissent diligentius explicatis, in Symmachum, Boetiumque a se scelus patratum deflebat. Quo denique deplorato, ex accepta calamitate dolore ingenti affectus, haud longe post moritur; cum primo id injustitiæ & ultimum in suos idcirco exercuisset exemplum, quia non suo & pristino more diligenter pervestigata causa in tantos viros animadverterat.* Hactenus Procopius. Refert ex parte hujusmodi horribilis visio facta Theodorico de capite Symmachi, ore, labiis, dentibus, & oculis comminante, exemplum illud de eo quod evenit discumbenti pariter Balthasar (*a*) Regi, cum ad visum digitorum scribentium in pariete idem eum apprehendit tremor, pavorque dissolvit, licet dissimilis sit secutus interitus. Hæc autem tanta parum fideliter Jordanus Gothus Episcopus prætermisit, cum de ejusdem Theodorici obitu agit; quem senio confectum defunctum fuisse tradit: addit autem, testamento monuisse suos, ut Senatum populumque Romanum amarent, Orientisque colerent Imperatorem: insuper detestatum, quæ ipse furore percitu perpetrasset.

(*a*) *Dan.* 5.

XXVIII. Sed quod ait Apostolus (*b*): *Et post mortem judicium*: quodnam qualeve id fuerit ostensum divinitus, accipe a sancto Gregorio, dum in dialogis ait (*c*): *Julianus namque hujus Romanæ Ecclesiæ, cui Deo auctore deservio, secundus Defensor, qui ante septem ferme annos defunctus est, ad me adhuc in monasterio positum crebro veniebat, & mecum alloqui de animæ utilitate consueverat. Hic itaque mihi quadam die narravit, dicens: Theodorici Regis temporibus pater soceri mei in Sicilia exactionem canonis egerat, & jam ad Italiam redibat: cujus navis appulsa est ad insulam, quæ Lyparis appellatur. Et quia illic vir quidam solitarius magnæ virtutis habitabat; dum nautæ navis armamenta repararent, visum est prædicto patri soceri mei ad eumdem virum Dei pergere, seque ejus orationibus commendare. Quos vir Domini cum vidisset, eis inter alia collocutus dixit: Scitis quia Rex Theodoricus mortuus est? Cui illi protinus responderunt: Absit: nos eum viventem dimisimus, & nihil tale ad nos de eo nunc usque perlatum est. Quibus Dei famulus addidit, dicens: Etiam, mortuus est: nam hesterno die hora nona inter Joannem Papam & Symmachum Patricium discinctus & discalceatus & vinctis manibus deductus, in hanc vicinam Vulcani ollam jactatus est. Quod illi audientes, solicite conscripserunt diem; atque in Italiam reversi, eodem die Theodoricum Regem invenerunt fuisse mortuum, quo de ejus exitu atque supplicio Dei famulo fuerat ostensum. Et quia Joannem Papam affligendo in custodia occidit, Symmachumque Patricium ferro trucidavit, ab illis juste in ignem missus apparuit, quos in hac vita injuste judicarat.* Hæc Gregorius. Quod vero nulla de Boetio mentio fit, æque existimare licet, eum ante utrumque, Joannem videlicet atque Symmachum esse jussum occidi; ostensos vero in visu illos novissime ab eo injuste damnatos.

(*b*) *Hebr.* 9.
(*c*) *Greg. dial. l.* 4. *c.* 30.
Visio de Theodorici anima.

Sed

PAGIUS *tudinis Opus, & saxum ingentem, quem superponeret, requisivit.* Quibus verbis egregiam suam Epitomen stylo barbaro scriptam, Anonymus claudit quam hoc tempore edidisse dubium esse non potest. Chronographus quidem a Cuspiniano editus, qui imperante Anastasio in Italia floruit, cum eum *Dominum Nostrum, ac etiam, Theodoricum* D. N. vocet, his verbis Chronicon suum absolvit: *Olybrio V. C. Cos. solo. Hoc Consule D. N. Theodoricus Rex mortuus est mense Septembri.* Sed eum loquendi modum Scriptor ille usurpat, quia dies XXX. mensis Augusti convenit cum tertio Kalendas Septembris, ideoque hac in re ab Anonymo non discrepat.

X. *Ei Athalaricus in Italia Amalaricus in Hispania succedunt.* Regnavit *Theodoricus* ab ingressu suo in Italiam, *annos septem supra triginta*, ut habet Procopius lib. I. de Bello Gotth. cap. I. a Baronio in num. XXVI. citatus: a tempore vero, quo *Odoacrem* occidit, *annos triginta* tres, ut liquet ex iis, quæ suo loco retulimus ex Anonymo Valesiano: a tempore denique, quo Hispanias administravit, *annos quindecim*, ut recte habet Cassiodorus in Chronico Gotthorum. Sed Baronius num. XXX. qui putavit, *Procopium* annos XXXVII. Theodorici Regis ab Odoacris morte deducere, eum falli persuasum habuit. Theodorico in Regno Italiæ successit *Athalaricus* nepos ejus ex *Amalasuntha* filia, quam ex *Au-*

XXIX. Sed loci ipsius, in quem ipse jactatus per visum ostensus est, audi ex ejusdem Theodorici litteris naturæ miracula: cum enim ad insulam illam deportari mandat Jovinum Curialem homicidam, Vulcani ollam ita describit (*a*): *Careat proinde patrio foro * cum exitiabili victurus incendio, ubi viscera terræ non deficiunt, cum tot sæculis jugiter consummantur. Flamma siquidem ista terrena, quæ alicujus corporis imminutione nutritur, si non absumit, extinguitur: ardet continuo inter undas medias montis quantitas indefecta: nec imminuit quod resolvi posse sentitur. Scilicet quia naturæ inextricabilis potentia tantum incrementi cautibus reponit, quantum illi vorax ignis ademerit. Nam quemdmodum saxa incolumia permanerent, si semper ignis adunata decoqueret? Potentia siquidem divina sic de contrariis rebus miraculum facit esse perpetuum, ut palam consumpta occultissimis instauret augmentis, quæ vult temporibus stare diuturnis. Verum cum & alii montes motibus vaporatis exæstuent, nullus simili appellatione censetur æstimandus; quia gravius succenditur, qui Vulcani nomine nuncupatur. Mittatur ergo reus capitis in locum prædictum vivus: careat quo utimur mundo, de quo alterum crudeli fugavit exitio.* Hæc Theodoricus, qui in homicidam a se ipso latam expertus est & ipse homicida sententiam.

(*a*) *Apud Cassiod. l.* 3. *ep.* 48.
* solo
De Vulcani Olla.

XXX. Quod autem ad diem obitus ejus spectat, fuisse comperitur dies secunda Septembris, si credimus ipsi Anastasio (*b*), qui eum defunctum tradit post dies nonagintaocto ab obitu Joannis Papæ, quem contigisse diximus vigesimaseptima mensis Maii. De annis vero quibus regnavit, corrigendus videtur locus Procopii, in quo anni trigintaseptem ejus regno in Italia tribuuntur; cum a nece Odoacris non amplius quam trigintatres annos numerari contingat absolutos, triginta vero quatuor inchoatos. Hic præter leges Romanorum Principum, quas servari voluit, alias leges condidit, quæ extant capitibus centum quinquaginta distinctæ; quas etiam tam Romanis quam barbaris voluit esse communes: habes eas apud Cassiodorum cusas. Ex eis aliquæ sunt quæ spectant ad Ecclesiasticum cultum, nempe de clericis ab intestato decedentibus, ut quibus legitima successio deest, succederet Ecclesia (*c*). Quomodo autem immunitatem ecclesiis conservatam voluit, cum ad eas confugerent homines (*d*); extat & de his ejusdem Regis epistola apud Cassiodorum (*e*). Vetuit & gravi pœna, ne defunctorum corpora intra Urbem sæpelirentur (*f*), unde opus fuit, ut more majorum sepelirentur Fideles in cœmeteriis extra Urbem positis. Paganos præterea sacrificantes, & alios magis intendentes, capitali pœna statuit puniendos (*g*).

(*b*) *Anast. de Rom. Pont. in Joanne.*
Dies obitus Theodorici & anni regni ejus.
(*c*) *Theod. edict. c.* 26.
(*d*) *ibid. c.* 70. 71. & 125.
(*e*) *Cassiod. Var. l.* 3. *ep.* 47.
(*f*) *Edict. Theod. c.* 111.
(*g*) *Ibid. c.* 108.

XXXI. Quod autem ad solicitudinem ipsius erga publica ædificia pertinet, de his quæ ipse vel Romæ nova construxit, vel antiqua reparavit, & quæ restituit, deque Urbis mœniis instauratis, custodiaque antiquæ Urbis faciei: est de his ipsius epistola ad Sabinianum (*h*), ubi ad finem hæc habet: *Quis enim dubitet fabricarum miracula, hac provisione servata, & pendenti saxo formatas cameras tegularum tegmine custoditas? ut antiqui Principes nobis merito debeant suas laudes, quorum fabricis dedimus longissimam juventutem; ut pristina novitate reluceant, quæ jam fuerant vetustosa senectute fuscata.* Extat & de his epistola ad Senatum, ubi de formis aquarum læsis est querela, & de plumbo & ære ornatus causa publicis muris affixis hominum rapacitate sublatis. Sunt hæc ejus verba (*i*): *Æs præterea non minimum pondus, & quod facillimum direptioni est, mollissimum plumbum de ornatu mœnium referuntur esse sublata, quæ auctores suos sæculis consecrarunt, &c.* Hinc aliquando existimatum, apparere hodie in amphitheatro & aliis publicis ædificiis inter petrarum juncturas celte excavata foramina, ut æs vel plumbum iisdem hærentia auferrentur: metallis namque exornatos fuisse in structura lapides, idem indicat alia epistola, ubi ait (*k*): *Ut collapsis metallis obliterata facies reddatur iterum de arte pulcherrima.* Sed de his diversæ sunt sententiæ diversorum. Quantus in his fuerit Theodoricus in epistola quam dedit ad Patricium Symmachum (*l*), de quo nuper est actum, ostendit, cum eidem plurimum ante laudato, & erga publica ædificia propensione adhibita ab eo cura commendata, injungit ei theatri Pompeii jam prope vetustate collabentis reparationem.

Theodorici cura impensa in publicis Ædificiis.
(*h*) *Apud Cassiod. Var. l.* 1. *ep.* 25. & *l.* 4. *ep.* 30.
(*i*) *Apud Cassiod. Var. l.* 3. *ep.* 31.
(*k*) *Apud Cassiod. Var. l.* 3. *ep.* 9.
(*l*) *Apud Cassiod. Var. l.* 4. *ep.* 51.

XXXII. At non ea tantum quæ super terram essent visui patentia ædificia, sarcienda & restauranda curavit; sed & quæ subtus terram essent cloacæ publicæ: quas adeo ipse admiratus est, cum de his scripsit ad

PAGIUS *Audefleda* Clodovei Francorum Regis sorore susceperat. *Amalaricus* Visigothorum Rex Theodorici ex *Teudetusa* filia nepos, Ditiones in Hispania & in Gallia positas accepit, moxque inter Athalaricum, & Amalaricum consobrinos conventum, ut inter Alpes & Rhodanum *Ostrogotthi*, ultra fluvium regnarent *Visigotthi*; conventumque etiam, ut vectigal *Visigotthis* imperatum haud quaquam de cætero *Ostrogotthis* penderetur, & res omnes, quæ per *Theodoricum* Regem ex Urbe Carcassonensi alias direptæ fuerant, *Amalarico* restituerentur, ut narrat Proco-

ad Urbis Præfectum Argolicum nomine verbis istis (*a*): *Romanæ cloacæ tantum visentibus conferunt stuporem, ut aliarum civitatum possint miracula superare. Videas illic fluvios quasi montis concavis clausos per ingentia stagna * decurrere: videas structis navibus per aquas rapidas cum minima solicitudine navigari, ne præcipitato torrente marina possint naufragia sustineri. Hinc Roma singularis, quanta in te sunt, potest colligi magnitudo. Quæ enim urbium audeat tuis culminibus contendere, quando nec ima tua possunt similitudinem reperire?* Hæc de his ipse magnopere admiratus. Certe quidem tales oportuit esse cloacarum amplissimos fornices, in quas præter pluvias, omnium ferme Thermarum aquæ derivantes in Tiberim confluebant. Curavit præterea Theodoricus, ut Romana suburbana essent irrigua. Extat de his epistola (*b*) ad Apronianum.

(*a*) *Apud Cassiod. l. 2. ep. 30.*

De Romanis Cloacis.

* signa

(*b*) *Apud Cassiod. l. 3. ep. 53.*

XXXIII. Sed quæ in Urbe præstitit, in aliis quoque exhibuisse civitatibus, ejus ad diversos datæ epistolæ indicant. Ravennam vero potissimum, ubi degere consuevit, egregiis ædificiis illustrare curasse, certum est: erexisse enim illic forensem basilicam, ipsius ad Agapitum (*c*) epistola docet. Nobilia quæque ex vetustis collapsisque ædificiis sublata marmora Ravennam transferri, magna licet impensa, conatum esse, ipsius scriptorum æque monumenta testantur (*d*): ibique voluit in vase porphyretico sepeliri. Qui quidem tum his, tum aliis officiis de Urbe ipsa & tota Italia bene meritus, inter magni nominis Principes fuerat collocandus, nisi eum Ariana hæresis infamasset, atque extrema crudelitas improbatissimorum Senatorum necem debacchata fœdasset. Quantæ autem æstimationis fuerit olim etiam apud Romanum clerum, vel ex eo accipe argumentum, quod Romanæ Ecclesiæ diaconus Ennodius eum publica oratione laudavit: nam ipse in eo panegyrico ad eundem Theodoricum conversus ait: *Vide divitias sæculi tui. Tunc vix fora habuere Præfectus; nunc Ecclesia dirigit laudatorem.* At de his satis.

(*c*) *Apud Cassiod. l. 1. ep. 6.*

(*d*) *Apud Cassiod. l. 3. ep. 9. 10. 19.*

XXXIV. Cum autem Theodoricus Rex absque prole mascula decessisset, Amalasuntha * filia pro Athalarico suo filio annum dumtaxat octavum agente regnum administrandum suscepit, qui natus est ipsi ex patre Eutharico cognomento Cillica, cui nupta fuit sub Consulatu Florentii & Anthemii, anno Domini quingentesimo decimoquinto, ut Cassiodorus in Chronico tradit. Porro de ipsa matre magni ingenii femina ista habet Procopius (*e*): *Amalasuntha itaque filii procuratione suscepta regnum administrabat; prudentia & æquitate mirifica pollens, viridem præseferebat naturam: quippe quamdiu hæc Imperio præfuit, Romanorum neminem vel corporis pœna affecit, vel rerum jactura; quinetiam nec Gothos ipsos, etsi lacessendi Romanos percupidos, his quoque pacto injuriam permittebat inferre: quin potius Symmachi, & Boetii liberis paterna bona restituit. Animo præterea destinarat, Romanorum ex institutis ac Principum more vitam de cætero ut filius duceret; jamque ad litterarum ludum, hunc, ut ventitaret coegerat, tribus Gothorum e senioribus lectis, qui sapientia cæteris & humanitate præstarent, jussisque Athalarico continenter assistere, & una victitare.*

* Amalasuentha. Athalaricus Rex Italiæ.

(*e*) *Procop. de bello Goth. l. 1.*

Educatio Athalarici pueri.

XXXV. *Sed Gothis hæc minus placere *, ut qui subjectis inferre injuriam cuperent, & per Athalaricum mallent more barbarico regi. Unde cum mater semel delinquentem in cubiculo puerum, frænandi castigandique gratia, manu (ut assolet) percussisset: Gothi ad se venientem & lacrymabundum hunc conspicati, rem quidem permoleste tulerunt; & Amalasuntham licentius conviciati, identidem affirmabant, pervelle hunc puerum quamprimum perditum iri, ut mox ipsa alteri viro nubat, cum eoque Gothis & Italis simul imperitet. Conventu itaque facto, & in unum contractis qui pollerent facundia viris, aditaque Amalasuntha, acrius querebantur, nec recte sibi Regem, nec decentius erudiri; siquidem litteras & seniorum instructiones longo intervallo a fortitudine & magnanimitate abesse; ex hisque illum effeminari potius, & ad timiditatem traduci. Sed necessarium fore, qui res maximas sit audacter & strenue aggressurus, ex hisque gloriam habiturus non mediocrem, præceptoris ut sit formidine liber, & armis ut studeat. Illudque sedulo dicere, neque Theodoricum ipsum, Gothorum liberos ad ludimagistros mittendos, quoquo pacto percensuisse: idque frequentius usurpasse: haudquaquam eos, quos ferulæ timor jam invasisset, gladios ac lanceas parvi facturos. Unde par fore ducebant, Amalasuntham ut minime præteriret*

* placuere

Gothi tumultuantur contra Amalasuntham.

PAGIUS copius lib. I. de Bello Goth. cap. 13. Testatur autem Isidorus in Chronico, *Theodoricum* Hispaniæ Regnum, cujus pars tunc erat Septimania, dum viveret, *Amalarico* nepoti suo reliquisse. Extat apud Cassiodorum lib. 8. Variar. Epistola V. ab Athalarico ad Gotthos per Italiam constitutos data, qua significat, se in Regia Civitate omnium sacramenta recepisse, superstite adhuc Theodorico. Extat ibidem & Epistola V. ad Liberium Præfectum Galliarum (scilicet Gallo-Provinciæ) data, qua significat, se a Theodorico, dum viveret, Regno donatum.

ret, Theodoricum patrem, qui tantarum Rex sit urbium factus, & regnum susceperit, nulla ex parte contigisse litteras ipsas, nec auditu quidem usquam percepisse. Quocirca, Regina, inquiunt, pædagogos istos missos nunc facito; & Athalarico, qui secum vivant, coævos dato, ut ætate una & gloria provehantur, proque lege barbarica ad virtutem & virilitatem impellant.

XXXVI. Amalasuntha Gothis acquiescit. *His auditis Amalasuntha, etsi minus quæ dicerentur probaret; verita tamen barbarorum insidias, præ se quidem lætitiam ferre, & voluptati sibi fuisse quæ hi detulissent, dissimulare: sed demum quæcumque a se barbari exegissent, permisit pro eorum arbitrio fieri. Senioribus itaque Athalaricum deserentibus, pueri quidam ad hunc convenerunt, vitæ comites in posterum affuturi haud dum puberes, nec multum Rege natu majores.* Hactenus de educatione Gothi Regis pueri Procopius: sed quam potiora fuerint Amalasunthæ consilia, exitus declaravit, nosque suis locis pro temporis ratione dicemus.

XXXVII. Athalaricus igitur, sive potius qui pro ipso regnum administrabat, ad stabiliendum quod hæreditarium dominium fuerat consecutus, ubi quem elegerat Theodoricus avus in sede Pontificia, accedente omnium consensu, tandem confirmatum vidit; ad continendum in firma fide Senatum populumque Romanum, ab eisdem fidelitatis (quod dicitur) juramentum exegit. Extant de his ipsius Athalarici Regis litteræ (a) ad Senatum, aliæ itidem ad populum datæ, & ad alios Romanos (b) per Italiam Dalmatiamque dispersos; quod & a Gothis præstitum tradit. Porro eosdem jurasse Theodorico ipsi adhuc superstiti, ejusdem litteræ significant, quas hoc anno statim post obitum avi in Regem electus dedit ad Gothos, quæ sic se habent (c):

(a) Apud Cassiod. Var. l. 8. ep. 2. 3.
(b) Apud Cassiod. l. 8. ep. 4.
(c) Apud Cassiod. l. 8. ep. 5.

Universis Gothis per Italiam constitutis Athalaricus Rex.

XXXVIII. Athalaricus Rex suos Gothos admonet. *Voluissemus quidem domni avi nostri longævæ vitæ gaudia nunciare. Sed quoniam diligentibus dura conditione subtractus est; nos hæredes regni sui, Deo sibi imperante, substituit, ut successione sanguinis sui beneficia vobis a se collata faceret esse perpetua: dum nos illa & augere & tueri cupimus, quæ ab illo facta esse cognoscimus. Cujus ordinationi, adhuc eo superstite, in regia civitate ita sacramenti interpositione cunctorum vota sociata sunt, ut unum crederes promittere, quod generalitas videbatur optare.*

XXXIX. *Hoc vos sequentes exemplum, pari devotione peragite, ne quid a præsentibus minus fecisse videamini, a quibus creditur totum similiter posse compleri. Illum vero Comitem vobis fecimus jurata voce promittere, ut sicut nobis vestrum animum devotissime proditis, sic optata de nostris sensibus audiatis. Recipite itaque prosperum vobis semper nomen, Amalorum regalem prosapiam, Baltheum germen, infantiam purpuratam: per quos, Deo juvante, parentes nostri decenter evecti sunt, & inter tam prolixum ordinem Regum susceperunt semper augumenta. Credimus enim de Divinitate propitia, quæ majores nostros dignanter adjuvit, nunc quoque gratiam suæ dignationis impendere, ut & nobis regnantibus bonarum rerum fructus dulcissimos afferatis, qui sub nostris parentibus copiosa virtutum laude floruistis.* Hucusque epistola Athalarici ad suos Gothos. Sic vides ejusmodi juramentum fuisse reciprocum, nempe ut jurarent Regi subditi fidelitatem; ipse vero subditis juraret, omnes se eis exhibiturum studium & patrocinium; quod etiam in litteris (d) ad Justinianum Imperatorem significat.

(d) Apud Cassiod. l. 8. ep. 1.

Sed & Episcopos monuit, quorum orationibus suum stabiliri regnum, datis ad eos litteris, exoptavit: extat ad Victorinum eo argumento scripta brevis epistola verbis istis (e):

(e) Apud Cassiod. l. 8. ep. 8.

Victorino venerabili Episcopo Athalaricus Rex.

XL. Athalarici ep. ad Victorin. Episc. *De fide atque constantia tales sunt commonendæ personæ, quæ desideriis humanis diversa sorte quatiuntur. Vos autem, quos sapientia firmos efficit, & mens religiosa consolidat, ad provincialium potius convenit adunationem animari: quia juste debitor fiet alieni arbitrii, qui a pluribus meretur audiri. Quapropter salutantes veratione qua dignum est, quod vobis quidem mœrorem possit indicere, transitum gloriosæ memoriæ domni avi nostri cum dolore maximo nunciamus: Sed inde potest tristitia vestra temperari, quia nos in sede regni sui, Divinitate propitia, collocavit: ut in totum desiderio vestro non videatur ereptus, qui vobis consurgit in successione reparatus. Favete nunc orationibus sacris nostris libenter auspiciis, ut Rex cælestis humana nobis regna confirmet, gentes externas atterat, peccata absolvat; consolidet & conservet propitius, quod parentibus nostris dignatus est præstare gloriosus. Quapropter sanctitas vestra provinciales cunctos admoneat, ut inter se concordiam habentes, regno nostro per omnia debeant esse purissimi. Cupimus enim in subjectis fidem reperiri, quam larga possimus pietate munerari.* Hactenus ad Victorinum Episcopum, qui cujusnam Ecclesiæ Antistes fuerit, ignoratur.

XLI. At non Italiæ tantum regnum firmari sibi recteque disponi Athalaricus per suos studuit; sed quæ possidebat in Galliis, æque reddi sibi tuta per Liberium Patricium procuravit: extat (f) ad eum data

(f) Apud Cassiod. l. 8. ep. 6.

ta epistola, qua ipsum admonuit, ut Gallos, petito ab eis juramento, contineret in fide. Sed ad ipsos etiam Gallos pariter eodem argumento epistolam dedit. (a) Idem l.8.ep.7. (a) Quod vero ad Liberium Patricium spectat, eundem hunc cum illo esse existimo, qui postea erexit in Campania monasterium, cui præfecit S. Servandum Abbatem, cujus est mentio apud S. Gregorium in dialogis (b). (b) Greg. dialog. l.2. c.35. Extant & ad eumdem plures Ennodii epistolæ, & inter alias illa, qua ejus probitas plurimum commendatur: cujus est exordium: *Datum est mihi cælestis*, &c.

XLII. Quod autem attinet ad ea quæ in Gallia antea possederat Theodoricus: ipso mortuo, ita transactum est inter Athalaricum atque ☞ Amalaricum ☜ Gothorum Reges, ut Athalaricus possideret quæ cis Rodanum essent loca, ille autem quæ trans Rodanum civitates extarent: quod Procopius tradit (c). (c) Procop. de bello Goth. l.1. ☞ Amalaricus ☜ autem & provincias recepit, quas in Hispaniis Theodoricus tamquam tutor & moderator administrandas acceperat. Hoc namque anno cæptum esse numerari ab Isidoro regnum Amalarici in Hispania, satis patent, dum numerat ab Æra quingentesima sexagesimaquarta, qui est hic ipse annus. Sed ubi ponitur annus Justini decimusquartus, manifestus deprehenditur error, ut loco XIV. ita sit restituendum, IX. quo notatur præsens annus, cum absolvitur octavus, & incipit nonus Justini Imperatoris. Ad stabilimentum autem regni ipsius Athalarici illud addebatur, quod in Gallis tum Burgundiones, tum Thuringios habuit fœderatos.

XLIII. Verum cum res omnes ubique Gothis pacatæ essent, nihilque mutatio ista attulisset novitatis: Francorum Reges filii Clodovei perturbare agressi sunt Gothorum socios Thuringios atque Burgundiones. Thuringiorum autem Rex Hermenefredus * neptem Theodorici Gothorum Regis defuncti acceperat in conjugem nomine Amalabergam, quam Amalbergam nominant. Extat de his epistola (d) Theodorici. De bello vero Francorum adversus eum opportunius dicturi sumus anno sequenti. Cum Alarico autem Rege in Hispania & Gallia regnante Franci aliquandiu pacem habuere, eo quod fœdere nuptiarum pax inter eos firmior stricta est, dum Childebertus Clodovei filius Francorum Rex eidem Regi Alarico matrimonio junxit sororem suam Crotildem. Quomodo vero occasione ejusdem Crotildis partum est bellum inter Francos & Gothos, dicemus inferius suo loco: hic modo agendum est de rebus gestis inter Burgundiones & Francos.

* Hermінofridus, vel Hermenfredus.
(d) Apud Cassiod. Var. l.4. ep.1.

XLIV. Post obitum Theodorici Italiæ Regis, Burgundiones, quos Germanos vocat, subactos a Francis, Procopius auctor est: (e) id ipsum affirmat Gregorius Turonensis (f). Ex quibus redarguas recentiorem chronographum (g), qui necem Sigismundi Burgundionum Regis recenset anno Domini quingentesimo decimoquinto. Regebant Burgundiones hoc tempore Sigismundus & Godomarus fratres, adversus quos bellum gessit Clodomerus filius Clodovei. Sed quæ his præmittat de Sigismundo filium necante Gregorius, (h) audiamus: *Mortuo* (inquit) *Gundebaldo, regnum ejus Sigismundus filius obtinuit, monasteriumque Agaunense solerti cura cum domibus basilicisque ædificavit.* ☞ Sed antequam ulterius progrediamur: cum hic actum sit de morte Gundebaldi Burgundiæ Regis, & successione Sigismundi ejus filii; primum quod ad ipsum nomen pertinet, non Gundebaldum, sed Gundebadum reperitur nominasse eum Agobardus Archiepiscopus Lugdunensis, qui & in eum sæpe invehitur, quod de monomachia, probans eam, legem sanxisset; qua de causa eum plurimum est detestatus. Atque primum in epistola ad Ludovicum Imperatorem (i), adversus ejusmodi pravum usum lege Gundebadi receptum: ubi & testatur, adversus profanam legem ipsius sanctum Avitum Viennensem Episcopum intercessisse tum verbis, tum scriptis, cujus recitatum ab eodem Agobardo Fragmentum hic accipe: *Temporibus prædicti Gundebaldi Regis Burgundicarum fuit in Urbe Vienna sanctus Episcopus, Avitus nomine, fide Catholicus, eloquentia facundissimus, ingenio acerrimus, sacrarum Scripturarum expositor suavissimus, litterarum etiam sæcularium doctissimus, & in metris facillimus, sicut & ejus opera testantur: qui cum eodem Gundebado frequenter de Fide altercans, & dialogos in præsenti conficiens, & epistolis absenti respondens; plura & clara ingenii sui, & virtutis opera reliquit: qui, ipso Gundebado in sua perfidia perdito, successorem ejus Sigismundum Regem ad Fidem Catholicam convertit. In cujus conversione recitavit Homiliam in populo, sen-*

(e) Procop. de bello Goth. l.1.
(f) Gregor. Turon. de gest. Fran. l.3. c.7.
(g) Sigeb. in Chron. ann. 515.
(h) Greg. de Gest. Franc. l.3. c.5.
Gundebadus Burgundiæ Rex legem de Monomachiæ usu sanxit.
(i) Pag. 137. & 125.
Reprehenditur ob hujus legis sanctionem ab Agobardo & Avito Episcopis.

PAGIUS XI. A num. XLIV. ad LIII. Bellum, quod Baronius ex Procopio lib. I. de Bell. Goth. c. 13. inter *Burgundos* & *Francos* gestum narrat, pertinet ad annum DXXIII. ubi num. XVIII. & seq. de illo & de Sigerici Sigismundi Burgundiæ Regis filii nece locuti sumus. *Sigismundus* vero Burgundiæ & *Chlodomeres* Franciæ Reges occisi, non hoc anno, quo de illorum morte Baronius num. XLVII. & insequenti loquitur, sed anno DXXIV. ut ibidem num. IV. demonstravimus.

Sigismundi Burgundiæ & Chlodomeris Francorum Regum mors.

*sensuum suavitate plenissimam, & verborum compositione dulcissimam. Quid est * venerandus & sanctus vir sæpe dicto Gundebado de supradictis certaminibus responderit, audiat, si placet, benignitas vestra. Cum de his inter utrumque sermo esset & beatus Avitus talia certamina reprehenderet, respondit ei Gundebadus: Quid est quod inter regna, & gentes, & etiam inter personas sæpe singulas dirimendæ, prælii causæ divino judicio committuntur; & ei maxime parti, cui justitia competit, victoria succedit? Ad quod beatus Avitus intulit dicens: Si divinum, inquam, judicium regna & gentes expeterent, illud prius, quod scribitur, formidarent, dicente Psalmista: Dissipa gentes quæ bella volunt: & illud diligerent quod perinde dicitur: mihi vindictam, ego retribuam (a), dicit Dominus.* Et quæ sequuntur. Citat & in libro de imaginibus eumdem dialogum Alchimi Aviti cum Gundebado. His de Gundebado & Sigismundo ex Agobardo enarratis, cæptum sermonem Gregorii Turonensis prosequamur. Pergit de Sigismundo dicere: ☞ *Qui perdita priori conjuge filia Theodorici Regis Italici, de qua filium habebat nomine Sigericum, aliam duxit uxorem, quæ valide contra filium ejus (sicut novercarum mos est) malignari, & scandalizari cœpit. Unde factum est, ut una solemnitatum die, cum puer super eam vestimenta matris agnosceret, commotus felle diceret ad eam: Non enim eras digna ut hæc indumenta tua terga contingerent, quæ dominæ tuæ, id est matris meæ fuisse noscuntur. At illa furore succensa, instigat verbis dolosis virum suum, dicens: Hic iniquus regnum tuum possidere desiderat; teque interfecto, id usque Italiam dilatare disponit: scilicet ut regnum, quod avus ejus Theodoricus Italiæ tenuit, & iste possideat. Scit enim, quod te vivente, hæc non potest adimplere; & nisi tu cadas, ille non surget.*

* etiam.

(a) Idem auctor pag. 223.

XLV. Sigismundus Rex filium necat.

*His & hujuscemodi ille incitatus verbis, uxoris iniquæ consilio utens, iniquus extitit parricida: nam sopitum vino dormire post meridiem filium jubet: cui dormienti librum sub collo positum ac sub mento ligatum trahentibus ad se invicem duobus pueris, suffocatus est. Quo facto pater sero jam pœnitens super cadaver exanime ruens flere cœpit amarissime. Ad quem senex quidam sic dixisse fertur: Te, inquit, plange amodo, qui per consilium nequam factus es parricida sævissimus: nam hunc, qui innocens strangulatus * est, necessarium non est plangi. Nihilominus ille ad sanctos Agaunenses abiens, per multos dies in fletu & jejuniis durans, veniam precabatur, psallentium* (hoc est, Psalmodiam) *ibi assiduum instituens, Lugduno * regressus est, ultione divina de vestigio eum prosequente. Hujus filiam Rex Theodoricus* filius Clodovei *accepit*. Hæc Gregorius, & alii recentiores prosecuti res Francorum. Eadem habet idem Gregorius (b) in libro quem scripsit de Gloria martyrum; additque eumdem Sigismundum pœnitentem ab iisdem sanctis martyribus Agaunensibus enixis precibus expetiisse, ut in hoc sæculo potius quam in futuro pœnam daret pro admisso immani facinore. Quomodo autem exauditus sit, ita narrat (c); nimirum Godomarum & Sigismundum Burgundiæ Reges eosdemque germanos a Clodomero victos atque fugatos; captum vero fuisse Sigismundum, dum ad saltus Agaunenses fugere nisus est, una cum filiis & uxore. Ne autem occideretur ab eo, intercessisse pro ipso sanctum Avitum Abbatem Nutiacensem egregiæ sanctitatis virum, sed nihil profecisse, idem Gregorius subdit his verbis:

* jugulatus est.

* Agauno Sigismundi pœnitentia.

(b) Greg. de gloria mar. c. 71.

(c) Greg. de gest. Franc. l. 3. c. 6.

XLVI. De prædictione Aviti Abbatis.

Discedentibus his Regibus, Godomarus resumptis viribus, Burgundiones colligit, regnumque recipit: contra quem Clodomerus iterum ire disponens, Sigismundum interficere destinavit: cui a beato Avito Abbate Nutiacensi magno tunc temporis sacerdote dictum est: Si, inquit, respiciens Deum, emendaveris consilium tuum, ut hos homines interfici non patiaris, erit Deus tecum, & abiens victoriam obtinebis; si vero eos occideris, tu ipse in manus inimicorum traditus, simili sorte peribis, fietque tibi, uxorique & filiis tuis, quod feceris Sigismundo & conjugi ac liberis ejus. Sed ille auscultare despiciens consilium ejus, ait: Stultum enim consilium esse puto, ut inimicis domi relictis, contra reliquos eam; eisque a tergo, hoc a fronte surgente, inter duos hostium cuneos ruam: satius enim & facilius victoriam patrabitur, si unus ab alio separetur; quo interfecto, facile & alius morti poterit destinari. Statimque interfecto Sigismundo cum uxore & filiis apud Columnam Aurelianensis urbis vicum, in puteum jactari præcipiens. Hæc de Regis nece ibi Gregorius: qui alibi tradit (d), Sigismundi corpus e puteo sublatum ad Agaunense ab ipso erectum cœnobium fuisse delatum, ibique miraculis claruisse. Ait enim:

(d) Greg. de glor. mart. c. 75.

XLVII. Sigismundus Rex occiditur cum suis.

Postea vero captus Sigismundus *a Clodomero Rege cum filiis, interfectusque ejus jussu, ad eumdem locum*, nempe Agaunum, *delatus, sepulturæ mandatus est. Quem in consortium Sanctorum ascitum, ipsa res quæ geritur, manifestat. Nam si qui nunc frigoritici, qui & quartanarii dici solent, in ejus honore Missas devote celebrent, ejusque pro requie Deo offerant oblationem; statim compressis*

sis tremoribus, restrinctis febribus, sanitati pristinæ restaurantur. Hæc Gregorius. Accidit autem, ut miraculorum frequentia ad Sigismundi sepulcrum jugiter demonstrata, tamquam Deo ejus sanctitatem testante, idem in Ecclesiasticis tabulis receptus fuerit anniversaria ubique memoria celebrandus Kalendis Maii. Quo quidem exemplo demonstratum est, quam Deo grata & accepta sit post quodlibet immensum patratum facinus pœnitentia; quamque præstet hic a Deo pœnam accipere delictorum, quam in futuro sæculo condemnari. Sed & quanto suo damno non audiant Principes servos Dei monitores, Clodomerus suo exemplo aliis demonstravit: quod idem qui supra Gregorius ita narrat (*a*):

(*a*) *Greg. de gest. Franc. l. 3. c. 6.*

XLVIII. *Clodomerus Burgundias petiit, vocans in suppetias Theodericum Regem: ille autem injuriam soceri sui* Sigismundi *vindicare volens, ire promisit. Cumque apud Visorontiam locum urbis Viennensis conjuncti fuissent, cum Godomaro* Rege Burgundionum *confligunt. Cumque Godomarus cum exercitu terga vertisset, & Clodomerus insequeretur, ac a suis non modico spatio elongatus esset, adsimilantes illi signum ejus dant ad eum voces dicentes: Huc, huc convertere; tui enim sumus. At ille credens abiit, irruitque in medium inimicorum suorum. Cujus amputatum caput & conto defixum elevant in sublime: quod Franci cernentes atque cognoscentes Clodomerum interfectum, reparatis viribus Godomarum fugant, Burgundiones opprimunt, patriamque in suam redigunt potestatem.* Hæc Gregorius; quæ hoc anno cæpta, sequenti vel alio absoluta putantur. Agathias (*b*) res Francorum prosecutus, aliqua a Latinis diversa recenset.

Clodomerus occiditur.

(*b*) *Agath. hist. l. 1.*

XLIX. De reliquiis ab incendio subtractis. Quæ autem post necem Clodomeri contigerunt memoria digna in eodem bello Francorum adversus Burgundiones, Gregorius gloriam prosecutus martyrum ex miraculis per ipsorum reliquias comparatis, cum agit de sancto Andrea Apostolo, ista addit (*c*): *Tempore quo interfecto Clodomero Rege Francorum, se exercitus reparans, Burgundiam devastabat; in quadam basilica reliquiæ jam dicti Apostoli cum Saturnini martyris tenebantur. Accensaque basilica, cum jam tignorum moles dirueret, pauperes ac senes, quos barbaries reliquerat, flebant, dicentes: Væ nobis, qui tantorum pignorum hodie caremus auxilio: nec nobis ultra spes præsentis vitæ manebit, si hæc deperierint. His ita flentibus, nutu Dei adveniens Turonicus homo, condolens his lamentis, & discens virtutem martyrum, non minus fide quam parma protectus, per medias ingreditur flammas; apprehensasque ab altari sanctas reliquias, nihil ab igne nocitus, extulit foras: sed continuo ita constrictus est, ut gressum in antea agere non valeret. Tunc indignum se judicans, qui ea ferret, unam puellam parvulam impollutamque elegit e præda, cui capsulam ad collum posuit, & sic in patriam prospere accessit.* Hæc Gregorius de suo Turonensi magna erga Deum fide pollente. Sed & qua occasione in honorem earumdem reliquiarum est erecta basilica: ita declarat:

(*c*) *Greg. de glor. mart. c. 31.*

L. Basilica ædificata reliquiis. *Tunc collocatis in altari Novivicensis ecclesiæ dictis reliquiis, ubi nulla adhuc Sanctorum pignora habebantur, annis singulis devotissime eorum solemnia celebrabat. Cujus filius cum hæc post patris obitum non impleret,* quod a patre scilicet jussum esset, ut ibi basilicam erigeret, *febre quartana per annum integrum laboravit. Vovit ut novam basilicam in eorum honorem construeret. Quo facto, amota febre sanatus est.* Hæc Gregorius de rebus patriis: subiicit his alia; verum hæc satis sunto.

LI. De Avito Abbate. At redeamus ad Avitum Abbatem: quem cum non audierit Clodomerus, sua victoria periit, dum insequens fugientes hostes occiditur. Meminit ejusdem idem Gregorius (*d*) in commentario de Gloria confessorum conscripto, aitque post obitum miraculis clarum anniversaria celebritate in Ecclesia cultum, sepultumque fuisse apud Aurelianensem urbem. Sed invisamus jam res Orientis.

(*d*) *Greg. Turon. gloria confess. c. 99.*

LII. Ephræm Comes Orientis eligitur Episcop. Hoc anno Ecclesia Antiochena jam (ut vidimus) anno superiori destituta pastore, mœrens ob ingentem acceptam ex terræmotu cladem, novi Episcopi electione respirat. Qui enim ad levamen tantarum miseriarum illuc accesserat insignis pietate Ephræm Comes Orientis, Imperatoris voluntate eidem præficitur civitati Episcopus; cui apte Propheticum illud dictum (*e*) ab Antiochenis occinitur: *Ruina hæc sub manu tua.* Agit de ejus electione Evagrius (*f*): qui eum plurimum commendat. At quomodo ejus electio, ut divinitus inspirata, prædicta fuerit, & quæ antequam in Episcopum assumeretur, fieri contigerunt, audi Sophronium, qui hæc ait (*g*): *Quidam Patrum enarravit nobis de quodam Episcopo, quod relicto Episcopatu suo, profectus est ad sanctam civitatem,* Antiochiam scilicet, quod (ut dicemus) Theopolis, Dei civitas, fuisset divinitus appellata, *ibique sumpto operarii habitu, ministraverit architectis. Eo vero tempore vir clemens & misericordiæ operibus deditus Ephræm Comes Orientis erat, ac per ipsum ædificia publica reparabantur: civitas enim terræmotu ceciderat.*

(*e*) *Isai. 3.*
(*f*) *Evagr. l. 4. c. 5.*
(*g*) *Sophro. Prat. Spir. c. 37.*

Die

LIII. Visio ostensa Ephræm de Episc. operario. *Die autem quadam vidit per visionem Ephræm dormientem Episcopum, columnamque ignis super eum ad cælum usque pertingentem. Hoc autem cum non semel, nec bis, sed sæpius cerneret; obstupuit Ephræm (erat quippe visio illa terribilis & plena stuporis) cogitabatque apud semetipsum quidnam hoc esset; neque agnoscebat quis esset ille mercenarius, videns illum coma neglecta, veste sordida, vili & abjecto habitu, & nimia exercitatione & continentia, jugisque laboris fatigatione afflictum, & squalidum toto corporis cultu. Accersitum autem operarium ejusmodi Ephræm percuntabatur, quisnam esset: cæpitque seorsum agere cum illo, quo vocaretur nomine, & cujus civitatis esset oriundus, qui ait ad illum: Ego unus pauperum istius civitatis sum: cumque non habeam unde me ipsum sustentare valeam, cogor ut possum, & Deus de laboribus meis pascit me. Motus ergo divinitus Ephræm, respondit illi, & ait: Crede mihi, non te dimittam, donec mihi de te omnia veraciter prosecutus fueris.*

LIV. Detegitur cæmentarius Epis. *Cum vero ita constringeretur, neque se ulterius posset abscondere, dixit illi: Pollicere mihi, quia quamdiu fuero in vita hac, nemini dices quæ circa me sunt: & ego, suppresso tantum nomine, vera tibi de me annunciabo. Juravitque illi Comes, nulli se ea dicturum quamdiu esset in vita. Tunc ait illi: Ego Episcopus sum, & propter Deum dimisi Episcopatum & veni huc quasi ad ignotum locum: affligens autem carnem meam & operans, ex labore meo modicum panis mihi acquiro. Tu vero quantum potes, adjice ad eleemosynam: his enim diebus Deus promovebit te ad Apostolicum thronum hujus civitatis, ut pascas populum suum, quem acquisivit per proprium sanguinem Christus verus Deus noster. Ut igitur dixi, eleemosynis insiste, & pro recta fide jugiter sta & decerta: talibus enim sacrificiis maxime delectatur Deus. Ista, ut prædixerat, contigerunt. Sanctusque Ephræm, his auditis, glorificavit Deum, dicens: Quantos habet occultos famulos & soli sibi cognitos Deus!* Hæc auctor.

Creatus Episcopus Ephræm, quam diligentissime præstitit quod monuerat sanctus Episcopus, ex utroque munere summam sibi comparans claritudinem, ex eleemosynis videlicet & Catholicæ fidei defensione: utroque enim cibo indigebant creditæ ipsi oves, quod ob terræmotus (ut vidimus) jacturam passi essent suorum bonorum quæ in civitate reposuissent; & ob fidem Orthodoxam a prædecessoribus hæreticis Episcopis depravatam, qui pura sinceraque fide eosdem pasceret magnopere opus erat. Quantum autem solicitus fuerit pro restituenda firmandaque fide Catholica in Oriente labefactata & eversa, magno illo & summa admiratione digno declaravit exemplo: cum videlicet sciens apud Hierapolim Severianum hæreticum æmulum gloriæ magni illius Simeonis Stylitæ columnam conscendisse, illicque vitam ducere admirabilem, & ex ea quasi ex pulpito docere hæreses: illuc protinus convolavit, ut tanto malo festinus occurreret. Quæ autem inter ipsum & Severianum Stylitem transacta sint, accipe ex his quæ apud Sophronium scripta leguntur his verbis (*a*): LV.

(*a*) *Sophro. prat. Spir. c.36.*

LVI. Ingens miraculum Ephræm Episc. Antioch. *Narravit nobis quidam Patrum de sancto Ephræm Antiocheno Patriarcha, quod valde zelans fuit & fervens circa fidem. Cum enim audisset de Stylite illo qui erat in partibus Hierapolis, quod Severianæ esset hæreseos, abiit ad illum, ut impietatem amoveret ab eo. Cæpit ergo sanctus Ephræm corripere Stylitem, & orare ut accederet ad sanctum Apostolicum thronum, & communicaret sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ. Respondens vero Stylites ait: Ego Synodo prorsus non communico,* Chalcedonensi videlicet. *Dicit ad eum sanctus Ephræm: Et quomodo vis ut cu-*

PAGIUS XII. *Euphræmius fit Episc. Antiochenus post mortem Euphrasii.* Ad num. LIII. & seqq. Hoc anno die XXIX. mensis Maji contigit magnus ille terræ motus Antiochiæ, de quo anno superiori num. IX. locuti sumus: qui cum *per annum continuum* duraverit, incertum, an *Euphrasius*, qui illo obrutus est, hoc anno perierit; cum Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXIX. Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoato, scribat: *Hoc anno terra motu continuo invalescente Euphrasius Antiochiæ Episcopus ea agitatione obrutus interiit: omnes quoque ædes & Ecclesiæ conciderunt, & Urbis omnis decor deletus est: sed neque talis calamitas aliis sæculis quavis in urbe audita. Pientissimus autem Imp. Justinus ea re cognita, ingenti animi dolore percussus, sublato capitis sui Diademate, purpuraque deposita, plures dies deformi sacco velatus luctum egit*, &c. *Euphræmius Amidenus ea tempestate Comitem Orientis agens, in ejus locum ordinatus est, qui divinum prorsus fervorem adversus Schismaticos exercuit.* Cum tamen *Euphrasius* anno DXXI. Episcopatum Antiochenum adeptus fuerit, & tam in Chronico Nicephori, quam in Tabulis Theophanis anni quinque ei attribuantur, mors ejus ab hoc anno non removenda; ordinatio tamen *Euphræmii* in anni sequentis initium differenda, ut ex iis quæ dicam anno DLXXII. planum fiet.

XIII. *Exordium quarti & quinti Regni Heptharchiæ Anglo-Saxonicæ.* Hoc circiter anno duo Regna Heptarchiæ Anglo-Saxonicæ condita, Regnum sc. *East-Anglorum*, sive Orientalium Anglorum; & Regnum *East-Saxonum*, sive Orientalium Saxonum, quorum exordium Westmonasteriensis cum hoc anno copulat. Priorum Regum nomina ab Auctoribus diversimode prodita. Regnum Orientalium Anglorum complectebatur Provincias Norfolciam, Suthfolciam, & Cantabrigiam cum insula Elii, ut notavit Spelmannus in Prolegome-

curem te, & satisfaciam pro gratia Domini nostri Jesu Christi? Sancta Ecclesia libera est ab omni sorde pravitatis haereticae. Dicit ad eum Stylites: Accendamus ignem, domine Patriarcha, & ingrediamur simul; & quem flamma non laeserit, ille Orthodoxus erit, illum sequi debemus. Hoc autem dixit, ut terreret Patriarcham. *Respondit sanctus Ephraem Stylitae: Oportebat quidem te fili mi, tamquam patri obtemperare, nihilque a nobis amplius quaerere. Quoniam vero rem postulasti excedentem quidem vires infelicitatis meae; confido tamen in miserationibus Filii Dei, quia tuae salutis causa & hoc faciam. Tunc ait sanctus Ephraem astantibus omnibus: Benedictus Dominus, afferte huc ligna.*

LVII. Probata per ignem Catholica fides. *Cum vero allata fuissent ligna, succendit illa Patriarcha ante columnam, dicitque Stylitae: Descende nunc, & juxta decretum tuum ingrediamur ambo. Stupefactus ille ad Patriarchae constantiam, descendere noluit. Tunc dixit ad eum Patriarcha: Nonne tu hoc fieri petiisti? & quomodo id nunc facere non vis? Tunc exuens se qua indutus erat stola Patriarchali, cum accessisset prope ignem, oravit dicens: Domine Jesu Christe Deus noster, qui propter nos dignatus est de sancta Domina nostra Dei genitrice semperque Virgine Maria incarnari & nasci, ostende nobis veritatem. Et completa oratione jactavit stolam suam in mediis ignibus. Cum autem ignis quasi per tres horas durasset, lignaque jam igne consumpta essent, tulerunt inde stolam integram, ita ut nulla ignis indicia in ea deprehendi possent. Tunc Stylites videns quod factum fuerat, certior de veritate factus, anathematizavit Severum & ejus haeresin; accedensque ad sanctam Catholicam Ecclesiam, de manibus sancti Episcopi communicavit & glorificavit Deum.* Hucusque apud Sophronium.

LVIII. Causa praecedens tanti miraculi. Rem tantam plenus Deo sacerdos magna fiducia, fide potens, nihil dubitans est aggressus, quod necessitas id exigere videretur: cum ob susceptum ab haeretico illo sublime vitae genus ad perfidiam multitudo populi pellici facile posset, ignarum praesertim vulgus, dum non ex sacris litteris quas ignorat, sed ex vitae exemplo definire soleat Catholica dogmata. Ne igitur ejus vita nocere simplicibus posset, magno miraculo magnum illud mirandumque ob oculos omnium propositum vitae sublimis exemplum fuerat superandum: & quod tamquam idolum exaltatum videbatur adorandum, ostensione summae Dei potentiae fuerat prosternendum. Sustulit igitur magnus Patriarcha Ephraem Excelsa, quo confluebat populus ad immolandum: ostendens plane illum vere colendum esse Deum in Israel, qui secundum Eliae Prophetae (a) sententiam, exaudire rogantem per ignem ostensus esset; illamque esse vere Catholicam fidem, non quam sectaretur spurius Philisthaeus: qui ex sublimis columnae suppedaneo tanta sibi proceritate comparata, insultans agminibus Dei viventis, ad singulare certamen summa jactantia Orthodoxum Pontificem provocarat; sed victus, ductus est in triumphum magna sua utilitate captivus, cum solutus illis est, quibus fuerat impietatis arctioribus nodis astrictus. Tales namque esse solent Ecclesiae victoriae divinitus concessae, ut cum vincente victus quoque triumphet. At de his satis.

(a) 3. Reg. 18.

Quin-

PAGIUS menis ad Tom. I. Concil. Britann. Orientalium Saxonum Principatus tam late patebat ac hodie *Essexia* & *Midelsexia* Comitatus, habuitque nonnullam Hertfordiensis Provinciae partem. De ejus finibus agemus anno DCIV. Malmesburiensis in Prologo ad libros Regum Anglorum testatur, se vix aliquid memorabile de utroque Regno reperisse: *Quod profecto*, inquit, *fiet expeditius, si Regna Orientalium Anglorum & Orientalium Saxonum post aliorum tergum posuero, quae & nostra cura, & Posterorum memoria parum putamus digna.*

JESU CHRISTI ANNUS 527. | FELICIS PAP. ANNUS 2. | JUSTINIANI IMP. 1. ATHALARICI REG. 2.

I. Justinianus Imper. creatur.

QUingentesimus vigesimus septimus Christi annus Mavortii, absque collega Consulatu in Fastis notatur: quo Justinus morbo senioque gravatus Justinianum delegit Imperii successorem. Qui enim summa æquitate atque religione Imperium ad nonum usque annum administrarat, consulens futuris Reipublicæ commodis, de eligendo legitimo successore in Senatu egit: ubi rogatis singulorum sententiis, Senatores quem scirent esse in animo ipsius Imperatoris, cuique jam antea credidisset moderandas Imperii habenas, qui & esset illi ex sorore nepos; eumdem ex Cæsare dicunt Augustum ipsis Kal. Aprilis. De anno Marcellinus Comes hujus temporis scriptor fidem facit, ubi sub eodem hujus anni Consulatu Mavortii hæc ait: *Anno regiæ urbis conditæ centesimo nonagesimoseptimo Justinus Imperator ex sorore sua nepotem, jam dudum a se Nobilissimum, nempe Cæsarem, designatum, regni quoque sui successorem designavit Kal. Aprilis: ipse vero quarto ab hoc mense e vita discessit, annis imperatis novem & mensibus duobus.* Hæc Marcellinus, consentientia in omnibus quæ ab eodem Justiniano Imperatore scribuntur in edita a se constitutione Kal. Septembris anno undecimo sui Imperii, post Consulatum Belisarii anno secundo, qui est annus Domini quingentesimus trigesimussep-

Justini obitus.

PAGIUS

SÆC. VI. An. V. C. 1280. Anno Eræ Hispan. DLXV. A. C. 527.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6020.

☉ 4. C. ☽ 15. P. 4. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 527.

FELICIS IV. PAPÆ 2.

JUSTINIANI IMP. 1.

ATHALARICI REG. 2.

I. *Consul sine collega.*

[1] MAvortius absque collega Consulatum gessit, ut omnes Fasti habent, quem Romæ creatum fuisse, insinuat Auctor Chronici Alexandrini, qui hoc anno proponit *Mavortium Romanum solum.*

II. *Justinianus creatur Augustus & Justinus moritur.*

A num. I. ad V. Justinianus *Kalend. Aprilis* dictus est Augustus, & in consortium Imperii adscitus, dieque quarto ejusdem mensis, in quem hoc anno Pascha incidit, coronatus est, ut parte 3. Dissert. Hypaticæ cap. 2. num. 10. pluribus ostendi ex Theophane, cujus locum obscurum explicavi. Procopius in Historia Arcana cap. 9. diem illum Justiniani Natalem notavit: *Cum avunculo*, inquit, *Romanorum Cæsar consalutatus, si tamen bono id jure factum; nam metu ac minis Senatus populusque perterritus in eam sententiam impellitur. Suscepere Dominationem Justinianus ac Theodora tertio ante Paschatis die, quando scilicet nulli dicere salutem vel pacem fas est. Paucis post diebus morbo Justinus absumptus est, annis in Principatu novem exactis.* Pascha hoc anno die quarta Aprilis celebratum; ideoque de prima ejusdem ac feria quinta in Cœna Domini, Justinianus Au-

NOTÆ [1] COss. *Mavortius* sine collega.

Relandus: *Vettius Agorius Basilius Mavortius*. Vetus lapis inter Donianas inscriptiones Cl. XX. num. 85. pag. 543. Romæ in pavimento basilicæ S. Martini in montibus.

✠ HIC REQVIESCIT IN PACE PASTOR NVM.
VIRV: QVI VIXIT ANN. XV. MEN. XI. DIE.
VII. DEP. SD XIII KAL DECEMBRIS
PC MABVRTI. V. C. CONS.

Inscriptiones basilicæ S. Pauli num. 117. *Dep.* . . . . .

PC. MABORTI. V. C. CONS.

Hæc eadem inscriptio refertur a Relando in Fastis hoc anno ex corpore Inscriptionum Gudianarum inedito; nuper autem luci donato.

In antiquioribus Horatii codicibus, *Vetii Agorii Basilii Mavortii ex Consulis ordinarii*, exemplaria Horatiana conferentis, nomen legitur.

Victor: *Mabortio cos.* Marcellinus: *Mavortio*, seu ut Sirmondus, *Mabortio solo cos.* Apud Reinesium pag. 412.

IN VRBE RoMA. CONSTANTINOPOLITA
NA. III. KAL. IVNII. MAVORTIO. V. C.
COS. IVSTINO ET IVSTINIANO. IMP.

Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Mavortio*, anno scilicet a passione Domini D. n. VII. Victor: *Mabortio cos.* Marcellinus: *Mavortio*, seu ut Sirmondus, *Mabortio solo Cos.*

Vide Monitum nostrum in Epistolas Paschales Dionysii exigui ante Apparatum ad Baronii Annales. GEORGIUS

septimus. Cum enim ab eo ille annus ab ipsis Kal. Aprilis numerari incipit undecimus sui Imperii; plane ab hoc anno numerare cœpisse, dicere necesse est. Sed quo de his certior reddaris, audi verba ipsius (a): *Inchoetur* (inquit) *mox, auctore Deo, a præcedente prima Indictione, ita quodammodo de eis scribentibus; Imperii Justiniani sacratissimi Augusti anno undecimo, & Post Consulatum Belisarii clarissimi viri anno secundo, die ante tot* * *& tot Kalend. Sicque in omnibus nominentur Imperii anni & nostri.* Et paulo post: *Palam namque est, quia nunc quidem annum undecimum nostri scribunt Imperii; inchoante vero Aprili mense*, nempe sequentis anni, *& prima die, in qua nos Deus Romanorum superposuit rebus, duodecimum annum scribent.* Hæc ipse in dicta constitutione data (ut dictum est) anno undecimo sui Imperii, mense Septembri, post Consulatum Belisarii anno secundo; ut de his nulla penitus dubitatio oriri possit; testante etiam id sæpe Procopio, dum singulos annos Gothici belli numerat. In quam sententiam, cæteris sine controversia abeunt, uno excepto Alciato, qui etsi doctrina præstans, hic tamen (nisi sit mendum in numero) visus est errore lapsus, dum post annos duos, nempe Domini quingentesimo undetrigesimo creationem Justiniani contigisse tradit (b). Hæc de tempore satis.

(a) *Constit. Novel.* 47. *& Auth. Col.* 5. *ti.* 2.

* vel nono Kal. Junii.

(b) *Alciat. parerg. l.* 7. *c.* 14.

II. Quæ vero præcesserint, antequam ab avunculo Imperator decerneretur, a Zonara ita accipe (c): *Cum autem* (inquit) *Principes Senatus aliquando Imperatorem orarent, ut Justinianum collegam asciisceret; purpura prehensa, vobis, inquit, optandum est, ne hanc junior aliquis induat. At tum quidem preces eorum sic exclusit. Ipsi vero, parvo tempore interiecto. Nobilissimi titulum Justiniano decreverunt, & ab Imperatore impetrarunt, ut id decretum suis litteris comprobaret. Nec multo post in malam valetudinem incidit ex ulcere cruris; morboque in spe vitæ dubia invalescente, Patriarcha Epiphanio & primoribus advocatis; Justinianum nepotem Imperatorem decernit, & suis manibus ejus capiti diadema imponit. Cumque populus in equestre theatrum convenisset, Justinianus coronatus ingreditur, & ab omnibus faustis acclamationibus acceptus in Regiam revertitur, annos quadragintaquinque natus eo tempore. Statim autem ejus uxor Theodora est Augusta appellata. Nec multum post Justinus e vivis esse desiit, cum annos novem & dies viginti regnasset.* Hucusque Zonaras. His addit in Annalibus Cedrenus, ipsum, simulac Imperator creatus est, cuncta bona sua, quæ hactenus possedisset, ecclesiis donasse sanctorum Apostolorum, necnon sanctorum martyrum Sergii & Bacchi, quos colebat.

(c) *Zonar. Ann. t.* 3.

Quid Justinianus cum creatus est Imp.

III. De ejusmodi Justiniani Imperatoris in Imperium provectione extat numisma cusum, in quo ambo Imperatores expressi habentur, iidemque diademate insigniti, & cum inscriptione trium Augustorum; per quos designari Justinum, Justinianum atque etiam Theodoram, certum est.

Si-

PAGIUS

Augustus nuncupatus, ut etiam tradunt Evagrius lib. 4. cap. 9. Marcellinus in Chronico & Auct. Chronici Alexandrini. Ab eo die annos Imperii in suis Rescriptis eum deduxisse observavit Baronius. Justinus ergo *menses quatuor potestatis collegam habuit*, inquit Theophanes; mortuus est enim die prima mensis Augusti hujus anni, quo recrudescente vulnere, olim dum pugnaret accepto, extinctus est. Auctor enim Chronici Alexandrini ait. *Accidit, ut Imperator Justinus ex ulcere pedis, quod ex ictu sagittæ in bello contraxit, extingueretur mense Loo, idest, Augusti die primo, sub horam diei tertiam, Indictione hac quinta.* Cyrillus quidem Scythopolitanus scribit eum mortuum die II. Augusti, quia scilicet diem sepulturæ cum die mortis, ut sæpe fit confundit. Die enim primo mensis Augusti eum e vita migrasse, testatur etiam Evagrius citatus.

III. Cum itaque *Justinus* Imperium inierit anno DXVIII. die IX. mensis Julii, imperavit *annos novem & dies viginti tres*, die ejus emortuali excluso; solus vero *annos octo, menses octo, dies viginti tres*, non vero annos VIII. menses IX. & dies V. ut mendose legitur in Chronico Alexandrino. Corruptus & Evagrii locus, in quo dicitur: *In universum tam solus quam cum collega per annos novem ac dies tres Imperium* obtinuit; loco enim *dies III.* legendum, *dies XXIII.* duobus denariis scilicet a Librario omissis. Hi numerorum errores Valesium in Notis ad Evagrium irretitum tenuere; ex his enim verbis Evagrii collegit, juxta hunc Historicum Imperii Justini exordium proficisci a die XXVIII. mensis Junii anni DXVIII. quod tam a mente Evagrii, quam a veritate alienum. Alemannus in Notis ad Hist. Arcan. Procopii cap. 9. nummum Justini producit *Cizici* cusum, in quo legitur, Anno X. KYZ, similemque exhibet Occo a Nicopolitanis percussum; indeque colligit, illum ad annum X. Imperii pervenisse. Ducangius in lib. de Byzantinis Familiis eundem nummum Justino Seniori attribuit, quemadmodum & alium, in quo habetur, Anno XII. & infra KYZ. At uterque nummus *Justino Juniore* imperante cusus, ut annus ille XII. manifestum facit. Sed tam Ducangius, quam alii Antiquarii nummos unius Justini, alteri sæpe assignant; eosque, qui tempore Valentiniani III. cusi sunt, sæpe ad Valentinianum I. vel II. referunt, & viceversa. Marcellinus in Chronico, ubi ait eum e vita decessisse, *annis imperatis novem, & mensibus duobus*, menses incompletos numerat, quorum ultimus diem unum tantum habuit; quod observare juvat, ut modus numerandi ab Antiquis usurpatus desina tandem Viris Eruditis fucum facere.

Quot annos Justinus imperarit.

IV. Baronius refert nummum *Justiniani*, in cujus antica legitur, D N JUSTINUS ET JUSTINIAN





☞ Simulac autem Justinianus creatus est Imperator, Agapetus diaconus ad eumdem parænеticam scripsit epistolam, qua eum admonet, quomodo se gerere deberet in administratione Imperii: quod quidem dignum monumentum paucos ante annos e latebris erutum, & blattis & carie vindicatum, in lucemque Lugduni editum, hic tibi tamquam in arca publica perspicua omnibus, ne iterum pereat oblivione sepultum, collocandum putavimus. Quisnam autem fuerit Agapetus iste diaconus, in fine ipsius epistolæ disseremus: ejus vero titulus sic se habet:

IV. *EXPOSITIO CAPITUM ADMONITORIORUM, edita ex tempore ab Agapeto diacono sanctissimæ Dei magnæ Ecclesiæ. Quorum apex litterarius sic se habet:*

Parænetica epist. ad Justin. Imp.

Divo & pientissimo Imperatori nostro Justiniano, Agapetus minimus diaconus.

Honore quolibet sublimiorem cum habeas dignitatem, o Imperator, honora supra omnes qui hoc te dignatus est Deum: quoniam juxta similitudinem cælestis regni, tradidit tibi sceptrum terrenæ potestatis, ut homines edoceres justi custodiam, & eorum qui adversus ipsum insaniunt, insectareris latratum, tum ipsius obtemperans legibus, tum subditos tibi regens legitime.

Ceu gubernator vigilat perpetuo Imperatoris oculatissimus intellectus continens tuto æquitatis clavos, atque expellens fortiter impetuosos iniquitatis fluctus, ut ne cymba mundanæ Reipublicæ illidatur fluctibus iniquitatis.

V. *Divinum documentum, & potissimum nos homines, ut cognoscat se quisque, docemur. Qui enim se ipsum cognovit, cognoscet Deum: Deum vero qui cognovit, assimilabitur Deo: assimilabitur autem Deo, qui dignus factus Deo est: dignus denique fit Deo, qui nihil indignum patrat Deo, sed qui ut cogitat quæ ipsius sunt, ita tam loquitur quæ cogitat, quam facit quæ loquitur.*

Majorum nobilitate ne quis delicietur. Limum enim habent omnes generis auctorem, & qui purpura byssoque turgent, & qui paupertate & adversa valetudine affliguntur; tam qui diademate redimiti sunt, quam qui per cubicula excubant. Ne igitur lutulentum jactemus genus, sed morum integritate gloriemur.

VI. *Scito o pietatis divinitus fabricatum specimen, quia quanto majoribus dignus habitus es, tribuente Deo, muneribus; tanto majoris retributionis ipsi debitor es. Ergo redde benefactori debitum gratitudinis, acceptanti debitum ut meritum, & beneficio beneficium rependenti. Ipse enim semper & beneficiis prior promeretur, & ut debitum beneficia repensat: gratitudinem autem exigit a nobis, non quæ verborum blandorum prolatione, sed quæ rerum piarum oblatione peragitur.*

PAGIUS NIAN PP AU, infra, CONOB. In postica cernitur Victoria stans, dextra hastam crucigeram tenens, sinistra globum crucigerum, sub quo stellula; infra, CONOB, circum, VICTORIA AUGGG B. Quam Victoriam de Theodora perperam exponit, nec animadvertit, nummum illum secundo Imperii Justiani anno, quod littera B. demonstrat, cusum esse. Quare mirari subit, cur Justinianus secundo Imperii sui anno *Justinum* secum eo in numismate, cui nullum simile Ducangius in Familiis Augustis Byzantinis, exhibet, repræsentari voluerit. Porro monetarios inclinante imperio etiamsi

Justinianus ante Justini mortem Cæsar non fuit.

unicus Augustus imperaret, Victoriam cum simili inscriptione consueto abusu sculpsisse, mille exemplis liquet. Præterea Baronius scribit *Justinianum* ex Cæsare creatum esse Augustum, quod Marcellinus in Chronico eum dudum a Justino designatum fuisse *Nobilissimum* asserat. Verum epitheton illud honorarium alias quidem Cæsaribus adscribebatur, sed Constantinus Magnus *Nobilissimi* Dignitatem a Cæsarea distinxit, ut videre est apud Zosimum lib. 2. ubi ait, eum *Constantium*, fratrem, & *Aniballianum* ex fratre, nepotem *Nobilissimos* creasse, ab eoque tempore occurrunt varii *Nobilissimi*, qui num-

Nulla res adeo commendabilem reddit hominem, ut posse quidem quæ velit efficere, semper humana & velle & agere. Quoniam igitur a Deo tibi donata est facultas, qua indigebat, propter nos bona tua voluntas: omnia & velis & agas, prout ei placet qui eam tibi dedit.

VII. *Terrenarum opum instabiles divitiæ fluviatilium undarum imitantur cursum. Modicum enim affluunt his qui habere se eas arbitrantur: mox vero refluentes, ad alios accedunt. Solus autem beneficentiæ thesaurus stabilis est possidentibus eum; bonarum enim actionum meritum ad auctores retorquetur.*

Inaccessus nimirum existis hominibus propter celsitudinem hujus quod hic deorsum est Imperii. Facilis item aditu sis indigentibus ob vim supernæ illius potestatis; atque aperias aures his qui a paupertate obsidentur, ut invenias Dei auditum adapertum. Quales enim erga nostros fuerimus conservos, talem circa nos reperiemus Dominum.

VIII. *Solicitam Imperatoris animam speculi in modum abstergi oportet, ut divinis splendoribus semper coruscet, rerumque distincta judicia inde condiscat. Nihil enim adeo facit quæ peragenda sunt conspicere, atque custodire eam perpetuo sinceram.*

Sicuti fit apud navigantes: cum nauta errat, modicum affert navigantibus nocumentum; cum vero ipse gubernator, totius efficit navigii perniciem: sic & in civitatibus, siquis ex subditis peccet non tam Rempublicam, quam se ipsum lædit; sin vero ipse Princeps, universæ infert Reipublicæ detrimentum. Is igitur ut non exiguam redditurus rationem, si quid neglexerit eorum quæ facto opus sunt, cum exquisita diligentia & dictitet cuncta, & factitet.

IX. *Circulus quidam humanarum revolvitur rerum, qui modo sic, modo aliter agitat ipsas & circumfert; atque in his inæqualitas est, eo quod nihil ex præsentibus in eodem statu maneat. Oportet igitur te, potentissime Imperator, in hac rerum versatili mutatione immutabilem habere pietatis cognitionem.*

Aversare adulatorum pellaces sermones, ut corvorum rapaces mores. Illi namque corporis effodiunt oculos, isti autem animæ hebetant cogitatus, cum non permittant perspicere rerum veritatem: vel enim commendant nonnumquam quæ reprehensione digna sunt, vel reprehendunt plerumque quæ omni laude sunt majora: ut de duobus alterum ab ipsis committatur, vel pravorum laus, vel contumeliosus bonorum contemptus.

Æqualem oportet semper esse Imperatoris animum: mutari enim pro rerum varietatibus, mentis instabilis argumentum efficitur. Firmiter autem bonis inhærere, qua firmitate pium vestrum corroboratum & fixum est Imperium, & neque usque ad insolentiam extolli, neque usque ad animi consternationem deiici, in tuta veluti basi stabilitorum est hominum, inconcussamque habentium animam. X.

Si quis purgatam habet cogitationem de humana deceptione, perspicitque suæ naturæ vilitatem, brevitatemque & caducam sortem præsentis vitæ, ac carni conjunctas insitasque sordes: ad superbiæ numquam illabetur præcipitium, quamvis in excelso dignitatis fastigio consistat.

Super omnia præclara quæ regnum habet, cultus divini corona Regem exornat. Divitiæ namque abeunt & gloria transit, sed vitæ Deo placentis gloria immortalibus sæculis coextenditur, & trans oblivionis tenebras collocat possidentes.

Vehementer mihi videtur absurdissimum esse, quod divites & pauperes homines ex dissimilibus rebus detrimentum simile patiuntur. Illi namque satietate perrumpuntur, hi vero fame pereunt. Item illi occupant ultimos mundi terminos, hi non habent ubi callosa pedum vestigia sistant. Ut igitur utraque pars sanitatis fiant compotes, auferendo, & diminuendo istos regere oportet, atque ad æqualitatem inæqualitas transferenda est. XI.

Nostris temporibus ostensum est prosperæ vitæ tempus, quod prædixit quidam ex veteribus futurum, cum vel philosophi regnarent, vel Reges philosopharentur. Nam philosophando digni habiti regno estis, & regnando a philosophia non descivistis. Si enim amare sapientiam, efficit philosophiam; principium autem sapientiæ, Dei est timor, quem in pectoribus vestris jugiter habetis: clarum quam verum sit quod a me dicitur. XII.

Te re vera Regem assero, quippe qui & imperare ac dominari voluptatibus valeas; & sis corona castitatis revinctus & purpuram justitiæ indutus. Aliis namque potestatibus mors ipsa succedit; hujuscemodi vero regnum immortalem servat perpetuitatem. Item aliæ hoc in sæculo solvuntur, hæc autem a perpetuo supplicio liberatur.

Si honorem qui ab omnibus proficiscitur, perfrui vis, præsta te communem omnium benefactorem: nihil enim adeo at- XIII.

PAGIUS numquam fuerunt Cæsares. Legendus Ducancius in Glossario, & in voce *Nobilissimus*. Denique post Constantinum Magnum, qui imaginem *Victoriæ*, cum Cruce in nummis suis exprimi voluit, ut significaret se Crucis beneficio Victorem de hostibus fuisse, omnes alii Imperatores Christiani idem præstitere, Victoria tamen non uno modo descripta, ut videre est apud Gretzerum lib. 2. de Cruce & apud Antiquarios.

attrahit ad benevolentiam, ut beneficii gratia, quæ datur indigentibus: quod enim ob merum præstatur obsequium, fucata est adulatio ficti honoris titulo fallens eos qui ipsi animum advertunt.

Venerandum jure est vestrum Imperium, quia hostibus quidem demonstrat potestatem, subditis vero exhibet humanitatem: & cum illos vincas armorum vi, inermi charitate vincitur a suis. Quantum enim feræ & ovis interstitium est, tantum esse inter eos discrimen putatur.

Essentia corporis æqualis est cuilibet homini, Imperator, potestate autem dignitatis cunctorum præsidii Deo similis est. Non enim habet in terris se quemquam altiorem. Oportet igitur ipsum ut Deum non irasci, & ut mortalem non efferri. Nam etsi effigie divina honoratus est, at pulveri tamen terreno connexus est: quo edocetur, ut in omnes servet æqualitatem.

XIV. Amplectere eos, qui bonorum te consiliorum admonitum volunt, non eos qui adulari sæpe numero student. Illi enim quod expedit revera perspiciunt; hi vero ad ea quæ placent potentibus respiciunt, corporumque umbras imitantes, singulis eorum dictis applaudunt.

Talem te præsta tuos erga famulos, qualem optas erga te Dominum esse: prout enim audimus, audiemur, & ut respicimus, respiciemur a divino cunctaque obtuente aspectu. Priores igitur nos misericordiæ misericordiam conferamus, ut pari par recipiamus.

Sicut exquisita specula tales monstrant vultuum facies, qualia ipsa sunt archetypa, nitidas videlicet nitentium, tristes autem eorum qui sunt tristes: eodem pacto justum Dei judicium nostris actionibus assimilatur. Qualia enim sunt quæ a nobis præstantur, talia ipse nobis par pari referens exhibet.

XV. Consulta quæ agenda sunt, cunctanter: exequere autem quæ decreveris, mature: quoniam periculosum est admodum inconsiderata in rebus temeritas. Si quis enim quæ ex inconsulta mente proveniunt mala conceperit animo, facile comperiet boni consilii commoda, ut qui sanitatis dotem post ægrotationis experimentum persentiscunt. Debes igitur, cordatissime Rex, tum consilio prudentiore, tum precibus ad Deum impensioribus exquirere diligenter, quæ mundo sunt profutura.

Optime reges egregium tuum Imperium, si omnia des operam perspicere, nec negligere patiare quicquam. Neque enim parvum est in te, quod parvum esse apparet comparatione tuorum: quoniam vel exile Imperatoris verbum ingentem obtinet apud omnes vim.

XVI. Tibi ipsi custodiendi leges impone necessitatem, cum non habeas in terris, qui te possit cogere. Sic enim tum legum præteferes cultum ipse, ante alios eas reverendo; tum subditis constabit, legum prævaricationem periculi non esse immunem.

Peccare, & non cohibere peccantes, juxta æstima. Si quis enim in civitate vitam quidem ipse traducat juste, toleret autem viventes inique, socius malorum apud Deum judicatur. Quod si velis bifariam approbari, ut pulcherrima quæque gerentes honora, ita teterrima patrantibus succense.

Expedire admodum arbitror, effugere pravorum contubernia. Qui enim cum hominibus improbis semper versatur, eum vel pati vel discere malum aliquid necesse est: qui vero una cum bonis degit, vel imitationem honestorum edocetur, vel diminutionem vitiorum condiscit.

Terrarum orbis a Deo cum concreditum tibi sit regnum, cave ne aliquo utaris ex pravis ad rerum administrationes. Quæ enim illi perperam fecerint, eorum rationem reddet Deo, qui peccandi facultatem ipsis indulserit. Magna igitur & diligenti cum perscrutatione magistratuum promotiones fiant oportet. XVII.

Æquale reor esse malum, & inimicorum excandescere flagitiis, & amicorum permulceri blanditiis. Oportet enim utrisque viriliter resistere, nec usquam a decoro discedere, neque irrationabilem eorum malevolentiam ulciscendo, neque fictitiam horum benevolentiam remunerando.

Existima verissimos amicos, non qui laudent, omnia quæ dicantur abs te, sed qui nihil non integro judicio facere contendunt: sic ut gratulentur tibi, si bene; tristentur contra, si perperam dixeris, fecerisve. Hi enim revera ab omni fraude abhorrentis amicitiæ præseferunt insignia. XVIII.

Ne mutet tibi magnanimam mentem terrenæ hujus potestatis moles: sed ut fragilem fatoque obnoxium regens principatum immutabilem habeto mentem in rebus mutabilibus, nimia neque lætitia sublimem te extollens, neque mæstitia vilescens.

Sicut aurum quamvis modo sic, modo aliter ab arte transfiguretur, atque ad varias ornamentorum species transformetur, permanet tamen id quod est, nec mutationem patitur; sic ipse quoque, inclytissime Rex, licet aliud ex alio per gradus obtinueris Imperium, pervenerisque ad ipsum supremum honorem, idem tamen permanes non in eisdem rebus, immutabilem continens in officio animum.

Existima tunc demum te tuto regnare, cum volentibus imperas hominibus. Quod enim invito animo subiicitur, seditionibus fluctuat, capta occasione: quod vero vin-

culis benevolentiæ regitur, stabilem servat erga rectorem obedientiam.

Ut dominium Imperii facias decantabile, quantam habes adversus subditos peccantes iram, tantam habendam esse tibi adversus te ipsum peccantem censeto. Nemo enim valet tanta pollentem potestate corrigere, nisi ratio propria, quæ ex ipso peccante moveatur.

XIX. *Magnam qui potestatem adeptus est, largitorem potestatis imitetur pro viribus. Si enim imaginem gestat omnium præsidis Dei, atque per ipsum continet rerum principatum; in eo maxime imitabitur Deum, ut non existimet quicquam misericordia pretiosius.*

Super aurum, & lapidem pretiosum beneficentiæ divitias nobis veluti thesaurum recondamus. Illæ namque tum in præsenti vita oblectant spe futuræ fruitionis, tum in futura dulcedinem afferunt, experimento gustuque speratæ beatitudinis: quæ vero nunc circa nos apparent, tamquam nihil ad nos pertinentia, ne nos allectent.

Da operam ut eos splendidioribus demerearis remunerationibus, qui cum benevolentia capessunt, quæ mandantur abs te. Hoc enim pacto & bonorum augebis alacritatem, & malos docebis, ut dediscant malitiam. Eisdem enim censeri dignos qui non eadem faciunt, nimis nefarium est.

XX. *Pretiosissimum omnium est Imperium: tunc vero vel maxime hujuscemodi est, cum hac qui circumdatus est potestate, non ad pertinacem & temerariam sævitiam propensus sit, sed ad æquitatem respiciat, inclementiam, ut ferinam aversando, humanitatem ut Deo similem præsferendo.*

Æqua lance tam ad amicos, quam ad inimicos vergens, judicandi munus obito, neque benevolis de te gratificans ob benevolentiam, neque malevolis resistens propter inimicitias. Quoniam ejusdem est absurditatis, & injustum ut justum probare, etsi sit amicus; & injuriam justo inferre, etsi sit inimicus: malum enim utrobique simile, est tametsi in contrariis inveniatur.

XXI. *Intenta mente auscultari debent rerum Judices. Difficilis namque captu est justi inventio, facileque effugere solet non admodum attendentes. Quod si prætermissa dicentium eloquentia, dictorumque neglecta verisimilitudine, ad penitissimam intentionum profunditatem penetraverint; sic demum haurient quod ab ipsis quæritur, geminique insontes erunt delicti, neque ipsi honestum prodendo, neque aliis id ut committant concedendo.*

Æqualia numero sideribus, etsi habueris recte facta, non tamen superabis Dei bonitatem. Quæcumque enim quispiam obtulerit Deo sua, ipsi offeret ex suis. Et sicut anteire nulli datur suam in Sole umbram, prævenientem semper, vel nimis properantem; ita insuperabilem Dei bonitatem nulli bene factis homines excedent.

Inexhaustæ sunt beneficentiæ opes. Nam largiendo acquiruntur, & dissipando colliguntur. Has tuo insitas animo habens, munificentissime Imperator, largire omnibus affatim petentibus abs te: ἀπειροπλασίας enim pro eis habebis remunerationes, cum tempus operam remunerandi venerit. XXII.

Nutu Dei regnum adeptus, imitare eum bonis operibus; quia inter eorum numerum natus es, beneficio qui afficere possunt, non qui affici postulant: Paratæ enim rerum copiæ nullum impedimentum esse potest, quo minus conferantur in pauperes beneficia.

Sicut oculus innatus est corpori, ita Imperator mundo adaptatus est, a Deo datus pro administratione eorum, quæ usui sunt. Oportet igitur eum omnibus hominibus quasi propriis membris prospicere, ut proficiant in bonis, neu malorum offensaculo illidantur.

Tutissimam arbitrare salutis tuæ custodiam, nulla quemquam ex subditis afficere injuria: qui enim offendit neminem, suspectum habet neminem. Quod si nulla quemquam afficere injuria tutelam conciliat, longe beneficiis collatis magis id præstabit: nam ut tutelam exhibet, ita charitatem non prodit. XXIII.

Esto subditis, pientissime Imperator, & formidabilis ob excellentiam potestatis, & amabilis ob largitionem beneficientiæ: neque formidinem contemnens propter amorem, nec item amorem negligens ob formidinem, sed tam mansuetudinem præteferens haud aspernabilem, quam aspernabilem familiaritatem immitti severitate castigans.

Quæ subditis verbo quasi lege præscribis, hæc tu præveniens re ipsa præstes; ut verbis, quibus persuades, integra quoque vita adstipuletur. Sic enim commendabile tuum asseverabis Imperium, si & ratiocineris non sine opere, & opereris non sine ratione.

Eos plus ama, serenissime Imperator, accipere abs te beneficia qui supplicant, quam tibi qui contendunt offerre munera. His enim debitor referendi gratiam efficeris: illi vero Deum dant tibi vadem, vendicantem sibi pertinereque ad se putantem, quæcumque erga supplices contuleris, & remunerantem bonis retributionibus tuam tam piam, quam perhumanam intentionem. XXIV.

Solis profecto partes sunt, illustrare radiis Orbem: Principis vero virtus est, egenorum misereri. Porro illo clarior est Imperator qui pius est. Ille namque cedit suc-

succedenti nocti: hic autem rapacitati pravorum non concedit indulgetve quicquam, sed lumine veritatis iniquitatis occulta coarguit.

Priores quidem te Imperatores principatus adornavit: tu vero eum, praestantissime, illustriorem reddidisti, mansuetudinem temperans diluensque potestatis molem, bonitateque vincens adeuntium te formidinem. Quapropter tuae serenitatis portum subeunt omnes qui misericordia indigent; fluctibusque paupertatis liberati, gratiarum actores hymnos ad te mittitant.

XXV. *Quantum potestate caeteris antecellis, tantum factis etiam emicare ante alios enitere. Persuasissimum enim habe, eam abs te postulari honestorum operationem, quae magnitudini virium proportione respondeat. Ut igitur a Deo quasi per praeconem victor declareris, corona invicti Imperii tuo capiti imposita, coronam etiam ex promerendis pauperibus acquirito.*

Contemplator, priusquam mandes, quae fieri velis: sic fiet, ut semper prudenter jubeas quae fas est. Lubricum enim est instrumentum linguae, maximumque affert negligentibus periculum: quod si pium intellectum veluti musicum illi praefeceris, omnibus harmoniae numeris concinnatum virtutis modulabitur melos.

XXVI. *Acutum quidem esse oportet omnem Principem, cum in aliis, tum vel maxime in afferendo de rebus difficillimis judicio; lentum autem ad irascendum se praestare. Et quoniam omnimoda irae absentia aspernabilis est, & irascatur mediocriter & non irascatur: illud, ut pravorum impetum comprimat; hoc, ut propensiones bonorum pervestiget.*

In exquisita tui cordis curia diligenter perspicito conversantium tecum mores; ut pernoscas adamussim, & quos charitas te colere compellit, & qui tibi per fraudem adulantur: plerique enim benevolentiam simulantes, magno credentibus detrimento sunt.

Sermonem cum audis juvare valentem, ne auribus eum modo, verum opere etiam excipito: sic enim Imperatoris exornatur decoraturque dominium, cum vel ex se considerat quae decent, vel ab alio reperta non despicit: sed tum discit sine verecundia, tum exequitur sine cunctatione.

XXVII. *Arx quidem indepopulabilibus muris munita contemnit obsidentes se hostes: pium autem vestrum Imperium cum & liberalitate erga miseros veluti muro cinctum, & precum turribus corroboratum sit; invictum nullisque hostium telis pervium sit, praeclara & celebria contra eos erigens trophaea,*

Utere ut oportet regno hoc inferiore, ut scala tibi fiat superioris claritatis. Qui enim hanc recte gubernant, illa quoque postmodum digni censentur: hanc autem recte gubernant, qui paternam subditis ostendunt charitatem, & Principi debitum ab ipsis recipiunt timorem. Itaque minis quidem vitia compescent; supplicii autem sensum ipsis neutiquam infligent.

Vestimentum non veterascens est beneficentiae amictus, & incorrupta stola est charitas erga pauperes. Eum igitur oportet qui pie regnare vult, talium indumentorum pulchritudine animam exornare. Amoris enim in egenos qui indutus est purpuram, caelestis quoque regni compos efficitur.

Sceptrum Imperii cum a Deo susceperis, cogitato quibusnam modis placebis ei qui id tibi dedit, quoque omnibus hominibus ab eo sis praelatus, magis omnibus eum honestare festina. Porro id ipse honestamentum arbitratur maximum, si quasi ipsum, factos a se tuearis, atque ut debiti exolutionem, benefaciendi munus adimpleas. XXVIII.

Recurrere ad supernum auxilium cum homo quivis debet, salutem qui expetat, tum ante omnes Imperator, utpote qui pro omnibus solicitus est: cum enim a Deo custodiatur, tam hostes generosa manu debellat, quam suos sedulo communit.

Deus nulla re indiget, Imperator solo Deo. Imitare igitur nullum indignum, petentibusque fac uberem misericordiae copiam; non exacta & ad vivum resecante rem ratione impensarum tuarum erga famulatum utens, sed omnium de sustinenda vita petitionibus satisfaciens. Longe enim satius est, merito dignorum etiam indignis misereri, quam indignorum vitio dignos iis defraudare quae merentur.

Veniam cum delictorum tuorum petas, ipse quoque te offendentibus ignosce: quoniam remissioni retribuitur remissio, nostraeque cum conservis nostris reconciliationi, Dei amicitia & familiaritas. XXIX.

Qui inculpabiliter Principem agere studet, cum notas cavere debet quae forinsecus inuruntur, tum se ipsum ante alios verecundari, ut & aperte delinquere abstineat propter alios, & a se ipso cohibeatur quo minus privata seorsum flagitia committat. Si enim ex subditis sunt qui reverentia digni habentur, multo magis ea dignus Imperator efficitur.

Privati vitium esse assero, patrare prava, suppliciοque digna: Principis vero culpam non facere quae honesta sunt, salutemque pariunt: neque enim malorum abstinentia justificat potentem, sed bonorum editio coronat eumdem. Ne igitur malitia dumtaxat abstinere cogitet, sed justitiam etiam capessere contendat. *Di-*

XXX. *Dignitatum splendores mors haud reformidat: omnibus enim voraces suos dentes infigit. Ergo ante illius ineluctabilem adventum, opum copiam transportemus in cælum. Nemo enim quæ colligit in mundo, illuc profectus abducit: sed omnibus in terra derelictis, nudus de vita sua reddit rationem.*

Imperator ut est omnium dominus, ita cum omnibus Dei servus existit. Tum igitur demum vocabitur dominus, cum ipse sibi dominari, nec illicitis voluptatibus famulari patietur: tum adiutricem piam rationem assumens, invictam scilicet imperatricem animi perturbationum rationis expertium indomitas cupiditates armatura castimoniæ debellabit.

Quemadmodum umbræ corpora sectantur, sic animas flagitia comitantur, evidenti effigie actiones exprimentia: ideo non datur in judicio negare. Ipsa enim uniuscujusque opera obtestabuntur, haud sane vocem emittendo, sed talia prorsus sese repræsentando, qualia a nobis patrata sint.

XXXI. *Navis per mare commeantis imitatur transitum compendiosa præsentis vitæ conditio, quæ sane nos nautas fallens suos, & pedetentim cunctanti raptos cursu, tandem ad suum cujusque exitum perducit. Si igitur hæc ita se habent, prætercurramus præcurrentia mundi negotia, adcurramusque his quæ ad sæcula sæculorum permanent.*

Fastuosus & superciliosus homo ne ut taurus alticornis elevetur, sed animadvertens carnis subsistentiam, sedare debet cordis elationem. Nam etsi factus est Princeps in terra, ne tamen ignoret sese ortum ex terra, cum ex pulvere ad solium conscendere, atque in pulverem tandem descendere possit.

Studeto semper, invictissime Imperator, & sicuti scalas qui scandere incipiunt, non prius desistunt ad superiora ferri, quam ad supremum perveniant gradum; ita tu quoque jugiter honestorum ascensum continuato. Sic fiet, ut cælestis quoque regni fructum aliquando percipias: quod utinam & tibi tribuat & conjugi Christus Rex omnium, & qui regnat, & qui regno subiiciuntur, in sæcula. Hactenus Agapeti saluberrima ad Justinianum Imperatorem admonitio.

Quisnam autem iste fuerit Agapetus diaconus, diu multumque quæsitum est. Vixit his temporibus Agapetus diaconus S. R. E. qui nominatus cum aliis reperitur in Actis tertiæ Romanæ Synodi sub Symmacho Romano Pontifice, idemque creditus qui postea sub eodem Justiniano Imperatore creatus est Romanus Pontifex, vir sane doctrina atque pietate insignis, & apud eumdem Justinianum magnæ auctoritatis: ut plane ex his omnibus possit ejusmodi scriptio existimari dicti Agapeti fuisse. Verum cum eadem Græce scripta habeatur, & quidem Attice atque admodum exculte loquentis; non Latinum, sed Græcum in omnibus auctorem ostendit. Scimus his Justiniani Augusti temporibus duos claruisse Constantinopoli Agapetos, eorumdemque esse sæpius mentionem in Actis Synodi Constantinopolitanæ sub Menna: verum quod ambo essent monasteriorum Archimandritæ, iste autem de quo est sermo diaconus dicatur magnæ Ecclesiæ, alius diversusque fuisse videtur ab illis, idemque primariæ Ecclesiæ diaconus: ita quidem eam fuisse appellatam, *sanctam Magnam Ecclesiam*, constitutiones quamplurimæ ejusdem Imperatoris significant. Hæc de auctore epistolæ dicta sunto: cui quamdiu idem Imperator aurem præbuit, juste recteque in omnibus Imperium administravit; ubi vero deflexit, sibi, orbique Romano ruinam paravit. Sed de his hactenus. XXXII.

Cum primum autem in Occidente cognitum est, Justinianum Imperatorem creatum esse; mox qui Theodorico Regi successerat in Italiæ regnum Athalaricus, honorificam ad ipsum legationem decernit, duobus ad hoc muneris delectis legatis, quibus & has litteras dedit (*a*): XXXIII. Legatione ad Justinianum Imp.

Juste possem reprehendi, clementissime Principum, si pacem vestram quærerem trepide, quam parentes meos constat ardentius expetisse. Aut in qua parte dignus hæres existerem, si auctoribus meis impar tanta gloria reperirer? Non nos majorum purpuratus tantum ordo clarificat, non sic regia sella sublimat, quantum longe lateque potens gratia vestra nobilitat. Omnia enim regno nostro perfecte constare credimus, si hanc nobis minime deesse sentimus. Sed ut pietatis vestræ

(*a*) *Apud Cassiod. l. 8. ep. 1.*

PAGIUS V. *Corrigitur error inscriptionis Epistolæ Cassiodori.* A num. XXXIII. ad XXXVI. *Athalaricum* Italiæ Regem, ubi audivit, *Justinianum* in Oriente regnare, Legationem ad eum decrevisse probat Baronius ex lib. VIII. Cassiodori Epist. prima Justiniano Imperatori scripta, qua Athalaricus ejus gratiam & amicitiam petit. At Alemannus in Notis ad Historiam Arcanam Procopii cap. VI. ostendit non ad *Justinianum*, sed ad *Justinum* decessorem eam Epistolam datam, quemadmodum legitur in Vaticano Codice, & quia in ea Athalaricus dicit: *Primordia itaque nostra; ea solatia mereantur Principis longævi habere;* atqui, inquit Alemannus, Justinianus ex Procopio, κομιδῆ νέος, idest, *admodum adolescens erat*, cum ad Imperium pervenit, & cum *Athalaricus* eam Legationem adornavit. Ad hæc frequens Librariorum lapsus est in duobus *Justini* & *Justiniani* vocabulis, ut pluribus exemplis liquet, ideoque error qui in Vulgatas Cassiodori editiones irrepsit, corrigendus ex Codice Vaticano. Justinianus natus erat annos XLIII. cum Justino successit, & *juve-*

*stræ præconiale est diligere, quorum patres contigit vos amasse. Nemo enim creditur impendisse veteribus puritatem innocuam, nisi qui eorum stirpem habere probatur acceptam. Claudantur odia cum sepultis; ira perire noverit cum protervis; gratia non debet occumbere cum dilectis; sed magis affectuosius tractandus est, qui ad regni causas innocens invenitur. Perpendite quid a vobis mereatur successor bonorum *.*

* honorum.

XXXIV. *Vos avum nostrum in vestra civitate celsis curulibus extulistis. Vos genitorem meum in Italiæ palmatæ claritate decorastis; desiderio quoque concordiæ factus est per arma filius, qui unis * vobis pene videbatur æquevus: hoc nomen adolescenti congruentius dabitis, qualia nostris senioribus præstitistis. In parentelæ locum noster jam transire debet affectus: nam ex filio vestro genitus, naturæ legibus vobis non habetur extraneus. Atque ideo pacem non longinquus, sed proximus peto: quia tunc mihi dedistis gratiam nepotis, quando meo parenti adoptionis gaudia præstitistis. Introducamur in vestram mentem, qui adepti sumus regiam hereditatem. Illud est mihi supra dominatum, talem, ac talem Rectorem habere propitium. Primordia itaque nostra solatia mereantur. Principis longævi habere, pueritia tuitionem gratiæ consequatur: & non in totum a parentibus destituimur, qui tali protectione fulcimur. Sit vobis regnum nostrum gratiæ vinculis obligatum. Plus in illa parte regnabitis ubi omnia charitate jubebitis.*

* annis.

XXXV. *Quapropter ad serenitatem vestram illum & illum legatos nostros æstimavimus esse dirigendos, ut amicitiam nobis illis pactis, illis conditionibus concedatis, quas cum divæ memoriæ domino avo nostro inclytos decessores vestros constat habuisse. Aliquid forsan & amplius mereor sinceritatis, cujus nec ætas videtur esse suspecta, nec generatio jam probatur extranea. Quædam vero per suprascriptos legatos nostros serenissimis sensibus verbo insinuanda commisimus, quæ clementiæ vestræ more ad effectum facite pervenire.*

Hactenus Athalarici epistola ad Imperatorem.

XXXVI. Arator legatus Comes domest. Quinam autem fuerint duo hi legati Constantinopolim missi, licet eorum nomina in dicta epistola minime inveniantur expressa, tamen ex alia Athalarici Regis epistola alter eorum ostendi videtur fuisse Arator magni nominis temporis hujus orator, quem ad legationis honorificentissimæ functionem antea exornatum voluit egregia dignitate Comitivæ Domesticorum. Extat de his ipsius Regis epistola (*a*), qua ejusdem Aratoris in facultatibus rhetoricis excellentia declaratur atque laudatur. Reperiuntur ad hunc ipsum Aratorem complures epistolæ Ennodii Ticinensis & oratoriæ dictiones. Hunc eumdem putamus Aratorem poeticis quoque facultatibus præstantem, qui tandem cum relicta aula regia, se ministerio Ecclesiæ sub Vigilio Papa dicavit, creatus subdiaconus hæc scripsit in carmine ad Vigilium Romanum Pontificem:

(*a*) *Apud Cassiod. l. 8.*

Ecclesiam subeo, dimissa naufragus aula:
Perfida mundani desero vela freti.
Transferor ad niveas Petri sine turbine caulas,
Et fruor optati jam statione soli.

Hæc de Aratore altero legatorum: quisnam autem ei collega accesserit, ignoratur.

XXXVII. Firmasse vero Justinianum cum Athalarico Rege concordiam, satis potest intelligi, quod dum vixit, numquam eidem negotium facessivit. Magnam quidem consuetudinem & amicitiæ usum intercessisse Justiniano cum matre Athalarici Regis Amalasuntha, quæ scribit Procopius in ejus obitu manifestant. Sed & causa numismata ostendunt conciliatam fuisse pacem, sancitamque concordiam inter Athalaricum Regem atque Justinianum Imperatorem, dum in unius nummi altera parte Justiniani Imperatoris nitet imago, in altera vero nomen inscribitur (ut vides) Athalarici Regis. Quo

PAGIUS *venis* ac *adolescens* juxta loquendi modum Antiquorum sæpe a nobis observatum, appellari quidem potuit a Procopio, sed non *longævus* a Cassiodoro dici. His addo apud Cassiodorum laudatum, post præfatam ad Imperatorem Epistolam, immediate referri secundam Senatui Urbis Romæ, tertiam populo Romano, quartam universis Romanis per Italiam & Dalmatias constitutis, quintam universis Gothis per Italiam constitutis, sextam *Liberio* Præfecto Galliarum, septimam universis Provincialibus per Galliam constitutis, & denique octavam *Victorino* Episcopo inscriptas, quibus omnibus renunciat, se a Theodorico Regni Successorem dictum esse, & Gothorum Romanorumque sacramenta suscepisse. Quare sicut posteriores omnes istæ Epistolæ initio Regni Athalarici datæ; ita & prior ad Justinum Imp. *Principem longævum*, ætateque provectum, non vero ad Justinianum, qui tunc nondum imperabat, scripta.

(a) Habet Romæ Lælius Pasqual. aur.

(a)





Quo plane symbolo, suscepisse etiam pueri Regis patrocinium Justinianum Augustum, intelligere possumus; hæc omnia summa prudentia moderante ipsa Amalasuntha Athalarici Regis matre, quæ novit Justiniani animum officiis assiduis demerere. Porro Imperator ita pacem cum Ariano Rege tenuit, ut tamen Arianos in Oriente positos sæpe legibus exagitarit: nam audi Cedrenum: *Cumque multos procerum labe Ariana vitiatos deprehenderet, bonis eorum publicandis, & suppliciis irrogandis, magnum aliis terrorem incussit, lege etiam lata, ut nemo nisi Orthodoxus Rempublicam gereret.*

Pax sancita absque præjudicio Catholicæ fidei.

Hæc ipse. At non Athalaricum tantum, sed Hildericum etiam Regem Wandalorum in Africa Justinianum frequenti legatione convenisse pro pace, & muneribus frequentasse plurimumque coluisse, Procopius narrat (b). De legatione autem Francorum ad eumdem Justinianum missa agemus suo loco.

(b) Procop. de bello Vand. l. 1.

XXXVIII. Sic igitur Deo bene disponente res Imperii, Justinianus haud ingratus existens, quæ Deo grata esse sciret, explere curavit, nempe ut quæ essent Catholicæ religionis, optime perficerentur: ita ratus omnia felicissime cessura Imperatori, qui quæ Dei sunt, summo studio implere satageret. Quamobrem ipso sui Imperii exordio de fide Catholica, quam profitebatur, promulgavit edictum: ut eo modo fides Catholica, quam ipse teneret, & æque vellet ab omnibus custodiri, cunctis sibi subditis innotesceret: quod sic se habet (c):

(c) l. 5. C. de sum. Trinitat. diversa translatione.

De fide Catholica Justiniani edictum.

Cum recta & inculpata religio, quam profitetur & prædicat sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia, nullo modo innovationem admittat: nos doctrinam sanctorum Apostolorum, & eorum qui post illos in sanctis Dei Ecclesiis versati sunt, sequentes, æquum esse existimavimus notam & testatam omnibus spem quæ in nobis est relinquere, traditioni & confessioni sanctæ Dei & Catholicæ Ecclesiæ adhærentes. Credentes enim in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unam essentiam in tribus personis adoramus, unam divinitatem, unam potentiam, Trinitatem consubstantialem. In extremis autem diebus confitemur, unigenitum Dei Filium ex Deo Deum, ante sæcula sine tempore ex Patre genitum, coæternum Patri, ex quo omnia, & per quem omnia, descendisse de cælis, & incarnatum ex Spiritu sancto, & ex beata & gloriosa semper Virgine Maria hominem factum, & crucifixum, sepultum esse, & die tertio resurrexisse, unius ejusdemque miracula, & passiones, quas sponte in carne sustinuit, agnoscentes. Non enim aliud Dei Verbum & alium Christum agnoscimus, sed unum eumdemque consubstantialem Patri secundum divinitatem, eumdemque consubstantialem nobis secundum humanitatem. Trinitas enim permansit Trinitas etiam incarnato uno e Trinitate Dei Verbo: neque vero quartæ personæ accessionem sancta Trinitas admittit.

Quæ cum ita se habeant, anathemate & execratione summa omnem hæresim condemnamus, cum vero vel maxime Nestorium ἀνθρωπολάτρην, *id est, hominis cultorem & adoratorem, qui unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei & Deum nostrum dividit & distrahit, neque proprie & convenienter veritati sanctam gloriosam semper Virginem Mariam Deiparam confitetur; sed alium quidem Dei Verbum ex Deo patre appellantem, alium autem eum qui natus sit ex sancta semper Virgine Maria, qui secundum gratiam & benevolentiam erga Deum Verbum, Deus factus est. Necnon amentem illum Eutychetem vanas quasdam opiniones adducentem, & negantem ex sancta semper Virgine Deipara Maria veram incarnationem, hoc est, salutem nostram: neque omnino confitentem consubstantialem Patri secundum divinitatem, eundem consubstantialem nobis secundum humanitatem. Item Apollinarium illum* ψυχοφθόρον, *id est, humanam mentem Christo adimentem, qui affirmat Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei & Deum nostrum mentis humanæ expertem esse, & confusionem in humanitate Filii Dei introducit. Denique omnes eos, qui illorum opinionem secuti sunt, & adhuc se-* XXXIX.

sequendam putant. Quod si post hanc nostram constitutionem, & plenissimam beatissimorum Episcoporum, qui in nostris regionibus constituti sunt, denunciationem, reperti fuerint contrariam opinionem sectantes; ne expectent, ut digni venia judicentur. Jubemus enim, ut homines hujusmodi tamquam convicti & aperti hæretici justæ & idoneæ animadversioni subjiciantur. Hactenus constitutio sine die & Consule; sed his ipsius Imperii primordiis datam esse, quæ dicturi sumus, indicare possunt. Cointius etiam alia versione præsenti anno datam ponit.

XL. Satis sit igitur cognovisse, ejusmodi pietatis fundamenta ad tantam molem, quam mente volvebat, erigendam, novum Imperatorem sternere voluisse, & Imperii primitias his muneribus Domino consecrasse: quem constat alias pariter leges sancivisse, quibus statum Reipublicæ, integra servata justitia, optime disponeret, ut inter alias illam, qua jussit Episcopos præfectis provinciarum Judicibus præpositos esse, ne quid ab illis contra justitiæ ordinem admitteretur. Est autem ejus sanctionis ejusmodi exordium:

(a) Justini. Novel. 86. (*a*) *Ex quo nos Deus Romanorum præposuit Imperio, omne habemus studium, universa agere ad utilitatem subjectorum commissæ nobis a Deo Reipublicæ.* Et paulo post: *Si vero dum aliquis adierit Judicem provinciæ, non invenerit justitiam: tunc jubemus eum adire suum sanctissimum Episcopum; & ipsum mittere ad clarissimum provinciæ Judicem, aut per se venire ad eum, & præparare eum, ut omnibus modis audiat interpellantem, & liberet eum cum omni justitia secundum leges nostras, ut non cogatur peregre de sua patria proficisci.*

Justinian. Episcopos præfecit Judicibus custodes Justitiæ.

XLI. *Si vero etiam sanctissimo Archiepiscopo compellente Judicem cum justitia determinare interpellantium causas, Judex differat discernere negotium, & non servet litigantibus justitiam; jubemus sanctissimum civitatis illius Episcopum dare ad nos litteras ei qui non meruerit quod jussum est, insinuantes quia coactus ab eo Judex distulit audire interpellantem, & judicare inter eum, & qui ab eo conventus est. Ut hoc cognoscentes nos, supplicia inferamus Judici provinciæ, qui interpellatus ab eo qui injustitiam passus est, & coactus a sanctissimo Archiepiscopo, non judicaverit quæ in dubitationem venerunt.* Subiicit iis insuper, ut quotiescumque Judex suspectus habetur, possit addi ad eam causam Episcopus, qui cum ipso causam definiat: sed etiam ut qui læsum se a Judice quæratur, interpellatus ab eo Episcopus causam illam judicare possit; cujus si justæ latæ sententiæ non steterit, novissimis suppliciis affici Judicem jussit. Sed & adjecit, ut si quis plus egerit, quam quæ legibus justæ sunt sportulæ solvi, de his Episcopi moneant Imperatorem. Qua etiam constitutione sancivit, ne monachi, clerici, vel Episcopi absque litteris Patriarchæ se conferant Constantinopolim. Hæc de his quibus voluit justitiam sartam tectam ab omnibus custodiri.

Magnam ex his de divino patrocinio Justinianus Imperator conciliavit sibi fiduciam, ratus nimirum propitium habiturum Deum, quem hujuscemodi hostiis promereret. Nactus igitur in primis Justini prædecessoris sanctis operibus pacatum Imperium, idemque securum ab Occidentalium Regum, qui pacem petierant, tumultibus atque molestiis: atque insuper rebus jam quæ ad Catholicam fidem spectarent, ante compositis, diro sublato ab Ecclesia schismate, quo ab Oriente Occidens divisus erat, summæ rerum potitus, haud parva vel levia meditatur: monarchiam enim concipit animo, liberationem Occidentalis Imperii occupati a barbaris mente versans. Adiecit vero ad divinum auxilium promerendum jejuniorum magnam austeritatem, & assiduas ad Deum preces, quibus divinum sibi numen propitium redderet: magnam namque ex iis fiduciam comparasse, ipse ingenue profitetur in constitutione edita de Proconsule Cappadociæ, ubi hæc inter alia (*b*): *Sed & bonam spem habemus (quod Deus nobis annuat) ut & cæteras gentes, quas socordia sua Romani amiserunt, cum utriusque Oceani terminos tenerent, iterum ditioni nostræ adjungamus: quas nos divino freti auxilio ad meliorem statum redigere properamus: neque quicquam detrectamus eorum, quæ vel ad extremam pertingunt difficultatem, vigiliis simul & inediis, cæterisque laboribus jugiter pro subditis nostris, ultra quam naturæ modus patitur, utentes, &c.* XLII. Justinian. magna concipit animo.

(b) Novel. 30. in fine.

Quæ autem ejusmodi essent inediæ atque labores, qui naturæ modum superarent, accipe ex Procopio, cum de illis tantum agit ejus jejuniis, quæ ab ipso Quadragesimæ tempore peragi consueverunt: ait enim (*c*): *Omnibus illis diebus qui Paschalem solemnitatem præcedunt, jejunio addictus, duram quamdam vitam egit, nedum Regi alienam, sed neque privato civi aliquo modo acceptabilem. Per duos dies cibis abstinebat. Summo mane identidem e lecto surgens, Reipublicæ invigilavit; cujus negotia verbo & opere pertractans, matutinum & meridianum & non minus tempus nocturnum expendit. Nam in seram noctem lectum petens, mox surrexit, quasi plumarum pertæsus. Cibi appetens, vinum, panem, & id genus alia cibaria abesse voluit: brassicam solum & agrestes herbas longo tem-* XLIII.

(c) Procop. de ædif. Justinian. Imp. l. 1. Justiniani jejunia & labores.

tempore sale & aceto maceratas edebat; in potu aqua erat sola: neque his ad saturitatem utebatur, sed petitum cibum paulisper degustatum mox dimisit, non eo sumpto qui naturæ erat satis. Hæc Procopius de laboribus & jejuniis, quibus Imperatorem contraxisse ægram valetudinem tradit. Sed plane accidit secundum quod ait Apostolus (*a*): *Cum infirmor, tunc potens sum.* Etenim eo modo debilitatus corpore, Persas, Gothos, Wandalos, & alios barbaros superavit.

(*a*) 2. Cor. 12.

XLIV. Quibus copiis ingentes adeptus est victorias Justinian.

Sed quibus aliis piis factis ad ardua petenda aperuerit sibi viam, ut ipsi uni licuerit quod nemini prædecessorum Imperatorum concessum fuerat, tum ex ipsiusmet Justiniani scriptis, tunc ex Procopio & aliis scriptoribus scies: nempe tanta promeruisse ex cultu sanctorum martyrum, veneratione eorumdem sacrarum reliquiarum, erectionem novarum ecclesiarum, veterum collabentium restitutione, hospitalium domorum ædificatione, extirpatione hæreticorum, inviolabili justitiæ observatione, pravorum proscriptione morum, propagatione vero virtutum, patrocinio bonorum, atque profligatione malorum: his quidem præviis in bellis gerendis probe factorum cohortibus hostes ubique facile superavit, ut quæ singulis dicentur annis, perspicue demonstrabunt. Ita plane certa posteris cunctis relinquens impressa vestigia, quibus gressus tenditur ad sublimia: Rursum vero quomodo his destitutus auxiliaribus copiis, lapsus, ad ima demersus, obrutus impietate perierit; magnum Principibus reliquit exemplum, quo timeant, cautioresque reddantur: ut plane illud Propheticum eisdem inclamare liceat (*b*): *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram.* Cum in uno Justiniano unicuique Principum, potissimum vero Imperatoribus sint exempla proposita de his quæ sectentur, vel fugiant, imitentur, vel caveant, non quidem ambiguis obscurisque signis, sed certis amplissimisque notis expressa.

(*b*) Psal. 2.

XLV. De bello Persico inchoato.

His igitur jactis ad stabilitatem Imperii fundamentis, jam auspicaturus bellum Persicum, ex more legatos præmisit ad Regem Persarum Cabadem, ea petiturus quæ sibi jure debita esse constaret: quibus denegatis, Belisarium Ducem adversus eos cum exercitu misit, cui inter alios Procopium consiliarium junxit, eumdem ipsum, qui præsens cuncta conspicatus, eadem scriptorum monumentis posteris commendavit. Tu si ea cupis singula noscere, habes quem legas auctorem: nobis hic illa tantum recensenda erunt, quæ ab instituto longius digredi minime faciant: grato tamen accipies animo, si breviores epistolas ultro citroque datas inter Belisarium Romani Ducem exercitus, & Mirrhanem copiarum Persarum Præfectum, antequam bellum inchoaretur, immo ante legatorum adventum, cum ipse Dux Persarum in Romanorum ditionem exercitum immisisset, hic ex ipso Procopio (*c*) in medium adduxerimus. Scriptæ autem primo loco Belisarii ad Mirrhanem litteræ sic se habent:

(*c*) Procop. de bello Persico l. 1.

XLVI. Epist. Belisarii ad Mirrhanem.

Primum quidem bonum esse pacem, apud omnes homines in confesso est, quibus paululum rationis existit. Si quis autem ipsam turbare sit inventus, malorum causa sibi ac proximis erit. Dux optimus idem profecto putandus, qui ex bello pacem disponere sit aptus. Tu vero, rebus in quiete constitutis, atque utroque Rege concordiam exoptante, bellum absque ulla causa inferre decrevisti. Aderunt legati nostri propediem, qui si qua inter nos dissident, facile conciliabunt: nisi forte ex hac interim tua expeditione grave aliquid oriatur, quod spem pacis nobis eripiat. Sed age istum celeriter domum reducito exercitum, nec maximis impedimento sis bonis, nec tuis (ut par est) gravium eventuum causa fueris. Hæc Belisarius ex divinæ utique Scripturæ (*d*) præscripto, quæ jubet, antequam cum hostibus congrediendum sit, pacem eisdem offerre. Sed quæ corde tumens ad Belisarium responderit Mirrhanes Persarum exercitus ductor, accipe:

(*d*) Deut. 20.

XLVII. Mirrhanes ad Belisarium.

Tuis litteris permotus profecto obtemperassem, nisi Romæorum epistola fuisset, quibus promittere, promptum est, promissis autem quamquam juramento firmatis minime stare. Nos igitur vestræ occurrentes fallaciæ, ad arma cogimur venire. Vos ergo chari Romæi nihil in futurum aliud excogitate, quam vobis cum Persis perpetuo bellandum. In hoc enim nos & consenescere & mori simul oportet, donec re, non tantum verbis in nos æqui fueritis. Hæc ipse; ad quem rursum ita Belisarius;

Non

PAGIUS VI. *Bellum Persicum ante Justini obitum inchoatum est.*

A num. XLV. ad LXIII. Bellum Persicum ante Justini mortem jam inchoatum erat. Procopius enim lib. I. de Bell. Persico cap. 12. narrat, *Sittam & Belisarium*, ambos *tum adolescentes, ac prima lanugine* signatos Justini Augusti jussu in Persarmeniam ditionis Persicæ ingressos, eam late vastasse. Postea a cap. XIII. usque ad caput 16. narrat bella inter Persas & Romanos gesta usque ad finem anni quarti Imperii Justiniani, quo frustra de pace inter *Cabadem* Persarum Regem & *Justinianum* Augustum actum est. Sed in illis non immorabimur, quia colloquium de pace, quod hoc anno narrat Baronius a num. XLV. ad L. sicuti & prælium Belisarium inter & Mirrhanem Persarum Ducem habitum, quod valde memorabile fuit, pertinent ad annum Justiniani IV. ut asserit Procopius citatus, ideoque ad annum Christi DXXX. quo de utroque agemus.

Belisarius rursum ad Mirrhanem. *Non in omnes, optime Mirrhanes, jactantia uti oportet, neque proximos probris nullo modo ad rem pertinentibus semper incessere: præsertim cum Ruffinum de concordia legatum jam jam affuturum asseveremus: tuque brevi videbis. Vobis nihilominus, si hostilia tandem cupitis, occurremus, auctore Deo, quem nobis propitium in periculo futurum, ac Romæorum quieti faventem, jactantiæque Persarum adversum speramus. Et quando nobis ad pacem provocantibus restitistis, acie decernere parati sumus, jusjurandum & conscripta fœdera violata in summis signis ad prælia suspendentes.* Hucusque epistola Belisarii secundo data. Sed audi quid postremo ira exæstuans barbarus ad eum rescripserit:

XLVIII. Rursum Mirrhanes ad Belisarium. *Neque nos absque diis nostris in bella descendimus; quin ducibus ipsis comitati, contra vos venimus, quos spero cras ad urbem Daram Persas introducturos, ubi & balneum & prandium fac mihi intra mœnia pares.* Hactenus novus Rapsaces: quæ cuncta hic oportuit descripsisse, quo quis intelligat, non inter homines dumtaxat, sed inter numina ejusmodi paratum esse conflictum; dum Dei Christianorum Belisarius niti se auxilio testaretur, Mirrhanes vero Persarum opem ostentaret deorum. In hoc laborandum semper prudentissimis Ducibus Christianorum exercituum, ut spem omnem in Deum conjiciant, eamdemque veluti primarium vexillum ob oculos hostium ponant: in quod illi contumeliosi existentes, Dei vindictam in se concitatam excipiant, atque ita pereant, ut semper contigisse liquet.

XLIX. Persæ a Romanis victi. At quæ sunt hæc secuta? quod videlicet semper accidit, ut adversus superbos Deus ipse adversarius pugnet. Initum est certamen in Mesopotamia, quod exacte describitur a Procopio, in quo Dei virtus hostes opprimens manifesto cognita est, dum (quod accidit cum Theodosius Major pugnavit adversus Eugenium tyrannum) vi ventorum Persarum spicula cæteraque missilia in Romanos intorta præpedirentur, atque inefficacia penitus redderentur: contra vero validiori impetu Romanorum jacula vibrarentur, ex quibus ipsi adversarii magnopere oppugnarentur, quibus hastis tamtummodo reliquum pugnæ conficiendum fuit: sicque victi demum atque fugati sunt a Romanis victoria incruenta potitis Persæ, adeo ut res Persarum in Mesopotamia penitus collapsæ sint. Rursus vero cum postea in Armenia Majori ab illis reparatum bellum fuit, itidem Persæ sunt victi; quando & Narses Persa cum fratribus ad Romanos deficiens, benigne exceptus est, donatusque a Justiniano Quæsturæ munere. Hæc autem expeditio hoc anno a Justiniano agitari cœpta, hunc prosperum finem est consecuta quarto ejus Imperii anno, ut idem Procopius testatur. Postea vero idem qui supra Mirrhanes Dux Persarum victus iterum apud Daram, ab ipso Cabade Rege Persarum maximas sustinuit pœnas, ornatu in primis illo privatus, quo crines redimitos auro & margaritis gestare solebat, qui honor apud Persas omnium maximus habebatur, quem a Rege quis consequi posset. Hunc tandem consecutus est finem ventosus homo, cum in diis suis omnem fiduciam collocasset; & fastu erectus adeo aspernatus esset Belisarium, qui fiduciam omnem spemque in ipsum verum Deum optimum maximum posuisset: quo auspice, de victoribus hactenus hostibus victoriam in omnibus certaminibus feliciter reportavit.

L. Solicitudo Justiniani de rebus Persicis quibus ostensa signis. Quoniam autem symbolo invigilare se rebus Persicis Justinianus voluit declarasse, ex Suida accipe: *Justinianus* (inquit) *statuam suam equestrem in columna posuit, quæ læva globum tenet, cruce in eo defixa: quæ significaret, eum ob fidem in crucem, terræ dominum factum. Globus enim in terra est ob rotundam ejus figuram, fides autem est crux ob incarnatum Deum illi affixum. Dexteram porrigit versus Orientem, seditionem Persarum significans, & extensione ac repulsione manus clamitans, ne Romanas provincias ingrediantur: State, ne progrediamini: neque enim id vobis expediet.* Hæc Suidas.

LI. Quod autem ait per globum orbem ipsum terrarum significari, & per crucem fidem, qua cuncta subegit: victoriam illam intelligas demonstrari, qua Christus signo crucis sibi universa subjecit secundum illud (a): *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.* Et quod crucem passus suis dixit discipulis (b): *Confidite, ego vici mundum.* Ad hæc inquam, alludens, crucem super orbem infixit, ut videre est in duobus numismatibus hic tibi exhibitis.

(a) Jo. 12.
(b) Jo. 16.









Horum prius hoc anno cusum apparet, cum adhuc superstes Justinus esset: nam duplex AA, duos plane monstrat Augustos; per triplex vero GGG. nonnisi Theodoram Augustam additam intelligas. Inspice quibus signis decorus novus appareat Imperator, dextera Orbem subactum cruce regens, ipsamque Victoriam ostentans dextera hastam nomine Christi signatam tenentem, & sinistra itidem cruce Christi globum ornatum gestantem.

LII. Sed cœptam de rebus Persicis narrationem prosequamur. Atque in primis hic non tacendum, quod testatur Procopius, Justinianum Imperatorem in bello Persico conficiendo usum esse auxiliaribus copiis Erulorum. Eorum namque Regem his exordiis Imperii Justiniani ad Christianam fidem esse conversum, Miscellæ auctor affirmat his verbis (a): *Interea Rex Erulorum, Gethes nomine, venit Constantinopolim cum populo, & petit Imperatorem, ut fieret Christianus. Qui baptizatum in Theophaniis suscepit eum ex baptismate repromittentem auxiliari ei in quibuscumque voluisset.* Hæc ibi. Sed & de his Procopius de bello Gothorum libro secundo, de eorumdemque conversione Evagrius (b) agit, atque Nicephorus (c). Commendatur quidem egregia navata opera Erulorum ab eodem Procopio (d), dum ex compressione ab eis in hostes facta Persas fugatos affirmat: ut plane apparuerit, ubi legiones ductat pietas, omnes ei cedere adversarias potestates.

(a) *Miscel. l. 16. in princ.*
(b) *Evag. l. 4. c. 19.*
(c) *Niceph. l. 17. c. 13.*
(d) *Procop. de bello Persic. l. 1.*

LIII. Sed hic corrigendum, quod sub anno primo Justiniani Imperatoris in Annalium compendio Cedrenus habet his verbis: *Eodem anno Rex Persarum Tzato bellum ob initam cum Romanis societatem intulit. Huic Tzato Justinianus auxiliares mittit copias, Ducibus Belisario, Kerico *, & Petro qui cum in bello gerendo mutua invidia transversi agerentur, a Persis victi sunt.* Hæc ipse. Verum ex Procopio patet id bellum non hoc anno esse confectum, sed ad annos quatuor productum bellum Persicum, Romanis ob plures de illis obtentas victorias favorabile. Sed & a Kerico, sive Cyriaco bene pugnatum esse, ostensuri sumus. Illud vero Cedreno concesserim, conflatam esse quam dicit invidiam inter Duces: cujus rei causa Procopius ipse historicus, qui Belisario inhærebat, obtentam ab eodem Kerico de Persis victoriam scribere prætermisit: de qua Cyrillus hujus temporis historicus exactissimus res prosecutus magni Theodosii cœnobiarchæ, de eodem obiter facta mentione, hæc ait (e):

* Cyriaco

De Kerico error corrigendus.

(e) *Apud Sur. die 11. Januar.*

LIV. *Dux Romani exercitus (mox est eum vocare Comitem Orientis) nomine Kericus *, in bello audax, in Deum autem pius: is jam incursionem facturus contra Persas, existimavit se primum oportere currere Hierosolymam, & illinc adversus hostes assumere auxilium. Cum autem statuisset in transitu ire ad hominem Dei,* ipsum magnum Theodosium, *eum enim val-*

* *Cyriacus*

De Kerico duce ejusque pietate.

valde trahebat illius fama & virtutis illecebræ: dum abiret, multa alia licuit ei audire ex sacra illa lingua, & hoc inter cætera: Ne (quomodo divinus David (a) in arcu speraret, nec poneret salutem in gladio; sed nec in multorum hominum confideret millibus: unum autem sciret adjutorem, unum inexpugnabilem, cui est facile, ut unus mille persequatur, & decem millia profligentur a duobus. Hæc cum Sanctus Comiti disseruisset, ita fuit ille captus ab ejus admonitionibus, & ita flagrare cœpit ejus desiderio & ardenti fide; ut ipsum cilicium, quo Magnus ille interius induebatur, loco cujusvis alterius rei arma peteret, quibus se conservaret. Quod quidem cum accepisset & induisset, & consueta aggressus esset certamina, paulo post victor rediit, cum & animi & manus præclara ostendisset facinora, & digna quæ commemorentur.

(a) Psal. 43.

LV. Victoria potitur Dux per Theodosium.

Cum rebus ergo fortiter in bello gestis, insignis & clarus esset reversus, nequaquam ingratus fuit in benefactorem; neque ut multi, qui postquam sunt consecuti obliviscuntur beneficii: sed se similem conservans in omnibus, rursus venit ad Sanctum cum vehementi cordis exultatione, & gratias agens, & ei universam adscribens victoriam; dicebat enim: Illo ipso tempore pugnæ mihi quidem, cum pro thorace tuum induissem cilicium, veniebat in mentem confidere, & in hostes irruere. Cum autem manus conseruissemus, magnæ exoriebantur tenebræ tanquam in densa caligine: & ab aliis quidem omnibus ea etiam, quæ prope erant, cerni non poterant; ego autem te solum mihi videbar videre me præcedentem, & manu significantem & admonentem, ut has quidem prœlii partes dimitterem, in has autem pugnarem, & te duce, equum agere; donec conspectus terribilis & intolerabilis inimicis, vehementi terrore omnibus injecto, efficerem, ut se conicerent in pedes, & turpem fugam lubenter eligerent. Et hæc quidem ille, qui etiam dignus est habitus divina hac apparitione. Hactenus Cyrillus: hicque modo de rebus Persicis finis esto.

LVI. De reliquis autem rebus hoc anno in Oriente gestis adduntur hæc in Miscella (b): *Eodem anno adhæsit mulier quædam Romanis, ex Hunnis qui dicuntur Saber* (Isabenos appellat hos Procopius) *nomine Boazer vidua, habens secum Hunnorum centum millia. Tunc & Rex Hunnorum, qui sunt juxta Bosphorum, nomine Gorda, accessit ad Imperatorem, & factus Christianus susceptus est: & multis ei præstitis donis, misit eum in regionem ipsius ad custodiendas Romanas res & Bosphorum civitatem.* Hæc ibi. Subiicit autem post hæc & alia de posteriori terræmotu Antiocheno: sed quoniam, Evagrio teste, post duos annos & menses tres a priori contigit, in sequentem annum potius reiiciendum esse putamus.

(b) Miscel. l.16.

Rex Hunnorum factus Christianus.

Hoc eodem anno clarissima femina illa Juliana nomine, quæ Aniciæ antiquæ familiæ decus Constantinopoli degens, Orthodoxæ fidei causa sub Anastasio Imperatore (ut suo loco diximus tomo superiori) magnopere exagitata, constans fortisque permansit (cujus & litteras ad Hormisdam Papam datas suo loco recitavimus) ex hac vita decessit, ut colligitur ex Cyrillo (c) in Actis sancti Sabæ, cum ait de ipsius eunuchis prædivitibus post ejus obitum ad monastica instituta amplexanda ad ipsum sanctum Sabam in Palæstinam se conferentibus. Sed quam divitiis pollens esset, ac gloriæ splendore illustraretur hæc mulier, intelliges ex Gregorio Turonensi (d) hæc de ipsa scribente, dum martyrum gloriam, commentario edito, celebrando prosequitur: LVII. Julianæ Aniciæ obitus.

(c) Apud Sur die 5. Decemb.

(d) Greg. Turon. de Glor. mart. c. 133.

LVIII. *Apud Constantinopolim vero magno cultu Polyeuctus martyr colitur, pro eo præcipue, quod cum magnis virtutibus polleat, in perjuros tamen præsens ultor existit: nam quicumque (ut assolet) occultum scelus admiserit, & data suspicione ad hoc perductus fuerit templum, aut statim quod admisit, virtute martyris perterritus confitetur; aut si perjuraverit, protinus ultione divina percellitur. Hujus basilicæ cameram Juliana quædam urbis illius matrona auro purissimo texit hoc modo: Cum ad Imperatorem Justinianum fama facultatis ejus, multis narrantibus pervenisset; ad occursum illius properare celerius non tardavit, dicens: Latere te non puto, o venerabilis mater, qualiter a specie auri thesauri publici sunt exhausti, dum vos quietos esse volumus, dum patrias defensare studemus, dum gentes vobis placamus, dum solatia diversorum dando conquirimus. Ergo quia tibi potentia majestatis divinæ multum contulit auri; quæso ut nobis manum porrigas, atque aliquid pecuniæ commodes; ut scilicet, cum tributorum publicorum fuerit summa delata, quæ commodaveris reformentur; ac in postero laudis tuæ titulo præcurrente, canatur urbem Constantinopolitanam a Juliana matrona fuisse pecuniis sublevatam.*

Auro tecta camera martyris.

LIX. *At illa intelligens Imperatoris ingenium, sapienter obtegit quæ Deo devoverat, dicens: Parvitas reddituum meorum tam de tributis, quam quod de fructibus speratur, per ipsas adhuc residet domos. Si ergo gloria vestra recipiendi spatium tribuit; cum collectum fuerit, omne conspectui vestro repræsentabitur. Cumque oculis propriis cuncta contemplati eritis, quæ placuerint & relinquetis & au-*

Juliana elusit Imperatorem

* gratum *& auferetis: erit mihi ratum, * quod voluntas cordis vestri censuerit. His ita delusus Imperator verbis, ad Palatium gaudens rediit, putans se hanc pecuniam jam in thesauris publicis retinere. At illa vocatis artificibus, quantum reperire auri in promptuariis potuit, tradidit occulte, dicens: Ite, & factis juxta mensuram tignorum tabulis, beati ex hoc Polyeucti martyris cameram exornate, ne hæc avari Imperatoris manus attingat. Illi vero perfecta omnia quæ matrona præceperat, cameræ affixerunt, texeruntque ex auro mundissimo.*

LX. *Quo opere explicito, vocat mulier Imperatorem, dicens: Parvitas pecuniolæ, quam conjungere potui, adest: veni ad contemplandam eam; & quod libuerit facito. Surrexit gavisus Imperator de solio, nihil percepturus ex auro. Pergit ad domum mulieris, putans se copiosos thesauros Palatio deportare. Cui cum mulier occursum humiliter reddidisset, invitat in templum martyris ad orationem: erat enim proximum domui ejus; & hæc quæ habere potuerat, loco illi delegaverat sancto. Apprehensa enim Imperator manu mulieris, eo quod esset senex, ingreditur ædem: prosternitur ad orationem: qua expleta ait mulier: Suscipe, quæso, cameram hujus ædis, gloriosissime Auguste: & scito: quia paupertas mea in hoc opere continetur. Tu vero quod volueris, exinde facito: non adversor.*

Justinian. ducitur in martyris ædem.

LXI. *Ille autem suscipiens atque admirans, erubuit; & ne pudor ejus manifestaretur collaudans opus, & gratias agens, abscedere cœpit. Sed ne rediret vacuus a munere, extractum mulier annulum e digito, cujus gemmam vola concluserat, qui non amplius auri pondus quam unius semiunciæ continebat, obtulit, dicens: Accipe, Imperator sacratissime, hoc munusculum de manu mea, quod supra pretium hujus auri valere censetur. Erat enim in eo lapis Neronianus miræ viriditatis atque splendoris: qui cum fuisset ostensus omne aurum quasi in viriditatem visum est conversum a pulchritudine gemmæ. At ille accipiens, & iterum atque iterum gratias agens, & collaudans matronam, in Palatium est regressus. Unde non est dubium, etiam in hac re martyris hujus intercessisse virtutem, ne opes locis sanctis & pauperibus delegatæ, in illius transferentur dominationem, cujus non fuerant studio congregatæ.* Hactenus Gregorius de Juliana: quæ cum in Miscella (*a*) dicatur fuisse consobrina Pompeii viri clarissimi, & Cyrillus in Saba dicat eumdem Pompejum consobrinum fuisse Imperatoris; satis intelligere potes, unde orta illi fuerit cum Imperatore ita agendi licentia, & Imperatori eamdem adeo honorifice pertractandi veneratio parta. Hujus autem Julianæ cognatam Pompeii uxorem, nomine Anastasiam, abdicato tandem sæculo post obitum viri sui, secessisse in Palæstinam, ibique in monte Oliveti vitam excoluisse monasticam, & egregia enituisse sanctitate, Cyrillus (*b*) in Saba testatur, de ipsa adhuc superstite mentionem obiter faciens. Sed quid de Julianæ eunuchis post ejus obitum ad sanctum Sabam migrantibus factum sit, audi eumdem Cyrillum:

Donatus annulo maximi pretii Imp.

(*a*) *Hist. Miscel. l.* 15.

Juliana affinis Imperatoris.

(*b*) *Apud Sur. die* 5. *Decemb.*

LXII. *Tunc vero cum & quæ a me superius dicta est Juliana e vita excessisset, eorum qui apud ipsam erant eunuchorum fidelissimi, qui jam longo ante tempore erant beato Sabæ amici & familiares; accedunt ad ipsum, afferentes cumulos pecuniæ pro quibus nullam aliam petebant remunerationem, quam solum ut referrentur in numerum suorum monachorum. Ille autem cum non posset suam legem solvere, neque eunuchorum & imberbium aliquem in suam Lauram admittere: cum multis admonitionibus & sermonibus apud eos esset usus, & eos confirmasset ad futurum; ipsos emittit ad beatum Theodosium. Illi vero paulo post Patriarcham convenientes, petunt ab ipso quemdam locum, volentes in eo degere separatim, & sibi solis & Deo vacare. Ille autem cum Alexandro Eliæ monasteriorum Præfecto eos commendatos, apud ipsum aliquo brevi tempore deposuisset, apud se consultabat, quem eis locum tribueret, & quemadmodum finem imponeret eorum voluntati. Interim vero pecuniis illectus Alexander, non stans pactis illis conventis, quæ cum Elia inierat, dividit eunuchis monasteria, cum ad ea nullum laborem nec operam prius contulisset, quæ ille multis laboribus & sudoribus construxerat: a quibus unum ex monasteriis in hodiernum usque diem nominatum est Eunuchorum.* Hactenus Cyrillus de Julianæ eunuchis sæculo se abdicantibus hoc anno post obitum clarissimæ dominæ; ex cujus liberalitate opulenti effecti, & pietatem edocti, opes ingentes partas amore cælestis patriæ contempsere.

Julianæ Eunuchi vitam monasticam captant.

LXIII. Ita se habentibus rebus Orientalis Imperii, Romana Ecclesia interea sub jugo barbarico laborabat: quo enim regni Athalarici bases ex fœderibus cum Principibus istis firmatæ satis stabilitæque esse visæ sunt, eo magis Gothorum crevit arrogantia, eousque progressa, ut jura Ecclesiarum invaderet: adeo ut clerici passim ad laicalia tribunalia traherentur. Quod dedecus haud ferendum ratus qui Romanæ Ecclesiæ Felix Pontifex præsidebat, una cum Romano clero expostulavit de his vehementer apud ipsum Regem: qui ubi eos benigne audisset, humaniterque tractasset, ex ipsorum sententia sanctionem edidit, qua adeo nefaria

Romana Eccl. laborat sub Rege barbaro.

faria & inconcessa, temereque præsumpta fieri omnino vetuit. Ipsa autem ab eodem Athalarico constitutio eo argumento edita sic se habet ad clerum Romanum data (*a*):

(*a*) *Apud Cassiod. l. 8. c. 14.*

Clero Ecclesiæ Romanæ Athalaricus Rex.

LXIV. Athalarici constitutio pro Rom. clero. *Tanto Divinitati plurima debemus, quanto a cæteris mortalibus majora suscepimus: nam quid simile rependet Deo, qui potitur Imperio? Sed licet pro tanto munere nihil compensari possit idonee; ipsi tamen gratia redditur, dum in servientibus honoratur. Itaque flebili aditione causamini, hoc fuisse longæ consuetudinis institutum, ut si quis sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ servientem aliqua crederet actione pulsandum, ad supradictæ civitatis Antistitem negotium suum dicturus occurreret; ne clerus vester forensibus litibus profanatus, negotiis potius sæcularibus occupetur: addentes, diaconum quoque vestrum ad contumeliam religionis tanta executionis acerbitate compulsum, ut Sajus eum propriæ custodiæ crederet mancipandum; Presbyterum quinetiam Romanæ Ecclesiæ pro levibus causis asseritis criminaliter impetitum. Quod nobis pro ingenita reverentia, quam nostro debemus auctori, displicuisse profitemur; ut qui pridem sacris meruerant inservire ministeriis, conventionibus irreverenter nefariis expositi injuriis subjacerent. Sed aliorum plectenda subreptio nobis obtulit plenissimæ laudis eventum; ut causa contigerit præstandi, quæ nos cælestibus commendaret auxiliis.*

LXV. *Atque ideo considerantes Apostolicæ sedis honorem, & consulentes desideriis supplicantium; præsenti auctoritate moderato ordine definimus, ut si quispiam ad Romanum clerum aliquem pertinentem in qualibet causa probabili crediderit actione pulsandum, ad beatissimi Papæ judicium prius conveniat audiendus: ut aut ipse inter utrosque moræ suæ sanctitatis agnoscat, aut causam deleget æquitatis studio terminandam. Et si forte (quod credi nefas est) competens desiderium fuerit petitoris elusum: tunc ad sæcularia fora jurgaturus occurrat, quando suas petitiones probaverit a supradictæ sedis Præsule fuisse contemptas.*

LXVI. *Quod si quis extiterit tam improbus litigator, atque omnium fuerit judicio sacrilega mente damnatus, qui reverentiam tantæ sedi exhibere contemnat, & aliquid de nostris affatibus crediderit promerendum, ante alicujus conventionis effectum decem librarum auri dispendio feriatur: quæ a Palatinis sacrarum lagitionum protinus exactæ, per manus sæpe memorati Antistitis pauperibus erogentur; carensque impetratis, negotii quoque sui amissione mulctetur. Dignus est enim duplici pœna percelli, qui & divinam reverentiam, & nostra jussa temerarit. Sed interim vos, quos judicia nostra venerantur, Ecclesiasticis vivite institutis. Magnum scelus est crimen admittere, quos nec conversationem decet habere sæcularem. Professio vestra vita cælestis est. Nolite ad mortalium vota humilia, & errores descendere. Mundani coerceantur humano jure; vos sanctis moribus obedite.* Hactenus Athalarici constitutio, hominis licet Ariani: cujus comparatione si se ipsos metiantur Principes Novatores, plane inferiores ipso quam longissime invenientur.

LXVII. Dionysii Paschalis Cyclus. Ab hoc anno sub Consulatu Mavortii magnus ille Dionysius, cognomento licet Exiguus, Paschalem Cyclum exorditus ad nonagintaquinque annorum curricula perduxit, cujus fragmentum Marianus Scotus recitat in Chronico sub eodem Mavortii Consulatu. At qualis quantusve vir iste fuerit, ex Cassiodoro (*b*) ejus æquali sic ipsius verbis habeto: *Generat* (inquit) *etiam bodieque Catholica Ecclesia viros illustres, probabilium dogmatum decore fulgentes. Fuit enim nostris temporibus, & Dionysius monachus, Scytha natione, sed moribus omnino Romanus, in utraque lingua valde doctissimus, reddens actionibus suis, quam in libris Domini legerat æquitatem. Qui Scripturas divinas tanta curiositate discusserat atque intellexerat, ut undecumque interrogatus fuisset, paratum haberet competens sine aliqua dilatione responsum. Qui mecum dialecticam legit, & in exemplo gloriosi magisterii plurimos annos vitam suam, Domino præstante, transegit. Pudet me de consorte dicere, quod in me nequeo reperire. Fuit enim in illo cum sapientia magna simplicitas, cum doctrina humilitas, cum facundia loquendi parcitas; ut in nullo se vel extremis famulis anteferret, cum dignus esset Regum sine dubitatione colloquiis. Interveniat pro nobis qui nobiscum orare consueverat; ut cujus hic sumus oratione suffulti, ejus nunc possimus meritis adjuvari. Qui petitus a Stephano Episcopo Salonitano, ex Græcis exemplaribus canones Ecclesiasticos moribus suis, ut erat planus atque disertus, magnæ eloquentiæ luce composuit, quos hodie usu celeberrimo Ecclesia Romana complectitur. Hos etiam oportet vos assidue legere, ne videamini tam salutares Ecclesiasticas regulas culpabiliter ignorare.*

(*b*) *Cassiod. de divin. lect. c. 23.*

Peritia Dionysii atque virtutes.

LXVIII. *Alia quoque multa ex Græco transtulit in Latinum, quæ utilitati possunt Ecclesiæ convenire. Qui tanta Latinitatis, & Græcitatis peritia fungebatur, ut quoscumque libros Græcos in manibus acciperet, latine sine offensione transcurreret, iterumque Latinos Attico sermone legeret; ut crederes hoc esse conscriptum, quod os ejus inoffensa velocitate fundebat.* Lon-

Longum est de illo viro cuncta retexere, qui inter alias virtutes hoc habuisse probatur eximium, ut cum se totum Deo tradidisset, non aspernabatur sæcularium conversationibus interesse. Castus nimium, cum alienas quotidie videret uxores: mitis, cum fere gentium vesano turbine pulsaretur. Fundebat lacrymas motus compunctione, cum audiret garrula verba lætitiæ. Jejunabat sine exprobatione prandentium; & adeo conviviis gratanter intererat, ut inter corporales epulas exquisitas spirituales copias semper exhiberet. Quod si tamen aliquando comederet, parvo quidem cibo, sed tamen communibus utebatur. Unde summum bonum æstimo patientiæ inter humanas esse delicias & abstinentiæ custodire mensuram.

LXIX. *Sed ut bona mentis ejus infucata laude referamus, erat totus Catholicus, totus paternis regulis perseveranter addictus: & quicquid possunt legentes per diversos quærere, in illius scientia cognoscebatur posse fulgere. Cujus nomini aliqua pravi homines calumniose nituntur ingerere, unde sua videantur errata aliquantenus excusare. Sed ille jam sæculi perversitate derelicta, præstante Domino, in Ecclesiæ pace sepultus, inter Dei famulos credendus est habere consortium. Dicerem adhuc fortasse reliqua de sancto viro, quæ nobis totius veritatis comprobatione comperta sunt: sed necesse est ut propositum nostrum potius exequamur; ne cum simus debitores alterius promissionis, aliud diu referre importuna loquacitate videamur.* Hactenus de his Cassiodorus.

Dionysii obitus.

LXX. Viri doctrina celebres.

Præter Dionysium laudat quoque idem Cassiodorus Græcarum rerum peritos, qui his item temporibus inter illustres viros doctos floruerunt, Bellatorem presbyterum, Epiphanium, de quo superius dictum est, & Mutianum; quorum idem Cassiodorus opera est usus. De Bellatore sæpe meminit in iisdem libris de institutione divinarum lectionum, complura ab eo e Græco in Latinum translata, & alia in divinis Scripturis elaborata; nempe de Ruth & aliis Hebræis feminis libros duos; in librum Sapientiæ volumina octo; expositionem in libros Machabæorum. Quæ autem per Epiphanium translata fuerint, idem meminit (*a*); & quæ versa sint a Mutiano recenset (*b*).

(*a*) *Cassiod. Instit. divin. lect. c.* 1. 5. 6. (*b*) *Idem eod. l. c.* 5. 8. 11. 17.

LXXI. Anni a Christo quando cœpti numerari.

Sed ad Dionysium cunctis his celebriorem oratio revocetur. Ipsi debemus, quod in Cyclo suo annos non per Olympiades, vel Consules, aut Indictiones, sed a Christi Domini nostri incarnatione numerare cœpit, ut Beda testatur his verbis (*c*): *Primi decennalis circuli cursu temporum ordo præfigitur; quem Græci calculatores a Diocletiani Principis annis observavere: sed Dionysius venerabilis Abbas Romanæ urbis & utriusque linguæ, Græcæ videlicet & Latinæ non ignobili præditus scientia, Paschales scribens circulos, noluit eis (sicut ipse testatur) memoriam impii persecutoris innectere; sed magis elegit ab incarnatione Domini nostri*

(*c*) *Bed. de temp. ratione c.* 45.

PAGIUS VII. *Dionysius scribit Cyclum suum annorum DXXXII.*

A num. LXXI. ad LXXVII. Petavius in Appendice Tomo II. de Doct. Temp. duas Epistolas Dionysii Exigui promulgavit, quarum prior scripta *Petronio Episcopo*, secunda *Bonifacio Primicerio Notariorum, & Bono Secundicerio*. Illa data anno quingentesimo vicesimo quinto, ut liquet ex his verbis, quæ in exemplari Regio post eam sequuntur: *In præsenti namque tertia Indictio est, Consulatu Probi Junioris, tertius decimus circulus decennovalis, decimus Lunaris est.* His verbis ista subjecta sunt: *Hic autem Cyclus Dionysii V. decennovalibus constat, hoc est XCV. annis, sumitque exordium a DXXXII. anno Incarnationis Domini, & desinit in DCXXVI. anno. Hunc ergo Cyclum prætermisimus, eo quod totus præterierit.* Quare Auctor Additamenti vixit post annum Christi DCXXVI. Epistola vero anno DXXV. ante mensem Septembrem scripta. Posterior eodem forsan anno data, sed transacta jam tertia Indictione: ubi enim apud Bedam legitur, *transacto anno, Indictione V.* Petavius legendum monet, *transacto anno, Indictione III.* Paulo ante dixerat *Dionysius*, *præsentis anni* Indictionem quartam esse, ideoque hæc scripsit, inchoata jam quarta Indictione Kalend. Sept. anni DXXV. In posteriori Epistola *Dionysius* repræsentat Tabulam Cycli decennovalis, quem ibi incipit ab anno Cycli Lunæ XIX. quem cum *primum* Cycli nominet, existimavit Petavius in lib. 12. de Doct. Temp. cap. 2. primum annum Cycli Dionysiani inchoari ab anno vulgari Christi quingentesimo tricesimo primo Cyclo Lunæ XIX. insignito, & si retro Cyclos Dionysii retexendo numeres, ad quingentesimum tricesimum secundum usque, primum hujus Periodi Dionysianæ DXXXII. annorum, biennio ante vulgarem Epocham Christi incipere; nimirum ab anno Juliano XLIV. Cyclo Lunæ XIX. & Solis IX. notato; indeque sequi Incarnationem Dominicam, secundum Dionysii mentem, convenire in annum Julianum sequentem, sc. XLV. præditum Cyclo Lunæ I. Solis IX. qui est ille ipse annus, quo vulgo Incarnatum, & in lucem editum Christum ponimus; a quo Dionysium Eram Christianam exorsum esse Petavius arbitratur adversus Bedam, omnesque Computistas, tam veteres, quam recentiores, quos deceptos contendit, hi enim communi consensu docuere, *Dionysium* Eram Christianam auspicatum esse anno Juliano XLVI. Cyclum vero DXXXII. annorum anno Juliano XLV. Cyclo Solis IX. Lunæ I. notato. Verum communis Bedæ, aliorumque sententia certa, cum in illa Cycli decennovalis Tabula a Petavio citata, annos Embolismeos Dionysius ordinet, & ipso Petavio lib. 6. ejusdem Operis cap. 10. fatente, Embolismorum progressio, cujusmodi a Veteribus ordinata fuit, non ab alio principio, quam ab Aureo numero, seu Cyclo XIX. initium habeat. Sed hac de re alibi, quia video Petavium suam opinionem fere omnibus persuasisse.

VIII. *Dionysius* itaque anno quingentesimo vicesimo quinto duo præstitit. Primum, Cyclos Paschales Alexandrinos ad Occidentales transtulit, secundum, Eram Incarnationis Antiochenam Cyclo

stri Jesu Christi tempora prænotare; quatenus exordium spei nostræ totius nobis existeret; & causa reparationis humanæ, id est, passio Redemptoris nostri evidentius eluceret. Ita plane. Sed, & Alexandrina Ecclesia una cum universa Ægypto detestata chronologiam illam, quæ ab impio & immani Christianorum hoste deducebatur; illud præstitit, ut non a Diocletiano, sed a Martyrum tempore, qui sub Diocletiani persecutione passi sunt, annorum computum derivaret: qui hactenus apud eos usus viget, ut videre est in litteris Patriarchæ Alexandrini in appendice tomi sexti nostrorum Annalium superius recitatis.

LXXII. De collectione Dionysii.

Quod vero pertinet ad collectionem, & translationem Græcorum canonum a Dionysio factam: non id laboris idcirco ab ipso susceptum scias, quod Latina Ecclesia hactenus caruisset eisdem canonibus Latinitate donatis; sed quod sive vitio interpretis, sive librariorum incuria iidem reperirentur valde mendosi: qua re permotus, in opus incubuit, ut ipse testatur in epistola ad Stephanum Salonitanum Episcopum, cujus meminit Cassiodorus, quam integram habet Cresconiana collectio: quod unicum nobilissimi ingenii monumentum hic tibi reddendum putavimus; sic enim se habet:

Domino venerabili mihi, patri Stephano Episcopo Dionysius Exiguus in Domino salutem.

Quamvis charissimus frater noster Laurentius assidua, & familiari cohortatione parvitatem nostram regulas Ecclesiasticas de Græco transferre impulerit, confusione credo priscæ translationis offensus; nibilominus tamen ingestum tuæ beati- LXXIII. Dionysii præfatio ad Stephanum.

PAGIUS

Annos Incarnationis cum eo alligat.

clo suo DXXXII. annorum alligavit, rejectis annis *Diocletiani*, cum quibus tam Alexandrini, quam Antiocheni Cyclum DXXXII. annorum conjungebant. *Dionysium* enim Cyclum DXXXII. annorum invenisse, error vulgaris est, alibi a nobis confutatus. *Dionysii* tempore duæ Incarnationis Eræ apud Orientales vigebant; altera in Patriarchatu Alexandrino; altera in Antiocheno. Prior primum Incarnationis annum ab anno Juliano XLIII. & ab anno mundi 5501. deducebat, & pro fundamento ponebat, Christum carnem sumsisse mense Martio anni Juliani XLIII. *Antiocheni* vero Christi Incarnationem a die XXV. mensis Martii anni Juliani XLVI. & mundi 5493. auspicabantur, licet temporis progressu tam Alexandrini, quam Antiocheni annos mundi & Incarnationis a Kalendis Septembris communius inchoarint. Secunda hæc Orientalium Incarnationis Era *Dionysio* magis probata fuit, sicuti & sæculo sequenti Constantinopolitanis, qui Christum die XXV. Martii anni Juliani XLV. Incarnatum statuerunt. Quare Eram Christianam, quæ hodie apud Latinos in usu est, inchoavit *Dionysius* cum Antiochenis ab anno Juliano XLVI. dieque XXV. Martii, ita ut secundus annus Cycli Dionysiani DXXXII. annorum primus Eræ Incarnationis fuerit. Postea Eræ Dionysianæ initium immutatum. Nam alii, ut Galli annum a die Paschatis; alii, uti alias Angli a die Natali Christi, seu die XXV. Decembris anni Juliani XLV. alii a Kalendis Januariis anni Juliani XLVI. uti hodie in plerisque Europæ Ditionibus, exorsi sunt; alii denique hujus Eræ initium prout a Dionysio institutum fuerat, retinuere. Imo apud Veteres Era Christiana modo vocatur Era *Passionis Domini*, modo *Adventus Domini*, modo *Incarnationis*, modo *Nativitatis*, licet neque a Passione, neque a Nativitate, sed vel a Kalendis Januariis, vel a Paschate, vel ab Annuntiatione B. Virginis inchoata fuerit.

IX. *Primus annus Magni Cycli Dionysiani in annum Christi DXXXII. convenit.*

Porro licet *Dionysius* Periodum suam DXXXII. annorum ante annum Christi DXXXII. composuerit, primum tamen ejus annum cum anno Incarnationis quingentesimo tricesimo secundo alligavit, quia Cyclus Sancti Cyrilli annis XCV. constans, anno Christi DXXXI. absolutus est, & huic *Dionysius* suum DXXXII. annorum substituere voluit, rejectis tamen Diocletiani annis, ejusque loco annis Dominicæ Incarnationis appositis. Primus itaque annus primi Magni Cycli Dionysiani Cyclo Lunæ I. Solis IX. præditus concurrit cum anno Juliano XLV. primus vero annus secundi Cycli Dionysiani concurrit cum anno Christi DXXXII. Cyclo Lunæ I. & Solis IX. insignito: neque ante illum Christi annum *Dionysius* Cyclum suum publicavit, teste Beda lib. de sex Ætatibus anno mundi 4480. *Dionysius*, inquit, *Paschales scribit Circulos, incipiens ab anno Dominicæ Incarnationis DXXXII. qui est annus Diocletiani CCXLVIII. post Consulatum Lampadis & Orestis.* Quare Papebrocius in Paralipomenis ad Conatum in Catalogos Pontificum Romanorum loquens de Bonifacio Papa hujus nominis II. perperam scribit, *Dionysium Exiguum* Canonem suum Paschalem condidisse anno DXXXIII. inchoandum, & ab eodem calculum iniisse ab Incarnatione Christi post Bonifacii II. obitum.

X. *Dionysius Exiguus nunquam fuit Abbas Romanus.*

Cassiodorus lib. Divin. Lec. cap. 23. de Dionysio Exiguo scribit: *Fuit nostris temporibus Monachus Scytha natione, sed moribus omnino Romanus in utraque lingua valde doctissimus,* &c. *Sed ille, jam sæculi perversitate derelicta, præstante Domino in Ecclesiæ pace susceptus, inter Dei famulos credendus est habere consortium.* Et tamen Beda lib. de Temporum ratione cap. 45. De Dionysio ait: *Dionysius venerabilis Abbas Romanæ Urbis & utriusque linguæ, Græcæ videlicet, & Latinæ non ignobili præditus scientia,* &c. licet Cassiodorus Dionysii amicus, qui eum socium sibi in tradendis Philosophiæ Præceptis ad suum Monasterium adsciverat, scribat eum fuisse *Monachum*, non vero Abbatem, *Romanum moribus*, non vero Abbatem Romanæ Urbis, ubi revera numquam Abbatiam gessit. Addit enim Cassiodorus: *Qui mecum Dialecticam legit, & in exemplo gloriosi Magisterii plurimos annos vitam suam Domino præstante, transegit.* Quod si Dionysius, vel Romæ, vel alicubi Abbas fuisset, Cassiodorus in prolixo, quod de illo ibidem habet Encomio non loqueretur de eo ut de homine privato, nulloque nisi Lectoris munere in Monachatu functo. Vulgaris itaque sententia, quæ Dionysium Exiguum *Abbatem Romanum* facit, a veritate aliena.

Dionysius scripsit Collectionem Canonum Ecclesiasticorum, quæ adhuc extat, cujus usum statim atque edita fuit, priore interpretatione spre- XI.

*titudinis consideratione suscepi, cui Christus omnipotens Deus, solita populo pietate prospiciens, summi sacerdotis contulit dignitatem: ut inter plurima virtutis ornamenta, quibus Ecclesiam Domini morum sanctitate condecoras, etiam sacratissima jura Pontificalibus per Dei gratiam digestis conventibus intemerata conservans; perfecto regimine clerum plebemque moderareris; nullatenus nostri clerici * more continentes, quo plenius consideramus recta nosse atque perficere; sed divino adiutus auxilio, quæ fieri præcipis, ante perficias, ut efficacissimo Fidelibus prosis exemplo. Magna est siquidem jubentis auctoritas, eadem primitus jussa complentis: quatenus Ecclesiastici ordinis disciplina inviolabilis permanens, ad percipiendum perenne præmium Christianis omnibus præstet accessum *, per quem, & sancti Præsules paternis muniantur exemplis.*

* ascensum.

LXXIV. *In principio itaque canones, qui dicuntur Apostolorum, de Græco transtulimus: quibus quia plurimi consensum non præbuere facilem, hoc ipsum ignorare vestram noluimus sanctitatem; quamvis postea quædam constituta Pontificum ex ipsis canonibus assumpta esse videantur. Deinde regulas Nicænæ Synodi, & deinceps omnium Conciliorum, sive quæ antea, seu quæ postmodum facta sunt usque ad Synodum centum quinquaginta Pontificum, qui apud Constantinopolim convenerunt, sub ordine numerorum, id est, a primo capitulo usque ad centesimum sexagesimum quintum, sicut habentur in Græca auctoritate, digessimus. Tum sancti Chalcedonensis Concilii decreta subdentes, in his Græcorum canonum finem esse declaramus.*

Ne quid præterea notitiæ vestræ credamur velle subtrahere, statuta quoque Sardicensis Concilii, atque Africani, quæ Latine sunt edita, suis a nobis numeris cernuntur esse distincta. Universarum vero definitionum titulos post hanc præfationem strictius ordinantes, ea quæ in singulis passim sunt promulgata Conciliis, sub uno aspectu locavimus; ut ad inquisitionem cujusque rei compendium aliquod attulisse videamur. Hucusque præfatur ad Stephanum Salonitanum Episcopum Dionysius apud Cresconium, qui in sua collectione ejusmodi Dionysii collectionem canonum tamquam rotam (secundum Ezechielis (a) visionem) est in medio rotæ complexus. LXXV.

(a) Ezech. 1.

Subjecit vero his Cresconius eam, quam eodem ferme tempore Ferrandus Carthaginensis Ecclesiæ diaconus elaboravit, sed alio plane ordine: dum sub unquoque collegit capite, & citando eos, non reci- LXXVI.

Collectio Ferrandi diaconi.

PAGIUS

Composuit Collectionem Canonum.

spreta per Gallias invaluisse, existimat Marca lib. 3. de Concordia cap. 3. *Tum*, inquit, *quia apud Sedem Apostolicam vigebat, tum etiam quod nitore suo commendebatur præ squalore veteris interpretationis, & si hanc omnino Galli non deseruerint.* Contrariam tamen sententiam tuentur Christophorus Justellus in Præfatione Codicis universæ Ecclesiæ, Sirmondus in Præfatione ad antiqua Concilia Galliæ, & Quesnellus Tom. 2. Operum Sancti Leonis Differt. 16. *de Primo Usu Codicis Canonum Dionysii Exigui in Gallicanis Regionibus*: Sed quidquid de hac controversia sit, Decretales Pontificum Romanorum Epistolas nonnumquam in usum vocatas in priscis Galliarum Synodis, constat ex causa *Contumeliosi* Regiensis in secunda Provincia Narbonensi Episcopi, quem Joannes II. Pontifex Maximus, ob ea quibus accusabatur crimina, Episcopatu suspendit decrevitque, ut in ejus locum *Visitator* constitueretur, datis ea de re ad *Cæsarium* Arelatensem Episcopum Literis, quibus continebantur capita Canonum, qui judicia Episcoporum spectabant & qui in *Contumeliosi* causa usui esse poterant: transcripta autem erant ea capita ex collectione, & Interpretatione Dionysii Exigui: *Nemo mihi*, inquit Cæsarius, *alia qualibet contra auctoritatem Sedis Apostolicæ, aut contra CCCXVIII. Episcoporum præcepta, vel reliquorum Canonum statuta obiiciat, quia quidquid contra illorum definitionem, in quibus Spiritum Sanctum locutum esse credimus, dictum fuerit, recipere non solum temerarium; sed etiam periculosum esse non dubito.*

XII. Novam hanc *Collectionem* adornavit *Dionysius*, *Laurentii* Romanæ Ecclesiæ Presbyteri votis annuens, quia antiqua valde confusa erat, eamque rationem sequutus est, ut Græcæ Collectioni adhæreret. Itaque & Canonum consequentiam per numerorum seriem, a primo Nicæno, usque ad Canonem tertium Constantinopolitanum, qui est ultimus Canon, & centesimus sexagesimus quintus totius Collectionis observat. Tum omissis Canonibus Concilii Ephesini, Canones Concilii Chalcedonensis subjungit, & testatur, *in his Græcorum Canonum finem esse*. Collectioni, qua Ecclesia universalis tenebatur, adjunxit quinquaginta Canones Apostolicos, Concilii Sardicensis Canones, & Conciliorum Africanorum, quos Latine editos fuisse ait. Integra *Collectio* constat centum sexaginta quinque Canonibus antiquissimæ Collectionis Græcorum, deinde XXVII. Canonibus Concilii Chalcedonensis XXI. Sardicensis, & CXXXVIII. Conciliorum Africanorum, præter quinquaginta Canones: quorum omnium summa reddit ad CCCXCIV. Canonum capita. Cæterum ut *Collectioni* nihil deesset, Pontificum Romanorum Decreta, quæ ad disciplinam Ecclesiasticam pertinebant, a Siricio usque ad Anastasium II. inclusive post Canones subjunxit. Primum editionem Canonum, quam Stephano Episcopo dicavit, edidit, & postea Collectioni Epistolarum, quam Juliano Presbytero, Tituli Sanctæ Anastasiæ scripsit, manum admovit; in ea enim ad Julianum Epistola ait; *Ita ut omnes titulos huic Præfationi subnecterem, eo modo quo dudum de Græco sermone Patrum transferens Canones ordinaram.* Sed de Collectione Dionysiana plura Marca laudatus cap. 4. & Auctores citati.

Ex quibus Canonibus Collectio Dionysiana constet.

XIII. *Collectio Dionysiana* statim ab Ecclesia Romana, obviis ulnis excepta, ut testis est Cassiodorus loco citato. Hanc etiam recepit Hispania, ut liquet ex Concilio Bracarensi II. anno DLXII. celebrato, in qua viguit, donec *Mar-*

Collectio S. Canonum Martini Episc. Bracarensis.

citando, qui diversorum Conciliorum de eadem re tractantes reperirentur canones, collocavit, quod opus jure Cresconius Breviarium appellandum putavit. Sic igitur habes, post primam illam mendis scatentem canonum veterem collectionem, in idem opus primum omnium laborasse Dionysium Exiguum, secundo loco Ferrandum Carthaginensem diaconum, postea Martinum Episcopum Bracharensem, ut suo tempore dicturi sumus, quarto vero loco Cresconium Episcopum Africanum, de quo ista in scripto codice, cujus est titulus, Concordia canonum (*a*), leguntur. *Concordia Canonum a Cresconio Africano Episcopo digesta sub capitibus trecentis. Iste bella & victorias, quas Joannes Patricius apud Africam de Sarracenis gessit, exametris versibus descripsit.* Hæc ibi: ex quibus intelligi potest, quo tempore Cresconius vixerit. Sed de his inferius dicendum, sicut & de pluribus aliis recentiorum canonum collectoribus: ad hæc autem occasione Dionysii Collectoris digressi sumus. Jam vero quas dignas Ecclesiasticis putamus Annalibus Christianissimorum Franchorum Regum res prosequamur.

(*a*) *Extat in nostr. Biblioth. t. 2. Concor. can. pag. 174.*

LXXVII. His temporibus Franci bella gesserunt adversus Thuringios, quorum Regi Hermenefrido * Theodoricus Italiæ Rex nuptui tradiderat neptem suam, ut docent datæ ab eo tunc litteræ (*b*) ad eumdem Regem. Mortuo enim Theodorico, cujus patrocinio fovebatur, Theodoricus Clodovei tertius & Clotarius quintus filii adversus eum ducentes exercitum, eumdem superatum occiderunt. Agit de his Gregorius (*c*), & alii recentiores. Juste autem hæc passum esse Hermenefridum ob necem illatam ab eo Berthario germano suo, suasu Amalbergæ uxoris, idem Gregorius (*d*) pluribus docet. Duxit vero ex præda potita captivam Clotarius filiam Bertharii Regis fratris Hermenefridi; quam, cum ad annos nubiles pervenisset, sibi matrimonio junxit. Hæc est illa magna Radegundis celebris sanctitate Regina, de qua sæpius inferius dicendum erit.

* Herminofrido.

Francorum pugna adversus Thuringios.

(*b*) *Apud Cassiod. l. 4. epist. 1.*

(*c*) *Greg. Turon. de Gest. Fran. l. 3. c. 4.*

(*d*) *Greg. de Gest. Fran. l. 3. c. 4.*

LXXVIII. Sed quid primum acciderit ipsi Clotario Regi, cum victor in regnum suum reverteretur, accipe ex Fortunato (*e*), ubi res sancti Medardi Noviomensis Episcopi prosecutus est. *Rex postea Clotarius exercitum movens, Somenam violenter*

(*e*) *Apud Sur. t. 3. die 8. Iun.*

PAGIUS

Martinus Bracarensis Episcopus novam edidit, quam ex Codice potissimum Ecclesiæ Orientalis & nonnullis Occidentalibus Synodis, aliisque Hispanicis decerpsit, dum jam esset Bracarensis Episcopus; ideoque post annum DLXIX. quo Monasterii Dumiensis adhuc Episcopus interfuit Concilio Lucensi eo anno celebrato. Hæc *Collectio* a Concilio Lucensi in Gallæcia probata est anno DLXXI. Fuit autem *Martinus* Pannonius, Teste Turonensi lib. 5. cap. 37. qui Græcos ritus sancte, & prudenter ad mores Latinorum accommodavit, & Græca capitula Latina fecit, ut notat Garsias Loaysa in Præfatione ad Martini Bracarensis Capitula ubi tamen eum *Græcum* fuisse perperam scribit.

XIV. *Collectiones Canonum Ferrandi & Cresconii.* *Ferrandus* & *Cresconius* Collectiones etiam Canonum publicarunt, ille Justini & Justiniani temporibus vixit; *Cresconius* ducentis fere annis posterior fuit, ut anno DCXCVII. ostendemus. *Ferrandi* in Canonibus via & ratione digerendi Opus unum est & singulare, quod *Breviationis Canonum* titulum præfert. Sed Collectio Canonum Cresconii duas veluti partes habet, quarum prior *Breviarium Canonicum* dicitur; posterior integros Canones ac Decreta eo ipso ordine, quo in Breviario citantur exprimit, inscribiturque in MSS. Codicibus, vel *Concordia* Canonum, vel *Liber Canonum*. [1] Ferrandus & Cresconius, ut Guillelmus Voellus & Henricus Justellus in Præfatione ad Bibliothecam Juris Veteris observant, partim conveniunt, & partim discrepant. Conveniunt quidem si formam spectes, paria quippe sunt omnia; neque enim illi, ut Dionysius Exiguus Conciliorum ordinem, & consequentiam secuti sunt; sed habita materiarum ratione, Canonicam omnem Disciplinam, certis Capitibus complexi sunt. *Ferrandus* quidem triginta duobus supra ducenta, *Cresconius* omnino trecentis.

XV. *Collectio Ferrandi diversa a Cresconiana.* In quo bis falsus est Baronius num. LXXVI. & anno CDXIX. num. XC. Primum, quod *Ferrando* trecenta prorsus tribuit Capitula, cum id Cresconio peculiare sit. Deinde quod *Breviarium Canonicum* Cresconii cum Breviatione Canonum Ferrandi confuderit, dum ait, *Cresconium* Collectioni suæ subjecisse, eam quam eodem fere tempore Ferrandus elaboravit, sed alio plane ordine, non citando, sed recitando Canones, quamque merito *Breviarium* Cresconius appellaverit. Nam præterquam quod Baronius Ferrando Cresconium coævum faciat, certum est ex omnibus Libris editis & MSS. Opus Ferrandi esse dumtaxat CCXXXII. Capitulorum, & a Cresconiana Collectione plane diversum. Etenim licet in methodo & ratione tradendi conveniant, ordo tamen *Ferrandi* multo spectabilior est, & accuratior quam *Cresconii* seu *Crisconii*. Si de materia item quæstio sit, non parum inter se differunt, quippe multa habent propria & peculiaria. De utriusque consonantia & discrepantia legenda Præfatio laudata.

XVI. *Bellum Thuringicum.* A num. LXXVIII. ad LXXXIII. Procopius lib. I. de Bell. Goth. cap. 13. bellum *Thuringicum*, quod a *Theodorico*, & Clotario Francorum Regibus, & a Theodoberto Theodorici filio gestum est adversus *Hermenefredum* Thurin-

NOTÆ [1] Coustantius in Præfatione ad epistolas Romanorum Pontificum P. II. num. 125. pag. CVII. Pagium notat, quod primæ parti Cresconiani operis, sive Breviario, una cum Voello & Justello, titulum *Concordia Canonum* deneget, quem titulum, ait Coustantius ipsi tribuunt exarati manu Codices, ac tribui re vera posse docet vel sola operis textura. GEORGIUS

Triduo detenta exercitus jumenta. *ter transivit fluvium, & ubique potuit deprædatus, adjacens omne devastavit territorium: cum multa illa præda inter Noviomum revertebatur & Isaram. Verum quia & Episcopum Viromandensem, & quæ sub illo degebat Ecclesia, deprædatus erat; divinæ ultionis digne & laudabiliter prædicandam non evasit sententiam. Parcens quippe Dominus & ipsi Clotario, & qui cum ipso hujus erant participes criminis, equos tamen eorum & omnia vehicula, plaustra scilicet & alia quibus præda illa evehebatur, adeo divinitus afflixit, ut per omne triduum a loco illo nullo modo possent moveri.*

LXXIX. *Perspicientes autem tantum hoc Dei miraculum, ad sanctum Dei sacerdotem Medardum, qui tunc temporis Salentiaci remorabatur, suppliciter confugiunt, eique unanimi devotione, quæ deprædati fuerant, restituentes, cum ab eo super commissis absolutionem suscepissent, divino illo vinculo resoluti, læti & alacres ad propria reversi sunt. O mira & ineffabilis Dei clementia! Quos ipse Deus judicii sui per triduum justissima ligaverat condemnatione, sanctus confessor Medardus uno in momento indulta relaxavit absolutione. Vere lingua Petri, & qui ab eo suscipiunt claves sunt regni cælorum, quibus concessum est vere pœnitentes tam potenter a nexibus absolvere peccatorum.* Hactenus de his Fortunatus temporis hujus scriptor.

LXXX. Sed quæ idem auctor (*a*) de regiæ puellæ Radegundis captivitate, custodia, & educatione scribat, breviter: hæc habeto: *Beatissima igitur Radegundis natione barbara, de regione Thuringa, avo Rege Basino, patruo Hermenefrido, patre Rege Berthario, quo altitudinem sæculi tangit Regina de germine, celsa licet origine multum celsior actione. Quæ cum suis parentibus brevi commanens tempore, tempestate barbarica, Francorum victoria regione vastata, vice Israelitica exit & migrat e patria. Tunc inter victores, cujus esset præda regalis puella, fit contentio de captiva: & nisi reddita fuisset, transacto certamine, in se Reges arma movissent. Quæ veniens in sortem præcelsi Regis Clotarii, in Viromandensem ducta, Atheias in villa regia nutriendi causa custodibus est deputata.*

(*a*) *Apud Sur. die 13. Aug.*

Puella data laboribus qui conveniunt sexui, inter opera reliqua fit ex barbaris litterata, frequenter loquens cum parvulis, si conferret sors temporis, martyr fieri cupiens. Indicabat adolescens jam tunc merita senectutis, obtinens pro parte, quod petiit. Denique cum esset in pace florens Ecclesia, ipsa est a domesticis persecutiones perpessa: jam tunc id agens infantula, ut quicquid sibi remansisset in mensa, collectis aliis parvulis, lavans capita singulis, compositis sellulis porrigens aquam manibus, ipsa inferebat, ipsa miscebat infantulis: hoc etiam præmeditans cum Samuele parvulo clerico, facta cruce lignea, præcedentem subsequens, psallendo ad oratorium gravitate matura; simul parvuli properabant; ipsa autem cum sua veste pavimenta nitidans, circa altare vero cum facitergio jacentem pulverem colligens, foris cum reverentia recondebat potius, quam verrebat. Hæc de puellæ captivæ dignis exordiis, præsagiis quidem eminentissimæ erigendæ sanctitatis perfectionis, cui tam grandia jacta fuerant fundamenta virtutum. LXXXI. Radegundis captivæ vitæ institutio.

Quomodo vero Clotarius Rex Francorum eam sibi junxerit matrimonio, ab eodem Fortunato sic accipe: *Quam præparatis expensis cum voluisset Rex prædictus accipere, per berarcham ab Atheias nocte cum puellis elapsa est. Deinde Suessionis cum eam direxisset, ut in Reginam eligeret, fugit, evitans pompam regalem, ne sæculo cresceret: sed cui debebatur, & humana gloria non mutatur. Nubit ergo terreno Principi, nec tamen separatur a cælesti. At dum sibi accessit sæcularis potestas, magis quam permitteret dignitas, se plus inclinavit voluntas, subdita semper Deo, sectans monita sacerdotum: plus participata Christo, quam sociata conjugio. Illo vero sub tempore tentamus patefacere de multis pauca, quæ gesserit. Igitur juncta Principi, timens ne a Deo degradasset, cum mundi gradu proficeret, se cum sua facultate eleemosynæ dedicavit. Nam cum sibi aliquid de tributis accideret, ex omnibus quæ venissent ad eam, ante dedit decimas, quam recepit. Deinde quod supererat, monasteriis dispensabat: & quo ire pede non poterat, misso munere circuibat.* LXXXII. Radegundis in vita juncta Clotario.

A

PAGIUS ringiæ Regem, post Theodorici Italiæ Regis mortem susceptum tradit. Duravit illud aliquot annis, & copiose describitur a Gregorio Turonensi lib. 3. cap. 7. & seq. ab Auctore de Gestis Regum Francorum cap. 22. & ab Aimoino lib. 2. cap. 9. Eo in bello *Hermenfredus* devictus. *Clotarius* eo nondum confecto Suessione rediens, *Radegundem* Betharii quondam Regis, quem Hermenfredus frater interemerat, filiam adhuc parvulam secum captivam adduxit, & educari jussit. Hæc facta est literata ex barbara, & graves persecutiones a domesticis passa, singularem patientiam exercuit, ut testatur Venantius Fortunatus in ejus Vita, quam *Baudonivia* Sanctimonialis supplevit, ea, quæ a Fortunato prætermissa fuerant, narrans.

XVII. *S. Radegundis uxor Clotarii Regis Francorum & postea Monialis.*

Clotarius Rex aliquot post annis a *Radegundis* adventu in Franciam, eam sibi in uxorem adscivit, sed ea paucos post annos Diaconissa ordinata est a Sancto *Medardo* Episcopo Noviomensi. Tempus hujus matrimonii, & sacri veli a Sancta *Radegunde* suscepti, neque Gregorius Tu-

A cujus munificentia nec ipse se abscondere potuit eremita. Sic, ne premeretur a sarcina, quod acceperat erogabat. Apud quam nec egeni vox inaniter sonuit, nec ipsa surda præteriit; sæpe donans indumenta, credens sub corporis veste, Christi se membra tegere: hoc se reputans perdere, quicquid pauperibus non dedisset. At de his, quod ad institutum pertinet, satis modo ista libasse: cum tamen duobus integris libris eximiæ ejusdem virtutes conscriptæ habeantur. Quomodo vero a Rege dimissa monasticum arripuit institutum, suo loco dicturi sumus.

LXXXIII. Amalafrida mori cogitur. Jam vero res Africæ invisamus. Accidit interea, ut defuncto anno superiori Theodorico Rege Gothorum, cujus timor coercebat alios Reges Occidentales, qui in eum essent infenso animo, Hildericus Res Vandalorum in Africa ejusdem Theodorici neptem Amalafridam nuptam Trasamundo Regi defuncto morte mulctarit. Cujus rei causa conflatæ sunt inimicitiæ inter ipsum & Athalaricum Regem Italiæ, cujus ad eum extat epistola (a): qua de nece Amalafridæ expostulat verbis istis:

(a) *Apud Cassiod. Var. l. 9. ep. 1.*

Hilderico Regi Vvandalorum Athalaricus Rex.

LXXXIV. Epistola Athalarici ad Hildericum. *Durissima nimis sorte constringimur, ut quos ante dulces parentes diximus, nunc eis causas amarissimas imputemus, quas nemo potest relinquere, qui pietatis noscitur monimenta cogitare. Quis enim nesciat, divæ recordationis Amalafridam, generis nostri decus egregium, violentum apud vos reperisse lucis occasum? & quam habuistis pridem dominam, passi non estis vivere nec privatam. Hæc si contra fas parentelæ gravis esse videbatur; remitti ad nos debuit honorabilis, quam magnis supplicationibus expetistis. Parricidii genus est, ut quam vobis fecerat affinem conjunctio Regis, nefandis ausibus in ejus vos interitum misceretis. Quid tantum mali a suo conjuge relicta promeruit. Si successio debebatur alteri, numquid femina in eo umbitu potuit inveniri.*

LXXXV. *Mater quinimmo haberi debuit, quæ vobis regna profudit. Nam & hoc nobilitati vestræ fuisset adjectum, si inter hanc divorum stirpem retinuissetis Amali sanguinis purpuream dignitatem. Hoc Gothi nostri ad suum potius opprobrium intelligunt fuisse tentatum. Nam qui dominæ alienæ gentis intulit necem, omnino ejus parentum visus est despexisse virtutem; quando nemo, quod resecandum credit, putet esse tentandum. Et morali ideo ratione commoti, per illum & illum legatos nostros verbis prius a vobis expetimus æquitatem, expectantes qualis excusatio tantis casibus afferatur. Nam etsi quodlibet negotium in tali persona fuisset enatum, vobis debuit intimari: ut & nostro judicio periret, quæ se pessimis actibus miscuisset. Restat ut naturalis ejus fingatur occasus. Impossibilia non dicimus: nova non quærimus: illum atque illum tradite, per quos facta res debeat elucere. Sit in eis totius causæ absoluta probatio. Sine bello, sine cæde aut nos efficiat placatos, aut vos reddat obnoxios. Quod si creditis esse temnendum, nec vos ad rationabilia responsa componitis; conditione initæ pacis absolvimur, qui læsi fœderis vinculo non tenemur. Vindicet nunc superna majestas scelus qualibet arte commissum, quæ ad se clamare fatetur (b) fraterni sanguinis cædem impiam.* Hactenus Athalaricus ad Hildericum.

(b) *Gen. 4.*

LXXXVI. Quæ in Hildericum molitus sit Athalaricus. Quæ autem hæc secuta sint, licet nemo describat: coniici tamen facile potest, eumdem Athalaricum excitasse adversus Hildericum Regem Gilimerem regiæ stirpis sobolem Genzonis filium, de quo superius: qui post annos duos eumdem Hildericum regno spoliavit, & arctæ custodiæ tradidit, ut suo loco dicemus. Egisse autem dolo potius Athalaricum, quam bello adversus Hildericum, illud facile persuadet; quod cum (ut testatur Procopius c) esset ille Justiniano Imperatori amicitia conjunctissimus; eumdem bello lacessere periculosum admodum videretur. Sed ad res gestas anni sequentis progrediamur.

(c) *Procop. de bello Vanda. l. 1.*

Se-

PAGIUS Turonensis, neque Fortunatus Episcopus Pictaviensis, neque Baudonivia Monialis memorarunt, sed Baudonivia ait tantum: *Conjuncta terreno Principi nobilis Regina, cœlestis fuit, plusquam terrena, sed in ipso conjunctionis brevi tempore ita se sub conjugis specie nupta tractavit, ut Christo plus devota serviret, & hoc ageret in Laicali proposito, quod ipsa desideravit imitari Religio* (idest status Religiosus) *; jam antecedens animo futuræ conversationis adventum, dum sæculari sub habitu Religionis formatur exemplum.* Monasterium sibi intra Pictaviensem Urbem construxit, *& magnam Congregationem Puellarum Christo nunquam morituro Sponso aggregavit.*

XVIII. Longobardi in Pannoniam veniunt. Erat hoc tempore Longobardorum Rex *Audobinus*, de quo Sigebertus in Chronico hoc anno scribit: *Haudoin Longobardos in Pannoniam duxit, in qua habitaverunt annis XLII.* idest usque ad annum DLXVIII. quo eos in Italiam venisse, infra visuri sumus. Totidem annos in Pannonia eos moratos esse prodit Paulus Diaconus lib. I. de Gest. Langobard. cap. 22. qui cap. 27. subdit, *Albobinum* Audohini successorem fœdus perpetuum cum *Hunnis* Pannoniam incolentibus pepigisse.

Hoc anno Concilium *Carpentoractense* celebratum, de quo anno DXXIX. agam.

JESU CHRISTI ANNUS 528.	FELICIS PAP. ANNUS 3.	JUSTINIANI IMP. 2. ATHALARICI REG. 3.

I. SEquitur ordine temporum quingentesimus vigesimusoctavus Christi annus, in Fastis notatus Consulatu Justiniani secundo absque collega: quo idem Imperator sacris sanctionibus tum fidem Catholicam, tum reliquum optimum Ecclesiarum atque Reipublicæ statum munire solidaretque studuit. Quod igitur frequentissimæ sint leges de rebus sacris Ecclesiasticisque personis ab eodem Imperatore sancitæ; non immerito a compluribus arguitur, quasi rerum divinarum invasor, dum divinis se miscuit, qui humanis tantum præfectus esset rebus: cum nec Ethnici Imperatores id præsumpserint, nisi creati primum Pontifices Maximi. Verum ad ejus excusationem multa sunt quæ possint afferri: atque primum illud accipe de his consilium ejus. Quod enim ipse vidisset, plurimisque exemplis patefactam intellexisset, nullam esse Ecclesiasticorum canonum observationem, cum imperassent Principes fidei Catholicæ minime studiosi, immo perduelles, ut fuerant Zeno, Basiliscus, & Anastasius; sed hæreticorum arbitrio cuncta esse permissa misceri atque confundi: sed & evenisset interdum (immo sæpius contigisset) ut Constantinopolitanæ Ecclesiæ hæretici Antistites præsiderent penes quos nulla penitus esset canonum ratio, sed studium tantum privatæ fortunæ. Hæc, inquam, ipse considerans, illud sibi arrogandum putavit (quod alias inconcessum videri posset) ut plures de rebus & personis Ecclesiasticis ederet sanctiones, quibus coerceri possent infrænes hæretici & petulantes schismatici cohiberi, atque soluti disciplina restringi; probe sciens, justis non esse positam legem, sed prævaricatoribus.

Cur Justinianus de rebus Ecclesiasticis leges sancivit.

II. Hæc quidem sunt, quæ ad aliquam excusationem Justiniani afferri posse videntur, dum sacrarum legum conditorem agit, de sacerdotibus leges ferre, in eosque pœnas statuere præter jus fasque præsumens. Quibus & illud haud incongrue fortasse quis adiiciet, quod cum ipse homo fuerit penitus illiteratus, adeo ut nec alphabetum aliquando didicisset, cujus rei gratia (ut inquit Suidas) dictus est analphabetus: cumque & Tribonianus juris consultissimus, cujus potissimum opera in sanciendis legibus utebatur, Ethnicus esset; par est credere omnes Ecclesiasticas Justiniani constitutiones Epiphanii fuisse Constantinopolitani Episcopi, & ejus qui in locum ipsius Mena

Per Imp. leges sanciunt Episcopi Constant.

PAGIUS

SÆC. VI. Anno Eræ Hisp. DLXVI. A.C. 528.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6021.

☉ 5. BA. ☽ 16. P. 26. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 528.

FELICIS IV. PAPÆ 3.

JUSTINIANI IMP. 2.

ATHALARICI REG. 3.

I. [1] JUstinianus Aug. II. absque collega Consul, qui *tantam vim pecuniæ sparsit in populum, quantam nullus unquam ante Imperator in Consulatu sparserat*, inquit Auctor Chronici Alexandrini, quod & Theophanes notavit. Consulatus iste juxta primam Regulam Consulatuum Cæsareorum sumptus.

Consul sine collega.

II. A num. I. ad V. Baronius Justinianum *analphabetum* seu indoctum ac plane rudem fuisse, existimavit, quod usus fuerit Lexico Suidæ Mediolani impresso. In voce enim Ἰυςινιανὸς id ibidem legitur, cum tamen in omnibus Codicibus MSS. Bibliothecæ Vaticanæ illud subiiciatur voci Ἰυςῖνος. Neque Suidam *Justinum analphabetum* fuisse Literis mandasse dubitari potest, post Historiam Arcanam Procopii in lucem emissam, in qua illud diserte traditur, ut anno DXVIII. num. II. —— vidimus. Imo eo in loco Suidas Justinum Seniorem qui analphabetus erat, confundit cum Justino Juniori; *Fuit*, inquit, *omnium Literarum imperitus, & (quod vulgo dicitur) analphabetus. Hic & aureum Triclinium in Palatio condidit, & Sanctum Paulum, quod est Orphanotrophium. Auxit etiam de Imperatore Justino opinionem, quæ invaluerat, ipsum fuisse valde gravem & exquisita diligentia præditum.* Ecclesiam autem Sancti Pauli in Orphanotrophio *Justinus Junior* septimo Imperii sui anno condidit, ut habet Theophanes. De ea loquitur Ducangius in Constantinopoli Christiana lib. 4. cap. 5. num. XXI. & cap. 9. num. XIX. ostendit ex Codino pag. 45. & 58. Orphanotrophium *locum venerabilem, in quo parentibus orbati pueri pascuntur*, uti a Juliano Antecessore definitur, a Justino Juniore & Sophia ejus conjuge ædificatum esse. Idem Ducangius lib. 2. cap. 4.

Justinianus doctissimus fuit.

NOTÆ [1] COss. *Justinianus Aug.* II. sine collega.
Victor: *Justiniano Aug. Cos.* Marcellinus: *Justiniano Aug. II. solo Cos.* Sirmondi editio: *Justiniano Aug. solo Cos.*
Epitome temporum & Indiculus Paschæ; P. C. *Mavorti*. Anno a passione Domini DI. eoque bisextili. GEORGIUS

na successit: quas libentius edi illi voluerint nomine ipsius Imperatoris, ut validioris observantiæ essent; nam eas violare timerent omnes, probe scientes quod omnium provinciarum Præfecti ad earum jugem custodiam invigilarent: adeo ut minime mentiatur, qui dixerit, per Justiniani os Constantinopolitanos Episcopos esse locutos, & quotquot de fide Catholica & disciplina Ecclesiastica latæ esse reperiuntur ab Imperatore Justiniano sanctiones, tot esse eorumdem Antistitum scripta decreta. Insuper autem quod ejusmodi sacrarum sanciendarum legum, vel probandi sancitas a Synodis jus in Ecclesiæ Catholicæ capite esse scirent: ne si eas ipsi Constantinopolitani Episcopi ederent, viderentur sibi quod suum non esset arrogare; constitutionibus Imperatoriis id perficere, quod haud facile his obviari posset, existimarunt.

III. Justinianus illiteratus. ☞ Quod vero ex Suida dictum est, Justinianum *Analphabetum* fuisse: licet Suidæ non sit contemnenda auctoritas, ut qui apud antiquiores inventa scriptis prodiderit; tamen non sic *Analphabetus* dici Justinianus potuit, quod nescierit penitus legere, cum ex Vigilii Papæ epistola suo loco inferius recitata, & ex Eustathio suorum temporum historiam scribente constet, ipsum Justinianum non solum legisse, sed etiam suis litteris subscribere consuevisse.

IV. Quamobrem usu loquendi potius dictum a majoribus puto Justinianum penitus illiteratum, nec scisse litteras, quod de dogmatibus magna temeritate vir indoctus auderet disputare; ut dicere solemus de aliquo, qui arroganter supra suum captum differere de difficillimis quæstionibus Theologicis audeat: *Iste homo cum nihil penitus sciat, de his agit*: vel: *Præsumit tanta, qui legere nescit*: vel quid hujusmodi ex more per hyperbolem dici solitum. Quod dicendi genus haud prorsus abhorrere ab historia reperitur, cum & in sacris historiis id sæpe usurpatum inveniamus. Et ut alia referre omittamus exempla, satis modo illud ex sacro Matthæi (*a*) Evangelio: *Venit Joannes neque manducans, neque bibens, & dicunt, dæmonium habet*. Cum tamen idem Evangelista de eo superius dicat (*b*): *Esca autem ejus erat locusta, & mel silvestre*. At nihil penitus Joannes manducasse dictus est, quod ciborum abstinentissimus esset. Sed ut unde di-

(*a*) Matt. 11.

(*b*) Mat. 3.

PAGIUS cap. 4. num. III. docet, in Magno Palatio Constantinopolitano varia & complura fuisse *Triclinia*, suis quæque appellationibus distincta, inter quæ unum erat quod *Chrysotriclinium*, seu aureum Triclinium vocabatur, cujus conditorem Justinum II. agnoscunt Scriptores Byzantini, præsertimque Constantinus Manasses. Denique Suidas hæc de Justiniano intelligere non potuit, cum ibidem de utroque Justiniano jam seorsim locutus fuerit. Baronius in secunda editione numerum III. hoc anno addidit, & quæ in priori dixerat, correxit. Sed, ut animadvertit Em. Card. Norisius in Dissert. de Synodo Quinta cap. 2. corrigendum etiam erat, quod anno DLXI. num. IV. de Justiniano habet, ubi eum appellat Imperatorem *analphabetum*, *& qui nunquam legere sciverit, vel ipsum foris inscriptum Sacrorum titulum Librorum*; quod & anno DLXV. cum de Justiniani morte agit, rursus inculcat.

III. *In liberalibus literis excelluit.* Sane quantum in liberalibus Literis *Justinianus* excelluerit, pluribus ostendit Alemannus in Notis ad Hist. Arcan. Procopii cap. 18. & alibi. Antequam Imperium caperet, a *Theophilo Abbate* Præceptore suo studiis Philosophicis & Theologicis imbutus fuerat, ut de studiis Philosophiæ testis est Agapetus Justiniani contubernalis, & Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus, in Parænesi, quam Baronius integram recitat anno DXXVII. num. XII. ubi Agapetus ait: *Nostris temporibus ostensum est prosperæ vitæ tempus, quod prædixit quidam ex Veteribus futurum, cum vel Philosophi regnarent, vel Reges philosopharentur. Nam philosophando digni habiti Regno estis, & regnando a Philosophia non descivistis.* De *Musica* peritia Theophanes profert *Græcum Troparium*, ideft, Hymnum, quem de Christi Virginitate & Oeconomia ad Ecclesiasticos modulos concinnavit, hodieque Græci canunt inter Missarum solemnia. Achitecturam ita callebat, ut multorum ædificiorum Ichonographias & Sciographias ipse delinearit, & modum artificibus præscripserit, quemadmodum testatur Procopius variis in locis Librorum *de Ædificiis Justiniani*. Quam exercitatus fuerit in *Jurisprudentia*, demonstrant Constitutiones & Novellæ ab eo editæ. Procopius in Hist. Arcan. cap. 14. refert, *Justinianum* sibi plerumque sumpsisse munus, non solum quæstoris, (quod in eo situm erat, quod is edendarum legum formas componeret, & pleraque in Senatu ore tenus pronuntiaret;) sed etiam Judicum & sententias tulisse: *Eorum qui sunt a secretis etiam antiquissimum est Principis arcana scribere, concessum id tamen illis non fuit; sed ipse cum reliqua plane omnia scribebat tum quæ Magistratus municipiorum sententias ferentes decernere oporteret; nulli in Orbe Romano libera juris dicendi potestate permissa. Sibi omnia imprudenti fastu arrogavit, temperavitque sic judicia, ut alterutro litigatorum audito sententiam diceret, idque judicatum esse vellet*, inquit Procopius.

IV. *In Theologia exercitatus erat.* Isidorus eorum temporum æqualis, quantum versatus fuerit in *Theologia*, his verbis insinuat: *Justinianus Imperator quosdam Libros de Incarnatione Domini edidit, quos etiam per diversas misit Provincias. Condidit quoque & Rescriptum contra Synodum Illyricianam & adversus Africanos Episcopos, in quo Tria Capitula contendit damnare*. Præterea Eustathius in Vita Sancti Eutychii Episcopi Constantinop. apud Bollandum ad diem VI. Aprilis: *Nostis omnes, quotquot meministis, quam curiose piæ memoriæ Justinianus in Divinorum Dogmatum investigatione, quodque diu noctuque posthabitis omnibus aliis curis illam unam & solam numquam intermitteret, qua ad disputandum omnes provocabat hæreticos, & rationes in medium proferendas, quibus ille valde prævalebat, cum ut plurimum eos hæreticos probabilibus modo ratiocinationibus, modo de-*

digressi sumus, ad conditas a Justiniano leges Ecclesiasticas revertamur.

V. Justin. agit custodem & executorum canonum.

Sed adhuc etiam illud adde, quod ex ipsarum constitutionum verbis apparet: nimirum quod in his sanciendis decretis Justinianus Imperator haud tantam sibi vendicat auctoritatem, ut se dicat de rebus personisve sacris agere Imperatoria potestate; sed potius ex sacrorum præscripto canonum: ut plane se in his non earum legum conditorem, sed sanctorum canonum præseferat executorem atque custodem. Id quidem ipse haud obscure significat pluribus in locis cum de rebus Ecclesiasticis decernit aliquid: cuncta enim ex sanctorum canonum sententia se agere profitetur, ut in Novella constitutione tertia, ubi ait: *Quod nobis videbatur bene & competenter habere, & regularum sanctarum digne, &c.* Sed & Novella sexta, illis verbis: *Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum observatio custodiatur, quam justi & laudandi & adorandi Imperatores, & ministri Dei verbi tradiderunt Apostoli, & sancti Patres custodierunt & explanaverunt. Sancimus igitur, sacras per omnia sequentes regulas &c.* At hæc cumulatissime Novella centesima vigesima tertia in editione Holoandri; & Novellis itidem centesima trigesimatertia, & septima, in quibus omnibus id ipsum pluribus monet. Sed & Joannes Papa (ut suo loco dicturi sumus) ex ejusdem Imperatoris legatorum relatione testatur, ea quæ de fide idem promulgaret edicta, facere consuevisse ex Episcoporum consensu.

VI. Sic igitur cum in his tradendis tum ipse, tum etiam alii Imperatores non aliud nisi custodes & executores sanctorum canonum, se habuerint; nihil plane est, ut ab ipsis promulgatæ improbari debeant sanctiones. Quod si alio quis eorum id titulo sibi sumpserit, atque Imperatoria auctoritate temere arrogarit; tunc sane illud Justini martyris in Antoninum Pium dictum opportune inculcandum erit: *Tantum Principes opinionem veritati præferentes valent, quantum in solitariis locis prædones.* Quam autem sobrie, quamque modeste curare ista, rebusque se immiscere Ecclesiasticis Christiani Principes debeant: magnum in exemplum cunctis idem esse potest Justinianus, dum quisque considerat, quo tandem ipse pervenerit gressibus istis pietatem maximam licet in omnibus præseferentibus: nempe cum qui ut laicus, unusque ex ovibus gregis, doceri regique deberet, munus sibi arrogaret docendi atque sacra regendi: etenim non patiens, cum opus esset, ab auctoritatem habente erudiri & gubernari, jam senex imprudens in hæresis barathrum sese præcipitem dedit.

VII. Nulla facultas Imperatoribus de rebus Eccl. decernendi.

Vetus est Regum morbus, ut dira istiusmodi prurigine urgeantur, ut appetant quæ sunt sacerdotum. Hinc illud Ambrosii (*a*): *Vulgo dici, quod Imperatores sacerdotium magis optaverint, quam Imperium sacerdotes.* Sed audi rursum (quod ad hanc rem spectat) quid idem in Valentinianum Augustum (*b*): *Si, inquit, docendus est Episcopus a laico; quid sequatur? Laicus ergo disputet, & Episcopus audiat: Episcopus discat a laico. At certe si, vel Scripturarum seriem divinarum, vel vetera tempora retractemus; quis est qui abnuat, in causa fidei, in causa inquam fidei Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores*

(*a*) Ambr. ep. 33. vet. edit. ad fin.
(*b*) Ambr. ep. 33. vet. edit.

PAGIUS

demonstrationibus, modo denique Sacrarum testimoniis literarum confutaret: Denique Victor Episcopus Tununensis una cum collegis se cum Justiniano disputasse tradit in Chronico, ad annum hujus Imperatoris XXXVIII. Porro Agapetus, Procopius, Victor, atque Eustathius Constantinopolitanæ Ecclesiæ Presbyter Justiniano imperante vixere, eaque literis mandarunt, quæ suismet oculis atque auribus usurparant.

V. *Justiniani Constitutiones aut personas aut res ipsas respiciunt.*

A num. V. ad IX. Marca lib. 2. de Concordia cap. 9. & 11. egregie de legibus & Edictis a Justiniano Aug. datis disserit, aitque ipsum docere hanc sibi mentem fuisse, ut Vetustatis & Canonum sese vindicem præstaret, non novas Regulas in Ecclesiam invehendo, sed veteres augendo in melius. Quam in rem expendenda sunt verba Rescripti, quod dedit ad Dacianum Metropolitam Concilii Byzaceni in Africa: *Semper nostræ Serenitati cura fuit servandæ vetustatis maxime Disciplinæ, quam numquam contemsimus, nisi ut in melius augeremus: præsertim quotiens de Ecclesiasticis contingit quæstio, quæ Patrum Regulis constat definita, immo adventu superni Numinis inspirata, quia constat esse cœlitus constitutum, quidquid Apostolica decernit auctoritas.* Infra: *Nos tutores sumus Vetustatis & vindices.* Cæterum Constitutiones illæ Justiniani, quæ numero suo terrent, in duo capita dividi possunt. Aut enim personas, aut res Ecclesiasticas respiciunt. Quæ de Clericis latæ sunt, aut circa Patriarcharum, Metropolitarum, & cæterorum & Episcoporum Jura, Privilegia & Officia versantur; quæ tam ordinationibus, quam administrationibus, idest, judiciis reddendis, & Ecclesiasticis negotiis exercendis sunt addicta, aut totius Cleri functionem, ac assiduum in Ecclesiis obsequium respiciunt; & eorum qui Clero adscribi debent, mores & statum, Monachorum & Sanctimonialium ἄσκησιν. Quæ omnia hausta sunt e Canonibus aut e receptis moribus, quemadmodum ipse *Justinianus* profitetur, qui se illa omnia secundum Canones decernere pluribus in locis diserte scribit.

VI. *Priores Canones Justinianus supplevit.*

Sane *de ordinandorum Electionibus* multa interpretatione supplevit, quæ Canonibus non continentur, ut videre est Novella CXXII. hoc anno data. Nam tres personas a Clero & populo propositis Sacris Evangeliis eligendas, & Decretum electionis ad Metropolitanum mittendum, qui uni e tribus electis suffragium suum conferat, primus ille statuit. Deinde ordinem

peratores de Episcopis judicare? Et inferius: *Legem tuam nollem esse supra Dei legem: Dei lex nos docuit quid sequamur: humanæ leges hoc docere non possunt.* Et in Auxentium: *Imperator enim bonus intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam est.* Et ad Marcellinam (*a*): *Allegabatur, Imperatori licere omnia, ipsius esse universa. Respondeo: Noli te gravare, Imperator, ut putes te in ea quæ divina sunt, Imperiale aliquod jus habere. Noli te extollere. Sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est. Quæ Dei, Deo: quæ Cæsaris, Cæsari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesiæ.* Sed quid in his immoror, quæ sexcentis ferme locis superius ventilata, sunt firmissime stabilita?

(a) Ambr. ep. 33.

VIII. At incusari possit vecordia atque timiditas Constantinopolitanorum Antistitum, sinentium Imperatorem leges ferre super omnes Episcopos, atque non secus ac ipsum caput Ecclesiæ, sive Concilium Episcoporum, Episcopis aliisque sacris Dei ministris jura præscribere; sive (ut diximus) id ipsum potius faciendum illi eidem consuluerunt: quod si accidit, imprudentiæ notam vitare non possint, cum potius ejus auxilium adversus improbos implorare debuissent, quam pati ipsum Ecclesiæ jura sancire, quod Summi Pontificis esse solet, vel plurium in unum coeuntium Episcoporum. Accidit vero, ut cum Justinianus Imperator diutius supervixerit, easdemque a se leges latas quam exactissime observari præceperit, inque Codicem suum redegerit; vim quamdam acceperint & firmitatem, atque in canones ferme Ecclesiasticos complures earum frequenti usu transierint. Sed minime quidem de his mirari quis debet, vel scandalum ullum pati, quod sæcularis Principis vigeant ejusmodi leges. Quæ enim justa rectaque sancita novit Ecclesia, minime respuere consuevit, sed ea suis legibus & decretis probat, etiam si eorum non Christianus Princeps, sed Diocletianus fuerit promulgator, vel quivis alius persecutor Ecclesiæ: secus vero, si quid minimum adversus sacras leges ac bonos mores ab eis præsumptum sit, omnibus jure reclamantibus atque dicentibus. *Oportet magis obedire Deo, quam hominibus.* Sed his præmissis, videamus ab ipso Justiniano præscriptas in primis leges tam personis, quam rebus Ecclesiasticis, diversis ejus Imperii temporibus promulgatas, a nobis vero singulis annis, cum exigit institutum, suis locis pro temporis ratione reddendas.

Ecclesia non respuit leges rectas ab impiis latas.

IX. Hoc igitur anno, cum secundum gereret Consulatum, decimo Kalendas Martii, idem Justinianus Imperator ad coercendam ambitiosorum Episcoporum levitatem, quamlibet occasionem captantium, ut ad Comitatum venirent, magno præjudicio Ecclesiasticorum bonorum, quæ in his impendi necesse erat; ad Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum ejusmodi edidit sanctionem (*b*).

(*b*) *l.43.C. de Episc.& cler.*

Lex Imp. ne Episc. ad curiam veniant.

Omnem semper adhibentes providentiam circa sanctissimas Ecclesias, per quas & nostrum Imperium sustineri, & communes res clementissimi Dei gratia muniri, credidimus: necnon & nostras & cæterorum omnium animas studentes salvari: & eam ob rem soliciti assidue ne commoda sanctissimarum Ecclesiarum, in quacumque civitate sunt constitutæ, aliqua ratione minuantur, & quæ in ipsis sunt Divinæ liturgiæ ex Deo amantissimorum sacerdotum absentia impediantur, aut non convenienter curentur; ac ne etiam sanctissimarum Ecclesiarum consumentur res tam propter itinerum, quam etiam commeantium huc sacerdotum & comitantium clericorum impensas, unde sæpe & sub sæ-

PAGIUS nem judicii præscribit, quem sequi oporteat, si quæ incidant contentiones de persona electi, de vitio electionis, de simoniæ crimine, & cæteris hujusmodi: quod etiam illi solemne est in multis aliis articulis, ut modum rei gerendæ, vel ordinem judiciorum constituat. Quod autem attinet ad res Ecclesiasticas, de earum conservatione sollicitum se ubique præstat. Oeconomum juxta Canones Chalcedonenses constitui jubet, administrationisque modum, reddituum augendorum, & rationum reddendarum, illi præscribit; numerum Clericorum Ecclesiæ Constantinopolitanæ coercet, ne redditus exhauriantur; multaque de emphyteusibus, & impedienda bonorum alienatione constituit. Hæc omnia, quæ res ipsas respiciunt non in consequentiam Canonum, sed jure suo se decernere profitetur. Plurima etiam Princeps ille statuit, quæ diriment Christianorum matrimonia; quia pars illa juris tunc erat penes Principes sine ulla controversia, ut docet Bellarminus.

VII. Quæ cum ita sint, mirandum non est, si Constitutiones illæ summo applausu a Patriarchis exceptæ fuerint, ad quos mittebantur, ut eas in Ecclesiis publice proponerent, & earum usum in Metropolitis exigerent. Imo & post obitum *Justiniani* earum usus in Ecclesiasticis judiciis obtinuit, quia nempe quæ generaliter a Canonibus erant decreta, modo rei gerendæ & judiciorum ordine præscripto his Constitutionibus erant sigillatim comprehensa, ut magnum inde emolumentum perciperet Ecclesiastica jurisdictio, quo facilius in causis dirimendis se expediret. Quare in Epistola Synodica Papæ *Agathonis*, & Synodi Romanæ summis laudibus celebratur *Justinianus*; quod quemadmodum virtute sua, ita quoque & pietate in meliorem ordinem cuncta restituit. Unde inter faustas acclamationes, quibus sexta Synodus *Constantinum Pogonatum* ob vindicatam religionem prosequebatur, nempe, *Novo Magno Constantino multos annos, Novo Theodosio, Novo Marciano*, hæc quoque additur, *Novo Justiniano Imperatori multos annos.*

Legum Justiniani usus in judiciis Ecclesiasticis obtinuit.

Jo-

fœnore accipiendi neceſſitas emergit, & ex ea re onus ad ipſas ſanctiſſimas Eccleſias venit: ſimul etiam ne Eccleſiaſticarum rerum non convenienter procedat adminiſtratio per abſentiæ Deo amantiſſimorum Epiſcoporum tempus; bis ad tuam beatitudinem apicibus uti oportere exiſtimavimus.

X. *Per quos ipſi jubemus fieri omnibus manifeſtum per ſingulas metropoles uniuſcujuſque provinciæ ſibi ſubiectis ſanctiſſimis ſacerdotibus: quoniam non decet aliquem ipſorum, vel qui in aliis provinciarum civitatibus ſub Metropolitano ordinati ſunt Epiſcoporum, ſecundum propriam voluntatem abſque divina noſtra ſpeciali juſſione relinquere quidem gubernatam a ſe ſanctiſſimam Eccleſiam, in hanc vero felicem commeare civitatem, qualiſcumque emergat res; ſed mittere huc oportere unum aut duos ex ſibi ſubiecto pio clero, & facere manifeſta noſtræ pietati ea, quibus opus habent, aut per ſe ipſos, aut per intermediam tuam beatitudinem: ſicque perfrui juſta & compendiaria noſtra ope. Si enim quippiam eorum quæ ad nos relata ſunt, tale nobis viſum fuerit, ut indigeat ipſorum Deo amantiſſimorum ſacerdotum præſentia; confeſtim tum proficiſci jubebimus ipſos abſque vero tali divina juſſione neminem proficiſci concedimus.*

XI. *Sciente horum tranſgreſſore, & recte & pie a nobis introductam pro ſanctiſſimarum honore Eccleſiarum obſervantiam prætereunte, quod non parvam indignationem experietur: ſed & ſub excommunicatione fiet, ſi quidem Metropolites ſit, a tua beatitudine; ſi vero civitatis ſit Epiſcopus qui Metropolitæ ſubjectus ſit, ab ipſo Metropolita.* Hic obſerva, lector, cum contigerit audire in aliis ejuſdem Principis ſanctionibus, inferri in delinquentes excommunicationis ſententiam, non id eſſe temerarie ab ipſo præſumptum Imperatore; ſed per eos (ut hic vides expreſſum) ad quos pertinet, exercendum fuiſſe: quod & de aliis ab eo irrogatis cenſuris noveris eſſe intelligendum. Sed pergit: *Pecuniarum namque pœnam definire contra contemnentes divinam noſtram diſpoſitionem non neceſſarium eſſe putavimus, ne inde ad ſanctiſſimas Eccleſias, quod inde evenerit damni redundet, quarum res ab omni diminutione liberas manere cupimus. Hæc igitur ad ſingulorum notitiam ſub ipſa ordinatorum Deo amantiſſimorum Metropolitanorum Epiſcoporum perferre tua ſanctitas ſtudeat; & ab unoquoque miſſas reſponſiones tam per Metropolitas, quam per ipſarum reliquarum provinciæ civitatum Deo amantiſſimos Epiſcopos de his, quæ hac de re didicerint, ad noſtram religionem referre. Data decimo Kalendas Martias C. P. D. N. Juſtiniano A. II. Conſ.*

Decimo vero ab hinc die, nempe ipſis Kalendis Martii, idem Juſtinianus Imperator de ordinatione Epiſcoporum iſta ſancivit, ſcribens, non ad ipſum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ſed ad Atarbium Præf. Prætorio (*a*): XII.

(*a*) *l.42.C. de Epiſ. & cler.*

De Epiſc. electione Sanctio Imp.

Omnem adhibentes providentiam circa ſanctiſſimas Eccleſias in honorem & gloriam ſanctæ & incorruptæ homouſiæ Trinitatis, per quam & nos communem Rempublicam ſalvos fore confidimus: inſiſtentes etiam doctrinis ſanctorum Apoſtolorum de creandis irreprehenſibilibus ſacerdotibus, qui quidem ob id potiſſimum ordinantur, ut ſuis precibus benignitatem humaniſſimi Dei rebus acquirant communibus, præſenti lege ſancimus, ut quoties in qualicumque civitate ſacerdotalem ſedem vacare contigerit, decretum fiat ab his qui eam civitatem incolunt ſuper tribus perſonis rectæ fidei & honeſtæ vitæ, aliorumque bonorum & virtutum teſtimonium habentibus, ut ex ipſis idoneus ad Epiſcopatum promoveatur. Si enim ſancti & glorioſi Apoſtoli ſacerdotium a Domino Chriſto Deo conſecuti, & qui

PAGIUS VIII.

Uſus legum Juſtiniani commendatus a Joanne Scholaſtico & Gregorio M.

Joannes Scholaſticus Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui ſub Juſtiniano floruit, harum Conſtitutionum uſum valde commendat. Etenim Collectioni Canonum, quam *Theodoretus* Epiſcopus Cyri in quinquaginta titulos digeſtam adornarat, Collationem Legum & præcipue Novellarum conſtitutioni Juſtiniani adjunxit, Præfatione ſua teſtatur quid leges Canonibus conferant: *Ad gloriam magni Dei*, inquit, *& Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, quæ nunc collata ſunt cum Sacris Canonibus Sanctorum & Beatorum Apoſtolorum, & qui eorum veſtigia ſecuti ſunt, per unamquamque Synodum Sanctorum Patrum, tranſcripſi e Novellis Conſtitutionibus a Juſtiniano felicis memoriæ poſt Codicem ſparſim editis. Quæ quidem non ſolum ſequuntur Orthodoxorum noſtrorum Patrum Canones, ſed etiam ex Principis Imperio auctoritatem illis largiuntur; una cum adjectionibus quibuſdam legitimis, & Deo gratis, quæ commodis hominum ad exemplum Dei conſulunt.* Hæc ille, qui non ſolum eos titulos Novellarum amplectitur, qui Canonum verba κατὰ πόδας ſequuntur; ſed etiam eos, qui Canonum mentem Juriſdictione ſuppleverunt, ideſt, *adjectionibus quibuſdam legitimis, & Deo gratis*, ut loquitur ille Canonum ſententiam interpretando, quæ videbantur omiſſa addiderunt. Novellarum Eccleſiaſticarum uſus obtinuit etiam in Occidente, ut videre eſt apud Gregorium Magnum, qui lib. 11. Epiſt. 54. profert Novellam Conſtitutionem CXXIII. quæ pene totius Antiqui juris Canonici Synopſim complectitur, ipſumque interpretatur. Quæ omnia de Conſtitutionibus Juſtiniani ſecundum Canones decretis intelligenda; cum eæ, quæ Canones infringunt, ipſo jure nullæ ſint, ut videre eſt apud Baron. an. DXXXV. num. XXXIV.

Porro etſi, ut erat novi juris appetentiſſimus Conditor, multa in Provinciis innovarit, ſingularem tamen curam geſſit, ne in Sacerdotio ali- IX.

qui bonis omnibus terram repleverunt, & ejus doctrinam omnibus impertiti sunt, neque ipsi vitæ suæ, quam in hoc mundo degebant, salutis nostræ causa pepercerunt; quomodo æquum non fuerit, ut qui subingrediuntur eorum ordinem, & instituuntur sanctissimarum Ecclesiarum sacerdotes, purum habeant propositum, & pecunias contemnant, omnemque vitam suam ad clementissimum applicent Deum?

XIII. Qui assumendi in Episcopos. *Convenit igitur hujusmodi eligi & ordinari sacerdotes, quibus nec liberi sint, nec nepotes. Etenim fieri vix potest, ut vacans bujus quotidianæ vitæ curis, quas liberi creant parentibus maximas, omne studium, omnemque cogitationem circa divinam liturgiam & res Ecclesiasticas consumat. Nam cum quidam summa in Deum spe, & ut animæ eorum salvæ fiant ad sanctissimas occurrant Ecclesias, & eis omnes suas facultates afferant & derelinquant, ut in pauperes & egentes & ad alios usus pios consummantur; indecens est Episcopos in suum illas auferre lucrum, aut in propriam sobolem, aut cognatos impendere. Oportet enim Episcopum minime impeditum affectionibus carnalium liberorum, omnium Fidelium spiritualium esse patrem. Has igitur ob causas probibemus habentem natos aut nepotes ordinari Episcopum.*

XIV. Bona Episcoporum cedant Ecclesiis. *De bis vero Episcopis, qui nunc sunt, vel futuri sunt, sancimus, nullo modo habere eos facultatem testandi, vel donandi, vel per aliam quamcumque excogitationem quid de rebus suis, quas postquam facti fuerint Episcopi possederint & acquisierint vel ex testamento, vel donationibus alia quacumque causa, exceptis his quæ ante Episcopatum a parentibus & theis id est, patruis vel avunculis, & a fratribus ad ipsos pervenerunt, perventuræque sunt. Quæcumque enim post ordinationem ex quacumque causa extra præfatas personas ad ipsos pervenerunt, ea jubemus ad sanctissimam Ecclesiam, cujus Episcopatum tenuerint, pertinere, & ab ea vindicari & evinci, nulla alia*

persona potestatem habente ex eo proprium aliquod auferre lucrum. Quis enim dubitaverit eos, qui ipsis res relinquunt, aut reliquerint, & si in aliam personam transferunt aut transtulerunt, non potius ipsum sacerdotium contemplantes quam ejus personam, & cogitantes quia non solum ab ipsis relicta pie insument, sed suas ipsorum res adiicient, id fecisse?

Ab hac autem generali nostra lege excipimus ea sola quæcumque & qualiacumque in hunc usque diem fuerint Epiphanii Archiepiscopi felicis hujus civitatis & sanctissimi Patriarchæ. Nam super his quæ ab hoc tempore ei acquirentur, ea, quæ a nobis constituta sunt, obtinere, & ipsa ad sanctissimam majorem Ecclesiam pertinere jubemus. Post mortem vero Deo sanctissimorum Episcoporum, jubemus ut pro tempore illarum Ecclesiarum Oeconomi rationes reddant earum quæ ab illis relictæ sunt rerum: idque sanctissimis Ecclesiis proficere, quod ex hac nostra lege eis debetur. Et ipsos quidem Oeconomos cum judicio & diligenti discussione creari præcipimus: scientibus ipsis, quod singulis annis rationem referent sanctissimo Episcopo suæ administrationis: & quacumque in re viderint res Ecclesiasticas minuisse vel læsisse vel proprium quæstum quæsisse, hoc Ecclesiasticis rebus restituent. Itaque si quidem superstites istiusmodi rationes subierint, fiant quæ supra dicta sunt: si vero non redditis rationibus defuncti fuerint; tunc ipsorum hæredes subiiciantur tali discussioni, & conveniantur pro restitutione omnium, quæ ex ea causa debere illos constiterit. XV. Oeconomi reddere debeant rationem.

Necessarium quoque esse credimus etiam super his aliquid definire, qui curam susceperunt, suscepturive sunt venerabilium xenonum, & nosocomiorum, & ptochiorum, & orphanotrophiorum: & brephotrophiorum: nam, & ipsis omnem licentiam auferimus de acquisitis rebus post susceptas hujusmodi curationes vel per testamentum vel aliquem alium modum vel machinationem quicquam in alias transferen- XVI. De his qui curant Hospitalia.

PAGIUS *Justinianus in Provinciarum conjunctione nihil immutavit quo ad Sacerdotia.* aliquid mutaretur. Utrumque Pontum in unam Provinciam redegit, ea lege ut *Amasea* & *Neocæsarea* Urbibus Metropolis nomen non detraheretur. *Nihil enim*, inquit Novella XXVIII. *circa Sacerdotium illarum innovamus*. Idem jus in *Paphlagonia* constituit, ita ut etsi illius Edicto gens Paphlagonum in unam Provinciam coaluerit, nihil a veteri forma, quo ad Sacerdotium & duorum Metropolitanorum Dignitates, decederet. *Paphlagonia* testamento *Philomenis* Regis in Romanam Rempublicam transcripta est, & in Provinciæ formulam redacta, ut prodit Sextus Rufus. In Oppido Gangrarum Rex illius gentis *Dejotarus* Regiam Urbem constituerat, ut docet Strabo. Inde *Gangrensi* Urbi conciliata est Metropoleos totius gentis Dignitas, quam in dispositione Ecclesiastica constanter etiam retinuit. Accidit tamen huic Provinciæ ut temporibus *Honorii* Imp. aliquot Urbibus minueretur; quæ cum tribus Oppidis a Bithynia rescisis in Provinciæ specialis nomen concesserunt, cui *Honoriadis* nomen impositum. Huic novæ Provinciæ sua Metropolis non defuit, nempe *Claudiopolis* una ex Urbibus Bithyniæ, quæ statim eadem Dignitate in Ecclesia aucta est, ut videre est Novella XXIX. Unde *Claudiopolis* recensetur inter Civitates Metropolitanas in subscriptionibus Concilii Chalcedonensis, æque ac Civitas *Gangrarum*. Ex *Honoriade* & reliqua *Paphlagonia* unum Provinciæ corpus Justinianus fecit, ea lege ut de dignitate Ecclesiastica utriusque Metropoleos nihil deperiret. Ante conjunctionem istam videtur imminuta semel Paphlagonia, adjuncta fuisse Galatiæ. Unde vetus Auctor in Descriptione Provinciarum MS. adjuncta Ptolomæo scripsit ἐν τῇ Γαλατίᾳ Παφλαγονία. Quod

ferendi personas, exceptis quæ prius habuerant; vel postea a parentibus vel theiis vel fratribus ad ipsos pervenerunt. Omnia enim quæcumque ad sancta pertinent loca, vel quæ ad ipsorum præpositos post susceptam hujusmodi curam pervenerunt, vel perventura sunt, ad ipsa venerabilia pertinebunt loca: eaque pie in eos distribui & erogari volumus, qui in illis locis sunt, vel curantur. Manifestum est enim quod quisquis derelinquit vel donaverit, sive in scriptis, sive sine scriptis, Xenodocho, vel Nosocomo, vel Trocbotropho, vel Orphanotropho idcirco dat, ut pie per ipsum dispensetur: ut qui multam de eorum pietate præsumptionem & occasionem habeat, qui his locis præfecti sunt. Neque enim justum est ipsum ea quæ sub prætextu eorum, qui sub ejus cura sunt, accipit, non in ipsos, vel pro ipsis impendere; sed in propriam personam auferre & proprio lucro applicare, timore Dei contempto. Quis enim tali curæ præpositum non existimet idcirco eam suscepisse, ut non solum quæ extrinsecus ad eum pervenient, sed omnia quæ habere eum contigerit, in eam rem impendat?

XVII. Redditus emantur ex iis qui supersunt redditibus.

Amplius id quoque jubemus, ut quæcumque post necessariam erogationem in eos qui eorum curæ commissi sunt, & debitam curationem rerum & ædificiorum superesse contigerit, ut ad redditum comparationem proficiant. Undique enim noster scopus & nostra intentio est, ad amplificationem & augmentum adducere res ad pios usus segregatas: sic enim quisquis pro sua anima quicquam facere volet, promptus erogabit, si crediderit ea quæ ab ipso data fuerint, pie administranda esse. Si autem contigerit aliquem ab administratione sua cessare, quam acceperat: sancimus, eum qui in ejus locum constitutus est, cum timore Domini rationum redditioni subiici gestæ sub eo administrationis, sicut divina nostra lege continetur: sciente & eo qui post ipsum constitutus est, quia Domino Deo pro his rationem reddet.

XVIII. Simonia in omnibus vitanda.

Præterea sancimus (quemadmodum & divinis canonibus definitum est) ne quis Episcopus aut Corepiscopus, aut Visitator, sive Circuitor, aut presbyter, aut alius cujuscumque dignitatis clericus per largitionem ordinetur: sed nec Oeconomus, nec Ecclesiasticus, nec Xenodochus, nec Nosocomus, nec Ptochotrophus, nec Orphanotrophus, nec quisquis Ptochio præficiendus est, per talem fiat largitionem, sed per judicium & probationem eorum, qui in illis locis sunt, Deo amantissimorum Episcoporum. Si vero quis inventus fuerit, occasione prædictarum ordinationum & administrationum aliquid dedisse, vel accepisse, sive Episcopus sit, sive clericus; & eum qui præbuit, & eum qui accepit, extra sacerdotium & clerum fieri jubemus: ut post hæc Domini Dei subjaceant condemnationi. Si autem quis propter præfecturam dedisse quid compertus fuerit; eum qui ita Præfectus factus fuerit extra clerum esse jubemus. Si vero Oeconomus, vel Ecclesiasticus, sive Defensor, vel Corepiscopus, vel Orphanotrophus, vel Ptochio præpositus comperietur præbuisse quid, ut sibi cura illa committeretur; & hunc removeri ab hujusmodi cura jubemus.

XIX. Clerici per se divina munia impleant.

Præterea sancimus, ut omnes clerici, per omnes Ecclesias constituti per se ipsos psallant nocturna & matutina & vespertina, ne ex sola Ecclesiasticarum rerum consumptione clerici appareant, nomen quidem habentes clericorum, rem autem non implentes clerici circa liturgiam Domini Dei: turpe enim est pro ipsis scriptos, necessitate ipsis inducta, psallere. Si enim multi laicorum, ut suæ animæ consulant, ad sanctissimas Ecclesias confluentes, studiosi circa psalmodiam ostenduntur; quomodo indecens non fuerit, clericos ad id ordinatos non implere suum munus? Quapropter clericos omnino psallere jubemus, & ipsos inquiri a Deo amantissimis pro tempore Episcopis & duobus presbyteris in singulis Ecclesiis, & ab eo qui vocatur Archos, vel Exarchos, & ab Ecdico, sive Defensore cujusque sanctissimæ Ecclesiæ; & eos qui inventi non fuerint inculpate in liturgiis perseverantes, extra clerum constitui. Nam qui constituerunt vel fundarunt sanctissimas Ecclesias pro sua salute & communis Reipublicæ, reliquerunt illis substantias, & ut per eas debeant sacræ liturgiæ fieri, ut in illis a ministrantibus piis clericis Deus colatur. Licentiam autem concedimus omni personæ, quæ quid horum prætermissum esse cognoverit, ea denunciare & publicare. Ea vero quæ a nobis sancita sunt, fini tradi, & ad effectum perduci cum Dei

PAGIUS

Quod Gangrensibus Clericis occasionem præbuit trium Episcoporum suorum ordinationem ab Episcopis *Ancyræ* Metropolitanis Galatiæ petere, ut legere est Actione XV. Conc. Chalced.

X. *Neque etiam in Provinciarum Sectionibus.*

Quam religionem in Provinciarum conjunctionibus adhibuit *Justinianus*, ut nihil immutaret in Sacerdotiis, eadem usus est in Provinciarum Sectionibus. *Armenia* distributa fuerat in primam, & secundam & suis Metropolitanis parebat. Sed Justiniano, qui devictis Barbaris Imperii fines protulit, visum est integram Armeniam in quatuor Provincias partiri, ut totidem Magistratibus regenda committeretur: *Quæ vero*, inquit, *ad Sacerdotia spectant, ea, ut sæpe diximus, volumus in pristina manere forma, negotio ipso neque circa jus Metropolicum, neque circa ordinationes, vel mutationem, vel novationem suscipiente*, ut habetur Novella XXXI. de Descriptione quatuor Præsidum Armeniæ cap. 2. Quæ omnia Marcæ citato observata.

Ad

Dei benignitate jubemus. Eos vero qui in suspicionem venerint aliquid horum ausu temerario prætermisisse: primum quidem ex Domini Dei judicio periculum, ac deinde positas in hac lege pœnas sustinere. Dat. Kalend. Martii, C. P. D. N. Justiniano PP. A. II. Cons. Hactenus constitutio.

XX. Compositis jam iis quæ ad personas resque Ecclesiasticas, piumque cultum rerum sacrarum pertinere videbatur: nefando crimini, sancita nova lege, occurrendum putavit, cum hoc item anno ad Hermogenem Magistrum Officiorum adversus virginum raptores ista rescripsit (*a*):

(*a*) *l. 1. C. de rapt. virg.*

Adversus raptores Lex Imp.

Raptores virginum honestarum, vel ingenuarum, sive jam desponsatæ fuerint, sive non, vel quarumlibet viduarum feminarum, licet libertinæ vel servæ inventæ sint, pessima criminum peccantes, capitis supplicio plectendos decernimus, & maxime si Deo fuerint virgines vel viduæ dedicatæ, quod non solum ad injuriam hominum, sed etiam ad ipsius omnipotentis Dei irreverentiam committitur: maxime cum virginitas vel castitas incorrupta restitui non possit. Et merito mortis damnantur supplicio, cum nec ab homicidii crimine hujusmodi raptores sint vacui. Ne igitur sine vindicta talis crescat insania: sancimus per hanc generalem constitutionem, ut hi qui hujusmodi crimen commiserint, & qui eis auxilium invasionis tempore præbuerit, ubi inventi fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagranti crimine comprehensi, & a parentibus virginum, vel ingenuarum, vel viduarum, vel quarumlibet feminarum, &c. Extendit enim leges ad nuptas & sponsas, pœnasque dilatat, plectens etiam amissione bonorum: sed & hujusmodi delinquentes jubet incendio concremari; raptamque raptori nubere vetuit. Data autem ipsa lex ponitur decimoquinto Kal. Decembris, sub ipsius Justiniani Consulatu secundo, ad quem spectant etiam duæ aliæ ejusdem Imperatoris Novellæ, nempe centesima quadragesimatertia, & centesima quinquagesima, quas tu consulas.

Hoc eodem anno, qui tertius numeratur a priori terræmotu Antiocheno, de quo suo loco dictum est, rursus gravioribus impulsibus eadem civitas agitata dire admodum concuti cæpit: sed Dei ope subventum, ne funditus periret. Hic quidem terræmotus cum diversis ab aliis ponatur annis; nos secuti Evagrium, qui duos annos & sex menses numerat a priori terræmotu, hoc ipso anno, qui tertius est ab eo, de ipso agimus. Sunt enim hæc Evagrii verba (*b*): *Civitas illa rursus biennio & sex menses post terræmotibus concussa est. Quo quidem tempore tum Theopolis pro Antiochia nuncupata fuit, tum aliis rebus Imperatoris providentia locupletata.* Hæc Evagrius. Sed quomodo id acciderit, ex aliis petendum auctoribus. XXI.

Posterior terræmotus Antiochenus.

(*b*) *Evag. l. 4. c. 6.*

Theopolis Antiochia dicta.

Cum igitur eo modo civitas concuteretur, recenti memoria præteritorum malorum cives penitus consternati, ad unicum illud, quod tantum sibi superesse sentiunt, divinum confugiunt patrocinium. Quid autem eisdem, necessitas pietatis magistra suaserit, audi Nicephorum, cum de his breviter agens, hæc ait (*c*): *Unusquisque civium Christi nomen pro foribus inscribens, eo modo terræmotum dispulit; cum Deus religioso cuidam homini oraculo hæc verba foribus inscribere præcepisset;* CHRISTUS NOBISCUM: STATE. Eadem Cedrenus & Miscellæ auctor anno secundo Justiniani Imperatoris: quorum omnium sententia illud affirmatur, tunc novum esse inditum nomen Antiochenæ civitati, ut Theopolis diceretur: ita enim in constitutionibus Justiniani Imperatoris ab hoc tempore promulgatis Antiochiam Teopolim dictam reperies. Observatione quidem dignum est (quod & superius considerandum proposuisse meminimus) civitatem nobilissimam, omniumque Orientalium urbium florentissimam, in suo semper decore atque splendore perseverasse, usque ad tempus illud quo ex ea progressa est Nestoriana blasphemia, & ea labe tum Episcopi, tum cives aspersi fuere, scelestissimi hominis erroris ejus auctoris Nestorii patrocinium suscipientes: Ex eo, in quam XXII.

(*c*) *Nicep. l. 17. c. 3.*

PAGIUS XI.

Secundus terræ motus Antiochenus.

Ad num. XXI. & seq. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXXI. Kalendis Septembris hujus Christi anni inchoato scribit: *Mensis Novembris nono supra vigesimum horæ diei tertia, feria quarta, Indictione septima, biennio post superiorem cladem Antiochia magna Civitas plagæ cœlitus illatæ damnum iterum passa est. Ingens quippe terræ motus per horam continuam duravit atque horrendus omnino mugitus e cælo auditus, & cuncta prorsus ædificia ad terram usque prostrata, Urbis quoque mœnia diruta, quæque substiterant in priori terræ motu veteres constructiones, eæ nunc omnes funditus versæ, &c. Ea vero clade hominum quatuor millia & septuaginta supra octingentos periere: qui periculo servati in alias Civitates migravere, vel in montibus sub tuguriis habitavere. Hæc asperrima & frigidissima hyems sequuta est. & processiones cum precibus agebant, qui remanserant Civitatis incolæ, &c. Porro Imperator & Augusta magnas iterum pecunias in Antiochenæ Civitatis instaurationem insumserunt, & mutato nomine Theopolim nuncupatam voluerunt.* Evagrius lib. 4. cap. 6. ait, Antiochiam denuo terræ motu quassatam *elapsis triginta mensibus*, a priori scilicet terræ motu, de quo supra loquuti sumus, qui ideo contigit mense Majo anni DXXVI. non vero anni DXXV. ut credidit Baronius. Nam

quam, tempore, secundum illud lugubre Hieremiæ Prophetæ (*a*): *Egressus est a filia Sion omnis decor ejus:* immensis est attrita cladibus, & suis sepulta ruinis.

(a) Thren. 1.

XXIII. At neque hic quidem finis malorum ejus, quæ (ut suo loco dicetur) gravioribus adhuc est afflictata molestiis. Etenim sub eodem Imperatore Justiniano, sub quo omnia ubique in tutum collocata videri poterant, cum & longe positas a fortissimis possessas barbaris provincias Romano recuperasset Imperio, ipsa civivitas ab irruente Cosrhoe Persarum Rege capta est, & incendio tradita. Ut plane cognitum sit, haud fuisse satis mutasse nomen, & ex Antiochia Theopolim appellari, nisi & morum esset subsecuta correctio. Ad majorem hæc Deum provocant iram, si sub sancto nomine iniquitas nutriatur. Hinc Dominus per Exechielem ad Angelos percutientes (*b*): *A sanctuario meo incipite.* Et Paulus Apostolus (*c*): *Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum Judæo primum & Græco.* Quod si (ut idem subdit) non est acceptatio personarum apud Deum, nec nominis esse potest, nec loci aliqua ratio, secundum illud quod occinendum proposuit Isaias: (*d*) *In terra sanctorum iniqua gessit: & non videbit gloriam Domini.* Et quod Hieremias amare flevit (*e*): *Projecit Deus de cælo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.* Ista plane Antiochiæ possunt congruere civitati, ubi primum auditum est nomen Christianum, & sedit princeps Apostolorum Petrus, atque sanctissimi Episcopi floruere. Sed jam ad anni sequentis res gestas enarrandas progrediamur.

(b) Ezec. 9.
(c) Rom. 2.
(d) Isa. 26.
(e) Thren. 2.

Ba-

PAGIUS Nam secundus terræ motus a currenti anno minime removeri potest, ut ostendunt Indict. VII. cum mense Novembri, & feria IV. cum die XIX. Novemb. copulatæ.

XII. *Felix PP. prohibet laicos ordinari Sacerdotes.* Hoc anno *Felix* Papa literas dedit ad Sanctum *Cæsarium* Arelatensem Episcopum de non ordinando quemquam ex laicis. Sed cum hæc Epistola in præcedentibus Conciliorum editionibus dicatur; *Dat. III. Non. Febr. P. C. M. Sev. Boetii V. C.* Baronius an. CDLXXXVIII. num. VII. *Boetii* Consulatu notato eam recitavit. Verum Sirmondus veram hujus subscriptionis lectionem ex MS. Arelatensi restituit, in eo enim legitur: *Data III. Nonas Februarias, post Consulatum Mabortii* anno præcedenti Consulis. Ea itaque Epistola non a *Felice III.* quo sedente *Cæsarius* tantum Monachus erat, sed a *Felice* IV. scripta.

JESU CHRISTI ANNUS 529.	FELICIS PAP. ANNUS 4.	JUSTINIANI IMP. 3. ATHALARICI REG. 4.

I. Basilii Junioris Consulatu absque collega præsens annus Domini quingentesimus undetrigesimus adnotatur ☞ in Fastis Panvini pro arbitrio mutantis, vel addentis nomina Consulum. Cæterum Cassiodorus Decium tantum habet, Occidentalem Consulem ponens; & Marcellinus Orientalem, Justinianum solum habet. Sane quidem hunc illum esse Consulatum Decii junioris, quem habent Acta Conciliorum Arausicani, Epaunensis, & Carpentoratensis, plura sunt quæ demonstrent: quorum ignorantia factum est, ut Conciliorum Collector male retulerit ea Concilia ad tempora Leonis Romani Pontificis; sicut & Panvinus, & alii, qui ante annos ferme centum, nempe quadringentesimo quadragesimo tertio Christi anno eadem Concilia posuere. Nec nos errorem vitare potuimus, licet longe postea, nimirum ad quadringentesimum sexagesimum tertium annum eadem Concilia retulerimus: quod hic; licet sero corrigimus. Ut igitur hic in primis collocandum esse dicamus Concilium Arausicanum posterius (ut ante meminimus) admonent tempora Cæsarii Episcopi Arelatensis, qui eidem Concilio præfuisse legitur. Porro eum hoc, & non alio vixisse tempore, atque ei Ecclesiæ præfuisse docent complures ad eum a diversis scriptæ epistolæ, & suis in locis in Annalibus recitatæ: quem & pervenisse usque ad annum Christi quingentesimum quinquagesimum quartum, dicetur inferius. Insuper tempus ipsum Liberii Patricii Præfecti Galliarum, qui huic Concilio subscripsisse reperitur, ut error cognoscatur & corrigatur, admonet. In quo etiam illud in primis advertendum, falso referri, huic interfuisse Concilio quatuor Præfectos Prætorio (ut tex-

Cæsarius Episc. Arelaten. quando vixerit.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6022.

SÆC. VI. Olymp. 327. Anno Eræ Hispan. DLXVII. A.C. 529.

☉ 6. G. ☽ 17. P. 15. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 529.

FELICIS IV. PAPÆ 4.

JUSTINIANI IMP. 3.

ATHALARICI REG. 4.

I. *Consul sine collega.* [1] Decius *Junior* Consul absque collega processit, ut testantur Marcellinus, Auctor Chronici Alexandrini, Marius Aventicensis in Chronicis, & Fasti Heracliani. Dicitur *Decius Junior* in Actis Concilii Vasionensis II. & Concilii Arausicani II. qui ideo erat e familia Decii anno CDLXXXVI. Consulis Occidentalis. *Decium* Juniorem filium fuisse *Venantii*, & fratrem *Paulini* anno DXXXIV. Consulis, ostendimus anno DVII. quo *Venantius* Consulatum gessit. Baronius Consules proponit *Justinianum* Orientalem & *Decium* Occidentalem, illum ex Marcellino, istum ex Cassiodoro, & arguit Onuphrium, qui *Basilium* sine collega Consulem in Occidentem profitetur. Verum recte quidem Baronius Onuphrium arguit, sed Marcellinus hoc anno *Justinianum* non proponit, neque Cassiodorus Chronicon suum usque ad hunc annum perduxit, & Codex Marcellini, quo usus est Baronius, mendosus erat. Ad hæc Baronius anno DLXXXV. num. XV. recitat Epitaphium cujusdam Andreæ Episcopi, in quo legitur; *Requievit in Pace XIIII. Kal. Nov. Cons. Deci. Jun.* atque positum esse anno DXXXIV. quo Paulinus Decius Fastis nomen dedit. At licet Paulinus Decii hoc anno Consulis frater fuerit, & *Paulinus Junior* dicatur, in nullis tamen Fastis aut Monumentis publicis *Decius Junior* nuncupatur; contra vero *Decius*, qui hoc anno Consulatum iniit, in Actis Concilii Vasionensis II. & Concilii Arausicani II. quæ ad hunc pertinere certum est, *Junior* appellatur. Quare minime dubitandum, quin Epitaphium illud præsenti anno conditum fuerit, & quin *Decii Junioris* nomine hujus anni Consul intelligatur.

II. Ad num. I. Baronius, qui in prima Annalium Ec-

NOTÆ [1] Coss. *Decius Junior* sine collega.

Donianæ Inscriptiones cl. XX. num. 76. pag. 540. ex veteri lapide ad D. Agnetis via Nomentana.

.. ASCASIVS. ORTOLANVS
ID. IVLIAS. DECI. V.C. COS.

Caietæ in Cathedrali, apud Muratorium pag. CDXXI. 1.

REQVIEVIT IN PACE
XIIII. KAL. NOV.
CONS. DECI. IVN.

Victor: *Decio* V. C. *Cos.* Marcellinus: *Decio solo cos.* Hunc esse perhibent, *Cæcinam Basilium Decium*, de quo Gruteriana inscriptio pag. CLII. 8.

Epitome temporum & Indiculus Paschæ: *Decio juniore*, anno a passione Domini DII. GEORGIUS

textus depravatus habet) sed ut Codex Vaticanus habet, quatuor sunt illa nomina personæ unius, nempe Petrus Marcellinus Felix Liberius, sicut Lucius Aurelius Avianus Symmachus, & alia plura id genus: nam, & ex ipsius Synodi exordio, non quatuor qui interfuerint ibi Præfecti, sed unus dumtaxat Liberius Patricius nominatur: quod & illud evidentius reddit, quod hoc ipso tempore Athalarici Regis non quatuor Præfectos Prætorio Præfecturam Galliæ administrasse, sed unum hunc Liberium, patet ex ejusdem Regis epistola ad eumdem Liberium data (*a*). Porro hic idem esse Liberius invenitur, cui Theodericus Rex Athalarici prædecessor ejusdem Galliarum Præfecturæ fasces antea crediderat, qui omnium laudatissimus haberetur, commendatus & ex eo potissimum, quod Italos Gothis consociarit, tertia agrorum parte illis concessa, de quibus extat ejusdem Theodorici Regis epistola (*b*) ad Senatum de Venantio ejusdem Liberii filio. Unum igitur, eumdemque fuisse Liberium, de quo Theodoricus scribit, & ad quem Athalaricus epistolam dedit, docet ejusdem Liberii sepulcralis inscriptio, quæ Arimini posita, cunctis olim perspicua recitata habetur a Petro Pithæo in sua collectione antiquorum Poetarum his versibus, quibus significatur, ipsum longam vixisse ætatem, iterumque Gallicanam Præfecturam administrasse.

De Liberio Præfect. Galliarum.

(*a*) *Cassiod. l. 8. ep. 6.*

(*b*) *Idem l. 2. ep. 15.*

Humano generi legem natura creatrix
Hanc dedit, ut tumuli membra sepulta tegant.
LIBERII soboles, matri, patrique superstes
Triste ministerium mente dedere pia.
Hic sunt membra quidem, sed famam non tenet urna;
Nam durat titulis nescia fama mori.
Rexit Romuleos fasces currentibus annis,
Successu parili Gallica jura tenens.
Hos non imbelli pretio mercatus honores,
Sed pretio majus detulit alma fides.
Ausoniis populis Gentiles rite cohortes
Disposuit, sanxit fœdera, jura dedit.
Cunctis mente pater toto venerabilis ævo
** Ter denis lustris proximus occubuit.*
O *quantum bene gesta valent! Cum membra recedunt*
Nescit fama mori: lucida vita manet.

* Ter senis quæ lectio verior habetur.

Extant ad eundem quoque Liberium Ennodii epistolæ (*c*), ex quibus hoc tempore vixisse non ambigas.

(*c*) *Ennod. ep. 274. & 284.*

At quod ad ipsum Arausicanum Concilium spectat, ejus celebrandi auctor fuisse videtur Felix Romanus Pontifex, qui his temporibus Romanæ præsidebat Ecclesiæ, permotus ipse ex scriptis ejusdem sancti Cæsarii Episcopi Arelatensis, quæ his diebus miserat ad eumdem Felicem Papam, de quibus Gennadius verbis istis (*d*): *De gratia quoque & libero arbitrio edidit testimonia divinarum Scripturarum & sanctorum Patrum judiciis munita, ubi docet, nihil hominem de proprio aliquid agere boni posse, nisi eum divina gratia prævenerit. Quod opus etiam Papa Felix per suam epistolam roboravit, & in latius promulgavit.* Hæc Gennadius. Scholiastes autem hallucinatus secutus Trithemium errat vehementer, putans, Cæsarium vixisse circa annum Domini sexcentesimum septuagesimum. Cum autem Gennadius ait: *Quod opus etiam Papa Felix per suam epistolam roboravit, & in latius promulgavit:* Alludere plane videtur ad capita illa, quæ a Romano Pontifice esse in Gallias missa ad Episcopos, testantur Patres ipso exordio Actorum ejusdem Concilii Arausicani, his verbis: *Secundum auctoritatem & admonitionem Sedis Apostolicæ, justum, & rationabile visum est, ut pauca capitula ab Apostolica nobis Sede transmissa, &c.* Hæc autem cum adeo evidentia pateant: unde manavit occasio, ut ad Leonis Papæ tem-

Concilii Arausicani celebrandi auctor Felix Papa.

(*d*) *Gennad. cap. 86.*

PAGIUS

Concilia Carpentoractense & Vasionense II.

Ecclesiast. editione Concilium II. *Vasionense*, quod perperam *tertium* vocat, Arausicanum II. & *Carpentoractense*, Sancti *Cæsarii* Episcopi Arelatensis tempore celebrata, anno CCCCLXIII. collocarat, ea in præsentem annum postea contulit, quod iidem ferme, qui Arausicano II. subscripti reperiuntur Episcopi, Carpentoracensi & Vasensi interfuerint, illisque *Cæsarius* Arelatensis præfuerit, qui anno CCCCLXIII. nondum natus erat. Verum Sirmondus Concilium *Carpentoractense* ex Codice MS. Ecclesiæ Lugdunensis publicavit, cui subscriptus legitur *Cæsarius Episcopus sub die VIII. Idus Novembris Mavortio V. C. Consule*. Quare Synodus illa ad annum DXXVII. Mavortii Consulatu notatum, referendum. Concilium vero *Vasense* II. hoc anno congregatum: cum *Cæsarius* Arelatensis Episcopus illi his verbis subscribat: *Notavi sub die Nonas Novemb. Decio Juniore V. C. Consule*. In Concilio Carpentoracensi nulli conditi sunt Canones, & in Vasensi tantum quinque. Ex hujus Præfatione discimus, in Conciliis Provincialibus ante omnia discussam olim fuisse Episcoporum vitam, an contra Canones peccassent, quæsitum, & auditas, si quæ proferrentur, contra ipsos querimonias.

III. *Concilium Arausicanum II.*

Concilium *Arausicanum* II. coactum occasione Basilicæ a *Liberio* Patricio constructæ, hicque vocabatur *Petrus Marcellinus Felix Liberius*, quæ quatuor nomina male in vulgatis editionibus divellebantur, & tam Arausicanum, quam duo præcedentia Concilia in Ditione Athalarici Italiæ & partis Galliæ Regis habita sunt. Arausicano his verbis subscripsit Sanctus Cæsarius Episcopus Arelatensis: *Notavi sub die V. Nonas Julias, Decio Juniore V. C. Consule*. Divi Leonis Papæ tempore Semipelagianorum placita damnata non fuerant propter multos doctrina & pietate præstantes Viros, qui spatio interjecto illis favere in Gallia visi sunt. Verum in hac tan-

tempora idem Arausicanum Concilium a Collectore relatum fuerit, & ab aliis creditum? In primis (quod dictum est) id inde provenit, quod iisdem Cæsarii tempora haud adeo explorata fuere, quem ex Ennodii ad eum datis epistolis, ex Cypriano hujus temporis auctore, qui res ab eo gestas ad Cæsariam Cæsarii sororem scripsit, & ex aliis, quæ, cum de Cæsario actum est, dicta sunt; his vixisse temporibus exploratissimum redditur: atque ex ipso denique Gennadio, qui ad hæc Felicis Papæ tempora Cæsarium vixisse docet, quod & afferta superius certitudo de tempore Liberii Præfecturæ confirmat. Quod insuper eidem Concilio Arausicano sicut & cæteris superius nominatis subscriptus reperitur Prosper (licet cujus Ecclesiæ Episcopus fuerit, non scribatur) cum creditus sit hic idem Prosper cum illo, qui sancti Leonis Papæ scitur vixisse temporibus; error exortus est, ut pariter existimatum fuerit, idem Concilium Arausicanum celebratum esse tempore sancti Leonis Papæ; sed longe hic ab illo diversus. Sed & quod Eucherius Lugdunensis Episcopus eidem Concilio subscriptus habetur, sicut & priori Arausicano, ad superiora tempora idem revocandum putarunt; sed consulendus fuerat Cyprianus, qui alium ponit Eucherium juniorem Lugdunensem Episcopum, qui eumdem Cæsarium plurimum coluit: ut plane ex his adeo notis duo sint Eucherii, senior, de quo superius, atque junior, de quo modo agitur statuendi. Nec nova ista est assertio, siquidem, & Honorius (*a*) Augustodunensis inter scriptores Ecclesiasticos duos pariter Eucherios numerat Lugdunenses, alterum scilicet presbyterum, de quo (*b*) Gennadius, qui ponit eum vixisse sub Valentiniano, & Marciano; Episcopum alterum: ex quibus omnibus

Duo Eucherii.

(*a*) *Honor. de illust. scrip. Eccl. c.63.*

(*b*) *Genn. c.63.*

corrigi debent quæ a nobis his contraria dicta sunt anno Christi quadringentesimo quadragesimoprimo in priori editione, ubi nonnisi unum Eucherium novimus. Verum ambos fuisse Episcopos cum plura alia, tum Conciliorum Acta significant, præsertim vero Arausicanorum; in quorum priore celebrato anno Redemptoris quadringentesimo quadragesimoprimo, legitur subscriptus Eucherius Episcopus, nempe senior; & in posteriori Arausicano hoc, ut vidimus, anno celebrato, post nonagintaduos minus annos a priore junior Eucherius reperitur eidem esse subscriptus, licet nec hic, nec ibi cujus Ecclesiæ Episcopus fuerit, afferatur. Cæterum priorem Eucherium fuisse Episcopum, ex Claudiani testificatione satis superius est demonstratum, & posteriorem revera Lugdunensem Antistitem nominat Cyprianus, cum elegantem de ipso atque Cæsario hanc historiam narrat (*c*): *Cum aliquando circa Alpes iter ageret, vir venerabilis sanctus Eucherius cum illo erat. Accidit, tum, ut in media via infelix, & morbida mulier eis occurreret, manibus, & pedibus contractis per terram reptans. Quam cum esset intuitus beatus Cæsarius, interrogavit sanctum Eucherium: quid hoc esset quod illa per terram ita se traheret. Eucherius interrogat feminam. Illa respondet, se multis annis membris omnibus fuisse contractam. Beatus Cæsarius dicit sancto Eucherio: Descende & consigna eam. Illo quasi trepidante, & excusante sese, Cæsarius instat, & urget. Tandem Eucherius descendit, & consignat eam, aitque: Feci quod jussisti. Dicit ei Cæsarius: Extensa manu, apprehende manum illius, & erige eam. Ille respondit: Quidquid aliud jusseris, non recusabit Eucherius tuus: istud ut faciam, adduci non potero. Tuum est hoc facere, cui præsti-*

(*c*) *Cypr. in vita Cæs. c.14. apud Sur. d. 27. Aug.*

Infirma Mulier Cæsario curata.

E e e tit

PAGIUS

tandem Synodo, quam Sedis Apostolicæ auctoritas comprobavit, ea penitus explosa & rejecta.

IV. *Contentiones de Gratia & Libero Arbitrio dirimuntur.*

Cæsarius, inquit Emin. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelagianæ cap. 23. ubi gesta in hac Synodo accurate explicavit, animadvertens, *Semipelagianorum* factionem in Galliis potentiorem esse, quam ut suis ac collegarum viribus superari posset, *Felicis* IV. auxilium imploravit, quo hostes de superiori loco percuteret, iisque dejectis Catholica Doctrina in nobilissima Provincia sarta tectaque servaretur. Celeberrimus tunc in Urbe Arausicana Conventus agebatur in Dedicatione Basilicæ a *Liberio* Ex-Præfecto Prætorio extructæ. Erat hic *Cæsario* amicissimus, a quo lethali vulnere sauciatus, sanitati restitutus fuit, ut tradit Messianus lib. 2. de Vita Cæsarii cap. 5. *Arausicam* non modo Sacri Antistites, sed & Nobilissimi quique confluxerant; ideoque *Cæsarius* opportunam occasionem nactus, coacto Episcoporum ac Virorum illustrium Senatu, sententias a Sede Apostolica ad se transmissas protulit; id enim ex Præfatione Synodi colligitur, ubi hæc recitantur: *Pervenit ad nos esse aliquos, qui de Gratia & Libero Arbitrio minus caute, & non secundum fidei Catholicæ Regulam sentire velint. Unde id nobis secundum auctoritatem & admonitionem Sedis Apostolicæ justum & rationabile visum est, ut pauca capitula ab Apostolica Sede nobis transmissa, quæ ab Antiquis Patribus de certis Scripturarum voluminibus, in hac præcipue causa collecta sunt, ad docendos eos, qui aliter, ac oportet, sentiunt, ab omnibus observanda proferre, & manibus nostris subscribere deberemus; quibus lectis, qui huc usque non sicut oportebat de Gratia & Libero Arbitrio credidit, ad ea quæ fidei Catholicæ conveniunt, animum suum inclinare non differat.*

V. Et sane usque ad approbatam a *Bonifacio* II. Synodum istam Arausicanam, dubiam fuisse sententiam de initio fidei, patet ex ejusdem Pontificis Epistola ad Sanctum Cæsarium, in qua cum dixisset, indicatum sibi ab eodem, quosdam in Gallia Episcopos fidem humani tantum Ar-

tit Deus gratiam, & animas & corpora languentium curandi. Cæsarius ait: Tu interim facito quod dico. Illo plane renitente, & cum multa modestia & lacrymis sese excusante, diuque facere detrectante, Cæsarius dicit: Tu ne obedientiæ causa in ignem ingressurus es, qui nec misericordia adduci potes ut facias quod charitas jubet? Mitte in nomine Domini manum tuam, & erige eam. Tunc ille obediens porrigit feminæ manum, & sublevat eam. Illa vero mox integre sanata abiit ad hospitiolum suum. Hactenus de S. Eucherio atque Cæsario Cyprianus.

Sed ad ipsam Synodum Arausicanam, cui Cæsarius præfuit, & Eucherius subscripsit, redeamus. De qua illud in primis considerandum, quomodo dimicaturi sanctissimi atque doctissimi Patres adversus hostes gratiæ Dei, plus satis quam par esset libero arbitrio tribuentes, nullo potentiori modo id facere sibi visum, quam auctoritati sacrosanctæ Apostolicæ Sedis inniti, cui obniti vel minimum illicitum esse scirent. Recitant igitur capita in Gallias ab ipso Romano Pontifice missa, numero vigintiquatuor. Quibus recitatis, ita inter alia Patres ad calcem: *Hoc etiam salubriter profitemur, & credimus, quod in omni opere bono non nos incipimus, & postea per Dei misericordiam adjuvamur; sed ipse nobis, nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem & amorem sui prius inspirat, &c.* Profitentes ea cuncta haud recentem esse Ecclesiæ doctrinam, sed antiquorum Patrum definitionem, eamdemque (ut audisti) Apostolicæ Sedis auctoritate firmatam, quæ (ut suis locis superius est declaratum) S. Augustini se professa est de gratia, & libero arbitrio probare sententiam. Nihil igitur prætereа novitas sibi vendicet, & præsumptio humana præsumat. Quot igitur Arausicani Canones, tot sunt Catholicæ Ecclesiæ stabilitæ sententiæ, a quibus absque prævaricationis piaculo haud liceat fideli recedere. Quod autem iidem ferme qui huic Arausicano subscripti reperiuntur Episcopi, Carpentoratensi, & Vasensi interfuisse reperiuntur; eodem tempore eadem celebrata Concilia intelliguntur. At de Arausicano Concilio hactenus, quod in suum locum restitutum habes. ☞

S. Fulgentii obitus.

Hoc eodem anno, ipsis Kalendis Januarii, summum illud Africanæ Ecclesiæ decus sanctus Fulgentius Ruspensis Episcopus post innumera pro Catholica fide certamina, post iteratas sæpe confessiones, post exilia, aliasque passas ærumnas, post denique plurimorum scriptorum egregiis monumentis tum hæreses profligatas, tum Orthodoxam pietatem & disciplinam Ecclesiasticam custoditam, sartamque tectam relictam; optatum, diu, ante præcognitum præsenti vitæ finem lætus imposuit. Ita quidem colligi ex rebus ab eo gestis, ab ejus discipulo ad ipsius successorem Felicianum scriptis, superiori tomo ostendimus. Viget inscripta in Ecclesiasticis Fastis Consulis nostri, ipsius inquam Fulgentii in æternum permansura memoria, anni principio consecrata, ipsis Kal. Januarii annis singulis in Ecclesia repetenda; ipsa videlicet die, qua felicioribus auspiciis non in Capitolium, sed in cælum perenni gloria trabeatus ascendit, non ut Consul terrenus annum unum aperiens, sed ut cælestis amplissimæ dignitatis sibi referans æternitatem. At quæ apparitura præcesserit, videamus.

II. (a) *Apud Sur. t. 1. die 1. Januar.* Ad futurum transitum Fulgentii præparatio.

Quibus, inquam, præviis pietatis exercitationibus se ad prævisum vitæ exitum præpararit, ab eodem auctore sic accipe (a): *Ante annum ferme quam de isto sæculo raperetur, profunda cordis compunctione permotus, reliquit subito Ecclesiasticas occupationes; & de ipso quoque monasterio suo secreto recedens, ad in-*

PAGIUS

Ante Concilium Arausicanum II. utraque sententia de initio fidei licite defensa.

Arbitrii viribus deputare, addit: *postulans, ut pro Ambiguitate tollenda, confessionem vestram, qua vos e diverso fidem rectam in Christo, totiusque bonæ voluntatis initium, juxta Catholicam veritatem, per prævenientem Dei Gratiam singulorum definitis sensibus inspirari, auctoritate Sedis Apostolicæ firmaremus.* Ita res adhuc erat in quæstione: dubia erat & ambigua, quamvis dicat Bonifacius tam multa a Sancto Augustino, ac Romanis Pontificibus de Divina Gratia statuta fuisse, *ut nulli ulterius deberet esse ambiguum, fidem quoque nobis ipsam venire de Gratia.* Ita Sancti Episcopi Africani ab Agrippino usque ad damnatam ab Ecclesia rebaptizationem, suam opinionem licite tenuere, *cum ista quæstio nondum discussa, nutaret*, ut ait Augustinus lib. V. de Baptismo cap. XVII. qui lib. III. cap. III. de Sancto Cypriano ait: *Noverat enim quantam Sacramenti profunditatem tunc omnis Ecclesia varia disputatione versabat, liberumque faciebat quarendi arbitrium, ut examinata veritas panderetur.* Semipelagianorum itaque sententia per annos centum fuit adiaphora opinio, licite ac libere citra fidei crimen defensa, ut postea fusius probavit Emin. Cardinalis Norisius in Dissert. III. de Anonymi *Scrupulis circa veteres Semipelagianorum Sectatores evulsis ac eradicatis.*

VI. *Semipelagianorum sententia non paucos sectatores habuit.*

In eadem Dissert. pag. 244. & seqq. ostendit, *Semipelagianorum* numerum initio quidem parvum fuisse, sed postea latius per Galliam auctum. *Prosper* enim ac *Hilarius* in suis Literis causam ad *Cælestinum* Papam deferentes conquesti sunt, se uti hæreticæ doctrinæ professores a quibusdam Gallicanis Presbyteris insimulari, cum quibus non raro de Divina Gratia disputabant. Verum post aliquot annos Sanctus Prosper de iisdem initio libri contra Collatorem scribit: *Non ergo negligendum est hoc malum, quod ab occultis pravisque seminibus augetur quotidie, & ab ortu suo latius longiusque distenditur.* Quare anno

insulam Circinam paucis comitantibus fratribus navigavit. Ubi in quodam brevi scopulo, cui nomen est Chilmi, ubi jam monasterium fabricari mandaverat, lectioni & orationi ac jejuniis vacans, veluti sciret appropinquare sibi novissimum diem, sic ex toto corde suo pœnitentiam gessit. Et quamvis tota vita ejus, ex quo monachorum professionem conversus ex toto corde suscepit, pœnitentiæ fuerit tempus; in hac tamen insula multo amplius ac multo diligentius, inchoanti similis, membra sua mortificavit, & in conspectu solius Dei flevit.

III. *Inde jam plurimis de absentia sacerdotis murmurantibus, charitatis necessitate constrictus, iterum descendit in monasterium suum, consueta hominibus religiosis exhibere solatia, laboresque durissimos pro utilitatibus proximorum longanimiter sustinere. Non multi autem fluxerant dies, & ecce servum fidelem bonus Dominus requirebat. Incidit enim repente in corporalis infirmitatis acerrimas passiones: ubi septuaginta prope diebus ægritudine fatigatus, hoc solum frequenter dicebat: DOMINE DA MIHI MODO HIC PATIENTIAM, POSTEA INDULGENTIAM. Nec ab isto sermone aliquando cessavit, sive dolor affligeret, sive febris intenderet, sive lassitudo dissolveret. Persuadentibus autem medicis, ut lavacris balnearibus uteretur: Numquid balnea, inquit, facere poterunt, ne homo mortalis, expleto vitæ suæ tempore, moriatur? Si vero proximam mortem nec aquarum calidarum possunt fomenta repellere; cur mihi; obsecro, persuadetis, ut rigorem diu servatæ professionis in fine dissolvam? Sic salutem suam supernæ voluntati fideliter credens: postquam se sensit sine aliqua dubitatione dissolvendum, vocans universos clericos suos, præsentibus monachis allocutus est eos, dicens.*

Ægrotantis Fulgentii verba.

IV. *Ego, fratres, animarum vestrarum saluti prospiciens, molestus apud vos forsitan, & difficilis extiti: & ideo obsecro vos, ut ignoscatis mihi, quisquis aliquid dolet. Et si forsitan severitas nostra modum transgressa est debitum: orate ne mihi hoc Dominus imputet ad peccatum. Cumque talia beato Fulgentio lacrymosis singultibus exponente, cuncti simul super genua ejus caderent, semper bonum, semper affabilem pro omnium salute, sicut decuit, invigilasse clamantes: Provideat ergo, ait, vobis Dominus Deus meus pastorem dignum se. Tunc imperato silentio, paulum requievit. Et deinde curam pauperum gerens, requisita summa pecuniæ, de qua fidelissimus dispensator quotidie egentibus ministrabat, totum jussit expendi, per se ipsum memoriter recolens viduarum, pupillorum, peregrinorum, cunctorumque, illic indigentium nomina; quibus quid singulatim daretur, propria deliberatione constituit, hæredes in hoc sæculo non habens, hæreditatem tamen hujus benevolentiæ sollicitudinis pauperibus derelinquens. Sed nec suos clericos debita benedictione fraudavit, ipsorum quoque paupertati misericorditer consulens. Ac secrete omnibus ordinatis, orans jugiter, & intrantes singulos benedicens, usque ad extremam horam sana mente permansit. Postremo, die Kalendarum Januariarum post peractam vesperam, beatum spiritum feliciter in manibus Domini tradidit, annum sui Episcopatus agens vigesimumquintum, vitæ autem totius sexagesimumquintum, sicut multis ante fratribus morti proximus indicavit.* Pergit dicere auctor de ejus celebri funere Christiano ritu exhibito & honorifica sepultura.

Fulgentius humiliter veniam deprecatur.

V. Quantam vero ex ejus transitu populus ille passus sit jacturam, confestim manifestavit eventus, quo declaratum est, ipsum viventem suo populo fuisse, ne læderetur a proximis barbaris, munimentum; cum eo sublato, tamquam valido amoto præsidio, eisdem quicquid vellent, agere liberum fuerit. Nam audi: *Probaverant quippe (inquit auctor) sæpius,* quan-

Fulgentius vivens populi conservator.

PAGIUS no CCCCXXXII. quo hæc Prosper literis mandabat, erronea hæc doctrina jam latius per Galliam propagata fuerat. Gennadius homo Semipelagianus in lib. de Script. Eccles. exeunte hoc sæculo exarato, de Prospero ait: *Legi & librum adversus opuscula sub persona Cassiani, quæ Ecclesia Dei salutaria probat, ille infamat nociva.* Prosper decimam tertiam ex XXIV. Collationibus Cassiani impugnavit, demonstravitque duodecim propositiones Pelagianæ hæresi conformes in eadem a Cassiano tradi. Ecclesia autem quæ Opuscula illa *salutaria* probabat, & Prosper tamquam *nociva* infamabat, non erat Ecclesia Romana, quæ dogmata Semipelagiana non solum nunquam velut salutaria probavit; sed etiam tanquam noxia damnavit, rejectis inter apocryphos libros Opusculis Cassiani, ac probatis Libris Sancti Prosperi in Synodo Romana a Gelasio primo Summo Pontifice celebrata. Neque dici potest Ecclesiam Massiliensem ac paucas alias in angusto fortasse Provinciæ tractu sitas a Gennadio intelligi; cum unica veluti municipalis Ecclesia non reddat sua probatione quampiam doctrinam salutarem. Quare intelligit plures seu plurimas Ecclesias quinque Provinciarum Galliæ, videlicet Lugdunensis, Arelatensis, Narbonensis, Viennensis, ac Alpium maritimarum, quæ poterant quandam salutaris Doctrinæ speciem Doctrinæ Cassiani circumponere, priusquam quidquam de eadem Romana Ecclesia statueret. *Ita donante Christo paulatim Ecclesiarum Antistites receperunt, quod optaverat diabolus, repentina animositate cassare*, inquiunt vetusti Annales Lirinenses in libello de Vita Sancti Cæsarii, loquentes de Episcopis Semipelagianis, qui *Valentia* coacta Synodo, Decreta Concilii Arausicani repudiaverant. *Valentia* autem erat intra Provinciam Viennensem, ideoque non pau-

quanta bona illis oratio beati Fulgentii præstiterat, & quanta mala repulerat; sicut postea manifestis indiciis evidenter apparuit: quando non post plurimos dies decessionis ejus gens inimica Maurorum Ruspense territorium repente vexavit, rapinis, cædibus, incendiis multa devastans, atque intra ipsos ecclesiæ parietes, quos invenire potuit, jugulans. Quis beati Fulgentii gratiam non miretur? Quamdiu vixit, furorem belli civitas illi commissa non sensit: & cum tota pene provincia captivitatem sustinuisset horribilem, Ruspa fuit incolumis propter sacerdotem venerabilem, cujus vita propriis civibus murus fuit. Verum ob peccata populi secundum illud Propheticum (*a*): *Auferam sepem ejus, & erit in direptionem: diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem:* factum est cum miseris illis.

(*a*) *Isa.5.*

VI. *Post Fulgentii obitum Africana Ecclesia vexata.*

Dedit plane S. Fulgentii precibus Dominus, ut vivens, conservator esset non solum propriæ civitatis, sed totius etiam Africanæ provinciæ, in qua per plures annos Ecclesia sibi posita pace sub Wandalis fruebatur. Quomodo autem ipso defuncto, rursum dira vexatione eamdem contigerit agitari, dicturi sumus anno sequenti. Quod vero pertinet ad locupletem hæreditatem, quam vivens atque laborans Ecclesiæ Catholicæ acquisivit, moriensque reliquit, scriptorum inquam præclara monumenta, quæ & superius pro ratione temporis, quo singula scripta sunt, recensuimus; magna ex parte periisse, dolendum. Quæ enim extant ejus lucubrationes, majori faciunt eas quæ exciderunt dolore percupere. Plane contigit morte Fulgentii, tamquam fulgentis sideris radiis ad occasum dilapsis, universam Africanam provinciam terra noctis caligine remansisse perfusam. Etenim nullus post Fulgentium tanti fulgoris posterioribus sæculis illuxisse visus est doctrinæ & sanctitatis claritudine conspicuus Africanus Antistes.

VII. Quæ autem temporibus Isidori adhuc extabant ejus scripta, ita ipse agens de scriptoribus Ecclesiasticis numeravit (*b*): *Fulgentius Afer Ruspensis Ecclesiæ Episcopus in confessione fidei clarus, in Scripturis divinis copiose eruditus; in loquendo quoque dulcis, in docendo ac disserendo subtilis, scripsit multa: ex quibus legimus de Gratia & libero arbitrio libros responsionum septem, in quibus Fausto Gallo Regiensis urbis Episcopo Pelagianæ pravitati consentienti respondens, obnititur ejus profundam destruere calliditatem. Legimus ejus librum de sancta Trinitate ad Felicem directum Notarium: librum quoque Regulæ veræ fidei, & aliud de Sacramento incarnationis Domini nostri Jesu Christi. Extant & duo libri ejus de Veritate prædestinationis ad Episcopos missi, in quibus demonstrat, quod gratia Dei in bonis voluntatem humanam prævenit, & quod Deus quosdam prædestinationis suæ munere justificans præeligat, quosdam vero in suis reprobis moribus occulto quodam judicio derelinquat. Est alter liber altercationis ejus, quo de fide cum Trasamundo Rege idem Fulgentius disputavit. Ad Ferrandum quoque Ecclesiæ Carthaginensis diaconum unum de interrogantis quæstionibus scripsit libellum. Inter hæc composuit & multos tractatus, quibus sacerdotes in ecclesiis uterentur. Plurima quoque feruntur ingenti eius monimenta: hæc autem ex pretiosis doctrinæ ejus floribus carpsimus: Sors melior, cui delicias omnium librorum ejus præstiterit Deus.* Hæc Isidorus.

(*b*) *Isid. de script. Eccl. c.* 14. Scripta Fulgentii cognita Isidoro.

VIII. Constat insuper testificatione Ferrandi diaconi Carthaginensis, in ipsis extremis vitæ momentis absolvisse Fulgentium tractatum ad Reginum de quæstione illa famosa Alexandriæ (ut vidimus) agitata, num Christi caro corruptibilis an incorruptibilis sit: sed satisfacere eidem Regino Comiti minime valuisse, dum ab eodem scribi petierat præcepta a milite Christiano servanda: cui postea ipse Ferrandus diaconus satisfecit, scribens ad eumdem Comitem eo argumento eruditum satis commentarium. Testatur id quidem ipse, cum in

PAGIUS

pauci Antistites receperunt paulatim doctrinam Synodi Arausicanæ, quam antea non tenebant.

VII. *Canones Concilii Arausicani.*

In Concilio Arausicano II. conditi sunt Canones viginti quinque, quibus *Semipelagianorum* sententiæ condemnatæ sunt, ita ut absque hæreseos nota a quovis imposterum propugnari non potuerint. In eo *Cassiani* & *Fausti* sententiæ damnatæ sunt. Initium fidei ipsum etiam fidelitatis affectum Dei donum esse decernitur Canone V. Gratiam non dari petentibus, quærentibus, pulsantibus, sed dari potius ut velimus, & petamus, & quæramus, & pulsemus Canone VI. Adjutorium Dei etiam Sanctis semper implorandum, quo possint in bono opere perdurare Canone X. unde perseverantia Dei donum esse intelligatur. Canone vero XXII. humani Arbitrii adversus Divinam Gratiam tumor eliditur: *Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum.* Qui Canones omnes ex Divi Augustini sententiis conflati: *Gravi*, inquit Sirmondus in Præfatione ad hanc Synodum, *ac diuturnæ contentioni, quæ Sanctissimos & Doctissimos utrimque Viros in Gallia, centum & amplius annis exercuit, finem postea tandem attulit Synodus Arausicana II. quæ totam de Gratia & Libero Arbitrio controversiam ex S. Augustini sententia composuit.*

VIII. *A Bonifacio II. confirmati.*

Hanc Synodum ab Apostolica Sede specialiter approbatam fuisse, quod Suares, aliique negarunt, in dubium amplius revocari non potest; nam in Codicibus MSS. Fossatensi & Laudunensi Synodo huic præponitur Epistola *Bonifacii* II. ad Cæsarium cum hac adnotatione: *In hoc Codice continetur Synodus Arausicana, quam per auctoritatem S. Papa Bonifacius confirmavit.* In hac Epistola Pontifex hæc scribit: *Qua-*

in opus ita post alia præfatus est: *Laudabili solicitudine interrogasti venerabilis memoriæ Fulgentium Pontificem Ruspensis Ecclesiæ, qualis tibi militaribus actibus occupato regula esset spiritualis propositi retinenda. Sapienter profecto responsum sapientiæ a sapiente quæsieras. Nec interroganti, nec interrogato sancta prudentia defuit: & tu quod ille docere poterat, jam gerebas; & ille hoc docere poterat, quod tu gerebas; mores tuos in sermonibus ejus agnosceres, sermones suos ille ex tuis moribus approbaret.*

IX. *Modo autem quia semipleni libelli imperfecta dictatio nihil huic tuæ interrogationi cognoscitur respondisse: principia enim gloriosi operis primam quæstionem litterarum tuarum diutius ventilant, Utrum caro Christi corruptibilis, an incorruptibilis sit. Unde adhuc disputans ille doctor egregius, antequam fideliter (ratione fidei reddita) de actibus militaribus cum pietate tractandis inciperet loqui; transivit ad æternæ beatitudinis immortalia gaudia, Verbum Dei, quod in corde & ore semper habuit, facie ad faciem contemplaturus: importabilem sarcinam super humeros debiles ponis, &c.* Absolvit igitur Ferrandus ejus discipulus, quod magister ipsius Fulgentius impeditus morte ea ex parte non attigit. Coluit mirifice sanctum Fulgentium ipse Ferrandus diaconus ut magistrum: nam & in epistola ad ipsum scripta, se esse ejus discipulum profitetur, dum eumdem magistrum appellat: dignus plane tanto institutore discipulus, licet non talis, qui æquaverit præceptorem. Cæterum & magno nomine ipsum Ferrandum hoc tempore claruisse, & de quæstionibus consuli solitum difficillimis; epistolæ ipsius, quæ extant redditæ ad Anatolium Romanæ Ecclesiæ diaconum, & quæ ad Severum Scholasticum Constantinopolitanum sunt scriptæ, satis docent: sed & quam postea ad Pelagium & ipsum Anatolium Romanos diaconos scripsit (ut tradit Isidorus (*a*)

Ferrandus diac. insignis doctor.

(*a*) *Isidor. de vir. illust. c.* 16.

num liceat aliquem condemnare post mortem, licet ipsa desideretur epistola, quantæ tamen fuerit æstimationis, æque significat. At de Ferrando modo satis.

Quod rursum ad res Occidentalis Ecclesiæ pertinet, hoc ipso anno magnus ille Benedictus ex angustiis Sublacensium montium divino monitu egressus, Cassinum petens, ad cujus montis radices erat sita villa Marci Varronis, illic erecto monasterio, monasticum ordinem mirifice propagavit: agit de his sanctus Gregorius in dialogis, ubi & res ibi ab eo præclare gestas enarrat. Quod vero ad tempus spectat, id firmatum habes ex Cassinensi Chronico, & Leone Ostiensi Episcopo, atque ex Actis sancti Placidi Gordiani nomine utcumque conscriptis (*b*); dum anni quinque traduntur intercessisse ab adventu Placidi in Sublacense monasterium ad sanctum Benedictum usque ad ejus migrationem factam Cassinum: sed & id expressius confirmat auctor in Actis Placidi, dum hoc ipso anno Domini quingentesimo vigesimo nono contigisse tradit; licet loco Justini Imperatoris, Justiniani restituendum sit cujus Imperii tempore, non Justini, hæc contigisse liquet. Sunt plura alia, quæ illinc mendosa, nonnulla vero mendacia (ut suo loco dicturi sumus) inveniuntur. X.

X. S. Benedictus Cassinum petit.

(*b*) *Vit. S. Placid. apud Sur. die* 5. *Oct.*

At quis Dei consilium non magnopere admiretur, dum considerat, eodem ferme tempore, quo in Oriente monachismus esset magna ex parte collapsus, compluribus ex iis a fide Catholica ad diversos hæresum errores deficientibus, aliis quoque ab illo vetere instituto rigido in delicias prolabentibus; eodem inquam tempore in Occidente instaurari, atque longe lateque diffundi observantiam monasticæ disciplinæ, eamque adeo fœcundo germine propagari: cum veluti ex tenui surculo prægrandium exortæ sint frugiferarum arborum silvæ, quæ universam repleverint Occidentalem Ecclesiam; extiteritque locuples semina-

XI. Monachismus instauratus & propagatus.

PAGIUS *Quapropter affectu congruo salutantes superscriptam confessionem vestram consentaneam Catholicis Patrum Regulis approbamus.* Verum neque hujus Synodi auctoritas *Semipelagianorum* audaciam infringere potuit, nonnullis Episcopis damnatæ sententiæ astipulantibus. Etenim cum omnes virtutum actus Divino muneri acceptos ferrent, solam fidem ex humani Arbitrii viribus prosilire contendebant. Quare *Cæsarius* Valentiam postea Synodum indixit, ut frequentioribus suffragiis Catholica Doctrina approbaretur. Statuta in Arausicano Conventu minori forte apud nonnullos authoritate valebant, quod inter templi Consecrationem quasi aliud agentes, Synodum Episcopi illi habuisse dicebantur. Synodo Valentinæ *Cæsarius* adversa valetudine præpeditus adesse non potuit, ejus tamen vices pro Divinæ Gratiæ defensione sustinuit *Cyprianus* Episcopus Tolonensis, cujus Synodi Acta periere.

IX. *Multi quidem æmuli*, ut legitur in Vita Sancti Cæsarii, *surrexerunt, qui ejus resisterent doctrinæ, de Gratia prædicanti. Sed o felicitas æmulanda! Etenim susurris & malæ interpretatione quorundam oboritur in Galliarum partibus contra Prædicationem Dei hominis frustra sinistra suspicio. Ob hoc Antistites Christi ultra Isaram consistentes charitatis amore collecti in Valentina Civitate conveniunt, ubi etiam Beatus Cæsarius infirmitatis causa sollicitans, sicut disposuerat, properare non potuit. Misit tamen præstantissimos Viros de Episcopis cum Presbyteris & Diaconis, inter quos etiam Cyprianus Tolonensis Episcopus Antistes magnus & clarus enituit, omnia quæ dicebat de divinis utique Scripturis firmans, & de antiquissimis Patrum Constitutionibus probans, nihil per se in Divinis profectibus quemquam ari-*

Synodus Valentina adversus Semipelagianos.

narium, ex quo plurimi progressi sint, sanctissimi diversarum Ecclesiarum Episcopi; nec defuerint ex iis, qui in throno Apostolico confidentes, universam Catholicam Ecclesiam, cum vehementiores urgerent fluctus, constantissime gubernarint; progressique ex eodem monachorum ordine sint, qui Apostolico munere complures barbaras nationes, Christi jugum ferre impatientes, tandem ad Christianam fidem sponte capessendam converterint; prodierintque alii, qui ob suscepta grandia pro religione certamina sint victores consecuti coronam martyrii: præterimus modo illos, qui sacrarum rerum scientia nobiles inter scriptores Ecclesiasticos floruere; nec numeramus, quæ numerari vix possint, sacrarum examina virginum: sicut nec facile sit recensere, quot ex hoc uno vere dicendo sui humilitate fonticulo immensa flumina sint derivata; quot, inquam, ex Benedicto diversorum ordinum sint progressa agmina monachorum, qui licet diverso nomine in Ecclesia Dei circumamicta varietate censeantur, instituti tam esse S. Benedicti, & ab ipso progredi glorientur. Hæc tanta ibi hic uno intuitu, tamquam immensum cælum in parvo globo descriptum, inspicienda obiter modo proponimus; quo sentias facturos nos operæpretium, si tanti viri primordia atque progressus, temporum ratione distinctos, quantum licuerit, Annalibus intexamus, atque cum opportuna se occasio dederit, ejusdem contigerit meminisse.

XII. S. Benedictus aufert reliquias Idololatriæ.

Ut autem ad Cassini montem Christi athleta divinitus vocaretur; certamen, quod adversus dæmones mox ibi esset initurus, causa fuisse videtur. Nescio enim qua incuria dormitantium Episcoporum, quæ longe lateque in Christiano orbe extincta erat idololatria, in monte illo altioribus fixa radicibus, adhuc vigebat; ibi namque fortis armatus, tamquam impietatis arce munitus, cultum a sibi subditis infeliciter exigebat; sed cum fortior ipso venit, penitus cedere cogitur. At quomodo id acciderit, a S. Gregorio (a) paucis accipe: *Ibi, inquit, vetustissimum fanum fuit, in quo ex antiquo more Gentilium a stulto rusticorum populo Apollo colebatur: circumquaque enim in cultu dæmoniorum luci succreverant, in quibus adhuc eodem tempore infidelium insana multitudo sacrificiis sacrilegis insudabat. Illuc itaque vir Dei perveniens, contrivit idolum, subvertit aram, succendit lucos, atque in ipso templo Apollinis oraculum* beati Martini, ubi vero ara ejusdem Apollinis fuit, oraculum* sancti Joannis construxit: & commorantem circumquaque multitudinem prædicatione continua ad fidem vocabat.*

(a) Greg. dial. l. 2. c. 8.

* oratorium.

* oratorium.

XIII. Conqueritur diabolus de SS. monachis.

Sed hæc antiquus hostis tacite non ferens, non occulte, vel per somnium, sed aperta visione sese ejusdem Patris oculis ingerebat, & magnis clamoribus vim se perpeti conquerebatur; ita ut voces illius etiam fratres audirent, quamvis imaginem minime cernerent. Ut enim discipulis suis venerabilis Pater dicebat, corporalibus ejus oculis idem antiquus hostis teterrimus & succensus apparebat, qui in eum ore oculisque flammantibus sævire videbatur. Jam vero quæ diceret, audiebant omnes. Prius enim hunc vocabat ex nomine: cui cum vir Dei minime responderet, ad ejus mox contumelias erumpebat. Nam cum clamaret, dicens: Benedicte, Benedicte: & eum sibi nullo modo respondere conspiceret, protinus respondebat: Maledicte, non Benedicte, quid mecum habes? quid me persequeris, &c. Intelligis ex his puto, lector, cujusnam lingua loquantur, quove spiritu agitentur infelicissimi Novatores, qui in eumdem sanctissimum virum aliosque a Deo benedictos monachos maledicta & contumelias jaculari non cessant. At de S. Benedicto omnibus benedictionibus prosequendo, modo hactenus Quo-

PAGIUS

ripere posse, nisi fuerit primitus Dei gratia præveniente vocatus, &c. Quorum intentionibus vir Dei Cæsarius dedit, veram & evidentem ex Traditione Apostolica rationem. Nam beatæ memoriæ Bonifacius Romanæ Ecclesiæ Papa, eadem collucatione comperta, calcata intentione jurgantium prosecutionem Sancti Cæsarii Apostolica auctoritate firmavit.

X. *Anno sequenti habita.*

Baronius Synodi Valentinæ non meminit, & Recentiores communiter eam in præsentem annum conferunt. Verum cum Arausicana nonnisi die tertio Julii currentis anni habita fuerit, & Valentina celebrata, postquam Arausicanæ Decreta in quibusdam Galliarum partibus aliqui prave interpretati fuissent, apparet non parvum tempus fluxisse, antequam iterum Præsules Valentiæ pro eadem causa congregarentur. Ad hæc Synodus Vasensis sub die Nonas Novembres hujus anni coacta, cui *Sanctus Cæsar ius* Metropolita Arelatensis cum pluribus aliis Episcopis Arausicanæ Synodo subscriptis interfuit, Capitula de Gratia in Arausicana Synodo statuta non minus quam Valentina confirmasset, si hanc Vasensis præcessisset. Denique non dubitandum, quin post habitam Synodum Valentinam *Cæsarius* Armenium Abbatem Romam miserit, ut a Felice Papa IV. eorum confirmationem obtineret, quæ in Arausicana & Valentina definita fuissent; ex Literis autem Bonifacii II. Felicis IV. successoris, anno sequenti, die XXI. mensis Septembris Pontificis Romani consecrati, intelligimus, *Armenium* mense tantum circiter Augusto illius anni Romam directum. Datæ sunt eæ ad Cæsarium Episc. Arelatensem a Bonifacio, qui testatur eum ad se *Armenium* misisse, suæ ad Pontificatum Romanum evectionis inscium. Quare ante mensem Augustum Armenius Romam non delegatus, nec

Quomodo autem diabolus licet victus semper, certamina tamen nova instaurare adversus magnum Christi militem numquam destitit, ipse Gregorius Papa ejusdem sæculi scriptor veritatis amantissimus omni fide posteris tradidit intuenda. Hic vero quod exigere videbatur instituti ratio, perpauca modo hæc libasse sufficiat. Occurret enim nobis sæpe in via posteris temporibus Benedictus, cum nonnullas res ab eo gestas temporis ratio, ut in medium adducamus, a nobis opportune requiret. Sed antequam recedamus ab Occidente Francorum Ecclesiam invisamus, probe factis Regum, & Episcoporum sanctitate florentem.

XIV. S.Nicetius promovetur in Episcop. Trever.

Hoc namque anno Theodoricus Rex Francorum, tertius Clodovei filius egregium edidit specimen pietatis, dum sanctum Nicetium monachum, quem sæpe passus fuerat acerrimum reprehensorem, ut aliquam paternæ charitati rependeret gratiam, curavit in Archiepiscopum Treverensem eligi; probe sciens, eum vere dignum Episcopatu, qui non vereretur pro custodia divinæ legis vultum potentis secundum illud Davidicum (*a*): *Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum & non confundebar*. Hoc, inquam, ipso anno ordinatum eum Treverensem Antistitem, tabulæ (*b*) ejus Ecclesiæ docent: res autem ab ipso gestas ex ejus discipulo beato Aridio Abbate acceptas recitat Gregorius (*c*) Turonensis, a quo & hoc observatione dignum de ejusdem quoque ortu percepit: *Cum Nicetius partu fuisset effusus omne caput ejus (ut est consuetudo nascentium infantium) a capillis nudum cernebatur in circuitu vero modicorum pilorum ordo apparuit, ut putares ab eisdem coronam clerici esse figuratam.* Habes ex his non solum quod mireris de prodigio, sed & quod discas de Veteri clericalis forma tonsuræ. At de ejus ordinatione Theodorici Regis studium ab eodem auctore sic accipe:

(*a*) *Psal.* 118.

(*b*) *Habet eas Democh. lib. de sacrif. Missæ.*

(*c*) *Greg. Turon. in Vit. S. Nicetii.*

XV. *Venerabatur* (inquit) *eum & Rex Theodoricus magno honore, eo quod sæpius vitia ejus nudaret & crimina, ut castigatus emendatior redderetur. Et ob hanc gratiam decedente Trevericæ urbis sacerdote, eum ad Episcopatum jussit accersiri *: jamque dato consensu populi ac decreto Regis ad ordinandum, & a viris summo cum regio honore præditis adducebatur. Veruntamen cum propinqui ad urbem cadente Sole, fixis tentoriis, mansionem pararent: illi confestim laxatos equos per segetes pauperum dimiserunt. Quod cernens beatus Nicetius, misericordia motus, ait; Expellite quantocius equos vestros a segete pauperum; alioquin removeam a communione mea. At illi indignantes dixerunt: Quenam est hæc causa, quam loqueris? Adhuc enim Episcopalem apicem non es adeptus, & jam excommunicationem minaris? Et ille: Vere, inquit, dico vobis, quia destinavit Rex, ut me avulsum a monasterio huic oneri consecrari juberet: fiet quidem voluntas Dei: nam Regis voluntas in omnibus malis, me obsistente, non adimplebitur. Tunc cursu rapido abiens ejecit equos a segete, & sic cum admiratione hominum illorum ad urbem deductus est. Non enim honorabat personam potentis, sed Deum tantum in corde & opere metuebat.* At etsi levia hæc videri poterant, maximi tamen ponderis a prudentibus existimata fuerunt. Quomodo enim passurus esset a potentibus opprimi personas pauperum, qui nec segetem a jumentis depasci permisit? Hæc in via. Quid autem observatione dignissimum in ipsius ordinatione contigerit, accipe:

* acciri.

S.Nicetius defensor Justitiæ.

XVI. Onus Episcopale sensit Nicetius.

Impositus itaque in cathedra, cum lectionum seriem auscultaret, sensit nescio quid grave super cervicem suam. Cumque bis aut ter manum clam ad tentandum injecisset, nullius rei causam invenire potuit, quæ hoc pondus inferret. Divertensque caput ad dexteram & lævam, odoratus est odorem suavitatis: intellexit quoque hoc onus esse sacerdotii ipsius dignitatem. Ita plane secundum illud Davidicum (*d*): *Imposuisti homines super capita nostra.* Hæc de S. Nicetii ordinatione, quæ contigit hoc anno, Gregorius: reliqua de ipso temporis opportunitas suggeret. Videbis plane (quod mireris) invictos Franchorum Reges a Dei sacerdotibus tantummodo laudabiliter pati vinci: cum vero quis ipsis obsti-

(*d*) *Psal.* 6.

PAGIUS

nec ideo Synodus Valentina ante ultimos Pontificatus Felicis IV. menses indicta. Cumque Cyprianus in Vita Sancti Cæsarii de Valentina duntaxat Synodo verba faciat, quam Bonifacium Papam ratam habuisse asserit, apparet. Bonifacium II. iisdem Literis utramque Synodum confirmasse, licet neutram nominet.

XI. *Corrigitur subscriptio Epistolæ Bonifacii II.*

Ea quidem Epistola tam in editione Sirmondi, quam Holstenii dicitur data *VIII. Kalend. Februarias, Lampadio & Oreste VV. CC. Coss.* anno scil. DXXX. sed cum Felix IV. die XVIII. mensis Septembris illius anni mortalitatem explererit, ut ibidem ostendemus, suspicatus est Sirmondus mendum in notam Consularem irrepsisse, & legendum, *post Consulatum Lampadii & Orestis* qua annus DXXXI. insignitus fuit. At *Bonifacius* II. in iis Literis dicens, *catholicum non distulimus dare responsum*, eam emendationem evertit, & iis verbis indicat clausulam illam addititiam esse, floccique faciendam, ut ex dicendis anno sequenti magis constabit.

XII. Mortuus est hoc anno Sanctus *Fulgentius* Ruspensis Episcopus secundum opinionem Baronii, qui de eo a num. I. ad X. plura habet. Quia tamen Auctor Anonymus, qui ejus Vitam dili-

stinate nimis obstiterit, divinam mox expertum esse vindictam intelliges.

XVII. At non prætereat carmen Venantii Fortunati, quo eumdem virum sanctissimum Nicetium jam Episcopum ordinatum prosecutus est: sic enim se habet (a):

(a) Venant. For. carm. lib. 3.

Splendor, apex fidei, veneranda mente Niceti,
Totius Orbis amor, Pontificumque caput:
Summus Apostolico præcellens pastor ovili,
Auxisti meritis, quicquid honoris habes.

Apicem vocat fidei ob egregiam ejus sanctitatem magna fide pollentem, qua cæteris præstare videri poterat, dicitque Pontificum caput, quod nobilissimæ præfectus esset Ecclesiæ Treverensi, cui complures subjacerent Episcopi. Sed pergit:

Divino insistens operi terrena relinquis:
Cum moritur mundus, non moriture manes.
Vita brevis cunctis, sed non brevis illa beatis:
Cum bona non pereant, jure perennis erit.
Dum tibi restrictus maneas, & largus egenis,
Quod facis in minimis, te dare crede Deo.
Captivus quicumque redit, sua limina cernens,
Ille lares patrios: tu capis inde polos.
Hic habet exul opem, jejunus invenit escas:
Qui venit esuriens, hic satiatus abit.
Tristibus, imponis curas, purgando querelis,
Et sanas cunctos una medela viros.
Pauperis hinc lacrymas desiccans, gaudia præstas.
Qui prius ingemuit, vota salutis habet.
Te pascente greges, numquam lupus arripit agnos:
Sunt bene securi, quos tua caula reget.
Templa vetusta Dei renovasti in culmine prisco,
Et floret senior, te reparante, domus.
Hinc populis longos tribuas pia vota per annos.
Et maneas pastor, ne lacerentur oves.

Hæc de Nicetio Episcopo Fortunatus.

Jam vero res Orientales invisamus, quas præsens annus memoria dignas exhibet.

Hoc igitur anno; sub eodem Consulatu Basilii, edita extat Novella (b) constitutio a Justiniano Imperatore adversus eos, qui homines castrantes eunuchos reddunt. Sed unde ejusmodi condendæ legis causa provenerit, hic primum recensendum esse putamus. Evagrius (c) namque ex Procopio ista summatim collegit: *Memorat præterea idem scriptor, Absagos ad mitius humaniusque vitæ genus traductos, iisdem temporibus fidem Christianam recepisse, Justinianumque Imperatorem quemdam ex eunuchis aulicis Absagum genere, nomine autem Euphratam ad eos misisse, qui vetaret, ne cuiquam in ea gente, quasi vi illata naturæ, testiculi execarentur. Nam qui cubiculis Imperatorum inserviebant, quos vulgo vocant eunuchos, persæpe ex ea gente sumi consueverunt.* Hæc de Absagis & eunuchis Evagrius ex Procopio, eademque Nicephorus (d): Addunt præterea, Justinianum apud Absagos templum Deiparæ erexisse, sacerdotesque illic constituisse, a quibus populi illi Christianam religionem addiscerent. De his agens Procopius (e), eosdem populos habitare apud montem Caucasum tradit. XVIII.

(b) Novel. 142.

(c) Evag. l. 4. c. 21. De Absagis ad fidem conversis.

(d) Nicep. l. 17. c. 13.

(e) Procop. de bello Persic. l. 2.

XIX. Ad hos itaque eumdem Justinianum Imperatorem allusisse apparet, dum ad finem dictæ constitutionis ait: *Si enim barbari simulatque nostra de hoc audierunt mandata, hæc custodierunt: quomodo tandem permittemus, ut post tot retro Principum sanctiones tale quid denuo relinquatur in nostra Republica?* Ex quibus etiam quod ad rationem temporis pertinet, intelligere valeas, Absagos jam ad fidem conversos legibus Romanorum paruisse; factumque esse, ut cum ipsi licet barbari molitam apud eos consuetudinem de castrandis

Ne Eunuchi fierent Justinian. vetat.

PAGIUS

Moritur S. Fulgentius Episc. Ruspensis.

ligentissime scripsit, de eo ait: *die Kalendarum Januariarum post peractam vesperam, beatum spiritum feliciter in manibus Domini tradidit, annum sui Episcopatus agens vigesimum quintum, vita autem* totius sexagesimum quintum. Emin. Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 24. Chiffletius, aliique quidam Viri docti Sancti Fulgentii mortem in annum DXXXIII. differunt, quod Scriptor ejus Vitæ cap. ult. de Consecratione Feliciani ejus successoris dicat, eumdem Felicianum alloquens: *Nec hoc interim prætereundum silentio judicavi, quod dum ei Successor idoneus quæreretur, discordantibus Laicis & Clericis annum prope integrum prolixitas contentionis exegit, & illo die Sanctitas tua super Cathedram ejus sedit, quo ipse defunctus est. Ornari quippe hoc privilegio meruit prima solennitas ejus Depositionis, ut multo amplius venerabilis fieret, per gaudia tuæ Ordinationis.* Nam juxta Ecclesiæ ritum Episcopi Dominica tantum die consecrabantur, & dies primus Januarii ante annum DXXXIV. in Dominicam non incidit, ideoque *Fulgentius* ante diem primum Januarii anni DXXXIII. e vivis non excessit. Ita Viri doctissimi. Ve-

dis pueris, parentes Justiniani mandato, penitus reliquissent; idem Imperator vehementiori insurgeret animo in eos, qui diu legibus prædecessorum Imperat. ne id facerent, sæpe coerciti, nihilominus ejusmodi facinus perpetrare minime desinerent. Quanto autem id vitæ periculo fieri soleret, audi ab ipso, dum ait: (*a*) *Sæpenumero ex multis vix pauci evadunt incolumes usque adeo, ut quidam ex his qui servati fuerunt, sub nostro aspectu deposuerint, e nonaginta ægre tres servatos esse, &c.* Juste igitur Justinianus in eosdem eam legem tanti sceleris vindicem promulgavit, datam hoc anno, XV. Kalen. Decembris, sub dicto Consulatu Basilii, Indictione decima inchoante.

(*a*) *Justini. Novel.* 142.

XX. Tzani facti Christiani. Iisdem ferme temporibus & Tzani populi ad fidem conversi sunt: mentio est de ipsis, apud Justinianum (*b*) Imp. in rescripto ad Zetam Magistrum militum, cum agit ibi de populis interioris Armeniæ: sed depravate ibidem Anzitena provincia pro Tzanitena ponitur. Cum enim tempore illius latæ Tzani populi essent subjecti Romano Imperio, quam (ut ex ipsius exordio patet) satis apparet ejus Imperii primordiis scriptam esse; plane intelligi potest, eosdem populos ipsis initiis ejusdem Imperii esse conversos ad fidem: in ea enim sanctione ista habet: *Cum propitia Divinitate Romanum nobis sit delatum Imperium; solicita cura, cauta diligentia pertractantes, perspeximus oportere partibus Armeniæ, &c.* Sed quid de eorumdem populorum moribus, eorumque ad fidem conversione scribat Procopius (*b*), audi:

(*b*) *l. ult. C. de offic. mag. mil.*

(*b*) *Procop. de ædific. Justin. Imp. orat.* 3.

XXI. *Ut hic autem Tzanorum gentes jam describam, mihi non videtur esse alienum a ratione: sunt enim Armenis finitimi. Tzani suis legibus sine Rege aliquo degunt, belluinam vitam agentes: deos quidem lucos, volucres & alia animalia arbitrantur & colunt. In altissimis montibus & opacis totam ætatem consumunt, terram nequaquam colentes, sed identidem furtis & latrociniis viventes, negligentes terram exercere. Ubi montibus præruptis non cinguntur, locus est collibus & tumulis abundans, ubi tumuli, ibi quæ terræ imminent, talia non sunt, ut fruges afferant, si colantur: valde enim aspera sunt, & supra modum dura, nullarum penitus frugum feracia. Quamobrem fieri non potest, ut hic vel terram ares, vel campum segetum demetas, vel pratum invenias. Floret autem arboribus Tzanica, sed infrugiferis & omnino sterilibus: quoniam ut plurimum nulla est hic temporum reciprocatio & vicissitudo, ut nunc scilicet frigidis & humidis oris occupetur terra, nunc vero juvetur calore Solis: sed perpetua hieme oppressa est, & assiduis nivibus irrigatur. Propter hæc ex antiquo suis legibus vivunt Tzani. Justiniano autem imperante, a Romanis pugna victi, & jam amplius certamini non fidentes, statim sese omnes dediderunt, magis deligentes quietam servitutem, quam libertatem periculosam. Et mutata religionis opinione omnes Christiani facti sunt, & vitam humaniorem amplexati dimissis latrociniis, Romanos in suos hostes progredientes semper comitati sunt.*

Tzani populi a Justiniano subjugati.

XXII. *Justinianus ipsis ecclesiam construxit in loco qui Chanalinicon dicitur, effecitque ut sacra obirent, accederent ad mysteria, sacrificiis Deum placarent, & aliis quoque rebus sacrarentur, intelligentes tandem se homines esse. Structis etiam arcibus passim per regionem, Romanorum militum præsidia hic collocavit, atque Tzanos commercium cum cæteris hominibus habere instituit.* Hæc Procopius de Tzanorum conversione & facta a Romanis eorumdem perfecta subjugatione, antequam quartus Justiniani Imperii annus absolveretur, ut ex eodem Procopio colligitur (*c*), dum agit de bello Persico, recensetque ea quæ anno quarto Imperii Justiniani terminata sunt: licet vitio scriptoris, loco Tzani, Zani populi ibi sint nominati, ubi & de ipsorum Christianitate pariter mentio habetur, & de bello quo iidem victi sunt. Felix Imperium, cujus primordia tam ubere proventu ex multarum gentium conversione locupletata

(*c*) *Proc. de bello Persic. l.* 1.

PAGIUS XIII. *S. Fulgentium hoc anno mortuum esse monstratur.* Verum non tantum *diebus Dominicis*; sed etiam Festis solemnibus Episcoporum ordinationes fieri solitas fuisse, innumera exempla ostendunt. Quare cum hoc sæculo dies primus Januarii *Circumcisioni* Christi, ejusque Nativitatis Octavæ sacer fuerit, Divus *Fulgentius* eo demortuus, eodemque *Felicianus* anno sequenti Ruspensis Episcopus consecratus. In Concilio II. Turonensi anno DLXVI. celebrato Canone XVII. qui est de jejuniis, dicitur: *Ad calcandam Gentilium consuetudinem Patres nostri statuerunt privatas in Kalendis Januarii fieri Litanias, ut in Ecclesiis psallatur, & hora octava in ipsis Kalendis Circumcisionis Missa Deo propitio celebretur.* Missa itaque Circumcisionis, imo & Festum, longe ante Concilium Turonense II. celebrari solita. Hinc in Vetustissimo Martyrologio Divo Hieronymo a Cassiodoro, Beda, aliisque Scriptoribus attributo, ad diem primam Januarii, habetur: *Circumcisio Domini nostri Jesu Christi secundum carnem.* Denique in Libro Sacramentorum Sancti Gregorii Magni ad eandem diem legitur: *Kalendis Januarii in Octava Domini. Deus, qui salutis æternæ*, &c. Tum in Præfatione: *Per Christum Dominum nostrum: cujus hodie Circumcisionis Diem, & Nativitatis Octavam celebrantes, tua, Domine, mirabilia veneramur.* Præterea in Benedictionali ejusdem Pontificis recitatur Benedictio in Octava D. N. his verbis concepta: *Omnipotens Deus, cujus Unigenitus hodierna die ne legem solveret, quam adimplere venerat, corporalem suscepit Circumcisionem, spirituali circumcisione mentes vestras ab omnibus vitiorum incentivis expurget.*

Quam-

tata fuere: feliciſſimum vero dicendum, ſi in omnibus media atque poſtrema ejuſdem Principis principia exæquaſſent. Sed quod in ſomnis oſtenſum eſt Pharaoni, (a)Gen.41. (a) poſt feracem proventum exortas eſſe ſpicas tenues percuſſas uredine, quæ ingentem penuriam præſignarent, qua præcedentium annorum fertilitas penitus inſumpta deficeret; ita fere huic accidit Imperatori, dum plus æquo divina pertentat, & in Romanos Pontifices extitit parum æquus. Sed reliqua proſequamur.

XXIII. Hoc eodem anno idem Juſtinianus Imperator, quem dederat colligendum, emendandumque Codicem ſuo nomine Juſtinianeum appellatum, abſolutum confirmavit, vulgavitque. Datum id negotii fuerat anno ſuperiori delectis ad hoc viris clariſſimis, ut ejuſdem Imperatoris conſtitutio edita Idibus Februarii ad Senatum Conſtantinopolitanum anno ſuperiori ſub Conſulatu ejuſdem Imperatoris (b) Conſtit. de no. Cod. fac. ſecundo declarat (b). Abſoluto vero opere hoc anno, ſeptimo Idus Februarias ad Mennam Præfectum Prætorio de (c) Conſtit. de Juſtin. Cod. confi. confirmando eodem Codice conſtitutionem (c) edidit ſub Conſulatu Baſilii. Ad Decemviratus pro compilando Codice. hoc enim curandum opus Decemviratus conſtitutus eſt ab eodem Imperatore, delectique Joannes Patricius vir Conſularis & Exquæſtor, Leontius Magiſter militum ex Præfecto Prætorio, Phocas Magiſter militum & Patricius, Baſilides Patricius ex Præfecto Prætorio Orientis, Thomas Exquæſtor ſacri Palatii, Tribonianus Magiſter Officiorum, Conſtantinus Comes ſacrarum largitionum, Theophilus Comes ſacri Conſiſtorii, Dioſcorus, & Præſentinus togati Judices ſacri Prætoriani. His datum eſt onus Codicis Juſtinianei elaborandi, eo oſtenſo illis totius tractationis argumento, nimirum ut ex tribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano, & Theodoſiano, tertium elucubrarent, quem & Juſtinianeum (ut diximus) Codicem appellarent ob additamentum novarum ipſius Imperatoris conſtitutionum.

Qui vero præ cæteris in opus inſudaſſe viſus eſt, fuit Tribonianus jure conſultiſſimus, de cujus ſtatu moribuſque Procopii diverſa aſſertio eſt: qui primum cum ipſum laudat, agens de bello Perſico, iſta habet (d): *Tribonianus Pamphilius genere, vir moribus & diſciplina omnium artium nulli ſecundus, juſtum ſectabatur lucrum; ſingulis diebus leges aliquas aut antiquabat, aut condebat.* Hæc Procopius. At eodem libro immemor fortaſſe Tribonianum a ſe laudatum, iſta ſubiicit, ſugillans ipſum avaritia: *Cum natura mitis & humanus eſſet; quibus moribus ſimul & doctrina ſingulari unicum avaritiæ morbum obſcurabat.* Sed vitium eo turpius videri ſolet, cum pulchritudine proximarum virtutum magis perſpicuum redditur. Atque in homine vera virtus, cui avaritia dominatur? Verum audi de Triboniano Suidam: *Tribonianus Macedoniani filius a Dicegoris hyparchis Gentilis fuit & impius: omnibus modis a Chriſtiana religione alienus, adulator & impoſtor, qui perſuadere conabatur Juſtiniano, eum non moriturum, ſed cum carne in cælum aſſumptum iri. Fuit autem Quæſtor Juſtiniani. Hic & ingenii facultate utebatur, & ad ſummam pervenerat eruditionem, nemini ſuæ ætatis inferior: pecuniæ ad miraculum avidus, jus pretio vendere ſolitus & legum dies alios plerumque tollebat, alios ſcribebat, pro cujuſque neceſſitate accepto pretio. Eo in honore, cum multos annos vixiſſet, morbo deceſſit, nihil injucundi a quoquam perpeſſus: nam & facundus erat, & cætera ſuavis, & avaritiæ morbum amplitudine doctrinæ ſolertiſſime occultabat.* Hucuſque Suidas.

XXIV. Tribonianus qualis fuerit. (d) Proc. de bello Perſic. l.1.

XXV. Sed plane monſtruoſum id de perſuaſione immortalitatis, qua ſeducebat Impe-

pe-

PAGIUS Quamobrem hoc ſæculo dies prima Januarii ſolennis apud Chriſtianos erat, ideoque & ordinationibus Epiſcoporum peragendis idonea. Cum itaque Fulgentius tardius quam anno DV. Epiſcopatum Ruſpenſem conſecutus non ſit, & *Kalendis Januarii* ad Deum migrarit, XXV. Epiſcopatus ſui anno, ſerius mors ejus non contigit, quam prima die ſequentis Chriſti anni; an vero citius, ut putavit Baronius, prorſus incompertum, cum annorum illorum XXV. exordium hactenus omnes lateat.

XIV. *Ferrandus S. Fulgentii diſcipulus.* Sanctum *Fulgentium* omnia Latinorum Martyrologia memorant, ejuſque Vitam gravi ſtylo quidam ejus diſcipulus ſcripſit, quam exhibet Bollandus ad diem primam Januarii. Inter ejus diſcipulos eminuit *Fulgentius Ferrandus* Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconus, qui vixit uſque ad annum DXLVIII. de quo plura Facundus Herminianenſis Epiſcopus lib. 4. cap. 3. pro Defenſione Trium Capitulorum. Ferrandi Opera omnia Petrus Franciſcus Chiffletius nuper Divione edidit.

XV. *Juſtinianus Codicem ſuum publicat.* Ad num. XXIII. & ſeqq. Hoc anno abſoluto *Codice*, quem ſuo nomine appellavit, Conſtitutionem *VII. Idus Febr. Decio Conſule* edidit Juſtinianus Imp. ad Mennam Præfectum Prætorio, ut illum confirmaret. Circa Conſtantini Magni tempora duo Codices emerſerant, *Gregorianus*, & *Hermogenianus*: qui etſi temporum injuria interciderint, eorum tamen etiamnum rara quædam fragmenta ſuperſunt. In utrumque Codicem relatæ fuerant Imperatorum Conſtitutiones ab *Hadriano* Imperatore uſque in Tetrarchiam *Diocletiani*. *Gregorius*, & *Hermogenes* eorum Conditores Gentiles fuere, & eandem operam navavere; ita quidem, ut alter alterius operæ & induſtriæ quid adjeciſſe videatur. Ad utriuſque exemplum ſæculo ferme poſt integro *Codex Theodoſianus* editus eſt; in quem conjectæ Imperatorum Chriſtianorum Conſtitutiones; a Conſtantino Magno videlicet, qui primus ex Imperatoribus Chriſtianam Religionem amplexus eſt. *Juſtinianus* nonaginta poſt annos e tri-

bus

peratorem, putare, quis posset & fabulosum, nisi id alterius gravissimi auctoris fulciretur auctoritate. Nam Hesychius Milesius de Philosophis scribens, hæc de ipso: *Tribonianus Justiniano Imperatori adulans, ei persuasit, non moriturum ipsum, sed una cum corpore receptum, in cælum migraturum. Erat autem Paganus, & impius.* Hæc ipse. Fortasse inde ejusmodi fama percrebuit, quod Tribonianus leges scribens nomine ipsius Justiniani, ea apponere verba consuevit (*a*): *Nostra sanxit æternitas*. Id quidem dicerem ad Justiniani excusationem, nisi eadem verba ab aliis plerisque prædecessoribus Imperatoribus usurpata invenirentur, quæ diximus derisisse atque reprehendisse Ammianum in Constantio Imperatore.

Persuasa immortalitas Justiniano.

(*a*) *l. ult. C. de Epis. & cler. & aliis.*

XXVI. Sed illud attende, quod cum usum esse scias Justinianum Triboniano Ethnico homine in legibus conscribendis; nihil est quod mireris, si impios Imperatores, Zenonem videlicet, & Anastasium, jam sententia Romani Pontificis, comprobante id ipsum (ut vidimus) Constantinopolitano Concilio, necnon Justino Augusto, e catalogo Imperatorum abrasos, penitusque damnatos; nihilominus insigni titulo pietatis in legibus ab eodem Triboniano conscriptis eosdem reperias nominatos. Habes præterea, ex quibus eumdem Tribonianum auctorem intelligas, cujus studio factum est, ut cum Christianorum Principum sanctionibus Christiana religio abundaret, suis nihilominus favens Ethnicis Imperatoribus ipse Ethnicus legum conditor atque collector, in eodem Codice Justinianeo excripserit leges ipsorum Augustorum, ut Diocletiani & aliorum, qui Christianam religionem persecuti sunt.

Tribonianus Ethnicis favit.

Ann. Eccl. Tom. IX.

Sed quod in his versatur oratio, non prætermittamus dicere de Joanne Patricio, qui primus omnium recensetur decemvirum, quibus delegatum est opus: qualis namque iste fuerit, ex Procopio accipe, qui ait (*b*): *Prætorii Præfectus tunc Joannes Cappadox erat, Tribonianus vero Pamphilius.* Et paulo post: *Horum alter Joannes artium liberalium ac disciplinæ omnis expers fuit: nihil enim e scholis, nisi tantum litteras ab initio malas, & has male scribere didicit: naturæ tamen robore omnium quos scimus vehementissimus, ac nosse opportuna idoneus, tum rebus dubiis viam aperire. Cum his vitia miscuit ingentia: Nam in primis improbus, ac natura maleficus, neque Dei ratio, neque hominum reverentiæ respectus ullus: perdere insuper hominum vitas, urbesque delere ei curæ fuit, ex quo brevi tempore multas opes consecutus est, quas undique rapere & perdere natus erat. Voluptatibus insuper deditus, ebrietati quoque ac satietati vomitibus occurrebat. Et Joannes quidem talis erat.* Hæc ipse; qui & inferius de eodem (*c*): *Joannes vero omnibus gravis & difficilis, avaritia, crudelitate, perfidiaque infamis, eoque insaniæ processerat, ut Theodoram Augustam feminam sapientissimam apud virum calumniaretur, &c.* Hæc de ipso modo satis, reliqua autem suo loco inferius. XXVII.

(*b*) *Proc. de bello Persic. l. 1.*

Joannes Cappadox Patricius.

(*c*) *Procop. ibid.*

Possent quæ scribuntur a Procopio de Joanne in suspicionem adduci: num affectu privato in illum commotus eadem in ipsum probra congesserit: sed cum Cappadocem audio, memoriaque repeto quæ de Præfectis Cappadocibus ante scripserit Isidorus Pelusiota, ut de illis minime dubitem facit. Nam audi quid san- XXVIII.

Infamati Præfecti Cappadoces.

Fff 2

PAGIUS bus illis Codicibus per Decem viros ad id electos, suum concinnavit; promulgavitque currenti anno.

XVI. Nulla juris publici pars est, quæ hoc Codice non contineatur; proindeque nulli hominum studiosorum, qui Justinianeo Codice non indigere possint. Totius enim Imperii Romani faciem, & scientiam illorum temporum exhibet; quam late, inquam, diffusum id, sub quibus Imperatoribus, quænam ejus divisio: quæ Diœceseon ratio; qui tum hostes Imperii Romani, qui amici, quo milite, quibus castris classibusque limes defenderetur; quæ Magistratuum genera, quis Dignitatum ordo, quæ officia Domus Augustæ, quæ Urbium præcipua Corpora & Collegia; quis operum publicorum ornatus publicus; ad extremum quæ Ecclesiæ tum facies, quæ Principum per ea tempora circa fidem Catholicam, & personas Ecclesiasticas leges; quæ Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum Privilegia, quomodo habiti tunc hæretici & Schismatici, quomodo apostatæ, & Judæi, quomodo intelligendi ejusdem ævi Scriptores omnes, Oratores, Poetæ, historiæ Augustæ Auctores, Græci, Latini, Notitiæque Magistratuum; his enim illustrandis est hic Codex fax quædam, quæ plerasque tenebras discutit.

Codicis Justinianei utilitas.

XVII. „ Constitutiones, inquit Alemannus in Notis ad Historiam Arcanam Procopii, ab eo „ sapientissime conditæ vel veterum Imperatorum leges uno in Codice ordine distributæ „ vel antiquorum Sapientum responsa ex immensa congerie summa studiorum facilitate, ac „ brevitate digesta; vel hæc eadem ad Institutionis modum enucleata, eam *Justiniano* gloriam pepererunt, ut undecim jam & amplius „ hominum ætates eandem quasi per manus acceperint, foverint, & magis ac magis ampliaverint. Nec sane facilius Justiniano quicquam „ fuit quam vel hanc solum ob rem, gloriæ ac „ nominis laude reliquos omnes Romanos Principes infra se ponere; cum illi pro suorum „ quisque facinorum præstantia, in Romana Republica, velut in theatro, alius alio vel „ humiliore, vel editiore loco titulos, nomenque sibi statuisse videantur; ipse vero qui Romanis legibus suum præfixit eminentissimum „ locum, atque æternum invenerit. Quamquam „ in confesso sit apud omnes, neque ulla excusatione defendi queat ejus ad religionis dogmata definienda, Ecclesiasticasque sanciendas „ leges effusa licentia.

Summam Laudem Justiniano peperit.

Cum

(a) Isidor. l.1.ep.486. sanctus vir ad Florentium (a): *Hoc habete, Cappadox est: ut Cappadox Imperium gessit.* Rursum attende quid idem (b) Eodem l.1.ep.485. scribat ad Isidorum (b): *Carthaginenses homines minus malos lex magistratum gerere prohibet: Cappadoces autem, quorum ingens est improbitas, nulla lex ab Imperio & Præfectura removet. Quoniam igitur de omnibus bene mereri cupis, & parem cupiditati potentiam habes; aut legem immuta, Cappadocem potius quam Carthaginenses a gerendo Imperio arcens; aut cum his illos quoque copula, &c.* Et ad Ruffinum Præfectum Prætorio de Ægyptiis & Cappadocibus ista eodem ar- (c) Eodem l.1.ep.489. gumento ingerit (c): *Ægyptios quidem ob crudelitatem ac morum immanitatem lex ab Imperio & Præfectura arcet; Cappadoces autem, qui eos improbitate superant, non item. Quoniam igitur nos Cappadocem Præfectum nacti, nationis ad struendas calumnias propensæ periculum frequens facimus. Vos autem, qui Imperatoris voluntatem, quibus in rebus vultis, habetis; hos quoque illis copulate, ut ne cuiquam alii regioni Cappadox præsit, quam suæ. Consentaneum profecto est, eos patria acerbitate mutuo ab sese irrigari ac perfundi.* Hæc Isidorus, qui alias plures eodem argumento reperitur scripsisse epistolas (d). At hæc satis occa- (d) Eodem l.1.ep.483. 484. 487. 490. sione Joannis Cappadocis, principis Decemviratus ad Codicem Justinaneum colligendum electi. En quales homines sancivere Romano Imperio leges.

XXIX. Quoniam vero ex constitutione ejusdem Imperatoris de novo Codice confirmando data hoc anno ad Mennam Præfectum Prætorio, satis intelligis eum hoc anno magistratu functum esse; reliquæ quoque ejusdem Imperatoris sanctiones ad eumdem inscriptæ, quæ plures sunt diversique generis, quo tempore fuerint promulgatæ, possumus pariter intelligere. Sed hic finis esto rerum gestarum præsentis anni.

Tri-

PAGIUS XVIII. *Tribonianus in Codice conficiendo plura facinora admisit.* Cum tamen mille ferme Constitutiones ex codice Theodosiano in Justinianeum translatæ fuerint; si quis eas inter se conferat vel componat, inveniet *Tribonianum*, cujus opera usus est *Justinianus*, quamplura facinora admisisse. Nulla enim pene lex est de earum numero, quæ in Codice Theodosiano leguntur, ubi ille securim non admoverit; aientia ibi negantibus & retro mutata, Constitutiones meliore sui parte mutilatæ, una lex in plures distracta, & retro plures in unam conflatæ; rationes sæpenumero vel argumentationes resectæ, quas etiam, vel legum nexus & integritas, suggerebat, aliquando verborum decor omnis detractus, denique mutatæ passim inflexæque leges anteriores ad posterioris juris mentem, quod *in ipsis rerum argumentis obtinere vellet.* Notare etiam licet ne leges quidem ipsas satis *Trebonianum* assecutum videri, & ideo vel abdicasse, vel eas mutilasse; & post hæc tamen omnia eorum ipsorum Principum seu Imperatorum titulos, sive nomina legibus inscribit, quasi ab initio, ita scriptæ eæ fuissent. Quæ omnia sigillatim demonstrat Jacobus Gothofredus in Prolegomenis Codicis Theodosiani cap. 4.

XIX. *Inter Romanos & Persas de pace frustra actum.* Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXXI. Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoato, ait: *Duodecimo Maii Hermogenes Magister vir literatus ad Persarum Regem ab Imp. Justiniano Legatus de pace habenda missus, Antiochiam pervenit. Junio deinde mense Samaritæ & Judæi Palæstinam incolentes Juliano quodam in Regem coronato, motisque in Christianos armis, rapinas, cædes, incendia, adversus eos excitaverunt, quos Deus in Justiniani manibus tradidit, adeo ut deletis omnibus Julianum tyrannum capite obtruncarit; Chosroes autem Persarum Rex Hermogenem Magistrum de pace habenda tractatum habiturum cum donis accedentem suscepit: at Julio mense, fuit is ejusdem Indictionis VII. muneribus acceptis, propositum de pace sermonem respuit, ita nimirum a profugis Samaritis persuasus, qui regionem suam & universam Palæstinam, utpote qui auxiliares copias Judæorum & Samaritarum quinquaginta millia haberent, proditione tradere pollicebantur. His confisus Chosroes pacis conditionem non accepit, quinimo de Jerosolymis per istos potiundis cogitabat, Urbe videlicet prædivite, quæ innumera auri centenaria, & ingentem pretiosorum lapidum congeriem penes se haberet.*

JESU CHRISTI ANNUS 530.	FELICIS PAP. ANNUS 5.	JUSTINIANI IMP. 4. ATHALARICI REG. 5.

I. Felicis Papæ obitus. TRigesimus Christi post quingentesimum adest annus, Lampadii atque Orestis Consulatu notatus: quo ad quartum Idus Octobris Felix Romanus Pontifex ex hac vita decessit, ubi sedisset annos quatuor, menses duos, dies vero decem, & octo. Extat ejus epistola data hoc anno sub dictis Consulibus Kal. Martii ad omnes Episcopos de ecclesiarum consecratione: rursum alia ejusdem argumenti sub iisdem Consulibus data, sed perperam duodecimo Kal. Novembris, quo tempore non amplius Felix, sed Bonifacius Secundus Romanæ Ecclesiæ Pontifex præsidebat: facile enim accidisse potuit, ut loco Bonifacii, Felicis fuerit nomen appositum. Dolemus res ejusdem Papæ Felicis ob injuriam temporum admodum jejunas esse relictas: Apud Anastasium enim nonnisi ista de ipso leguntur.

Hic fecit basilicam sanctorum Cosmæ, & Damiani in urbe Roma ad locum qui appellatur Via Sacra, juxta templum urbis Romæ. Est autem sita apud templum Pacis. ☞ Extat adhuc vetus Inscriptio, quæ erat incisa in throno sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani his versibus (a): (a) *Antiq. Inscrip. in Appen. pag. 1164. n. 16.*

AVLA DEI CLARIS RADIAT SPECIOSA METALLIS
IN QVA PLVS FIDEI LVX PRETIOSA MICAT
MARTYRIBVS MEDICIS POPVLO SPES CERTA SALVTIS
VENIT ET SACRO CREVIT HONORE LOCVS
OBTVLIT HOC DOMINO FELIX ANTISTITE DIGNVM
MVNVS VT ÆTHERIA VIVAT IN ARCE POLI.

Ad eumdem quoque Felicem Papam, qui successit Joanni, pertinent Inscriptiones, quæ ibidem recitatæ, subiiciuntur in hunc modum (b). (b) *Antiq. Inscrip. in Appen. pag. 1164. n. 17. 19. 20.*

OPVS

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLXVIII. A. C. 530.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6023.

☉ 7. F. ☽ 18. P. 31. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 530.

BONIFACII II. PAPÆ 1.

JUSTINIANI IMP. 4.

ATHALARICI REG. 5.

I. *Consules.* [1] COSS. *Lampadius* & *Orestes*, uterque Occidentalis, ut ostendit Onuphrius in Fastis.

II. A num. I. ad VI. Anastasius scribit, *Felicem* Papam sedisse *annos quatuor, menses duos, dies XIV.* fuisse autem *temporibus Theodorici Regis, & Justini Augusti a Consulatu Mamortini* (legendum, Mavortii;) *usque ad Consulatum Lampadii & Orestis, a die IV. Idus Juliarum, usque in IV. Idus Octobris*, & sepultum esse *in Basilica B. Petri Apostoli IV. Idus Octobris.* Ab Anastasio non discrepat Author auctioris Chronici Veterum Pontificum. Verum cum Theodoricus anno DXXVI. perierit, & Mavortius anno DXXVII. Consulatum inierit, ac praeterea Felix IV. die XII. mensis Julii anni DXXVI. ordinatus fuerit Pontifex Romanus, quomodo mors ejus incidere potuit in diem XII. mensis Octobris hujus Christi anni Lampadii & Orestis Consulatu notati, & sedisse annos IV. menses duos, dies XIV. cum ab die XII. Julii anni DXXVI. ad diem XII. Octobris hujus Christi anni, intercurrant anni IV. ac menses tres integri? *Moritur Felix PP.*

Tex-

NOTÆ [1]* COss. *Lampadius & Orestes.*
Relandus: *Postumus Lampadius & Orestes.* Ex Grutero pag. CCCCLIX. Sponio pag. 160. & Fabretto pag. 398. *Postumi* nomen excerpsit Relandus. In his enim legitur.

POSTVMO LAMPADIO V. C.
ET INLVSTRI. CONS. CAMP.

An ad *Orestem* pertineat, valde dubito.
Inscriptiones antiquæ basilicæ S. Pauli pag. IV. num. 58.

sic
LAMPADI. ET HORESTIIS. Item n. 65. DIPOSITVS. EST VII. KAL. DEC. CONS. FL. LAMPADII. ET ORESTIS. VV. CC. Demum n. 394. DEPOSITVS SVB DIE. PRIDIE. ID SEPTEMBS. LAMPADIO ET ORESTE CONSVLIBVS. Ex hac Fabrettus pag. 327. Victor & Marcellinus: *Lampadio & Oreste.*
Epitome temporum & Indiculus Paschæ; *Lampadio & Oreste.* GEORGIUS

OPVS QVOD BASILICÆ BEATI MARTYRIS STEPHANI DEFVIT A JOANNE EPISCOPO MARMORIBVS INCHOATVM JVVANTE DOMINO FELIX PAPA ADDITO MVSIVO SPLENDORE SANCTÆ PLEBI DEI PERFECIT.

Insuper

* Astriferoque.

ASPICIS AVRATVM CÆLESTI CVLMINE TECTVM ASTRIFERVMQVE * MICANS PRÆCLARE LUMINE FVLTVM. DOMINO JVVANTE FELIX EPISCOPVS DEI FAMVLVS FORVM BASILICÆ BEATI MARTYRIS STEPHANI MUSIVO ET MARMORIBVS DECORAVIT.

(a) Pag. 2165. n. 6.

Epithaphium vero ipsius sepulturæ sic se habet (*a*):

Felicis Papæ Epitaphium.

CERTA FIDES JVSTIS CÆLESTIA REGNA PATERE ANTISTES FELIX QVÆ MODO LÆTVS HABET PRÆLATVS MVLTIS HVMILI PIETATE SVPERBIS PROMERVIT CELSVM SIMPLICITATE LOCVM PAVPERIBVS LARGVS MISERIS SOLATIA PRÆSTANS SEDIS APOSTOLICÆ CRESCERE FECIT OPES.

Ita ibi de Felice : ☞ Hujus temporibus consumpta est incendio basilica sancti martyris Saturnini via Salaria, quam a fundamentis restituit. *Hic fecit ordinationes duas per mensem Februarium & Martium, creavit presbyteros quinquagintaquinque, * diaconos quatuor, Episcopos per diversa loca vigintinovem. Qui sepultus est in basilica sancti Petri Apostoli quarto Idus Octobris : & cessavit Episcopatus dies tres.* Licet alicubi legatur, vacasse mensem unum & dies quindecim, habita consideratione ad tempus schismatis, quando tandem ab omnibus cognitus est legitimus Pontifex.

* quindecim.

II. Sic igitur cum ab obitu Felicis Papæ tres dies intercessissent, decimoseptimo Kal. Nobembris creatur Bonifacius patria Romanus, patre Sigisvultho *: ex quo nomine coniicere possumus eum etsi natus sit Romæ, genere tamen fuisse Gothum: non enim Romanum, sed Gothum refert nomen Sigisvulthus: ex illo fortasse descendens Sigivultho Gotho, quem eo

* Sigisbuldo.

Bonifacius II. Romanus Pontifex.

PAGIUS III. *Duratio ejus Sedis.*

Textus itaque Anastasii a Librariis depravatus, legendumque, fuisse Felicem *temporibus Thedorici Regis, & Justini ac Justiniani Aug. a Consulatu Olybrii usque ad Consulatum Lampadii & Orestis, a die IV. Idus Juliarum, usque in XIV. Kalendas Octobris.* [1] Quo pacto sedit *Felix* IV. annos IV. menses II. dies VI. non vero dies XIV. Eum sedisse annos IV. testantur omnia exemplaria MSS. Anastasiana, Hermannus Contractus, Regino, Marianus Scotus, Ordericus lib. 2. Martinus Polonus in Chron. Luitprandus, Catalogi Palatino-Vaticanus, & passim alii; adeo ut dubitari non possit, quin Anastasius, ex quo alii accepere, *Felici* IV. annos IV. attribuerit; quod & de mensibus II. quibus supra annos IV. sedit, etiam dicendum. Quoad dies, aliqui quidem Catalogi habent *dies XII.* quidam alii *dies XIII.* sed alii passim exhibent *dies XIV.* nullus VI. quod tamen ex iis, quæ Anastasius de Joanne, Felice, & Bonifacio scribit, necessario sequitur. Quamobrem dies *IV. Idus Octobris*, quo *Felicem* sepultum dicit, ad aliquam Felicis IV. Translationem referendus. Ad eum diem inscriptus est Martyrologio Canisiano, ideoque Papebrocius in Conatu ad Catalogum Pontific. Roman. perperam dubitavit, an *Felix IV.* ullis Sanctorum Fastis adscriptus fuerit; præsertim cum Anastasius loco

NOTÆ [1] Felix ex nostro Catalogo sedit annis quatuor, mensibus duobus, diebus 12. qua ducta supputatione pertingimus ad annum 530. diem 14. Octobris. Addendum nunc Interpontificium, in quo mendum perspicue in omnes Anastasii textus irrepsit; nam ut ex Pagio hic intelligimus, alii quidem Codices illud prorogant ad mensem unum, & dies 15. alii vero ad dies tantummodo tres. Ego in utrisque Codicibus veri aliquid, mendi pariter aliquid inesse suspicor, textumque Anastasii ita sanandum censeo, ut Interpontificium istud ad mensem unum, & dies tres definiatur. His constitutis, devenimus ad diem 17. Novembris, quæ anno illo 530. Dominica erat, & apta ad ineundum Bonifacii II. Pontificatum. His admissis, stare utique posse adscriptionem Epistolæ Bonifacii II. censeo. Electus enim & consecratus labente Novembri Bonifacius, literis S. Cæsarii ante initum Pontificatum acceptis, citum se dare responsum arbitratus fuit, dum illas expedire potuit medio Januario sequentis anni. Quare literæ illæ forte datæ sunt *VIII. Kal. Februarii P. C. Lampadii & Orestis*, prout Sirmondus emendavit. Vide Pagium hic num. *6.* & ad A. 529. II. MANSI

eo claritudinis perveniffe, ut Confulatum ordinarium promeruerit, fuo loco fuperiori tomo dictum eft. Creato autem ipfo Pontifice in bafilica Julii, adverfus eum in fchifmate in bafilica Conftantiniana erectus eft Diofcorus diaconus, quem illum putamus, qui fub Hormifda Romano Pontifice functus eft legatione ad Juftinum Imperatorem una cum collegis Germano & Joanne Epifcopis, Blando presbytero, atque Felice diacono. Cujufnam autem rei caufa conflatum fit fchifma, etfi nihil inveniatur expreffum; tamen (quantum coniicere licet) illam mihi facile perfuadeo, quod conanti Athalarico Regi aliquem confecrandum deligere facerdotem, parte cleri illi confentiente, reliqui adverfati alium ex adverfo creaverint Romanum Pontificem. Id enim opinari, quæ contigerunt in electione prædecefforis, admodum perfuadent, & quæ ex epiftola Athalarici ad Senatum (*a*) funt fuperius recitata.

Diofcorus fchifmaticus contra Bonifacium.

(*a*) *Apud Caffiod. l. 8. e. 15.*

III. Sed quæ poft hæc de hujufmodi fchifmate legantur apud Anaftafium, audiamus: *Fuit* (inquit) *diffenfio in clero & Senatu, quo tempore defunctus eft Diofcorus pridie Idus Novembris* *. *Iftis diebus Bonifacius zelo & odio ductus cum grandi amaritudine fub vinculo anathematis & chirographi reconciliavit clerum: quod chirographum archivo Ecclefiæ claufit, quafi damnans Diofcorum, & congregavit clerum: cui tamen in Epifcopatu nullus fubfcripfit, dum plurima multitudo fuiffet cum Diofcoro.* Quæ autem ibi fubiiciuntur de Synodo per Bonifacium congregata, fequenti potius anno contigiffe videntur: agemus de ea fuo loco. Dei namque beneficio factum eft, ut cito morte prævento fchifmatico, extingueretur & fchifma.

* Octobris

IV. Porro qui contra Bonifacium Papam creatus eft Diofcorus, magnopere fimoniæ crimine infamatus habetur. Scribens enim poftea Athalaricus (*b*) Rex ad Joannem Bonifacii fuccefforem Romanum Pontificem, hæc inter alia: *A tempore fanctiffimi Papæ Bonifacii, cum de talibus prohibendis fuffragiis P. C. Senatufconfultum nobilitatis fuæ memores condiderunt: Quicumque in Epifcopatu obtinendo five per fe, five per aliam quamcumque perfonam aliquid promififfe declaratur, ut execrabilis contractus cunctis viribus evacuaretur* *, *&c.* Sed & hæc clarius de Diofcoro, quæ Juftinianus Imperator tradit, confirmant, nempe ob caufam pecuniariam fuiffe poft mortem ipfum anathematizatum; id quidem, ut de his nulla poffit dubitatio fupereffe, teftatur exprelle idem Juftinianus in edicto (*c*) ad Joannem Romanum Pontificem. Sed de his agemus anno fequenti, ubi de Synodo in ea caufa coacta fermo erit.

Simoniæ labe confperfus Diofcorus.

(*b*) *Apud Caffiod. l. 9. ep. 5.*

* efferretur.

(*c*) *Extat t. 1. Conc. vet. edit. in Joan. Pap.*

V. Legitur in collectione Conciliorum nomine Juftini Imperatoris ad Bonifacium Papam fidei profeffio, quæ incipit: *Prima falus eft, &c.* Quam quidem nec effe poffe Juftini, qui ante annos quatuor jam obierat, prudens collector epiftolarum Romanorum Pontificum confiderans, explofit, utpote quæ nec fit Juftiniani, cum multa habeat epiftolæ Joannis Conftantinopolitani Epifcopi miffæ ad Hormifdam Papam, quam & ipfe Pontifex (*d*) ad Hifpaniarum Epifcopos dedit; habeatque & alia admixta ex aliis ejus epiftolis: ut plane effe appareat cento male confutus. Sed & inde vitiofa detegi-

(*d*) *Hormif. ep. 45.*

PAGIUS co citato non nifi de die ejus Tranflationis intelligi poffit, cum ait Felicem IV. fepultum effe IV. Idus Octob. Eum etiam *Sanctum* appellat Holftenius, qui librum Pontificalem ufque ad Sanctum Felicem IV. emendavit.

IV. Circumferuntur duæ *Felicis* IV. Epiftolæ, quarum prima dicitur data *Kal. Mart. Lampadio & Orefte Coff.* altera *XII. Kal. Novemb. Lampadio & Orefte Coff.* Verum, ut jam Viris doctis obfervatum, utraque fuppofititia eft; cum contineant phrafes pofteriorum fæculorum, & fententias ex Epiftolis S. Gregorii Magni, aliifque emendicatas, ac denique *XII. Kal. Novemb. Felix* IV. in vivis non fuerit.

Duæ Epiftolæ Felici IV. afficta.

V. Anaftafius juxta Regiam editionem & auctius Chronicon Veterum Pontificum, habet ceffaffe Epifcopatum *menfem I. dies XV.* fed mendofe, ut liquet ex Codice Anaftafii MS. qui extat in Bibliotheca Colbertina, ex variis Catalogis, Orderico citato, ac plerifque MSS. exemplaribus Anaftafii, in quibus omnibus habetur, ficuti & in exemplari, quo ufus eft Baronius, ceffaffe Epifcopatum *dies tres.* Quare cum *Felix* IV. fupremum diem obierit *XIV. Kalend. Octob.* feu die XVIII. menfis Septembris, *Bonifacius II.* natione Romanus confecratus eft die vicefima prima menfis Septembris, in quam Feftum Sancti Matthæi Apoftoli incidit. Eo autem die *Bonifacium* Pontificatum accepiffe, ex dicendis in morte ejus conftabit, & noftra per hæc tempora Chronologia Pontificia magis confirmabitur. De *Diofcori* Schifmate adverfus *Bonifacium* II. legendus Baronius, ficuti & de fidei Profeffione ad Bonifacium II. hujufque Epiftola ad *Eulalium* Epifcopum Alexandrinum; quam utramque fuppofititiam effe oftendit. Qua de re nullus Eruditorum hodie dubitat.

Bonifacius II. fit Papa.

VI. *Felicem* tamen IV. anno fuperiori e vivis abiiffe, & *Bonifacium* II. ei fucceffiffe eodem anno, contendunt Holftenius in Serie Chronologica Pontificum Rom. & Emin. Card. Norifius lib. 2. Hift. Pelag. cap. 23. nifi die & menfe adfcriptis Epiftolæ Bonifacii II. ad S. Cæfarium Arelatenfem Epifcopum, qua Synodi Araufican æ II. Decreta approbat. Hæc enim Epiftola, quæ poft Baronii mortem in lucem prodiit, dicitur *data VIII. Kalend. Februarias, Lampadio & Orefte VV. CC. Coff.* ideoque die XXV. menfis Januarii hujus Chrifti anni. Quare, inquiunt, *Bonifacius* antecedenti anno Pontifex ordinatus fuerat. Sed jam ibi dixi, eam Epiftolam abfque die & Confule effe repertam, & temporis progreffu, ut non raro contigit, a fciolo quopiam utrumque additum.

Ante præfentem annum Felix IV. mortuus non eft.

Fe-

gitur, quod data habetur sub Consulatu Justiniani tertio, cum jam non amplius Bonifacius, sed Joannes Romanæ Ecclesiæ Episcopus præsideret: sed cum additur collega Orestes, magis arguitur impostura. Eodem plane vitio laborat, sed absurdiora continet illa quæ nomine ejusdem Bonifacii legitur data epistola ad Eulalium Episcopum Alexandrinum, prout ostendimus in Notis ad Romanum Martyrologium, & superius tomo quinto, cum eam manifestissimæ imposturæ convictam penitus confutavimus. Eant procul a Fidelium cœtu, qui in Ecclesiam non habentem maculam neque rugam ejusmodi conantur inferre quisquilias; longeque longius exulent a Catholico orbe, qui, quæ corruere videntur, mendaciis suffulcire nituntur: nam super solidum fundamentum firmamque petram structa est semper manens, numquam casura sincera fides.

Nomine Bonifac. scripta edita.

VI. Hoc eodem anno Hildericus Rex Wandalorum in Africa a Gilimere fratre consobrino conjectus in vincula, regno spoliatur, cum jam annos septem in eo explesset. Res autem quomodo se habuerit, a Procopio sic accipe (*a*): *Erat* (inquit) *in Genserici genere quidam Gilimer Genzonis Genserici nati filius, ætate provectus post Hildericum, cujus rei gratia successurum post eum sperabatur: hic & rei militaris peritissimus, & ingenio gravis, tum pecunia, vique ac rebus aliis aliena invadere promptissimus. Qui quamquam se jure successurum quandoque videret, dilationem tamen ac moram minime toleravit: quin vivente adhuc Hilderico, honores intempestivos, factaque Imperii sibi usurpare; illum ut ignavum & inertem apud Vvandalos accusare; præterea ob ejus imperitiam ab Afris superatum dicere cæpit: insuper calumniis onerare, quod Vvandalos simul cum tota ditione Justiniano prodere vellet, nec aliud legationem Byzantium missam voluisse. Quæ omnia Vvandali credentes, eum Regem constituunt; Hildericum post annos regni septem cum Amere & ejus fratre Evagene custodiæ tradunt. Ubi vero Justinianus jam factus Imperator hæc audivit, legatos in Africam ad Gilimerem mittens, hæc scripsit:*

Hildericus Rex Wandalorum captivus detentus. (*a*) *Procop. de bello Vand. l. 1.*

VII. *Impie facis, minimeque dignum Genserici testamento, quod Hildericum legitimum Regem in custodia teneas, cum brevi post tempore tibi liceret ex lege omnino succedere: nunc vero ut modicum prævenias tempus, jura prodis, & regni nomen in tyrannidem convertis. Hunc igitur hominem sine, donec vivat, regni saltem imaginem habere: ageque tantum quod Regem deceat, & avi tui Genserici mandatum circa regni successionem expostulat; ut quod nunc injuste possides, ex æquo retineas. Hoc si in animum duxeris; & res tibi felicius, & nostra simul amicitia provenerit. Hæc itaque summa epistolæ. Gilimer autem legatos re infecta remisit, statimque Amerem excæcavit, Hildericum vero, & Evagenem arctiori tradidit custodiæ; insuper illudens hor-*

Justiniani litteræ ad Gilimerem.

PAGIUS

Felicem enim quarto annos quatuor. *Bonifacium* vero II. duos tantum Romanam Ecclesiam gubernasse, testantur omnia exemplaria Anastasiana, Catalogique omnes Pontificum Romanorum, a quibus tam labili fundamento discedere non licet. Papebrocius laudatus aliique Consulatum illum addititium esse persuasum habuere, idque in dubium revocari non debet.

VII. Cæsarius itaque postquam priori anno, die tertia mensis Julii Synodum Arausicanam celebravit, videns aliquos Gallo-provinciæ Episcopos damnatis *Semipelagianismi* erroribus adhuc adhærescere, hoc anno Synodum *Valentinam* indixit, de qua anno elapso; eaque absoluta per *Armenium* Abbatem omnium a se in causa illa gestarum *Felicem* IV. certiorem fieri curavit, ad quod etiam apud hunc promovendum, *Bonifacii* cum quo veterem amicitiam colebat operam deprecatus est. Sed *Felix* IV. mense Septembri hujus Christi anni e vivis abiit, eique *Bonifacius* S. Cæsarii amicus die XXI. ejusdem mensis suffectus, qui uno post aut altero mense Synodi Arausicanæ II. decreta confirmavit. Bonifacii II. ad Cæsarium Epistola, qua mox dicta fidem accipiunt, his verbis inchoatur: *Per filium nostrum Armenium Presbyterum & Abbatem literas tuæ fraternitatis accepimus, quas ad nos, ut apparet inscius adhuc Sacerdotii mihi commissi, sub ea qua in Deo tenemur charitate direxeras, quibus credideras postulandum, ut id quod a beatæ recordationis decessore nostro Papa Felice pro Catholicæ fidei poposceras firmitate, mea explicaretur instantia. Sed quia id Voluntas Superna disposuit, ut quod per nos ab illo speraveras, a nobis potius impetrares; petitioni tuæ quam laudabili fidei sollicitudine concepisti, Catholicum non distulimus dare Responsum*, &c. Tum in fine Epistolæ: *Contra Pelagiani erroris ineptias, quas illa videtur Epistola continere, quam a quodam tibi mandasti Sacerdote transmissam, respondendum non duximus; qui speramus de misericordia Divina, quod ita per ministerium tuæ fraternitatis atque doctrinam, in omnium, quod dissentire mandasti, dignabitur in cordibus operari, ut ex hoc omnem bonam voluntatem non ex se, sed ex Divina credant Gratia proficisci; cum se senserint id jam velle defendere, quod nitebantur pertinaciter impugnare.* Non mirum porro quod dies, mensis, & Consules in fine hujus Epistolæ additi fuerint, cum hæc initii verba, *quas ad nos, ut apparet, inscius adhuc sacerdotii mihi commissi*, absint a Sirmondi MS. quæ tamen in vaticano optimo & antiquissimo Holstenius invenit, & congruit, exigitque hujus loci sententia. Quare Librarios ex litteris Pontificiis aliqua quandoque detraxisse, & aliqua quandoque iisdem addidisse, præsertimque diem, mensem, & Consules, certum & indubitatum hoc exemplum reddit.

Bonifacius II. Synodum Arausicanam II. confirmat.

VIII. A num. VI. ad XI. *Ildericus* Vandalorum Rex, qui anno DXXIII. die XXIV. mensis Maii *Trasamundo* successit, hoc anno mense circiter Augusto, a *Gelimere* Gizechi Vandalorum Re-

Gelimer Regnum Vandalorum occupat.

hortabatur, ut Byzantium ad Imperatorem fugere meditarentur. Justinianus ubi hæc audivit, alios rursum legatos mittit cum his litteris.

VIII. Rursum Justinian. ad Gilimerem. *Nos cum te minime nostris monitis adversaturum putaremus, priorem tibi epistolam scripsimus. Quando vero placet tibi regnum hoc pacto habere, tibi habe quod fortuna ex ipso tribuerit. Tu autem Hildericum, & Amerem luminaribus cassum, ejusque fratrem ad nos mitte, solatium habituros quale potuerunt, qui regno aut oculis sunt privati. Quod si minime feceris; nos profecto coges, amicitia relicta, fœdereque quod cum Genserico ejusque successoribus gessimus, soluto, te non solum armis petere, sed pœna quali possumus persequi. Hæc vero Gilimer excusans, hoc modo respondit:*

Gilimer Rex Justiniano Imperatori salutem.

IX. Gilimeris litteræ ad Justinianum. *Neque ego per vim regnum accepi, neque contra meos propinquos quicquam injustum perpetravi. Hildericum enim nova quærentem in familiam nostram, Vvandalorum gens magistratu dejecit; meque tempus & ex lege ætatis honor in regnum vocavit. Talem enim quemdam virum bonum regnum expostulat, qui nec alienas ab re curas persequatur. Tu vero item Rex curiose facis ac injuste aliena curare. Quod autem fœdera solves nobis bellum inferendo; respondere sum paratus quibus potuero viribus, obtestans ac fidem expostulans simul & jusjurandum Zenonis, cujus tu successor existis.*

X. Justin. parat bellum in Gilimerem. *Has accipiens Justinianus litteras, si male prius in illum fuerat animatus, tunc in eum multo magis exarsit. Quapropter ei visum, ante omnia Persicum solvere bellum, in Africamque transferre: erat enim in perscrutando ingeniosus, & ad ea quæ decreverat perficienda non piger. Aderat insuper ex Oriente Belisarius Dux, non ut ad hoc bellum quæsitus, sed jam exacto magistratus tempore: nam & cum Persis induciæ (ut supra narratur) factæ fuere.* Hæc autem de litteris & legationibus ultro citroque missis inter Justinianum & Gilimerem, etsi hoc anno cœpta esse dicuntur, haud tamen eodem anno perfici potuerunt, sed ultra biennium duæ missæ legationes temporis insumpserunt. Etenim non ante annum septimum ejusdem Imperatoris fœdus cum Persis (ut idem Procopius (a) tradit, sancitum est, neque ante idem septennii Imperii tempus bellum Africanum Justinianus est auspicatus.

(a) Procop. de bello Persic. l. 1.

XI. Status rerum Orientalium. Jam vero quæ hoc ipso anno quarto Justiniani Imperatoris in Oriente contigerunt de bello Persico, aliis barbaris adversus Persas ab eodem Imperatore concitatis, breviter dicenda sunt. Usque enim ad annum hunc quartum Justiniani Imperatoris bellum Persicum per Belisarium Ducem feliciter confectum esse, Procopius (b) docet: post hæc autem non ita: nam temeritate militum inopportuno tempore pugnam appetentium Romanus exercitus in discrimen adductus est, cessitque victoria ipsis Persis, sed ita cruenta, ut Persarum exercitus Dux non solum nullum sit consecutus præmium, sed a suo Rege Cabade subire supplicium jussus. Quo etiam tempore (ut idem Procopius (c) tradit) Justinianus Imperator gentes ad mare positas contra Persas excitare conatus est, Homeritas videlicet & Æthiopes, cum quibus societatem iniit; simulque Blemyos & Nabathæos sibi ad hoc ipsum conciliavit, eosdem beneficiis demeritos atque devinctos: eis enim juxta Nilum frugiferam terram dederat incolendam, qui apud Oasis petras loca sterilia habitabant. Sed quod majoris beneficii loco habitum, illud fuit, quod eosdem adhuc in idololatria perseverantes, ea abolita, reddidit Christianos: nam audi Procopium (d):

(b) Procop. de bello Persic. l. 1.

(c) Procop. de bello Persic. l. 1.

(d) Procop. ubi supra.

XII. *Hæ namque gentes & Blemyes, & Nabathæ, cum alios deos, uti Græci, tum Isim*

PAGIUS. Regis pronepote e Regno dejectus est. Procopius enim lib. 1. de bello Vandalico cap. 9. postquam rem gestam narravit; inquit: *Ita Dominatum occupat Gelimer, & Ildericum septem annos Regno potitum in custodiam tradit.* Parte alia Isidorus in Chronico Vandalorum testatur, *Ildericum* annos septem & menses tres regnasse. Quare eo quo dixi mense Regno privatus est. Justinianus; qui Ilderico amicissimus erat, ad ultionis cupiditatem exarsit, censuitque *bellum sine mora cum Persis dirimendum esse, & in Africam transferendum. Aderat Belisarius Magister militum Orientis, quem revocaverat, cum illum expeditionis Africæ Ducem futurum, nec ipsi, ne alii cuiquam ante dixisset. Eidem in speciem scilicet Magistratum quem habebat, abrogavit: subinde pax cum Persis uti in superioribus Libris narravimus, composita est*, inquit Procopius citatus. Initium Gelimeri cum hoc Christi anno ab Hermanno Contracto juxta editionem Canisianam accurate illigatum.

IX. Pax Rom. inter & Persas post triennium facta. Procopius lib. 1. de bello Persico cap. 22. postquam capite superiore retulit, pacem cum *Cabade* Persarum Rege fieri non potuisse, & Justinianum *Belisarium* a potestate, quam gerebat, amovisse, eoque interim spatio *Cabadem* obiisse, prodit Romanos inter & Persas pacem sancitam esse: *Ita*, inquit, *confecta pax est perpetua, annum Principatus agente sextum Justiniano*, eoque in finem vergente, anno scilicet DXXXIII. eodemque Christi anno bellum Vandalicum Belisario Duce inchoatum, ut ibidem videbitur. Baronius quidem num. X. citato ex Procopio lib. 1. de Bell. Perf. ait. *Non ante annum septimum ejusdem Imperatoris fœdus cum Persis sancitum est.* Verum id non tradit Procopius vel Baronius mendosum Procopii Codicem nactus est, vel hunc Authorem non bene explicavit.

X. A num. XI. ad XVI. Anno superiori, num. XIX. ostendimus, Romanos inter & Persas de pa-

De Blemyis & Nabathæis. *Isim & Osyrim magnopere colunt, nec minus etiam Priapum: Blemyes etiam humana hostia Soli sacrificare consueverunt; qui mos barbaros usque ad hoc tempus servatus, jussu Piissimi Principis Justiniani sublatus est. Narses igitur genere Persamenius, cujus supra ut ad Romanos transfugæ memini, illorum militum Dux, ejusdem Imperatoris mandato & templa delevit, & sacerdotes in custodia vinxit, statuasque illorum Constantinopolim misit.* Hæc de eorum patrio ritu Procopius: quibus simul cum Christianis ecclesias, & sacerdotes Justinianum voluisse esse communes, tradit; atque addit: *Et quod speraret sacrorum commercio eorum perpetua frui amicitia; ex eo oppidum in ea parte Philas ex argumento appellavit.* Sed & quæ aliæ insuper nationes in aliis Ægypti partibus adhuc idololatræ existentes per eumdem Justinianum Christiana religione imbutæ sint, ex eodem auctore alibi ista narrante accipe (*a*):

(*a*) *Procop. de ædif. Just. Imp. orat. 6.*

XIII. Idololatræ ad fidem Christi conversi. *Habitantur*, inquit, in Pentapoli videlicet, *duæ urbes cognomines: utraque enim Ægyla dicta est, quæ a Boreo absunt itinere quantum robustus vir quatuor diebus conficere potest: vetustæ profecto urbes ad Notum ventum versæ incolarum antiquos mores ac studia referentes. Omnes enim adhuc mea ætate errabant, capti religione multorum deorum. Olim Ammoni & Alexandro hic ædes positæ erant, quibus usque ad Justiniani Imperium hostias mactabant indigenæ. Erat enim eorum qui sacris serviebant ingens turba. Cæterum hic Rex non tam subiectorum corpora tueri satagens, quam animas servare procurans hominibus hic commorantibus omni diligentia providit, non ut impense alia corrigeret, sed ut veram religionis opinionem doceret, sed singulas familias Christianos factos, & transmutatos ab obscænis patriæ moribus: apud quos templum Dei Genitrici ædificavit.*

XIV. *Boreum urbs Maurusiis barbaris vicina in hæc usque tempora ab exolvendo tributo libera fuit, neque umquam ex quo homines esse cœperunt, ad illam pervenerunt publicani & tributi exactores. Prope eam olim Judæi morabantur, vetusti templi, quod in primis venerabantur possessores: quos omnes Christianos Justinianus Rex efficiens, templum in ecclesiæ speciem transformavit.* Hæc Procopius. Quod autem ad Judæorum templum in Ægypto spectat, non potuit hoc illud esse, quod Onion constat fuisse nominatum: nam illud a Vespasiano demoliri jussum, auctore Josepho (*b*) Annalium tomo primo dictum est: oportuit enim istud ipsum fuisse postea a Judæis reædificatum. Quod vero in Ægypto potius quam alibi id sibi concessum Judæi existimarent, permoti erant istiusmodi vaticinio Isaiæ (*c*): *In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini juxta terminum ejus: & erit in signum & in testimonium Domino exercituum in terra Ægypti.* Hoc, inquam, Judæi persuasi sacro oraculo quod alibi nefas esse putarent, concessum sibi iidem rati id facere in Ægypto, templum iterum illic (ut patet ex Procopio) erexerunt. Sed omnia necesse est cedant Christo de quo Paulus Apostolus (*d*) oraculum illud prædictum affirmat: *Omnia* (*e*) *subjecisti sub pedibus ejus.*

(*b*) *Ioseph. de bello Judaico l. 7. c. 30.*

(*c*) *Isa. 19.*

(*d*) *1. Cor. 15.*

(*e*) *Psal. 8.*

XV. Quod vero pertinet ad Æthiopum Regem, quomodo adversus Persas cum Romanorum Imper. Justiniano hoc tempore fœdera junxit: attende quæ tradat Procopius valde consentientia, iis quæ superioribus annis diximus contigisse, cum de martyrum Arethæ & sociorum rebus gestis narrationem habuimus: ait igitur (*f*): *Sub hujus belli tempus Hellistæus Æthiopum Rex Christianus, dogmatisque hujus maxime observantissimus, postquam ex Homeritis his qui in alterius littoris continente sunt, plures esse Judeos didicit, multos autem sectam veterem colentes, quam Gentilem nunc homines vocant; cum non cessarent continuo in vicinos Christianos incurrere, cum classe adversus eos venit, & victoria potitus Regem cum Homeritis pluribus interfecit, alio subrogato Christiano genere item & Homerita, cui nomen Esimiphæo. Imperatoque tributo quotannis Æthiopibus dando, domum se recepit.* Et inferius: *Regnantibus igitur apud Æthiopes Hellistæo, apud Homeritas vero Esimiphæo, Justinianus Julianum legatum Re-*

(*f*) *Proc. de bello Persic. l. 1.*

De Rege Æthiopum Christiano.

PAGIUS

De pace inter Romanos & Persas irrito successu actum.

pace irrito successu actum fuisse. Iterum hoc anno congressum de rebus componendis habitum, docet Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXXII. qui mense Augusto hujus Christi anni absolvitur: *Porro*, inquit, *mense Martio ejusdem Indictionis* (scilicet VIII.) *Hermogenes Exconsularis & Magister, nec non Rufinus Exmagister militiæ, & Patricius Antiochia digressi, & Legatorum munere fungentes Persiam versus profecti, Daras cum pervenissent, Regi Persarum, ut se ad colloquium exciperet, denunciaverunt. Dum vero subsistunt ad Daras, Orientalis militiæ Magister una cum reliquis Romanis Ducibus Urbi quam proxime castra applicuit: qua re cognita, Meran Persarum Regis supremus Dux, ipseque Regis filius, & cæteri Persarum Duces cum innumeris copiis Nisibi collecti, acie omni in tres partes divisa, Junio mense, memoratæ octavæ Indictionis in eos irruerunt.* Addit Theophanes, cæsos fuisse Persas, & ad internecionem profligatos. Procopius lib. 1. de Bell. Pers. capp. 13. & 14. pluribus hoc prælium describit, aitque *Perozem* summum Ducem Persarum, *Mirrhanen* antea factum fuis-se,

Reges ambos rogatum misit ob communem in Christo fidem, uti sibi contra Persas essent auxilio. Sed quomodo ex hac spe Justinianus excidit, cum multa intercessissent, quibus illi impediti minime stetere promissis, ob idque ipse Imperator pacem cum Persis statuere coactus est, idem Procopius pluribus docet. Cabade enim Rege defuncto, cum ejus filio regni hærede Cosrhoe justis legibus pacem composuisse tradit. Cuncta vero hæc ultra biennium esse propagata, pacemque cum Cosrhoe anno septimo Justiniani Imperatoris fuisse firmatam, idem Procopius narrat, quando & cœptum est moveri ab eodem Imperatore bellum Wandalicum, de quo suo loco dicemus.

XVI. Hoc anno sub iisdem Consulibus Justinianus Imper. eam edidit sanctionem, (a) qua hæreticorum filii Orthodoxi a parentum successione quolibet provenіente titulo minime repellerentur: sed etiam addidit, ut hæretici cogerentur alere filios Orthodoxos; contra vero filios, qui essent hæretici, ab hujusmodi voluit legis auxilio omnino repelli. Cum vero ibi Justinianus inter complures sectas hæreticorum, quorum liberi hæretici a parentum successione repellerentur, adnumeret hæreticos Samaritas: plane ad eamdem constitutionem allusisse visus est Cyrillus, in Vita Sabæ, dum hæc ait de ipso Justiniano Imperatore: *De Samaritis hanc legem tulit, ne essent alter alterius hæredes, ne per successiones opes illorum crescerent & amplificarentur*. Hæc ibi: quæ quidem eumdem sanctissimum virum Sabam curasse apud Imperatorem, nempe, ut ejusmodi constitutio adversus hæreticos sanciretur, idem auctor testatur.

(a) *l. 19. Cod. de hæret.*

Constitutio Imper. adversus hæreticos.

XVII. Quæ autem præcesserint, ut idem Justinianus Imp. vehementer commotus sit adversus Samaritanos, idem Cyrillus diligenter quidem prosecutus est. Sed antequam ista reddamus, ratio exigit argumenti, ut immania scelera ab eisdem antea perpetrata his præmittamus: cum, quo certo anno collocanda fuissent incompertum penitus nobis esset. Ex Procopio itaque primum hic describamus eam quam de iisdem ipse historiam texuit, incipiens enim ab his quæ sub Zenone atque Anastasio Imperatoribus ab eis sacrilegia sunt perpetrata, hæc habet (b): *Tempore Zenonis Regis, Samaritani subito tumultuantes irruunt in Neapolim, & multos ex Christianis Pentecostes solemnitatem in ecclesia agentes trucidarunt; & Episcopum Therebinthium nomine sacræ mensæ astantem, obeuntemque sacra, gladiis percussum vulnerant, dissectis manuum digitis: atque ita mysteriis injuriam intulerunt, quemadmodum quidem Samaritanis facere collibuit, nobis vero silentio præterire. Mox sacerdos hic Byzantium profectus, & Regis conspectui sese insinuans, iis quæ commissa erant enarratis, vulnera sua ostendit; atque prædictionis Christi mentione habita ultorem ac vindicem in omnibus ipsum Regem fore petebat. Zenon Rex consternatus, eos, qui nefanda patrarunt digna pœna affecit. Nihil enim moratus, Garizin montem, pulsis Samaritanis, mox Christianis restituit; & in vertice structam ecclesiam, Deique Genitrici dedicatam, ea solum ratione muro vallavit, ut revera cinxisse videatur, collocato inibi militum præsidio. Quam rem ægre ferentes, vehementer excanduerunt: sed tamen ob metum Regis, iram silentio devorabant.*

(b) *Procop. de ædific. Just. Imp. orat. 5.*

Scelera Samaritanorum sub Zenone.

Postremo tempore, cum Anastasius imperaret, tale quiddam contigit. Quidam ex Samaritis a muliere persuasi, verticem & præcipitium montis conscendunt præter opinionem, & templum ingressi illic constitutos custodes trucidant: elataque vehementer voce, eos qui in urbe adhuc erant, Samaritanos vocant. Hi milites formidantes, iis qui tantum nefas ausi sunt, nequaquam opitulari voluerunt. Non multo post, is qui regionem XVIII.

Quid Samaritani sub Anastasio.

PAGIUS se, *sit Persa*, inquit, *quandam dignitatem vocant*. Quare *Meran* apud Theophanem idem est ac *Mirrhanes*. Baronius anno DXXVII. a n. XLV. ad L. de colloquio pacis & de prælio Belisarium inter & Mirrhanem seu Perozen commisso, fuse ex Procopio agit; sed loco non suo; ideoque ea huc revocanda.

XI. Baronius num. XV. *Cabadis* Persarum Regis mortis mentionem facit; sed, ut testatur Agathias lib. 4. pag. 135. is *quinto anno Imperii Justiniani Augusti* e vivis excessit, ideoque sequenti Christi anno, quod confirmat Procopius qui in lib. 1. de Bello Pers. cap. 16. ubi asseruit, de pace cum Cabade actum fuisse, sed Legatos Romanos re infecta Byzantium rediisse, subdit: *Abiit hyems, & annus Imperii Justiniani quartus absolvitur*. Tum capitibus sequentibus narrat aliqua prælia, antequam Cabades moreretur, gesta. Quare non dubitandum quin mors ejus ad annum sequentem differenda sit. Multis ille inclaruit victoriis, ac *per unum & quadraginta annos Imperio potitus est*, inquit Agathias citatus, qui de Chosroe ejus filio ac successore affirmat, *quod per octo & quadraginta annos, quibus Imperio potitus est, multis decoratus fuerit victoriis, talisque evaserit, qualis ante eum ex Persarum Regibus, nemo, si cum singulis eorum comparetur; ne si Cyrum quidem Cambysæ filium, aliquis nominaverit, aut Darium Hytaspis, sed neque Xerxem illum, qui mare equis, montes navibus reddidit pervios*. Porro Chosroen post diem XIX. mensis Februarii anni insequentis Regnum iniisse liquebit ex iis, quæ anno DLIX. in morte S. *Siræ* martyrium in Perside passæ anno XXVIII. Chosrois, in medium afferemus.

Obitus Cabadis Persarum Regis.

XII. A num. XVI. ad XLV. Rebellio *Samaritarum* in Palæstina, de qua fuse hic Baronius, an-

nem illam gubernabat, vir diſertus Procopius nomine, ex Edeſſa urbe, tam diri ſceleris auctores comprehenſos occidit. Nulla tamen ratio aut providentia munitionis tunc a Rege facta eſt: ſed nunc Juſtinianus Rex, Samaritanis ut plurimum Chriſtianis effectis, vetuſtum in monte Garizin propugnaculum obcinctum reliquit, quemadmodum diximus. Hæc Procopius: quem miror proximam cauſam præterire, ob quam Juſtinianus Imperator locum illum adverſus impios Samaritas fortius communivit. Porro rem ipſam Cyrillus, qui his ipſis temporibus vixit, iſtis verbis proſecutus eſt. (*a*)

(a) Vita S. Sabæ apud Sur. t. 6. die 5. Decemb.

XIX. Crudelia facta Samaritanorum. *Qui in Palæſtina erat populus Samaritanorum, cum Julianum quemdam, qui ipſe quoque erat Samaritanus, ſibi Regem creaſſent, multam injuriam faciebat Chriſtianis, eccleſias depopulantes & exurentes, Chriſtianos afficientes ſuppliciis innumerabilibus, & deinde etiam occidentes, & in vicos finitimos facientes incurſiones, & capſas Sanctorum rumpentes & igni mandantes: quæ quidem maxime fecerunt in locis quæ erant circa Neapolim,* nempe Samariam, *ut qui Epiſcopum quidem gladio peremerint, quoſdam autem presbyteros comprehenderint, & primum quidem membratim & fruſtratim eos deſecuerint, & deinde eos cum martyrum reliquiis frixerint in ſartagine; & nulli probro & contumeliæ pepercerint in Chriſtianos.*

XX. *Hæc poſtquam renunciata fuerunt Imperatori, adverſus illos magnas emittit copias: quæ cum eis manus confligentes, multos alios interimunt, & ipſum etiam Julianum. A quibus Silvanus quoque tunc Scythopoli comprehenſus, in ignem inicitur; & ita acerbum accepit vitæ exitum vir qui multis probris & contumeliis affecerat Chriſtianos; & ideo (ut arbitror) pulchre ad hoc a divina reſervatus erat juſtitia, ut ſic lueret ſupplicium ſufficiens; & finem acciperet; quod non multis ante diebus de ipſis dictum fuerat a Saba.*

XXI. Calumniæ adverſus Palæſtinos. *Deinde quidam ex ejus Comitibus nomine Arſenius, Illuſtris dignitate, ad falſa fingenda & confundendam veritatem omnium callidiſſimus: is cum poſt tetrum Juliani interitum veniſſet Conſtantinopolim, & acceſſiſſet ad Imperatorem, & cum ipſo & ejus conjuge (neſcio unde) magna interceſſiſſet familiaritas, multa quidem dicit, ad magnam autem iram eos accendit adverſus Chriſtianos qui erant in Palæſtina, dicens eos vel maxime fuiſſe auctores & cauſas ſeditionis Samaritanorum, & dignos graviſſimo ſupplicio.*

Hæc poſtquam in Palæſtina renunciata fuiſſent Patriarchæ, eum ſtatim ſubit miſericordia eorum qui falſo accuſabantur. Et accedens ad beatum Sabam, eum vehementer rogavit, ut abiret & fungeretur legatione apud Imperatorem, & excogitatam refelleret calumniam, & Chriſtianos liberaret a tantis periculis, nihil aliud futuros, niſi diaboli linguæ trophæum & improbitatis: Ille autem paruit, & nullo interjecto ſpatio, iter ſtatim arripuit. Eratque reverea præter fidem quod cernebatur, nempe hominem qui in tam imbecilla lababat ſenectute, & quem par erat in lecto ſe quieti dedere, citra moram tantum iter inire minime cedentem; neque ſenile quippiam aut languidum remiſſumve ſuſtinentem, ſed perinde atque ætate adhuc vigentem, & magnam corporis imbecillitatem vincentem copia prompti & alacris animi. Erat enim Sabas hoc ipſo anno Domini quingenteſimo trigeſimo ætatis annorum nonaginta unius utpote natus ſub Conſulatu decimoſeptimo Theodoſii, anno Domini quadringenteſimo trigeſimonono, ut ex ejuſdem Cyrilli auctoris ejus vitæ apparet aſſertione. Pergit vero Cyrillus. XXII. De legatione S. Sabæ ad Juſtin. Imp.

Cum autem jam perveniſſet ad ſuburbia Conſtantinopolis, Imperatori quidem ejus ſignificatur adventus. Et ipſe ſtatim mittit unum ex juvenibus Imperatoriis, & quoſdam ex ſuis ſatellitibus, adventum illius maxime honorans. Deinde eo quo par erat comitatu ſtipatus Sabas ad ipſum deducitur. Deinde Patriarcham quoque Epiphanium, & quicquid erat apud ſe clarum, & illuſtre, emittit, ut ei procederet obviam. Neque enim terrenum aut mundanum aliquem, ſed tamquam unum XXIII. Quanta Imperator S. Sabæ præſtiterit.

PAGIUS

Samaritæ in Palæſtina adverſus Imperatorem rebellant. anno ſuperiori, ut ibidem num. XIX. vidimus, cœpit, & currenti, quo Sanctus *Sabas* Legatus ad Juſtinianum contra illos venit, ut refert Baronius ex Cyrillo in ejus Vita extincta. Quare ideo Auctor Chronici Alexandrini ſub hujus anni Conſulibus de ea differit, quia non ad ejus initium, ſed ad ejus finem reſpexit, Hæc de illis is Auctor: *Hoc anno Samaritanis tumultuantibus, ſibique Regem & Cæſarem creantibus, Iraneus Pentadias Dux exercitus miſſus eſt, qui multos interfecit. Quidam ex illis ſibi metuentes urgente neceſſitate ſe ad Chriſtianam religionem contulerunt: qui recepti Sacro fonte tincti ſunt, hodieque utramque religionem confectantur: in ſpeciem quidem propter ſeveritatem Præſidum, ſe ſubdole & perfide Chriſtianos mentiuntur, nacti vero Magiſtratus avaros, & (in religione) remiſſos Samaritæ ſunt, peſſimeque oderunt Chriſtianos, itaque vivunt, atque ſi Chriſtum neſcirent, & Provinciarum Procuratores pecunia corrumpunt, ut Samaritis faveant.*

Procopius in Hiſtoria Arcana cap. 11. qui quæcumque a Juſtiniano geſta in malam partem interpretatur, ait, eum avaritiæ cauſa hæreticos exagitaſſe, ubi loquitur de iis, quæ hoc tempore contigere: *Sunt*, inquit, *in univerſo Romano Imperio complures Chriſtianorum ſectæ minime probatæ, quas Hæreſes vulgo dicunt, Monta-* XIII. *Hæreticos quoſcumque perſequitur Juſtinianus.*

unum ex Angelis, & civem supernæ Hierusalem se censebat accipere. Quem postquam adhuc procul procedentem agnovit Imperator, ille quoque cernebat aliquid simile ei quod viderat Anastasius Imperator. Videbat enim quamdam coronam ejus capiti impositam eleganti quodam splendore decoratam & micantem luce omnis generis gratiarum. Visione ergo Rex obstupefactus, e cathedra surrexit, & sacrum illud caput reverenter ac jucunde est complexus. Deinde cum ab eo accepisset benedictionem, oravit ut sua quoque conjux esset ejus particeps.

XXIV. Theodora interpellat Sabam pro sobole.

Cum ea autem affuisset, adoravit, & rogavit ut solveretur vitium ejus matricis (erat enim petra sterilior) & ut ex se natum posset videre filium; quod quidem illa pluris faciebat, quam ipsum Imperium. Ille autem adhuc tacens solum illi precabatur, ut sospes & salva esset ejus potentia. Illa vero rursum instabat petens preces liberorum procreationis. Ille autem pergebat easdem rursus preces dicere; & aperte præseferebat, se recusare petere ut ipsa fieret mater filiorum. Ubi vero, cum illa hoc sæpe petiisset, ipse nihilo magis annuit orationi, neque edidit preces convenientes ejus desiderio: tandem abiit Imperatrix magna affecta tristitia, quod id quod volebat, non esset assecuta.

XXV. Cur denegata proles Theodoræ.

Deinde cum qui in preces incidissent, & maxime quicumque solent Principum gratificari cupiditati, etiam si sint inutiles, & nihil justi habeant, eum criminarentur, quod preces recusasset dicere, & quod Imperatricem majori molestia afficeret; ille ægre ferens causam aperte protulit: Sinite, dicens, o beati. Non enim Deus sinet aliquem fructum ex ea edi, ne ipse quoque gustet Severi dogmata, & deteriores quam prius sub Anastasio tumultus conturbent Dei Ecclesiam. His plane insinuans forisque prodens quod intus Theodora occultabat in corde, nempe ipsam addictam hæresi Severianæ: ob idque haud concessum a Deo, ut sobolem pareret, quam eodem morbo inficeret. Ita plane se rem habuisse, eventa postea declararunt. Pergit vero Cyrillus.

XXVI. Justinianus contra Samaritas rescribit.

Imperator autem Justinianus in Sanctum tantam ostendit pietatem, & reverentiam, ut cum eum convenisset, non solum remiserit iram, quam olim conceperat adversus Christianos qui erant in Palæstina, sed etiam Samaritanos plane expulerit e civitate, & eorum synagogas deinceps prohibuerit: & de ipsis hanc legem tulerit, ne essent alter alterius hæredes, ne per successiones eorum opes crescerent, & amplificarentur. Quinetiam ut interficerentur quicumque eorum auctores fuissent seditionis. Quamobrem timore affectus Arsenius, qui erat ipse quoque unus ex Samaritanis, cum humano metu divino quoque concurrente, supplex a Saba contendit, ut ab ipso baptismum accipiat; & tam piam impetrat petitionem. Sed hæc quidem postea.

XXVII. Recusat oblatam pecuniam Sabas.

Imperator autem cum talem sanxisset legem adversus Samaritanos, & sic ea, propter quæ venerat, Sancto esset gratificatus; non hucusque sistit promptum, & alacrem animum: sed se extremum damnum accipere existimabat, si non eum regalibus, & splendidis afficeret beneficiis, & fidei abundantiam ostenderet sua erga eum munificentia. Cum eo certe assiduo colloquens, & eum honorans, sicut prius Anastasium, vehementer instabat, ut aliquod pecuniæ vectigal subiectis monachis constitueret. Ille autem: Vectigalium quidem, inquit, & pecuniæ quantum satis est ad usus necessarios ille nobis providebit, qui populum non obedientem copiose aliquando aluit in deserto (a), & aquam eduxit de petra; & qui non solum necessaria, sed etiam sæpe quæ redundant, suppeditat. Tibi autem, o Imperator, si tantæ est curæ, ut nobis gratificeris, adsunt aliæ quoque non parvæ & non contemnendæ occasiones, per quas poteris in nos tuam exercere liberalitatem.

(a) Exod. 16. 17.

XXVIII. Quæ petierit S. Sabas ab Imp.

Nam & Palæstini, qui male sunt affecti a Samaritanis, & quorum magnæ quondam prædæ sunt abactæ; multa vero ædificia & divina templa, & mancipia præterea & greges, frumentumque & alios fructus viderunt exuri ante oculos: & nunc non habent unde sibi victum quotidianum comparent; supplices petunt aliquam ad tempus immunitatem, ut se parum recreent at-

PAGIUS *tanistarum, Sabbatianorum, aliorumque complurium, quæ mentes hominum transversas agunt: hos omnes priori sententia decedere jussit, protervis tum alia minatus, tum & ne liberis, aut propinquis bona relinquerent interdicens. In horum, quos vocant, Hæreticorum fanis, ac iis præsertim, in quibus Arii secta celebraretur, opes recondebantur, plane supra quam credibile cuiquam sit. Neque enim Senatus universus, aut alia Romani præcipua pars Imperii de divitiis cum his delubris conferri potest. Nam iis omnibus erat Sacra suppellex ex auro, argentoque, pretiosis lapidibus omni opulentia & copia major; domus & pagi refertissima; possessiones ubique gentium, & si quid aliud est mortalibus opum genus; utpote quibus nemo Principum aliquando molestiam intulisset. Quin & multis recta sententia hominibus per occasionem artis & instituti necessaria ad vitam inde suppeditata sunt. Horum ergo templorum publicata bona præda fuerunt Justiniano Aug. Exinde vitæ usus quamplurimis præclusus. Huc atque illuc palantes alii obvium quemquam patriam cogebant mutare sententiam. Id homines agrestes impium rati, suadentibus hæc se se opponere deliberant; sed a seditionum popularibus passim mactati, alii super-sti-*

atque reficiant, & rursus possint sufficere annuis solvendis muneribus. Et qui ad adorandum vivificum sepulcrum veniunt in sanctam civitatem, ipsi tecto opus habent, ut se parum recreent a labore itineris: & maxime si quis eorum aliquando in morbum inciderit, postulant necessariam corporis curationem. Quinetiam quod a Patriarcha Elia prius cœptum est ædificari Deiparæ Virgini templum, multis adhuc indiget, nec satis instructum est ornamentis. Et quæ meis sunt structa manibus monasteria, cum nullum in propinquo habeant præsidium, in quo se recipiant, nullo negotio capi possunt ab inimicis, & prima incursione venire possunt in manus hostium.

XXIX. Quæ petat & polliceatur Sabas Imperatori. *Ante omnia autem Arii, Nestorii, & Origenis dogmata perturbant Ecclesias, nec sinunt eas pura frui tranquillitate: & ideo a tua potentia magnum adhibendum est studium, ut omnibus viribus ea tollas de medio, & tantum malum procul expellas. Hæc si feceris, bonam spem concipio, & in Deo confido fore, ut mox dives sequatur remuneratio; Romaque universa, & Carthago, & quæcumque amiserunt qui ante te imperarunt, cernentur rursus partes tui Imperii. Et fuerunt hæ quidem piæ & in commune utiles beati Sabæ petitiones apud Justinianum.* Et inferius subdit auctor: *Sed cum huc deducta sit oratio, venit mihi in mentem hujus viri constantia & animi generositas, quod nulla eum temporis necessitas coegerit ad liberalem aspicere adulationem, aut se aliqua in re gerere similiter (quod quidem difficile observari potest a viris bonis, & est factu admodum difficile) sed usus est convenienti adversus omnes moderatione, honestatisque & philosophiæ magnam ducebat orationem. Hoc autem facile potest ostendi.*

XXX. *Nam cum in ejus petitionibus occupatus esset imperator simul cum Triboniano Quæstore circa eam quæ vocabatur Magnaura, & in consilium eum adhibuisset: ille,* nempe Sabas, *cum jam venisset hora tertia, relicto Imperatore, Deo seorsum reddebat preces solitas, vacans sacris divini David psalmis. Cum Hieremias vero unus ex discipulis ad eum accessisset, & dixisset: Quid hoc sibi vult, Pater? Cum Imperator tantum adhibet studium, & ut tuas impleat petitiones, vehementer laborat; tu eo relicto, nunc agis alibi? Ille admodum ingenue respondens: Non est hoc alienum, inquit, o fili. Nam & ipse facit quod ei convenit, & nos omnino id quod debemus.* Hæc habet Cyrillus: quæ postea sequuntur, nos suo loco reddidimus. Prioribus autem idem auctor ista conjungit, tacitæ objectioni satisfaciens, cur videlicet a magno Saba illæ potius, omissis cæteris, propositæ sunt hæreses ab Imperatore damnandæ: ait enim.

Operæpretium est autem quærere, cur prætermissis aliis hæresibus, Arii, Nestorii solum meminit, & Origenis. Fortasse enim quibusdam simplicioribus videbitur cæteris assentiri, quod ideo harum solum meminisset. Quanam ergo de causa harum meminit? Quod aliæ quidem hæreses non valde tunc vexabant Ecclesias; secta autem Ariana cum Gothos occupasset & Vvandalos & Gipedas, & apprehendisset totum fere Occidentem, omnes fere ex æquo pestifero replevit exitio. In Oriente enim usque in præsentem annum Ariani tuto consistebant, jam cum Athalarico Italiæ Rege & Hilderico Vvandalorum in Africa Principe sancitis fœderis legibus. *Nestorii vero* (pergit auctor) *& Origenis hæresis morbo multi monachi laborabant; & timendum erat, ne alios attraherent ad malorum societatem. Nam cum quidam nuper convenissent monachi Bysantium, visi sunt quidem tenere dogmata Theodori Mopsuesteni: rursum autem Origenis dogmata defendebant Leontius, qui erat ipse quoque monachus genere Byzantinus, unus ex iis qui cum Nonno ingressi fuerant novam Lauram: quos postquam cognovit magnus Sabas, a suorum statim expulit conversatione.* Sed & nullam de Eutychianis habuit mentionem, quod ii toto Justini Imperio gravissime exagitati silebant. Verum ad cœptam semel narrationem rediens Cyrillus, ista subjungit:

XXXI. Arii, Nestorii, & Origenis hæreses vigentes.

Origenistæ expulsi a Saba.

XXXII. *Sed nobis* (inquit) *revertendum est ad seriem narrationis. Cum divinus Sabas proposuisset tales apud Imperatorem petitiones; ille perinde ac jamdiu sitiens gratificari Sancto statim scribebat, imperabat, decretum in omnem partem mitte-*

PAGIUS *stitiosa & insana religione sibi manus intulerunt, pars occupata fuga patrio solo se se populatim ejecit: qui erant in Phrygia Montani sectatores, templis in quæ se coegerant occlusis, atque succensis, una cum iis temere conflagrarunt. Atque ex hoc tempore ubique in Romano Imperio fugæ, cædesque.*

XIV. Samaritas persequitur Justinianus. *Lege hac lata etiam in Samaritas ingens Palæstinam tumultus pervasit. Qui ergo vel Cæsareæ apud nos erant, vel in Urbibus aliis, indignum rati si pro insano dogmate subirent incommoda, Christianorum nomine, quod in promptu erat, cum suo permutato, ac specie legis discrimen evitarunt: etsi quibus mens erat bona, ii a fidelium sententia non abhorruerint. Verum pars major indigne ferentes, quod præter voluntatem lege coacti essent, avitam religionem deserere, illico ad Manichæos, & quod vocant Polythæos, defecerunt. At agrestes agmine facto in Cæsarem arripiunt arma, designatoque sibi Imperatore Sabari filio Juliano prædone* (quod anno superiori contigit) *manus eum milite conferunt; pugnatumque Marte aliquandiu incerto est: demum prælio victi cum Juliano Duce contrucidati sunt, de-*

tebat, omnia faciebat, ne hæc differrentur & in longum protraherentur: ne eorum quæ fiebant, dilatio tam pulchrorum beneficiorum obtunderet splendorem. Hæc quidem Imperator. *Qui autem ei qui frigidum solum aquæ calicem dedisset in nomine suo, pollicitus est se daturum centuplum (a); non destitit remunerare & referre gratiam: neque promissum suum produxit in longum: sed, ut magnus pollicitus est Sabas, simulatque Imperator per Præsides provinciarum implevit quæ fuerat pollicitus; & Africa universa & Roma ejus accesserunt Imperio: & qui erat in utraque tyrannus, Vitiges Romæ, & Gilimer Carthagine, eos pro liberis servos, & pro Regibus captivos, & supplices accepit pro inimicis.* Sed hæc postea quæ & prolixiorem suis temporibus narrationem exposcunt. De executione vero decretorum Imperatoris ista idem Cyrillus subjecit.

(a) Matt. 10.

Large rependit Deus quæ Justinian. pie gessit.

XXXIII. Imp. jubet ædificia instaurari.

Imperator ergo tanto studio affectus erga hujus viri petitiones, per universum orbem terræ mittit decretum. Et statim Episcopis Antonio Ascalonitano & Zachariæ Pellæ litteris præcipit Imperatoriis, ut visant loca Palæstinæ quæ fuerant exusta a Samaritanis; & habita ratione eorum, tributa allevent. Visitent autem templa quoque Sanctorum; & quantum ipsa damnum acceperint a scelerata & audaci manu Samaritanorum, per illorum ipsorum facultates, aut publicas repararent pecunias & in sancta civitate extruant nosocomium, & annuos ei dent reditus mille octingentorum & quinquaginta aureorum. Quinetiam aliam quoque domum ut in ea habitarent, qui procul illuc veniebant, & Deiparæ templum eleganter extruant & exornent, & præsidium prope Lauram muniant, ut in inimicorum insultibus esset tutum monachis refugium. Præter hæc vero nominatim quoque declaratas hæreses tollant de medio, & præclaro subiiciant anathemati. At de his hactenus auctor: quæ vero istis subiiciuntur, addidisse videtur Metaphrastes, ubi ait:

XXXIV. Nova Ecclesia.

De his fere omnibus Procopius Cæsariensis quinto libro de Justiniani ædificiis hæc sigillatim refert; ipsumque constructum Deiparæ templum accurate exponens, ejusque pulchritudinem & magnitudinem nulli dicens esse similem, & id Novam vocari ecclesiam, cum Cyrillo conveniens qui divini Sabæ vitam conscripsit ab initio. Vides scholiasten absque controversia astipulari, vitam S. Sabæ a Cyrillo fuisse conscriptam. Pergit vero idem Metaphrastes: *Præterea autem de duabus quoque ædibus constructis illi suffragatur, quarum una quidem est ad excipiendos hospites, altera vero ad recreandos eos qui morbo affliguntur. Quinetiam illic constitutos multos pecuniæ reditus, & templorum renovationes, quæ exusta fuerant a Samaritanis, & propter inimicorum incursiones extructum præsidium ei congruenter persequitur.* Hæc ipse: sed nos de his singulis paulo inferius (ut dignitas postulat argumenti) ex eodem Procopio dicturi sumus. At rursum Cyrillus de eadem Sabæ legatione ista subjungit ad finem:

XXXV. S. Sabas promulgat decreta Imp.

Cum has ergo constitutiones divinus Sabas ab Imperatore accepisset, & recessisset Constantinopoli, venit Hierosolymam. Cum autem illuc venisset, & magistratibus tradidisset litteras quas habebat Imperatorias, illinc venit Scythopolim, ubique prædicans decreta Imperatoris, docens civitates, componensque & instruens ad fidem Orthodoxam; deinde eos quoque, qui gravia illa passi fuerant a Samaritanis, & aliis modis recreans, & tributorum immunitate consolans. Hactenus Cyrillus. His autem de nobili legatione sanctissimi viri cælo terræque venerandi recensitis, siste, quæso paululum gradum, lector, & contemplare proponenda tibi ob oculos templa atque alia sumptuosa ædificia, quæ ex petitione ejusdem Sabæ Hierosolymis & in reliquis locis Palæstinæ Justinianus Imperator erexit: erit ut ex eis magnam cum admiratione capias animi voluptatem. In primis igitur mirificum illud templum Deiparæ nomine erectum describitur a Procopio, ita tamen, ut multa ab eo desiderari posse videantur, utpote (quæ in architectura primum locum obtinere videantur) rerum omnium numerus & mensura: ut hac ex parte minime explesse sentias numeros accurati historici; cum alioqui & interpretis vitio, ea quæ ab eo describuntur, reddantur haud adeo in omnibus perspicua. Sed

PAGIUS

deletis, ut ferunt, eo conflictu centenis hominum millibus. Agris vero omnium longe feracissimis a cultoribus jam tum destitutis, magnam acceperunt ex ea re jacturam Christiani possessores, quibus opus fuerit nullis terræ bonis repositis, annuum Imperatori vectigal, & quidem insigne, singulis quibusque pendere annis, exactione nullo humanitatis modo imperata.

XV. *Gentiles persequitur Justinianus.*

Subdit Procopius: *Hoc facto, jam in Gentiles sævitiam convertit, qua cæsis corporibus, qua fortunis direptis; quorum qui nomina Christo dederunt, utpote qui per speciem malorumque vitandorum id causa fecissent, tandem inter libamina, & sacrificia, atque impias religiones deprehensi sunt.* Facit ad hanc rem quod Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXXII. Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoato, de Gentilibus habet: *Hoc anno qui octavæ Indictionis, adversus Gentiles & hæresim omnem Justinianus Imp. persecutionem movit, & eorum facultates ærario publico addixit. Tunc accusatus est Macedonius Exreferendarius, & Asclepiodotus Exprafectus, qui metu pulsus fidem amplexus est, & obiit mortem: Pegasius etiam cum filiis*

(a) Procop. de ædif. Justinian. Imp. ora. 5.

Sed accipe qualiacumque sint, quæ tamen in multis admirationem tibi pariant: ait ergo (a):

XXXVI. De templo Dei Genitricis Hierosolym. erecto.

Hierosolymis templum Dei genitrici Justinianus Imperator locavit, cui nullum plane aliud æquiparari potest. Novam ecclesiam incolæ vocant: quod quale, sit ipse declarabo, tantum præfatus, quod hæc scilicet urbs ferme tota collibus abundet, collibus inquam non glebaceis, sed asperis, duris, ac præcipitibus, per quos biviæ & semitæ ad graduum similitudinem ex arduo in declive protenduntur. Cætera igitur urbis ædificia universa in uno loco constructa sunt, in colle videlicet, aut in plano secundum terræ aperturam. Solum templum hac ratione non exurgit: mandavit enim Justinianus Rex illud fieri in radice collium; præter cætera quoque declarans, quantam fore oporteret templi latitudinem & longitudinem. Non sufficiebat collis Regis mandato & operis inchoandi necessitati: nempe ad Meridiem & Solem orientem, ubi sacerdotes sacra obire convenit, quarta pars templi defectura videbatur. Quapropter ii quibus opus commissum erat, istæc excogitaverunt. Super fundamenta in extremas partes subjectæ terræ dejecta, structuram erexerunt in altitudinem scopuli assurgentem: deinde in summo vertice murorum testudinibus collocatis, ædificium applicant alii terræ pavimento. Hac ratione templum hinc in solida petra firmatur, inde in sublime erectum est, dum Regis potentia colli aliam molem artificio imposuit.

XXXVII. *Desunt aliqua in exemplari

Hujus autem structuræ saxa hæc quidem * ..... *illa vero magnitudine qualia novimus. Etenim hujus operis artifices cum natura loci certantes, & molem altitudine scopulum æquantem ex adverso statuentes, omnibus, quibus uti consueverant destituti, in admiranda & prorsus ignota studia & molimina se converterunt. Nam vasta & ingentia saxa ex montibus, qui in longum ante urbem assurgunt, execta & scite expolita hoc modo huc evexerunt: saxis magnitudine æquales affixerunt currus, & singulis curribus singula imposita saxa electissimi boves quadraginta a Rege substituti portaverunt. Sed cum per vias quæ in urbem ducunt, currus perferri nequirent; exectos plerosque montes perducendis curribus aptarunt: & sic templum oblongum extruxerunt, quemadmodum Rex voluit; cui quoque latitudinem adhibuerunt secundum mensuræ rationem. Templo autem tectum imponere minime poterant: proinde nemora & loca silvosa perambulantes sicubi audissent locum sublimibus arboribus consitum, invenerunt silvam quamdam cedris abundantem, cedris scilicet in tantam altitudinem sublevatis, quantum fini ri possibile est. Ex his tum tectum templo indiderunt secundum mensuræ rationem subvecta altitudine. Hæc igitur potestate humana & arte Rex Justinianus effecit. Crescit autem religionis spes, quæ & Regi honorem rependit & hoc studium adjuvit, & promovit.*

Templo undique opus erat columnis, quarum & forma templi elegantiæ responderet, & ea magnitudo foret, quæ molem impositam sibi sustineret. Regio autem in medio terræ sita longe a mare aberat, undique præruptis quibusdam montibus vallata, quemadmodum dictum est. Addubitabant ergo opifices, qua scilicet aliunde possent columnæ inferri. Quod cum Rex propter operis difficultatem moleste ferret; Deus in proximis montibus lapidis naturam indicavit huic operi satis congruam: qui plane lapis aut prius existens, hic delituit, aut nunc primum conditus est. Utrique probabilis ratio adest, quæ causam in Deum referebat. Nos humana potestate omnia metientes, multa arbitramur impossibilia; Deo nihil omnium neque anceps, neque impossibile. Hinc igitur ingentium columnarum & ignis flammam quodam colore imitantium magna copia undique suffulciunt templum partim superne, partim inferne: ad porticus quoque totum fere templum obeuntes, præterquam ad latus auroræ obversum. XXXVIII. Nova lapidicina adinventa.

In primis autem excellentes duæ columnæ stant ante fores templi nullis fortasse columnis totius Orbis secundæ. Deinde altera quædam porticus excurrit, a ferula (ut opinor) nomen habens, quod scilicet in latum non protendatur: post hanc atrium similibus columnis in quadrangulo exurgens. Atrii fores adeo magnificæ sunt & decentes, ut iis qui extra vagantur & deambulant, palam significent quale spectaculum sint adituri. Vestibula inde admirationis plena, nempe veluti fornix quidam duabus columnis evectus immensam atque inexplanabilem altitudinem procul accedenti ostentans, & duo semicycla adversas inter se facies habentia. Et paulo post: *Hoc templum Dei genitrici consecratum Justinianus Rex magnarum pecuniarum reditu honoravit.* Hacte- XXXIX.

PAGIUS *filiis inter procedendum examinatus est: Phocas etiam Patricius Crateri filius, & Thomas Quæstor, & alii comprehensi: quod maximum omnibus timorem incussit: Imperator autem solos Christianos, eosque recta in fide probatos ad communia & Curialia munera sustinenda admitti, Gentiles & Hæreticos ab eis amoveri lata lege sanxit; iisdem vero trimestre tempus ineundæ resipiscentiæ terminum ultimum præscripsit.* Hac lege Imperatoriæ aulæ primores Gentilitiæ superstitionis rei acti sunt, horumque numerus non exiguus erat.

tenus de templo illo mirifico Procopius, in multis absque dubio lectorem minime exatiatum relinquens. His autem de templo Mariæ Deiparæ enarratis, ad alia ibidem erecta tunc ab eodem Imperatore pia ædificia orationem convertit, aitque:

XL. Alia ædificia Justiniani Hierosolymis & in aliis locis erecta. *In via, qua ad templum itur, stant hospitia utrinque duo: uno hospites peregrini suscipiuntur, altero requiescunt & refocillantur pauperes ægroti*. Et ad finem orationis ista subiicit: *Iberorum templum ædificavit Hierosolymis, & Lazorum in Hierosolymorum eremo, * sanctæ Mariæ in monte Olivarum, Fontis sancti Elisæi Hierosolymorum: item Siletheon Abbatis Romani in Bethlehem: similiter & Joannis Abbatis in Bethlehem muros instauravit*. Subdit & de puteis & aliis ædificiis extructis. Addit præterea de templo Christianorum, quod erat in monte Garizin, ne rursum pateretur a Samaritanis incendium, illud ipsum duplici munitione vallatum inexpugnabile reliquisse: insuper & septem ecclesias Christianorum a Samaritanis exustas, ejusdem Imperatoris jussu restitutas esse. Ipsum item renovasse templum S. Thalalæi, S. Georgii, & Pantaleemonis martyrum in eremo Jordanis: ædificasseque etiam hospitium, necnon templum Dei genitricis in Hierico. Insuper in Sina monte, in quo degebant monachi vita sanctissimi, ad radicem ejus erexisse nobilem ecclesiam itidem Deiparæ Mariæ nomine nuncupatam. *Nam* (inquit) *in vertice Sina homo pernoctare non potest propter assiduos strepitus & fragores, aliaque terriculamenta quædam diviniora, quæ nocturnis horis illic exaudiuntur humanam mentem & sensum percellentia*. Hæc & alia religionis Christianæ egregia monumenta in Palæstina & adjacentibus locis Justinianus erexit, quorum fuit illi (ut vidimus) auctor magnus Sabas, ad promerendam victoriam, de qua vaticinatus fuerat, adversus Gothos Italiam, & Vvandalos Africam occupantes: ut præclaro hæc documento esse possint Principibus Christianis, quibus operibus præparent sibi viam ad hostes numquam hactenus debellatos & invictos penitus superandos.

* agro

XLI. Quid rursum in Samaritanos. At non hic finis pugnæ Imperatoris adversus improbos Samaritanos, quos aliis opus fuit legibus perurgeri, pœnisque percelli, ut apparet ex aliis legibus ejusdem Imperatoris adversus eos diversis temporibus datis: ut cum ad Joannem Præf. Præt. (*a*) rescripsit post Belisarii Consulatum, cum eos coegit curialia subire onera, sed curialibus privilegiis non potiri. Rursum vero longe post hæc tempora, nempe ejusdem Imperatoris ☞ anno Decimo quinto ☜ sub Consulatu Basilii ad Areobindum Præfectum Prætorio aliam de iisdem edidit sanctionem. Cum enim fatigati assiduis afflictionibus nullam emergendi esse sibi viderent facultatem Samaritani; illud iniere consilium, ut foris ostenderent sese Christianam religionem amplecti velle: adeunteſque Cæsariensem Episcopum, ab eo petiere, ut pro ipsis apud Justinianum Imp. intercederet: quod ille quidem eis credens naviter præstitit. Lætus itaque ad nuncium Imperator, eosdem ut filios amplecti atque fovere minime prætermisit, atque pro ipsis novam edidit sanctionem (*b*), quam hic tibi inspiciendam proponimus:

(*a*) Novel. 45.

XLII. Justinian. benigne egit cum Samarit. *Nullum ita magnum subjectorum nostrorum delictum est, quod non nostra clementia medeatur. Licet enim eorum facta odio habentes, ad vindictam pro eis insurgamus; tamen tempus meditantes, * & commonentes modis competentibus delinquentes, rursus ad nostram clementiam remeamus, justitiam iracundiæ benignitatis reconciliantes rationibus: quale quiddam & præsens nostra celebrat lex. Samaritas enim pridem atroces & elatos contra Christianos & in omnibus, * velut novissimam superbiam excedentes plurimis quidem pœnis affliximus, una vero maxime, quod neque testamenta ipsi possunt conscribere, neque hi defuncti absque testamento, cognatis qui ab intestato vocantur, hæreditatem transmittere; nisi ad hæreditatem ex utraque causa vocatos rectæ Christianorum fidei esse contingeret. Interdiximus autem eis & legata dare, & donationes scribere, aut aliquas omnino alienationes in suis ponere rebus, nisi forsan* Orthodoxa *fide percipiens persona esset. Licet autem lege generali hæc comprehendentes tunc meminerimus; tamen non eamdem in operibus, quam in litteris subtilitatem reservavimus. Nam neque nostrum fiscum, nec aliquam publici partem ex his quicquam accipere passi sumus, licet hoc expressim lex daret.*

(*b*) Novel. 120.

* medentes.

* omnium.

XLIII. *Nunc itaque ad moderationem reductos videntes eos, & nobis ipsis indignum esse putantes in iisdem permanere terminis, contra eos qui non similia prioribus languent; præstantes maxime omnium Sergii sanctissimi Cæsariensium metropolis Episcopi justis petitionibus, quas pro eis facit testimonium quidem perbibentis meliores eos factos, quietem vero eorum futuro tempore promittentis: ad præsentem sacram nostram venimus legem, per quam sancimus, licentiam esse Samaritis jam scribere testamenta, & suas proprias dispensare substantias, sicut & aliæ præbent leges, & per præsentem nos decernimus: & sine testamentis morientes, ab intestato vocatos secundum imitationem aliorum hominum hæredes habere eos præter ea* quæ

quæ per præsentem nostram transponimus legem. Sed & donationes eis permittimus scribere, & legata dare & accipere, & hujusmodi contractus facere cum omni licentia. Qui enim testari dedimus eis & omnem dispensare substantiam, quomodo de particulari dispensatione negabimus?

XLIV. *Sed tamen non eumdem reddimus ordinem & Christianis successoribus & Samaritis. Iterum vero & merito meliora sectantibus privilegium præstamus. Unde si quis eorum sine testamentis moriatur, & filios ad Deum discretos reliquerit; soli vocabuntur ad hujusmodi hæreditatem, qui rectam Christianorum allegant fidem, aliis exclusis quicumque ipso detinentur quo defunctus errore. Hæc autem dicimus non super filiis solis, sed etiam aliis cognatis, ex quacumque sint linea, &c.* Hæc & alia de his Imperator. Porro conversionem ab ipsis non ex animo factam, sed simulate, ut parentum hæreditatum participes esse possent, Justinus Junior Imperator in alia adversus eos Novella (*a*) constitutione edita testatur, quam nos suo loco reddemus. Haud enim minis, neque beneficiis Imperatorum valuerunt ad fidem converti. Ad tempora namque sancti Gregorii ejusmodi genus hominum vixisse, scripta ab eo epistola ad Joannem Syracusanum Episcopum fidem facit (*b*), qua expostulat de Samaritano quodam vendicante sibi mancipium Christianum contra legis præcepta: extat enim ejusdem Justiniani Imperatoris constitutio (*c*) id ne fieret omnino vetans. At de Samaritanis hactenus.

(*a*) *Novel.* 144.

Samaritani adhuc tempore Gregorii Papæ.

(*b*) *Greg. l.7. ep.22.*

(*c*) *Novel.* 45. *in fin.*

XLV. Ex iis quæ dicta sunt, satis aperte pluribus declaratum exemplis vidisti, quis temporibus istis vigeret Sanctorum cultus in erigendis iisdem ubique templis, eisdemque reditibus locupletandis: quod quidem pium Imperatoris studium subditi quoque sunt imitati; cum vix reperiri quis esset, qui nisi erigendi ecclesiam facultas sibi esset, saltem ex suis bonis aliquid decedens non legaret ecclesiis, vel etiam ex asse institueret illas hæredes. Hinc accidit, ut hoc eodem anno, iisdemque Consulibus Lampadio & Oreste, idem Justinianus Imperator decimo tertio Kal. Novembris sanctionem promulgarit, qua declaravit, ut si quis in testamento suo Christum ex asse, vel semisse, aut aliter hæredem instituisset, ecclesiæ illius loci caperent hæreditatem, ita tamen ut ad pauperum alimoniam conferrent. Itemque definivit, si quis aliquem Archangelorum vel martyrum reliquisset hæredem, quid agendum in ambiguis esset: consuevisse enim ejusmodi fieri institutiones, idem Imperator affirmat. Habes constitutionem hanc in libro prætermissorum primæ classis post Codicem Justinianeum (*d*). At de Justiniani hoc anno editis constitutionibus satis. Res jam petamus Occidentales.

Cultus fidelium erga Ecclesias.

(*d*) *Collegit Cointius c. 16. C. libros post pag. 8.*

XLVI. Præclara facta Francorum multa nobis suppetunt, quibus locupletemus Annales. Hoc tempore Theodoricus Rex Francorum expeditionem paravit adversus Gothos agentes in Galliis: Sigibertique assertione expressum habetur, hoc anno Francos vendicasse sibi quæ in Gallia Gothi sub Theodorico Italiæ Rege occupaverant: testatur enim id ipse his verbis: *Franci extorquent de manu Athalarici, quicquid Galliarum avus ejus Theodoricus Rex Italiæ tenuerat.* Sed an vera sint, exactius est explorandum.

XLVII. Nihil enim concessum fuisse Francis adversus Gothos certantibus, defendente Liberio Patricio illic Præfecto Prætorio res Gothorum, epistolæ Cassiodori significant, quas scripsit, cum ab Athalarico collatum post tres annos gessit Romæ munus præfecturæ Prætorianæ, in quod tempus perseverarat in Galliæ ejus provinciæ administratione idem Liberius Patricius, quem redeuntem Romam Athalarici mater, gratitudinis ergo, nova addita dignitate exornavit: ut Cassiodorus, dum laudes feminæ prosequitur, his narrat verbis (*e*). *Respicite namque Patricium Liberium Præfectum etiam Galliarum, exercitualem virum, communione gratissimum, meritis clarum, forma conspicuum, sed vulneribus pulchriorem, laborum suorum munera consecutum, ut nec præfecturam quam bene gessit amitteret, & eximium virum honor geminatus ornaret: confessus meritum, cui solus non sufficit ad præmium: accepit enim & præsentaneam dignitatem, ne de Republica benememeritus, diu absens putaretur ingratus.* Hæc Cassiodorus indictione duodecima, quando (ut dictum est Prætoriam præfecturam est consecutus anno Do-

Franci laborant expellere Gothos e Galliis.

(*e*) *Cassiod. l.11. ep.1.*

PAGIUS XVI. Ad num. XLVI. & seqq. *Theodoricus* Francorum Rex ante annum DXXXIV. e vivis non abiit: Turonensis enim lib. 3. cap. 23. testatur, eum obiisse *vicesimo tertio Regni sui anno*, quod inierat anno Christi DXI. exeunte. Clodoveo patre adhuc superstite uxorem duxerat, a qua *Theodebertum* susceperit Regni hæredem. Ea mortua sibi anno DXXII. sociavit Sigismundi Burgundionum Regis filiam, quæ ei peperit *Theudechildem* filiam, quam Flodoardus lib. 2. cap. 1. *Suavegottham* vocat. Turonensis enim lib. 3. cap. 5. & seq. postquam *Sigerici* cædem narravit agit de Sigismundi hujus patris pœnitentia, alterisque Theodorici Regis Francorum nuptiis ac de altero bello Burgundico, de quo suo loco disserui.

Moritur Theodoricus Rex Francorum.

XVII. Eodem anno DXXXIV. *Burgundia* a Francis subacta. Scribit enim Marius in Chronico: *Paulino Juniore Consule, Indictione duodecima Reges Francorum Childebertus, Clotarius, & Theudebertus Burgundiam obtinuerunt, & fugato Godomaro Rege Regnum ipsius diviserunt.* Hoc

Burgundia a Francis subacta.

Domini quingentesimo trigesimo quarto: post quod tempus Amalasuntha ipsa desiit, & Athalaricus de medio sublatus est. Quo pariter anno scribens ad Senatum eamdem de sua præfectura epistolam Cassiodorus, Theodoricum Francorum Regem invadere res Gothorum paratum, morbo jam vita functum tradit his verbis (*a*):

(*a*) Cassi. ead. ep. 1. l. 11.

XLVIII. De obitu Theodorici Regis Francorum.

Franci enim tot barbarorum victoriis præpotentes, quam ingenti expeditione turbati sunt? lacessiti metuerunt cum nostris inire certamen, qui præcipitatis saltibus prœlia semper gentibus intulerunt. Sed quamvis superba natio declinaverit conflictum, vitare tamen proprii Regis nequivit interitum. Nam Theodoricus ille diu potenti nomine gloriatus, in triumphum Principum nostrorum languoris potius pugna superatus occubuit, ordinatione credo divina, ne nos aut affinium bella pollurerent, aut juste productus exercitus vindictam aliquam non haberet. Hæc cum scribat Cassiodorus (ut diximus) anno Domini quingentesimo trigesimo quarto, jam plane docet ante illud tempus Theodorici obitum contigisse. Ex quibus eumdem redarguas Sigebertum, qui ejus obitum refert anno Domini quingentesimo trigesimo septimo: & eos pariter errare convincas, qui eumdem Theodoricum annos vigintiduos vel tres regnasse tradunt (*b*), quem his temporibus Athalarici Regis Italiæ morbo defunctum liquet. In primis vero mendacii redarguas Sigibertum, dum ait, Theodoricum Regem Francorum ditione Gothorum in Galliis esse potitum: non enim hoc tempore id accidit, neque ea prævia occasione; sed a Theodato Gothorum Rege id factum testatur Procopius: cum videlicet, ut Francos contra Græcos incitaret, quæ in Galliis possidebat, Francis cessit; cum alioqui & Vvisigothi, qui in Hispania regnabant sub Amalarico Rege, aliam partem provinciæ possiderent in Gallia Narbonensi. Omnia ista Procopius (*c*).

(*b*) Gregor. Turon. de gest. Fran. l. 3. c. 23.

(*c*) Procop. de bello Goth. l. 1.

XLIX. At quod accidit, cum Theodoricus in ejusmodi militaribus expeditionibus esset, & res Gothorum in Gallia pertentaret, memoria quidem dignum (quod & in universa Gallia vulgatum fuisse tradit Gregorius Turonensis *d*) nos hic describendum putamus; pertinet enim ad ejusdem Regis virtutem in sacrilegos ulciscentis, & ad Dei gloriam ex miraculis sanctissimi martyris Juliani. Nam ait: *Et quia nullum latere credo aliquid de hostilitate Theodorici Regis, ac infirmitatibus Sigivaldi, quæ ei in Arverno posito contigerunt: propter virtutem tamen beati martyris Juliani id diligentius exponendum, quo facilius fides dictis adhibeatur.*

(*d*) Greg. Mirac. l. 2. c. 13.

L. Invasores rerum Ecclesiæ male pereunt.

Igitur cum ob direptionem Arvernorum (quam civitatem jam diu ante cessisse Gothis, superiori tomo dictum est) *Rex antedictus Theodoricus festinaret, & ingrediens terminum vastationi cuncta subigeret; pars aliqua exercitus separata ad Brivatensem vicum infesta prorupit, fama vulgante quod in basilica essent incolæ cum multis thesauris adunati. Cumque pervenissent ad locum, inveniunt multitudinem promiscui sexus, obseratis ostiis in templo ipso cum propriis facultatibus residere. Cumque intrare non possent: unus effractam ceu fur in altari sancto fenestram vitream ingreditur: quia qui non intrat per januam, hic latro est. De hinc reseratis ædis illius valvis, exercitum intromittit. At illi direpta cuncta pauperum supellectilia cum ministris ipsius basilicæ, reliquumque populum, qui intra erat, eductum, foris diviserunt haud procul a vico. Quæ cum ad Regem delata fuissent, comprehensos ex his aliquos diversis mortibus condemnavit. Fugiens vero ille, qui irrupta æde, caput fuit hujus sceleris, igne de cælo dilapso consumptus interiit. Super quem cum multi acervum lapidum congregassent, a tonitruis, & coruscationibus detectus, terrena caruit sepultura. Qui vero de consentaneis latentes Regem in patriam sunt regressi, correpti a dæmone diversis exitiis hanc vitam crudeliter finierunt. Hæc audiens Rex, omnia quæ exinde sunt sublata reddidit: præceperat enim, ne a septimo a basilica milliario cui vim quis inferret.* Hæc Gregorius, qui de eisdem agit (*e*) in historia rerum Francorum: & narratis hæc subdit (*f*):

(*e*) Greg. de rebus gest. Franc. l. 3. c. 12.
(*f*) Greg. Mirac. l. 2. c. 14.

LI. Occupator villæ Ecclesiæ in discrimen adducitur.

Tunc Sigivaldus cum Rege præpotens cum omni familia sua in Arvernam regionem ex Regis jussu migravit: ubi dum multorum res injuste competeret, villam quamdam, quam gloriosæ memoriæ Tetradius Episcopus Bituricensis basilicæ sancti Juliani reliquerat, sub specie obumbratæ commutationis avidus pervasit: sed mense tertio postquam ingressus est, correptus est febre, & sine sensu effectus declinavit caput in lectulum. Cujus uxor dum de hoc exitu mœsta penderet, a quodam

PAGIUS Hoc bello penitus extinctum est *Burgundiæ* Regnum, quod per quinque Provincias Galliarum dilatabatur: nam si *Genevam*, quæ parebat Ostrogothis in Viennensi prima, & *Augustodunum*, quod in potestatem *Childeberti* Regis jam venerat, exceperis in Lugdunensi prima, tres Provincias integras, Viennensem sc. primam, Lugdunenses primam & quintam amplectebatur, ac præterea *Nivernum* in Lugdunensi quarta, *Diam* & *Vivarium* in Viennensi secunda, ut ex collatione subscriptionum Episcoporum, qui Conciliis Epaunensi, Arelatensi IV. & Arausicano

dam sacerdote commonita est, ut eum si videre vellet incolumem, auferret e villa. At illa hæc audiens, præparatis carrucis, compositoque plaustro, quo eum eveheret; mox ut prædium sunt egressi, protinus divina sunt pariter gratia munerati: nam iste sospitate, illa meruit ex hujus incolumitate lætitiam. Ferunt etiam in oratorio prædii illius S. Julianum martyrem cum Tetradio Episcopo colloquentem cuidam religioso revelatum fuisse, promittente se Episcopo, villam quam pro animæ suæ remedio sibi reliquerat, recepturum. Sed quod Theodoricum his temporibus Athalarici defunctum diximus: quæ obitum ejus subsecuta sint, videamus.

LII. Theodobertus Rex patri succedit. (a) Greg. in Vita S. Nicetii Episc. Trever.

Huic autem ex hac vita sublato ejus filius Theodobertus successit, de quo hæc idem Gregorius in Nicetio (a): *Cum, Theodorico decedente, Theodobertus filius ejus regnum ambisset, ac multa inique exerceret: & ab eodem plerumque corriperetur* S. Nicetio Episcopo Treverensi, *quod vel ipse perpetraret, vel perpetrantes non argueret; advenit dies Dominicus, & ecce Rex cum his qui ab hoc sacerdote communioni abesse jussi fuerant, ecclesiam est ingressus. Lectis igitur lectionibus, quas canon sanxit antiquus, oblatis muneribus super altare Dei, ait sacerdos: Non hic hodie Missarum solemnia consummabuntur, nisi communione privati, prius abscedant. Hæc Rege renitente subito exclamat unus de populo arreptus a dæmone puer juvenis, cœpitque valida inter supplicia torturæ suæ & Sancti virtutes & Regis crimina confiteri: dicebatque Episcopum castum, Regem adulterum; hunc timore Christi humilem, illum gloria regni superbum; illum sacerdotio impollutum a Deo in posterum præferendum, hunc ab auctore sceleris sui velociter elidendum.*

LIII. Paret tandem Rex sacerdoti.

Cumque Rex timore concussus peteret, ut hic energumenus ab ecclesia eiiceretur, dixit Episcopus: Prius illi qui secuti sunt, id est, incesti, homicidæ, adulteri ab hac ecclesia extrudantur, & hunc Deus silere jubebit. Et Rex statim jussit omnes hos qui sacerdotis sententia damnati fuerant, egredi ab ecclesia. Quibus expulsis, jussit sacerdos dæmoniacum foras extrahi: sed cum, apprehensa columna, evelli a decem viris non posset; Sanctus Dei sub vestimento suo, propter jactantiam evitandam scilicet, faciens crucem contra dæmonem, relaxari præcepit. Qui protinus corruens cum his qui eum trahere nitebantur, post paulum sanus erectus est. Deinde post acta solemnia requisitus, numquam reperiri potuit, nec ullus scivit unde venerit, vel quo abierit: coniiciebatur tamen a plurimis, eum a Deo missum, qui Regis sacerdotisque opera non taceret. Unde factum, ut sacerdote orante, Rex mitior fieret. Hæc Gregorius: quæ autem subdit de excommunicato Clotario Rege, suo loco inferius dicturi sumus.

LIV. Theodobertus Rex melior redditus.

Quod vero ad eumdem Theodobertum pertinet: censura Nicetii correctum, & emendatum, meliori frugi redditum, idem Gregorius alibi ita testatur (b): *Ille in regno firmus magnum se omni bonitate præcipuum reddidit: erat enim regnum cum justitia gerens, sacerdotes venerans, ecclesias munerans, pauperes elevans, & multis multa beneficia pia ac dulcissima accomodans voluntate: omne tributum, quod in fisco suo ab ecclesiis in Arverno sitis debebatur, clementer indulsit.* Hæc ibi. Laudatur ab eodem (c) Theodobertus, quod pie religioseque inviseret loca Sanctorum: cum recitat quid mire acciderit de eo qui a Rege compulsus est jurare supra tumulum sancti Maximi Episcopi Treverensis. Commendatur præterea ab eodem auctore (d) clementia ipsius Theodoberti erga sanctum Agericum Virdunensem Episcopum dire vexatum a Theodorico ejus parente.

(b) Greg. de gest. Franc. l. 3. c. 25.

(c) Greg. de Glor. confess. c. 93.

(d) Greg. de gest. Franc. l. 3. c. 34.

LV.

Accidit insuper, ut defuncto patre, cum hoc tempore in ejus regnum successisset, legationem miserit ad Justinianum Imperatorem. Functus est eo munere Munzolus vir illustris; qui cum Patras in Achajam advectus esset, usque ad interitum morbo calculi laborans, quomodo ope sancti Andreæ Apostoli curatus sit, idem Gregorius (e) alibi narrat: idemque (f) tradit patrem suum Arvernensem civem obsidem aliquando cum aliis datum eidem Regi Theodoberto, quando virtutem reliquiarum Sanctorum contigit experiri. Sed de Theodoberto satis. An-

(e) Greg. de Glor. mart. l. 1. c. 31.

(f) Eod. l. c. 84.

PAGIUS

-no II. interfuerunt, ostendit Cointius anno DXXXIV. n. V. & seqq. Erant itaque in universo Burgundiæ Regno cum Franciæ accessit, Episcopatus quatuordecim, Viennensis, sc. Gratianopolitanus, Valentinus, Densis, Vivariensis, Lugdunensis, Matisconensis, Lingonensis, Cabilonensis, Nivernensis, Vesontionensis, Aventicensis, Vindocinensis, & Bellicensis. Cæteros vicinos Episcopatus partim Ostrogothi, partim Visigothi obtinebant. Ex his corrigenda quæ Baronius habet de *Burgundia* ex Sigeberto.

I. Romana Synodus sub Bonifacio. ANnus Redemptoris quingentesimus trigesimusprimus vacuus Consulibus ordinariis, post Consulatum præcedentium Consulum Lampadii atque Orestis inscribitur: quo Romæ a Bonifacio Papa Synodus collecta est, de qua hæc breviter Anastasius: *Hic congregavit Synodum in basilica Beati Petri Apostoli*, & fe-

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hisp. DLXIX. A.C. 531.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6024.

⊙ 8. E. ☽ 19. P. 20. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 531.

BONIFACII II. PAPÆ 2.

JUSTINIANI IMP. 5.

ATHALARICI REG. 6.

I. *Priora Justiniani Quinquennalia.* [1] HIC annus sine Consulibus fuit ob rationes nobis ignotas; & tam in Oriente, quam in Occidente hæc formula usurpata est: *post Consulatum Lampadii & Orestis*, secundum modum loquendi Marcellinianum; vel, *post Consulatum Lampadii & Orestis II.* secundum sc. modum loquendi Victorianum. Priora *Quinquennalia* Justiniani cum Justino imperantis in hunc annum incidunt. Ducangius in Differt. de inferioris ævi Numismat. num. XLII. *Majoriani* Imp. nummum exhibet, in quo habetur; Votis multis; alterumque *Justiniani* inscriptum, VOT MULTHTI; Ex quibus infert post extinctam Theodosii Junioris familiam nullam Quinquennaliorum aut Decennaliorum mentionem in nummis factam fuisse. Verum cum anno CDXC. *Zenonis* Imp. numisma produxerimus, in quo ejus *Vota Tricennalia* diserte memorantur ex duobus laudatis nummis colligendum, Imperio magis inclinante, hujusmodi Vota valde imperfecte in numismatis sculpta, & minori pompa ac apparatu celebrata.

A num. I. ad VI. *Bonifacio II.* Ecclesiam administrante tres Synodi Romanæ habitæ, quarum II.

NOTÆ [1] COss. *Post Consulatum Lampadii & Orestis*. Inscriptiones basilicæ S. Pauli n. 411.

D P S. III. NON. S. PC LAMPADI ET ORESTIS

Fleetwod. pag. 499. ex Onufrii Fastis.

RECESSIT. SVB. VIII. KAL. AVG. P. C. LAMPADI. ET ORESTIS
V V. C C. IND. VIIII.

Onufrius in Fastis affert his coss. veterem lapidem ex basilica S. Petri in arce Veronæ, sed inemendatum; nos emendatum hic recudimus.

HIC REQVIES
CIT IN PACE SCS
VALENS EPS QVI
VIXIT ANN PLM
LXXXV. ET SEDIT EPIS
COPATVM ANNOS
ϛII MENSES ϛII. ET DIES
XϛIII ET RECESSIT SVBD
ϛIII KAL A .... STAS
PC L....ADI. ET O
RE.... VV CC. IND ϛIII

Male *annos ætatis* S. Valentini Episcopi Onufrius excripsit, nam XLV. edidit pro LXXXV. notam numeralem ϛ pro numero *quinario*, non *senario* accepit, præterquam in nota Indictionis quam recte expressit. Quum autem S. Valentinus sederit annos octo, menses octo, dies novemdecim, & in cælum migrarit die *vigesima quarta Julii* A. D. 531. Si anni Episcopatus supputentur, consecratus est Episcopus A. D. 522. die *quinta* Novembris, quo anno littera Dominicalis fuit *b*. De sigla ϛ pro numero senario accipienda, inter cæteros adeundus Norisius in Differt. de cyclo Ravennate pag. 175. & de Epochis Syro-Maced. pag. 444. Nicolaus Alemannus in notis ad Historiam Arcanam Procopii pag. 120. Fabrettus Inscript. antiq. pag. 540. Mabillonius de re diplomatica lib. II. cap. XXVIII. §. XII. & Philippus a Turre Episcopus Adriensis in Dissertatione de nummo Anniæ Faustinæ pag. 112.

Victor: P. C. *Lampadii* & *Orestis* II. Marcellinus ita, omittit tamen notam Secundi consulatus in *Oreste*.

Epitome temporum & Indiculus Paschalis: P. C. *SSorum*; id est; *Post Consulatum Lampadii & Orestis*. GEORGIUS

fecit constitutum, ut sibi successorem ordinaret; quo constituto cum chirographis sacerdotum, & jurejurando ante Confessionem beati Petri Apostoli diaconum Vigilium constituit. Successorem videlicet. Quod enim (ut superius fusius dictum est) Gothorum Reges Italiæ dominantes impie sibi vendicassent Romani Pontificis electionem: ut ejusmodi præsumptam, & vi usurpatam licentiam ex Gothorum manibus Romana Ecclesia extorqueret, hoc prætextu visus est Bonifacius novam hanc & a prædecessoribus hactenus intentatam viam aggredi: nempe ut successorem deligens Pontifex, nullum relinqueret locum vacantis sedis; quod quidem licet speciem justitiæ aliquam præseferret, postea tamen ab omnibus est improbatum atque rescissum. Nam subdit de his idem Anastasius:

II. *Eodem tempore facta iterum Synodo, hoc cassaverunt * sacerdotes omnes propter reverentiam sanctæ sedis, & quia contra canones hoc fuerat factum, & quia culpa eum respiciebat, ut successorem sibi constitueret: ipse Bonifacius Papa reum se confessus est majestatis, quod diaconum Vigilium sui subscriptione chirographi ante Confessionem B. Petri successorem constituisset; & ipsum constitutum in præsentia omnium sacerdotum, & cleri & Senatus incendio consumpsit.* Hactenus de his Anastasius. Majestatis vero ea ex parte crimen videri poterat Gothis Bonifacius incurrisse; quod contra Regis voluntatem, ad quem electionem Romani Pontificis spectare Theodoricus statuerat, a Bonifacio fuisset institutus successor. Sed nec placuerunt ista clero, neque Romano populo.

* censuerunt.

III. Quid in Vigilium objectum

Certum quidem est hujusmodi conatum probro esse datum ambobus, in primis vero ipsi Vigilio, quod id curasset. Scimus enim Silverium Papam in decreto anathematis in Vigilium hæc ita exprobrasse (*a*): *Quia contra jura canonica temporibus sanctæ memoriæ Bonifacii Papæ, ipso vivente, designari conabaris, nisi tibi amplissimi Senatus obviasset justitia: tunc providentia pastorali ac Pontificali auctoritate tua execranda jam debuerant auspicia detruncari. Sed dum pravum vulnus in te neglectum est, insanabile accrevit apostema, &c.* Hæc in Vigilium delectum a Bonifacio successorem Silverius. Porro rerum gestarum Bonifacii Papæ non tantum hæc de eligendo successore, ipso vivente, & ab ipso deleta fuere; sed & ea etiam postea, quæ ab ipso post mortem Dioscori, eum damnando, anathematique subiiciendo, gesta fuerunt. In ipsum enim Bonifacium ista peracta ab Agapeto Pontifice testatur Anastasius Bibliothecarius (*b*): *Hic*, Agapetus videlicet, *in ortu Episcopatus sui libellos anathematis, quos invidiæ dolo extorserat Bonifacius presbyteris & Episcopis contra canones & contra Dioscorum, in medio ecclesiæ, congregatis omnibus, incendio consumpsit, & absolvit totam Ecclesiam ab invidia perfidorum.* Hæc ibi.

(*a*) *Ep. Silver. ad Vigilium t.2. Conc.*

(*b*) *Anast. in Agapet.*

Adversus Bonifacii decretum quid Agapetus.

IV. Sic igitur vides, non solum quæ per Bonifacium acta sunt in decernendo successore, ab ipso primum, deinde a successoribus esse damnata, sed etiam quod in Dioscorum veluti simoniacum idem damnando eundem post mortem egisset. Ob causam quidem pecuniariam damnatum Dioscorum a Bonifacio, ex Justiniano diximus: cujus in epistola inscripta ad Joannem

PAGIUS *Tertia Synodus Romana Baronio incognita.*

rum duas ex Anastasio explicat Baronius, post cujus morem Holstenius in Collectione Romana tertiam eruit, quæ duabus Sessionibus constat. Habita ea *post Consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. sub die VII. Iduum Decembrium*, ideoque hoc anno; non solum quia modus loquendi Marcellinianus communior fuit ac Romæ usitatus; sed etiam quia *Bonifacius II.* ante mensem Decembrem sequentis Christi anni vivere desiit. Celebrata ea in causa *Stephani* Larissensis Episcopi, Metropolitani Thessaliæ, qui canonice electus & ordinatus, mox *Probiani* unius e Suffraganeis suis aliorumque improborum factione ab *Epiphanio* Constantinopolitano Patriarcha irregulariter exauctoratus Apostolicam Sedem appellarat. Misit *Stephanus* querimoniarum & appellationis Libellos per *Theodosium* Echiniensem in Thessalia Episcopum; nec non Epistolas Damasi, Siricii, Innocentii primi, Bonifacii I. Cælestini, Sixti, & Leonis Pontificum Romanorum, quibus probavit, Romanum Pontificem Illyrici Ecclesias jure Patriarchico semper rexisse, præter jus Primatus, quo Ecclesiæ præest universæ. Duplicem illam potestatem optime distinxit idem Theodosius Sessione II. dicens: *Nam constat, Venerandos Sedis vestræ Pontifices, quamvis in toto mundo Sedes Apostolica Ecclesiarum sibi jure vindicet Principatum, & solam Ecclesiasticis causis undique appellare necesse sit, specialiter tamen gubernationi suæ Illyrici Ecclesias vendicasse.*

III. *Episcopi Illyrici Patriarchæ Occidentali subditi.*

Ex libello Elpidii, Stephani, & Timothei Episcoporum ab eodem Stephani Larissei procuratore Synodo porrecto liquet, *Epiphanium* Episcopum Constantinopolit. ejusque Suffraganeos nihil prætermisisse, ut *Illyrici* Ecclesias sibi subiicerent, & Illyricianos Episcopos ab ea subjectione abhorruisse. Inquiunt enim tres illi Episcopi: *Quia studii eorum est, ut sub ordinationem & jus Sanctæ Regiæ Civitatis Ecclesiæ nos miseros efficiant. Pro quibus omnibus lugentes die ac nocte omnium Salvatori Jesu Christo Deo nostro lacrymas fundimus, & miseram nostram prætendimus canitiem, supplicantes ne nos in manibus eorum tradi patiamini.* Quid in eo Concilio statutum fuerit, incompertum; cum Manuscriptum, ex quo duæ Sessiones laudatæ descriptæ, in calce mutilatum sit. Verum hoc tempore *Illyricum* Romano Episcopo subditum fuisse docet Libellus Synodicus, in quo memoratur Synodus Thessalonicæ, imperante Justino & Hormisda Papa Romæ sedente congregata, diciturque *Hormisdam* plurimos Episcopos Thessalonicam misisse, ut Chalcedonensem

nem Papam, sed ad Vigilium data, hæc sunt verba: *Super hæc autem omnia quis ignorat ea quæ nostris temporibus in Ecclesia antiquioris Romæ contra Dioscorum acta sunt? qui cum nihil in fidem peccasset, tamen solum propter Ecclesiasticum ordinem, post mortem ab eadem Ecclesia Romana anathematizatus est. Si igitur nihil in fidem peccantes Episcopi, propter solum Ecclesiasticum ordinem & propter causam pecuniariam anathemati & post mortem subiiciuntur: quanto magis Theodorum, &c.* Hæc quo ad causam Dioscori quem Agapetus injusta sententia condemnatum absolvit.

V. Nimis absurdum ut Rom. Pon. sibi deligat successorem. Quod vero spectat ad successoris electionem: intelligis, puto, lector, ex his quæ dicta sunt, quantum exhorruerint Romani omnes, in primis vero iidem ipsi Romani Pontifices, ut aliquis sibi vivens quovis digno prætextu Pontifex deligat successorem; cum eadem ipsa qui ea statuit Bonifacius fuerit compulsus rescindere in posteriori Synodo, quæ in priori, suadente justa sibi visa ratione, facere decrevisset. At licet eadem cassata ab ipso auctore penitus & reddita prorsus nulla fuissent; in ipsa tamen perperam gesta Silverius & successores Romani Pontifices declamarunt.

VI. Bonifacii Papæ obitus. Verum etsi videri potuissent istæc de eligendo successore commissa a Bonifacio, ab eodem expiata; tamen cito Deus, ad aliorum exemplum, eum ex hac vita subtraxit. Hoc namque anno die decimaseptima mensis Octobris post dictum Consulatum Lampadii ipsum ex hac vita migrasse Bibliothecarius habet; quod & (ut dicemus) alia vetera monumenta testantur: quibus innotescit, hoc eodem anno post Consulatum Lampadii & Orestis jam ejus successorem sedere cæpisse Joannem cognomento Mercurium. Sic igitur dicta die mortuus est Bonifacius, cum sedisset annum unum & dies duos; licet Bibliothecarius annos duos ejus sedi tribuat & dies vigintisex: verum cum ipsum hoc anno post Consulatum Lampadii defunctum dicat atque sepultum decimaseptima mensis Octobris, nonnisi annum unum & dies duos vixisse Pontificem oportuit, cum creatus habeatur anno superiori decimaquinta die Octobris.

VII. Antequam vero de ejus vacatione sedis & electione successoris agamus: quæ de reliquis rebus gestis Bonifacii ex antiquioribus memoriis Ado descripsit, hic referamus: *Non multo post* (inquit) ab apparitione videlicet facta sancti Michaelis in monte Gargano sub Gelasio Papa, *venerabilis etiam Bonifacius Pontifex ecclesiam sancti Michaelis Archangeli nomine constructam dicavit in summitate Circi, cryptatim miro opere altissime porrectam: unde & idem locus in summitate sua continens ecclesiam, inter nubes situs vocatus.* Hæc Ado: qui cum ea Bonifacio ipsi tribuat, qui primus post Gelasium vixit, nihil est ut alicui alii ex Romanis Pontificibus ejus nominis tribui possint, nisi huic secundo ejus nominis Bonifacio. Quod autem ad ipsum locum pertinet, super quem erectam fuisse ecclesiam sancti Michaelis affirmat: nullum alium nisi scrupulosum locum illum super quem olim Hadriani moles erecta est

PAGIUS sem Synodum confirmarent; sed qui male de ea sentiebant, domum ubi coacti erant incendisse, & Sanctos Præsules semiustulatos abegisse.

IV. *Bonifacius II. moritur.* A num. VI. ad IX. *Bonifacius II.* anno tantum sequenti ad Deum migravit. Scribit enim Anastasius, eum sedisse *annos duos, & dies vigintisex*: sepultum autem esse in Basilica B. Petri Apostoli, *sub die XVI. Kal. Novemb. Consulatum Lampadii*, idest, die XVII. mensis Octob. Quoad durationem Sedis conveniunt omnia MSS. Anastasiana, & Catalogi Pontificum Romanorum, sed error est in Consulatu: Legendum enim: *Iterum post Consulatum Lampadii & Orestis*, idest, anno DXXXII. Mabillonius tamen Tomo III. Veter. Analect. pag. 431. refert, in MS. Codice Virdunensis Cœnobii Sancti Vitoni, Eusebii Historiam continente, referri quædam Epitaphia aliquot Pontificum Rom. & in fine Epitaphii Bonifacii haberi: *Sedit annos III. dies XXVI. Depositus in pace XVI. Kalend. Novemb. imper. Proconsul. Lampadio & Oreste Viris Clarissimis.* Papebrocius in Paralipomenis in Conatum ad Catalogum Pontificum, dicit petiisse sibi mitti ipsa verborum fragmina, & invenisse Epitaphium auctum esse clausula Chronographica omnem dubitationem arcente, seque legisse.

Sedit annos III. MES XXVI.
Depositus in CF XVI KI NOV
INTER per Conf. II. Padio
& ORESTE VIR S CIARISSIMIS

sed nec ipse bene legit hæc verba: MES. XXVI. scriptum enim fuit, DIES XXVI. Littera D in inferiori parte parum corrasa, & Littera I facile pro M accepta. Reperit itaque Papebrocius exaratum; *Sedit annos tres, dies viginti sex, depositus in confessione, decimo sexto Kalendas Novembris, iterum post Consulatum Lampadio & Oreste, Viris Clarissimis.* [1] Putat etiam Papebrocius, cum To INTER nu-

NOTÆ [1] BOnifacius *sedit annos duos, dies viginti & sex*, ut scribitur in Catalogo Blanchiniano; ideoque obiit anno 532. die 13. Decembris. Quoad Interpontificium retinendum illud censeo, quod legitur in Editis Anastasii, nempe dierum sex. Ducit nos supputatio ista ad diem 19. Decembris, quæ hoc anno Dominicalis erat; atque inde Joannes epocham Pontificatus sui duxit. MANSI

est trans Tiberim apud Circum Domitiæ, fuisse, diximus in Notis ad Romanum Martyrologium (*a*).

(a) *Marty. Rom. die 8. Maii*

VIII. De Bonifacio rursus hæc in Anastasio leguntur: ***Eodem tempore venit relatio ab Afris Episcopis de constitutione, ut cum consilio sedis Apostolicæ omnia Carthaginensis Episcopus faceret.*** Præerat his temporibus Carthaginensi Ecclesiæ Reparatus Episcopus, de quo etiam inferius dicturi sumus. Ad postremum vero idem ait, vacasse sedem Bonifacii menses duos & dies quindecim. Verum cum ex dicto numero mensium atque dierum dicendum esset successorem Bonifacii Joannem creatum esse sequenti anno ipsis Kalendis Januarii post Lampadii & Orestis consulatum secundo, erroris patentis auctor arguitur, cum constet hoc anno post dictorum Consulatum Joannem cognomento Mercurium creatum esse Pontificem: In Titulo enim Eudoxiæ, quæ est Ecclesia S. Petri ad Vincula dicta ejusmodi inscriptio legitur. (*b*).

(b) *Extat in Ecclesia S. Petri ad Vincula descripsit etiam Panvin.*

✠ SALBO PAPA NOSTRO JOANNE COGNOMENTO MERCURIO EX SANCTÆ ECCL. ROM. PRESBYTERIS ORDINATO. EX TIT. S. CLEMENTIS AD GLORIAM PONTIFICALEM PROMOTO. BEATO PETRO AP. PATRONO SUO A VINCULIS EJUS SEVERUS PRESB. OFFERT ET IT. P. C. LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. URBICULUS CEDRINUS EST.

Joannes Papa II. Ex his igitur quam perspicue vides, sedere cœpisse hoc anno post Bonifacii obitum Joannem cognomento Mercurium, natione Romanum (ut habet Bibliothecarius) ex patre Projecto, de Cælio monte: quo autem die & mense creatus sit, haud quid certi affirmari posse videtur: circa finem tamen anni hujus sedere cœpisse, ex dictis apparet.

IX. Amalarici Regis obitus. Quod insuper ad Occidentales res spectat, hoc ipso anno Amalaricus Rex Gothorum in Hispania, cum a tempore obitus Theodorici Regis in Italia regnantis potitus regno esset annis quinque, occisus desiit: inque locum ejus subrogatus est Theudis Gothus pariter & Arianus. Sed interitus Amalarici causa altius repetenda est. Childebertus enim quartus filius Clodovei, qui Parisiis regnabat, sororem suam Crotildem matrimonio junxit eidem Amalarico Regi. Sed quod Catholica illa esset, hæreticus vero iste; nulla conventio lucis ad tenebras, neque templi Dei cum idolo penitus esse poterat: & licet juncti corpore essent, animo tamen erant quam longis-

PAGIUS

nullum sanum sensum faciat, Librariorum aliquem ita extendendum credidisse, quod scriptum erat ITER, licet recte extensum fieri debuisset, ITERUM, ac concludit, triennium illius Codicis Bonifacio II. assignatum attribuendum cæteris Librarii oscitantis erratis cum in biennio Pontificatus ejus consentiant omnes Codices Anastasiani, Catalogique Pontificum Romanorum. Qua in re ejus interpretationem certam esse existimo: præsertim cum illius Epitaphii Exscriptor in Epitaphio Bonifacii III. describendo numeros etiam depravarit, uti infra videbimus.

V. *Joannes II. renunciatur Pontifex Rom.* Baronius annum tantum unum & dies duos *Bonifacio* II. tribuit, quia arbitratur, *Joannem* cognomento *Mercurium* hoc anno creatum esse Pontificem, post Consulatum scilicet Lampadii; quam in rem profert veterem inscriptionem etiamnum extantem in Basilica S. Petri ad Vincula, quam hic accurate descriptam exhibendum duxi,

SALBO PAPA N. JOHANNE COGNOMENTO MERCURIO EX SCE̅ ECCL̅. ROM̅. PRESBYTERIS ORDINATO EX TIT̅. SC̅I CLEMENTIS AD GLORIAM PONTIFICALEM PROMOTO BEATO PETRO AP̅. PATRONO SUO A VINCULIS EJUS SEVERUS PB̅. OFR̅T.

ET IT̅ PC̅ LAMPADI ET ORESTIS VV̅. CC̅. &c.

Baronius hac formula, *iterum post Consulatum Lampadii & Orestis*, currentem annum designari putat, ideoque & eo *Joannem* Pontificatum suscepisse. Verum annum DXXXII. eam indigitare, & qui inscriptionem illam posuit modo loquendi Marcelliniano usum esse mox insinuavimus, & sequentium Pontificum Chronologia indubitatum reddit.

VI. *Vacatio Sedis.* Anastasius juxta editionem Regiam scribit, cessasse Pontificatum *dies sex*, quod in quibusdam Catalogis Colbertinis Rom. Pontif. etiam legitur. Verum in exemplari Anastasii MS. Colbertino, in duobus Freherianis, in uno Thuaneo, in Casinensi & Antuerpiensi, in duobus Catalogis nostris & in Orderico lib. 2. habetur vacasse Sedem *menses duos, & dies quindecim;* Denique Gotfridus Viterbiensis in Chron. tradit Sedem cessasse diebus LXXVI. quod idem est. Quare cum *Bonifacius* II. die XVII. mensis Octobris anni quingentesimi tricesimi secundi vita functus sit, *Joannes* hujus nominis II. cognomento *Mercurius* natione Romanus ordinatus fuit die tricesima prima mensis Decembris illius anni, quæ Romæ Sancto Silvestro Pontifici Romano sacra erat, ut constat ex iis, quæ Baronius in Notis ad Martyrologium Roma-

gissime separati. Quæ autem ob hanc causam pati contigerit ipsam Crotildem, ex Gregorio audi, qui hæc ait (*a*): *Crotildis multas insidias ab Amalarico viro suo propter fidem Catholicam patiebatur: nam plerumque procedente illa ad sanctam ecclesiam, stercora, & diversos fœtores super eam proiici imperavit. Ad extremum autem tanta crudelitate dicitur eam cecidisse, ut illa infectam de proprio sanguine sudarium fratri transmitteret.*

(*a*) *Greg. de Gest. Fran. l.3. c.10.*

Amalaricus male habet Crotildem.

X. *Unde ille maxime commotus, Hispanias appetivit. Amalaricus vero hæc audiens, naves ad fugiendum parat. Porro imminente Childeberto, cum Amalaricus naves deberet ascendere, ei in mentem venit multitudinem pretiosorum lapidum in suo thesauro reliquisse: cumque ad eos petendos in civitatem regrederetur, ab exercitu e porta exclusus est. Videns autem se non posse evadere, ad basilicam Christianorum Orthodoxorum confugere cœpit: sed priusquam limina sancta contingeret, unus, emissa manu, lancea eum mortali ictu sauciavit; ibique decedens reddidit spiritum. Tunc Childebertus cum magnis thesauris sororem assumptam, secum adducere cupiebat; quæ nescio quo casu in via mortua est; & postea Parisios delata, juxta patrem suum Clodoveum sepulta est.*

XI. *Childebertus vero inter reliquos thesauros ministeria ecclesiarum pretiosissima detulit: nam sexaginta calices, quindecim patenas, viginti Evangeliorum capsas detulit, omnia ex auro puro; & gemmis pretiosis ornata. Sed non est passus confringi: cuncta enim ecclesiis & basilicis Sanctorum dispensavit & tradidit.* Hæc Gregorius: discrepat ab eo Isidorus (*b*) dum Amalaricum non in Hispania, sed Narbone in Gallia esse occisum tradit. Agit & de his Græcus historicus Procopius (*c*) eamdemque refert causam belli inferendi, quam ex Gregorio recitavimus: at non Childebertum nominat, sed Theodobertum. Verum Theodobertus non fuit filius Clodovei, sed nepos, nempe filius Theodorici ipsius Clodovei filii. Tuncque dicit cessisse Francis eam partem Galliarum, quam hactenus Wisigothi possederant: ait enim: *Theodobertus vero suis cum rebus omnibus sorore redempta, Galliæ partem, quantamcumque sortiti Vvisigothi fuerant, recepit. Qui itaque Vvisigothorum ex gente bello devicta reliqui ex ea clade fuere ex Galliis cum uxoribus liberisque suis jam sedibus exciti, ad Theodem in Hispania tyrannidem exercentem se contulere.* Hæc Procopius. Verum sive rursus receperint Wisigothi eam partem Galliæ Narbonensis, sive non penitus ea caruerint; certum est, posterioribus Francorum Regibus cum Wisigothis eam provinciæ partem possidentibus fuisse pugnandum; ut quæ dicentur suis locis inferius, perspicue demonstrabunt. Successit autem (ut diximus) post Amalari-

Præda capta ex ditione Amalarici.

(*b*) *Isid. in Chronic. Goth.*

(*c*) *Procop. de bello Goth. l.1.*

PAGIUS manum, & Florentinius in Notis ad Martyrologium Hieronymianum habent. Ex Gotfrido vero citato intelligimus Anastasium scripsisse Sedem vacasse diebus LXXVI. & Librarios priores numeros omisisse, quod ex duratione Sedis ejusdem Pontificis ab Anastasio notata extra omne dubium ponetur.

VII. Porro ex dictis apparet, errores qui in *Anastasium* irrepsere, recte a nobis emendatos, incerta scilicet ex certis & indubitatis. Certum est enim, *Joannem* I. mortuum esse in carcere die XVIII. mensis Maii anni DXXVI. *Bonifacium* vero II. sepultum die XVII. mensis Octobris anni DXXXII. ideoque a morte Joannis I. ad Bonifacii II. obitum interjectos esse annos sex, ac menses quinque integros, ac denique ex eo temporum intervallo Bonifacio II. annos duos & dies XXVI. adscribendos. Restant anni quatuor, menses quatuor, ac dies quatuor, partim Felici IV. partim duobus Interpontificiis assignandi, ex quibus cum *Felix* IV. juxta Anastasium *annos IV. menses II. & dies* XIV. sibi vindicet, reliqui tantum erunt dies quinquaginta. Quomodo itaque post *Joannis* I. mortem Sedes dies LVIII. & post *Felicis* obitum, mensem unum & dies XV. ut in vulgato Anastasio habetur, vacare potuit, aut *Felix* a die XII. Julii anni DXXVI. ad diem XII. Octobris anni DXXX. annos scilicet IV. & menses tres, ut in eodem Anastasio legitur sedere? Manifestum itaque est, post Joannis I, obitum cessasse tantum Sedem *dies* LV. recte Anastasium scripsisse *Felicem* IV. ordinatum esse die XII. Julii anni DXXVI. & ipsummet errorem, qui irrepsit in numeros Interpontificii tempus exprimentes, corrigere: *Felicem* IV. supra annos IV. *&* menses II. sedisse dies sex, non vero dies XIV. & juxta varia exemplaria Anastasiana post ejus mortem Sedem vacasse dies duntaxat tres. Quæ scrupulosius examinare placuit, quia exemplaria Anastasii nullibi magis quam in duobus istis Pontificatibus, & duobus interpontificiis depravata.

Chronologia Pontificia confirmatur.

VIII. A num. X. ad XII. Gregorius Turonensis lib. 3. capp. 9. & 19. narrat, *Childebertum* Francorum Regem exercitum movisse in Hispaniam propter sororem suam Chlothildem, *quæ multas insidias ab Amalarico viro suo propter fidem Catholicam patiebatur*; sed *Amalaricum* Visigotthorum Regem cum hoc accepisset, conscensa navi fugisse, & cum in quandam Ecclesiam confugere vellet, a quodam milite occisum esse. *Childebertus* sororem suam secum adducere cupiebat, sed ea in via mortua est. Turonensis *Amalaricum* in Hispania profligatum tradit: Procopius lib. 1. de Bell. Goth. intra Galliarum septa eum occubuisse scribit, & loco, *Childeberti*, Librariorum, ut puto, errore, *Theodebertum* habet, & denique Auctor Appendicis ad marginem Victoris Tununensis adjectæ ad hunc Consulatum, ait: *Amalaricus Rex cum Zidiberto* (idest Childeberto) *Francorum Rege in Gallia superatus Narbonensi in prælio Barcinonem fugiens venit, ibique a Franco angone* (sic telum quoddam sive hasta a Francis vocabatur. Vide *angonum* descriptionem apud Agathiam lib. 1.) *per-*

Amalaricus Hispaniæ Rex occiditur.

ricum Theudis, qui licet Arianus, tamen bene habuit Orthodoxos, ut S. Isidorus affirmat.

XII. Toletan. Concil. secundum sub Montano Epi. Hoc eodem anno quo absolvitur quintus ejusdem Amalarici Regis, & primus incipit numerari Theudis ejusdem successoris, celebratum reperitur Concilium Toletanum, dictum secundum, sub Montano Archiepiscopo Toletano. De hoc acturi, primum omnium more nostro ipsam rectam temporis rationem statuamus. Cum omnium assertione & antiquorum codicum lectione constet, ipsum habitum esse anno quinto ejusdem Regis Amalarici; sitque omnibus pariter exploratum, quinquennium ejusdem Regis, deduci ab obitu Theoderici Italiæ Regis, quem decessisse diximus anno Domini quingentesimo vigesimo sexto; hic primum, unde erroris occasio manare possit, emendandus est mendosus locus Isidori, ne ipsum sibi ipsi contrarium esse & turpiter hallucinatum quis dicere aliquo modo audeat. Sunt enim hæc verba in Chronico Gothorum Regum Isidori: *Æra DLXIIII. XIV. anno Justiniani Imperatoris, defuncto Theodorico, Amalaricus nepos ejus quinque annis regnavit.* Quæ verba tum his quæ superius, tum his quæ inferius in eodem leguntur Chronico, penitus contradicunt, ut decimoquarto Justiniani Imperatoris anno dicatur regnare cœpisse Amalaricus, qui ultimo anno Justini Imperatoris auspicatus est regnum. Quamobrem necessario restituenda est germana lectio, ita ut loco Justiniani, Justinus, & loco numeri XIV. annorum Justiniani, ponatur, IX. Justini, ut dicat textus: *Æra DLXIV. IX. anno Justini Imperatoris defuncto Theodorico Amalaricus nepos ejus quinque annis regnavit.* Quo annorum numero tum ex Æra, tum ex annis Justini Imperatoris consignatur annus Domini quingentesimus vigesimussextus, quo (ut dictum est) Amalaricus primum annum exordiens, hoc Domini anno terminat quintum, quo eadem Toletana Synodus habita esse sine controversia ab omnibus affirmatur, & in codicibus tum scriptis, tum cusis æque legitur. Sed & emendandum quod in novissimam editionem ex mendoso exemplari irrepsisse videtur, dum quintus annus Amalarici, sub quo dicta Synodus acta ponitur, notatur Æra DLXV. qua non præsens annus quintus ejusdem Regis Amalarici, sed secundus inchoatus ejusdem notandus esset; quintus vero cum absolvitur (qui est præsens annus) inscribendus esset Æra DLXIX.

Emendatur error illapsus in Chron. S. Isidori.

XIII. Sub Theude Concil. Tolet. His igitur locis emaculatis, & sincera lectione ubique restituta, adhuc addimus: quod etsi hoc anno, qui numeratur quintus Amalarici Regis, dicta Synodus celebrata inveniatur; tamen sancti Isidori verba suadent, ut ipso potius Amalarico mortuo, exordio Theudis successoris regni, hoc eodem anno Patres convenerint: id, inquam, Isidori, qui hoc sæculo vixit, verba declarare videntur, quibus ait: *Æra DLXIX. Justiniani Imperatoris tempore, post Amalaricum Theudis in Hispania creatur in regnum per annos sexdecim: qui dum esset hæreticus, pacem tamen concessit Ecclesiæ Dei, ut licentiam Catholicis Episcopis daret, in unum apud Toletanam urbem convenire, & quæcumque ad Ecclesiasticam disciplinam necessaria existerent, dicere, licenterque disponere.* Hæc ipse, plane significans, id inconcessum omnino fuisse, vivente Amalarico, Catholicis (ut diximus) infensissimo.

XIV. Sed & quod dicit de Synodo Toletana cogenda impartitam ab ipso esse licentiam; id non de alia, quam de hac ipsa, de qua est sermo, Toletana Synodo Isidorum constat intellexisse: nam nulla alia Synodus Toletana sub dicto Rege habita reperitur. Unde opinari licet, quod etsi anno quinto Amalarici Synodus ista habita inveniatur hoc anno, tamen non sub ipso, sed æque hoc anno sub ejus successore celebrata fuerit: sed quod nomen Amalarici in ipsa Synodo legatur, ex apposito titulo irrepsisse puto. Hæc quidem opinari suadent, quæ ex Isidoro magnæ hujus temporis auctoritatis scriptore recitata sunt, adjuvantibus conjecturis, iisdemque ex odio Amalarici & benignitate Theudis erga Catholicos acceptis: addito ad hæc etiam, quod cum Patres ipso exordio deplorent præterita tempora, quibus conveniendi denegata licentia videretur; id sub Amalarico accidisse, ex Isidoro conspeximus. His de tempore stabilitis, jam de ipso Toletano Concilio quæ sunt notatu digna referamus.

Qui

PAGIUS *percussus interiit.* Huic Auctori suffragatur Isidorus in Chronico Gotthorum. Cointius anno DXXXI. num. IX. ostendit, eam sententiam præferendam, quæ cladem ac necem Amalarici collocat in Septimania, seu in Gallia Narbonensi. Regnavit *Amalaricus* annos quinque, ut habet Isidorus, & in eadem Appendice legitur. Ei successit *Theudes*, qui licet hæreticus pacem tamen concessit Ecclesiæ. Successit autem post diem XVI. Kalendas Junias, ut ex dicendis numero sequenti elicitur, imo post diem IV. Decemb. ut anno DXLVI. videbimus.

IX. Concil. Tolet. II. Ad num. XII. & seq. Ante Præfationem Concilii Toletani II. legitur: *In nomine D. N. Jesu Christi Synodus habita in Civitate Toletana, apud Montanum Episcopum, sub die XVI. Kalendas Junias, anno quinto Regni Domini nostri Amalarici Regis, Era DLXV.* Sed error irrepsit in

XV. De S. Montano Epif. Toletano. Qui primum locum in hac Synodo jure tenuit Montanus Toletanus Epifcopus celebris nomine fuit tum doctrina, tum etiam vitæ fanctitate: utraque enim dignus laude à S. Ildefonfo in libello de Viris Illuftribus celebratur. Extant ejus lucubrationum duæ epiftolæ, quarum idem meminit, altera data ad Ecclefiam Palentinam, ad Thuribium folitarium altera, digna feliciffimi ingenii monumenta. Sed quod ad vitæ fanctitudinem fpectat, hanc divino teftatam miraculo idem Ildefonfus ejufmodi perfpicuo declarat exemplo: *Hic vir, ex antiquiffima relatione narratur, ad explofionem infamiæ tamdiu prunas tenuiffe veftimentis ardentes, donec coram fedis fuæ altari facro totius Miffæ celebritatem per femetipfum expleret. Peractis autem folemnibus, nec prunæ ignem, nec veftis inventa eft amififfe decorem. Tum Deo relatis gratiarum actionibus, quia per fimplicem naturam ignis cognita effet & fallacia deteftabilis accufantis, & innocentia beatiffimi facerdotis.* Hæc de eo Ildefonfus.

XVI. Epifcopi infignes qui interfuerunt Synodo. Cum Montano feptem alii tantum interfuerunt Epifcopi, fed fi numero pauci, virtute atque doctrina præftantes: qui cum Zorobabele fuo in medio licet hoftium pofiti, templum reædificare magna animi conftantia funt aggreffi. Enituit autem in eo conventu Patrum præter Montanum Juftus, Urgelitanus Epifcopus, & ipfe clarus inter fcriptores Ecclefiafticos, & trium germanorum collegio æque difertorum, nempe Juftiniani Epifcopi Valentini, Nebridii, & Helpidii, illuftrior redditus: licet injuria temporum deperditis ipforum fcriptis fratrum fubofcura memoria fit relicta. Agit de his omnibus Ifidorus (*a*).

(*a*) *Ifidor de Vir. illuftr. c.20. 21.*

XVII. Quinque in hac Synodo reperiuntur fanciti canones effe ad difciplinam Ecclefiafticam illuftrandam, & mores Fidelium informandos; quos tu confulas. Nos vero non omittimus, quod gratitudinis ergo iidem Patres, abfoluta Synodo, Regi licet Ariano ob conceffam coeundi licentiam bene precati funt. Ad finem enim Synodi ifta leguntur: *Nunc ergo in nomine Domini finitis his quæ in collatione venerunt, gratias agimus omnipotenti Deo, deinde domino noftro gloriofo Amalarico * Regi, divinam clementiam poftulantes, ut innumeris annis regni ejus ea quæ ad cultum fidei proveniunt peragendi nobis licentiam præftet Amen.* Quid

* Theudi

his fimile habes præfatos effe Patres in Concilio Agathenfi fub Alarico item Ariano Cothorum Rege collecto, ipfius accedente conceffione.

At bene ufi Montanus, & alii Patres Regis beneficio non femel tantum cojerunt in Synodum, fed frequenter diverfis in locis. Etenim inter alia Concilium Palentinum patet congregatum fuiffe: ita legendum, pro Valentino, Palentinum, ut ex ejufdem Montani epiftola ad Thuribium data poffumus intelligere; quæ cum alia habeat digna memoria, hic mihi eam reddere & tibi legere gratum erit, fic enim fe habet (*b*): XVIII.

(*b*) *Apud Collect. Concil. Hifp. Garf. Loa.*

*Domino eximio præcipuoque Chrifticolæ domino & filio Theoribio * Montanus Epifcopus.*

* Thuribio

XIX. Montani Toletani Epifc. ep. ad Thuribium. *Alumnum te fidei Catholicæ & fanctæ religionis amicum etiam in actis mundialibus converfantem valde, & novimus & probavimus. Cum enim adhuc floreres in fæculo, ita claritatis tuæ vita perpatuit, ut fecundum fententiam Domini & quæ funt Cæfaris Cæfari non negares, & Deo quæ fua funt, devota mente perfolveres. Jure etenim te divini cultus in hanc præfertim provincia nominabo *.... Putafne quanta tibi apud Deum maneat merces, cujus folertia atque inftinctu & idololatriæ error abfceffit, & Prifcillianiftarum deteftabilis & pudibunda fecta contabuit? Si tandem adhuc & in nomine honorare defiftant, cujus per tuam admonitionem collapfa effe opera non ignorant. Nam de terrenorum dominorum fide quid loquar? cui ita tuum impendifti laborem, ut feroces cohabitantium tibi animos ad falubrem regulam, & normam regularis difciplinæ duceres, præftavit divina clementia: quia id quod fummo labore conatus es, precibus & oratione perficeres. Quæ tamen ex Palentino conventu ad nos pervenerint, celfitudini veftræ indicare curavi, quo facilius per veftram increpationem nefanda præfumptio in pofterum conquiefcat, &c.* Subdit de presbyteris reprimendis, qui fibi chrifma conficiendi auctoritatem ufurparant; deque Epifcopis coercendis, qui in aliena diœcefi ecclefias confecrarent: de quibus omnibus eft querela ejufdem in epiftola data ad Palentinæ Ecclefiæ fubditos. Porro Thuribium iftum longe diverfum effe ab illo ad quem extat fancti Leonis Papæ epiftola, diverfitas temporum perfuadet.

*

PAGIUS in Eram: annus enim Chrifti DXXVII. cui annus ille Eræ Hifpanicæ refpondet, fuit tantum primus Amalarici Regis. Quare legendum, *Era DLXIX.* Amalarici vero, non autem *Theudis* tempore hoc Concilium celebratum; cum in Canone quinto dicatur: *Gratias agimus Omnipotenti Deo, deinde Domino noftro gloriofo Amalarico Regi.* In hoc Concilio quinque Canones editi, & inter Epifcopos interfuit Sanctus Juftus Epifcopus Urgellitanus, cujus fupereft Tractatus in Cantica Salomonis fæculo præterito typis mandatus, & nunc in Bibliothecis Veterum Patrum collocatur.

XX. Quod ad statum rerum Orientalium anni hujus pertinet? tumultuosum illum quidem fuisse Constantinopoli, quæ habet Marcellinus hoc anno post Consulatum Lampadii atque Orestis significant, nimirum conspirationem factam esse adversus Justinianum Augustum, de qua hæc ipse:

Conjuratio contra Justinian. *Hypatius, Pompejus, & Probus genere consobrini, Anastasii Imperatoris nepotes, quod Imperium sibi singuli indigna ambitione exoptarent, Idibus Januariis cum plerisque nobilium conjuratis, omnique seditiosorum turba armis donisque ministratis illecta, dolis invadere tentaverunt; atque per quinque continuos dies urbem regiam rapinis, ferro, igneque per sceleratos cives sine certo interrege discurrentes hostili impietate, ipsi se fideles Reipublicæ in Palatio dissimulantes, depopulati sunt. Quinta vero hujus nefandi sceleris die, dum de foro Hypatius sceleratorum comitantium manibus torque redimitus aureo, & Pompejus Comes sua sub veste loricatus ad invadendum tenendumque ascendunt Palatium, uterque eorum ante fores Palatii captus est: statimque piissimi Principis nostri nutu catenatus, trucidatus pœnas luit, & ante Imperium perdidit quam haberet, innumeris passim in Circo populis trucidatis, & tyrannorum sociis, continuo proscriptis.* Hæc Marcellinus, quæ a Procopio (*a*) fusius enarrantur. Coactum vero fuisse Justinianum acclamanti populo satisfacere, & Joannem atque Tribonianum magistratu deponere, idem affirmat: sed eo cessante tumultu, restitutos tradit: verum Joannes postea (ut dicetur) pœnas dedit. Quanta autem fuerit præter incendia, & prædam hominum cædes, idem Procopius refert, dum ait desiderata esse hominum triginta millia.

(*a*) Procop. de bello Persic. l. I.

XXI. Armorum usus quibus interdictus. His igitur permotus Justinianus, præcavens in futurum, Novellam edidit sanctionem, qua armorum usum a privatis adimere conatus est, dum prohibuit, ne quis privatus esset armifactor; neque qui publico operi in armis faciendis inservirent, venderent ea privatis. His namque impulsum esse ad hæc sancienda, ipse ejusdem constitutionis exordio declarat, ubi ait (*b*): *Magnum Deum & Salvatorem nostrum Jesum Christum, & ejus auxilium semper invocantes, studemus omnes subditos nostros, quorum regimen credidit nobis Deus, illæsos & sine calumnia custodire; & inhibere bella, quæ per suam inconsiderationem suscipientes adversus alterutros operantur dolores: duplex ex hoc contra se supplicium inferentes, tam quod sibimet inferunt, quam quod ex lege vesaniam eorum puniente patiantur.*

(*b*) Novel. 85.

XXII. Quæ in hæreticos atque Judæos. Promulgavit etiam idem Imperator hoc anno post Consulatum Lampadii, & Orestis constitutionem, qua (*c*) vetuit hæreticos & Judæos contra Orthodoxos testimonium ferre: in contractibus dumtaxat eorum attestationem inspici debere. Addidit postea & illam (*d*), ne quis hæreticus hæreditatem, legatum, vel fideicommissum accipere possit. Data est constitutio quinto Kalendas Augusti, anno secundo post Consulatum Lampadii & Orestis, quibus perperam jungitur annus secundus Justin. Imperatoris. Sed opinio inde erroris manasse occasionem, quod notata lege, post Consulatum Lampadii & Orestis secundo, nempe anno sequenti; putarit imperitus scriptor, eo numero apposito, secundum Justiniani Imperatoris annum conscribi, cum annus potius post eorum Consulatum secundus significetur.

(*c*) l. 13. C. de hæret. (*d*) l. ult. C. de hær.

XXIII. De obitu & ætate S. Sabæ. Hoc item anno quinta die Decembris, decima Indictione; ex hac vita migravit mirificus ille Sabas, de cujus legatione ad Justinianum Imperatorem pro Palæstinis adversus Samaritas egimus anno superiori: haud enim diu post eo perfuncto munere, ipsum superstitem fuisse, ejus a Cyrillo scripta Acta citata superius indicant. Cui veritati assentiuntur quæ scripta sunt ab eodem Cyrillo in rebus gestis Joannis Silentiarii, nempe eumdem Sabam vita functum decima Indictione: quod, & in scriptis codicibus a nobis citatis in Notis ad Romanum Martyrologium pariter notatum vidimus, decima nimirum Indictione defunctum esse. Ex quibus necesse est emendes quod in Vita ejusdem Sabæ scriptum habes, ipsum perve-

PAGIUS X. Conjuratio adversus Justinianum. Ad num. XX. Conjuratio adversus *Justinianum* Imp. facta ab *Hypatio*, *Pompeio*, & *Probo*, genere consobrinis, & Anastasii Imperatoris nepotibus, contigit anno sequenti, Theophane, Mario Aventicensi, Marcellino, & Auctore Chronici Alexandrini testibus. Baronius quidem Marcellinum pro sua sententia citat; sed, ut sæpe monuimus, Chronico hujus Auctoris usus est, in quo pleraque transposita erant. Auctor Chronici Alexandrini, qui fuse eam describit, ait durasse seditionem usque ad diem vicesimum mensis Januarii, quo mense cœperat, additque diem Sabbati cum decima septima die Januarii, & Dominicam cum die decima octava ejusdem mensis concurrisse; qui Feriarum characteres annum sequentem certo demonstrant, quemadmodum quod habet Theophanes, eam excitatam esse *mense Januario*, *Indictione decima*. Exorta seditio est, ut testatur Theophanes in Circo, *nec nisi longo post spatio Circenses editi sunt ludi*, postquam Urbs tumultuari destitit: Hos ludos occasione posteriorum *Quinquennalium* Justiniani celebratos esse, dubitandum non videtur; cum annis hujusmodi solenniis addictis, eosdem exhiberi solitum esset.

XI. Obitus S. Sabæ Abbatis. Ad num. XXIII. Recte consignat hoc anno Baronius mortem Sancti *Sabæ* Abbatis, quam Cyrillus Monachus in ejus Vita die quinta mensis De-

venisse ad annum ætatis nonagesimumquartum. Nam cum sub decimoseptimo Consulatu Theodosii Junioris eum natum idem auctor affirmet, qui est annus Domini quadringentesimus trigesimusnonus, & die quinta Decembris Indictionis decimæ constet esse defunctum; nonnisi annos nonagintaduos vixisse reperies. Quem errorem, qui non consideraruut, eum anno Domini quingentesimo trigesimotertio diem obiisse dixerunt, quod & nos professi eramus: verum ad exactiorem rationem tempore revocato, hoc potius anno eum esse defunctum consenserimus, pluribus id affirmare suadentibus: nempe quod diximus testificatione ejusdem Cyrilli, qui eum, absoluta illa legatione, esse vita functum tradit: nam ipsum amplius biennio oportuisset fuisse superstitem, si ad dictum annum nonagesimum quartum pervenisse dixerimus. Rursum vero cum idem auctor in fine numeret annos vigintitres ab obitu Sabæ usque ad annum post Quintam Synodum, quæ celebrata est anno Domini quingentesimo quinquagesimotertio; utique hoc anno eum vita functum ostendit: ita ut nullus dubitandi relictus videatur esse locus, sed tantum emendandi sint illapsi errores de anno nonagesimoquarto, quem diximus, & de anno centesimoquinto, qui habetur de vita Sabæ in Actis Theodosii cœnobiarchæ.

XXIV. Jam vero quæ de tanti viri obitu idem auctor enarrat, audiamus (*a*): *Reversus* (inquit) *Hierosolyma, adoratis sanctis locis, & iis dictis quæ quodammodo dici solent in exitu; venit ad maximam suam Lauram: in qua cum parum esset moratus, morbus quidam ingruens illum vere fortem adamantem lecto tradit. Quod quidem cum significatum fuisset Patriarchæ repente venit ad illum visendum. Cum vero venisset, & sic vidisset eum in cella iacentem, egenum rerum omnium necessariarum, quando oportet etiam ea suppetere quæ redundant, & cira corpus omnem excogitare curationem, utpote quod & morbus & senectus & longi labores possint vehementer cruciare; supplex ab eo contendit, ut exportetur ad sibi subjectam Ecclesiam, ut possit illic frui aliquo ex iis quæ pertinent ad remissionem & recreationem. Ille autem Patriarchæ reveritus supplicationem, & illuc asportatus jacebat, cum ipso morbo luctans, & ab eo similiter confectus. Cum vero aliquantum temporis intercessisset, ad eum divina quædam advenit visio, significans illius hinc futurum excessum. Statim ergo reportatus in cellam, cum ultima verba dixisset fratribus & postremum eis dedisset osculum, & cuidam Melitæ illorum commisisset præfecturam viro idoneo, cui id crederetur; a terrenis migrat ad cælestia, suam animam in manu Dei disponens, jam natus nonagesimumquartum* annum. Erat vero quintus Decembris dies, quo mortuus est vir ille inclytus, & ad vitam quæ illic est commigravit comitatus ab Angelis ac martyribus, ut paulo post ostendet oratio. Nunc autem per seriem procedat narratio.*

(*a*) *Cyrill. in Vita S. Sab. apud Sur. die 5. Dec.*

* secundum.

XXV. Funus S. Sabæ. *Cum ergo mors Sancti brevi tempore in omnem partem pervasisset, cucurrit quidem ad sacrum illius corpus multitudo innumerabilis: cucurrit quoque universus ordo monachorum, & quicumque erant Episcopi: qui cum quo par erat ornatu corpus composuissent, hymnos & cantica et de more canentes, pie admodum & sancte inter duas ecclesias in media Laura deponunt, ubi cum ille esset superstes, vidit columnam lucis. Atque talis quidem fuit vita beati Sabæ, & ejus tam admiranda & quæ naturam superant recte facta. Nobis autem eundum est ad miracula quæ facta sunt post mortem, quæ fiunt & numero multa & insignia magnitudine.* Hucusque ex Cyrillo: Quod si tu cupis quæ ipse subiicit sanctissimi viri post obitum miracula edita noscere, ipsum consulas. Ita plane, quo Deus in cælo vivere justos ostendat, ex eorum reliquiis tamquam e vivo fonte facit scaturire miracula: sicuti enim arbores ex foliis, floribus, atque fructibus virides esse certa significatione percipimus: eodem modo apud Omnipotentem vivere certo scimus, cui omnipotentiam in ostensione signorum, post mortem ipse communicavit.

XXVI. S. Sabæ jugis memoria in Ecclesia. Ejusmodi plane esse consuevere post justorum obitum divinitus exhiberi solita munera, ut loco funeris paretur Sanctis in cælo triumphus: qui licet humanis oculis minus perspicuus videatur; ex fulgoris tamen radiis, qui inde miraculorum editione coruscant, satis superque possit haberi perspectus, vespertilionibus & aliis lucifugis volatilibus tantum obscurus. Catholica igitur Ecclesia divino semper lumine desuper illustrata, quem ex certis signis novit receptum in cælum S. Sa-

PAGIUS Decembris, *decima Indictione*, accidisse notat. Hanc Cyrilli Vitam Græce & Latine publicavit Cotelerius in Monument. Ecclesiæ Græcæ.

XII. *Codex Justiniani promulgatur.* Marcellinus Indictione IX. post Consulatum Lampadii & Orestis, hoc scilicet anno, scribit: *His COSS. Codex Justiniani Orbi promulgatus est;* occasione scilicet priorum hujus Imperatoris *Quinquennalium*, exemplo *Theodosii Junioris*, qui anno hujusmodi Solenniis destinato Codicem Theodosianum promulgarat. Codex Justinianeus jam publicatus fuerat anno DXXIX. sed alias subinde Constitutiones *Justinianus* edidit, quæ cum extra corpus prædicti Codicis divagarentur, præsenti anno in illum relatæ sunt, & per totum Orbem Rom. ejus publicatio rursus facta.

Aga-

Sabam, eumdem in terris colere ab ipso transitus ejus die, repetito ipsius anniversario cultu, tam in Oriente, quam in Occidente, numquam destitit, nec in posterum desitura est usque ad diem novissimum celebrare; utpote quæ & noverit concessum a Deo tantum virum eo potissimum tempore, quo tot tenebris offusus totus Oriens tenebatur: cum, silentibus, immo & in deteriora prolabentibus, Ecclesiarum Episcopis, ipse ex adverso surrexerit, Regesque impios redarguerit, hæreticos exagitarit, fidemque Catholicam illæsam conservandam curarit. Sunt ista modo numquam interitura sancti Sabæ præconia perpetuis notis affigenda sepulcro, quod non angusto sarchophago continetur manibus impiorum exposito, sed ipsa latitudine sui terram cælumque ambiente, manente semper Ecclesia, in qua vivit jugi memoria, loquitur vivis exemplis, operatur editione signorum, & vigilat semper opem laturus se precibus invocantibus. Sed de magno Saba hactenus.

XXVII. *S. Antonii corporis inventio.* Hoc item anno post eorumdem Lampadii & Orestis Consulatum a Mariano Scoto consignatur inventio corporis S. Antonii magni in eremo & translatio ejusdem Alexandriam in basilicam S. Joannis Baptistæ: licet alii in alios Christi annos hæc referant. Sed cum ea de re hujus temporis scriptorum testimonia desint; cui magis quam dicto auctori assentiamus haud est liberum definire.

Qui

PAGIUS XIII. *Pestis grassatur.* Agathias lib. 4. pag. 153. loquens de peste, quæ anno DLVIII. Constantinopoli grassata est, ait: *Quæ quidem nunquam penitus cessarat, ex quo primum, circa quintum inquam Imperii Justinianei annum, in nostrum Orbem irrepserat: frequenter vero alio atque alio se transferens & locum e loco infestans, atque ita reliquis veluti inducias quasdam concedens, tum rursus Byzantium rediit.* De eadem peste rursus infra sermo erit.

Cabades Persarum Rex hoc anno moritur, ut videre est anno DXXX. num. XI.

JESU CHRISTI ANNUS 532. | JOANNIS PAP. ANNUS 1. | JUSTINIANI IMP. 6. ATHALARICI REG. 7.

I. QUi ordine temporum sequitur quingentesimus trigesimus secundus Redemptoris nostri annus, absque Consulibus novis ex more creatis, post Consulatum Lampadii & Orestis secundo, notatus reperitur in Fastis, quo Justiniani Imperatoris sextus inchoatur annus: cum jam decernit ipse, quem conceperat animo apparatum ad bellum Wandalicum, a quo quamplurima erant quæ Imperatoris animum avocarent: nempe exhaustum ærarium ob bellum Persicum in hoc usque tempus productum, difficultas ejus ob hostium longiorem terra marique distantiam; roburque invictum eorumdem barbarorum, qui hactenus gladiis Romanorum visi erant impenetrabiles: his accedebat præteritorum memoria tristium, quæ absterrebat ab eo auspicando bello, quod alias fuerat sub Leone Imperatore infelicissime pertentatum siquidem etiam animalia natura docet, ut ea caveant loca, in quibus alias fuerint periclitata. Cum, inquam, istæc, omnia a bel-

Justinian. bellum Vvandalicum meditatur.

PAGIUS Anno Periodi Græco-Romanæ 6025.

SÆC. VI. Anno Eræ Hisp. DLXX. A.C. 532.

☉ 9, DC. ☽ 1. P. 11. April. Indict. 10.

Jesu Christi 532.

Joannis II, Papæ 1.

Justiniani Imp. 6.

Athalarici Reg. 7.

[1] HIC annus, sicuti præcedens, sine Consulibus fuit, & hæc formula adhibita: *Post Consulatum Lampadii & Orestis II.* vel, *iterum post Consulatum Lampadii & Orestis*, aut denique secundum modum loquendi Victorianum; *Post Consulatum Lampadii & Orestis anno III.* Quinquennalia Justiniani post Justinum imperantis in hunc annum incidunt.

I. *Posteriora Quinquennalia Justiniani.*

NOTÆ [1] *COs. post Consulatum Lampadii & Orestis* II, vel *Iterum post Consulatum Lampadii* & *Orestis*.

Tabula marmorea, Romæ in basilica S. Petri in vinculis

S E V E R U S. P̄B̄. OF̄R̄T̄. E T. I T. P C. L A M P A D I. E T O R E S T I S. V V. C C.

Vide quæ de hac tabula habet V. C. Justus Fontaninus Archiepiscopus Ancyranus cujus memoria in benedictione Domini sit, in Disco Christiano, commentario illustrato cap. XVII. pag. 51. Doninæ Inscriptiones Cl. XX. n. 25. pag. 529. Et Fabrettus pag. 757. n. 631.

S V B D I E. P R. I D I B V S. D.
I N D I C T I O N E. V N *deci*
M A. I T E R V M. P O S T.....
L A M P A D I. E T. O R E S....
V̄. V. C̄C̄.

Item lapis alius Arelate apud Muratorium pag. CDXXII. 6. ex Petro Saxio.

O B I. S V B. D. P R. I D I B. D E C.
I N D I C T I O N E V N D E C I M A
I T E R V M P O S T I C O S. L A M P A D I
E T O R E S T. V V. C C.

Item videtur, ac Donianus lapis

Indictio undecima hic indicata, a *Kal. Septembris*, more Orientalium incipiebat. Ibid. in Donianis n. 72. pag. 539.

D E P O S I T V S. I I I. I D. F E B R V A R I A R V M
I T E R V M. P.C. L A M P A D I. E T
O R E S T I S. V V. C C. C O N S S.

Relandus inscriptionem refert ex Joh. Columbi opusculis, Vasione erutam in qua

O B. V I I I. K L. F E B R V A R.
P. C. I T E R V M A G A P I T I
V. C. C O N S S.

Ut designet, *Post consulatum iterum* in usu fuisse. Epitome temporum & Indiculus Paschalis, anno a Passione Domini DV. eoque bissextili; *Et iterum* P. C. *suprascriptorum*. GEORGIUS

a bello suscipiendo Justiniani animum dimoverent; alia tamen complura erant, quæ ipsum ad eam belli provinciam suscipiendam incitabant: nempe quod ipsum maxime lacessissent barbari tyranni tumor atque superbia, quibus haud pridem fuerat nonnihil offensus: pariebatque fiduciam ejusdem impietas in Deum & homines, utpote quod Arianum esse sciret fidei Catholicæ perduellem, & in proximos contra omne jus fasque peccasse, cum legitimum Regem, ejusque conjunctos in vincula conjecisset; Deumque ipsi adversaturum esse putans, qui adeo feris auspiciis sibi tyrannidem vendicasset. Impellebant vero ipsum præ cunctis ad bellum illud licet perdifficile aggrediendum, quæ de victoria adversus hostes magnus ille Sabas prædixerat, cum apud eum ante biennium pro suis Palæstinis legatione fungeretur. His itaque dum excitaretur, tamen ab aliis quæ sunt dicta nonnihil retinebatur.

II. *De pace firmanda cum Persis.* Cum igitur ejusmodi veluti euripo huc illucque agitaretur Imperatoris animus fluctuando; numen plane divinum ad prosequendum quod mente conceperat arduum bellum impulit remorantem. Quod ut aggredi possit, primum omnium necessarium ducit pacem cum Persis firmare atque stabilire: non enim nisi Orientalibus pacatis rebus, Occidentales tentare posse satis intelligens, in opus incumbit; quod hoc anno aggressus, nonnisi sequenti, cum Imperator tertium iniret Consulatum, perficere potuisse, idem ipse Imperator suis sanctionibus testatum reddidit, ut suo loco patebit. Inter hæc autem ut omnes optimi Principis numeros expleret, de re tanta more majorum voluit consuluisse Senatum. Est de his omnibus locuples testis Procopius (*a*), qui (quod ad tempus spectat) anno septimo ejusdem Imperatoris pacem cum Persis esse sancitam affirmat, sequenti videlicet, cum (ut dictum est) idem Imperator tertium iniit Consulatum: atque totum hunc annum in consultatione apparatuque esse consumptum. Verum non solum apud Senatum invenit, qui conceptam de bello Wandalico spem, suique animi calorem exardescentem extinguere penitus conarentur; sed præter adversantes Senatores, cum ista foris evulgarentur, etiam tumultuantem populum passus est.

(*a*) *Proc. de bello Persic. l. 1.*

III. Cum autem ex his, & adhuc inter ambigua versaretur: ex visione quadam Imperatoris animum confirmatum esse, quem bona spe antea erexisset sanctus Episcopus, Procopius tradit, qui post multa hæc de his habet (*b*): *Episcopus quidam ex Orientis partibus veniens, dixit se paucis eum colloqui velle. Facta potestate, ait, Deum ei somnium noctu misisse, Imperatori assimilatum, illumque impietatis accusasse, quod Christianos e manibus barbarorum in Africa liberare constituens, nulla postea de causa destitisset. Negotium aggredienti omnino præsto esse, atque Africæ dominum eum factururm, se accepisse. Hæc ubi Justinianus audivit, animo deliberato rem ultra differre non potuit, exercitum propere coegit, naves quoque & cibaria præparavit Belisarium vero exercitui præfecit.* Laboratum est tota hieme in comparandis navalibus, utensilibus, annona, & scribendis exercitibus, donec sequentis anni solvendi tempus adesset. *Prædictiones de felici eventu belli.*

(*b*) *Procop. de bello Vvandal. lib. 1.*

IV. *Ore puerorum vaticinium prænunciatum.* Præcesserant & de his alia vaticinia in Africa sanctis Episcopis demonstrata: fore nimirum, ut hoc tempore a dura Wandalica tyrannide liberarentur omnino: usque adeo divulgata, ut puerorum ore eadem occini consueverint. Nam audi Procopium (*c*): *Dicebatur* (inquit) *antiquum Carthagine proverbium solitum esse jactari: quod γ, quandoque β, & rursum β, γ, persequeretur: quod enim ludentibus tunc pueris in ænigmate, nunc omnibus manifestum esse. Primum enim Gensericus Bonifacium expulit, nunc vero Gilimerem Belisarius. Hoc itaque sive ex fama quadam, seu ex oraculo fuerit, sic res se habuit.*

(*c*) *Procop. de bello Vvand. l. 1.*

V. *Tunc insuper insomnium quoddam prius visum obscurum, ubi res contigit, in lucem venit. Fuit autem hujuscemodi: Cyprianum virum sanctum ex omnibus maxime Carthaginenses colunt, ipsiusque templo pulcherrimo ante urbem juxta littus constituto festum quotannis celebrant, quod Cypriania vocant; eodemque vocabulo (ut ego nuper didici) ruentem tempestatem nominare solent, quod hæc eodem tempore, quo hoc festum Afri celebrant, oriri consuevit. Hoc itaque templum Vvandali, imperante Hunerico, pulsis Christianis, ac sacerdotibus multa ignominia ejectis, tenuerunt, ipsius cura Arianis delegata. Quamobrem Afris maximo dolore perculsis ac animi pendentibus dicunt, Cyprianum in somnis apparuisse, ac bono esse animo Christianos bujus rei gratia jussisse, sese brevi tempore ultorem futurum pollicendo. Ubi res in vulgus prodiit, Afri omnes ultionem hanc in Vvandalos expectabant: nec propterea unde hæc procedere posset, conjicere ullo pacto poterant.* Sed quomodo viderint impletum oraculum, sequenti anno dicetur. Ita plane plurima sunt exempla consuevisse Dominum, cum peccanti populo infligit verbera, ne in afflictione deficiat, sed emendatus erigat animum, quosdam inter densas tenebras lucis radios e longe monstrare, cum videlicet in ærumnis populum laborantem meliorum rerum prædictione solatur: sicuti cum Dei populus teneretur in Babylone *S. Cypriani de liberatione Africæ prædictio.*

lone captivus, per Prophetas suos liberationem futuram sæpe prædixit, id implorantibus suis precibus Sanctis.

VI. Quis, rogo, satis exprimere valeat, quot quantisque hæc fuerint expetita jejuniis atque vigiliis, imploratataque lacrymis & precibus confessorum, atque etiam promerita sanguine martyrum, quorum ingens numerus sub Genserico præcucurrit, & major exercitus sub ejus filio Hunerico est subsecutus? Horum prima fuit militum ad invadendos hostes in fronte bene disposita acies, cujus robore infirmi quique vinci soliti facti sunt fortes, & qui hactenus adversarii perstitissent invicti, sunt debellati. *Sancti* namque *per fidem* (clamat Apostolus *a*) *vicerunt regna, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum*.

(*a*) Hebr. 11.

VII. Sanctorum ope nititur Justinianus

Horum haud ignarus Justinianus, hujusmodi militibus majora stipendia contulit, cum (teste Procopio) sanctis martyribus diversis in locis templa construxit, aliaque erigenda proposuit, itemque reditibus annuis locupletavit, nec non militiæ cælestis summo Principi Michaeli pluribus in locis erexit ecclesias: probe sciens, si talem tantumque Ducem sibi conciliaret, qui rebelles Angelos cientes in cælo prœlium superasset, certam securamque posse de vincendis Wandalis habere fiduciam. Sed & præter omnia maximam omnium ex eo spem concepit & aluit, quod sanctissimæ Dei genitricis Mariæ studiosissimus cultor, eamdem summis frequentavit honoribus, obsequiisque demeruit, cum ubique locorum apud barbaras etiam nationes in ejus memoriam basilicas summa impensa construxit. Est de his omnibus locuples testis citatus sæpe Procopius. Prægrandi igitur ex his sibi parta fiducia, idem Justinianus Imperator perdifficilem arduamque non veretur subire provinciam, durumque opus pavendum cunctis assumere, Davidicum illud animo volvens & ore concinens (*b*): *In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros*. Et quidem quomodo Deo auspice omnia dextere contigere dicemus anno sequenti.

(*b*) Ps. 107.

Hoc eodem anno, qui sequitur post obitum magni Sabæ, invalescentibus Origenistis in Palæstina, magna facta est perturbatio Orthodoxis. Incipiens a monachis ejusmodi conflagratio, inde longe lateque serpente incendio, magnam universæ Catholicæ Ecclesiæ intulit cladem, ut quæ singulis annis inferius dicentur, ostendent. Quod vero ad anni hujus res gestas pertinet, plane contigit secundum vaticinium illud Joannis miræ sanctitatis viri novæ Lauræ Archimandritæ, quod recitat Cyrillus in ejusdem sancti Sabæ Actis: fore nimirum, ut hæretici magnas essent in monachos excitaturi turbas. Id quidem etsi sæpe, vivente Saba, impii tentarint; continuo tamen eximia tanti Patris virtute repressi, fugatique sunt. Instar enim vespertilionum Solis radios declinantium, & ubi sunt tenebræ cavernas cæteraque tetra loca captantium; ubi vero Sol occumbit, rursum emergentium: hi siluerunt quidem & latuerunt, nec e latebris egressi sunt, dum S. Sabas fulgentibus vitæ radiis eam vivens provinciam illustraret: ubi vero contigit eum ex hac vita migrasse, iidem veluti e portis inferi erumpentes, dæmonum stipati cohortibus in ejusdem S. Sabæ filios debacchari cœperunt, & insanire. At non fuit hoc malum monachis tantum illatum, aut in Palæstina dumtaxat cognitum & propagatum, sed & regiam civitatem Constantinopolim pervasit, totumque ferme Orientem depastum est: atque adeo, ut nec valuerit Justiniani Imperatoris edictis extingui; sed infelici germine magis magisque diffusum, opus fuerit illud œcumenici Concilii auctoritate convelli, ut inferius suo loco patebit. VIII. Rursus insurgunt hæretici.

Fuerunt hi (quod mirari possis) Origenis errores sæpe damnati, sed iterum revocati, præcisi frequenter, geminantes rursus & latius palmites extendentes. Ha- IX. Origenistæ hæretici rursum emergunt.

PAGIUS II. *Origenismus revivíscit.* A num. VIII. ad XXX. Turbas, quas *Origenis* Sectatores post S. *Sabæ* Abbatis mortem excitarunt, Baronius hoc anno narrat, quod, inquit, eas singulis annis distinguere haud facile sit. Verum cum longe post præsentem annum contigerint, eas, quantum fieri poterit, infra suis annis reddemus, contenti hic quæ eas præcessere, ex Norisio Card. doctissimo in Differt. de Quinta Synodo cap. I. ubi Historiam Origenianam pluribus illustravit, describere. *Origenismus* mortuis *Joanne* Hierosolymitano, *Rufino* Aquileiensi, & *Melania* seniori *Origenis* patronis oppressus videbatur, quando integro post seculo revixit; & non modo Judæam hujus mali originem; sed Orbem universum novis dissensionibus involvit; ita diutius sub cinere latitans ignis late serpente flamma universa absumpturus erupit. Totius conflator incendii a Sancto *Cyriaco* Anachoreta, cui de facie probe idem cognitus fuerat, hisce describitur. *Nonnus horum malorum fuit initium: qui cum non ignavum ad hæc ministrum invenisset Leontium Byzantinum, post Beati Patris nostri Sabæ excessum, continuo tetrum hunc morbum in compluribus Ecclesiæ locis clam disseminavit*, inquit Auctor Vitæ Sancti Cyriaci, quæ Latine extat apud Surium ad diem XXIX. Sept. Græce vero & Latine in Analectis Græcis a Monachis Benedictinis Congregationis S. Mauri nuper Parisiis publicatis, utrobique sub nomine Metaphrastis, cui vulgo illa Vita inscribitur. Hac ultima Editione utpote correctiori, quæ lucem vidit, postquam idem Norisius Dissertationem suam de Quinta Synodo publici juris fecit, utar.

III. Sanctus *Sabas* cum maximam Lauram (ita desertus locus dispersis atque ab se invicem disjun-

Haud enim profuit labor impensus, nec satis fuit sudor effusus tot tantorumque Patrum, qui adversus ejusmodi monstruosam bestiam studio indefesso certarunt, Dionysii Episcopi Alexandrini, Epiphanii, Hieronymi, Theophili in Oriente, in Occidente vero Anastasii Romani Pontificis & aliorum, qui ad conficiendum monstrum hoc una simul in sacris Conciliis convenere, & anathemate Origenis omnes errores cum eorum sectatoribus damnavere. Verum in Palæstina, ubi altas olim (ut vidimus) ejusmodi impietas radices fixerat, post centum annorum curricula, iterum sursum prodire visa est tamquam ostentum, coopertum tamen pallio sanctitatis, cum inter alumnos sanctissimi Sabæ se occuluissent qui essent ejusmodi præcones errorum. At quid de his sanctissimo Archimandritæ Joanni divinitus fuerit obitus tempore revelatum (ut rem ipsam ab ipso exordio repetentes, testatam posteris relinquamus) hic in primis ex Cyrillo in rebus gestis S. Sabæ in medium est adducendum: ait enim (c); (c) Cyril. in Saba c. 49.

X. Joannis de Origenistis prædictio. *Cum e præsenti vita Joannes jam esset migraturus, & extremum jam traheret spiritum, & extrema verba emitteret: quoniam multi eum circumsistebant ex iis qui erant e Laura, cum profundis suspiriis, lacrymisque & animi turbatione: Ecce, inquit, veniunt dies, in quibus qui præsentem locum habitant discedent a recta fide, & extollentur quidem in se ipsis (ut cum divino Davide (a) dicam) qui exacerbant, in audacia vero sua destruentur, & altitudo eorum repente concidet. Hæc cum dixisset, migravit, cum septem annos implesset in præfectura Lauræ.* Hæc de Joannis prædictione Cyrillus, qui subiicit de ejus successore Paulo miræ simplicitatis viro, Romano genere, sed qui sibi vacans a regimine penitus abhorreret: etenim quietis amore, præfecturæ oneris & honoris impatiens fuga sibi consuluit, ubi tantum sex menses Lauræ monachis præfuisset, in Arabiam se conferens, ubi & ex hac vita decessit.

(a) Ps. 65.

XI. At quid tunc accidit? Aucupati simplicitatem Pauli quatuor sceleratissimi nebulones Origenis hæresum defensores, opportunamque nacti occasionem viri ad cavendos dolos minime prudentis uti serpentis, ad ipsum in Lauram pergunt, seque inter monachos allegi, summam vultu præseferentes animi demissionem exorant. Assensus est ille, putans se magnum obsequium præstare Deo, si e mundo profugos omnes in solitariæ vitæ portum exciperet: quibus & occurrendum esse putaret, nedum pulsantibus aperiendum, secundum illud Isaiæ (b). *Fugienti occurite cum panibus.* Cum vero Paulo (ut dictum est) fuga lapso, pastore grex destitutus esset; Sabas, cui præcipua monachorum incumbebat cura, loco ejus alium dedit monachis præfectum, qui fuerat ejusdem Pauli discipulus, nomine Agapetum, de quo ista Cyrillus in Saba (c): *Cum Agapeto Lauræ commissa esset præfectura, invenit quosdam ex fratribus (erant autem hi quatuor a Paulo Abbate admissi, qui fuit simplicissimus, neque accurate examinati) tamquam virus sub labris quædam Origenis occultantes. Inter quos primas partes obtinebat quidam Nonnus Palæstinus, qui videbatur quidem esse Christianus, & pietatis præseferebat speciem, laborabat autem morbo Gentilium, & Manichæorum, Didymique, Evagrii & Origenis, qui nugati sunt de præexistentia. Cum ergo eos ita se habere deprehendisset Agapetus: timens ne malum manaret ad alios, & omnes communiter inficerentur, eam rem communicat Patriarchæ: eoque in ejus quod statuerat, adhibito societatem, illos e Laura expellit.* Pauli simplicitate abusi hæretici. (b) Isai. 21. (c) Cyril. in Saba. c. 50. De Nonno signifero Origenistarum.

XII. Rejecti ab Agapeto Origenistæ. *Non multum temporis intercessit, & cum vita excessisset Elias Episcopus Hierosolymitanus (ut deinceps apertius ostendet oratio) accedens Nonnus cum suis ad eum, qui successit, Patriarcham (erat is Joannes) rogabat ut rursum restituerentur Lauræ, a qua dicebant se non juste nec recte fuisse expulsos. Ille vero cum alia quidem nondum sciret, sed solum eos fuisse expulsos a Deo dilecto Agapeto, & existimasset illum virum nihil fecisse, vel dixisse aut gratia aut odio; eum statim accersit, rogatque num fieri posset, ut illi rursus admitterentur. Cum autem is di-*

PAGIUS

Abbates Lauræ Novæ post S. Sabam.

junctis cellulis Anachoretis habitatus, vocabatur) condidisset, in Monachorum rigidioris Disciplinæ impatientium odium incidit, ideoque alio divertere compulsus est. *Eliæ* quidem Patriarchæ Hierosolymitani mandatis paulo post revocatus, suæ iterum Lauræ præfectus est; verum illi, quos livor in sanctissimum Virum urebat, rotundo agmine discedentes prope torrentem *Thecuæ* dejectas olim cellulas restaurantes, alteram Lauram fundarunt, quam etiam *Lauram Novam* nuncuparunt. Hos tamen rebelles Monachos Magnus *Sabas* pluribus beneficiis ad obsequium reduxit: *Joanne* Viro spectatæ virtutis eisdem præposito, qui cum Sanctissime demandatum munus per septennium obiisset, satis concessit. Fertur morti proximus hæc vaticinatus: *Ecce veniunt dies, in quibus, qui præsentem locum habitant, desciscent a recta fide.* Successit *Paulus* origine Romanus, sub cujus Præfectura *Nonnus* Palæstines cum *Leontio* quodam Byzantino Monachum induit. Erat *Nonnus* jamdiu Origenianæ Scholæ Paradoxis innutritus, statimque pessimum virus in reliquorum animos instillare cœpit. Cæterum *Paulo* regiminis pertæso, ac proinde vix sexto Præfecturæ mense exacto sponte in Arabiam secedente *Agapetus* Lau-

ræ

dixisset, non licere, & se malle illinc recedere, quam videre illos in gregem relatos, qui sunt pleni tali contagione: ipse quoque eos abominandos amandat Patriarcha. Sed cum Agapetus quoque post hæc quinto anno susceptæ administrationis migrasset ad Dominum, & cuidam Mamanti commissa esset fratrum præfectura: Nonnus cum suis, tamquam morte Agapeti ansam accepissent libertatis, revertuntur ad Lauram, & in ea clanculum subiiciuntur Mamantis administrationi, malignum quidem morbum adhuc in animis inhabitantem circumferentes: sed quem metu Sabæ non proferebant, nec ad aliorum aures audebant transmittere. Hæc de eorum primordiis Cyrillus: qui & post multa ait (*a*): *Hos ipsos, cum S. Sabas ejus monasterii præfecturam accepisset, eosdemque esse Origenistas intellexisset, protinus expulit monasterio: qui Constantinopolim accedentes, non tantum Origenis, sed & Theodori Mopsuesteni dogmata tuebantur. Erat unus ex his Leontius monachus patria Bizacenus.*

(*a*) *Cyril. ibid. c.95.*

XIII. S. Quiriaci labores adversus Origenistas.

Quænam autem essent execranda horum dogmata ex Origene iterum restituta; ex rebus gestis S. Quiriaci anachoretæ, qui eorumdem fuit ætate æqualis, quique adversus eos multos labores exantlavit, referimus: quæ sic se habent (*b*): *Mota itaque misericordia bona illa & clemens anima,* Quiriacus videlicet, *rursus descendit ad Lauram: & cum ad beati Charitonis cellam quinque vixisset annis, vehementissime decertavit adversus eos qui eadem sentiebant quæ Origenes. Atque tunc quidem admirabilis quoque Cyrillus, qui a magni Euthymii Laura ad beati Sabæ Lauram accesserat, ut videret Silentiarium Joannem Episcopum, fit ei minister litterarum ad hunc beatum Quiriacum* * *Litteræ autem significabant bellum tunc fuisse suscitatum adversus sanctam civitatem: & eum obsecrabant, ut Deum oraret intentius, ut qui erant in nova Laura cum Nonno & Leontio, qui Origenis dogmata defendebant, & adversus rectam fidem militaverant, vincerentur, & summam illam amitterent arrogantiam. Cyrillus itaque cum venisset in Sucæam, & incidisset in Zosimum & Joannem primos illius discipulos cum eis venit ad magnum Quiriacum, & ei tradit epistolam, & narrat omnia quæcumque illi coram dicta fuerant. Ille autem cum ardenter & ex corde ingemuisset & lacrymasset: Dic, inquit, ei qui te misit: Ne animo angamur, o Pater; cito enim videbimus Nonnum quidem & Leontium e vita excessisse miserrime: lupos autem qui versati sunt in Laura, turpissime illinc expelli, & oves ratione præditas sine molestia eam rursus habere, & sine metu in ea ali & pasci.*

(*b*) *Cyril. in Vita Quiriac. c.10. apud. Sur. die 29. Sep.*

* *Cyriacum.*

XIV. Origenis error male defensus auctoritate Gregorii.

Ad hæc idem Quiriacus: Quænam sunt ea, o Pater, inquit, quæ illi sua tuentur sententia? Affirmant, respondit Cyrillus, dogmata de præexistentia & restitutione in eumdem statum esse media & ab omni periculo aliena: dicentes illa eis ad hoc ferre testimonium, quæ alicubi in suis Apologeticis magnus Gregorius ita scripta reliquit: Mihi videtur res non vilis & non contemnenda, dare in tempore unicuique dimensum rationis, & dispensare in judicio veritatem nostrorum dogmatum, quæ de mundo, aut de mundis philosophamur, de materia, de anima, de intelligentia, & naturis intelligentibus tam præstantioribus, quam deterioribus, de providentia quæ omnia colligat quæ videntur evenire ratione, & quæcumque præter rationem inferiorem & humanam: & quæ præterea de prima nostra constitutione, figurisque, veritate, & testamentis, & Christi primo adventu & secundo. In his enim & assequi est non inutile, & non assequi vacat periculo. Hæc Cyrillus. Porro quam perperam hic locus Gregorii consarcinatus ex Apologetico & ex libro contra Eunomianos ab Origenistis in comprobationem suorum dogmatum adducatur, liquido monstrat Aloysius Lipomanus Episcopus Veronensis, vir cum primis doctus ac pius in nota sua ad eadem Acta Quiriaci. Sed pergit auctor.

XV. Origenistarum errores.

Cum admirabilis hæc dixisset Cyrillus: Beatus Quiriacus: Nequaquam, inquit, sunt media & vacant periculo dogmata de

PAGIUS

ræ regimen assumpsit, qui *Nonnum* una cum aliis tribus Monachis Origeniano dogmate infectis e Laura expulit. *Nonnus* Elia Patriarcha anno DXVIII. decima post Anastasii Imp. die mortem defuncto, *Joannem* successorem adit, rogatque, ut iterum Lauræ restituatur; at *Joannes* auditam ab Agapeto facti causam, rationemque probavit.

IV. *S. Sabas implorat auxilium Justiniani adversus Origenistas.*

Agapeto intra quinquennium extincto, succedente *Mammante* homine simplicissimo, *Nonnus* ac collegæ intra novam Lauram admittuntur, *malignum quidem morbum adhuc in animis inhabitantem circumferentes, sed quem metu Sabæ non proferebant, nec ad aliorum aures audebant transmittere,* ut inquit Cyrillus Scythopolitanus in Vita Sancti Sabæ. Sed ficta cito in naturam suam redeunt; neque haud diu *Nonnus* prava dogmata dissimulare potuit, sed initio quidem clanculum, postea ubi plurimos sectatores se habere intellexit, metu omni deposito magnus Origenianæ doctrinæ Magister palam evasit; & non modo *Novæ Lauræ*; sed & reliquorum Monachorum animos sectæ adiicere per emissarios curavit, ut liquet ex Vita Sancti Cyriaci. Cæterum *Sabas* meliores in Orthodoxo Dogmate continebat, & quo validiori impetu *Nonni* machinas frangeret, circa annum DXXVIII. corpore licet imbecilli, & ob senectutem jam in curvitatem declinante; erat enim nonagenarius ex Palæstina Constantinopolim ad *Justinianum*

de praexistentia: immo sunt lubrica potius & periculosa. Quomodo autem multiplicem eorum impietatem aperiendo, tibi paucis exponam: Dicunt Christum non esse unum ex Trinitate: Dicunt corpora nostra, quae habuerimus ex resurrectione, esse penitus ventura ad interitum, & Christi primum. Dicunt Trinitatem non fuisse mundi opificem: & quod in pristinum statum restitutione poterunt quaecumque sunt ratione praedita, ac daemones usque fabricari aeones, id est saecula; & quod aetherea & sphaerica excitantur nostra corpora in resurrectione. Sic quoque dicunt Domini quoque corpus fuisse excitatum, & nos futuros ei pares in restitutione.

XVI. *Cum autem rogasset Cyrillus: Cur non sustinuerunt tot labores pro virtute, sed eos consumpserunt in hac quae evacuatur & aboletur sapientia? Respondens beatus Quiriacus: Evanuerunt (a), inquit, in suis cogitationibus, & obscuratum est insipiens cor eorum; & dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Nonnus autem fuit horum malorum primitiae: qui cum non ignavum ad haec ministrum invenisset Leontium Byzantinum post decessum beati Patris nostri Sabae; continuo hunc malum morbum seminavit ubique in Ecclesia. Et primum quidem eos qui in nova Laura erant doctiores, vel (ut ita dicam) indoctiores, in suam induxit haeresim. Deinde non hactenus constitit: sed ut alia quoque monasteria solitudinis hac impartiret peste, magnum sibi censebat studium adhibendum. Demum ut me quoque humilem & abiectum suis comprehenderet laqueis, qua non usus est contentione? Sed se ipsam fefellit iniquitas, (ut dicam sicut divinus David b) & mihi divina visio apparuit, illius haeresis coenum accurate ostendens. Neque ego solus vici ejus improbitatem; sed hi etiam, qui erant conventus Sucaeae, per nostrum consilium illius malitiae fortiter restiterunt, & fraudulentos illos mores & artificium ad malum superarunt.*

(a) Rom. 1.

De Nonno atque Leontio Origenistis.

(b) Ps. 26.

XVII. *Quoniam autem tam aperte congressus fuit superatus, alia ratione conventum suae potestati subiicere est machinatus; & quemdam Petrum Alexandrinum, qui in eum & hanc improbam haeresim erat jam olim propensus, praeficit conventui, si quomodo hac quidem certe ratione eos paulatim attraheret ad communionem. Solent enim principi magna ex parte esse conformes ii qui sunt in ejus potestate. Sed nesciebat stultus se deprehensu facilem, & apertam escam proponere: nam cum consuetum illius vitium conventui paululum se ostendisset, protinus ille totus commotus, Petrum pellit praefectura. Deinde rursus Nonni coetus alium Petrum e Graecia ortum, qui a priore nihil differebat, ei praefecit. Conventus autem videns expressos ejus, qui praecesserat, malitiae in eo characteres, protinus eum quoque expellit; & veniens in beati Sabae Lauram, praefectum accipit Cassianum genere Scythopolitanum, religione fidelissimum, & in virtute & doctrina educatum. Et sic vix tandem potuimus eorum, qui morbo laborant Origenis, ardentem reprimere & arcere impetum, &c.* Haec in Actis Quiriaci fidelissime scripta habentur; quae & descripsit Cyrillus in libris, quos edidit: quem scias hunc ipsum esse Cyrillum discipulum Euthymii & Sabae, qui eorum res gestas conscripsit.

Petrus Alexandrinus Origenista.

At jam quae idem Cyrillus de his ipsis Origenistis sit prosecutus in Vita sancti Sabae post obitum ejus usque ad Quintam Synodum, in qua iidem cum auctore damnati sunt Origene; hic (ut sumus polliciti) describamus. Sed prius quid divinitus postea ostensum sit aliquando de Origene & aliis haeresiarchis, cum idem Quiriacus liberavit Nestorianum hereticum, in medium adducamus: in Prato enim Sophronii id his antiquis monumentis testatum habetur (c): XVIII.

(c) Prat. Spir. c. 16.

XIX. *Senex quidam sedebat in Laura Calamonis juxta Jordanem fluvium, Cyriacus * nomine, magni apud Deum meriti. Ad hunc profectus est frater peregrinus ex regione Dora, Theophanes nomine, ut interrogaret senem de cogitatione fornicationis: quem senior hortari coepit atque urgere verbis de pudicitia atque castitate. Frater itaque magnifice aedificatus, ait, seni: Vere, Pater mi, ego nisi in regione mea Nestorianis communicarem, tecum permansissem. Cum vero audisset senex Nestorii nomen, afflictus de perdi-*

* Quiriacus

De Nestoriano liberato ab haeresi.

PAGIUS num Imp. profectus ejus opem contra *Origenistas* jam tota Palaestina ebullientes imploravit, & ut habet Cyrillus in ejus Vita, ita Imperatorem allocutus est: *Arii, Nestorii, & Origenis dogmata conturbant Ecclesias, nec sinunt eas pura frui tranquillitate, & ideo a Tua Potentia magnum est adhibendum studium, ut omnibus viribus ea tollas de medio, & tantum malum procul expellas. Haec si feceris, bonam spem concipio, & in Deo confido fore, ut dives sequatur remuneratio, Romaque universa, & Carthago, & quaecumque amiserunt, qui ante te imperarunt, cernentur rursus partes tui Imperii.*

V. *Justinianus* Barbarorum incursionibus repellendis intentus, Ecclesiasticis rebus passim jam labentibus haud tam celeriter manum admovere potuit. Anno Christi superiori, *Saba* demortuo, *Origenistae* fortius in Palaestina animos collegere, atque universam Provinciam in partes trahere pertentarunt. Inter caeteros *Nonni* asseclas eminebant *Theodorus* ac *Domitianus*, qui postea ad sacras infulas evecti non uno malos *Sabae* Monachos afflixere, ut testatur Cyrillus, qui earum calamitatum non modica pars fuit: *Postquam enim*, inquit, *fuit Ecclesia recens liberata ab haeresibus, & respiravit a longis illis tu-*

Mortuo S. Saba Origenistae invalescunt.

ditione fratris, corripiebat eum, & orabat ut recederet ab hac pessima & perniciosa hæresi, accederetque ad S. Catholicam & Apostolicam Ecclesiam: dicens non esse aliam salutis spem, nisi recte sentiamus & credamus (ut re vera est) sanctam Mariam Dei genitricem esse. Dixit autem frater ille seni: Profecto, domine Pater, omnes hæreses sic dicunt: Nisi nobiscum communices, salvus esse non poteris. Quid ergo faciam infelix nescio. Deprecare igitur Dominum, ut re ipsa me certum faciat, quænam sit vera fides. Senex autem cum gaudio verba fratris suscepit, dixitque illi: Sede in spelunca mecum & omnino spem in Deo habeto; quia revelabit tibi ipsius benignitas, quæ sit vera fides. Dimisso fratre in spelunca sua, egressus est senior prope mare mortuum, orans Deum pro fratre.

XX. Origenes cum aliis hæresiarchis damnatus.

Circa autem horam nona diei sequentis, aspexit frater, qui erat in spelunca, quemdam astantem sibi aspectu terribilem, ac dicentem: Veni, & vide veritatem. Assumensque eum, duxit in locum tenebrosum, ac fœtidum ignem evaporantem; atque in ipsis ignibus videt Nestorium, Eutychetem, Apollinarem Dioscorum, Severum, & Origenem, & alios quosdam. Dixitque illi is qui apparuerat: Locus iste præparatus est hæreticis, & blasphemantibus, & iis qui illorum dogmata sequuntur. Si ergo placet tibi locus, persiste in tuo dogmate. Si autem supplicium istud experiri non vis, accede ad sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, quam te senex docet. Dico enim tibi: quia si omnes virtutes homo operetur, & non recte credat, in hoc loco cruciabitur. Atque in hoc verbo venit frater in semetipsum, & redeunti seni narravit omnia quæ viderat: accessitque ad communionem sanctæ Catholicæ Ecclesiæ. Remansit autem cum sene, impletisque quatuor cum illo annis, quievit in pace. Hæc ibi. Porro ista ostensa Theophani videntur post obitum Severi, de quo suo loco dicemus inferius. Quiriacus autem, de quo agimus, cum vixisset centum & septem annos (ut ejus Acta testantur (*a*) quievit in Domino, de quo in eodem Prato (*b*) Sophronii iterum mentio habetur.

(*a*) *Apud Sur. die 29. Septembr.* (*b*) *Prat. Spir. c.46.*

XXI. Hæc Deus de damnato cum aliis hæresiarchis Origene opportuno ostendi voluit tempore, quo plurimum Origenistæ invalescebant: adversus quos etiam certasse constat magnum illum Theodosium cœnobiarcham, de cujus in Origenem odio habet ista idem Cyrillus: *Quoniam autem* (inquit) *difficile est recensere omnia ejus certamina pro fide Orthodoxa: oportet illud in summa dicere, quod ipsi quoque cum Propheta* (*c*) *inimicos Christi odisse mirabiliter inerat. Maxime autem ostendebat se aversari Origenem, qui existimavit suum in hoc ponendum studium, ut divinæ Apostolorum prædicationi nugas contexeret Gentilium, & luderet in rebus minime ludicris.* Hæc de Theodosio Cyrillus, qui eum longe post sanctum Sabam diem extremum clausisse docet, dum ait vixisse adhuc temporibus Agapeti Romani Pontificis: ut plane corrigendum sit, quod additum est in Actis Sabæ, Theodosium ante eum die obiisse.

S. Theodosius detestatus Origenem.

(*c*) *Ps. 138.*

XXII. Sed jam unde digressi sumus, revertamur ad Origenistarum execranda facinora, quæ post obitum sancti Sabæ in Palæstina adversus Orthodoxos monachos perpetrarunt: quæ idem qui supra Cyrillus scribit his verbis (*d*): *Converti* (inquit) *oportet ad ea quæ deinceps sequuntur; & narrandum est bellum, quod deinceps exortum est in Ecclesiis. Postquam enim fuit Ecclesia recens liberata ab hæresibus, & respiravit a longis illis tumultibus & perturbationibus, & fuit in ea quies & tranquillitas; malignus rursus in eam invidum iniiciens oculum, movit adversus eam quosdam Nonni asseclas, Domitianum (inquam) & Theodorum: qui cum jam olim sentirent quæ Origenes, ubi etiam assumpserunt auxilium temporis, & eorum alter quidem Galatarum, Theodorus autem Cæsareæ Cappadociæ creati sunt Antistites, magnam suam ostentarunt potestatem. Hinc Nonni quoque asseclæ per classes in omnem partem proficiscentes, & in omnia Orthodoxorum monasteria & ecclesias secure facientes incursiones: adversus ipsam quoque maximam Sabæ Lauram militant cum securibus & dolabris & quibusdam aliis instrumentis aptis ad diruendum & evertendum; ut vel eam funditus everterent, vel etiam sua peste implerent.*

(*d*) *Cyril. in Saba c. 105. apud Sur. die 5. Dec.*

Turbæ Origenistarum in monachos S. Sabæ.

XXIII. *Sed magni Sabæ Deus nunc quoque magnum operatur miraculum: & eos, sicut olim Ægyptum* (*e*) *densis tegit tenebris & profunda caligine. Et cum esset hora diei*

(*e*) *Exod. 10.*

PAGIUS *tumultibus, & perturbationibus,* (quas nempe Severus, Petrus Apameensis atque Anthimius dederant) *& fuit in ea quies & tranquillitas, malignus in eam rursus invidum iniiciens oculum movet adversus eam quosdam Nonni asseclas, Domitianum, inquam, & Theodorum, qui cum jam olim sentirent ea, quæ Origenes, ubi etiam assumpserunt auxilium temporis, & eorum alter quidem Galatarum, Theodorus autem Cæsareæ Cappadociæ creati sunt Antistites, Magnam suam ostentarunt potestatem.* Theodorus a Liberato cap. 23. vocatur *Origenis Defensor*; de Domitiano vero scribit Facundus lib. 1. de Tribus Capitulis cap. 2. *Domitianus Ancyrensis Civitatis Episcopus Provinciæ primæ Galatiæ, qui fuit Origenianæ hæresis manifestus assertor.* Turbas, quas postea Nonnus excitavit, a Baronio hoc anno recitatas, majoris claritatis gratia in suum tempus differimus.

diei secunda, illi cum perinde ac noctu per totam diem ambulaßent, nec ubi quidem essent scirent, ut illud Isaiæ in eis compleretur, qui dicit (a): Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis nesciverunt: palpabunt, ut cæcus, murum; & tamquam non sint oculi palpabunt. Cum sic ergo nihil scirent, sed in viam asperam & acclivem & omnino minime tritam incidissent, vix tandem die sequenti inventi sunt circa monasterium beati Marciani: & sic cum lucem aspexissent communem, pudore sunt repleti, & re infecta redierunt. Hoc sapientibus & non mente captis suffecisset, si vel parvam honesti curam gessissent, ut scirent se ea aggredi, quæ non eßent Deo grata; sed non illis: verum eis magis crescebat vitium, & bellum excitabatur vehementius & tetrius.

(a) Isa. 59.

XXIV. Petrus Episc. Hier. decipitur ab Origenistis.

Dolis enim quibusdam compositis, & sceleratis instructis insidiis, mittunt quemdam paulo post nomine Theodorum, ad Petrum Episcopum Hierosolymitanum, & egregio illi viro (hei mihi!) persuadent iis quæ improbe confinxerunt, ut Petri Alexandrini, & Joannis, cui erat cognomen Stomgylus, id est, Rotundus, susciperet communionem. Quod quidem Nonni asseclis majorem addidit animum, & plus dedit fiduciæ: & suam hæresim non latenter, sed aperte circumcirca abeuntes, tamquam legem ferentes, promulgabant. Quinetiam si aliquem ex Orthodoxis monachis deprehendißent in sancta civitate, impia manu ferientes, & Sabaitem vocantes, illinc eum turpiter expellebant. Multos quoque cum gravissimis tradidissent suppliciis: quoniam non potuerunt latere, aperte eis bellum indicunt.

XXV. Furor Origenistarum.

Cum autem rem sensissent viri qui circa Jordanem habitabant, Eliæ zelum (ut par erat) spirantes veniunt ad eis opem ferendam; & communiter cum eis tamquam ad aliquod præsidium confugiunt ad Lauram divini Sabæ. Postquam vero hæc renunciata fuerunt Origenistis, in eos maximo impetu irrunt: & cum portarum confregissent cataractas, Lauram ingressi sunt: & vulnerantur multi ex Orthodoxis, & ex sociis, Deo quoque hoc permittente arcanis rationibus, & minime prohibente, ut fieret manifestior furor hæreticorum, & suis athletis splendidior contexeretur corona. Cum autem hæc sic processissent, mittitur Patrum communi suffragio Gelasius, cujus fidei commissa fuerat Lauræ præfectura, Byzantium, ut significaret Imperatori ea quæ facta fuerant. Qui cum interim tantum terræ & maris obiisset, ei tamen excluso omni aditu ad Imperatorem & Patriarcham: omnes enim aditus præoccupaverat vitii colophon, qui Nonni sectatorum erat præcipuus Theodorus, eis diligentibus impositis custodibus & speculatoribus, ne per aliquem eorum, eis inscientibus, ingrederetur monachus ex Hierosolymis, & Patriarchæ & Imperatoris aures ad se attraberet.

XXVI. Gelasii obitus.

Cum ergo sic omni aditu exclusus fuisset Gelasius, post tantæ viæ longitudinem, quam propter Christum pro fide Catholica sustinuit, post tantam afflictionem vacuis manibus revertitur: & cum fuisset Amorii, quæ est civitas clara & illustris, propria morte e vita excedit. Cum hoc rescivissent Nonnus, Theodorus & Domitianus, & quicumque erant ejusdem vitii æmulatores; Georgium, qui ipse quoque sequebatur sectam Origenis, ejus loco præfectum & ducem constituunt, & in divinissimi Sabæ throno improbe (o justitia & tolerantia Dei?) collocant. Rei acerbitate meus intumescit animus, itaque disrumpor & suffocor. Hinc enim miserabiliter accidit, ut Patres, qui erant in Laura, alius alio disspergerentur, non secus atque agni quidam, lupo adventante.

XXVII.

Sed non diu admodum permisit Deus hanc superare tempestatem: neque divini Sabæ preces passæ sunt eum amplius tacere, & uti lenitate; sed mox divinam justitiam excitant ad vindictam. Et ideo Nonnus quidem malorum illorum studiorum opifex vitam evertit miserrime. E vestigio quoque Georgius accusatus cujusdam libidinis, cujus vel meminisse solum linguam polluit, ab illa Laura turpiter expellitur, cum septem solum menses illi præfuisset. Deinde autem rectionem suscipit Cassianus, vir qui ab infantia fuerat educatus apud divinum Sabam, & in pulchra illius disciplina pulcherrime institutus, & factus sacerdos maxime Lauræ: qui cum decimum mensem impleßet in administratione, & deinde ex hac vita excessisset: Cononi post mandant monachi præfecturam: mandant vero, Deo (ut arbitror) monachorum animos ad hoc movente. Fuit autem vir ille summe resplendens & rectis dogmatibus, & omni virtute & recte factis: qui etiam in præfectura usus est magna cura, & diligentia. Nam & eos qui illinc receßerant ejecti ab Origenistis, Patres rursus collegit, & Lauram, quæ a frequentibus illis tumultibus, & bellis hæreticorum jam inclinata fuerat in genua, mox erexit, & veluti renovavit.

XXVIII.

Post hæc cum sancta & œcumenica Synodus Quinta congregata fuisset Byzantii, Theodorus Mopsuestiæ & Origenes, & una cum his impia de præexistentia, & rectitudine dogmata generali subjecta fuerunt anathemati: & sic hæreticis deinceps omni ablata libertate loquendi, divini Sabæ Lauræ, & universa fere cum eis Palæstina vigesimotertio anno post illi-

lius mortem a gravioribus hæresibus, & temporum acerbitate & iniquitate respirarunt, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi: cum quo Patri simul cum sancto Spiritu sit gloria & potentia nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen. Hactenus Cyrillus de Origenistis, adversus quos etiam magnos labores exantlavit magnus ille Joannes Silentiarius, prout discipulus ejus, qui Vitam illius scripsit, idem Cyrillus profitetur: quos idcirco ipse non refert, eo quod scriberentur ab aliis, ut ipse testatur in fine Vitæ ipsius.

XXIX. Habes, lector, Origenistarum conatus, quibus usque ad œcumenicam Synodum Quintam fatigaverunt Palæstinos. Quod enim hæc ipsa annis singulis haud facile distingui possint, placuit una simul narratione relata prosequi. Quæ autem in aliis Orientis regionibus adversus Orthodoxos moliti sint, nos latent: sed ex his disce reliqua. Quæ vero adversus eos in primis Justinianus Imperator suis edictis statuerit, suis locis dicturi sumus, iisdem ipsis annis quibus eædem ab ipso promulgatæ sunt sanctiones; quarum intelligentiam faciliorem tibi reddent quæ Origenistis iterum emergentibus hic enarrata legisti. Porro id isti profecerunt Origenistæ, ut qui hactenus in Ecclesia toleratus fuerat Origenes, cum errores in ipsius scriptis reperti tantummodo a majoribus damnati fuerint; post hæc nomen ipsum Origenis sit execrabile redditum, damnatusque ipse a Patribus in Concilio post annos ab ejus obitu ferme trecentos. Sed de his inferius suis locis agendum.

XXX. Justinianus laborat in revocan. Hæreticis ad Eccles. Cathol.

☞ Idem Justinianus Imperator solicitus, omnes hæreticos ad Catholicam Ecclesiam revocare, sciens Severi sectatores Episcopos, & monachos adhuc de Oriente, ejus hæresis esse pertinaces defensores, atque propagatores: ad errorem extirpandum, & errantes corrigendos, collationem inter ipsos atque Catholicos habendam censuit Constantinopoli, sex ex Severianis vocatis Episcopis, Catholicis vero quinque pro Catholicæ Fidei defensione ex adverso stantibus. Quod autem ad tempus spectat, licet Acta non prodant; tamen quod idem Imperator Justinianus in sanctione, sive epistola ad Joannem Pontificem data anno sequenti, tradat se laborasse, ut sacerdotes Orientales ad communionem Ecclesiæ Catholicæ revocaret; plane intelligere possumus, ante sequentem annum ea fieri contigisse, & hoc puto anno. Qui enim in hac collatione ex parte Catholicorum primum obtinuere locum Hypatius Episcopus Ephesi, & Demetrius Philippensis Episcopus inventi Constantinopoli, sequenti anno ab eodem Imper. missi sunt Legati ad Joannem Romanum Pontificem, ut suo loco dicetur. Porro Acta hujus collationis ab Innocentio uno ex Catholicæ partis collegis Episcopo scriptis mandata, jam alta oblivione sepulta, his diebus a Deo datum est, in lucem prodere: missis iis ad nos parisiis una cum aliis Ecclesiasticæ antiquitatis monumentis a nostro Nicolao Fabro, cui plurimum hoc nomine nos debere fatemur. Sic enim se habent.

De Collatione quæ sub Justiniano Imperatore facta est Constantinopoli.

Domino amabili Thomati presbytero Innocentius Episcopus Maroniæ civitatis in Domino salutem.

XXXI. Acta Collationis Constanti. nop. sub Justiniano Imp.

*Scripsit mihi tua Deo amabilis charitas, eo quod susceptis humilitatis nostræ litteris una cum exemplaribus piissimi atque amatoris Dei Principis nostri, & sanctissimi Archiepiscopi litterarum præcipientium me ad regiam pergere civitatem, in grandi solicitudine devenerit, nesciens occasionem evocationis nostræ. Propterea significo, venerande frater, eo quod propter Orientales Episcopos qui cum Severo a sancta Catholica, & Apostolica Ecclesia separati sunt, evocati sumus. Scriptum est autem de hac eadem re, primiori quidem loco domino meo reverendissimo ac Domino amabili Hypatio Ephesinæ civitatis Archiepiscopo, atque idem domino meo Joanni * Vesinæ civitatis Episcopo, & meæ sicut dictum est, humilitati. Dominus enim meus vir venerabilis Episcopus Stephanus Seleucienfium civitatis, & idem dominus meus Antimus Trapezuntinæ civitatis Episcopus, qui nobiscum una in Collatione fuerunt jam processissent in regiam civitatem cum domino meo Demetrio Philippinæ civitatis Episco-* *

PAGIUS VI. *Collatio Catholicos inter & Severianos.*

Ad num. XXX. & seqq. *Justinianus* ad *Severi* sectatores Ecclesiæ Catholicæ reconciliandos, *Collationem* inter ipsos & Catholicos habendam Constantinopoli voluit; quam integram Baronius a Nicolao Fabro U. C. accepit, & Annalibus suis inseruit. Codex Nicolai Fabri asservatur nunc in Bibliotheca Colbertina, ubi eam Collationem legimus, Latine tantum descriptam. Sed, ubi ejus initio Baronius habet: *Domino amabili Thomati Presbytero Innocentius Episcopus Maroniæ Civitatis in Domino salutem*, loco *Thomati*, in MS. legitur, *Themati*. Baronius ex Epistola Justiniani ad Joannem Papam anno sequenti data, in qua dicit se laborasse, ut Sacerdotes Orientales ad communionem Ecclesiæ Catholicæ revocaret, recte deducit hanc *Collationem* præsenti anno habitam. Quod etiam colligitur ex Justiniani *Quinquennalibus*. Multis enim exemplis demonstravimus, annis hujusmodi Festivitatibus addictis Imperatores Christianos Ecclesiæ paci & bono consulere solitos fuisse, similesque Catholicos inter & Hæreticos ad hos in Ecclesiam reducendos Collationes haberi voluisse. Acta hujus Collationis Innocentius *Ma-*

scopo, etsi ipse propter corporalem ægritudinem præsens esse non potuit.

XXXII. *Ante Collationem igitur evocavit sanctissimum Archiepiscopum tranquillissimus Imperator in venerabili palatio suo, quod cognominatur Hormisdæ: relictoque sacratissimo Senatu, cum eo parumper secedens, convocavit & nos, & cœpit nobis dicere: Eo quod pro his qui cum Severo Episcopo ab Ecclesia desciverunt, convocavi vos, ut de his quibus ambigunt conferatis cum eis cum omni mansuetudine & patientia, sicut decet Orthodoxos & sanctos viros. Etsi enim illi exasperati fuerint, vos tamquam Dei amatores cum omni mansuetudine & tranquillitate eis satisfacite. Nolo autem sub mei præsentia fieri Collationem, ne in contemptum veniant; sed præcipio gloriosissimo Patricio Strategio (ille enim eo tempore locum tuebatur gloriosi Magistri Officii) ut vobiscum una resideat.*

XXXIII. *Prima itaque die convenimus in eodem Heptaconco triclinio, in quo & tunc pietas ejus nos susceperat, & nos quidem eramus quinque, illi vero sex: Sergius civitatis Cyri, Thomas civitatis Germaniciæ, Philoxenus Dulichii, & Petrus de Theodosiopoli, Joannes Constantinæ, Nonnus * Ceresinæ, & reliqui tam clerici quam monachi. Nobiscum vero dominus vir venerabilis Eusebius presbyter & Cimiliarcha sanctissimæ majoris Ecclesiæ, & viri reverendissimi presbyteri, & Syncelli beati Archiepiscopi Epiphanii, Heraclianus atque Laurentius, sed, & Antiochenæ sive Theopoleos civitatis venerabiles presbyteri & œconomi atque Apocrysarii Hermisigenes, Magnus, & Aquilinus una cum Leontio viro venerabili monacho & Apocrysario Patrum in sancta civitate constitutorum. Et ut ex pluribus quæ illic dicta sunt, breviter referam, quasi capitulatim: Si enim omnia voluero scribere, tempus me ante deficiet.*

* *Gerasinæ.*

XXXIV. *Sedentibus ergo nobis, cœpit præfatus gloriosissimus Patricius Strategius, qui nunc Comes divinarum ubique largitionum est, ad Orientales ita dicere. Piissimus atque tranquillissimus noster dominus tamquam Orthodoxus, & rectam Fidem quotidie augere desiderans, convocavit vestram religionem, non ex auctoritate principali, sed paterna & sacerdotali compunctione, quod de his quibus ambigitis, a præsentibus sanctissimis Episcopis satisfiat vobis, qui propter hoc ab ejus pietate sunt evocati. Scitis autem & vos quoniam gloriosæ memoriæ pater meus Appius ex Ægyptiorum oriundus provincia, & tam vestras quam Alexandrinorum secutus sectas dubitabat communicare sanctæ majori Ecclesiæ in hac civitate constitutæ; sed piissimi atque fidelissimi Imperatores ratione ei persuaserunt, eo quod non aliud symbolum, vel aliam fidem tradiderint nobis hi qui in Chalcedone congregati sunt reverendissimi Episcopi nisi eamdem quæ in Nicæa, & in Constantinopoli, & Epheso confirmata est. Ipsi quoque fidem decreverunt, & Nestorium, & Eutychem, qui novas hæreses inducebant, condemnarunt. Qua ratione persuasus communicavit sanctæ Ecclesiæ. Et vos igitur non contentiosa mente, sicut decet venerabiles viros, quæcumque vobis dubia videntur, opponite coram religione eorum, & Dominus per ipsos satisfaciet vobis.*

XXXV. *Orientales dixerunt: Nos satisfactionis chartulam de fide nostra compositam piissimo Imperatori porreximus: & in ea omnia quæ nobis ambigua videbantur, & scandalizabant nos, intexuimus. Reverendissimus Archiepiscopus Hypatius os nostrum factus, sicut & beatus Petrus Apostolorum princeps respondit, dicens: Chartulam illam pervidimus, in qua tam supra quam infra Chalcedonense Concilium criminamini, quod adversus Eutychianam est hæresim congregatum. Propter quod, dicite nobis, qualem opinionem de Eutyche habetis? Orientales dixerunt, tamquam hæreticus, magis autem princeps hæresis. Reverendissimus Episcopus dixit: De Dioscoro vero, & secundo in Epheso Concilio, quod ab ipso congregatum est, qualem? Orientales: Tamquam Orthodoxorum. Episcopus dixit: Si Eutychen velut hæreticum condemnatis, quemadmodum Dioscorum & cum eo congregatos, Orthodoxos dicitis esse, qui Eutychen quidem hæreticum justificarunt, Flavianum vero & Eusebium condemnarunt: Orientales: Eutychen tamquam acta forsitan pœnitentia, justificarunt. Episcopus: Si ergo pœnituit Eutyches, quemadmodum illum anathematizatis? Illis vero ad hanc responsionem hæsitantibus, rursus Episcopus: In tantum non pœnituit, quin & antequam implerentur, quæ in Constantinopo-*

PAGIUS *ronia* Episcopus, qui eidem interfuit, Literis mandavit, ex eaque liquet, quantum *Justinianus* Imperator in rebus Theologicis versatus fuerit.

VII. *Ædificat Justinianus Ecclesiam S. Sophiæ.* Hoc anno cum major Ecclesia Constantinopoleos *Constantiniana* dicta, durante seditione adversus *Justinianum* excitata, de qua anno præcedenti, quæque huc revocanda est, conflagrasset: idem Imperator novam & longe ampliorem cœpit exædificare, ut docent Marcellinus, & Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni Coss. Vocata ea postea Ecclesia *Sancta Sophia*, de cujus structura loquens Auctor Libri Græci de eadem scripti, ait, *tale ab Adamo nullum structum unquam* fuisse. Annum & mensem ejus conditus memorat Zonaras, sed non sine errore; ait enim Justinianum ædificationem auspicatum *anno ab Orbe condito 6040. Indictione XV. mense Februario*, mense scilicet post Ecclesiæ conflagrationem. Legendum enim, *Indictione X.*

politana urbe adversus eum gesta sunt, illum quidem antequam Orthodoxum justificarunt, Flavianum vero & Eusebium velut hæreticos condemnarunt. Si enim pœnituit Eutyches, rogari oportuit eos, non condemnari. Ut autem dicamus secundum vos, confessionem duarum naturarum esse hæreticam: quam exigebat Eutyches confiteri ab Eusebio, & Flaviano, docebat Dioscorus laudare eum tamquam non susceptam duarum naturarum confessionem. Ut autem consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem matri secundum humanitatem, dicere oportuit: Cum omni subtilitate exigere eum, ut confiteretur, & nisi hoc fuisset confessus, suscipi non oportuit. Dioscorus vero non solum quia non exigit ab eo consubstantialis confessionem, sed magis consensit contrariæ ejus & perversæ confessioni, quæ dicit: Ante unitionem quidem ex duabus naturis confiteor: post unitionem vero unam naturam. Et compulit omnes qui cum eo erant vociferari: Eutychen quidem Orthodoxum esse, Flavianum vero & Eusebium impios & hæreticos. Quid ergo vobis de istis apparet?

XXXVI. *Contradicentes dixerunt: Revera oportuit exigi Eutychen a Dioscoro consubstantialis confessionem: Sin autem sine ista suscepit eum & justificavit, cæcitatem passus est idem Episcopus. Si ergo illum cæcitatem passum esse fatemini, ea quæ superius dicta sunt repetamus: Orthodoxum aut hæreticum Eutychen dicitis fuisse? Contradicentes dixerunt, hæreticum. Et Episcopus: Juste ergo ab Eusebio accusatur; concedenter vero a Flaviano damnatus est. Contradicentes dixerunt: Juste. Et Episcopus: Si ergo juste a Flaviano condemnatus est: injuste & irrationabiliter suscepit eum Dioscorus, & cum eo congregatum Concilium, an non? Contradicentes: Proculdubio apparet, quod injuste. Episcopus: Quoniam ergo totum illud universale Concilium, quod cum Dioscoro congregatum est, consensit, sicut vos ipsi fatemini, injustitiæ & cæcitati: Oportebat universalis illius Concilii injustitias, & cæcitates ab altero universali emendari Concilio, an non? Contradicentes dixerunt: Modis omnibus ita fieri oportebat: Episcopus dixit: Chalcedone itaque juste congregatum Concilium est: ut ea quæ universale Concilium deliquerat, vel, sicut vos dicitis, minus viderat, ab universali Concilio corrigerentur. Contradicentes dixerunt: Bene quidem, & necessarie congregatum est, si & justum finem suscepit. His ergo per plures sermones, sicut supradictum est, habitis, primi diei conventus est dissolutus.*

Secundo autem die cum convenissemus, vir reverendissimus Archiepiscopus Hypatius ait: Recordamini finem hesternæ Collationis, & nullius estis obliti: tamen si placet iterum commemoremus vos. Contradicentes dixerunt: Recordamur quidem: attamen ad pleniorem dictorum cognitionem, & iterum revoca nobis in mentem. Episcopus dixit: Confessi estis hesterna secundum veritatem, hæreticum esse Eutychen, & juste a Flaviano religiosæ memoriæ condemnatum, & injuste susceptum a Dioscoro, vel ab eo congregato Concilio; & quia oportuit universalis illius Concilii culpas ab altero Concilio item universali corrigi; & quia propter prædictas occasiones juste congregatum est Chalcedonense Concilium. Contradicentes dixerunt: Recordamur hæc omnia, Episcopus dixit: Ostensum ergo vobis est, quia juste est congregatum Chalcedonense Concilium. Contradicentes dixerunt: Juste convenit, si & justum finem suscepisset. Episcopus dixit: Quid enim reprehenditis illud peccasse Concilium, ut adversus hoc possimus vobis reddere rationem? Contradicentes: Ante omnia duarum naturarum novitatem. Beato enim Cyrillo, & antecessoribus ejus ex duabus naturis unam naturam Dei Verbi incarnatam, post unitionem prædicantibus illis, in duabus naturis, innovare præsumpserunt. Episcopus dixit: Omnis quidem novitas peregrina est, non tamen omnis obnoxia. Ipsi ergo secundum quam rationem dicitis, innovantes damnandos illos secundum peregrinam vocem, aut secundum noxiam? Contradicentes dixerunt: Secundum utraque. Beato enim Cyrillo & beato Athanasio Alexandrinæ civitatis Episcopis, Felici etiam & Julio Romanæ Ecclesiæ, Gregorio quin etiam mirabilium factori, & Dionysio Areopagita, unam naturam Dei Verbi decernentibus post unitionem: hos omnes transgressi illi, post unitionem præsumpserunt duas naturas prædicare. XXXVII.

Episcopus: In tantum falsæ sunt epistolæ, sive testificationes illæ quas dicitis, ut neque unam ex illis beatus Cyrillus voluerit recordari: nec in epistolis quas ad Nestorium scripsit, vel in his quas contra blasphemias ejus præ- XXXVIII.

PAGIUS X. quam is annus mundi secundum Constantinopolitanos per XV. divisus repræsentat, quæque hoc Christi anno ante mensem Septembrem in cursu fuit. Diem notavit Cedrenus, qui ait: *Anno ab origine mundi 6008. Indictione XV. vigesima tertia die Februarii mensis, hora prima diei, Instaurationem Magni Templi aggressus est Justinianus*. Sed error est tam in Indictione, quam in anno. Si enim Cedrenus adhibuit Eram mundanam Constantinopolitanam, reponendum, *anno 6040*. si Alexandrinam, qua plerumque utitur, legendum, *anno 6024*. quæ unitate addita, ut fieri debet, Indictionem X. exhibet. Hujus Templi ædificatio Justiniani Quin-

tulit testificationes in sancta Synodo Ephesina, quando maxime debuit proferre eas; sed nec in expositione duodecim capitulorum adversus Theodoretum & Andream scribens, qui contra eadem capitula scripserunt; sed nec adversus Orientale Concilium, quod unde nescio, Arii illi vel Apollinaris opinionem imposuisse visum est: neque enim Arius aliquando vel Apollinaris duas naturas confessi sunt, sed unam naturam Dei Verbi incarnatam ipsi magis noviter protulerunt, ut creatam, & passibilem ipsam divinam Verbi naturam introducerent. Adversus quas duas substantias atque naturas omnes sancti Patres decreverunt: sed & hoc dicimus, quia duodecim gloriosorum Patrum testimonia adversus Nestorii blasphemias in Epheso beatus Cyrillus proferens, id est, sancti Petri Episcopi Alexandrinæ & Martyris, sancti Felicis Episcopi Romanæ & Martyris, Cypriani Episcopi Carthaginensis & Martyris, beati Athanasii, & beati Theophili Episcoporum Alexandriæ, Julii Episcopi Romanæ, Ambrosii, & Basilii, Gregorii, & alterius Gregorii, Amphilochii Ichonii, & Attici Constantinopolitani; nullum testimonium eorum de una natura protulit: sed non solum aliorum, sed nec beati Athanasii, qui a vobis profertur in unius naturæ incarnati Verbi confessione, cum certe diversa testimonia ejus illic intexuerit; sed & beati Julii, eo quod Dei Genitrix sit sancta Virgo, & Dominum esse eum qui carne passus est. Si ergo sciebat de una natura quemquam ex his dixisse; illic maxime proferre habuit, ubi tantum erat & tale universale Concilium. Si autem illic non sunt prolatæ; quemadmodum nunc a vobis proferantur, satis admiror.

XXXIX. *Contradicentes: Quid ergo suspicamini quia nos eas falsavimus? Episcopus: Vos non suspicamur, sed antiquos hæreticos Apollinaristas, qui reprehendunt eum in epistola, quam ad Orientales pro unitione & pace de duabus naturis scripsit. Quoniam & hi qui cum Nestorio sapiunt, falsaverunt ad Epictetum S. Athanasii epistolam, sicut beatus Cyrillus beato Joanni Antiochenæ civitatis Episcopo scribens, docuit nos. Contradicentes: Possumus ostendere, quia beatus Cyrillus usus est istis testimoniis in libris adversus Diodorum & Theodorum editis. Episcopus: Modo maxime & illos adversus Diodorum & Theodorum libros ambiguos facitis, tamquam fictos adversus mortuos prolatos dicentes, non poterant refellere falsitatem; si enim adversus mortuos prolati sunt, & multo magis adversus Nestorium, & eos qui contra capitula ejus scripserunt proferre habuit eadem testimonia: Sed nunc videtur, quoniam & in illis libris hæretici falsantes, addiderunt ea. Contradicentes dixerunt: Si ergo ex antiquis rescriptis, & ex Archivis Alexandriæ potuerimus utraque ostendere sic habentia, quid estis dicturi? Episcopus: Si sub temporibus beati Proterii, vel Timothei cognomine Salofacioli ostensa sunt, indubitabilia erunt: quoniam vero jam a multis hi qui adversantur Orthodoxæ duarum naturarum confessioni illa antiqua apud se retinent, indulgente nobis, si adversarios nostros testes suscipere dubitamus: nam & beati Julii famosam illam epistolam manifeste Apollinaris ostendimus fuisse, scriptam ad Dionysium; illam autem quam S. Gregorii mirabilium factoris dicitis testificationem, suadete Severo, & his qui ea quæ illi sapiunt confiteri; quia incorruptum carnis ipse decrevit: & tunc vobis credendum est; quoniam & ea quæ de una natura dicta sunt, ipsius sunt: quod autem prius dici debuit hoc in ultimo dicimus: illa enim testimonia quæ vos Dionysii Areopagitæ dicitis; unde potestis ostendere vera esse, sicut suspicamini? Si enim ejus erant, non potuissent latere beatum Cyrillum. Quid autem de beato Cyrillo dico? quando & beatus Athanasius, si pro certo scisset ejus fuisse, ante omnia in Nicæno Concilio de consubstantiali Trinitate eadem testimonia protulisset adversus Arii diversæ substantiæ blasphemias: Si autem nullus ex antiquis recordatus est ea; unde nunc potestis ostendere, quia illius sint, nescio. Contradicentes dixerunt; Si hæc falsa dicitis esse testimonia, duodecim capitulorum, quæ inserta est, in Ephesino sancto Concilio, quam neque vos potestis denegare Synodicam esse, cur non recipit Chalcedonense Concilium? Episcopus: Si omnes formas & definitiones Fidei*

PAGIUS *Quinquennalia* nobilitavit, quam ideo differre noluit. Ducangius lib. 3. Constantinopoleos Christianæ Templum hoc pluribus describit.

VIII. *Moritur S. Eleutherius Episc. Tornacensis.* Hoc vel superiori anno sanctus *Eleutherius* Episcopus Tornacensis in Belgio, certaminibus adversus hæreticos susceptis clarissimus, ab iis interfectus est. Vita ejus a variis conscripta. Primum ab Auctore anonymo ante incursionem Nortmannorum edita: secunda auctior Auctore alio Anonymo; denique a Guiberto Tornacensi Ordinis Sancti Francisci, ad eam scribendam excitato literis Alexandri Papæ hujus nominis IV. Omnes illas Vitas edidit Bollandus ad diem XX. mensis Februarii. Plura etiam de *Eleutherio* habet Cointius in Annal. Ecclesiast. Francorum. Ejus mortem hoc vel superiori anno contigisse Bollandus & Cointius ex ejus Actis deducunt. Eleutherio successit Sanctus *Medardus*, a cujus electione *annis amplius quam sexcentis*, ut Guibertus in Vita sancti Eleutherii tradit, iidem Noviomenses Episcopi fuere, qui & Tornacenses; ita tamen ut utrique Ecclesiæ Cathedrali honor servaretur, & Pontifices dicerentur Noviomenses ac Tornacenses, aut viceversa Tornacenses ac Noviomenses. Ma-

dei in Epheso adversus Nestorium facti Concilii suscepit & confirmavit Chalcedonense Concilium, quemadmodum hanc habuit refellere? Sed quia adversus Nestorii blasphemias, quæ duas naturas in duas personas, & duas subsistentias dividunt, unam personam, & unam subsistentiam volebant definire: illa autem epistola duarum subsistentiarum intulit mentionem; propterea proprie ea nominare distulerunt, ut non invenirentur aut illi aut sibi esse contrarii: sed magis illam alteram epistolam ejus præposuerunt, quæ super consensu Symboli Nicæni Concilii laudata est. Et eam quæ ad Orientales scripta est.

XL. *Contradicentes dixerunt: In epistola duodecim capitulorum duas subsistentias pro duabus naturis dicit. Episcopus: Antiqui Patres & maxime Romani pro substantia & naturam, & subsistentiam nuncupabant. Unde sicut unam naturam, & unam substantiam, ita & unam subsistentiam sanctæ Trinitatis esse dicebant. Orientalibus vero sanctis Patribus pro persona suscipientibus subsistentiam, & sicut tres personas ita & tres subsistentias in sancta Trinitate dicentibus per multa tempora dissidium factum est inter Orientales & Occidentales sanctas Ecclesias: Orientalibus quidem Occidentales Sabellianorum sectam defendere suspicantibus, quia unam dicebant esse in Trinitate subsistentiam; Occidentalibus vero Orientales Arianam sectam sequi dicentibus eo quod tres subsistentias in tres alterius substantiæ vel naturæ personas proferrent secundum imitationem Arii. Quam divisionem per sanctum Athanasium Deus univit. Utriusque enim linguæ peritus utrasque partes per Dei gratiam ad concordiam revocavit, & ab eo tempore usque in hodiernum diem, & apud nos & apud Romanos, sicut una substantia & una natura in Trinitate suscipitur, & sicut tres personas in sancta Trinitate confitemur, ita & tres subsistentias glorificamus. Sic auditis igitur, quoniam indifferenter beatus Cyrillus idem dicebat esse substantiam, quod naturam vel subsistentiam; & ideo in illis duodecim capitulis suis pro duabus substantiis vel naturis duas subsistentias posuit. Ostendite nobis & in sancta Trinitate ita indifferenter eum dicere, & pro tribus personis vel subsistentiis, unam personam secundum Sabellium confiteri, & unam subsistentiam in sancta Trinitate glorificantem, & pro una trium personarum substantia vel naturas atque substantias secundum imitationem Arii prædicantem: & ita & vos confitemini vel potestis glorificare, & tunc credimus vobis quia præ duabus naturis, duas docuit dici subsistentias.*

Contradicentes: Et hæ ipsæ quæ nominatim in Chalcedonense Concilio positæ sunt epistolæ beati Cyrilli, id est tam illa quæ ad Nestorium, quam quæ ad Orientales scripta ex duabus naturis, & in duabus. Contradicentes dixerunt: plurimum. Episcopus dixit: quam hanc? Contradicentes: quod ex duabus quidem naturis dicere unam significat Dei Verbi naturam incarnatam, secundum beatum Cyrillum & sanctos Patres. In duabus autem naturis duas personas & duas subsistentias significat, pro certo & hi qui in duabus naturis unam naturam dicunt, invenientur & ipsi ex duabus personis atque substantiis unam personam atque subsistentiam declarare. Contradicentes: quemadmodum? Episcopus dixit: Sicut vos dicitis unam & S. Synodus utrosque sermones pari honore suscepit & pertractat. Et quæ in Constantinopoli acta sunt adversus Eutychen, & invenietis Flavianum Archiepiscopum, & alios cum ipso quosdam ex duabus naturis accusantes: Beatum autem Basilium Seleucenæ civitatis Episcopum, cum aliis iterum quibusdam in duabus naturis; & neque isti illos reprehendunt, neque illi istos, tamquam unius honoris arbitrati voces utrasque, quando & unam naturam Dei Verbi incarnatam non renuit beatus Flavianus in confessione, quam propria manu subscripsit, dicere; quæ piæ recordationis Theodosio data est: nam confessio manu ejus perscripta his ipsis sermonibus declarat. XLI.

Exemplum rescriptæ fidei Flaviani Archiepiscopi Constantinopolitani, datæ ab eo petenti.

Imperatori Theodosio salutem.

Nihil itaque congruum est sacerdotibus, & divina docenti dogmata, sicut esse semper paratum ad satisfactionem omni exigenti eum rationem de spe quæ in nobis est, & gratia: nec enim erubescimus Evangelium: Virtus enim Dei est ad salutem omni XLII.

PAGIUS IX. *Dionysius Magnum Cyclum DXXXII. annorum absolvit.*

Marianus Scotus in Chronico ad annum DXXXI. scribit: *Explicit Magnus Cyclus Paschalis DXXXII. annorum, in cujus II. anno juxta Dionysium natus est Dominus*, ideoque anno Juliano XLVI. Urbis conditæ DCCLIV. Hoc vero anno Sigebertus in Chronico habet: *Hoc anno expletus est a Christi Nativitate magnus annus annorum quingentorum triginta duorum. Ab hoc etiam anno Dionysius Abbas orditur Cyclum suum Cyclorum quinquedecennovalium* (idest annorum XCV.) Addit Sigebertus, secundum annum *Operis hujus concordare* debere *in ratione computi primo anno Nativitatis Christi*, idest, anno Juliano XLVI. uti jam diximus. Vide quæ de hac Periodo Dionysiana ad annum DXXVII. dixi.

Bonifacius II. Papa moritur, ut anno superiori num. IV. ostendi. *Conjuratio* adversus Justinianum Imp. de qua ibidem num. X.

omni credenti. Quoniam ergo & nos misericordia omnipotentis Dei prædicationem Evangelii sortiti sumus, recte sapimus, & sine reprehensione semper divinas secuti scripturas, & expositiones sanctorum Patrum tam in Nicæa congregatorum, quam in Ephesо sub beatæ memoriæ Cyrillo Episcopo Alexandrinæ civitatis. Prædicamus itaque Dominum nostrum Jesum Christum ante sæcula a Patre sine initio natum secundum divinitatem: in ultimis vero diebus eumdem propter nos & propter nostram salutem ex Maria Virgine secundum humanitatem Deum perfectum, & hominem perfectum eumdem cum assumptione animæ rationalis, & corporis consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem matri eumdem secundum humanitatem. Nam ex duabus naturis Christum post incarnationem ex sancta Virgine sumptam in una subsistentia, & in una persona unum Christum unum Filium unum Dominum confitemur; & unam quidem Dei Verbi naturam incarnatam tamen dicere non negamus; quia ex utrisque unus idemque Dominus noster Jesus Christus est. Nam eos qui duos Filios, vel duas subsistentias, vel duas personas denuntiant, & non unum eumdemque Dominum Jesum Christum Filium Dei vivi prædicant, anathematizamus, & alienos Ecclesiæ decernimus; & ante omnes quidem Nestorium impium anathematizamus, & eos qui cum eo sapiunt vel eadem dicunt, quibus & continget, ut excidant tales ab adoptione promissa recte credentibus. Subnotatio ejusdem ex notis, sic: Domine Christe auxiliare nobis Deus. Et iterum: hæc scripsi manu propria ad satisfactionem tuæ serenitatis, & ut confundantur ii qui simplicem conversationem nostram in Christo calumniantur.

XLIII. *Episcopus dixit: Ecce satisfactio beati Flaviani manu ejus perscripta ex duabus confitetur Dominum nostrum Jesum Christum, & tamen ex duabus ei dicenti naturis non pepercit bonus ille Dioscorus. Propterea itaque cognoscens sanctum Chalcedonense Concilium, quia nihil ita recreat eos, qui cum Eutyche adversantur Orthodoxis duarum naturarum confessioni, nisi confusa & commixta & imaginaria vel Manichaica unius naturæ confessio; explanativam potius vocem proposuit, ut in duabus naturis unam personam & unam subsistentiam confitentem. Sed & beati Flaviani rectam fidem collaudans omnia quæ ab eo dicta sunt, confirmavit.*

XLIV. *Contradicentes dixerunt: Nos & (sicut superius dictum est) beati Cyrilli proferimus epistolas, in quibus duas subsistentes naturas confiteri post unitionem abdicat. Episcopus dixit: Nos ea quæ epistolis ejus synodicis consentiunt, suscepimus; quæ autem non consentiunt, neque damnamus, neque velut legem Ecclesiasticam sequimur. Synodicas autem ejus dico (sicut superius dictum est) epistolas quæ a sanctis Conciliis & susceptæ & confirmatæ sunt, id est, tam eam quæ ad Nestorium, quam eam quæ ad Orientales scriptæ sunt. Nam contraria his neque damnamus, neque sicut illius suscipimus, quia & in Actibus sanctorum Apostolorum invenimus, quia dispensationis gratia beatus Paulus Timotheum circumcidit, qui certe Galatis scripsit: Quoniam si circumcidimini, Christus vos nil adjuvabit: sed & beatus Petrus dispensative aliquotiens quidem cum Gentilibus comedebat; aliquotiens vero subtrahebat se, & secernebat ab eis. Postquam vero utrique Hierosolymas ascenderunt, & cum omnibus Apostolis vel senioribus, magnum illud decretum decreverunt, per quod dicunt: Placuit Spiritui sancto, & nobis nihil ultra oneris imponere vobis, nisi quod ex necessitate est: hoc est, abstinere a sacrificato idolis & sanguine & necato & fornicatione: a quibus custodientes vos bene agitis. Valete. Ab eo tempore ea quidem quæ communi consensu scripta sunt, & a Spiritu sancto confirmata, sicut legem Ecclesiasticam suscipimus; quæ autem dispensationis gratia ab unoquoque sigillatim facta sunt, neque æmulamur, neque damnamus. Sicut ergo hæc in Actibus sanctorum Apostolorum invenientes, non similiter his attendimus: ita & illic etiam si profiteamur, secundum indulgentiam tamen dictum sit, beati Cyrilli esse quæ a vobis proferuntur epistolas (adversantur autem prædictis Synodicis rectæ fidei ejus epistolis, in quibus duarum naturarum aperte decrevit confessionem) neque damnamus, neque sicut ejus suscipimus. Continet autem illa ad Nestorium epistola de inconfusa & indivisa duarum naturarum unitate: His sermonibus B. Cyrilli ex epistola ad Nestorium quia diversa quidem sunt quæ ad unitatem veram convenerunt naturæ: Unus autem ex utrisque Christus & Filius & Dominus non naturarum diversitate sublata propter unitatem: si autem non est sublata duarum naturarum diversitas propter unitatem; Salvator ergo & post unitatem in una persona & * in una substantia, magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, quemadmodum suscepta vel confirmata est, paucis expediam.*

* hic aliquid deest

XLV. *Recensito Symbolo sancti Nicæni Concilii, & venerabili hac epistola omne quod adversus Nestorium congregatum est illi Concilium non acervatim, sed singuli per nomen & personam confessi sunt parem atque consimilem eam esse sancto illi Symbolo. Enotica autem & pacifica ad Joannem Antiochenæ civitatis Episcopum: epistola enim per quam unitatem, & pacem san-*

sanctis Ecclesiis suis Deus donavit his verbis continet: ita beati Cyrilli ex epistola ad Joannem, & Orientales: Confitemur itaque Dominum nostrum Jesum Christum Dei Filium unigenitum Deum perfectum & hominem perfectum ex anima rationali & corpore, ante sæcula quidem ex Patre genitum secundum Deitatem; in ultimis vero diebus eumdem propter nos, & propter nostram salutem ex Maria sancta Virgine secundum humanitatem, & consubstantialem Patri secundum Deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum unitio facta est, propterea unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur: secundum hunc inconfusæ unitionis intellectum confitemur sanctam Virginem Dei Genitricem, ubi id quod Deus Verbum ex ea incarnatus est, & ex ea conceptione univit sibi templum quod ex ea processit. Evangelicas autem & Apostolicas de Salvatore voces scimus, mirificos viros quasdam quidem communicantes, tamquam in una persona, quasdam vero evidenter, tamquam in duabus naturis, & Deo quidem dignas secundum Divinitatem Christi, humiles autem secundum humanitatem ejus tradentes.

XLVI. *Si vero dicetis non esse has voces illius, sed Orientalium: cognoscite quia cum multis laudibus eis consensit, & tamquam suas, eas ita in propria epistola intexuit cum laudibus: superius quidem dicens chartam sibi allatam a viro venerabili Paulo Episcopo, irreprehensibilem continentem Fidei confessionem. Inferius vero: Has sacras vestras voces contemplati, sic & nos sapere invenimus. Unus enim Dominus, una Fides, unum baptisma, glorificamus omnium Salvatorem Dominum invicem congratulantes, quoniam divinis scripturis, & traditioni sanctorum Patrum consonantem habent Fidem, tam quæ apud nos, quam quæ apud vos sunt sanctæ Ecclesiæ. Hæc Synodica, & rectæ Fidei epistola de inconfusæ & indivisæ unitatis & extantibus duabus naturis docuerunt. Quales ergo ex his præferamus, quæ in secreto scriptæ ad unum vel secundum amicum vel familiarem sunt, quæ & facillime potuerunt a quolibet depravari; an istas quæ in certamine dictæ sunt, & ab universalibus Conciliis tam laudatæ quam confirmatæ sunt, & super concessu Symboli sancti Nicæni Concilii sunt laudatæ? Nonne potius has quæ Synodicæ sunt, suscipiemus & præferemus, & tamquam legem Ecclesiasticam recipiemus, velut a tantis sanctis Patribus cum judicio confirmatas, sicut sæpe retulimus?*

XLVII. *Contradicentes: Nos non solum ad Eulogium, sed etiam ad Successum secundam & alteras epistolas ejus volumus relegere. Vos autem cum neque unam audissetis, jam condemnastis eas. Episcopus: Quantascumque vultis prælegere sine præjudicio relegite, ut ex consensu vel dissensu possit veritas apparere. His ergo dictis cœperunt Contradicentes legere ad Eulogium epistolam, & cum ad illud capitulum pervenissent, quo dicitur: Sed & illud non ignorent, quoniam ubi unitio dicitur, non unius rei declaratur conventus, sed duarum vel plurium dissimilium secundum naturam. Episcopus: A superioribus & ex ipsis pene principiis epistola ista opitulatur: etsi in quibusdam locis falsata est, tamen etsi omnia secundum vestram haberet intentionem hoc capitulum sufficiebat omnem contradictionem compescere. Si enim unitio non unius rei conventum declarat, sed duarum vel plurium dissimilium secundum naturam: Et quia qui dicunt duas naturas, ita confitentur; admiramur quemadmodum habentes hæc ac relegentes, a nobis quæritis suaderi, qui etiam alios ex his Orthodoxam esse duarum naturarum confessionem, suadere potestis, vel debetis. Cum enim mox in principio ipsius epistolæ relegatis dicentem eum, quia non omnia quæ dicunt hæretici fugere nos vel aversari oportere; multa enim ex his confitentur quæ & nos confitemur. Quando enim dicunt Ariani Patrem Dominum esse, & omnium Creatorem, numquid nos oportet tales eorum voces aversari? Sic & Nestorius etiamsi duas dicat naturas, diversitatem tamen significat carnis, & Verbi: alia enim natura carnis, & alia Verbi. Si autem alteram confessus est carnis naturam & alteram Verbi, quam ex his duabus naturis vos vel minuatam dicitis: vel subreptam beato Cyrillo, sicut ipsi narratis, in altera dicente epistola, neque minuatam, neque subreptam humanam naturam, cum & inferius dicat, compelli autem illos?*

Attendite ad lectionem epistolæ beati XLVIII. *Papæ Athanasii: illic enim contendentibus quibusdam quia ex propria natura corpus sibi passibile ipsum creaverit Verbum, & supra & infra nititur dicens: quia non est consubstantiale Verbo corpus; si autem non est consubstantiale, alia atque alia necesse est ut sit natura, ex quibus unus & solus intelligitur Christus. Ecce etiam hic aperte duas substantias in duabus naturis posuit, ex hoc hæreticos arguens, qui consubstantiale Verbo etiam corpus esse dicunt. Quam ergo ex istis duabus naturis vel substantiis, dicitis minuatam, ipsi fatemini. Sed & idem mox in sequenti versu ita addidit dicens: Sed & hoc non ignorent: ubi enim unitio dicitur, non unius significatur rei conventus, sed duarum vel plurium & diversarum secundum naturam. Si ergo dicimus unitionem, proculdubio confitemur quia car-*

carnis animatæ & Verbi. Sed & hi qui duas naturas dicunt idem sentiunt. Illi ergo qui totiens in superioribus epistolæ suæ partibus ita duas naturas Orthodoxe & aperte prædicavit. Sed & post eos qui falsati sunt sermones qui dicunt: Etsi parum circa proprietatem sermonis obscurati sunt, dicens de Orientalibus duas naturas manifeste confitentibus: qui enim confitentur, quia ex Deo Patre natus Unigenitus Verbum, idem ipse natus est secundum carnem ex muliere, quoniam & Dei Genitrix est sancta Virgo. Et quia una persona est & non duo filii neque duo Christi, quemadmodum cum Nestorii blasphemiis consentiunt. Nestorius enim duos dicit filios & Dominos & Christos, ut breviter complectar; Orientales autem fratres nil tale dixerunt, sed tantummodo voces dividunt. Dividunt autem secundum hunc modum dicentes: eo quod quædam ex his Deo dignæ sunt, quædam vero homine: quæ autem communiter prolatæ sunt tamquam habentes tam dignationem divinam quam humanitatem, sed tamen ab uno eodemque prolatas. Et non sicut Nestorius qui quasdam quidem de Verbo proprie adsignant, quasdam vero nato ex muliere quasi alteri Filio. Aliud autem est vocum sine diversitate, aliud dividere in duabus personis tamquam alteri & alteri. Qui enim superius illa, inferius autem hæc: numquid in medio loco poterat seipsum convellere? Absit: sed contrarii sermones Synodicis ejus epistolis ab hæreticis sicut apparet falsati sunt. Proferentibus autem his qui contradicebant tamquam invictum scutum secundæ ab ipsis prolatæ ad successum epistolæ capitulum. Illud quod dicit: Repugnant nihilominus unam dicentibus filii naturam incarnatam; & velut cassum volentes illud ostendere, contendunt ubique, duas naturas subsistentes ostendere.

XLIX. *Postquam recensitum est, dicentibus illis: Ecce ubique beatus Cyrillus renuntiat duas dici naturas post unitionem. Episcopus: Nullo præiudicio habito, sicut sæpe diximus, Orthodoxæ Fidei, etiamsi demus Cyrilli esse nuper relectam epistolam, multo magis duabus naturis existentibus advocationem præbuit post unitionem quam unius Dei Verbi incarnatæ, ex eo quod dicit: Vestitus vero etiam nostra natura, etiamsi non est consubstantiale ex Deo patre procedenti Verbo corpus quod univit sibi. Si ergo non est consubstantiale Verbo corpus quo circumdata est Dei Verbi natura, alia modis omnibus atque alia pro certo natura est. Sed & illud quod ait carne eum passum & non Deitate, aliam iterum atque aliam ostendit naturam. Altera enim carnis natura passibilis, & altera Verbi impassibilis, sicut & vos ipsi fatemini. Et iterum quod dicit, quia semen Abrahæ suscipiet, formam servi accipiens: alteram illam servilem ex Abraham susceptam naturam docet, & alteram illam Dominicam Dei Verbi naturam. Sed & quod ait: Non est confusum, sicut illis placet, sed nec carnis in eis, sed in proprietate secundum utrasque tam intelligi quam permanere; ex his magis ille, quam Chalcedonense Concilium in una persona duas existentes naturas decrevit intelligi. Sed & quod ait, non minuatam neque subreptam humanam naturam; manifeste duas naturas existentes ostendit, divinam scilicet naturam quæ assumpsit, & quæ assumpta est, humanam. Sed & quod ait: Recte & nimis prudenter tua perfectio de salutari passione sermonem protulit, non illum Unigenitum Dei Filium, secundum quod intelligitur & est Deus, passum in propria natura ea quæ sunt corporis confitendo, sed magis passum eum natura terrena; aperte etiam hic duas naturas docuit subsistentes, & terrenam passibilem, & divinitatis impassibilem. Sed & in fine epistolæ suæ illud quod ait: Quid enim est humana natura nisi caro animata sensibiliter, sed & passum carne dicimus Dominum. Ecce in ipsa quæ a vobis prolata est epistola, licet falsata est, non totiens de una natura quantum de duabus naturis fidei rectæ tribuit advocationem non solum post unitionem, quæ in Virginis facta vulva est: sed & post passionem & resurrectionem magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, qui post resurrectionem ostendit perforatas immaculatas manus suas, & transfixos pedes suos sanctis discipulis suis, ostendens se vivum & unum esse in una persona & in duabus naturis: quod enim dicit (a): Videte manus meas &* (a) Lu. 24. *pedes meos, quoniam ego ipse sum: Unam ejus personam ostendit incarnatæ divinitatis: quod autem addidit: Pertractate & videte quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem: Diversitatem ostendit in semetipso duarum naturarum, tam assumentis deitatis quam assumptæ humanitatis magni Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. In tantum autem abfuit beatus Cyrillus a contradictione Orthodoxæ duarum naturarum confessionis, quod Gregorium Nazianzenum, & Gregorium Nyssenum, & Ambrosium Mediolani protulit in sæpe dicto Ephesino sancto Concilio; ac veluti eos sibi advocans perduxit: quorum prior his verbis dixit:* Beati Gregorii Nazianzeni Episcopi: *Naturæ quidem duæ, Deus & homo; nam & anima & caro: filii autem non duo, neque Dei: neque enim hic duo homines: Etsi ita Paulus (b) tam* (b) Rom. 7. *interiorem quam exteriorem hominem appellavit: & si licet breviter dicere; aliud quidem & aliud, ex quibus Salvator,*

tor, & si revera non est: idem, visibile & invisibile, & temporale & sine tempore, non autem alter & alter: Absit: Item & beatum Gregorium Nyssenum protulit dicentem: Quid humilius in Deo quam forma servilis? aut quid humilius in Rege omnium, quam in commune nostrae exiguae naturae propria voluntate descendere? Per beatum autem Ambrosium in eodem duas naturas esse ita approbavit dicens: Custodiamus diversitatem carnis & divinitatis: Unus enim Dei Filius in utroque loquitur, quia utraque natura in eo est. Attende in ipso, nunc quidem gloriam Dei, nunc vero hominis passiones. Sicut Deus, docet divina, quoniam verbum est: sicut homo, loquitur humana, quoniam in mea loquitur natura. Haec testimonia ad confirmationem rectae & inlibatae fidei suae in Ephesiaco Concilio protulit. Et sicut rectae fidei, ea secundum illud Concilium confirmavit. Quanticumque ergo sermones sub nomine Domini prolati istis consentiunt, tamquam sancti Cyrilli suscipimus: Quanti vero his adversantur, aut non sunt illius, aut certe falsati sunt, etiam si concedamus illius esse. Ideo neque condemnamus talem Patrem, sed nec ad praejudicium rectae fidei conlaudamus quae ex persona ejus proferuntur diversa laceratae epistolae.

L. *Contradicentes: Concilia pro unitate sanctorum, sanctarum Ecclesiarum in divinis Dypticis intexta sunt, aut pro majori divisione? Episcopus: Quid autem & antequam nominatim insererentur? numquid in omnibus Ecclesiis quae sub caelo sunt non recitabantur Episcopi? Et si nominatim Concilia ipsa non recitabantur, tamen in propriis regionibus & civitatibus singuli quique adnotabatur. Si ergo in propriis civitatibus singuli quique adnotabantur, unusquisque in quocumque subscripto Concilio recitabatur, quanto magis rationabilius erat eos qui cum labore & sudore in unum convenerunt adversus haereticos, & Deo placitum praelium susceperunt, & bonam illam victoriam per gratiam Dei vicerunt, uno consensu inseri in gloriam Dei & laudem certantium ad majorem adhortationem eorum qui post certaturi sunt? Contradicentes: Sicut prius dum recitabantur, neminem scandalizabant: Nunc autem plurimos scandalizant. Episcopus: Si coeperimus per singulos de his qui scandalizantur haereticis Concilia offerre, invenimus fidem nostram denegantes: Ariani enim scandalizantur in Nicaeno Concilio, Macedoniani in Constantinopolitano, Nestoriani in Ephesino, Euthychianistae in Chalcedonensi: si ergo illos voluerimus placare, Dominum offendimus, fidem nostram denegantes. Nam & vos quanta per singula tempora innovastis? Imperatores, qui a vobis persuaderentur indempti, sicut Endodia Basilisci adversus Orthodoxam Fidem, & Enoticum Zenonis, & Trisagii novitatem, & alia multa ejuscemodi, quae ad eversionem fidei facta sunt, & Orthodoxos non sine causa scandalizarunt. Haec enim nullum fidelium scandalizant: Si autem infideles haeretici scandalizentur, nec enim ex hoc conscientia nostra perturbatur.*

Contradicentes: Ibas ergo & Theodoretus sicut rectae fidei suscepti sunt a Synodo, & sicut rectae Fidei in divinis Dyptycis recitantur. Episcopus: Utrique Nestorium anathematizantes suscepti sunt in sancto Concilio. Contradicentes: In tantum per dolum anathematizavit Theodoretus, quia postquam anathematizavit discedens dixit eis: Valete. Episcopus: Quid ergo? Quoniam Eusebius Nicomedenae & Theognius Nicaenae, & alii quidam cum ipsis, & in ipso Nicaeno sancto Concilio ficte subscripserunt, & post haec Arium aperte secuti Ecclesiam devastarunt, & sanctos Patres nostros Eustathium Antiochiae, Athanasium Alexandriae, & Paulum Constantinopolitanum fugaverunt; propter illos nec Nicaenum sanctum Concilium debemus suscipere, aut in divinis in Diptycis recitare? Absit. Nos autem non tamquam Theodoretum defendentes, vel ea quae praecesserunt diximus, vel quae sequentur dicemus; sed veritatem, & sanctum Concilium quod eum juste suscepit. Volens enim satisfacere quemadmodum saperet; nec tamen permissus est propter anticipatos quosdam atque in eo scandalizatos: postquam vidit non suscipi satisfactionem suam, anathematizans Nestorium & Euthychen addidit, Valete. Cur autem hoc ipsum dixerit, Valete, superius manifestavit: dicens: Quoniam nec sedem ambio, nec pro Episcopatu solicitus veni; sed ut persuadeam quemadmodum credo: propter quod anathematizo, sicut jubetis, & Vale vobis facio. Unde neque sanctum Concilium, neque gloriosissimi judices ad injuriam hunc sermonem susceperunt: pro certo scientes quia antequam sanctum istud Concilium fieret, pacificatus esset beato Cyrillo, qui ab eo injuriatus est in contradictoriis libris duodecim Capitulorum. LI.

Contradicentes: Et unde hoc potestis ostendere? Episcopus: Ex ipsa quae ad Joannem & Orientales scripta est epistola beati Cyrilli pro unitate Ecclesiarum. LII.

Contradicentes: Non habetis unde ostendere, quia indulsit eis. Episcopus: Nos ad omne Orientale Concilium epistolam ipsam scriptam invenimus. Ostendite autem vos quod in unitionem hos ex illa pacifica & coadunante epistola sua subtraxit. Quid autem amplius est, verbis detrahere, an per condemnationem inferre contu-

tumeliam? Sic ergo ipsi beato Joanni, & omnibus qui cum eo fuerant in Ephesо & per condemnationem eum injuriantes indulsit beatus Cyrillus; multo magis qui tantummodo verbo in eo peccaverunt, indulgentiam præstitit: sed & invenimus in Theodoreti litteris quas ad Dioscorum fecit, quia & secundo in his quæ contra Nestorium scripta sunt scripserit. Et quando contra Julianum, vel Aponpeos conscripsit, libros ipsos destinavit in Antiochiam beatus Cyrillus & rogavit beatum Joannem ostendere illos Orientalibus præclaris doctoribus. Et quia ostensis eis scripsit eis Theodoretus, & rescripsit ei beatus Cyrillus, & diligentiam & affectum ei testificans: Et quia duas ab ipso suscepit affectuosas epistolas, quæ & custodiuntur apud eum, nullam de contumeliam designantes. Sed tamen & his ita scriptis atque dictis, non aliter eum suscepit sanctum Chalcedonense Concilium nisi clare sub conspectu omnium anathematizasset Nestorium & omnes definitiones ejus.

LIII. *His autem ita de Theodoreto dictis, Contradicentes: Et Ibas ergo injuste susceptus est a Chalcedonense Concilio? Episcopus: Ibæ & accusantium eum judicium ex Imperiali auctoritate delegatum est Photio Episcopo Tyri & Eustatio Episcopo Beryti & Uranio Himerorum civitatis Episcopo: qui reverendissimi viri, & nimium horrentes Nestorii blasphemias cum omni diligentia discutientes, eum immunem, & sine culpa eum decreverunt, sicut & Acta ipsorum & relatio manifestat: Quem ergo judices justificaverunt, quemadmodum Concilium poterat condemnare? Contradicentes: Et illa ergo quæ ad Marin Persam epistola ejus scripta est recte continet: quæ & prolata ab eis & relecta nobis est, & inventa est narrationem habens Actorum inter beatum Cyrillum & nefandum Nestorium, eo quod quasi per istos duos homines omne sæculum conturbatum esset: Nestorio quidem ea quæ Paulus Samosatenus saperet, affirmante, & propter hoc a beato Cyrillo in Ephesino Concilio condemnato; Cyrillum autem suspicantibus, quasi cum Apollinario saperet in illis duodecim Capitulis, & propter hoc condemnato a Joanne Antiochenæ civitatis Episcopo, & cum eo habito Concilio: Et quia propter hanc causam cum inimicitia de Epheso discesserunt: Et propter illam inimicitiam divisæ sunt omnes ubique Ecclesiæ, & fideles populi, aliquantis quidem huic parti consentientibus, aliis vero illi: Et quia dum in his essent rebus, compunxit Deus piissimum Imperatorem Theodosium convocare virum reverendissimum Episcopum Constantinopolitanæ civitatis Maximianum, & eos qui tunc forte in eadem gloriosa aderant civitate; hortarique & solicitudinem habere, vel cogitare de pace sanctarum Ecclesiarum. Et post illam pacificam cogitationem destinavit piissimus Imperator Aristolaum Tribunum & Notarium ob hoc ipsum: qui perveniens tam in Antiochia quam in Alexandria, utrasque partes miserante Deo ad pacem perduxit.*

His ergo per epistolam declaratis, Episcopus dixit: Hæ litteræ etiam in vita beati Cyrilli divulgatæ sunt, & non solum quia non moverunt eum propter factam pacem & unitatem propter Dominum; sed & Valeriano scribens Episcopo Iconii, talia de ipsis satisfecit, dicens: Nam si epistolas sibi componentes quidam circumferunt, tamquam ex persona scriptas inlustrium virorum, non debent credi: qui enim semel scriptis fidem propriam confessi sunt, quemadmodum diversa possunt scribere tamquam ex pœnitentia ad non bene credendum traduci? Sed tamen & beato Cyrillo ita pro eis testificante, & recensita præfata epistola in Chalcedonensi sancto Concilio; non tamen aliter prævidit suscipi eum propter suspiciones in eadem epistola insertas, nisi & ipse Nestorium, & omnia ejus decreta anathematizasset: & postquam anathematizavit, tunc susceptus est in sancto Concilio. Nec tantum de his solis dico, sed & Nestorius & Eutyches simili modo, si proprias hæreses anathematizassent, modis omnibus etiam illi suscepti fuissent a sanctis Conciliis. Chalcedonense ergo Concilium circa Ibam & Theodoretum districtius agit, quam beatus Cyrillus. Beatus enim Cyrillus contentus fuit in consensu damnationis Nestorii, & ordinatione beati Maximiani, qui pro illo in hac civitate Episcopus factus est; Chalcedonense autem sanctum Concilium nisi sub præsentia sua anathematizassent Nestorium & omnia dogmata ejus, & scriptis inter Acta insertæ fuissent voces eorum, non fuit contentum suscipere eos. In his ergo dictis, Contradicentes: De his quidem persuasum est nobis. LIV.

Et ita secundæ diei conventu dissoluto, & discedentibus nobis, & multa testimonia de duabus naturis præparantibus, piissimus atque amator Dei Imperator noster accersito sanctissimo Archiepiscopo Patriarcha Epiphanio, præcepit etiam nos ingredi cum ipso. Et postquam per confabulationem locutus est ei quæ illi Deus inspiravit, ipsum quidem dimisit, secundum morem oratione facta pro ejus pietate; nos autem una cum venerando senatu retinuit; censuitque etiam Contradicentes ingredi. Quibus ingressis ipsos quidem præcepit in uno scamno sedere, nos autem in altero, una cum gloriosissimis judicibus. Et omnibus nobis tacentibus, pie- LV.

pietas ejus tanta ac talia ad eos locuta est cum omni mansuetudine & tranquillitate; ut si alter mihi diceret ab ejus pietate hæc dicta, vix crederem nisi ipse auribus meis audissem quæ cum magna gratia Dei ex benedicto ejus ore prolata sunt. Nam Davidicæ mansuetudinis, & Mosaicæ patientiæ, & Apostolicæ clementiæ instar in eo conspexi: etsi enim non iisdem sermonibus, quibus beatus Paulus, sed tamen eadem mente qua ille ad sanctam Ecclesiam vestram scripsisset, locutus est cum eis. De qua idem beatus Paulus sanctæ Ecclesiæ vestræ, sicut dictum est, scripsit, dicens (a): Quia fuimus in medio vestrum tranquilli, & tamquam nutrix fovens filios suos; ita cum bona voluntate festinavimus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed & proprias animas; propter quod dilecti nobis facti estis. Et ut ex paucis possitis conjicere quæ multifarie, multisque modis tam illo die ab ejus pietate ad eos dicta sunt, quam in reliquis confabulationibus ex exemplaribus piæ ejus epistolæ æque cognoscetis, quæ scripta est ad Euphemium virum reverendissimum Theopolitanæ civitatis Archiepiscopum, ut per hoc appareat omnibus qui ab ipsis decepti sunt in Oriente: quæ præsenti subjungentes epistolæ, vestræ venerationi transmisimus, ut per eam cognoscatis, quanta, Dei gratia per benedictum os ejus tam primo die, quam reliquis locuta est ad eos.

(a) 1. Thes. 2.

LVI. *Et postquam in nomine Domini conlocuti sumus invicem, accusare nos tentantes Contradicentes ad piissimum Imperatorem; secreto suggesserunt ei per quemdam, tamquam non confitentibus nobis Dominum passum carne, vel unum eum esse de sancta Trinitate, nec ejusdem esse personæ tam miracula quam passiones. Ingresso itaque sanctissimo Patriarcha in venerando palatio ad piissimum Imperatorem, & domino viro reverendissimo Archiepiscopo Hypatio, cum eo percontata est pietas ejus ab ipsis, his verbis: Non confitemini ejusdem personæ Domini nostri esse Jesu Christi tam passiones quam miracula? vel Deum esse qui carne passus est, atque unum eum esse de Trinitate? Respondit idem reverendissimus vir: Nos, domine, magis autem mater vestra Catholica & Apostolica sancta Dei Ecclesia ejusdem personæ magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi prædicat & passiones & miracula, non tamen ejusdem naturæ; sed sicut docuerunt sancti Patres, passibilem carnem, impassibilem divinitatem; circumscriptum corpore, incircumscriptum spiritu; terrenum, & cælestem; visibilem, & intelligibilem: ut integro homini eidem & Deo, integer homo cohæreat qui ceciderat sub peccato: sicut beatus Gregorius Nazianzenus docuit in epistola scripta ad Cledonium, & utraque sancta Concilia tam in Ephoso adversus Nestorium, quam in Chalcedone adversus Eutychen & Nestorium congregata consenserunt, & confirmaverunt. Sed & Dominum carne passum ita rursus confitemur propter eos qui confundunt vel dividunt, ut passibilem eum dicentes carne, impassibilem confiteamur divinitatem; similiter & unum esse ex Trinitate secundum divinam naturam tam credentes quam confitentes; secundum carnem vero unum ex nobis placuisse ei, credimus fieri; & sicut consubstantialem Patri secundum divinitatem, ita nobis consubstantialem secundum humanitatem, & sicut perfectum in Divinitate, ita perfectum & in humanitate. Si autem illi aliter dicunt & præsumunt eum dicere, ut secundum carnem quidem ante sæcula sit, secundum divinitatem vero in novissimis diebus; vel creaturam eum esse secundum Deitatem, non creatum autem secundum humanitatem; vel visibilem & passibilem secundum divinitatem, invisibilem vero secundum humanitatem: tunc calumnientur nos tamquam frustra contrarios sibi.*

Post Collationem ergo habitam cum Orientalibus Episcopis ac nostra tenuitate: LVI.
ex piissimi nostri Imperatoris jussu, alia vice ingressis nobis in venerabili palatio ejus, una cum domino meo Archiepiscopo, vel aliis qui convenerant reverendissimis Episcopis, ~~piissimus~~ Imperator exultans in virtute Dei, & gaudens in salutari ejus, ac lætus nimis, quia desiderium cordis ejus, secundum (b) propheticam vocem, præstiterat ei, & voluntate labiorum non privavit eum; cœpit dicere ad nos, præsente venerabili senatu: Quia postquam locuti estis cum Orientalibus Episcopis per duos dies, tertio die convocatis tam vobis quam illis antequam susciperemus vos, ingressus sum in Oratorium gloriosi Michaelis Archangeli, quod est in Cochlio; & rogavi Dominum dicens: Quia si in veritate unire habent nobis, magis autem sanctæ tuæ Ecclesiæ; compunge eos velociter consentire nobis: sin autem nolunt, præpedi eos, ut ex ipsis magis culpa nascatur, & non ex nobis. Et cognovistis quantis propositionibus rationabilibus & pacificis cum omni mansuetudine & patientia prolatis a nobis, vir reverendissimus Episcopus Philoxenes tantummodo persuasus est. Cæterorum vero perversitatem cordis Deus aspiciens, conligavit linguas eorum, ut neque satisfactionem invenirent, neque veritati consentirent: ut ex ipsis fiat occasio aversionis eorum, & non ex nobis. Et hæc quidem gratias agens Domino, dixit ejus tranquillitas de eorum perversitate. Sed tamen & usque hacte-

(b) Psal. 20.

tenus omni continentia & beneficio dignatur eos attendere, non cessavit expectans propter Dominum, eorum conversionem ad bonum. Quæ illum spes non fefellit: nam etsi non Episcopi, qui hactenus in sua dissuasione permansere: sed tamen plurimi clericorum & monachorum qui cum his convenerunt, ad sanctam communionem cum gaudio remearunt in Ecclesiis suis ac monasteriis. Ex quibus quidam lingua Syriatica per interpretes locuti sunt nobis, dicentes: quia ab illis decepti, & nos eversi sumus, & multas animas evertimus: dicebant enim nobis, & quod Spiritus sanctus recessit ab Ecclesiis & baptismate communione eorum: & ideo hæc audientes & velut veracibus credentes decepti sumus; sed gloria Domino, qui satisfecit nobis de errore eorum, & univit nos Catholicis & Apostolicis sanctis Ecclesiis suis: confidimus enim in bonitate ejus, & quoniam dabit nobis virtutem, ut eorum quos evertimus, pluriores iterum convertamus ad sanctas Ecclesias ejus, in gloriam & laudem sancti nominis ejus. Explicit epistola Innocentii Episcopi Maroniæ civitatis. Quomodo vero modo nonnihil compressi, rursus majori audacia sub eodem Justiniano Imp. exsurrexere adversus Catholicam Ecclesiam Episcopi, Severi socii, turbaveruntque Constantinopolitanam Ecclesiam, occasionemque dedere, ut quinta Synodus ageretur; suo inferius loco dicetur.

Quin-

JESU CHRISTI ANNUS 533. | JOANNIS PAP. ANNUS 2. | JUSTINIANI IMP. 7. ATHALARICI REG. 8.

I. QUingentesimus trigesimustertius Redemptoris annus, idemque septimus Justiniani Imperatoris inchoatus, tertio ejusdem Consulatu lætissime aperitur, quem ob innumera a Deo accepta beneficia idem Imperator perpetuis suarum sanctionum divinæ majestati consecrat monumentis (*a*): nominatissimus ipse quidem, utpote qui Romano Imperio felicissimus extitit, idemque Imperatoris constitutionibus redditus celeberrimus: quot enim a Deo hoc anno sub suo ipsius tertio Consulatu consecutus est dona, iisdem sæpe commemorat, de quibus inferius agendum erit.

(*a*) *l.* 1. & 2. *ff. de confirm. Digest.*

II. Primum vero omnium auspicaturus ipse hoc anno perdifficile bellum Wandalicum, non aliunde magis quam ex bene custodita Catholica religione, exemplo Theodosii Senioris maxime pii Imperatoris, conciliare sibi divinum numen contendit. Cumque soleant detenti curis bellicis Principum animi, aliis negotiis remittere nuncium, ut ubi majus vertit rei momentum, ibi totis nervis in opus incumbant: Justinianus veluti summo otio, summaque pace, ac rerum tranquillitate, nihil sibi magis propensiori studio perficiendum putavit, quam ut curaret quæ essent Catholicæ fidei: cujus rei causa hoc ipso anno ad Joannem Romanum Pontificem honorificam legationem decernit, mittens duos primarios Orientis Episcopos Hypatium & Demetrium.

Legatio a Justiniano Imper. ad Joan. Pap.

Ann. Eccl. Tom. IX.

III. Hujus decernendæ hoc anno legationis causam refert Liberatus diaconus (*b*), dum rem gestam prolixam satis his paucis complexus est. *Defuncto Bonifacio Papa, Joannes cognomento Mercurius sedis Apostolicæ suscepit præsulatum. Ad quem missi sunt ab Imperatore Justiniano Hypatius Ephesiorum Episcopus & Demetrius a Philippis contra legatos Acœmetarum* * *Cyrum* * *& Eulogium negantes esse confitendum beatam Mariam vere & proprie Dei genitricem, & unum de Trinitate incarnatum & carne passum. Sed Papa Joannes, nobis ibi positis, hoc confitendum, epistola sua firmavit, & Imperatori direxit. A cujus communione discedentes Romæ quidam monachi, Acœmetarum legatos secuti sunt, & usque nunc hanc confessionem de Christo non suscipiunt.* Hæc Liberatus; quem hoc ipso anno Romæ fuisse, ipsius testificatione satis intelligis. Exscripsimus ista Liberati ex recentiori Conciliorum editione, cum in veteri nonnullis omissis verbis textus reddatur obscurus.

(*b*) *Liber. diac. Brev. c.* 20. *t.* 2. *Conc. nov. edit.*

Legationis mittendæ causa.

* Acimicorum
* Carum

IV. Antequam autem magni momenti historiam ingrediamur: memoria repetas necesse est, quæ tum Constantinopoli, tum Romæ contigisse diximus temporibus Hormisdæ Pontificis, cum Scythas monachos Romam venisse superius enarravimus conquesturos de legatis Apostolicæ sedis negantibus addenda esse Chalcedonensi Concilio verba illa, quibus dicebatur, unum de Trinitate esse crucifixum in carne; quos

Mmm 2

PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 328. Anno Eræ Hisp. DLXXI. A.C. 533.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6026.

☉ 10. B. ☽ 2. P. 27. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 533.

JOANNIS 2. PAPÆ 2.

JUSTINIANI IMP. 7.

ATHALARICI REG. 8.

I. [1] J*Ustinianus* Augustus absque collega tertium Consulatum gessit, idque septimo Imperii sui anno, Anastasii & Justini decessorum suorum exemplo; nisi hunc Consulatum suis Quinquennalibus debitum in præsentem annum distulerit.

Consul absque Collega.

II. A num. IV. ad XXXII. Ecclesia Romana hanc propositionem, *Unus e Trinitate passus est Carne*, pro cujus defensione tot peregrinationum incommoda, totque labores *Scythæ Monachi* devorarant, sequenti anno tandem approbavit: ut plane haud reprehendendi sint Monachi illi, qui tanto conatu pro veritate certarint. *Acœmetæ* Monachi, qui eisdem acerrime restiterant, videntes eorum causam superiorem evadere, & tam Episcopis Orientalibus, quam *Justiniano Imp.* propositionem illam probari, æmulatione quadam accensi, Legatos ad *Joannem* II. Romanum Pontificem misere, *Cyrum* & *Eulogium*, qui opinionem, seu errorem, in quem æstu pugnæ abrepti erant, apud Sedem Apostolicam defenderent, ejusque approbationem a Sum-

Propositio hæc: Unus e Trinitate passus est Carne, *Romæ examinatur.*

NOTÆ [1] C *Oss. Justinianus Aug.* sine collega.
Victor & Marcellinus: *Justiniano Aug. III. Cos.*
Epistola Justiniani ad Johannem Rom. Pont. *Data VIII. Iduum Juniarum Domino nostro Justiniano P. Aug. III. Consule.*
Epitome temporum & Indiculus Paschæ anno a Passione Domini DVI. *Et iterum P. C. suprascriptorum*, scilicet *Lampadii & Orestis*. GEORGIUS

quos etiam, sicut legati Apostolicæ sedis, cum essent Constantinopoli, ita Hormisda Papa Romæ rejecit, negans pariter recipiendam esse novitatem illam verborum: quæ quamvis in rectum potuissent deduci sensum, ex multis tamen causis suo loco superius recensitis, ad explodendam omnem fraudem, quæ per occultos Eutychianos clam irrepere potuisset; verbis illis haud necessariis abstinendum esse Fidelibus, idem Pontifex litteris iteratis admonuit: ita ut sicuti additamentum illud ad Trisagion appositum, *Qui crucifixus es pro nobis:* Catholici abhorrerent; ita dicere, *Unum de Trinitate in carne passum*, pariter exhorrerent. Sed quid actum? Etsi idem ad certamen campus; novis tamen & prioribus plane contrariis pugnatoribus in arenam descendentibus, fuerunt quoque arma mutanda, & certandi modus fuit ineundus a priori plane diversus, integra illæsaque permanente fide Catholica: cui ut consuleretur in omnibus, aliter tunc, nunc vero aliter fuit a ducibus captandum consilium, modusque quærendus. At quinam iste fuerit, audi.

Diversa certandi ratio ex occasione diversa.

V. Nestoriani ex Victoria contra Eutyc. captant arma.

Cum contra Eutychianos dolis fidem Catholicam invadentes rejectam illam sententiam Nestoriani audirent, qua assereretur *unus de Trinitate esse passus in carne:* perinde ac si secundum suam ipsorum assertionem duplex assereretur Christi esse persona, sicut & naturæ duæ, humana atque divina; & sic dici videretur passus homo, ut negaretur Deus esse passus in carne: mox illud quasi ex necessaria consequeretur assumptione: Si non est passus unus de Trinitate in carne, ergo nec natus idem in carne: ergo nec proprie dici posse videbatur (ajebant illi) Mariam vere & proprie esse Dei genitricem; quod Nestorius, ejusque sectatores Nestoriani professi erant. His accedebat, quod (ut diximus) e latebris fuliginosi emergentes Origenistæ, inter alias quas proponerent sententias, illa erat, ut negarent Christum unum de Trinitate fuisse. Quamobrem ex asserentium pravitate reddi cœpta est prohibitio illa profana, quæ antea videri poterat ad cavendos Eutychianos utiliter introducta.

In tale igitur tantumque discrimen adducta Catholica fide, cum ista Constantinopoli controversia agitaretur, ut periclitari Christiana pietas videretur, irrumpentibus ex adverso Nestorianis atque Origenistis ex aditu illo, quem ad expugnandos Eutychianos occasio temporis aperiri suaserat: Epiphanius Constantinopolitanus Episcopus & cum eo Justinianus Imperator ac reliqui Orthodoxi ex adverso pugnantes, firmiterque resistentes, sicut asserebant, pie sancteque dici unum de Trinitate esse passum in carne, ita ex præscripto Catholicæ fidei nefas esse dicebant negare sanctissimam Virginem Mariam vere proprieque matrem Dei a Fidelibus nuncupandam.

VI. Acœmetæ monachi Nestoriani.

Istis in hunc modum se habentibus: qui Nestorianæ sententiæ potissimi assertores essent monachi Acœmetæ, cum ab Imperatore Justiniano, Epiphanio agente, magnopere urgerentur: auxilium ab Ecclesia Romana sperantes, a qua scirent eam fuisse rejectam sententiam, qua ab Eutychianis callide dicebatur unus de Trinitate passus in carne; simulac audierunt Joannem creatum esse Romanum Pontificem, legatos ad eum misere, rogantes, ut quæ semel esset explosa ab ipsa Ecclesia Romana sententia, nullo adversariorum conatu reciperetur, ne tantæ Ecclesiæ nota posset prævaricationis inuri, secundum Pauli Apostoli in se ipsum dictum (a): *Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico, prævaricatorem me constituo.* Audientes autem Epiphanius & Imperator, missam ab adversariis esse Romam legationem, adversus eam ad eumdem Joannem Romanum Pontificem dictos legatos Episcopos cum litteris, & ipsi miserunt: directa autem legatio est nomine Imperatoris, qui & ad eum litteras dedit. Sed quod ante ejusmodi legationem Romam missam, idem Imperator testetur in epistola ad Epiphanium (b), se eadem de causa edictum promulgasse; hic primo ipsum reddere, operæpretium judicamus: recitat illud Græce scriptum Contius, quod Latinitati his verbis tradit (c):

(a) Gal. 2.

(b) l. 7. C. de summa Trinit.

(c) Cont. prætermiss. l. 1. Cod. pag. 3.

VII. Edictum Justiniani de fide Catholica.

Cum Salvatorem & Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum nostrum colamus per omnia: studemus etiam, quatenus datum est humanæ menti assequi, imita-

PAGIUS

Summo Pontifice impetrarent. In eo Acœmetarum error versabatur, quod negarent *Unum de Trinitate incarnatum & carne passum*, & *Beatam Mariam vere & proprie esse Dei genitricem*. Adversus illos misit Justinianus Romam *Hypatium* Ephesiorum Episcopum, & *Demetrium a Philippis*, qui Sedem Apostolicam consulerent de his quæstionibus, & fidem Imperatoris, imo totius Orientalis Ecclesiæ, in ipsius ad Romanum Pontificem Epistola expositam, approbari obtinerent. Data est *Justiniani* Epistola sine die & Consule, & integra refertur a Baronio num. XII. & seqq. Ea anno tantum sequenti a Pontifice accepta, de qua & Acœmetarum damnatione ibidem agemus.

III. Propositio illa minime Eutychianis & Nestorianis favebat.

Dum Romæ quid hac in quæstione decernendum sit, accurate quæritur, *Anatolius* Romanæ Ecclesiæ Diaconus *Ferrandum* Carthaginensis Ecclesiæ Diaconum consuluit, quæ ejus esset de hac quæstione sententia. Ferrandus in Epistola ad *Anatolium* egregie quæstionem illam explicavit, ostenditque propositionem, de qua controversia erat, nullatenus favere Eutychianis, imo tam eorum, quam Nestorianorum erro-

tari ejus condescensionem, seu demissionem. Etenim cum quosdam invenerimus morbo atque insania detentos impiorum Nestorii & Eutychetis, Dei & sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ hostium, nempe qui detrectabant sanctam gloriosam semper Virginem Mariam Theotocon sive Deiparam appellare proprie & secundum veritatem; illos festinavimus, quæ sit recta Christianorum fides, edocere. Nam hi inevitabiles cum sint, celantes errorem suum, passim circumeunt (ut didicimus) & simpliciorum animos exturbant & scandalizant, ea astruentes, quæ sunt sanctæ Catholicæ Ecclesiæ contraria. Necessarium igitur esse putavimus, tam hæreticorum vaniloquia & mendacia dissipare, quam omnibus insinuare, quomodo aut sentiat sancta Dei & Catholica & Apostolica Ecclesia, aut prædicent sanctissimi ejus sacerdotes: quos & nos secuti, manifesta constituimus ea quæ fidei nostræ sunt, non quidem innovantes fidem (quod absit) sed coarguentes eorum insaniam, qui eadem cum impiis hæreticis sentiunt: quod quidem & nos in nostris Imperii primordiis pridem satagentibus fecimus manifestum.

VIII. Justiniani fidei professio. *Credimus itaque in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, & in Spiritum sanctum, unam essentiam in tribus hypostasibus, sive subsistentibus personis, adorantes unam Deitatem, unam potestatem, Trinitatem consubstantialem. In ultimis autem diebus confitemur Dominum nostrum Jesum Christum, unigenitum Dei Filium ex Deo vero Deum verum ante sæcula & sine tempore ex Patre natum, coæternum Patri, ex quo omnia, & per quem omnia, qui descendit de cælis, incarnatus de Spiritu sancto & sancta gloriosa & semper Virgine Maria, & humanatus sive homo factus est, & passus crucem pro nobis sub Pontio Pilato, sepultus est, & resurrexit tertio die. Unius ac ejusdem passiones ac miracula, quæ sponte pertulit in carne, cognoscentes. Non enim alium Deum Verbum & alium Christum novimus, sed unum & eumdem, consubstantialem Patri secundum divinitatem, consubstantialem matri secundum humanitatem. Ut enim est in divinitate perfectus, ita idem ipse & perfectus est in humanitate. Nam ejus secundum hypostasin, seu secundum personam unitatem suscipimus & confitemur. Mansit enim Trinitas, Trinitas; & post incarnationem unum ex Trinitate Dei Verbum: neque enim quartæ personæ adjectionem admittit sancta Trinitas.*

His ita se habentibus, anathematizamus omnem hæresim, præcipue vero Nestorium anthropolatram, & qui eadem cum ipso sentiunt & senserunt, qui dividunt unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei & Deum nostrum, & qui non confitentur proprie & secundum veritatem sanctam gloriosam & semper Virginem Mariam Theotocon seu Deiparam, id est, matrem Dei: Sed & qui duos Filios dicunt, unum ex Deo Patre Deum Verbum, alterum ex sancta semper Virgine Deipara Maria, gratia, habitudine, & propinquitate, quam cum Deo Verbo habet, natum esse: Et qui negant, nec confitentur Deum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei & Deum nostrum incarnatum & hominem factum & crucifixum, unum esse ex sancta & consubstantiali Trinitate. Ipse enim solus est coadorandus & conglorificandus Patri & sancto Spiritui. IX. Anathematizat hæreticos.

Anathematizamus insuper & Eutychetem mente captum, & qui cum eo sentiunt aut senserunt, qui phantasiam introducunt, negantque veram nativitatem seu generationem Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi ex sancta Virgine & Deipara, hoc est, nostram salutem: & qui non confitentur ipsum consubstantialem Patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Similiter anathematizamus Apollinarium psychophtoron, sive animicidam, & qui cum eo sentiunt vel senserunt; qui dicunt inanimem, hoc est, animæ humanæ expertem esse Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei & Deum nostrum: & qui confusionem aut conturbationem introducunt & invehunt in unigeniti Dei Filii humanationem sive humanitatem: & omnes postremo qui eadem cum ipso senserunt, aut sentiunt. Dat Idibus Martii, Constantinopoli, Justiniano PP. A. tertium Consule. Post hæc edicto ista subjecta leguntur: *Scriptum est superius edictum Ephesiis, item Cæsariensibus, item Cyzicenis, Amidenis. Trape-* X.

PAGIUS rores pariter perimere: *Nihil plane*, inquit, *diutius cogitans reperire valui, unde possit hæc sententia, (quod a quibusdam jactatur) Eutychianis favorem præbere. Primum enim mendacium delirantis Eutychetis hoc fuit, Unigenitum Deum, quando homo fieri dignatus est, non sibi assumpsisse Carnem de utero Virginali. Secundum vero, non esse nunc in Christo substantias duas, Divinitatis & humanitatis, sed ex duabus his unam factam substantiam. Retractemus igitur diligenter utrasque sententias, & si vel uni earum coaptari possit ista sententia, quæ Unum de Trinitate passum fatetur, sollicitius inquiramus. Quid rogo, proficit ad negandum filio Dei materni corporis veritatem, quando Unus de Trinitate passus asseritur? Nonne si unus de Trinitate est, vere Filius Dei est; & si passus est, vere habet materni corporis veritatem? Alioquin tolle corpus ex Matre sumptum, & quomodo pati potuit pura Divinitas? Perpende, qualis est caro Mariæ: sine dubio passibilis & mortalis. Ut ergo esset caro Verbi passibilis & mortalis, ex illa carne*

pezuntiis, Hierosolymitanis, Apameis, Justinianopolitanis, Augustanis, Tarsensibus, Ancyranis.

XI. *Causa promulgandi edicti.* Ad hujusmodi autem edictum promulgandum ante legationem Romam missam eo fuisse videtur motus impulsu Justinianus, ne adversariis, adversus quos ante Romanum Pontificem initurus perlegatos suos esset certamen, aliquis cavillandi calumniandique locus relinqueretur: cum ipse Imperator æque Eutychetem atque Nestorium eorumque sectatores condemnet & cum eis Apollinarem: peculiare enim tunc temporis erat, ut cum quis Nestorium damnaret, ab his Eutychianus diceretur, sive Apollinarista, contra vero Eutychetem condemnans, ab iisdem appellaretur Nestorianus. Sic igitur se munire voluit Imperator, hos omnes ante condemnans, ut se esse vere Orthodoxum publico significaret edicto. Sed jam ad missam Romam ad Joannem Papam legationem veniamus. Delectis igitur præcipuis Orientis Metropolitanis Episcopis, nempe Cæsariensi atque Ephesino ad obeundam legationem collegis, per eosdem hæc scripsit ad Joannem Romanum Pontificem (*a*):

(*a*) *l. 8. C. de summa Trinit.*

XII. *Imperator Justinianus, pius, felix, inclytus, triumphator semper Augustus Joanni sanctissimo Archiepiscopo almæ urbis Romæ & Patriarchæ.*

Ep. Justiniani ad Joannem Roman. Pont. *Reddentes honorem Apostolicæ sedi & vestræ sanctitati (quod semper nobis in voto & fuit & est) ut decet patrem honorantes vestram beatitudinem; omnia quæ ad Ecclesiæ statum pertinent, festinavimus ad notitiam deferre vestræ sanctitatis: quoniam semper nobis fuit magnum studium, unitatem vestræ Apostolicæ sedis, & statum sanctarum Dei Ecclesiarum custodire, qui hactenus obtinet & incommote permanet, nulla intercedente contrarietate. Ideoque omnes sacerdotes universi Orientalis tractus & subiicere & unire vestræ sanctitati properavimus. In præsenti ergo quæ commota sunt, quamvis manifesta & indubitata sint, & secundum Apostolicæ vestræ sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus firme custodita & prædicata; necessarium duximus, ut ad notitiam vestræ sanctitatis perveniant. Nec enim patimur quicquam quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quamvis manifestum & indubitatum sit quod movetur, ut non etiam vestræ innotescat sanctitati, quæ caput est omnium sanctarum Ecclesiarum. Per omnia enim (ut dictum est) properamus honorem & auctoritatem crescere vestræ sedis.*

XIII. *De Nestorianorum conatu.* *Manifestum igitur facimus vestræ sanctitati, quod pauci quidam infideles & alieni sanctæ Dei Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ, contradicere Judaice atque apostatice ausi sunt adversus ea quæ ab omnibus sacerdotibus secundum vestram doctrinam recte tenentur & glorificantur & prædicantur; denegantes Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Filium Dei Deum Dominum nostrum incarnatum de sancto Spiritu & ex sancta atque gloriosissima semper Virgine Dei genitrice Maria hominem factum atque crucifixum, unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandum Patri & Spiritui sancto, & consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis eumdem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eumdemque ipsum impassibilem deitate. Recusantes enim Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Filium Dei & Dominum nostrum fateri unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, videntur Nestorii malam sequi doctrinam, secundum gratiam dicentis unum Filium Dei, & alium dicentis Dei Verbum & alium Christum.*

XIV. *De Verbi Incarnatione quid sentiendum.* *Omnes vero sacerdotes sanctæ Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ & reverendissimi Archimandritæ sanctorum monasteriorum sequentes sanctitatem vestram, & custodientes statum & unitatem Dei Ecclesiarum, quam habent ab Apostolicæ vestræ sanctitatis sede, nihil penitus immutantes de Ecclasiastico statu, qui hactenus obtinuit atque obtinent, uno consensu confitentur & glorificant prædicantes Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Filium & Verbum Dei & Dominum nostrum ante sæcula, & sine tempore de Patre natum, in ultimis diebus descendisse de cælis, & incarnatum de Spiritu sancto, & ex sancta & gloriosa Virgine Maria*

PAGIUS *ne habet originem, quæ fuit passibilis & mortalis. In prole igitur cognosce similitudinem generis per testimonium passionis, & expugnari magis Eutychianos, quam foveri, quando Unus de Trinitate passus asseritur, velis, nolis, adverte, &c. sine dubio enim sub his verbis etiam prædicator unius in Christo substantiæ confutatur. Ut sit enim Christus Unus de Trinitate, ad Divinitatem pertinet; ut credatur Passus, ad humanitatem. Non esset, qui passus est, Unus de Trinitate, nisi unam haberet cum Patre & Spiritu Sancto Divinitatem. Non esset passus, qui Unus est de Trinitate, nisi consubstantialem Matri haberet humanitatem. Sileat ergo unius naturæ in Christo prædicator: duas enim naturas commemorat, qui Unum de Trinitate passum fatetur. Unum de Trinitate passum, Nestorianis non immerito displicet. Introducere enim quartam personam volunt, cui accidisse æstimant passiones. Eutychianis autem Unum de Trinitate passum non recte placet, si tamen placet. Ipsi enim duas Christi permanere Naturas evidenter contendunt negare, quibus per hoc Capitulum manifesta re contradicitur.*

IV. Cum propositio hæc, *Unus de Trinitate passus est Carne*, in varios sensus distrahi possit, de qui-

ria natum & hominem factum & crucifixum, unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandum Patri & sancto Spiritui: nec enim alium Deum Verbum & alium Christum cognoscimus, sed unum atque eumdem ipsum consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem; passibilem carne, eumdem ipsum impassibilem deitate. Ut enim est in divinitate perfectus, ita etiam ipse in humanitate perfectus est. In una enim substantia deitatem suscipimus & confitemur quod dicunt Græci τῶν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν, *id est, eam quæ secundum personam est unitatem seu conjunctionem confitemur.*

XV. S. Maria vere Mater Dei. *Et quoniam unigenitus Filius & Verbum Dei ante sæcula & sine tempore de Patre natus, idem ipse & in ultimis diebus descendens de cælis incarnatus est de Spiritu sancto, & ex sancta atque gloriosa semper Virgine Dei genitrice Maria homo factus Dominus noster Jesus Christus proprie & vere Deus est: ideo & sanctam atque gloriosam Virginem Mariam prope & vere Dei matrem esse dicimus: non quia Deus Verbum principium ex ipsa sumpserit, sed quia in ultimis diebus descendit de cælis, & ex ipsa incarnatus & homo factus & natus est: quem confitemur & credimus (sicut dictum est) consubstantialem esse Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis eumdem ipsum secundum humanitatem: ejusdem miracula & passiones, quas sponte in carne suscepit, agnoscentes.*

XVI. *Suscipimus autem sancta quatuor Concilia, id est, trecentorum decem & octo sanctorum Patrum qui in Nicæna urbe congregati sunt, & centum quinquaginta sanctorum Patrum qui in hac regia urbe convenerunt, & sanctorum Patrum qui in Epheso primum congregati sunt, & sanctorum Patrum qui Chalcedone convenerunt, sicut vestra Apostolica sedes docet atque prædicat. Omnes ergo sacerdotes sequentes doctrinam Apostolicæ sedis vestræ ita credunt & confitentur & prædicant.*

XVII. *Unde properavimus hoc ad notitiam deferre vestræ sanctitatis per Hypatium & Demetrium beatissimos Episcopos; ut nec vestram sanctitatem lateant, quæ a quibusdam paucis monachis male & Judaice secundum Nestorii perfidiam denegata sunt. Petimus ergo vestrum paternum affectum, ut vestris ad nos destinatis litteris & ad sanctissimum Episcopum hujus almæ urbis & Patriarcham fratrem vestrum (quoniam & ipse per eosdem scripsit ad sanctitatem vestram, festinans in omnibus sedem sequi Apostolicam beatitudinis vestræ) manifestum nobis faciatis, quod omnes qui prædicta recte confitentur, suscipit vestra sanctitas; & eorum qui Judaice ausi sunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam. Plus enim ita & circa vos omnium amor & vestræ sedis crescet auctoritas: & quæ ad vos est unitas sanctarum Ecclesiarum, inturbata servabitur, quando per vos didicerint omnes beatissimi Episcopi eorum quæ ad vos relata sunt, sinceram vestræ sanctitatis doctrinam. Petimus autem vestram beatitudinem orare pro nobis, & Dei nobis acquirere providentiam.* Item subscriptio talis fuit. *Deus te conservet per multos annos, sancte ac religiosissime Pater.* (De Legatis missis & litteris datis.)

Litteræ autem ab Epiphanio Episcopo Constantinopolitano ad Joannem Pontificem, quarum Justinianus mentionem facit, non extant. Meminit hujus legationis Anastasius, qui & de muneribus a Justiniano missis agit his verbis: *Eodem tempore vir religiosus Augustus Justinianus summo amore Christianæ religionis mittit fidem suam scriptam chirographo proprio ad sedem Apostolicam per Episcopos Hypatium & Demetrium. His diebus obtulit Christianissimus Imperator beato Petro Apostolo scyphum aureum circumdatum gemmis prasinis & albis, & alios calices argenteos duos, scyphum pensantem libras quinque, calices argenteos singulos pensantes libras sex, & alios calices argenteos duos pensantes libras quindecim, palliola vero auro texta quatuor.* Hæc ibi. XVIII. (Munera Justiniani oblata S. Petro.)

Detentos autem legatos fuisse usque in sequentem annum, ex reddita a Joanne Pontifice epistola ad Justinianum Imperatorem data sub quarto ejusdem Justiniani Consulatu cum collega Paulino, satis intelligi potest: reddemus ergo eamdem suo loco. Quid autem hoc anni tempo- XIX.

PAGIUS (Eam multi male interpretabantur.) quibus agit Lupus in Notis ad Synodum Ephesinam, inde ob eamdem tot tragœdiæ excitatæ. *Trifolius* Presbyter in Epistola ad Faustum Senatorem, quæ extat Tomo IV. Concil. edit. Labbeanæ pag. 1590. eam sinistro prorsus interpretamento excepit, aitque: *Ista doctrina de fonte Arii prodivit, & est conveniens omnibus hæresibus*, &c. Verum is error Presbytero isti condonandus, qui a *Fausto* Senatore de hac propositione interrogatus per Epistolam, nec certior factus de fide & doctrina Scytharum Monachorum, sed de turbis duntaxat ab ipsis Constantinopoli & Romæ excitatis, facile sibi persuasit eos propositionem illam hæretico sensu asserere, maxime cum & Legatos *Hormisdæ* Pontificis Romani adversarios haberent, & ipsummet Pontificem. Præterea nec ipsa Propositio Scytharum fideliter ad *Trifolium* relata est, ut liquet ex Epistolæ ejus initio. Quæsivit enim ab eo Faustus Senator, quid de illa propositione sentiret: *Unus de Trinitate crucifixus est:* & tamen propositio Monachorum Scytharum hæc erat: *Unus de Trinitate crucifixus est Carne.* Omnia *Trifolii* dubia resolvit Natalis Alexander in Dissert. Sæculi sexti Ecclesiæ Dissert. I.

pore actum sit, antequam dicamus, agendum de epistola ejusdem Imperatoris ad Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum data hoc ipso anno sub tertio Justiniani Consulatu, septimo Kalendas Aprilis: in qua cum mentio habeatur dictæ Justiniani epistolæ ad Joannem Papam, eam ante dictam diem fuisse scripam oportet. Quoniam vero res agitur maximi ponderis, nihil plane prætermittendum est, quod in ea scriptum reperiatur. Ipsam igitur in primis Justiniani Imperatoris ad Constantinopolitanum Episcopum post missam Romam legationem conscriptam reddamus epistolam. Quod enim adversarii Justiniani sparsissent in vulgus, ipsum eorum assertione verborum Concilium Chalcedonense labefactare, contemnere vero alia Concilia generalia; visum fuit ipsi pernecessarium palam exponere, quo esset erga sanctas quatuor Synodos affectu, & quomodo pro ipsis jugiter laboraret. Epistola autem sic se habet (*a*):

(a) *l. 7. C. de summa Trinitate.*

Imperator Epiphanio sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo regiæ hujus urbis & œcumenico Patriarchæ.

XX. Justiniani ep. ad Epiphanium. *Cognoscere volentes tuam sanctitatem ea omnia quæ ad Ecclesiasticum spectant statum; necessarium duximus hisce ad eam uti divinis compendiis, ac per ea manifesta eidem facere quæ jam moveri cœpta sunt, quamquam & illa eamdem cognoscere sumus persuasi. Cum itaque comperissemus quosdam alienos a sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, impiorum Nestorii & Eutychetis secutos deceptionem; divinum antehac promulgavimus edictum (quod & tua novit sanctitas) per quod hæreticorum furores reprehendimus: ita ut nullo quovis omnino modo immutaverimus, immutemus, aut prætergressi simus eum qui nunc usque coadjuvante Deo servatus est, Ecclesiasticum statum, quemadmodum & tua novit sanctitas; sed in omnibus servato statu unitatis sanctissimarum Ecclesiarum cum ipso sanctissimo Papa veteris Romæ, ad quem similia hisce perscripsimus. Nec enim patimur, ut quicquam eorum quæ ad Ecclesiasticum spectant statum, non etiam ad ejusdem referatur beatitudinem, cum ea sit caput omnium sanctissimorum Dei sacerdotum: vel eo maxime, quod quoties in his locis hæretici pullularunt, & sententia & recto judicio illius venerabilis sedis correcti sint.*

XXI. *Ideoque ex præsentibus divinis nostris breviculis sciet tua sanctitas, quæ a nobis proposita sunt * quam & quibus studio est pessime interpretari quæ a nobis statuta sunt, comprehendetur. Pauci quidam infideles, & alieni a sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia contradicere Judaice ausi sunt adversus ea quæ ab omnibus sacerdotibus recte observantur, probantur, & annunciantur; negantes Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Filium Dei & Deum nostrum incarnatum ex Spiritu sancto & sancta gloriosa semperque Virgine & Deipara hominem factum & crucifixum, unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, coadorandum & glorificandum Patri & sancto Spiritui, consubstantialem Patri secundum deitatem, consubstantialem nobis eumdem secundum humanitatem; passibilem carne, eumdem impassibilem deitate. Recusantes enim Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Filium Dei & Deum nostrum fateri unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, manifeste deprehenduntur impii Nestorii sequi pravam doctrinam, secundum gratiam eum dicentes Filium Dei, & alium Deum Verbum, & alium Christum dicentes: quos anathemate damnamus, eorum etiam dogmata, eos etiam qui eadem cum ipsis senserunt, ut alienos a sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia.* Quod audis, lector, Justinianum anathemate hæreticos condemnare, sic intelligas (ut sæpe ostensum est) eosdem jam ante in sacris Synodis a Patribus condemnatos, eadem ipsorum sententia punitos atque damnatos habendos. Pergit vero:

Et reverendissimi sacrorum monasteriorum Archimandritæ sequentes sanctorum Patrum traditionem (ea scilicet fide, ut nihil omnino antebac immutarint, aut hodie immutent ab eo, qui nunc usque, sicut dictum fuit, obtinuit, Ecclesiastico statu) unanimiter fatentur & cum gloria annunciant Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Filium esse & sine tempore ex Patre genitum, & in novissimis diebus descendisse ex cælis, & incarnatum ex Spiritu sancto & sancta gloriosa semper Virgine & Deipara Maria, & hominem factum & crucifixum, unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis. Consubstantialem enim ipsum scimus Patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis eumdem secundum humanitatem; passibilem carne, eumdem impassibilem deitate. Quemadmodum enim est in deitate perfectus, sic idem in humanitate perfectus: ideoque eam quæ est secundum hypostasin unionem amplectimur & confitemur: quemadmodum etiam unigenitus Filius Verbum Dei ante sæcula & sine tempore ex Patre genitus, idem quoque in novissimis diebus descendit de cælis, & carnem assumpsit ex Spiritu sancto & sancta gloriosa Deipara Maria, & homo factus est: quem confitemur (quemadmodum dictum est) consubstantialem Patri secundum divinitatem, consubstantialem eumdem nobis secundum humanitatem: ejusdem miracula & passiones, quas ultro sustinuit, carne confitentes. XXII. Hæc

XXIII. *Hæc igitur sunt, in quibus per divinum nostrum edictum hæreticos coarguimus: cui divino edicto vel omnes reperti hic verissimi Episcopi & reverendissimi Archimandritæ cum tua sanctitate subscripserunt, servantes in omnibus sancta quatuor Concilia, & quæ in unoquoque eorum constituta, Nicænum trecentorum decem & octo Patrum, & hujus regiæ urbis centum quinquaginta, & Ephesinum prius, & Chalcedonense, manifeste omnibus qui una nobiscum sentiunt Fidelibus sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ traditam regulam fidei, hoc est, sanctam formulam seu Symbolum tenemus & custodimus a trecentis decem & octo Patribus expositam, & illud quod in hac regia urbe centum quinquaginta sancti Patres apertius exposuerunt, non quod defectuosum esset prius: sed quoniam veritatis hostes partim subvertere cœperant sancti Spiritus deitatem, partim ex sancta semper Virgine Maria Deipara veram incarnationem Dei Verbi negaverant: propterea Scripturæ testimoniis idem Symbolum supradicti centum quinquaginta Patres apertius exposuerunt: idque & ante omnes sanctæ Synodi Ephesina prior & Chalcedonensis eamdem fidem sequentes susceperunt & custodierunt, sanctam & gloriosam semper Virginem Mariam Deiparam publicarunt, & non confitentes eam Deiparam anathemate percelluerunt; similiter anathematizarunt eos qui aliud Symbolum, aliamve sanctam formulam traderent præter eam quæ a trecentis decem & octo sanctis Patribus exposita esset, & explicata & corroborata a centum quinquaginta sanctis Patribus in hac regia urbe congregatis.*

XXIV. *Et quidem Ephesinum prius impium Nestorium & ejus dogma sustulit & anathematizavit, ad hæc eos qui cum eo senserunt & sentiunt, & qui consenserunt & consentiunt. Chalcedonense vero sanctum Concilium damnavit & ejecit a sanctis Dei Ecclesiis & anathematizavit impium Eutychetem, ejusque dogmata, & qui eadem cum illo senserunt & sentiunt, & qui consenserunt, eidem & consentiunt; & omnes hæreticos, eorumque dogmata, & qui cum illis senserunt & sentiunt, anathematizavit: pariter anathematizavit Nestorium, scilicet, ejusque dogmata, & qui cum eo senserunt & sentiunt, & qui cum eo consenserunt & consentiunt. Chalcedonense verum S. Concilium magni Procli ad Armenios conscriptam epistolam, quod oporteat* confiteri *Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei & Deum nostrum unum S. Trinitatis per propriam relationem, suscepit & confirmavit.*

XXV. *Quæ prædicta quatuor sancta Concilia si negligimus, aut ea quæ his constituta; damus licentiam damnatis ab iis hæreticis eorumque dogmatibus suam pestem rursus in sanctis Dei Ecclesiis ostendere. Optandum itaque ut quod nondum contigit fieri, hoc aliquando contingat: idque eo magis, quod supradicta quatuor sancta Concilia speciali confessione hæreticos eorumque dogmata damnarunt. Ideoque si quis ab uno supradictorum sanctorum quatuor Conciliorum dissentiat, palam est eum amplecti dogmata a sanctis illis Patribus damnata & anathematizata. Nullus itaque frustra vos turbet spe vana innixus, quasi nos contrarium a supradictis quatuor Conciliis fecerimus, aut faciamus, aut fieri a quibusdam permittamus, aut aboleri eorumdem sanctorum quatuor Conciliorum piam memoriam ex dictis Ecclesiæ Diptychis sustineamus. Omnes enim qui ab iis damnati & anathematizati sunt, & damnatorum dogmata, eosque qui eadem ac ipsi senserunt, aut sentiunt, anathematizamus. Ita bene precetur nobis & nostro Imperio beatitudo tua, omnes de nostra intentione & nostro erga irreprehensibilem fidem studio docens & certiores faciens. Data VII. Kalendas Aprilis, Constantinopoli D. N. Justiniano PP. A. III. Consule.* Hactenus ad Epiphanium, publicum tamen exponendum edictum. Quod enim ea de passo uno ex Trinitate verba Hormisda non recepisset, ne quid inferretur præjudicii Chalcedonensi Concilio, quod ea professus Justinian. diceretur ab adversariis Chalcedonensis Concilii; ea de causa apologiam pro sua fide in dicta ad Epiphanium epistola instituisse videtur. Sed res gestas Romæ, cum legati ibidem morarentur, accuratius prosequamur.

Illud vero hic in limine admonendum, seu potius ad memoriam revocandum; quod in Hormisda sæpe superius dictum est: numquam eam sententiam ab ipso Hormisda fuisse rejectam tamquam hæreticam, sed proscriptam ut novam atque suspectam, ne sub ea Eutychianorum fallaciæ occultarentur: re tamen ipsa, si dolus abesset, qui timebatur in monachis illis valde suspicione Eutychianæ hæresis laborantibus, recipienda esset omnino. Quamobrem cum personæ mutatæ essent, desiissentque penitus illæ de quibus doli suspicio haud levis esset; absque Hormisdæ Papæ injuria revocari ea posse videbatur in dubium, abutentibus persertim Nestorianis & Origenistis ipsius Hormisdæ Papæ Apostolica auctoritate. Hinc enim licentia parta est Orthodoxis Episcopis Constantinopoli agentibus una cum Epiphanio ejus civitatis Episcopo, simulque Justiniano Imperatori, de his tractandi apud Joannem Romanum Pontificem, missa ad eum honorificentissima legatione. XXVI.

XXVII. Cum autem legatio Imperatoris Romæ audita esset, lectæque litteræ eodem argumento conscriptæ tum ab ipso Justiniano Imperatore, tum etiam ab Epiphanio Episcopo Constantinopolitano; sed & nec spreti essent legati ab Acœmetis monachis Constantinopoli degentibus Romam missi: auditi & ipsi, qui Hormisdæ Papæ se tueri sententiam profiterentur; diu fluctuatum est apud nonnullos Ecclesiæ Romanæ clericos, num Justiniani Imperatoris fidei confessio recipienda esset, quam in Scythiæ monachis ante visus erat explosisse (ut vidimus) Hormisda Papa. Prudentiores autem causæ diversitatem considerantes, ut jure tunc ab Hormisda, cum ageret adversus subdolos Eutychianos, esse rejectam eam sententiam intellexerunt; ita conversa nunc alea, & adversus Nestorianos mutato certamine, recte a Joanne Papa debere recipi affirmarunt. Contra vero dubitavere plerique, num quod semel ab Ecclesia Romana negatum esset, deberet admitti.

XXVIII. Inter hæc ambigua, dum graves hinc inde sententiæ dicerentur, neque quicquam definiretur ab ipso Romano Pontifice cuncta gravi lance judicii expendente: toto anni hujus temporis spatio, ab adventu videlicet legatorum usque ad eorumdem profectionem ab Urbe, nihil propensiori studio est Romæ ab Apostolica sede curatum, quam ut quid decernendum esset, quam accuratissime quæreretur. Tunc temporis Anatolius S. R. E. diaconus consuluit Ferrandum diaconum Carthaginensis Ecclesiæ discipulum Sancti Fulgentii, virum hujus temporis doctrina insignem, quæ ipsius esset de proposita quæstione sententia: num videlicet absque aliqua licet levi fidei Orthodoxæ offensione dici posset unus de Trinitate passus in carne. Ad quem idem Ferrandus prolixam satis atque eruditam epistolam scripsit, haud pridem editam una cum aliis ejus opusculis ab Achille Statio Lusitano; qua cum multa de Verbi incarnatione disseruisset, ubi ad quæstionem de qua est controversia venit, hanc firmat conclusionem: Recte dici unum de Trinitate passum, sed securius addi, passum in carne: nam hæc post multa habet:

Ferrandus consultus ab Anatolio Rom. diacon.

XXIX. *Propter istos ista dixi, qui nunc audientes unum de Trinitate passum, dicunt, Adde secundum carnem: quasi aliter intelligi debeat, etiam si ego non addam: vel addere multum necessarium sit, quod etiam si non additur, apparet. Libenter autem exigi a me patior, quod ultro addere sum paratus. Incunctanter profert lingua, quod retinet conscientia. Unus de Trinitate Filius Dei Jesus Christus, qui est una persona de tribus personis, passus est secundum carnem.* Ad postremum autem post alia fusius disputata, hæc subdit: *Superest nunc in conclusione hujus voluminis eisdem duabus sententiis, de quibus inter se disputantium fratrum prolixa fit altercatio, nequa remanere vel suspiciosis videatur ambiguitas; dare quamdam fidei regulam, qua præcedente, simplicitas loquentium manifestetur & audientium removeatur scandalum. Dicturus ergo unum de Trinitate passum, prius addat, omnipotentis Dei unam substantiam, tres esse personas, ex quibus una persona, id est, Filius Deus permanens, homo factus, natus, & passus sit, neque Patre neque Spiritu sancto pariter incarnato; quamvis opus nostræ redemptionis tota fuerit Trinitas operata, &c.* Hæc ad omnes obstruendos aditus impiæ calliditati.

XXX. Scripsit vero idem Ferrandus eodem argumento aliam epistolam ad Severum Scholasticum Constantinopolitanum: quæ licet minime integra habeatur, satis suppleri potest ex dicta ad Anatolium diaconum epistola. Sicut ergo Ferrandus monuit, ita factum a Justiniano Imperatore apparet, ut cum assereret unum de Trinitate passum, multa præmiserit, & rursus multa subjecerit, quæ omnem possent de subdola captione suspicionem auferre: ut non mirum sit, si ipsius Imperatoris confessi a Romano Pontifice post anni unius agitatam controversiam recepta fuerit atque probata, ut videbimus ex litteris ejusdem Pontificis ad ipsum redditis anno sequenti. Quæ quidem omnia ex sententia etiam Chalcedonensis Concilii esse dicta, Facundus Episcopus Hermianensis in tractatu ad Justinianum Imperatorem de tribus capitulis, pluribus docet ipso libri principio: extat ipse scriptus in Vaticana bibliotheca. Sed & Dionysius Exiguus eidem favit sententiæ; cujus rei gratia tunc in Latinum transtulit Procli epistolam ad Armenos, cui præfationem affixit, qua docuit pie recteque dici, unum ex Trinitate passum in carne. Erat viri hujus Romæ hoc tempore (ut dictum est ex Cassiodoro) æstimatio summa. Sed ad legationem redeamus.

XXXI. Meminit hujus a Justiniano missæ legationis Procopius, ubi agit de Theodato Gotho conante in odium Amalasunthæ prodere Tusciam, cui ipse præerat, Justiniano Imperatori. Nam ait (a): *Hanc sibi mali animi imprimere promptitudinem Amalasuntha* * *occeperat, eaque de causa infensior illi Theodatus erat, remque moleste ferebat. Unde huic animo inerat, Justiniano Tusciam prodere; cujus rei ob gratiam ubi primum vim magnam pecuniarum & Consularem dignitatem ab eo in præmium retulisset, Byzantii mens erat de cætero commorari. Hæc Theodato* ani-

(a) Procop. de bello Goth. lib. 1.

* Amalasuentha.

Theodatus quid cum legatis.

animo volvente, ex Byzantio ad Romanum Antiſtitem legati venerunt, Chriſtianorum altercationis ſedandæ cauſa ſentientium varia & inter ſe diſceptantium. Sed qualeſnam iſtorum controverſiæ ſint, etſi minus ignorem, haudquaquam tamen in præſenti meminerim, nimirum qui furentis eſſe veſaniæ ducam, Dei velle qualiſnam ſit perveſtigare naturam: hominem namque mortalem ne humana hæc quidem ad verum poſſe comprehendere reor, nedum ad divinæ naturæ pervenire cognitionem ſat queat. Sed per me iſta ſine diſcrimine prætereantur, quæ ſola credulitate venerantur mortales: ipſe vero de Deo fateri nil aliud hoc tempore auſim, niſi quod bonus omnino & rector ſit, & univerſa in ſua habeat poteſtate. Iſta Procopius, qui impietatis arguitur ab ejuſdem temporis ſcriptoribus: ut non mireris, ſi quæſtiones fide Chriſtiana contemnit. Porro his dictis indicat perplexas ſatis atque prolixas ejuſmodi controverſias fuiſſe, pugnantibus ex adverſo legatis Acœmetarum.

XXXII. Simoniaca labes invaluit. Sed ne diſcedamus ab Urbe: hoc ipſo tempore quo Joannes Papa (ut dictum eſt) Pontificiam ſedem obtinuit, quod multa accidiſſent indigna in ipſa Romana Eccleſia ſede vacante, dum videlicet complures ut ad Pontificatum adipiſcendum ſibi aditum præpararent, Eccleſiæ bona effudiſſent, & inter eos fuiſſent alii qui corruperint aliquos ex Senatoribus dando pecunias, ut poſtularentur in Romanum Pontificem: id indigne ferens Senatus ipſe in primis, adverſus eos qui adeo turpiter aliquid accepiſſent, Senatus conſultum promulgavit. Egit inſuper & Joannes Papa apud Athalaricum Regem, ut qui impudenter Eccleſiaſticos canones proculcarent, Regis perterrerentur edicto: per Eccleſiæ enim Defenſorem petiit ab ipſo Athalarico Rege, ut adverſus ejuſmodi ſimoniacos, quos non compeſcerent ſacri canones, regia ageret poteſtate; pœniſque ſæculi eoſdem comprimeret, quos nec Dei timor, neque Eccleſiaſtica cenſura corrigeret. Sic igitur idem Athalaricus hæc ad ipſum Jo. Papam reſcripſit (*a*):

(*a*) *apud Caſſiod. Var. lib. 9. Epiſt. 15.*

XXXIII. Athalaricus adverſus ſimoniacos. *Joanni Papæ Athalaricus Rex.*

Si antiquis Principibus ſtudium fuit leges exquirere, ut ſubjecti populi delectabili tranquillitate fruerentur; multo præſtantius eſt, talia decernere, quæ poſſint ſacris regulis convenire. Abſint enim a noſtro ſæculo damnoſa compendia. Illud tantum poſſumus verum lucrum dicere, quod conſtat divina judicia non punire. Nuper ſiquidem ad nos Defenſor Eccleſiæ Romanæ flebili allegatione pervenit, cum Apoſtolicæ ſedi peteretur Antiſtes, quoſdam nefaria machinatione neceſſitatem temporis aucupatos, ita facultates pauperum extortis promiſſionibus ingravaſſe, ut (quod dictu nefas eſt) etiam ſacra vaſa emptioni publicæ viderentur expoſita. Hoc quantum fuit crudele committi, tantum religioſum eſt, adhibita pietate, reſecari. Atque ideo ſanctitas veſtra ſtatuiſſe nos præſenti definitione cognoſcat, quod etiam ad univerſos Patriarchas atque metropolitanas Eccleſias volumus pertinere, ut a tempore ſanctiſſimi Papæ Bonifacii, cum de talibus prohibendis ſuffragiis Patres conſcripti Senatuſconſultum nobilitatis ſuæ memores condiderunt. Quodnam autem fuerit iſtiuſmodi Senatuſconſultum, ita ſubiicit:

XXXIV. Senatus conſultum adverſus ſimoniacos. *Quicumque in Epiſcopatu obtinendo ſive per ſe, ſive per aliam quamcumque perſonam aliquid promiſiſſe declaratur ut execrabilis contractus cunctis viribus exueretur. * Si quis autem in hoc ſcelere deprehenditur fuiſſe verſatus, nullam relinquimus vocem: verum etiam ſi aut repetendum, aut quod acceptum eſt, non reddendum eſſe crediderit, ſacrilegii reus, protinus habeatur, accepta reſtituens compulſione judicis competentis.* Hactenus Senatuſconſultum non adverſus clericos promulgatum, ſed in laicos, quibus ob poſtulationem alicujus in Epiſcopum aliquid datum vel promiſſum eſſet; ſed omnia reddens irrita, nec eis aliquod voluit eſſe ſuffragium in poſtulando. Hæc autem Rex Athalaricus confirmans a Senatu decreta, eoſdem impie agentes coercet, iſta ſubdens:

* efferretur, efficeretur.

XXXV. Confirmatio S. C. *Juſtiſſimæ quidem leges ut bonis aperiunt, ita claudunt malis moribus actionem: propterea quicquid in illo Senatus decretum eſt conſulto, præcipimus in eos modis omnibus cuſtodiri, qui ſe quoquo modo per interpoſitas quaſcumque perſonas ſceleſtis contractibus miſcuerunt.* His in confirmatione Senatuſconſulti appoſitis, eidem ipſe feſtinus occurrere ſtuduit ſacrilegio, cum videlicet quis, ut ſubriperet ſibi Pontificatum, majorem pecuniæ ſummam, quam alii ſolerent, populo daturum promitteret, iſtiuſmodi promiſſionibus veluti auctione quadam emens ſibi, conciliata populi gratia, Pontificiam ſedem: quod nefandum ſcelus ut penitus tolleretur eo modo quo diximus, per Defenſorem Eccleſiæ apud Regem agens Joannes Papa curari petiit: cui Rex annuens, iſta ſubjunxit:

XXXVI. De pecunia in conſecratione ſolvenda. *Et quia omnia decet ſub ratione moderari, nec poſſunt dici juſta, quæ nimia ſunt: cum de Apoſtolici conſecratione Pontificis intentio fortaſſe prævenerit *, & ad Palatium noſtrum producta fuerit altercatio populorum, ſuggerentes nobis, intra tria millia ſolidorum cum collectione chartarum cenſemus accipere; a quibus tamen omnes inidoneos * rei ipſius conſideratione removemus: quia de Eccleſiaſtico munere pauperibus eſt potius conſulendum.*

* pervenerit.

* idoneos.

dum. Alios vero Patriarchas, quando in Comitatu nostro de eorum ordinatione tractatur, in supradictis conditionibus atque personis intra duo millia solidorum jubemus expendere: in civitatibus autem suis tenuissimæ plebi non amplius quam quingentos solidos se distributuros esse cognoscant. Reliquos accipientes & edicti præsentis & Senatusconsulti nuper habiti pœna constringat, & dantes canonum severitas persequatur. Vides non audere Regem in dantes clericos pœnam convertere, sed in accipientes tantummodo laicos, relinquens illos canonum censura plectendos: ut sicut Senatusconsultum, ita & Regis edictum laicas tantum personas respiciat, quæ aliquid hujusmodi ex causa acceperint; prout etiam quæ dicentur, insinuant. Sed & hic obiter illud observa, per Patriarchas intelligi Archiepiscopos: præter enim Romanum Pontificem, nullus Patriarcharum in ditione erat Athalarici Italiæ Regis. Ex Gothis enim ejusmodi vocis usus emersit, ut Archiepiscopi in Occidente Patriarchæ etiam dici cœperint. Subdit ergo:

XXXVII. *Vos autem, qui Patriarcharum honore reliquis præsidetis Ecclesiis, quoniam constitutio nostra ab illicita promissione liberavit: restat, ut bona imitantes exempla, sine aliquo Ecclesiarum dispendio dignos majestate Pontifices offeratis. Iniquum est enim, ut locum apud vos habeat ambitus, quem nos laicis divina consideratione præclusimus. Quapropter si quis Apostolicæ Præsulem Ecclesiæ, vel Patriarcharum Episcopum sive per se, sive per parentes nobis * servientium quascumque personas aliqua suffragii crediderit ambitione promovendum; & ipsum reddere accepta definimus, & quod est canonibus statutum, eum modis omnibus esse passurum. Si quis vero quæ dederit aut promiserit, eodem superstite timuerit publicare, ab hæredibus vel pro hæredibus ejus Ecclesia repetat, cujus suffragio Antistes deprehenditur ordinatus: nota infamiæ nihilominus superstites inurente, reliquos quoque ordines sub eadem fieri distinctione præcipimus.*

* nos.

Pœna sequatur hæredes.

XXXVIII. Aperta via accusatoribus. *Quod si forsitan dolosæ machinationis invento sacramentis persona intercedentibus fuerit obligata, ut salvo statu animæ commissam iniquitatem neque approbare possit, neque audeat accusare: damus licentiam quibuslibet honestis personis in singulis quibusque civitatibus apud Judices competentes hoc crimen deferre: & quicquid ex ea potuerit probatione recolligi, ut ad probationem * insequenter animemus, tertiam partem judicatæ rei ille percipiat, qui tale facinus voluerit publicare; reliqua vero ipsis ecclesiis proficiant quæ videntur extorta, aut in fabrica earum, aut in ministerio nihilominus profutura. Decet enim ad usus bonos convertere, quæ voluit perversitas inimica fraudare. Quiescat igitur malignantium prava cupiditas. Quo tendunt, qui a fonte præclusi sunt? Recolatur & timeatur Simonis justa damnatio, qui emendum credidit totius largitatis auctorem.*

* approbatione.

Orate igitur pro nobis edicta nostra custodientes; quia divinis noscitur convenire mysteriis. Sed quo facilius Principis votum universorum mentibus innotescat: hoc Senatui, hoc populis per Præfectum Urbis præcipimus intimari: ut generalitas agnoscat, nos illos prosequi, qui majestati divinæ potius viderentur adversi. Vos quoque hoc universis, quos Deo propitio regitis, Episcopis intimate; neque sit alienus a culpa, qui potuit cognoscere constituta. XXXIX. Hactenus ad Joannem Papam rescriptum sive edictum Athalarici Regis. Ex quibus intelligis, quam execrabilis semper fuerit in Ecclesia simoniaca culpa, adversus quam (quod canones non proficerent) Ariani Regis auxilium oportuerit implorasse. Sed illud cessit ignominiosius, cum recitatum edictum adversus hujusmodi delinquentes idem Rex voluit marmoreæ inscribi tabulæ, & ante sancti Petri atrium illam perspicuam cunctis apponi. Ex violentis hisce remediis, quam grandis morbus irrepserit, est facile judicare. Ad hæc igitur naviter implenda ipse Athalaricus ad Præfectum Urbis ista conscripserit (a):

(a) Apud Cassiod. lib. 9. epist. 16.

Salvantio V. I. Præf. Urbis Athalaricus Rex.

XL. *Grata res est, cuncta profutura vulgare; ut generale fiat gaudium, quod potuit esse votivum: alioqui læsionis causa nascitur * si beneficia potius occultantur. Dudum siquidem Senatus amplissimus a splendore suo cupiens maculam fœdissimæ suspicionis abradere, provida deliberatione constituit, ut in beatissimi Papæ consecratione nullus se abominabili cupiditate pollueret: pœna etiam constituta, qui talia præsumere tentavisset. Non injuria: quia tunc electi vere meritum quæritur, cum pecunia non amatur. Quod nos laudantes & augentes inventum, ad beatissimum Papam direximus constituta, quæ his antelata perfulgent, ut ab honestate sanctæ Ecclesiæ profanus ambitus auferatur. Hoc nos ad notitiam Senatus & Romani populi volumus sine aliqua dilatione perducere, quatenus cunctorum figatur cordi, quod cupimus omnium studio custodiri. Verum ut principale beneficium & præsentibus hæreat sæculis & futuris; tam definita nostra quam Senatusconsulta tabulis marmoreis præcipimus decenter incidi, & ante atrium beati Petri Apostoli in testimonium publicum collocari. Dignus enim locus est, qui & glo-*

* noscitur.

Edictum Regis ante atrium S. Petri affixum.

gloriosam mercedem nostram, & Senatus amplissimi laudabilia decreta contineat. In quam rem illum direximus: quo redeunte, noscamus impleta quæ jussimus. Incertum enim videtur habere quod præcipit, cui rerum effectus tardius innotescat. Hactenus mandatum Præfecto Urbis datum, ad quem etiam de relaxandis a vinculis duobus nobilibus Romanis civibus, agente pro illis eodem Joanne Papa rescriptum (*a*) extat. Sed de Joannis Papæ rebus gestis hoc anno jam satis: ad Justinianum recurrat oratio.

(*a*) *apud Cassiod. Var. lib.9. epist. 17.*

XLI. De tempore quo victi sunt Wandali.

Hoc ipso anno, cum idem Imperator tertium gereret Consulatum, ubi cum Persis pacem firmavit, comparata classe adversus Wandalos, ipsis expugnatis, Africam ab illis possessam Romano recuperavit Imperio, ducto captivo, qui regnum Hilderici invaserat Gilimere. De his cum simus acturi, temporis in primis ratio est ineunda atque firmanda: cum sciamus apud Marcellinum Comitem, qui his temporibus vixit, hæc referri ad quartum Justiniani Consulatum, nempe anno sequenti, sub quo ista habet: *Provincia Africana, quæ in divisione orbis terrarum a plerisque in parte tertia posita est, volente Deo, vindicata est. Carthago quoque civitas ejus, anno excisionis suæ nonagesimosexto, pulsis devictisque Vuandalis, & Gilimere eorum Rege capto & Constantinopolim misso, quarto Justiniani Principis Consulatu, ipsius moderatione recepta est, suaque cum patria firmius quam dudum fuerat, redintegrata.* Hæc Marcellinus sub dicto quarto Imperatoris Consulatu, anno sequenti. Verum secundum initam ab eo rationem temporis captæ Carthaginis, dum numerat ab eo tempore annos nonaginta sex; dicendum esset, non sequenti, sed post sequentem, nempe anno Domini quingentesimo trigesimo quinto a Justiniano captam Carthaginem, quam olim a Genserico expugnatam vidimus anno Domini quadringentesimo trigesimo nono, ut præter Prosperum idem ipse Marcellinus affirmat. Verum ne summæ socordiæ Marcellinum arguas, ut in iis rebus, quas ob oculos habuit, ita fuerit hallucinatus; dicam in ejus Chronicon menda potius irrepsisse: in promptu est enim qui eum errasse convincat Justinianus, quem præstat audire; qui in constitutione hoc anno sub tertio ipsius Consulatu edita decimoseptimo Kalendas Januarias ista habet ejus exordio (*b*):

(*b*) *l.1. ff. de con. firm. Digest.*

XLII. Sub tertio Imp. Conf. magna a Deo concessa.

Tanta circa nos divinæ humanitatis est providentia, ut semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim Parthica æterna pace sopita, postque Vuandalicam gentem ereptam, & Carthaginem, immo magis omnem Libyam Romano Imperio iterum sociatam, &c. Ad finem eadem his verbis. *Bene autem properavimus in tertium nostrum Consulatum & has leges edere; quia maximi Dei & Domini nostri Jesu Christi auxilium felicissimum cum nostro Consulatu Reipublicæ donavit, cum in hunc & bella Parthica abolita sunt, & quieti perpetuæ tradita; & tertia pars mundi nobis accrevit: post Europam enim & Asiam & tota Libya nostro Imperio adjuncta est, & tanto opere legum caput impositum est: omnia cælestia dona nostro tertio Consulatu indulta.* Hæc ipse (ut dictum est) decimoseptimo Kal. Jan. sub suo tertio Consulatu; adeo ut nihil sit quod adeo patenti testificationi Imperatoria sanctione firmatæ possit aliquis refragari.

XLIII. Quibus operibus Imp. pararit sibi victoriam.

Cum tot tantaque hoc anno successerint ipsi feliciter; cur tantopere annuerit votis Deus cum plures reddi possint causæ, quas & superius recensuimus; potissima tamen illa videtur, quod hoc anno (ut diximus) negotium tuendæ fidæi Catholicæ adversus iterum insurgentes Nestorianos suscepit, cujus rei gratia honorificentissimam legationem hujus anni

PAGIUS V. *Justinianus pacem cum Persis facit.*

A num. XLI. ad LXIV. *Justinianus*, ut *Vandalis* tutius bellum inferret, hoc anno pacem pepigit cum *Persis*, teste Marcellino in Chronico ad III. Consulatum Justiniani Augusti: *Post diuturnum immanemque laborem contra Medos Romanis gestum sudoribus, tandem per Ruffinum Patricium, perque Hermogenem Magistrum Officiorum, utrumque Legatum a Principe nostro missum, pax cum Parthis depacta est. Sponsionem percussi fœderis ab utroque Imperatore invicem sibi munera in concordiam missa, secuta sunt.* Ipsemet Justinianus in fine leg. 2. ff. *de confirm. Digest.* affirmat, pacem cum *Persis* confirmatam esse sub tertio suo Consulatu, ut videre est apud Baronium num. LXIII. Is quidem anno DXXXII. num. II. recte scribit, pacem Persicam hoc anno sancitam esse; sed perperam asserit, Procopium lib. 1. de Bell. Persico, affirmare pacem illam compositam anno VII. Justiniani Imp. *Procopius* enim ibidem tradit, eam pacem *anno VI.* Justiniani factam, ideoque hoc anno ante Kalendas Aprilis, quo die Justinianus VII. Imperii annum ingressus est.

VI. *Carthago a Belisario subacta.*

Postquam res domesticas Justinianus Aug. & quas cum Persis susceptas habebat, optime constituit, Libycas in deliberationem adduxit, inquit Procopius lib. 1. de Bello Vandalico cap. 10. dum vero *Belisarius* se ad exercitum prima die in Africam ducendum accingit, *Tripolis* & *Sardinia* in Ditionem Justiniani veniunt, ut narrat Baronius ex Procopio, qui cap. 12. ait: *Justinianus Aug. anno Imperii septimo, circa Solstitium æstivum, navem Prætoriam ad littus, quod Imperatoris Aulæ prajacet, explicari jussit.* Navis Prætoria & universa classis Perinthum seu Heracleam appulit, indeque Abydum: deinde exscensum in Siciliam *Belisarius* fecit, tandemque *tertio post mense, quam Byzantio solverant*, inquit Procopius cap. 15. universus exercitus extensionem in Africa fecit. Hoc ubi accepit *Gelimer Vandalorum Rex* Hilderici Regis, quem captivum tenebat, cædem fratri suo demandat, hic-

ni exordio (ut dictum est) Romam ad Pontificem misit. Res quidem admiratione digna, quod cum tantæ expeditioni parandæ totus deditus esset, perinde ac si summo otio frueretur, & nihil nisi de servanda illibata fide Catholica præterea curandum esset; decernit legatos, sancit edicta, scribit epistolas, ac denique plusquam opus esse videri posset, publicas edit de fide Catholica sanctiones. His accessit veteris juris enucleandi & in observantiam pristinam revocandi egregie navatum opus: ad postremum additæ ad hæc vigiliæ atque jejunia, ut ipse in alia ante promulgata constitutione (*a*) testatur. Ex quibus discant Principes, cum bellica tractant, quibus operibus divinum sibi numen concilient; nempe, exemplo Justiniani, præmissa defensione Catholicæ fidei, legum custodia & observantia, Sanctorum cultu, ac demum assiduis ad Deum precibus cum vigiliis atque jejuniis. Tanta namque tam brevi temporis spatio Justiniano esse concessa, ut unica expeditione paucorum dierum termino indomitam gentem subegerit, universamque subditam olim Imperio Romano Africam recuperarit, nonnisi ex divinitus impertito desuper auxilio omnibus exploratissimum est.

(*a*) *Constit. Novell.* 30. *in fin.*

XLIV. Sed quomodo istæc omnia se habuerint, ut enarremus præter Procopium, copiosiorem habemus neminem antiquorum referentem, neque fideliorem, quem sequamur; cum ipse sub Belisario militans, omnibus præsens fuerit, & quæ vidit scriptis ediderit. Verum haud opus est nobis singula ejus affectari vestigia, sed ea tantum prosequi, quæ ad institutum a nobis susceptum spectare noscuntur. Hoc igitur anno, ipsius Justiniani Consulatu tertio, veris tempore Constantinopoli e portu solvisse classem Africam versus narrat: sed quibus auspicibus, ab ipso Procopio sic accipe (*b*): *Justinianus igitur anno septimo Principatus, in veris initio navim prætoriam ad littus juxta ædes Imperatorias deduci jussit. Tunc Epiphanius civitatis Præsul classi de more benedicens ac bene precatus, milites paulo ante baptizatos, nomen profitentes Christianum singillatim in navim introduxit.* Benedicitur classis.

(*b*) *Procop. de bello Vvandal. lib.* 1.

XLV. Noluit pius Imperator quemquam non plene Christianum in classe, quam adversus impios pietas Christiana ducebat, penitus inveniri: si quis ergo inter scriptos milites inventus esset adhuc catechumenus, baptismum suscipere jubebatur: sed & Catholicam fidem omnes æque professos, exomologesimque alios fecisse, atque ita universum exercitum expiatum Principis voluntate putamus. Sed pergit auctor: *Sic itaque Belisarius cum Antonina uxore solvit, cum quibus Procopius etiam auctor hujus historiæ fuit, ab initio quidem cunctabundus ac periculum metuens; deinde somnio quodam admonitus, maxime fuit ad iter accensus. Videbatur enim in domo esse Belisarii, ubi quidam e servis nunciant dona esse a quibusdam allata: quæ Belisarius cum e pergula aspiceret, vidit homines quosdam supra dorsum triticum cum floribus ferentes, quod deponi jussit in atrio domus: ubi ipse cum suis militibus accumbens, flores ipsos edebat, qui cibus longe suavissimum est eis visus. Hæc somnii summa.* Ex quo victoriam esse significatam accepit: per flores enim, quos ipse cum militibus pastus est, ingens gloria demonstrabatur, quam cum suis esset consecuturus: fructus vero cessuros Imperio. Pergit autem Procopius. Victoria per somnium ostensa.

XLVI. *Igitur classis omnis prætoriam secuta, Perinthum applicuit, quæ nunc Heraclea dicta est: hic dies quinque consumpti sunt, quod plurimis Ducem equis donaverat,* Imperator scilicet, *e sobole equorum Imperatoria, quæ in Thraciæ locis educatur. Inde solventes, Abydum perveniunt*

PAGIUS hicque eum, & alios Afros ipsi familiares occidit. In Africam classis appulit *pridie Festi Sancti Cypriani*, inquit Procopius cap. 21. ideoque die XV. mensis Septemb. Non multo post *Salomon* rerum gestarum nuncius ad Imperatorem destinatus est, & quidem ante pugnam *Belisarium* inter & *Gelimerem* Regem habitam, hujusque fugam ac captivitatem: *Cæterum*, ait Procopius lib. 2. de Bello Vandal. cap. 3. *in Castris illis* (nempe Gelimeris,) *pecuniæ vis tanta reperta est, quanta nulla unquam uno in loco. Siquidem Vandali jam inde olim crebris direpto incursionibus Romano Imperio, grandes auri acervos in Africam transvexerant. Præterquamquod cum uberrima sit Regio, frugibusque ad vitæ usus maxime necessariis abundet, proventum pecuniæ, quam inde conficiebant, nunquam alio annonæ causa distraxerant; sed ibi congesserant, prædiis fruiti per annos XCV. quandiu Vandali in Africa regnarunt. Itaque aucta in immensum divitiæ in manus Romanorum eo die redierunt; quo edita pugna, fugati, castrisque exuti sunt Vandali, elapso ab exercitus Romani in urbem Carthaginem adventu trimestri spatio, jamque ad dimidium acto mense ultimo, quem Romani Decembrem vocant.*

VII. Capta fuerat *Carthago* a *Geiserico* Vandalorum Rege mense Octobri anni CDXXXIX. ut ibidem ostendimus. Quare post annos XCV. eosque incompletos, recepta est, non vero post annos XCVI. ut Marcellinus ad Consulatum Justiniani Aug. IV. anno sequenti gestum, perperam habet. Justinianus l. 1. *de Offic. Præf. Prat. Afric.* Procopio suffragatur, & neuter tempus rei gestæ ignorare potuit. Imperator ubi *Carthaginem* captam accepit, Præfectum Prætorio Africæ creavit, ut liquet ex laudata Constitutione, a Baronio anno sequenti num. LVII. loco non suo, recitata, ut ibidem videbimus. *Vandali annis XCV. Carthagine potiti sunt.*

Celebrata hoc anno Synodus *Aurelianensis* II. de qua anno DXXXVI. cum Baronio agemus.

Belisarius severe punit ebrios homicidas. *niunt: ibique dies item quatuor maris tranquillitatem expectandam censentibus, casus contigit hujuscemodi. Duo Massagetæ quemdam e sociis ut ebrios irridentem interfecerunt: nam omnium maxime vino dediti Massagetæ sunt. Belisarius igitur ambos hos in Abydi quodam promontorio palo infixit. Quod factum cum alii, tum ex eorum genere viri maxime ægre ferre: Belisario dixerunt, se non ex lege aut pœna aliqua coactos, cum Romanis subditi non sint, sed sponte in exercitu esse: tali igitur supplicio non esse apud eos consuetudinem delinquentes plectere. Cum his itaque plures consensere, qui maxime propter scelera, impunita esse delinquentium peccata cupiebant.*

XLVII. Concio Belisarii de justitia custodienda. *Belisarius igitur universum congregans exercitum, hæc alloquitur: Si nunc apud vos belli expertes ac nunc primum militantes verba haberem, longa mihi opus esset oratione ad enarrandum quantam vim habeat ad victoriam observatio justitiæ. Hujus disciplinæ summam, tum pugnæ finem atque fortunam imperiti in dextris consistere tantum existimant. Vos autem, qui sæpe inimicos vicistis neque corporibus neque viribus vobis inferiores, sæpe etiam victi fuistis; non ignorare puto, quod homines quidem utrinque ex acie inter se dimicant, finem vero tantum quem Deus voluerit consequuntur. Nam & corporis prosperitatem, & armorum diligentiam, cæteramque belli præparationem longe inferiora justitia & in Deum observantia esse, non dubium: quam si quis sectatus fuerit, magis ei quam ex supradictis felicitas obvenerit. Prima igitur justitiæ cura, injuste interfectos ulcisci. Si enim justi & injusti judicium in eos exerceri qui prope nos sunt, prætereatur; nullus jam metus erit: vilis admodum fuerit homini animæ ratio. Si quis enim barbarus proximum per ebrietatem occiderit, ac venia propterea postulata, se crimine solutum dixerit; peccata licentia longe fuerint pejora. Neque enim ulla ratione fas ebrium esse, multo minus in exercitu militi proximos ob id interficiendo. Ipsa enim per se temulentia, vel cæde non consequente, pœna est digna: quanto magis si ea consequatur, multo item magis in proximum, quam alienum. Exemplum itaque facti quale sit, & quam detestabile, ipsi conspicitis.*

XLVIII. Probatur severitas Belisarii. *Vos ergo manibus temperare, ab injuriaque abstinere opus. Nec putatote me conniventem, injustum quoquo modo toleraturum; neque ullum quamvis hostibus formidolosum ac terribilem, qui alioquin manibus in hostes puris non feratur, ullo modo commilitonem putaturum; cum frustra sit fortitudo, ubi justitia defuerit.* Hactenus concio Belisarii pro justitia in exercitu servanda. Subdit vero Procopius: *Ubi Belisarius finem dicendi fecit, exercitus omnis & verba Imperatoris non contemnenda considerans, & illorum supplicia spectans, timore corripitur; jamque ex illo frugi esse, & ex æquo inter se vivere apud talem Ducem non injusta passurum cogitabant.*

Ita quidem severitate in suos adhibita, stravit sibi per sobrietatem atque justitiam viam ad vincendos invictos hactenus hostes. Ista ego considerans, & ad præsentia tempora convertens oculos eadem plane deploratissima facile sentio, ubi Christianorum exercitus impietate atque ebrietate corruptos intueor, & damna contemplor, quæ passi sunt Germani ab infidelibus Turcis; unico tantum illo remedio sublevandi, si eosdem obsignatos fide Catholica milites, sobrios redditos Belisarius alter ducat: fore tunc quidem, ut iidem recepto & integrato pristino robore, quo didicerant quoque superare Romanos, facillime victores quosque vincerent, atque fortissimos debellarent. Sed quem non vilem, reddat impietas (cum fugiat (a) impius, etiam nemine persequente) quemve non emolliat, frangat, atque sternat ebrietas? Præsentium itaque rerum miserrimus status ista obiter deplorare, & ex imo pectore deducere suspiria importune coegit. Sed cœptam historiam prosequamur. — XLIX. Res Germanorum deplorantur. — (a) Prov. 28.

L. Classis appulsus, & aquæ inventio. Postquam Procopius varios casus, qui in ea navigatione contigerunt, enarravit; post tres menses, ex quo solverant Constantinopoli, ad littus Africanum classem refert appulsum in locum qui novem dierum itinere a Carthagine procul aberat in provincia Byzacena. E Byzantio igitur cum Byzacium feliciter pervenissent, tale quid memoria dignum factum accidisse narrat, ex quo plurimum Dei providentia & benignitas erga suos commendata est:

LI. *Ubi autem* (inquit) *fossa castrorum fodiebatur, miraculo quodam animadversum: aquæ multum sub terra erupit, numquam prius apud Byzacium visæ, ut locum perpetuo siccum: hæc igitur tunc cunctis hominibus & animalibus suppeditavit. Procopius vero simul cum Duce lætatus, ait non ob aquæ usum atque copiam se gaudere, sed ob auspicium victoriæ facilis & parvo negotio consecuturæ cælicolas voluisse significare: quod profecto evenit.* Cujus miraculi testificationis causa, *Justinianus Imperat.* (alibi inquit Procopius b) *statim divini domini testimonio confirmatus id consilii cæpit, ut locus ille in urbem transferretur muro firmatam, & alio apparatu in felicis urbis cumulum descriptam.* — (b) Procop. de ædif. Justi. Imp. orat. 6.

LII. Quod vero die sequenti acciderit factum, ex quo Belisarii summa enituit in exercitu ducendo justitia, accipe ex eodem

Summæ Belisarii justitiæ exemplum. dem Procopio, qui mox ista subjungit: *Die sequenti, postquam militum quidam in agros discurrentes fructus attigerunt: eos ignominia notatos convocans Belisarius sic est allocutus: Vim afferre & alienis pasci, turpe semper ac probrosum videtur, &c.* Tale autem exemplum, quo justissimi Ducis Belisarius specimen edidit, ea plane haud modici levisque momenti utilitas consecuta est, ut (quod idem auctor subdit) Afri non sicut hostes, sed sicut amicos Romanos haberent, spontaneamque illis ministrarent annonam; & ipsi vice versa pretium solverent, fidelissimosque se illis in omnibus exhiberent: qua securitate Carthaginem usque progressi fuerint; ubi Duces Belisarii, divinitus oblata occasione bene pugnandi bis vicerint obvios hostes: cum interea Gilimer tyrannus necari fecit in carcere Hildericum Regem, & socios, qui cum ipso eadem ex causa captivi detinebantur.

LIII. De tempore appulsus classis. Quonam autem mense vel die anni hujus contigerit classis adventus, & visa sit contra Carthaginem; ex his quæ inferius Procopius habet, satis intelligere possumus, nempe fuisse diem decimamquintam mensis Septembris, qua natalis sancti Cypriani Carthaginensis Episcopi anniversariæ vigiliæ agebantur: ut ex hoc magis divina id providentia factum ex Sanctorum patrocinio, qui creberrimis id precibus implorarint, omnibus innotesceret: quod & præcedens oraculum relatum superius significaverat. Eo namque die, quo ejusdem Sancti (ut dictum est) vigiliæ agebantur, advenit classis: ex cujus adventu tanta est parta fiducia Africanis: ut iidem templum illud ad Decimum positum, in quo erat sepulcrum sancti Cypriani, detentum ab hostibus invadentes; sibi, pulsis Vvandalis, vindicarint, summaque tranquillitate more pristino diem festum natalis ejusdem martyris sanctissimi Cypriani solemniter celebrarint. Sed audi rursus ipsum ipsum, qui in exercitu erat, Procopium cœptam historiam prosequentem his verbis:

LIV. S. Cypriani templum sibi vindicant Africani. *Postquam autem Justiniani classis advenit, dies erat secuturus, in quo festum consuetum revertebat. Sacerdotes tunc Christiani, quamquam Ammatas ad Decimum contra nostros veniret* (hic erat germanus Gilimeris tyranni qui ducebat partem exercitus Wandalorum) *in spem erecti, protinus pulsis Arianis, templum recipiunt, lustrationibus curant, superstitionibus purgant; donaria quæ pulcherrima essent, tholo suspendunt, lychnos præparant, aurea vasa omnemque pretiosam & sacram supellectilem e sanctuariis promentes reconcinnant, diligenterque in ordinem restituunt, ut cum opus sint usui parata. Hæc apud Decimum gesta, ut mihi relatum. Christiani igitur reliqui, quibus ex opinione res pulchre successit, templum & ipsi adeuntes, lychnos accendunt; sacerdotibus, quibus ex lege cura est horum, præsto adsunt.* Hæc Procopius. Sic igitur mirando quodam modo ante contigit celebrari triumphum, quam adipisci victoriam, quæ tamen celeriter est divina ope secuta: cum Ammatas ad dictum locum Decimum nuncupatum adveniens, ibi cum Joanne Præfecto Prætorio, qui copiarum partem jussu Belisarii ante deducebat, manus conferens, occisus est; conversis in fugam cæteris qui secum erant, quorum ab insequentibus eos Romanis magna strages facta est: quo ex facto rem universam Romanis bene cessisse, idem Procopius tradit: cum videlicet Gilimer Rex victoriam præ manibus habens, consternatus morte germani, a cœptis desistens, adversariis reparandi vires & cum impetu hostes invadendi tempus præbuit & occasionem: cum & ipse divino quidem consilio, veluti vertigine quadam mentis arreptus, in fugam actus una cum suis ad Bullæ campum divertens, seclusus ab urbe, occasionem præbuit, ut Carthaginenses portas civitatis Belisario aperirent.

Sed magna tunc enituit Belisarii Ducis prudentia, cum ea nocte continuit exercitum extra mœnia: ne noctu civitatem ingrediens, præberet militibus occasionem cuncta rapina & cæde vastandi. Curæ enim illi summæ fuit, ut qui venisset Vvandalos debellare, liberaret Afros captivitate detentos. Nam audi Procopium: *Die sequenti* (ipse est dies natalis sancti Cypriani martyris) *pedites omnes e munitionibus una cum Belisarii uxore adfuere; unaque omnes Carthaginem contendimus: quo cum vespere pervenissemus, extra urbem sub tentoriis ea nocte fuimus quamquam nemine ingressum prohibente: Carthaginenses enim portas illico aperuerunt, lumina ubique disposuerunt, ignes nocte tota per urbem accenderunt: Vvandali qui relicti erant, ad templa supplices confugerunt. At Belisarius statim rem ita disponit, ut tam ex hostibus quam ex nostris insidias utrinque prohiberet, ne per noctis tenebras latentes in rapinam & direptionem venirent.* LV. Belisarius potitur Carthag.

Hac insuper nocte naves, Euro spirante, ad promontorium sunt actæ, quas ubi Carthaginenses conspexere, ferreas catenas portus, quem Mandracium vocant, trahentes, facilem classi aditum fecerunt. Est autem in domo regia carcer, ubi omnes miseri supplicio destinati a tyranno concludebantur: inter quos mercatores fuere plures ejus temporis, qui ad bellum Gilimerem euntem juvare opibus rogati fuere; eaque die perituri erant, LVI. Liberantur e carcere vincti.

qua

qua Ammatas apud Decimum interiit, in tantum venere discrimen. Hujus igitur carceris custos ubi hæc apud Decimum gesta audivit; tum intra promontorium classem jam vidit; intus ingrediens, eos qui numquam ad eam diem ex quo capti fuere, bonum nuncium audivere, sed in tenebris constituti, mortem quoque expectabant, interrogat, quid ex eorum substantia concessuri essent his qui eos liberarent. At illi protinus respondent quæcumque velint. Ipse autem nihil se dixit aliud ab eis velle, quam omnes jurare, si inde aufugerent, ei in periculo constituto, omnibus viribus se auxilio adfuturos. Illi vero sic egerunt. Ipse autem rem omnem manifestans, fenestrasque ex ea parte, quæ mare prospiciebat, aperiens, classem nostram ostendit: nec mora, cum eisdem e carcere liberatis simul abiit. Ista Procopius.

LVII. Gilimer vincitur & fugatur. Post hæc autem, unitis Vvandalorum copiis, Gilimer cum fratre Zanzone, quem ex Sardinia revocavit, Carthaginem obsidere paravit: progressus est adversus eos obviam cum exercitu Belisarius: quos inventos centum quadraginta stadiis apud Tricamacam castra habere, ad prælium provocavit: congressisque simul exercitibus, in ea pugna Regis frater Zanzon occiditur, tandemque Vvandalorum castra sunt expugnata, Gilimere fuga lapso. Hicque finis anni hujus victoriæ: nam contigerunt hæc post dimidium mensis Decembris, ut idem Procopius tradit, ubi ait (*a*): *Hæc igitur omnia, appulsus classis, pugna, insecutio, Carthaginis recuperatio, & castrorum expugnatio tribus facta sunt mensibus, terminata ipsa post dimidium mensis Decembris.* Atque hic finis præsentis anni memorabilium rerum gestarum in Africa a Romanis vindicata post annos nonagintaquinque, non ab expugnatione Carthaginis, sed ex quo Vvandali Africam possederunt.

(*a*) Procop. de bello VVandal. lib. 2.

LVIII. Sibi ipsis Wandali malum intulere. Mira quidem divina providentia factum fuisse, alibi Procopius (*b*) narrat, ut Vvandali omnia propugnacula & loca munita Africæ, excepta Carthagine, muro cincta, ne Africanis rebellandi aliquo modo animus esse posset, mœniis omnibus atque munitionibus spoliaverint: quibus ita inventis, absque aliqua obsidione omnibus Belisarius est potitus, qui mox eadem muro cingenda & munienda curavit. Profuit igitur magnopere Romanis consilium Vvandalorum, ut paucis diebus universa Africa Vvandali privarentur, nulla existente munitione, qua se protegere potuissent. Hæc considerans qui interfuit ipse Procopius, in hæc verba admiratus erumpit (*c*):

(*b*) Procop. de ædific. Justin. Imp. orat. 6.

(*c*) Procop. de bello Vvandal. lib. 2.

LIX. Procopii admiratio. *Hic tandem philosophari licet, ac res humanas pensare: nequicquam omnino desperandum, quin in omni sæculo semper meliora sperare liceat, donec ipsæ hominum fortunæ fuerint. Et quæ dictu factuque difficilia & fieri posse minime videntur, audentibus sæpe ad effectum adducuntur; ita ut admiratione multa sint digna quemadmodum hic contigit. Nam si talia umquam evenerint, non habeo dicere. Quartum enim a Genserico successorem venientem, ejusque regnum opibus multis ac militum robore florens a quinque millibus hominum advenarum, portu, stationeque carentium, tam brevi tempore dissolvi atque ruere (tantus enim equitum numerus, qui Belisarium sunt secuti, & toto hoc tempore bellum sustinuere) sive fortunæ, sive virtuti sit adscribendum, jure quis ita evenisse mirabitur.* Hæc Procopius. Sed mirantem ipsum, cunctantemque certa sententia definire, fortunæ ne tanta ista, an virtuti sint tribuenda, miramur: cum haud dubium esse possit, facta esse hæc nutu divino, cum tot tantisque piis operibus Principem ad hæc peragenda conciliasse sibi divinum numen, ex his quæ supra retulimus, satis superque pateat.

LX. De Navali victoria sub Pio Papa quinto. Vidimus plane, Divinitate propitia, diebus quoque nostris ista miracula: quid piæ preces, sanctificato bello ex divinarum legum præscripto, in re bellica valeant; & quid conferat, si pugnantibus adversus Amalecitas Israelitis, Moyses ad Deum supplices manus expandat. Quænam, rogo, vel tenuis poterat esse spes, Turcarum classem semper invictam, & ex recenti victoria, capta insula Cypri, exultantem, insultantemque Fidelibus, potuisse a Christiana sancto fœdere juncta classe vinci, vincirique universam, atque integram, perpaucis tantum fuga lapsis triremibus, paucarum horarum spatio in portum deduci captivam; reclamantibus præsertim aliquibus e summis Ducibus haud res omnes Christianorum uni jactui aleæ committendas? Cum sanctissimus ille Summus Dei Sacerdos, Ecclesiæ Catholicæ Princeps, totiusque Christianæ religionis Antistes, Romanus Pontifex Pius Quintus, post primum miraculum illud (ita visum sapientibus) quo adeo diversas mentes in diversa contrariis studiis agitatas in unum conjunxit, sanctoque fœdere strinxit; adjecit, ut piis ad Deum precibus Ducum consilia inter se pugnantia divino quodam impulsu mutarit, & quantumlibet longe absens, invitos ac refragantes diu licet, uno momento alacres ad ineundum difficillimum navale certamen impulerit, atque demum insperatam illis a Deo victoriam impetraverit.

LXI. At nonne huic simile, quod præsenti anno, quo ista describimus, præter omnem spem vidimus esse factum? Unum

Transilvaniæ Orthodoxum Principem exiguo militum numero, si compares cum numerosissimis Turcarum copiis, tendentibus ad cælum manibus cum Summo Pontifice Catholicis omnibus, debellasse provincias, expugnasse munitissima loca, ipsumque semper invictum Orbi tremendum copiosissimum Turcarum exercitum crebris insultibus lacessisse, atque demum quam ignominiosissime terga vertere coegisse? At longiori indigent ista tractatu; hæc modo obiter occasione Procopii nimis abjecte de Dei providentia sentientis, cum ipsa semper rebus humanis invigilet, & Fidelium precibus sanctisque operibus sæpe concedat, quæ etiam mortalium existimationem excedant, secundum illud Proverbiorum (*a*): *Equus paratur ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit*. Sed jam reliqua prosequamur.

(*a*) *Prov.* 21.

LXII. Renunciata autem tanta hæc fuisse Constantinopoli de recuperata universa Africana provincia, antequam præsens annus elaberetur; argumento sunt constitutiones, (*b*) Justiniani Imperatoris, quarum superius meminimus, de confirmatione Digestorum datæ hoc anno sub tertio Consulatu ejusdem Imperatoris, decimoseptimo Kalend. Januarii, in quibus de recuperata cum Carthagine Africa universa narratur. Qua item die & Consule data legitur constitutio de juris docendi ratione: quæ vero loco præfationis Institutionum libris præfigitur ad juventutem legum cupidam epistola, post sex dies data reperitur, nempe undecimo Kalendas Januarias ☞ licet vulgata editio habeat undecimo Kalendas Decembris ☜ hoc anno sub eodem suo ipsius Consulatu tertio: in quibus omnibus cum jure eluceat titulus Vvandalicus & Africanus ob Vvandalos hoc anno devictos & Africam recuperatam; reliqui tamen, ut Alemannicus, Gothicus, Francicus, Alanicus, postea adjecti fuisse videntur: etenim nullum hactenus cum his populis fuit Justiniano certamen.

(*b*) *l.* 1. & 2. *ff. de confir. Digest.*

Libri Digestorum & Instit.

LXIII. Sic ergo ad hujus anni finem constat post tot accepta a Deo beneficia edita esse volumina Institutionum ac Digestorum; quod & disertis verbis ipse Imp. profitetur in fine posterioris constitutionis de confirmatione Digestorum his verbis: *Hæc igitur volumina* (*Institutionum & Digestorum dicimus*) *in fine nostri tertii felicissimi Consulatus suum robur obtinere sancimus, id est, ex ante III. Kal. Januariarum præsentis duodecimæ Indictionis in omne ævum valitura, & cum Imperialibus constitutionibus vigorem, &c.* Paulo vero post rememorans accepta hoc anno a Deo beneficia, ista habet: *Quem quidem Consulatum tertium nobis nominatissimum dedit Deus, quando & sub ipso pax cum Persis confirmata est, & hoc tantum legum volumen repositum est, quod a nemine majorum umquam excogitatum fuit; atque ad hæc tertia pars mundi (dicimus autem totam Libyam) nostris adjuncta est sceptris. Hæc omnia a summo Deo & Salvatore nostro Jesu Christo dono* * *tertio nostro Consulatu indulta*. Hæc tam grandia ab ipso Justiniano reperiuntur sæpius inculcata.

De beneficiis hoc anno obtentis.

* Domino.

LXIV. In veteri autem jure enucleando quam Tribonianus cum collegis injerit rationem idem Imperator explicat in sua constitutione de conceptione Digestorum edita, cujus est exordium: *Deo adjutore nostrum gubernante Imperium, &c.* Et in superiori constitutione de confirmatione Digestorum nuper citata idem docet verbis istis: *Tanta nobis reverentia antiquitatis fuit, ut neque mutari nomina veterum Jureconsultorum sustinuerimus, sed uniuscujusque illorum appellationem legibus inscripsimus: mutantes quidem si quid jam habere visum est non recte partes juris, illas nunc tollentes, has nunc addentes, &c.* Et inter alia quæ erant ab Ulpiano & aliis adversus Christianos responsa, illa esse sublata, secundo Annalium tomo diximus: quod etsi recte factum negari non possit; consultum tamen antiquitati fuisset, si codices omnes illi, ex quibus & libri Digestorum Codex collecti sunt, non minori fuissent diligentia custoditi. Porro totum hunc laborem in libris Digestorum atque Institutionum conficiendis quatuor ferme annis absolutum fuisse, data ab eodem Imper. prima constitutio, qua id præcipit, docet: etenim scripta habetur ipsis Kalendis Januarii, Lampadio, & Oreste Consulibus, qui est annus Domini quingentesimus trigesimus. At de his hactenus.

Non plene antiquitati consultum.

LXV. Ad finem insuper anni hujus idem Justinianus Imperator justitiæ cultor exactissimus edidit sanctionem (*c*) adversus eos, qui sacris virginibus vel viduis violento raptu ignominiam irrogassent, severissimam illam quidem, ne ejusmodi sacrilegiis Deus tot beneficiorum conciliator in ultorem converteretur: probe ostendens, iisdem justitiæ operibus, quibus adepta sunt, esse conservanda impertita divinitus beneficia. Sed jam de rebus gestis hoc anno satis.

(*c*) *l.* 54. *C. de Episc. & cl.*

Qui

JESU CHRISTI ANNUS 534. | JOANNIS PAP. ANNUS 3. | JUSTINIANI IMP. 8. ATHALARICI REG. 9.

I. QUi tot a Deo dona suo tertio Consulatu Justinianus est consecutus, hoc sequenti anno Domini quingentesimo trigesimoquarto quartum auspicatus est Consulatum, nactus collegam Paulinum, quem Romanus Senatus Athalarici Regis voluntate delegit. Extat ejusdem Regis ad Senatum epistola (*a*) de eodem Consulatu Paulini quem ex Deciorum familia, filium vero Venantii Patricii fuisse tradit: de cujus laude plura locutus, hæc de gloria ex impertita frequentius ejus filiis dignitate Consulatus: *Si homines* (inquit) *ornat semel accepisse palmatam; quid ille censendus est, qui tot meretur in filiis Consulatus? Et ideo, Patres conscripti, alumnum vestrum Paulinum laurea dignitate vestimus; ut juventus ejus, quæ fulget meritis, trabea quoque resplendeat triumphali. Hunc honorem Deciorum familia non miratur; quia eorum plena sunt atria fascibus laureatis. Aliis raro dignitas ista contigit: in hoc decursu generis pene nascitur Consularis, &c.* Extat itidem ad eundem Paulinum de collato ipsi Consulatu ejusdem Regis epistola (*b*), ubi pluribus agit de nobilitate Deciorum antiquæ familiæ his temporibus florentissimæ, qua dicit Romanam curiam esse refertam.

(*a*) Apud Cassiod. Var. l. 9. ep. 23.

De Consulatu Paulini.

(*b*) Apud Cassiod. Var. l. 9. ep. 22.

II. Avi namque vestigiis illis prioribus sibi insistendum Athalaricus Rex, consilio usus matris Amalasunthæ jure putavit, ut de nobilibus Romanis civibus bene mereretur: quamdiu enim id ipse præstitit, res felicissime progressæ sunt; secus vero ubi tyrannice illis est usus. Quamobrem hoc item anno, duodecima Indictione, Aurelius Cassiodorus Senator ab eodem Rege auctus est amplissima dignitate Præfecturæ Prætorii, de qua ad eumdem extat ejusdem Regis epistola (*c*); ubi post multa in ipsius laudem ex magistratibus bene perfunctis hæc habet: *Quapropter juvante Deo, quo auctore omnia prosperantur, ab Indictione duodecima in Præfecturæ Prætorianæ te suggestu atque insignibus collocamus.* Verum scias, non ipsis Januariis Kalendis, quibus Consules; sed ante, Præfectos Prætorios donari solitos Præfectura: nam Natali die Domini, idem qui creatus erat Præfectus Prætorio, præfectorios creare consueverat magistratus. Est de his ejusdem Cassiodori attestatio, cum in erogandis officiis ista præfatur (*d*): *Si hodierno die redemptionis invenimus natale remedium, si cælesti beneficio panditur spes salutis: convenit etiam nos, &c.* Quanta autem vir iste clarissimus enituerit pietate, præter illa quæ de eo dicta sunt, præsens magistra-

(*c*) Apud Cassiod. Var. l. 9. ep. 24.

(*d*) Cassiod. Var. lib. 11. ep. 17.

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hisp. DLXXII. A.C. 534.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6027.

☉ 11. A. ☽ 3. P. 16. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 534.

JOANNIS II. PAPÆ 3.

JUSTINIANI IMP. 8.

THEODATI REG. 1.

I. [1] COSS. *Justinianus* Aug. IV. & *Fl. Decius Theodorus Paulinus Junior*, qui ultimus Occidentalium Consulum fuit, bello Gothico, ne deinceps alii crearentur, prohibente. Erat *Paulinus* filius Venantii anno DVII. Consulis, & frater Decii anno DXXIX. eadem Dignitate exornati. Vocatur *Theodorus Paulinus* in subscriptione legis *de emendatione Codicis*, hoc anno a Justiniano datæ, & *Fl. Paulinus Junior* in subscriptione duarum Epistolarum a Joanne II. hoc anno scriptarum, a Baronio num. XLVIII. & seq. recitatarum. Dicitur etiam *Junior* in Chronico Marii respectu scilicet Paulini anno CDXCVIII. Consulis: ex quo patet utrumque ex eadem stirpe progenitum fuisse. Porro Justinianus sumsit hoc anno Consulatum ob Decennalia Imperii vivente Justino initi, quæ tamen in annum sequentem distulit.

Decennalia priora Justiniani.

NOTÆ [1] COss. *Justinianus Aug. IV. & Fl. Decius Theodorus Paulinus junior.*
Relandus: *Fl. Anicius Justinianus Aug.* IV. & *Fl. Theodorus Paulinus junior.* Marcellinus Sirmondi: *Ind.* XII. *Justiniano Aug.* IV. & *Paulino Coss.* Victor: *Justiniano* IV. *cos.*
Chirographum S. Cæsarii Arelatensis, apud Martenium in novo thesauro anecdotorum tom. I. pag. 4.
Sub die X. Calendas Julii Paulino consule.
Fabrettus pag. 735. n. 463.

IMPERANTE DNO IVSTINIANO &c. ANNO EIVS CONSVLATVS IV. PONTIFICANTE APLICO. VIRO. DOMINO. SERGIO. PAPA. ANNO SECVNDO.

At perperam Relandus hanc epigraphen *Justiniano seniori* refert; pertinet enim ad IV. Consulatum *Justiniani junioris*, qui fuit A. D. 68. Epitome temporum & Indiculus Paschalis; *Paulino juniore.* GEORGIUS

stratus ostendit: insignitus enim tanto munere Cassiodorus, ad Joannem Romanum Pontificem, ejus implorans ad Deum preces pro bono regimine, ista conscripsit (*a*):

(a) *Cassiod. Var. lib.* 11. *ep.* 2.

III. Epist. Cassiodori ad Joann. Pap.

Supplicandum vobis est, beatissime Pater, ut lætitiam, quam per vos, Deo largiente, percepimus, custodiri nobis vestris orationibus sentiamus. Quis enim dubitet, prosperitatem nostram vestris meritis applicandam, quando honorem adipiscimur, qui a Domino diligi non meremur; & permutatione efficaci bona recipimus, dum talia non agamus? Ecclesiasticis siquidem jejuniis fames est exclusa popularis; decoris lacrymis tristitia fœda discessit; & per sanctos viros acceleratum est, ne traheretur diutius quod gravabat. Et ideo salutans officiositate qua dignum est, precor ut vivacius oretis pro salute regnantium: quatenus eorum vitam cælestis Princeps faciat esse longævam, Romanæ Reipublicæ hostes imminuat, tempora tranquilla concedat; deinde, quod ornat pacem, necessariam nobis copiam de abundantiæ suæ horreis largiatur: mihique filio vestro intelligentiæ sensus aperiat; ut quæ vere sunt utilia, sequar; quæ vitanda, refugiam: vigor ille rationabilis animæ nobis consilium præstet; facies veritatis albescat, ne mentem nostram innubilet caligo corporea: sequamur quod intus est, ne foris a nobis simus; instruat quod de vera sapientia sapit; illuminet quod cælesti claritate resplendet: talem denique Judicem excipiat publicus actus, qualem filium Catholica mittit Ecclesia: in suis nos etiam muneribus virtus sancta custodiat, quia graviores insidias antiqui adversarii tunc subimus, quando ejus dona suscipimus.

IV. Bonus pastor cum anima pascit & corpus.

Nolite in me tantum reiicere civitatis illius curam, quæ potius vestra laude secura est. Vos enim speculatores Christiano populo præsidetis; vos Patris nomine universa diligitis. Securitas ergo plebis ad vestram respicit famam, cui divinitus est commissa custodia. Quapropter nos decet custodire aliqua, sed non omnia. Pascitis quidem spiritualiter commissum vobis gregem; tamen nec ista potestis negligere, quæ corporis videntur substantiam continere; nam sicut homo constat ex dualitate, ita boni patris est utraque refovere. Primum penuriam quidem temporis, quam delicta promerentur, orationibus sanctis amovere. Si quid tamen (quod absit) acciderit, tunc bene necessitas excluditur, quando contra eam sub ubertate tractatur.

V. *Monete me quæ sunt gerenda solicite: bene agere vel correptus exopto; quia difficilius errat ovis, quæ voces desiderat audire pastoris; nec facile efficitur vitiosus, cui admonitor insistit assiduus. Sum quidem judex Palatinus sed vester non desinam esse discipulus: nam tunc ista recte gerimus, si a vestris regulis minime discedamus. Sed cum me a vobis desiderem & moneri consiliis, & orationibus adjuvari; jam vobis est applicandum, si in me fuerit aliter quam optabatur inventum. Sedes illa toto Orbe mirabilis proprios regat affectione cultores, quæ licet generalis mundo sit præstita, nobis * etiam cognoscitur & localiter attributa.*

Præfecti provinciarum discipuli sunt Pontificum.

* vobis.

VI. Confessiones Apostolorum.

Tenemus aliquid sanctorum Apostolorum proprium, si peccatis dividentibus non reddatur alienum; quando Confessiones illas, quas videre universitas appetit Roma feliciter in suis finibus habere promeruit. Nihil ergo timemus, talibus patronis, si oratio non desistat Antistitis. Arduum quidem est multorum desideriis satisfacere; sed novit Divinitas magna præstare: ipsa retundat invidos: ipsa nobis faciat cives cælesti aspiratione gratissimos, & supplicationibus vestris tempora tribuat, quibus superna gratia prædicetur indulta. Hactenus ad Joannem Papam Cassiodorus Præfectus Prætorio: quibus plane, quid delecti magistratus ipso suo exordio functionis agere deberent, admonuit; & tunc dextere cuncta administrari in præfecturis, cum se humili obsequio Præfecti subiiciunt sanctis Episcopis, quorum fulti precibus concilient sibi divinum auxilium. Hæc quidem non ignorans sapientissimus Cassiodorus, non Romanum tantum Pontificem, sed & reliquos Italiæ Episcopos interpellat, ut orationibus atque jejuniis agant, & plebem ita instituant, ut quæ in ea Judex puniat, non inveniat. Extat digna quidem Christiano Præfecto ad ipsos Episcopos eo argumento scripta epistola, quæ ita se habet (*a*):

(a) *Cassiod. Var. lib.* 11. *ep.* 3.

VII. Cassiodori Præf. Præt. epistola ad Episcopos.

Corporalium patrum naturalis mos est, de filiorum provectione gaudere: dum eorum institutionibus applicatur, quicquid laudis in chara prole conceditur. Vos autem spirituales parentes, qui auctorem rerum illuminata mente conspicitis, pro me sanctæ Trinitati sedulo supplicate, ut splendere late faciat in medio positum candelabrum: quatenus nec mihi interior desit visus, & de me aliis pandatur aspectus. Numquid proderit, Judicem aliis esse perspicuum, si sibi potius reddatur obscurus? Dignitatem conscientiæ donet qui tribunalia conferre dignatus est; faciat inoffensum Judicem, ne damnet errantem: sit nobis prosperrime præsens, ut infausta vitia reddantur absentia; amorem suum tribuat, ut peccandi ambitum miseratus excludat.

VIII. *Quapropter animæ vere parentes affectuosa & probabili petitione vos deprecor, ut indicto jejunio, Domino supplice-*

*tetis, qui vitam Principum nostrorum florenti regno protendat, hostes Reipublicæ defensor imminuat, donet quieta tempora & ad laudem sui nominis copiosa, faciatque rerum omnium tranquillitatem; ut me vobis reddere dignetur amabilem. Sed quo facilius vestra quoque exaudiatur oratio; estote circa eos, quos destinamus, attenti *. Quod nescimus, nobis non debet imputari. Actus eorum testimonia vestra prosequantur; ut aut laudatus gratiam, aut accusatus apud vos invenire possit offensam: neque enim nobis imputare poterunt, si delinquunt quando non jubentur mala dare, ut perperam cogantur accipere. Orphanis, viduisque contra sævos impetus debent placita præstare solatia; ita tamen, ne (quod accidit) per nimiam pietatem dum miseris subvenire quæritis, locum legibus auferatis. Nam si aliquid offendit forte districtum, talia date cunctis monita, ut jura possitis reddere feriata.*

* *attoniti.*

Episcoporum officium pro miseris.

IX. Munera Episcoporum erga subditos.

*Excludite, sanctissimi, inter immundos spiritus implacabiles vitiorum furores, violentiam temperate, avaritiam depellite, furta removete, depopulatricem humani generis luxuriam a vestro populo segregate. Sic auctorem iniquitatis efficaciter vincitis, si ejus persuasiones de humanis cordibus auferatis. Episcopus doceat, ne Judex possit invenire quod puniat. Administratio vobis innocentiæ data est. Nam si prædicatio vestra non desinat, necesse est ut pœnalis actio conquiescat. Et ideo dignitatem meam in omni vobis parte commendo, quatenus actus nostri sanctorum orationibus adjuventur, qui minus in humana potestate præsumimus. Familiariter etiam mihi suadete quod justum est. Non solum callidus adjurator, * quod generaliter debeo, incoactus exolvo: rependo etiam sanctitati vestræ honorificæ salutationis officium; textumque epistolæ affectuoso fine concludo, ut in mente vestra dulciora remaneant; quia bene sibi animus posteriora commendat.* Hactenus ad Episcopos Cassiodorus; quibus quidem, quid sæculi potestates, ipsi magistratus sibi ipsis, quid populo, quid Episcopis, atque in primis divino cultui debeant, quid etiam Episcopi ipsis magistratibus atque populis præstare teneantur, edocet.

* *adiutor vel adiuvator.*

X. Ingenti fame vexata Italia.

Ingentem plane hoc anno famem vexasse Urbem, tum recitatæ nuper epistolæ, tum aliæ plures ad diversos ab eodem datæ significant. Degens enim ipse Ravennæ, ubi Rex erat, cum vices suas Ambrosio Romæ delegat, de eadem penuria dum agit, sententiam ipso Cassiodoro dignam accipe (*a*): *Procul enim sit* (inquit) *ut aliquo ejus civitatis esuriente, satiemur. Illorum indigentia nostra penuria est. Quid plura? læti esse non possumus, nisi & illos gaudentes communiter audiamus.* Extat etiam ejusdem eo argumento, dum eadem fames urgeret, ad Datium Mediolanensem Episcopum hæc epistola (*b*):

(*a*) *Cassiod. Var. lib.* 11. *ep.* 5.

(*b*) *Cassiod. l.* 12. *ep.* 27.

XI. Cassiod. epist. ad Datium Episc. Med.

Minus prodest bonum jubere, nisi hoc per viros sanctissimos velimus efficere. Auget enim beneficium voluntas recta justorum; & quicquid sine fraude geritur, hoc vere donantis meritis applicatur. Decet enim, ut munificentiam Principalem sacerdotalis puritas exequatur: nam cui est studium bonum de proprio facere, laudabiliter potest aliena vota complere. Et ideo sanctitatem vestram petimus (cujus propositi est divinis inservire mandatis) ut de horreis Ticinensibus & Dertonensibus panici speciem (sicut a Principe jussum est) tertiam portionem esurienti populo ad vigintiquinque modios per solidum distrahi sub nostra ordinatione faciatis; ne cujusquam venalitate ad illos perveniat qui se de populo videntur posse transigere. Accipiat minus habens indulgentiam Principalem. Egentibus visum est, non divitibus subvenire. Fundit potius, qui mittit in plenum: nam illud potius reconditur, quod vasis vacuis congregatur.

*Quapropter sanctitas vestra miserationis officia non putet injuriam; quia totum vobis dignum est, ubi pietas invenitur: siquidem aliena desideria fideliter gerere, hoc est bona propria perfecisse. Ad quam rem, Deo juvante, procurandam, illum atque illum curavimus festinare: qui sanctitatis vestræ ordinationibus obsecuti nihil ex se faciant, sed tantummodo vobis obedire contendant. Solidi vero quanti ex supradicta quantitate panici poterunt congregari, vestra nobis relatione declarate: ut apud Arcarium reconditi ad supra memoratam speciem reparandam, futuris reserventur, Deo auxiliante, temporibus: more vestis redivivæ, cujus adunatio per fila resolvitur, ut in novam faciem splendido potius decore texatur *.* Hæc Cassiodorus ad Datium sanctissimum Mediolanensem Episcopum, de quo plura inferius dicturi sumus. Extat de sublevata inopia ejusdem edictum (*c*), quo Regis munificentia mirifice commendatur. His addidit etiam providus Præfectus Prætorio, ut Episcoporum arbitrio esse voluerit pretium venalium rerum, quas hospites iter agentibus distraherent: habetur enim de his ipsius promulgatum edictum (*d*). Sic igitur tanti Præfecti Prætorii industria factum est, ut ab ingruente fame Italia servaretur: quibus his omnibus satis superque ostensum est, quod ubi magistratus religione, nituntur, cuncta feliciter cedant. Sed jam ad res Ecclesiasticas orationem convertamus, detenti in

XII.

* *taxetur*

(*c*) *Cassiod. l.* 12. *ep.* 28.

Commendata diligentia Cassiod.

(*d*) *Cassiod. l.* 11. *ep.* 2.

in his occasione magistratuum, qui una cum anno sunt progressi, Paulini videlicet Consulis collegæ Justiniani & Cassiodori Præfecti Prætorio; digni perenni memoria viri.

XIII. Roman. Conc. ob emergentem quæstionem. Cum anno superiori (ut vidimus) Justinianus Augustus ob exortas controversias in Ecclesia Orientali, potissimum vero Constantinopoli ob monachos Acœmetas in Nestorianismum dilabentes, duos Archiepiscopos Cæsariensem & Ephesinum legatos misisset ad Joannem Romanum Pontificem, quem etiam convenissent missi ab adversa parte legati; Romæ diu multumque disceptatum est, atque ad convincendos adversantes Catholicæ pietati, curatum (ut diximus) fuit, ut etiam a transmarinis eruditis viris, & inter alios a Ferrando diacono Carthaginensi ea de re tractatio scriberetur: demum vero in sacro Patrum consessu, habito de his Romæ Concilio, rogata cujusque sententia, ex veteri Catholicæ fidei præscripto, quid sentiendum dicendumque esset, fuit firmiter stabilitum; sed & quæ ab ipso Imperatore missa erat scripta fidei professio, cognita, examinata fuit, pariterque probata. Cunctis insuper adversariis sententiis confutatis atque rejectis, ab ipso Romano Pontifice Joanne scripta est ad Imperatorem epistola, qua missa ab eo fidei confessio probaretur: ut ita palam facta in Oriente Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ sententia, confirmarentur Fideles, solidarentur infirmi, debilesque roborarentur; qui autem lapsi essent, scirent se extra Ecclesiam esse, apertum vero sibi aditum patere, si quam nossent probari ab Ecclesia Catholica fidem, eam, abdicata hæresi, vellent amplecti: cæterum nulla excusatione amplius digni essent, neque causari possent, non teneri se Imperatoris, ut pote laici hominis, sectari promulgatam de fide Catholica sanctionem; cum jam quid de his senserit, statueritque Romanus Antistes, ex patentibus ipsius litteris fieret manifestum.

XIV. Scriptis igitur Romæ ad Justinianum Imperatorem Apostolicis litteris, ipse Joannes Romanus Pontifex hoc anno sub dictis Consulibus octavo Kal. Aprilis illas dedit legatis opperientibus ibidem opportunum navigandi tempus: quibus quidem laudavit in primis Summus Pontifex in Catholico Imperatore egregiam pietatem, debitumque ipsius religionis cultum, quo prosequeretur Apostolicam sedem, a qua Evangelicam requireret veritatem. Rogavit demum eumdem Augustum, ut quos a recto fidei Catholicæ aberrare itinere sciret, omni adhibito studio revocaret, & inter alios ipsos legatos a monachis Acœmetis Romam missos. Sed præstat ipsas sancti Pontificis inspicere litteras, quas, ut posteris omnibus perspicuæ semper essent, in recentiori hoc anno facta sui Codicis editione Justinianus voluit exarari. Sunt vero hujusmodi (a): — Joannes Papa scribit ad Justinianum Imp. — (a) l. 8. C. de sum. Trin. & fide Cathol.

Gloriosissimo & clementissimo filio Justiniano Joannes Episcopus urbis Romæ.

XV. *Inter claras sapientiæ ac mansuetudinis vestræ laudes, Christianissime Principum, puriore luce tamquam aliquod sidus irradiat, quod amore fidei, quod charitatis studio, edocti Ecclesiasticis disciplinis, Romanæ sedis reverentiam conservatis, & ei cuncta subiicitis, & ad ejus deducitis unitatem; ad cujus auctorem, hoc est, Apostolorum primum, Domino loquente, præceptum est: Pasce oves meas. Quam esse omnium vere Ecclesiarum caput, & Patrum regulæ & Principum statuta declarant, & pietatis vestræ reverendissimi testantur affatus. Patet igitur in vobis impletum fore, quod Scripturæ loquuntur: Per me Reges regnant, & potentes scribunt justitiam. Nihil est enim, quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in Principe: nihil est, quod ita nequeat occasui subjacere, quam vera religio. Nam cum auctorem vitæ vel luminis utraque recipiant, recte & tenebras respuunt, & nesciunt subjacere defectui.* — Romanæ Ecclesiæ prærogativa. — Sed antequam progrediamur ulterius, scito, pie lector, ad hujuscemodi adeo ab Imperatore prædicatas & promulgatas Romani Pontificis super omnes Ecclesias prærogativas fremere legulejorum turbam hæreticorum, secundum illud Davidicum (b): *Peccator videbit, & irascetur: dentibus suis fremet, & tabes-* — (b) Ps. 111.

PAGIUS II. *Joannes II. approbat hanc propositionem,* Unus e Trinitate passus est Carne.

A num. XIII. ad XXIX. *Joannes* II. acceptis *Justiniani* Literis, de quibus anno elapso, ejusque Legatione, propositionem hanc, *Unus e Trinitate crucifixus est Carne*, examinavit, fidei Professionem Literis Imperatoris insertam approbavit, nec non Edictum fidei quod ante missam Legationem promulgaverat, ne *Acœmetarum* Legati aliquam ipsi calumniam struerent: *proinde*, inquit Joannes in Epistola ad Justinianum, VIII. Kalend. Aprilis Justiniano Aug. & Paulino Coss. data, & a Baronio num. XVI. & seqq. recitata, *Serenitatis Vestræ apices per Hypatium atque Demetrium sanctissimos viros, Fratres & Coepiscopos meos, reverentia consueta suscepimus: quorum etiam Relatione comperimus, quod fidelibus populis proposuistis Edictum amore fidei, & pro submovenda hæreticorum intentione, secundum Apostolicam doctrinam, Fratrum & Coepiscoporum nostrorum interveniente consensu: quod quia Apostolicæ doctrinæ convenit, nostra auctoritate confirmamus.*

III. *Monachi Acœmetæ a Joanne II. damnati.* In eadem Epistola *Acœmetas* Monachos obstinato animo in errore perseverantes, communione privavit, nisi ad sanam mentem redirent: *In quibus*, inquit, *observantes ea, quæ ab ipsorum sunt statuta Pontifice, eos minime in nostra com-*

bescet: haud pati valentes, adeo amplissimis notis Imperatorio stylo, in perpetuum permansuris legibus, in ipso fronte Codicis veluti æneis tabulis exarato epitaphio ejusdem Romanæ Ecclesiæ majestatem & potestatem inspiciendam proponi: quamobrem tantæ lucis radiis caligantes, amicas tenebras captant filii tenebrarum; injectoque desuper mendacii furvo pallio, negant esse Joannis Papæ & Justiniani Imper. has epistolas: adversus quos ad finem hujus narrationis erit fusior disputatio, ex qua cum inscitia hæreticorum fraudes, & dolos, quibus erubescant, perspicua luce inspicies: modo autem quæ sunt reliqua Joannis Papæ epistolæ accipe: Pergit enim:

XVI. *Quamobrem, gloriosissime Principum, votis omnibus exorabitur divina potentia, ut pietatem vestram in hoc ardore fidei, in hac devotione mentis, in hoc integræ religionis studio sine defectu sui in longiora tempora conservet: hoc enim & sanctis credimus Ecclesiis expedire. Scriptum est enim (a): Labiis regit Rex. Et iterum (b): Cor Regis in manu Dei est, & ubi voluerit, inclinabit illud. Hoc est enim quod vestrum firmat Imperium, hoc est quod regna vestra conservat. Nam pax Ecclesiæ, religionis unitas, auctorem facti in sublime provectum grata sibi tranquillitate custodit. Neque enim parva ei vicissitudo a potentia divina tribuitur, per quem nullis rugis Ecclesia divisa secernitur, nullis insertis maculis variatur. Scriptum est enim (c), quia cum Rex justus sederit super sedem, non adversabitur ei quicquam malignum. Proinde serenitatis vestræ apices per Hypatium atque Demetrium sanctissimos viros fratres & coepiscopos meos reverentia consueta suscepimus: quorum etiam relatione comperimus, quod fidelibus populis proposuistis edictum amore fidei, pro submovenda hæreticorum intentione, secundum Apostolicam doctrinam fratrum & coepiscoporum nostrorum interveniente consensu: quod quia Apostolicæ doctrinæ convenit, nostra auctoritate confirmamus.*

(a) Apoc. 22. (b) Prov. 21. (c) Prov.

XVII. *Liquet igitur, Imperator gloriosissime (ut lectionis tenor & legatorum vestrorum relatio patefecit) vos Apostolicis eruditionibus studere: cum de religione Catholicæ fidei ea sapitis, ea scripsistis, ea protulistis, ea populis fidelibus publicastis, quæ (sicut diximus) & sedis Apostolicæ doctrina, & sanctorum Patrum veneranda decrevit auctoritas, & nos confirmamus in omnibus. Opportunum est ergo, voce exclamare Prophetica (d): Jucundetur tibi & abundet cælum desuper, & effundant montes jucunditatem, & colles lætitia lætabuntur. Hæc igitur in tabulis cordis fideliter scribere, hæc ut pupillam oculorum convenit observare. Neque enim quisquam est, in quo Christi charitas fervet, qui tam rectæ, tam veræ confessionis vestræ fidei refragator existat: cum evidenter impietatem Nestorii, Eutychetisque, & omnium hæreticorum damnantes, unam veram Catholicam fidem Domini & Dei nostri Salvatoris Jesu Christi magisterio institutam, & Propheticis, Apostolicisque prædicationibus ubique diffusam, & nostræ doctrinæ consentaneam, inconcusse atque inviolabiliter devota Deo & pia mente servetis. Soli etenim professionibus vestris adversantur, de quibus divina Scriptura (e) loquitur, dicens: Posuerunt mendacium spem suam, & mendacio operti speraverunt. Et iterum, qui secundum Prophetam (f) dicunt Domino: Recede a nobis: vias tuas scire nolumus. Propter quod Salomon dicit (g): Per semitas propriæ culturæ erraverunt, colligunt autem manibus infructuosa.*

(d) Ps. 95. (e) Isai. 28. (f) Hier. 44. (g) Prov. 4.

XVIII. *Hæc est igitur vera vestra fides, hæc certa religio; hoc beatæ recordationis (ut diximus) Patres omnes Præsulesque Romanæ Ecclesiæ, quos in omnibus sequimur; hoc sedes Apostolica prædicavit hactenus & inconcusse custodivit. Huic confessioni, huic fidei quisquis contradictor extiterit, alienum se ipsum a sancta communione, alienum ab Ecclesia judicabit esse Catholica. Nos enim Cyrum cum sequacibus suis in Romana invenimus civitate, qui de Acœmetensi* monasterio fuit: quos Apostolicis suasionibus ad rectam fidem, & velut oves quæ perierant, errantes, ad ovile contendimus revocare Do-*

* Cumitensi *Græc.* ἀκοιμήτων, *sic dicti quasi insomnes.*

PAGIUS *communione suscepimus, & ab omni Ecclesia Catholica esse jussimus alienos, nisi errore damnato, doctrinam nostram quantocyus sequi, habita regulari Professione, signaverint.* Hoc eodem anno eademque de causa *Joannes* II. literas ad Senatores, *Avienum*, *Liberium* aliosque dedit, quæ extant apud Baronium num. XXIV. & seqq. in quibus tres sibi ab Imperatore propositas quæstiones testatur, de quibus diffidia orta erant. I. *utrum Unus ex Trinitate Christus Deus noster dici possit:* hoc est, una de tribus Personis Sanctæ Trinitatis Persona? II. *an Deus Christus Carne pertulerit, impassibili Deitate?* III. *an proprie & veraciter Mater D. N. Jesu Christi Maria semper Virgo debeat appellari?* quas propositiones tanquam Catholicæ fidei consentaneas se probasse scribit *Joannes* II. easdemque subjectis Scripturæ Sacræ & SS. Patrum testimoniis confirmat. Denique *Vigilius* Papa, cum in Trium Capitulorum proscriptione, consentire nollet, ut Justiniani animum quoquo modo deliniret, in Encyclica Epistola propositionem supra memoratam se approbare testatus est: *passus*, inquit, *Carne est pro nobis Dei Filius, crucifixus Carne est, & mortuus Carne est.* Eadem etiam propositio anno DLIII. definita fuit in Synodo V. Collat. VIII. Canone IV. & seq.

Dominicum; ut agnoscant (secundum Prophetam a) linguæ balbutientes loqui quæ ad pacem sunt. Ad non credentes autem per nos primus Apostolorum Isaiæ Prophetæ (b) verbum dicit: Ambulate in lumine ignis vestri & flammæ, quam succendistis. Sed obduratum est cor eorum (ut scriptum est c) ut non intelligerent: & pastoris (d) vocem oves, quæ meæ non erant, audire minime voluerunt. In quibus observantes ea quæ ab ipsorum sunt statuta Pontifice, eos minime in nostra communione recepimus, & ab omni Ecclesia Catholica esse jussimus alienos; nisi errore damnato, doctrinam nostram quantocyus sequi, habita regulari professione, signaverint. Æquum quippe est, ut qui nostris minime obedientiam accomodant statutis, ab Ecclesiis habeantur extorres.

(a) Ps. 28. (b) Isai. 50. (c) Ps. 35. (d) Joan. 10.

XIX. *Sed quia gremium suum numquam redeuntibus claudit Ecclesia: obsecro clementiam vestram, ut si proprio deposito errore, & prava intentione depulsa, ad unitatem Ecclesiæ reverti voluerint; in vestram communionem receptis, indignationis vestræ removeatis aculeos: & nobis intercedentibus, benigni animi gratiam condonate. Deum autem, & Salvatorem nostrum Jesum Christum exoramus, quatenus longævis & pacificis vos dignetur custodire temporibus in hac vera religione, & unitate & veneratione Apostolicæ sedis, cujus principatum ut Christianissimi, & pii conservatis in omnibus. Præterea, serenissime Principum, laudamus legatorum vestrorum personas Hypatii, & Demetrii fratrum & coepiscoporum nostrorum; quos clementiæ vestræ gratos fore, ipsa manifestavit electio. Nam tantæ causæ pondus nonnisi perfectis in Christo potuisset injungi: tantæ vero pietatis, tantæ reverentiæ plenos affatus, nisi per amantes minime dignaremini destinare. Gratia Domini nostri Jesu Christi, & charitas Dei Patris, & communicatio sancti Spiritus sit semper vobiscum, piissime filii. Amen.* Item subscriptio. *Omnipotens Deus regnum vestrum & salutem vestram perpetua protectione custodiat, gloriosissime & clementissime filii, Imperator Auguste. Dat. Romæ octavo Kal. Aprilis, D. N. Justiniano PP. A. & Paulino V. C. Conss.* Hactenus Joannis Papæ ad Justinianum Imperatorem epistola: quæ autem continet ipsius Justiniani Imper. fidei confessionem, suo loco seorsum superius, quo scripta est tempore, recitavimus.

XX. In hac vero Joannis epistola potissimum velim consideres, illa ipsius verba, quibus ait: *Quorum etiam*, legatorum videlicet, *relatione comperimus, quod fidelibus populis proposuistis edictum amore fidei pro submovenda hæreticorum intentione, secundum Apostolicam doctrinam, fratrum & coepiscoporum nostrorum interveniente consensu: quod quia Apostolicæ doctrinæ convenit, nostra auctoritate confirmamus.* Attendas ex his, inquam, velim quod ait, non solum secundum Apostolicam doctrinam, sed interveniente Episcoporum consensu, illa ab ipso Imperatore esse statuta atque pariter promulgata: ne putes (quod & superius admonuimus) ipsum Justinianum Augustum in hujuscemodi promulgandis edictis aliquid sibi præter jus fasque temere usurpasse: cum in primis in his decernendis Apostolicæ doctrinæ ratio haberetur; inde vero Episcoporum Orthodoxorum, qui aderant, expeteretur judicium, atque requireretur sententia: ad postremum autem (ut vides) num omnia pie sancteque in omnibus consentientia essent Catholicæ veritati, ipse qui primarius Ecclesiæ Catholicæ præsideret Antistes, Romanus Pontifex consuleretur, ejusque auctoritas, quæ confirmaret omnia, peteretur: adeo ut nihil his sanctius rectiusque perfici potuerit ab Orthodoxo Imperatore, qui Catholicæ fidei patrocinium studio indefesso susceperit. Quod enim in aliis ante promulgatis de fide Catholica sanctionibus, quibus potius quid ipse de Catholica fide sentiret reddi omnibus voluit manifestum, hæc visus esset prætermisisse; ne quid deesset ad plenam auctoritatem, ab Episcopis (ut videri potest) admonitus, Romanum Pontificem per litteras atque legatos ex more consuluit; quod tunc facere prætermiserat, cum non essent qui ex adverso consurgerent; sed excitatis illis Nestorii defensoribus, non sibi nec Episcopis Orientis satis virium & auctoritatis esse sensit ad confutandos hæreticorum errores, nisi accederet Apostolicæ sedis scriptis declarata sententia, quam quæsivit & promulgavit.

Justinian. ex sententia Episcoporum cuncta decernit.

XXI. Hic insuper opus est monere lectorem, reperiri in tomis Conciliorum longe prolixius scriptum edictum, immo librum (ita enim eum appellat Liberatus diaconus) inscriptum ad Joannem Rom. Pontificem: quod cum præseferat ipsius fidei rectæ confessionem, est tamen veluti catechismus & fidei Catholicæ exacta declaratio, ac de Tribus capitulis diu postea in Ecclesia controversis exacta discussio; cui ejusmodi præfixa reperitur inscriptio: *Edictum piissimi Imperatoris Justiniani fidei confessionem continens, & refutationem hæresum quæ adversantur Catholicæ Dei Ecclesiæ, Joanni Papæ Secundo transmissum, ut patet in Vita ejusdem Papæ ex libro Pontificali.* At hæc inscriptio alicujus est recentioris auctoris res haud satis exploratas habentis: in libro enim qui esse creditur Anastasii de Ro-

Edictum Imp. posterius ad Joannem Papam falso inscriptum.

Romanis Pontificibus nulla penitus mentio de hoc habetur edicto, sed de priori dumtaxat per dictos legatos Romam allato. Sed & scias perperam additum ipsum missum fuisse ad Joannem Secundum Romanum Pontificem, quod (ut dicemus) constat tempore Vigilii Papæ conscriptum. Hic ille enim est liber, quem adversus Tria capitula Theodorus Cæsariensis Episcopus ab ipso Imperatore edendum curavit, ut testatur Liberatus, diaconus (a) qui & his vivebat temporibus, atque ob oculos ea quæ est testatus habebat: cujus pariter libri mentio est apud Vigilii Papæ decretum de damnatione ipsius Theodori Episcopi Cæsariensis. Sed hæc manifestiora fient suis locis inferius, cum de Tribus capitulis opportuna tractatio erit. Ut autem de his hoc tempore Justinianus ad Joannem Pontificem scriberet, nulla penitus ratio exigebat, quod nec aliqua causa id postularet, cum nondum de Tribus capitulis altercatio aliqua oborta atque vulgata esset. Contius igitur doctissimus Jureconsultus, dum in appendice ad Justinianeum Codicem inter alia prætermissa ipsum edictum recitat, in præposita ei a se erudita notatione minime nobis probatur, dum tempore hujus Joannis Papæ ab eodem Imperatore editum tradit: neque dum etiam plus æquo illud commendat, non considerans fuisse in Ecclesia Catholica seminarium dissensionum, quæ diutius coalescentes, schismata germinarunt ubique: etenim (ut constat ex Liberato diacono) fuit illud scriptum contra Pelagium sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconum a Theodoro Cæsariensi, cujus sicut nec causa bona præcessit, ita nec felix finis est consecutus, turbata universæ Ecclesiæ pace; ut ex his quæ inferius dicenda erunt, satis perspicuum apparebit. Sed prosequamur jam cœptam de legatis remeantibus narrationem.

(a) Liberat. Diac. brev. c. 24.

XXII. De cantico a Justiniano Ecclesiis tradito. Justinianus Imperator, reversis Roma legatis, cum fidei suæ professionem, Catholicæque fidei rectam sententiam (ut optarat) ab ipsa Apostolica sede confirmatam accepisset: ne ea ullatenus e populi animis elaberetur, sed fixius uniuscujusque menti inhæreret, quod Apostolicæ sedi placuisset; prudenter illud excogitavit, ut eam ad Ecclesiastici cantici rhythmos accommodatam, instar psalmi, Ecclesiis traderet concinendam: id namque ab ipso factum anno sequenti, quo Imperii nonus incipit, Miscella habet, licet Cedrenus anno septimo actum tradat: sed magis illi sententiæ inhæremus, ut non ante id tentatum fuerit, quam idem Imperator acceperit ab Apostolica sede confirmatum fidei suæ edictum. Fuisse autem ejus cantici ejusmodi exordium: *Unigenitus Filius & Verbum Dei*, &c. æque confirmant. Quod enim ipso ferme initio nascentis Ecclesiæ vidimus factitatum, ut Romanorum Pontificum litteras cum acciperent Orientales, easdem conservatas in ecclesiis populo publice lectitarent; ex majorum utique disciplina atque exemplo peractum apparet, ut quam sedes Apostolica cognovisset & confirmasset fidei professionem, omnes simul occinerent.

XXIII. Sed ad Joannem Romanum Pontificem redeamus: qui non solum Justiniani Imperatoris fidei professionem probavit, sed & adversantes illi Acœmetas monachos damnavit: idemque etsi satis esset confirmasse scriptam ab Imperatore fidem, tamen eo argumento adhuc longiorem tractationem aggressus scribere, interpellatus inter hæc a doctissimis quibusdam Senatoribus breviorem eo argumento scripsit epistolam, quæ est hujusmodi (b):

(b) Extat Tom. 4. Biblioth. sanct.

XXIV. *Joannes Episcopus Romanus illustribus & magnificis viris Avieno, Senatori, Liberio, Severino, Fideli, Avito, Opilioni, Joanni, Silverio, Clementiano, & Ampelio salutem.*

Joannis Papæ de fide epist. ad Senatores.

Olim quidem, illustres & magnifici filii, ad hoc sententiæ meæ summa constiterat, ut ante jussionem vestram, postquam epistolæ vel dogmatis tenorem cuncta Ecclesia hoc est, sacerdotum, Senatus, & populi probavit assensus; sub paginali alloquio vestris etiam sensibus intimanda dirigerem. Sed consilii ordinem illa res vertit, quia & dogmati per dies singulos divinæ Scripturæ subduntur, & imperfecta destinari non poterant in exemplaribus scripta transmitti. Novimus enim, quod Domino docente, præceptum est, quod pastor diligens gregem, salubria ultro non desistat ingerere: quia res quæ ad salutem animæ pertinet, omnibus necesse est sensibus intimari. Proinde illustres & magnifici filii, quia festinatio non pertulit portitores, ut ea scribi & dirigi potuissent; incontinenti tamen, si dictus divinus favor arriserit, tam epistolæ quam dogmatis exemplaria destinabimus.

XXV. *Nunc autem, ne quid de nostris * sensibus relinquatur ambiguum; quid epistolæ tenor habeat, quid textus dogmatis contineat, breviter insinuare curavi. Justinianus siquidem Imperator filius noster (ut ejus epistolæ tenore cognovistis) de his tribus quæstionibus orta certamina fuisse signavit: Utrum unus ex Trinitate Christus & Deus noster dici possit, hoc est, una de tribus personis sanctæ Trinitatis sancta persona: An Deus Christus carne pertulerit, impassibili deitate: An proprie & veraciter mater Domini Dei nostri Christi Maria semper Virgo debeat appellari. Probavimus in his Catholicam Imperatoris fidem, & ita esse, Propheticis & Apostolicis vel Patrum exemplis evi-*den-

* vestris.

denter ostendimus. Unum enim ex sancta Trinitate Christum esse, hoc est, unum de tribus sanctæ Trinitatis personis sanctam esse personam, sive subsistentiam, quam Græci ὑπόςασιν dicunt, in his exemplis evidenter ostendimus. In libro Genesis (a), per Moysen Trinitas ipsa sic dicit: Ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis. Et item vas electionis Paulus ad Corinthios ita evidenter expressit (b): Unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Et in Symbolo Synodi Nicænæ: Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum.

(a) Genes. 2.
(b) 1. Cor. 8.

XXVI. *Item sanctus Augustinus, cujus doctrinam secundum prædecessorum meorum statuta Romana sequitur & probat Ecclesia, in libro undecimo de Civitate Dei sic dicit: Credimus & tenemus, fideliter prædicamus, quod Pater genuerit Verbum, hoc est, Sapientiam, per quam facta sunt omnia, unus unum, æternus coæternum, summus bonus æqualiter bonum. Et quod Spiritus sanctus simul & Patris & Filii sit Spiritus, & ipse consubstantialis & coæternus ambobus, atque hoc totum Trinitas sit propter proprietatem personarum, & unus Deus propter inseparabilem unitatem: sicut unus omnipotens propter inseparabilem omnipotentiam: ita tamen, ut cum de singulis quæritur, unusquisque eorum & Deus omnipotens esse respondeatur. Ejusdem in libro secundo contra Maximinum: Et Pater Deus est, & Filius Deus est, & Spiritus sanctus Deus est, & hi simul tres unus est Deus, nec hujus Trinitatis tertia pars est unus, nec major pars duo quam unus est. In libro S. Augustini quintodecimo de Trinitate: Ratione etiam reddita intelligentibus palam est substantia veritatis, non solum Patrem Filio non esse majorem, nec ambos simul aliquid esse majus quam Spiritum sanctum, aut quoslibet duos in eadem Trinitate majus esse quam unum, aut omnes simul tres majus esse quam singulos. Gregorius Nazianzenus ex sermone de Epiphania: Deum, &c.* Subtexit Græcorum Patrum atque Latinorum testimonia fidelissima, quibus (quod contendit) probatur unam personam sanctissimæ Trinitatis dici Christum, eumdemque natum & passum in carne, vereque ac proprie Mariam sanctissimam Virginem Dei matrem dici, & esse quod dicitur. Ad postremum vero ita concludit:

XXVII. De Verbi Incarnatione Catholica doctrina. *His igitur evidenter ostensum est, illustres & magnifici filii, quod scripserit Imperator, quod Romana sequatur & colat Ecclesia; atque Christum Dominum nostrum unum esse (ut sæpe diximus) sanctæ Trinitatis ex duabus naturis cognoscendum, hoc est, in deitate, & humanitate perfectum, non antea existente carne & postea unita Verbo; sed ab ipso Deo Verbo initium, ut esset, accipiens, ex materno corpore caro sumpsit initium, salva proprietate vel veritate utriusque naturæ, hoc est, divinitatis atque humanitatis, Dei Filium Dominum nostrum Jesum Christum Catholici confitemur, omni posthac communionis confusione submota: neque enim naturas in eo aliter agnoscimus, nisi differentiam intelligentes & confitentes divinitatis atque humanitatis. Sed nec duas personas in Christo intelligimus per id quod dicimus duas naturas, ut adunationis divisionem facere videamur, & sit (quod absit) Quaternitas, & non Trinitas, sicut Nestorius sensit insanus. Nec confundimus easdem unitas naturas, cum unam personam Christi confitemur, ut Eutyches impius credidit. Tomum vero Papæ Leonis, omnesque epistolas, necnon & quatuor Synodos, Nicænam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem (sicut Romana hactenus suscepit & veneratur Ecclesia) sequimur, amplectimur, atque servamus. Hoc est enim nostræ fidei firmamentum, hæc est fidei nostræ petra firmissima.*

XXVIII. De vitandis damnatis Acœmetis Nestorianis. *Hæc autem, illustres & magnifici filii, agentes gratias solicitudini vestræ, pauca intimare curavimus: plenius tamen directis exemplaribus, poteritis agnoscere. Acœmetas, qui se monachos dicunt, qui Nestoriani evidenter apparuerunt, Romana etiam eos damnat Ecclesia. A quibus vos, propter canonem, qui cum excommunicatis Christianum nec loqui nec communicare permittit, diligentia pastorali admonere non desino, ut eorum etiam simplicem collocutionem vitetis; nihilque vobis cum eis existimetis esse commune. Quod ideo facio, ne reus silentii inveniar, si hæc ad vestram minime, Christianissimi filii, notitiam pertulissem. Incolumem magnitudinem vestram Deus noster custodiat, domini filii merito illustres atque magnifici.* Hactenus Joannes Pontifex ad Senatores.

XXIX. Hæc quidem epistola si innotuisset Novatoribus leguleis, puto erubuissent (si tamen in ipsis innatæ homini verecundiæ aliquid remansisset,) negare epistolam Justiniani ad Joannem Pontificem, illamque ab ipso ad eum redditam, esse germanas; cum ex hac ad Senatores conscripta ambæ legitimæ declarentur. Hanc autem nactus doctissimus Cujacius (c), nihil penitus moratus, ex eadem dictas Justiniani atque Joannis epistolas cognovit genuinas, asseruitque esse germanas, secutus sententiam disertissimi Alciati, qui hæc de his habet (d): *Sunt qui & suspectam habeant Joannis Pontificis epistolam, quæ sub titulo de summa Trinitate*

(c) Cujac. observ. l. 12. cap. 26.
(d) Alciat. parerg. l. 4. cap. 23.

Probatæ epist. Justiniani atque Joannis Papæ.

tate in Justiniani Codice sita est; dicuntque in antiquis codicibus non inveniri: quod (ut arbitror) eo faciunt ut illos adjuvent, qui Pontificis Romani auctoritatem deprimunt: quo nomine alios quoque auctores depravatos ab eis deprehendi, ut Othonis Frisingensis Chronica, & Lygurini poetæ carmina quædam. Ego in antiquis plurimis eam extare scio, nec ulla suspicione convelli posse. Quod si unus aut alter codex non habeat, id scriptorum incuriæ tribuendum, qui eam quandoque omiserint, quod non multum ad legalis scientiæ materiam pertineret: non tamen ideo hæsitandum est, quin genuinus germanusque Joannis sit fœtus. Hucusque doctissimus Alciatus, cui absque ullo hæsitationis scrupulo vir insignis juris æque consultissimus Cujacius non tantum (ut diximus) inhærens adstipulatus est; verum etiam ex recitata dicta epistola ejusdem Joannis Pontificis ad Senatores, eamdem sententiam firmius roboravit, solidius confirmavit, atque peditus stabilivit, dum ait (*a*):

(*a*) *Cujac. observ. lib. 12. c. 17.*

XXX. Alciati atque Cujacii eadem sententia.

Merito doctissimus Alciatus non tulit eos, qui a titulo de summa Trinitate & fide Catholica conabantur abstrahere epistolam Joannis Papæ sive Archiepiscopi Romani ad Imperatorem Justinianum, cui inserta est ab ipso Justiniano ad eumdem scripta fidei professio. Nec enim in eo titulo ponendæ epistolæ illius auctor alius fuit, quam Justinianus ipse, qui Pontificis Romani, cui libenter defert primas in Ecclesia, judicio & approbationi tribuebat omnia. Et omnino res ita procedit. Posuit primum in eo titulo Justinianus fidei suæ professionem quam ediderat statim ipso initio sui Imperii, quæ est lex quinta: Deinde edictum de fide sua, & hæreticorum condemnatione propositum omnibus populis fidelibus (ut Joannes ait in sua epistola) Constantinopolitanis scilicet, & Ephesiis, & Cæsariensibus, Cyzicenis, & Amidenis, & aliis plerisque quæ est lex sexta: Tum ad Epiphanium Archiepisc. Constantinopoleos specialiter epistolam ea de re, quæ est lex septima: Et octavo atque ultimo loco similem aliam, præterquam quod Latine inter summa verborum serie & consequentia parem ad Joannem Archiepiscopum urbis Romæ, quam maluit una confirmationi & approbationi Joannis injectam nobis quam solam exhibere, ut probatur hic ordo evidenter in libris Basil. in quibus ultimo loco, quod Joannis Latine exordium est hujusmodi: *Inter claras mansuetudinis vestræ laudes* ita redditur: Ἐν τῇ λαμπρότητι τῆς ὑμετέρας πραότητος &c. Et de hac epistola idem Joannes scribens illustribus viris Avieno, Senatori, Liberio, & aliis: *Justinianus*, inquit, *Imperator (ut ex ejus epistolæ tenore cognovistis) de his tribus quæstionibus orta certamina fuisse signavit: Utrum unus ex Trinitate Christus, & Deus noster dici possit, &c.* Hæc Cujacius, in omnibus firmiter insistens Alciati vestigiis, quem præ cæteris sciret in his dignoscendis præstare scientia, atque pollere prudentia, & fide.

XXXI. At præterierunt tanta hæc quavis meridiana luce clariora offusum caligine hæresis Novatorem Jureconsultum (*b*), qui in ipso superliminari operis sui, Responsionum amicabilium, egregium ac dignum auctore affixit tum impietatis tum etiam inscitiæ titulum cunctis spectandum; dum videlicet ipso primo operis sui capite, in odium, quo vehementissime flagrasse perspicitur, Romanorum Pontificum, probare frustra nisus est, constitutionem, inter claras, partum esse suppositum, non genuinum ipsius cujus asseritur, Joannis Secundi ejus nominis Romani Pont. Inter claras plane sedis Apostolicæ laudes tantæ claritudinis fulgoris impatiens cæcutit vespertilio, quem captantem tenebras non aliter quam veritatis luce fugandum putamus. Quid enim? Num si (ut frustra putas) ab hujusmodi splendoris radio absconderis, vitare poteris alia plurima lucis spicula undique haud minore fulgore infirmam tuam oculorum aciem fortius ferientia? Et ut a viciniori incipiamus: Numquid non ingens splendor ignis, & de igne fulgor egrediens est sententia illa Justiniani in constitutione (*c*) ad Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum, qua de iisdem datis ad Joannem Romanum Pontificem litteris meminit, cum ipsum Romanæ sedis Antistitem nominat caput omnium sacerdotum, cujus sit muneris pullulantes omnes hæreses condemnare? Sed ejus singula verba inferius reddemus. Numquid & hanc negas esse legitimam, de qua nulla umquam extitit vel levis saltem controversia? Numquid ipsum corpus Juris eviscerabis, ut cuncta quæ favent Ecclesiæ Romanæ primatui, prorsus evellas? Quod si non negas (sicut nec potes) hanc esse Justiniani ad Epiphanium editam sanctionem: habes ex ea non tantum assertam ejusdem Ecclesiæ Romanæ super omnes Ecclesias principalem auctoritatem, sed etiam ad Joannem Romanum Pontificem datam epistolam confirmatam.

(*b*) *Perstringit auctor Othomanum I. C. qui lib. 1. c. 1. Resp. amic. de his agit.*

(*c*) *l. 7. Cod. de sum. Trinit.*

XXXII. Sed audi singula verba Imperatoris: *In omnibus* (inquit) *servato statu unitatis sanctissimarum Ecclesiarum cum ipso sanctissimo Papa veteris Romæ, ad quem similia hisce perscripsimus. Nec enim patimur, ut quicquam eorum quæ ad Ecclesiasticum spectant statum, non etiam ad ejusdem referatur beatitudinem, cum ea sit caput omnium sanctissimorum Dei sa-*

sacerdotum; vel eo maxime, quod quoties in his locis hæretici pullularunt, & sententia & recto judicio illius venerabilis sedis coerciti sunt. Quid ad hæc data ad ipsum Constantinopolitanum Episcopum dicis? Quid tu adeo inaniter blateras, Justinianum Imperatorem, & alios superiores Augustos Patriarchæ suo Constantinopolitano vel majorem quam aliis omnibus, vel certe parem potentiam atque auctoritatem tribuisse? Sed quibus ista probes auctoritatibus, quæras licet diutius, minime poteris invenire: cum e contra quibus contrarium affirmetur, confluant undique testes & testimonia.

XXXIII. Primatus Rom. Eccles. pluries testatus. Numquid te præterierunt qui alios juris prudentiam docendos susceperis, quæ idem Justinianus Augustus pluribus sanctionibus de Ecclesiæ Romanæ primatu, deque summa super omnes Romani Pontificis potestate, supremaque auctoritate in universa Catholica Ecclesia amplissimis notis testata reliquit? Accipe hic ea in unum collecta, quæ pro temporis ratione diversis in locis Annales exhibent, atque in primis quæ item ad Joannem Papam idem Justinianus scribens, in ipsius exordio epist. habet his verbis (*a*): *Ut legum originem anterior Roma sortita est, ita & summi Pontificatus apicem apud eam esse, nemo est qui dubitet. Unde & nos necessarium duximus, patriam legum, fontem sacerdotii speciali nostri numinis lege illustrare, &c.* Sed & intuere illa quæ ad Mennam Constantinop. Ecclesiæ Patriarcham itidem de Romana Ecclesia scribit (*b*), dum agit de Agapeto Romano Pontifice, quod Constantinopolitanæ sedis Episcopum jure deposuerit Anthimum, eo quod cum Ecclesia Romana minime conveniret; utpote quæ tamquam lapis Lydius, quæ sincera, quæve sint spuria dogmata probet; atque etiam quæ Apostolica auctoritate præcellens, omnes cujusvis amplissimæ Ecclesiæ sacerdotes a recto fidei tramite deviantes condemnet.

(*a*) *Justinian. Novell. 9.*

(*b*) *Justinian. Novell. 42.*

XXXIV. Sed & quam disertis verbis primatum declaret ejusdem Romanæ sedis, cum secundum locum tribuere satagit Constantinopolitanæ Ecclesiæ, accipe ex ejusdem Novella (*c*) constitutione ad Petrum Præfectum Prætorio data, ubi post alia: *Ideoque sancimus* (inquit) *secundum earum*, quatuor scilicet Conciliorum regularum, *definitiones sanctissimum senioris Romæ Papam primum esse omnium sacerdotum, beatissimum autem Archiepiscopum Constantinopoleos novæ Romæ secundum habere locum post sanctam Apostolicam senioris Romæ sedem, aliis autem sedibus omnibus præponatur.* Hæc ipse: quorum verborum exordio vides non ista ipsum concedere, ut primum locum obtineat Romana Ecclesia; sed ea jam ante sacris canonibus constituta servari debere, nova lege sancire. Quid his singulis recitatis sententis, rogo, firmius dictum, dilucidius repetitum, instantius inculcatum, evidentius apertum, atque gloriosius prædicatum inveniri potest? Ut plane non oculis tantum, sed mente penitus captum eum quis dixerit, qui tot fulgentibus radiis veritatis adhuc cæcutiit, ac deliravit, dum ad negandum sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ primatum satis sibi sufficere putavit, si unam Justiniani Imp. constitutionem in Joannis Papæ epistola recitatam, in dubium revocet atque neget.

(*c*) *Nov. 131. cap. 2.*

Patefit imperitia Novatoris.

XXXV. Dum ergo pro foribus operis sui istiusmodi adeo spectanda gloriose proponit: tu ex postibus tanta nigredine foris obductis intellige carbonariam, & ex ordita mendaciorum tela textorem impium & imperitum considera. Quid enim scisse potuit, qui ad unius constitutionis dubietatem, expendendam putavit universam sedis Apostolicæ auctoritatem; cum si vel mediocriter tinctus Ecclesiasticis litteris fuisset, plusquam sexcentas non ignorasset de ea firmissimas Patrum extare sententias? Et ne quis putet nos ista dicentes, hyperboles loqui, legat digestos a nobis hactenus singulos annos, & vix eorum inveniet aliquem, in quo suprema Romanæ Ecclesiæ super omnes Ecclesias non eluceat vel dictis vel factis auctoritas. Cum igitur de primatu Romanæ Ecclesiæ idem Imperator eadem sæpius inculcarit: cum semel dixisse dicatur (*d*): *Constantinopolitana Ecclesia omnium aliarum est caput:* quis non intelligat, ipsum ad Orientales tantum Ecclesias habuisse respectum? Prout expresse habet in Novella centesima trigesimaprima. Zenonis quoque constitutionem (*e*) quis non videat ita intelligendam? Nam nihil amplius idem ei contulit Imperator, nisi ut vindicatam a tyrannide Basilisci in integrum restitueret ipsam Constantinopolitanam Ecclesiam.

Primatus Roman. Eccl. ubique lucet.

(*d*) *l. 24. C. de Sacrosanct. Eccl.*

(*e*) *l. 16. C. eod.*

XXXVI. Quæ obiecerit adversarius. At ne quis existimet, non ita facile esse objecta diluere, sicut est veritatem astruere; necessarium existimamus, ipsius adversarii hic verba reddere, quibus adulterinam esse Joannis constitutionem affirmare conatur: post enim nonnulla in dedecus opprobriumque Apostolicæ sedis furiose jactata, hæc habet: *Harum epistolarum architectus in duabus vicinis legibus, septima scilicet & octava, pugnantia scripsisse arguitur, vehementerque inter se dissidentia. Nam cum lege septima Græce scripta & anno Christi quingentesimo trigesimotertio data nempe sub Justiniano solo tertium Consule, septimo Kal. Aprilis, faciat eum scripsisse litteras (ut nunc loquimur) patentes, omnibus cognoscen-*

scendas, ad Patriarcham suum Constantinopolitanum; quibus litteris prædicat se hanc suam fidei confessionem jam ante Romano Papæ spectandam cognoscendamque misisse. Tamen hac nostra lege octava, quæ confessionem illam continet, facit easdem illas litteras ad Papam Romanum datas, legatosque missos anno demum insequente, nempe quingentesimo trigesimoquarto, Paulino Consule, septimo Kalendas Aprilis. Superiore inquam, anno scribit se jam misisse legatos ad Papam Romanum: aut anno vertente, duodecimo denique post mense, scribit se tum primum legationem & confessionem illam mittere. Quam sunt ista, quæso, consentanea & inter se congruentia? Hæc ipse, dum pluribus patens (ut putat) mendacium & imposturam exaggerat, atque perinde ac si deprehendisset cum furto furem, exclamat.

XXXVII. Confutatio mendaciorum. Sed risimus imperitiam hominis; simulque miserti magis sumus prava affectione imbuti animi, qui adeo patentem licet, tamen nolit, sive nesciat admittere veritatem. Dicit ipse, in constitutione data ab ipso Imperatore anno superiori ad Epiphanium mentionem haberi sanctionis ejusdem datæ ad Joannem: hoc concedimus. Insuper epistolam Joannis redditam Imperatorem esse scriptam hoc anno, æque assentimur. Cum vero asserit, sanctionem Imp. ad Joannem, quæ intexta habetur in dicta Joannis ad eumdem Imperatorem epistola, hoc anno trigesimoquarto post quingentesimum sub Paulini Consulatu datam: hoc negamus; cum id probare minime valeat, & contrarium expresse pateat. Sed noscat primum, quam insulsum ac penitus vanum sit, quo nititur, argumentum. Num quia in Joannis epistola data hoc anno inseritur dicta sanctio ab Imperatore ad ipsum scripta sine die & Consule, dici necesse est hoc itidem anno datam? Minime gentium; cum potuisset Ioannes in sua reddita ad Imperatorem epistola quodvis scriptum ante plures etiam annos datum intexere.

XXXVIII. Scriptorum ordo recte dispositus. Sed & cum in sua constitutione data anno superiori septimo Kalend. Aprilis ad Epiphanium Constantinop. Episcopum Imperator mentionem habeat ejusdem datæ a se ad Joannem Papam sanctionis: nullum dubium est, eam non hoc anno, sed superiori scriptam esse ante dictam diem, quo tempore etiam legatio ab eodem Imperatore Romam ad Joannem Pontificem missa est. Joannes autem Papa ad ipsum Imperatorem rescripsit anno sequenti, hoc ipso videlicet cum legatos Justiniani dimisit: adeo ut nulla in his sit discrepantia, sed omnia concinne disposita una concordent, prout superius a nobis invenies ea cuncta pro ratione temporis collocata: nimirum anno superiore ex insperato emergentibus Nestorianis opus fuisse Imperatori præsentaneum adhibere remedium, sancireque adversus eosdem edictum, quo tamen nihil novum de fide decerneret, sed (ut profitetur) quæ jam in Ecclesia stabilita essent adversus Nestorianos cunctis observanda proponeret. Sed quod sciret (ut asserit) ad comprimendos insurgentes hæreticos, more majorum, requiri solere auctoritatem primarii in Ecclesia Catholica Antistitis, quo illum suæ parti conjungeret, rectæ fidei confessionem per honorificentissimam legationem ad ipsum Romanum Pontificem misit.

De his vero omnibus a se rebus gestis in illa data paulo post ad Epiphanium constitutione cum meminit Imperator, animi sui consilium, quo id egerit verbis antea recitatis aperuit quæ hic ipsi rursum necessario ob oculos ponenda putamus: sunt autem hæc (a): *Divinum (inquit) antehac promulgavimus edictum (quod & tua novit sanctitas) per quod hæreticorum furores reprehendimus: ita ut nullo quovis modo immutaverimus immutemus, aut prætergressi simus eum, qui nunc usque servatus est, Ecclesiasticum statum, (quemadmodum & tua novit sanctitas) sed in omnibus servato statu unitatis sanctissimarum Ecclesiarum cum ipso sanctissimo Papa urbis Romæ, ad quem similia scripsimus. Nec enim patimur, ut quicquam eorum, quæ ad Ecclesiasticum pertinent statum, non etiam ad ejusdem referatur beatitudinem, cum ea sit caput omnium sanctissimorum Dei sacerdotum; vel eo maxime, quod quoties in his locis hæretici pullularunt, & sententia & recto judicio illius venerabilis sedis coerciti sunt &c.* Habes igitur his verbis expressam mentem Imperatoris, animique consilium. Ex quibus æque expresse intelligis, sanctionem Imperatoris ad Joannem non hoc anno datam esse, sed superiori ante constitutionem ad Epiphanium scriptam, prout ipse Justinianus in dicta constitutione data ad Epiphanium profitetur. XXXIX.

(a) l. 7. C. de summa Trinit.

XL. Perstringitur Novator. Jam, puto, plane conspicis, qualia esse soleant hæreticorum deliria, imperitiæ tenebris involuta, & mendaciorum nexibus obligata, dum datam sine die & Consule sanctionem Imperatoris ad Joannem Pontificem, scriptam esse hoc anno septimo Kal. Aprilis Auctor turpiter mentiatur, cum tamen totidem verbis eam fuisse scriptam anno superiori ante septimum Kal. Aprilis, ipse Justinianus testetur in dicta sæpius constitutione ad Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum. Hoc & certius liquet ex ejusdem Justiniani sanctione ad Joannem data, recitata vero in ejusdem Imperatoris epistola ad Agapetum Romanum Pontificem: expresse enim ibi habetur, data

data anno superiori sub ejusdem Justiniani Consulatu tertio, ut in fine dicturi sumus. Ignosce, lector: terere in objectionibus his tempus inviti cogimur, quæ sua fatuitate essent potius sibilis insectandæ, quam responsione vincendæ: his enim (ut initio operis præfati sumus) his, inquam, nos legibus obstrinximus, ut veritatem historicam ab hæreticis labefactatam in genuinum candorem vindicemus.

XLI. *Justinian. cultor Apostol. Sedis.* Stat ergo firma sententia, Justinianum Imperatorem, quamdiu sapuit, quamdiu in Catholica perseveravit Ecclesia, semper cognovisse, professum, atque veneratum esse super omnes totius Orbis Ecclesias primatum Romani Pontificis, universasque de fide Catholica causas ad eumdem deferendas esse intellexisse, testatum esse, atque opere perfecisse, prout ostendunt quæ ab exordio ejus Imperii dicta sunt, & quæ per annos ferme singulos dicturi sumus, apertissime declarabunt. Quæ vero ad œconomiam vel disciplinam Ecclesiasticam restituendam roborandamque ab eodem sancita esse reperiuntur, eadem ex sacrarum regularum præscripto (ut sæpe diximus atque dicturi sumus) a se fieri solita, ipse est sæpius contestatus, non autem ut Imperatoria potestate existimarit se posse præscribere Ecclesiæ, ipsiusque sacerdotibus leges, a quibus (ut ex dictis ejusdem constitutionibus intellexisti) leges ipse requirat, suasque eis subiiciat.

XLII. *Quam insulse ex styli diversitate arguat Novator.* Sed non hic febre hæretica laborantis hominis deliramentorum est finis: quem enim semel ejusmodi phrenesis morbus invaserit, non mente tantum movet, sed & corporis sensus usum adimit, ut faciat eum etiam festucas sibi videri colligere, quæ non extant. Ita quidem iste, qui ut ostendat non esse Justiniani eam constitutionem intextam Joannis epistolæ, ad postremum ex diversitate styli argumentationem studio inani ita compingit: *Primum omnium*, (inquit) *plena hæc epistola est indecoræ assentationis, & tanto Imperatore indignæ: quam ne verisimile quidem est Patriarcham Constantinopolitanum, haud minus fortasse quam ille Occidentalis fuit, ambitiosum, æquo animo laturum fuisse: Nos* (*inquit*) *reddentes honorem Apostolicæ sedi Romanæ. Quasi vero hæc sedes vel sola esset Apostolica, vel propter excellentiam commune multarum Ecclesiarum nomen suum fecisset.* Hæc ipse. Sed hic primum adverte, non haberi in textu. *Romanæ*, sed simpliciter, *Apostolicæ sedi:* addidit, ipse *Romanæ*, quod sciret de Romana loqui Imperatorem. Hæc ad ejus excusationem dicta velim, ne ter miser adhuc legis Corneliæ pœnis reddatur obnoxius.

Quamvis autem aliæ essent Ecclesiæ, quæ dicerentur Apostolicæ sedes: cum tamen absque certi nominis expressione sedes Apostolica nominatur, ob sui excellentiam, Romanam Ecclesiam esse intelligendam, in confesso apud omnes Catholicos est. Receptæ itaque vulgatæque in Ecclesia nomenclaturæ haud inscius Imp. simplici nomine Apostolicæ sedis Romanam ipsam expressit Ecclesiam. Quod cum usitatum sit dicendi genus apud Catholicos omnes; nec quidem (ut putat iste Novator) ab ejusdem Imperatoris stylo abhorret, immo quam maxime congruit: nam id frequenter usurpatum invenies in epistolis (*a*) ab ipso Justiniano ad Hormisdam Papam conscriptis, ut illud: *Apostolicæ sedis communioni societur.* Ac rursum: *Missa legatione, sedis Apostolicæ promeruimus sacerdotes.* Itemque alia, ubi ait: *Ut intelligant cuncti, recte vos Apostolicæ sedis primatum sortitos.* Id ipsum etiam sæpius dictum invenies in epistolis ejusdem Imperatoris ad Agapetum Pontificem datis, necnon aliorum Episcoporum temporis hujus; ut de aliis cujusque sæculi dicere omittamus, iisdem verbis in eodem sensu millies usis. XLIII.

(*a*) *Extant omnes inter epist. Hormisd. Pap. tom. 1. epist. Roman. Pont.*

Expressum id habes & in litteris ipsius Epiphanii Constantinopolitani Episcopi ad eumdem Hormisdam, quem calumniose vult Novator ægro animo tulisse effusas laudes Romanæ Ecclesiæ ab Imperat prolatas: ipse, inquam, Epiphanius non eo tantum nomine honorat sanctam Romanam Ecclesiam sæpius, sed & se ipsi subditum pluribus profitetur. Ut ex his magis admireris refractarii procaciam hominis, qui tribuere velit Constantinopolitano Episcopo, quæ ipse nolit accipere: quod nec posse jure, conspiceret: ut merito obstupescas, quod livor & conceptum adversus sedem Apostolicam odium ferat præcipites homines infelices. Scias præterea, non solum Apostolicæ Ecclesiæ nomine per excellentiam Romanam intelligi, sed etiam appellatione Catholicæ Ecclesiæ, itidem Romanam significari, ut apparet ex epistola (*b*) Hormisdæ Papæ ad Justinum Imperatorem. XLIV.

(*b*) *Hormisd. ep. 22.*

His exufflatis festucis, ad postremum, etsi cuncta citata superius de veritate illius Justiniani constitutionis ad Joannem datæ deessent, satis superque esse posset ejusdem Justiniani Imperat. testificatio in epistola, quam scripsit ad ejusdem Joannis successorem Agapetum (*c*), ubi more solito, simulac creatus ipse est Pontifex, mittens ad eum fidei Catholicæ professionem, non aliam quidem, quam ad ejus prædecessorem Joannem Pontif. jam antea missam intexuit verbis istis: *Reddentes honorem Apostolicæ sedi & ve-* XLV.

(*c*) *In epist. Agapeti 6.*

& vestræ sanctitati; quod semper nobis & in voto fuit & est, ut decet patrem, honorantes vestram beatitudinem; omnia quæ ad Ecclesiarum statum pertinent, festinamus ad notitiam deferre vestræ sanctitatis: quoniam nobis semper magnum fuit studium, unitatem vestræ Apost. Sedis, & statum sanctarum Ecclesiarum custodire, qui hactenus obtinet & incommote permanet, nulla intercedente contrarietate. Et reliqua, a librario prætermissa, quod a se descripta meminisset in dicta Joannis Papæ ad Justinianum epistola, cujus est exordium: *Inter claras*. Subiiciens tantum ea, quæ postea idem Imp. ita adjecisset in fine epistolæ: *Petimus &c.* Usque ad calcem, ubi & recitantur dies & Consul, qui desiderantur in Codice Justinianeo, his verbis: *Data octavo Idus Juniarum, Constantinop. D. N. Justiniano perpetuo August. tertium, Cons.* Anno nimirum superiori, ut a nobis superius est demonstratum. Sed pro Juniarum, restitue, Januariarum: nam Justiniani constitutio ad Epiphanium, in qua de ea mentio habetur, data reperitur mense Martio. Exemplo autem Joannis prædecessoris Agapetus eamdem a Justiniano ad se missam fidei professionem in suis ad eum redditis litteris (*a*) posuit, quarum est exordium: *Gratulamur venerabilis Imp. &c.*

(*a*) *Agapeti epist.* 6.

XLVI. Adversus Jureconsultos hæreticos. Habes igitur abunde satis, lector, ex his vindicatas a calumniis oblatrantis Jurisconsulti tum litteras Joannis Romani Pontificis, tum Justiniani Impecatoris constitutiones, easdemque ex hac defensione magis illustratas; ex quibus reliquas ab eodem sparsas quisquilias verras: nimis enim ab instituto longe abduceremur, si verba singula singulis susciperemus confutanda sententiis. Satis jam vero ex his tibi possunt esse comperti, quales esse soleant, qui ex legum progressi gymnasiis, statim ostentant se tamquam in scena Theologos: a qua facultate quam procul abhorreant, vel inde valeas intelligere, quod cum differunt de legum scientia, quam in primis professi sunt, adeo enormiter (ut vidisti) hallucinati penitus convincuntur: quod & rursus inferius ostendemus, cum adversus alium legulejum hæresis etiam furore percitum nobis pro defensione historicæ veritatis cominus certandum erit. Hanc afferunt secum inter alias pœnam hæreses, ut nobilissima quæque obtundant, hebetent, obdurent, infatuent, atque prorsus obscurent ingenia, quæ fidei Catholicæ nitore florida videri potuissent, secundum illud Apostoli (*b*): *Obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Sed de his hactenus.

(*b*) *Rom.* 1.

☞ Quod rursum ad res gestas ejusdem Joannis Pontificis spectat, hoc item anno mense Aprili privavit Episcopatu, redegitque in monasterium ad pœnitentiam Contumeliosum quemdam, ita dictum in Gallia Episcopum, cujus Ecclesiam commendavit S. Cæsario Episcopo Arelatensi. Extant de his duæ epistolæ ejusdem Joannis Papæ ex Arelatensi archivo depromptæ, quarum prior ad universos Galliarum Episcopos data sic se habet: XLVII.

Dilectissimis universis Episcopis per Gallias constitutis Joannes.

XLVIII. Joan. Pap. epist. ad Galliæ Episc. de Contumelioso Episc.

*Innotuit nobis a fraternitate vestra missa relatio, in qua Contumeliosus multis legitur criminibus involutus. Et quia hujusmodi persona sacris non potest inhærere mysteriis, ab hodierno vel officio eum nostra censet removeri auctoritas: ut in monasterio constitutus delicti veniam a Domino petere non omittat. Nihil est enim impossibile ejus clementiæ, qui potest cuncta relaxare quæ facta sunt. Sed ne ejus Ecclesia destituta videatur, in ejus loco Visitatorem dari, præsenti auctoritate decernimus, qui a se ita noverit omnia exhibenda, ut nihil de ordinibus clericorum, nihil de Ecclesiastica facultate præsumat, sed ea quæ ad sacrosancta mysteria pertinent exequatur. Prædictum autem Contumeliosum, ubi habeat pœnitendi licentiam, petitorium dare vobis censemus, ubi errorem suum evidenter allegans sub die profiteatur, ei * culpam. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi. Dat. VII. Id. April. Fel. Paulino Jun. V. C. Cons.* Posterior autem epistola sic se habet:

* &

XLIX.

Joannes presbyteris, diaconibus & cuncto clero Ecclesiæ, in qua fuit Contumeliosus Episcopus.

Pervenit ad nos a fratribus & Coepiscopis nostris missa relatio, ubi Contumeliosus de criminibus suis confessus legitur atque convictus. Et quia hujusmodi sceleribus implicatus sacerdotii non potest ministeria jam tractare, necessaria vobis solatia credimus Visitatoris adjungere: & ideo in Ecclesia ejus Visitatorem dari nostra decrevit auctoritas, ut Ecclesia suo privata Præsule, summi nequeat Pontificis solatiis indigere: cui vos in omnibus parere decrevimus ad ea tantummodo quæ sacris sunt gerendam mysteriis, ita tamen, ut nihil de Ecclesiastica facultate præsumat; sed clerus in eo quo nunc est ordine constitutus nullis gradibus promoveatur, donec proprium sacerdotem possit habere. Omnem vero hanc solicitudinem Cæsario fratri, & Coepiscopo nostro iniungimus, ad cujus curam cuncta quæ necesse sint pertinere censuimus. Dominus vos incolumes custodiat, dilectissimi filii. Dat. VII. Id. April. Paulino Jun. V. C.

V. C. Conf. Cujus autem hic fuerit Ecclesiæ Episcopus, non dicit, utpote de re notissima agens.

L. Cum audis *Contumeliosum* ita nominatum Episcopum, ne mireris, hujus namque temporis usus id ferebat: habes enim his etiam temporibus claruisse sanctitate in Gallia *Iniuriosum* Episcopum Turonensem, de quo multa Gregorius ejus Ecclesiæ successor Episcopus. Observa in reliquis morem veterem, consuli consuevisse in damnatione Episcoporum Apostolicam sedem. Porro quem modo audis sententia damnatum, scias ipsum appellasse ad successorem Joannis Agapetum Papam anno sequenti, ut suo loco patebit.

LI. Gilimer se dat Romanis. Jam vero res bellicas, Deo juvante, feliciter gestas in Africa prosequamur. Qui enim nihil antiquius habuit Justinianus Imperator, quam ut rectam fidem evulsis hæresibus, stabiliret, cujus rei causa singulis ferme annis novas ediderat sanctiones, nec ab eo studio ex belli potuit multiplicibus curis averti; Deum sibi conciliavit Imperii defensorem, hostiumque debellatorem: ut plane perspicuo valde fuerit declaratum exemplo, pro Imperio contra barbaros pugnare Deum, cum Imperator pro Ecclesia adversus hæreticos bellum gerit. Quod igitur anno superiori (ut vidimus) feliciter cœptum, & felicius gestum est in Africa bellum adversus semper invictos ubique Wandalos, hoc anno est felicissime absolutum, cum videlicet eorum Rex Gilimer ad Mauros profugus obsidione fatigatus sese tandem Romanis dedit. Quomodo autem id acciderit, rem gestam Procopius (*a*) fusius prosecutus est: quod scilicet superatus cum suis Gilimer ipse se contulit in Numidiæ montem, Papuam dictum, accessu difficillimum, quem a Phara Duce obsidendum Belisarius mandavit: atque demum trium mensium consumpto spatio, finita hieme fame vexatus, erumnisque confectus dedidit ille se Pharæ, & per eum Carthaginem ad Belisarium ductus est, atque susceptum feliciter confectum est bellum. Hæc, inquam, pluribus Procopius narrat.

(*a*) *Procop. lib. 2. de bello Vvanda'.*

LII. Wandali corrupti deliciis. Enervata jam fuerat in Wandalis pristina illa bellica fortitudo, qua domuerant orbem Occidentalem: quantum enim a primævo illo robore, necnon ab optimis moribus, quos prædicatos vidimus a Salviano Massiliensi, defecissent, operæ pretium est verba hic Procopii reddere, cum ait (*b*): *Vvandali namque omnium sunt, quos sciam, mollissimi atque delicatissimi; omnium vero miserrimi Maurusii. Illis ex quo Africam tenuerunt, mensa quotidie copiosa, tum omnium rerum quas ea fert regio continuo referta: gestabant præterea vestem Medicam ac sumptuosam, quam sericam vocant: in theatris quoque & hippodromis ac omnibus aliis oblectamentis, præsertim in venationibus continuo versabantur: saltatores & mimos spectabant auditum & acroamatis & musicis & omnibus quæcumque grata animo male instituto deliniebant: eorum item plurimi in hortis agitantes & aquis & arboribus, amœnis; ac symposia plura, conviviaque facientes, Venerea denique magnopere frequentantes.* Hæc de Wandalis Procopius contraria plane omnibus iis quæ de iisdem scribit Salvianus, antequam in Africam venerint, cum tamen impietate semper perseveraverint Ariani.

(*b*) *Procop. eod. lib. 2.*

LIII. Belisarii triumphus. Sed prosequamur Belisarium Constantinopolim redeuntem, relicto in Africa Salomone Duce exercitus, qui adversus rebellantes Mauros dimicaret. Superata igitur calumnia, quam in eum invidi pararant, & patefacto Imperatori animi sui candore, decernitur ipsi ab illo triumphus, qui ab eodem Procopio ita describitur (*c*): *Belisarius interea una cum Gilimere ac Vvandalis Byzantium profectus, omnes assecutus est honores, qui superiorum temporum Ducibus maximas adeptis victorias statui consueverunt quosve nemo abhinc annis sexcentis habuisse*

(*c*) *Procop. de bello Vvand. lib. 2.*

PAGIUS IV. *Bellum Vandalicum hoc anno absolutum.* A num. LI. ad LXI. Belisarius *copias huc atque illuc emisit, ut Romanis recuperarent, quacumque Vandali obtinuerant*, inquit Procopius lib. 2. de Bell. Vandal. cap. 5. Cyrillus in *Sardiniam* destinatus, qui tam *Corsicam*, quam *Sardiniam* vectigalem Imperio Romano fecit: missi alii Cæsaream Mauritaniæ, aliique ad fretum Gaditanum, captaque *Cæsarea*, *Septum*, *Majorica* ac *Minorica* insulæ, & omnis Vandalica Ditio subacta, ut pluribus ibidem Procopius. *Gelimer* Vandalorum Rex, qui anno superiori hostes evaserat, & montem *Pappuam* in finibus Numidiæ situm occuparat, obsessus est a Duce *Phara*, quod *Belisarius* non sine damno se abesse posse Carthagine existimaret. Eum montem *Mauri*, quibuscum *Gelimer* amicitia conjunctus erat, incolebant, & fortiter defendebant. Tandem *Gelimer*, postquam per menses tres obsessus fuisset, *hyeme jam exeunte* Pharæ se dedidit, sicque intra biennium bellum Vandalicum profligatum fuit. His addo Geographum Anonymum Ravennatem qui circa sæculum VII. vixit, & nuper a Porcherono Benedictino doctissimo in lucem emissus est, lib. 1. num. III. tradere Vandalos a Belisario devictos in interiorem Africam fugisse, & deinceps non comparuisse, quod nullus alius ex Antiquis observavit: *quæ patria*, inquit loquens de Gaditana regione, *littus maris magni confinalis existit præfatæ Mauritaniæ Tingintanæ. In qua Gaditana patria gens VVandalorum a Belisario devicta in Africam fugit, & nunquam comparuit.* Ubi *patriæ* nomine, sicuti semper alibi, regionem denotat, ut recte a Porcherono notatum.

V. *Justinianus* recepta Africa, eam ad pristinum statum politicum revocandam censuit, & inter alia

se visus est, præterquam Titus, & Trajanus, & alii quicumque Imperatores in bellum euntes, barbaras gentes superaverunt. Spolia namque atque trophæa patefaciens, captivosque præferens, per mediam urbem triumphum egit, non quidem antiquorum modo, sed ex propria domo pedibus usque ad Hippodromum processit, inde rursum ad locum usque ubi sedes erat Imperatoris.

LIV. De spoliis ab hostibus captis. *Erant autem spolia quæcumque ad Regis capti ministerium esse consueverunt, aurei throni, vehiculaque quibus Regis uxorem vehi mos erat, ornatu deinde vario, lapidibusque pretiosis constructa: aurea quoque pocula, & alia omnia quæ mensæ regiæ adhibentur; argentum præterea multarum talentorum miriadum: omnis denique regia supellex admodum pretiosa atque admiranda, utpote a Genserico quondam Romæ e Palatio direpta, uti supra commemoravi: in qua & Judæorum res multæ nobiles extitere, quæ olim a Tito Vespasiano, cum Hierosolymas cœpit, Romam cum quibusdam aliis exportatæ fuerunt. Quas cum Judæus quidam* Vasa templi Hierosolymam relata. *aspiceret, ait ad quemdam sibi proximum ex notis Imperatori, has opes Byzantium inferri in Palatium minime oportere, quod alibi nusquam quam in loco ubi Salomon Judæorum Rex ab initio eas constituit, consistere queant: propterea Gensericus Romanorum Imperium diripuit, nunc rursus ex eadem causa Romanus exercitus Vvandalorum gentem prostravit. Hæc ad se delata Imperator intelligens, valde timuit, ac illico omnia illa Hierosolymam ad Christianorum templa remittenda mandavit.*

LV. De Gilimere rege captivo. *Erat autem intra triumphi captivos Gilimer ipse purpuream quamdam vestem humeros amictus una cum omnibus consanguineis ac Vvandalis, quot proceritate corporum, & pulchritudine præstarent. Postquam vero Gilimer in Hippodromo constitit, ac Imperatorem in alta sede constitutum, populumque circumstantem conspexit, ac demum se ipsum, in quod fatum pervenerit, considerasset; neque flevit, neque aliter conquestus est; tantum illud Hebræorum voluminum memoravit: (a) Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* (a) Eccl. 1. *Nec mora, ipse pariter & Belisarius jussi ab his qui Imperatoriam purpuram sustinebant, Justinianum supplices adoraverunt. At ille, simul & Theodora conjux, Hilderici filios & nepotes omnes, ut ex Valentiniani Imperatoris sanguine venientes, necessitudine quadam sibi devinctos, opibus satis amplis muneraverunt. Gilimeri autem loca quædam in Galatia non admodum contemnenda ad habitandum simul cum omnibus suis propinquis dedit. Inter Patricios eum referre non licuit, quod a secta nollet Ariana discedere.* Hucusque res anni hujus de Belisarii triumpho & Gilimeris statu Procopius. Quos autem idem Belisario sequenti anno una cum Consulatu contulit Imperator honores, res singulas singulis reddentes annis, suo loco dicturi sumus. Voluit Justinianus in Augusteo a se erecto, ipsa curia, quo Senatus convenire consuevit, in amplissimi vestibuli fornice ejusmodi de Wandalis superatis historiam musivo opere elegantissime pingi, ut cuncto populo ob oculos esset tantum a Deo acceptum beneficium. Testatur id quidem Procopius (b), ubi de ejusdem Imperatoris ædificiis agit. (b) Procop. de Ædificiis Justiniani Imp. lib. 1.

LVI. Tanta potitus victoria Imperator, tam eximii hactenus nemini concessi a Deo accepti beneficii memor, haud ingratus videri voluit: sed in his totus existens, præter redditas privatim in cubiculo & publice in ecclesia ingentes gratiarum actiones, adhuc illud adjecit, ut & in Codice a se edito id ipsum posteris omnibus tot vocibus, quot syllabis, jugiter loqueretur; eoque Deo gratioribus quo majori animi submissione divino numini est repensum obsequium: dum perpetuæ memoriæ gratiarum actionem Deo debitam nova constitutione edita voluit consecrasse. Etenim ubi eadem recuperata Africa, ad optimum ejus regimen addixit

PAGIUS *Præfectus Prætorio Africæ anno superiori creatus.* alia Præfectum Prætorio Africæ creavit, non quidem hoc anno, ut Baronius num. LVI. & seqq. ac Valesius in Notis ad lib. IV. cap. XVI. Evagrii existimarunt, sed superiori. Nam in Constitutione Justiniani *de confirmatione Digestorum*, quæ operi Pandectarum præfixa est, dicit Justinianus: *Leges nostras, quas in his Codicibus, id est, Institutionum & Digestorum posuimus suum obtinere robur ex tertio felicissimo Consulatu* (anno DXXXIII. gesto) *præsentis duodecimæ Indictionis* (Kalend. Septemb. illius Christi anni inchoatæ) *tertio Kalendas Januarias, in omne ævum valituras.* In fine vero illius Constitutionis, tam Græcæ quam Latinæ, Justinianus mentionem facit Præfecti Prætorio Africæ. Quare Lex I. Cod. Justinianei *de Offic. Præfect. Prat. Africæ*, quæ sine die & mense est, quam Baronius hoc anno num. LVII. & seqq. recitat, quave *Archelaus* Præfectus Prætorio Africæ renunciatus, data est sub finem superioris Christi anni, non vero currenti. Decepere Baronium, & Valesium hæc Justiniani verba, quæ in fine ejusdem Constitutionis leguntur: *Hæc igitur magnitudo tua cognoscens, ex Kalendis Septembribus futuræ decimæ tertiæ Indictionis effectui mancipari procuret.* Cum enim XIII. Indictio Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoetur, autumarunt etiam hoc anno ante mensem Septembrem, legem illam de *Officio Præfecti Prætorio Africæ* publicatam; cum tamen anno præcedenti, quo a Kalend. Septemb. Indictio XII. in cursu erat, emissa fuerit, idque ante Constitutionem de confirmatione Digestorum, in qua Præfecti Prætorio Africæ mentio, ut decima tertia Indictione, seu post mensem Augustum hujus anni, executioni daretur. Nec est quod

xit animum, eidemque sanctissime moderandæ Præfectum Prætorio creavit Archelaum, qui sub Belisario in eodem prælio militaverat: constitutionem cum edidit de officio Præfecti Prætorio Africæ; quanta a Deo fuerit ex ea re consecutus beneficia, recensens, ostentat magis, dum & mala quæ a Wandalis Africa passa esset enumerat. Sed ipsum audi (a):

(a) l. 1. C. de offic. Præfect. Prat. Afr.

LVII. Gratiarum actio Imp.

In nomine Domini N. Jesu Christi, Imperator Justinianus, &c. Quas gratias, aut quas laudes Domino Deo nostro Jesu Christo exhibere debeamus, nec mens nostra potest concipere, nec lingua proferre. Multas quidem & a Deo meruimus largitates, & innumerabilia circa nos ejusdem beneficia confitemur, pro quibus nihil dignum nos egisse cognoscimus. Præ omnibus tamen hoc, quod nunc omnipotens Deus per nos pro sua laude & pro suo amore demonstrare dignatus est; excedit omnia mirabilia opera, quæ in sæculo contigerunt; ut Africa per nos tam brevi tempore reciperet libertatem, antea nonagintaquinque annos a Vvandalis captivata, qui animarum simul fuerant hostes & corporum: nam animas quidem diversa tormenta atque supplicia non ferentes, rebaptizando ad suam perfidiam transferebant; corpora vero liberis natalibus clara jugo barbarico durissimo subjugabant. Ipsas quoque Dei sacrosanctas ecclesias suis perfidiis maculabant, aliquas vero ex eis stabula fecerunt. Vidimus venerabiles viros, qui abscissis radicitus linguis, pœnas suas miserabiliter loquebantur. Alii vero post diversa tormenta per diversas dispersi provincias vitam in exilio peregerunt.

LVIII. Exaggeratio accepti divinitus beneficii.

Quo ergo sermone, aut quibus operibus dignas Deo gratias agere valeamus, qui per me ultimum servum suum Ecclesiæ suæ injurias vindicare dignatus est, & tantarum provinciarum populos a jugo servitutis eripuit? Quod beneficium Dei antecessores nostri non meruerunt, quibus non solum Africam liberare non licuit, sed & ipsam Romam viderunt ab eisdem Vvandalis captam, & omnia Imperialia ornamenta in Africam exinde translata. Nunc vero Deus per suam misericordiam non solum Africam & omnes ejus provincias nobis tradidit, sed & ipsa Imperialia ornamenta, quæ, capta Roma, fuerant ablata, nobis restituit. Ergo post tanta beneficia, quæ nobis Divinitas contulit, hoc de Domini Dei nostri misericordia postulamus, ut provincias, quas nobis restituere dignatus est, firmas & illæsas custodiat, & faciat nos secundum voluntatem suam ac placitum gubernare: ut universa Africa sentiat omnipotentis Dei misericordiam; & cognoscant ejus habitatores, a quam durissima captivitate & jugo barbarico liberati, in quanta libertate sub felicissimo nostro Imperio degere meruerunt. Sed antequam ulterius progrediamur, attende, quæso, quæ subdit de imploratione divini auxilii precibus Mariæ Virginis, quam solitus invocare cum esset, cujus opitulatione tanta a Deo Justinianus consequi meruerit beneficia, intelligas: precibus namque sanctissimæ Dei genitricis Mariæ id factum cognosces ex iis quæ idem mox subiicit, cum ad reliqua impetranda rursum per ejusdem preces divinum implorans auxilium, mox ista subjungit: *Hoc etiam deprecantes exoramus sanctæ & gloriosæ semper Virginis, & Dei genitricis Mariæ precibus, ut quicquid minus est Reipublicæ nostræ, per nos ultimos servos suos restituat in suo nomine Deus, & dignos nos faciat servitium ejus adimplere.*

LIX. De præfecto præt. Africæ dando.

Deo itaque auxiliante, pro felicitate Reipublicæ nostræ per hanc divinam legem sancimus, ut omnis Africa, quam nobis Deus præstitit, per ipsius misericordiam optimum suscipiat ordinem, & propriam habeat Præfecturam: ut sicut Oriens atque Illyricum, ita & Africa Prætoriana maxima potestate specialiter a nostra clementia decoretur: cujus sedem jubemus esse Carthaginem, & in præfatione publicarum chartarum Præfecturis aliis ejus nomen adjungi. Quam nunc tuam

PAGIUS

quod dicat Valesius, in Constitutione de confirmat. Digest. III. Consulatum Justiniani a Librariis scriptum esse pro quarto. Justinianus enim ait, Deum sibi Consulatum III. nominatissimum dedisse, *quando & sub ipso pax cum Persis confirmata est, & hoc tantum Legum Volumen repositum est: atque ad hæc tertia pars mundi (dicimus autem totam Libyam) nostris adjuncta est Sceptris.* Certum est autem pacem cum Persis sub III. Consulatu Justiniani sancitam fuisse. Data vero est Lex de confirmat. Digest. *XVII. Kalend. Januar.*

VI. Ultima Editio Codicis Justiniani.

Justinianus leges, quas pro Africa edidit, hoc anno in suum Codicem inferri voluit: qua de re Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni Coss. habet: *His Coss. Justinianeus Codex renovatus est adjunctis novis, post priorem Codicem Constitutionibus; jussusque est antiquato priore suam obtinere vim sive auctoritatem a IV. Kalend. Januariarum Indictionis XIII.* seu a die XXIX. mensis Decembris hujus Christi anni, ut etiam legitur in lege *de Emendat. Codicis* præfixa Codici Justinianeo, dataque *XVI. Kalend. Decemb. Justiniano Aug. IV. & Theodoro Paulino Coss.* qua Codicis Justinianei Editione hodie utimur. Prior hujus Codicis Editio publicata fuit anno DXXIX. eique insertæ aliquot tam Decisiones, quam Constitutiones, quæ post Codicis confectionem latæ divagabantur. Tum eodem Codice anno DXXXI. rursum promulgato, hoc anno cum absolutus videretur, jussus est frequentari a *Justiniano*, vocatusque titulo *repetitæ prælectionis*, seu *secundæ editionis*, quam Auctor Chronici Alex. ἔκδοσιν vocat, id est editionem seu divulgationem.

tuam excellentiam gubernare decernimus. Et ab ea, auxiliante Deo, septem provinciæ cum suis Judicibus disponantur. Carthago & Byzacium & Tripolis Rectores habeant Consulares: reliquæ vero, id est, Numidia, Mauritaniæ duæ, & Sardinia a Præsidibus cum Dei auxilio gubernentur, &c. Subdit enim de reliquis Judicibus iisdem præficiendis; & quæ emolumenta persolvi debeant tum ipsis, tum aliis ministris, Notitiam, qua declaretur, adjungit.

LX. Ista quidem sanciens Imperator, posteros omnes docuit Principes, digno quod retineretur exemplo: post populos Dei beneficio debellatos, tum verbis, tum factis gratias summas divino numini esse reddendas: verbis quidem ea animi submissione depromptis, ut cuncta ipsi Deo optimo maximo ferantur accepta, ne illud blasphemum proferant, ut impie cum impiis dicant (*a*): *Manus nostra excelsa, & non Deus fecit hæc omnia.* Factis vero gratias agant, ut intelligentes ea se lege tanta esse consecutos a Deo, ut devicto populo non tyrannice præsint, sed prosint: se ut pastores gerant, pascentes, & non depascentes populum sibi a Deo creditum. Hac quidem conditione præfici populis a Deo Reges, David Rex verbis illis docens, occinuit (*b*): *De post fœtantes accepit eum, pascere Jacob servum suum & Israel hæreditatem suam: Et pavit eos in innocentia cordis sui, & in intellectu manuum suarum deduxit eos.* Quod tunc fiet, cum videlicet sanctis legibus eorumdem prospiciunt securitati atque quieti: dum leges juste sancteque præscribunt magistratibus atque militibus subjectas sibi provincias moderantibus & defendentibus; optime scientes, primum hos legibus coercendos, ne populus ab his pati cogatur, quæ vix ab hostibus perpeti consuevit, ubi magistratibus atque militibus liberæ relaxantur habenæ.

(*a*) Deut. 32.

(*b*) Psal. 77.

LXI. Sic igitur post primam sancitam legem idem Imperator, quæ militibus in Africa militantibus eorumque Ducibus per singulas provincias disponendis debeantur, alia ad Belisarium Ducem exercitus data constitutione sancivit hoc eodem anno, sub quarto suo Consulatu, Idibus Aprilis; cujus hic tantum satis erit exordium (*c*) recitare: se habent enim ista veluti acceptorum a Deo beneficiorum æneæ incisæ tabulæ; quas voluit cunctis patentes perpetuo permanere, quæ ita exordiuntur: *In nomine Domini nostri Jesu Christi ad omnia consilia omnesque actus semper progredimur: Per ipsum enim jura Imperii suscepimus; per ipsum pacem cum Persis in æternum confirmavimus; per ipsum acerbissimos hostes & fortissimos tyrannos dejecimus; per ipsum multas difficultates superavimus; per ipsum Africam defendere, & sub nostrum Imperium redigere nobis concessum est; per ipsum quoque ut nostro moderamine gubernetur & firme custodiatur, confidimus. Unde per ejus gratiam etiam civilium administrationum Judices & officia, singulis Africanis provinciis constituimus attribuentes quidem emolumentum, quod unusquisque percipere debeat. Ad ejus igitur providentiam etiamnum animum nostrum referentes, & armatas militias & Duces militum ordinare disponimus. Sancimus itaque.* Et reliqua usque ad finem, quæ brevitatis causa prætermittimus: ea tu ipse, si cupis, consulere poteris. Voluit autem ipse Imperator has recens editas a se constitutiones hoc anno inferri in Codicem suum, quem antea editum vidimus; ut sic idem ex novis promulgatis postea sanctionibus, quibus interdum nonnulla jura sancita emendabantur, & alia addebantur, augeretur: ipsum enim hoc anno suo Consulatu quarto, Imperator decimosexto Kal. Decembris edidit iterum (ut diximus) auctum & emendatum recenti de his, quæ hæc significaret, apposita sanctione (*d*).

(*c*) l. 1. C. C. de off. Præf. Præ. Afr.

Recolit grato animo accepta a Deo beneficia Imp.

(*d*) l. 1. de emend. C.

LXII. Multa præterea disposuit de his, quæ spectarent ad res Africanas Ecclesiasticas moderandas, quorum meminit in sanctione (*e*) anno sequenti sub Consulatu Belisarii edita, quam suo loco recitaturi sumus. Erat plane miseranda facies Ecclesiæ Africanæ, utpote quæ speciem quamdam præseferebat agri inculti, quem vepres, spinæ, & urticæ undique repleviffent, in quibus & immanium bestiarum latibula essent. Ad annorum enim ferme centum spatium ab Arianis truculentis barbaris possessa, quænam potuerunt in ea remanere pristini decoris & pulchritudinis? Ad eam autem excolendam, & in pristinam culturam (quantum fas esset) restituendam impigro studio sequenti anno omnium Orthodoxorum qui reperiri potuerunt in Africa Episcoporum Concilium celebratum est: agemus de eo suo loco.

(*e*) Novel. 36.

LXIII. Justinianus insuper, ut quam recepisset nobilissimam summo labore Romano Imperio a majoribus partam provinciam ad pristinum statum politicum revocaret pro viribus laboravit, sanctionem illam edens qua voluit ut quisque sua reciperet, quæ perdidisset; cujus hoc tantum fragmentum reliquum est (*f*): *Omne infinitum, &c. Ut Afri, quæ Vvandalorum temporibus vel ipsis, vel propriis parentibus vel avis utriusque sexus, vel ex transversis cognatis usque ad tertium gradum erepta sunt, intra quinque annorum spatia vindicent, nisi legitimis excludantur præscriptionibus. Ut ad comprobandum genus ambæ partes probationes proferant. Ut omnes Afri Romanis*

(*f*) Novel. 35.

De rebus Africanis alia constitutio.

nis legibus subditi sint. Hæc sunt quæ de rebus Africanis Justinianus sancitis legibus statuisse reperitur. Sed quæ idem Imperator sive ad pietatem, sive ad decorem, vel munimentum spectantia in Africa ædificia erigenda curavit, Procopius diligenter prosecutus est diffuse satis.

LXIV. De Ecclesiis Carthagine ab Imp. erectis.

LXIV. In primis autem grati animi signum illud rependit, cum ob gratiarum actionem, veluti triumphales quosdam fornices ei, cujus fultus præsidio & intercessione ad Deum vicerat, ipsi Dei genitrici semperque Virgini Mariæ Carthagine nobiles ædificavit ecclesias. Quodammodo enim visi sunt mutuis officiis atque etiam beneficiis certasse Dei genitrix atque Justinianus; cum enim hic adversus improbos Nestorianos ejus defendisset summum omnium titulum dignitatis, quo vere Dei mater appellaretur; ab ipsa datum est ei, ut Imperio potiretur: & cum ipse complures eidem erexisset ecclesias, potissimum vero Hierosolymis nobilem basilicam; ab ea repensum est, ut quam facillime universam Africam subjugaret: qui rursum ob accepta a Deo tam ingentia munera, pluribus ipsam basilicis honoravit, quas Carthagine extruendas curavit. Ita quidem reddendis beneficiis cum mutuo simul certent Deus & homo; semper tamen vincit Deus, sed unam illam tantum consequi potest homo victoriam, si gratias agens, se fateatur divinis beneficiis superatum: quod quidem Justinianum fecisse vidimus.

LXV. Agens itaque idem qui supra Procopius de ædificiis ab Imperatore Carthagine erectis, ubi locutus est de structuris antiquis a Wandalis per universam Africam demolitis, hæc addit (*a*): *Solum Carthagine pauca quædam in antiqua specie manserunt & ipsa quoque diuturnitate temporis jam collapsa*. Et paulo post: *Primum Carthagine murum collapsum reparavit totum, fossa, quæ ante non fuit, egesta. Posuit quoque sacra templa Dei genitrici; & in Palatio, cui indigenarum sanctæ Primæ*. Non (ut puto) quod Prima nomine diceretur aliqua nota Carthaginensis martyr (nulla enim apud majores de ea mentio est) sed quæ primaria inter alias ecclesias a civibus haberetur. Addit Procopius & monasterium ab eo erectum, mœnibusque munitum juxta mare in quo monachi debitas Deo laudes persolverent. Insuper & Bagajensem urbem cinxisse muris, eamdemque nomine conjugis Theodorianam appellasse. Adrumetum præterea muris ab ipso cinctum, Justinianum, nuncupatum: quo etiam nomine ab eo fuisse Garthaginem nominatam Justinianam, multiplex memoria est: id enim patet ex litteris Synodi Carthaginensis, & in ipsius Justiniani constitutionibus (*b*).

(*a*) Procop. de ædificiis Justinian. l. 6.

(*b*) Auth. de Eccl. tit. & aliis.

LXVI. De Mauris ad Christum conversis.

LXVI. Sed & illud laude dignissimum, dum barbaros repertos in Africa, quos Mauros vocant, Romanis subjectos ex Gentilibus reddidit Christianos; de quibus ista Procopius (*c*): *Tripolis hic promontoria sunt, habitantque Mauri, barbara gens & Romanis antiquo fœdere juncta. Hi omnes a Justiniano Rege persuasi Christianorum dogma spontanee amplexati sunt, vocanturque nunc Pacati, quod Romanis semper confœderati sunt, a pace ita dicti Latina voce*. Cæterum reliqui Mauri ab eodem Imperatore sub Duce Salomone Darensi & aliis post eum vix post decennium subjugari potuerunt, reliquis parere recusantibus in partes interiores Africæ effugatis. Sed de Africanis rebus satis; jam ad Gothicas transeamus.

(*c*) Procop. de ædificiis Justiniani Imp. or. 3.

LXVII. Athalarici obitus.

LXVII. Hoc eodem anno Athalaricus Rex Gothorum corruptis moribus adolescens, ubi annos octo in regno absolvisset, moritur, ut Procopius (*d*) auctor est. Theodatus vero consilio Amalasunthæ regnum suscepit, de quo ista idem auctor: *Erat autem Theodatus nomine quidam Theoderici ex sorore Amalafreda nepos ad multum ætatis provectus, Latinarum litterarum, Platonicorumque dogmatum satis peritus, rei tamen bellicæ prorsus ignarus; longoque intervallo cum ab industrio & strenuo quovis abesset, accumulandis pecuniis enixius incumbebat*. Extant litteræ Amalasunthæ ad Senatum Romanum de subrogatione Theodati in regnum Gothorum, quibus eum plurimum laudat; necnon ipsius Theodati ad Senatum item epistola. Sed quid accidit ingrati animi indignum facinus? Simulac Theodatus ipse liberas est nactus magni habenas, Amalasuntham vinculis alligatam in insula ad lacum Vulsinum posita asservari in carcere jussit. Inter ea vero oratum pacem legatos Constantinopolim Liberium atque Opilionem cum aliis tribus misit; litterasque ejusdem argumenti Amalasuntham ad eumdem Imperatorem dare coegit, ut Procopius tradit. (*e*) Extant ipsæ litteræ, (*f*), in quibus

(*d*) Procop. de bello Goth. lib. 1.

Theodatus Rex Goth.

Amalasuntha carceri tradita:

(*e*) Procop. de bello Goth. lib. 1.

(*f*) Apud Cassio Var. lib. 10. ep. 3. 4.

PAGIUS VII. Theodatus fit Rex Ostrogothorum.

Ad num. LXVII. & seqq. Hoc anno, *Athalaricus* Ostrogothorum Rex *tabe exesus obiit, cum in regno annos octo vixisset*, inquit Procopius lib. 1. de Bello Goth. cap. 4. *Tum mater* (scilicet Amalasuntha), *ne pro sexus sui fragilitate a Gotthis sperneretur, Theodatum consobrinum suum* (Theodorici quondam Regis ex sorore Amalafreda nepotem) *germanitatis gratia accersitum a Thuscia, ubi privata vita degens in propriis laboribus erat, in Regnum collocavit. Qui immemor consanguinitatis, post aliquantulum tempus a Palatio Ravennate abstractam, in insulam Laci Vulsinensis eam exilio relegavit. Ubi paucissimos dies in tristitia degens* ab

(a) *Apud Cassiod. ibid. ep. 2.*

bus de missa legatione pacis mentio habetur: sed & litteræ Theodati (*a*) pariter apud Cassiodorum integræ habentur, quibus pacem petit per legatos ab se missos. Qui igitur egit ut per Amalasuntham invitam licet litteræ scriberentur ad Imperatorem, ad idem officii præstandum Senatum Urbis adegit, antea expostulatus adversus eum quasi nutantem, cujus exemplo universum regnum facile commoveri posset. Nam inter alia: *Quæ*, inquit, *civitas non fiat excusabilis, si Roma deliquerit?* Epistola autem Senatus ad Imperatorem sic se habet (*b*).

(b) *Apud Cassiod. Var. l. 11. ep. 13.*

LXVIII. Romani Senatus ad Justinian. Imp. epist.

Honestum nimis & necessarium videtur esse negotium, pro securitate Romanæ Reipublicæ pro Principe supplicare: quia convenit a vobis expeti, quod nostræ possit proficere libertati. Nam inter cætera bona, quæ vobis singulariter divina tribuerunt, nihil gloriosius probatur accedere, quam quod vos cognoscitis ubique posse præstare. Rogamus ergo, clementissime Imperator, & de gremio curiæ duplices tendimus manus, ut pacem vestram nostro Regi firmissimam præbeatis; nec nos patiamini abominabiles fieri, qui semper de vestra concordia videbamur accepti. Romanum siquidem nomen vos commendatis, si nostris dominis benigna conceditis: gratia vestra nos erigit ac tuetur: & hoc mereri cognoscimus quod de vestra mente sentitur. Quietem ergo Italiæ fœdera vestra componunt: quia tunc amari possumus, si per vos dilectio votiva copuletur. Cui rei si nostræ preces non videntur posse sufficere; æstimate patriam nostram in hæc precatoria verba prorumpere.

LXIX. Roma ipsa quid ad Justin. Imp.

Si tibi aliquando grata fui; ama, piissime Principum, defensores meos. Qui mihi dominantur, tibi debent esse concordes; ne incipiant talia in me facere quæ a votis tuis cognoverint discrepare. Non mihi sis causa crudelis exitii, qui semper vitæ gaudia præstitisti. Si me lædi pateris, ubi jam nomen tuæ pietatis ostendes? Quid enim pro me nitaris amplius agere, cujus religio, quæ tua est, cognoscitur sic florere? Senatus meus honoribus crescit, facultatibus indesinenter augetur. Noli per discordiam dissipare, quod deberes per bella defendere. Habui multos Reges, sed neminem hujusmodi litteratum: habui prudentes viros, sed nullum sic doctrina & pietate pollentem. Diligo Amalum meis uberibus enutritum, virum fortem, mea conversatione compositum, Romanis prudentia charum, gentibus virtute reverendum. Junge quinimmo vota, participare consilia: ut tuæ gloriæ proficiat, si mihi aliquid prosperitatis accedat. Noli me sic quærere, ut non valeas invenire. Tua sum nihilominus charitate: sic nullum facias mea membra lacerare. Nam si Libya meruit per se recipere libertatem, crudele est me amittere, quam semper visa sum possidere. Impera motibus iracundiæ, triumphator egregie. Plus est quod generali voce petitur, quam si vester animus cujuslibet ingratitudinis offensione vincatur. Hæc Roma loquitur, dum vobis per suos supplicat Senatores.

Quod si adhuc minus est; beatorum Apostolorum Petri atque Pauli petitio sanctissima cogitetur. Nam qui securitatem Romanam sæpe defendisse probantur ab hostibus; quid erit quod eorum meritis vester non tribuat Principatus? Sed ut omnia reverentiæ vestræ congruere videantur, per illum virum venerabilem legatum piissimi Regis nostri ad vestram clementiam destinatum preces nostras credimus dirigendas, ut multa debeant efficere, quæ vel singuli poterunt apud pios animos obtinere. Hæc Senatus, id expetente (ut apparet) Rege Gothorum. Diversa hæc legatio est ab ea postea per Petrum legatum exhibita: hæc autem missa est hoc anno, cum legati profecti sunt Senatores, Liberius scilicet & Opilio: quod ipsi indicant iis litteris, ubi dicunt: *Hæc Roma loquitur, dum vobis per suos supplicat Senatores.* LXX. Apostoli urbis patroni.

Post hæc Theodatus Rex Gothorum, nonnullorum persuasione, quorum cognatos olim Amalasuntha neci tradi jussisset, eamdem obtruncandam curavit. Ita Procopius (*c*), sed Jordanus eam in balneo LXXI. Amalasuntha necatur.

(c) *Procop. de bello Goth. l. 1.*

PAGIUS *ab ejus satellitibus in balneo est strangulata*, ut habet Jornandes lib. de Rebus Geticis cap. 59. Quod hoc anno contigisse testatur Marcellinus in Chronico. [1] Erat *Theodatus* in literis Latinis, & Platonis dogmatis versatus, ut ostendit Baronius num. LXVII. ex Procopio, & indicat Cassiodorus lib. 10. Variar. Quare Orbis terrarum hoc tempore tres habuit Principes eruditione Claros, *Justinianum* Augustum, *Chosroen*, de cujus eruditione Agathias lib. 1. & *Theodatum*.

Regnum *Burgundiæ* hoc anno extinctum, & *Theodoricus* Francorum Rex e vivis excessit, ut anno DXXX. vidimus.

NOTÆ [1] Mensem & diem obitus Athalarici, & deportatæ in exilium Amalasunthæ unus, quem sciam, nobis servavit Agnellus in Pontificali Ravennatensi p. 2. ad Vitam S. Ursicini, ita scribens: *Defunctus est Athalaricus Rex Ravennæ VI. Nonas Octobris, & alia die elevatus est Deodatus, & deposuit Malasuintam Reginam de Regno, & misit eam in exilium in Vulsenio Prid. K. Majas.* Vide Rer. Italic. t. 2. p. 1. fol. 101. MANSI

neo strangulatam tradit. Hunc tandem finem consecuta est femina supra sexum magno & excelso animo prædita: qualis enim quantaque ista mulier fuerit, præter illa quæ de ea Procopius atque Jordanus habent, consule Cassiodorum (*a*) in epistola hoc anno scripta ad Senatum de collata sibi Prætorii Præfectura. Quia autem in Occidentem ab Imp. Justiniano missus est Petrus, ut necem Amalasunthæ cognovit, quæ suæ virtutis ergo charissima erat Imperatori, detestatus est immane facinus, contestatusque pariter rem indignissimam perpetratam, quæ animum Justiniani commovere plurimum posset; foreque posthac ut nulla amplius spes pacis esset, sublata de medio femina æqui amantissima, ipsique Imperatori amicitia conjunctissima: quod & accidit. Etenim (ut idem testatur Procopius) ubi ista accepit Justinianus hoc ipso anno ipsius Imperii octavo, adversus Gothos bellum parare cœpit, dimissis re infecta legatis: cœpitque exercitum comparare, & adversus eosdem commovere Francos, jam ante (ut vidimus) vivente Athalarico concitatos. Quæ autem acta sint, dicemus suo loco anno sequenti, quo gesta esse noscuntur.

(*a*) *Cassiod. Var. lib.* 11. *epist.* 16.

Sed quæ hoc transacta sunt anno his subiicimus: nempe dimisso legato Petro ad eumdem Imperatorem a Theodato Rege, tam ab ipso quam ab ejus conjuge Regina Gudelina ad Justinianum Imp. redditas esse litteras, quibus obnixius pacem petere significarunt. Habet eas qui scripsit Cassiodorus (*b*): in quibus & mentio habetur de legatione iterum per virum venerabilem cum iisdem litteris ad Imperatorem missa. Sacerdotem plane quemdam meritis insignem a Theodato delectum legatum esse eædem scriptæ litteræ docent. Quod vero ad Petri legationem ab Imperatore directam pertinet, meminit ejus pluribus Procopius (*c*).

Hic vero in Theodati Regis exordio tibi cudendam curavimus, lector, ejusdem Regis Gothorum imaginem, cultumque regium sacro non absimilem, quo sacerdotes uti consueverunt: in qua præterea habes quod observes, Gothum Regem in barba rasa pristinos imitatum esse Romanos; & adversa ejus parte in Victoriæ imagine serpentem calcantis, in inscriptione VICTORIA PRINCIPUM, adulatum Justiniano, qui Wandalorum Regem debellasset.

(*b*) *Cassiod. Var. lib.* 10. *epist.* 19. 20. 21.

(*c*) *Procop. de bello Goth. lib.* 1.



(*d*)



(*d*) *Apud Lal. Pasqualin.*

LXXIII. Marcellini scripta.

Hoc anno sub dictis Consulibus finem imponit suo Chronico Marcellinus Comes ut ipse ejus operis præfatione testatur, aitque hoc opus alii cuidam suæ scriptioni subjecisse; quam illam putamus, cujus Cassiodorus his verbis meminit (*e*): *Marcellinus etiam quatuor libros de temporum qualitatibus, & positionibus locorum pulcherrima varietate conficiens, itineris sui tramitem laudabiliter percurrit: quem vobis pariter dereliqui.* Et paulo post, ubi de Eusebii Chronico habuit mentionem, ita subjungit: *Hunc subsecutus est supradictus Marcellinus Illyricanus; qui adhuc Patricii Justiniani fertur egisse cancellos: sed meliore dictione devotus a tempore Theodosii Principis usque ad fores Imperii triumphalis Augusti Justiniani opus suum, Domino juvante, perduxit: ut qui ante fuit in obsequio suscepto gratus, postea ipsius Imperio copiose amantissimus appareret.* Hæc Cassiodorus de Marcellini Chronico, cujus & aliam refert inferius lucubrationem, cum ait (*f*): *Marcellinus, de quo dixi, pari cura legendus est, qui Constantinopolitanam civitatem & urbem Hierosolymorum quatuor libellis minutissima narratione conscripsit.* Hactenus de eo ipse. Sed præter Chronicon reliqua Marcellini scripta periisse videntur.

(*e*) *Cassiod. divin. lect. c.* 17.

(*f*) *Cassiod. de divin. lect. c.* 25.

Qui

JESU CHRISTI ANNUS 535. | AGAPETI PAP. ANNUS 1. | JUSTINIANI IMP. 9. THEODATI REG. 2.

I. Belisarii Consulatus honorificus.

QUi sequens est Christi annus quingentesimus trigesimus quintus Consulatu solius Belisarii feliciter incipit: ob præclaras enim res gestas in Africa summa Consulatus dignitate Justinianus Imperator eum ornandum putavit, quem ad non minoris momenti expeditionem Gothicam accincturus esset. De ipso Consulatu Belisarii agens Procopius, hæc ait: (a) *Paulo post Belisario decretus triumphus antiquorum more: nam Consul factus est, curuli sella humeris captivorum invectus argentea, zonas aureas, aliasque e spoliis Vvandalorum divitias populo dispersit, quamquam rem novam facere visus.* Quæ autem ad Gothicam expeditionem spectare videntur, antequam attingamus, res Ecclesiasticas prosequamur.

(a) *Procop. de bello Vvandal. lib. 2.*

II. Justin. pro religione laborat.

Provinciam Justinianus perarduam subiturus, perdifficileque bellum Gothicum auspicaturus, nullum sibi meliorem apparatum cessurum existimavit quam si probe factis consuleret rebus sacris, præteritorum satis doctus exemplo, debellari a Deo feliciter hostes, cum Imperator pie pro religione laborat. Quamobrem in id totis incumbit viribus, ut quæ in primis in ipsa Constantinopolitana civitate adversus sacros canones probatamque consuetudinem, in ecclesiarum detrimentum dispendiumque divini cultus videret admitti, corrigeret. At quænam fuerint ista, eodem temporis ordine, quo sunt edita, hic nobis dicenda erunt. Inter alias autem ejusdem Principis hoc anno promulgatas sanctiones sub Belisarii Consulatu, primum locum illa obtinet ad Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum data, decimasexta mensis Martii, ut determinatus sit numerus clericorum sanctissimæ majoris ecclesiæ (b): quæ quidem nonnisi ex canonum præscripto se facere, ipso ejus exordio profitetur, cum regularum sacrarum meminit. Ejus vero sanciendæ legis ab ipso causam expressam habes: nimirum quod cum ab Episcopo plures ordinarentur clerici, quam reditus ecclesiæ ferrent; inde accideret, ut ipsa ære alieno oppressa semper esset, alienareque cogeretur bona etiam immobilia sibi relicta. Sed accipe quid agere solerent structores ecclesiarum; de his enim ista habet:

(b) *Novel.* 3.

III. Consulit Imper. Ecclesiis ære alieno oppressis.

Investigantes igitur illud undique invenimus, quoniam singuli horum, qui sanctissimas ecclesias ædificaverunt in hac felicissima civitate, non pro ædificio solummodo cogitarunt, sed etiam ut expensas sufficienter darent a se factis venerabilibus domibus, & determinarent quantos quidem competens esset presbyteros per unamquamque ecclesiam, quantosque diaconos, masculos atque feminas, & quantos subdiaconos, & rursum cantores atque lectores & ostiarios constitui: & super hæc etiam Oratorii expensas definierunt; & reditus proprios sufficientes dederunt iis quæ a se constituta sunt: si quis autem adjecerit multitudinem, nequaquam amplius penitus extendi valentes. Et quidem permanserunt usque ad multum tempus talia conservata; & donec hoc fuit, duraverunt sanctissimarum ecclesiarum domibus quæ sufficerent. Cum vero Deo amabiles Episcopi ad aliquorum preces semper respicientes pertracti sunt ad ordinationum multitudinem, aucta quidem est expensarum quantitas ad immensitatem multam; creditores autem undique & usuræ: & novissime neque creditores inveniuntur propter

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hisp. DLXXIII. A.C. 535.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6028.

☉ 12. G. ☽ 4. P. 8. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 535.

AGAPETI PAPÆ 1.

JUSTINIANI IMP. 9.

THEODATI REG. 2.

I. Priora Decennalia.

[1] FL. *Belisarius* absque collega in Oriente Consul processit, cujus Consulatus causam nos docet Procopius lib. 2. Hist. Vand. cap. 9. qui narrato Belisarii triumpho anno superiori ducto, ait: *Non multo post Belisario, quod ei ex veteri more ad triumphi speciem deerat, accessit: Consul enim factus, captivorum portatus humeris, curruique impositus, inde missilia sparsit in vulgus de Vandalorum spoliis.* Ita Procopius ex versione Grotii. In Occidente hæc etiam formula usurpata fuit: *Post Consulatum Paulini.* Decennalia Imperii vivente Justino suscepti a Justiniano edita.

NOTÆ [1] COss. *Fl. Belisarius* sine collega.
Victor: *Belisario V. C. cos.*
Acta Concilii Arvernensis: *Post consulatum Paulini junioris.*
Epitome temporum & Indiculus Paschalis anno a Passione Domini DVIII. P. C. *Paulini.* GEORGIUS

pter incredulitatem jam causæ; sed alienationes cum necessitate & contra leges, &c. Plura enim aggregat mala, quæ provenire solerent ex ejusmodi causa in dispendium ecclesiarum. Sed non prætermittenda sunt, quæ de numero clericorum ecclesiæ majoris Constantinopolitanæ cum decernit, de aliis eidem annexis ecclesiis habet. Erat illa cæteris eminens basilica, Sophiæ nomine nuncupata, de qua sæpe superius cum dictum sit, plura adhuc inferius dicenda erunt:

IV. Majori Basilicæ tres annexæ. *Sancimus igitur* (inquit) *eos qui hactenus sunt in eadem sanctissima majori ecclesia, & reliquas omnes venerabiles domos, & reverendissimos clericos & mulieres diaconissas & ostiarios manere in eo quo sunt schemate*, eodem modo scilicet & ordine perseverent (*non enim quod est, minuimus, sed de futuro providentes hæc sancimus*). *Reliquo vero tempore nulla fiat ordinatio, donec ad antiquum numerum institutum ab iis, qui sanctissimas ecclesias ædificarunt, reverendissimorum clericorum quantitas redigatur. Sed quoniam pridem etiam reverendiss. clericorum sanctissimæ majoris ecclesiæ nostræ civitatis determinatus est numerus, & valde brevis erat, utpote una existente sanctissima ecclesia, postea vero & venerabilis domus sanctæ gloriosæque Virginis & Dei genitricis Mariæ juxta sanctissimæ majoris Ecclesiæ vicinitatem posita ædificata est a piæ memoriæ Verina Augusta* uxore Leonis Imperatoris, *& veneranda domus sancti martyris Theodori ab Asporatio* * *gloriosæ memoriæ dedicata* (gessit hic Consulatum una cum Herculano tempore Marciani Imperatoris, anno Domini quadringentesimo quinquagesimosecundo) *erat autem etiam venerabilis domus sanctæ Helenæ, quæ sanctissimæ majori eecclesiæ copulata est; propterea redigere numerum ad antiquam figuram, impossibile est: non enim sufficient tantis ecclesiis pauci consistentes; quoniam quidem proprios clericos neque una quidem harum trium habet basilicarum, sed communes sunt sanctissimæ majoris ecclesiæ & earum: & omnes circumeuntes, secundum quemdam ordinem & circum* *, *ministeria in eis celebrant. Deinde etiam plurima multitudine ex antiquis hæreticis ad sanctissimam majorem ecclesiam deducta, gratia quidem magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, laboribus autem & immutationibus nostris oporteat plures quam a principio ad præsens officii ministerium definiri.* Quod de hæreticis ait in majorem ecclesiam receptis, intellige de iis, qui ex ejusdem ecclesiæ clero in hæresim lapsi, sed Catholicam fidem rursum professi, in locum pristinum sunt pariter restituti, Catholicis jam ante in locum ipsorum subrogatis; ex quo fiebat, ut necessario auctus esset numerus clericorum. Sed quot cujusque ordinis esse deberent, ita decernit:

* Speratio, vel Sporatio.

* circulum.

Quapropter sancimus, non ultra sexaginta quidem presbyteros in sanctissima majore ecclesia esse, diaconos autem masculos centum, & quadraginta feminas, diaconissas scilicet, *subdiaconos vero nonaginta, lectores autem centum & decem, cantores vigintiquinque: ita ut sit numerus reverendissimorum clericorum sanctissimæ majoris ecclesiæ in quadringentis vigintiquinque & insuper centum existentibus iis qui vocantur ostiarii.* Hæc de numero clericorum majoris ecclesiæ Constantinopolis, longe hac ex parte primaria Romana numerosioris: ut vel ex his perspicuo intelligas, non ex nimio Romanæ Ecclesiæ splendore (ut aliqui garriunt) comparatam esse illi super omnes Orbis totius Ecclesias auctoritatem & potestatem, quæ hac ex parte pluribus diversarum civitatum Ecclesiis invenitur inferior; sed ex cathedra Petri a Deo super universalem Ecclesiam constituti id ipsi perpetuo inhæsisse. Hinc vides, his etiam temporibus, cum Romana Ecclesia sub Gothis barbaris atque hæreticis videretur teneri captiva, & quodammodo sub tributo redacta (ut ea quæ sunt dicta superius docent) nihilominus summa auctoritate, quæ velit ut servet, ipsi Constantinopolitanæ Ecclesiæ jubere, ut recitatæ nuper Hormisdæ Romani Pontificis litteræ manifestant. V. Numerus clericorum majoris Eccles.

VI. Adiicit idem Imperator post hæc ex canonum præscripto, ne liceat clericis de minore ad majorem ecclesiam favore potentium pertransire; sed ut ubi sunt ordinati, illic debeant ministrare, etiamsi e domo Imperatoria id veniat imperatum. Ad postremum vero illud inculcat, ut quæ supersunt de ecclesiarum facultatibus ministrantibus clericis, eadem in pauperes erogentur. Atque demum ad Epiphanium Patriarcham ista perorat: *Beatitudinem igitur tuam, quæ ab initio & infantili pæne ætate in sacro omni ordine & schemate sanctissimam ornavit* * *Ecclesiam; quæ & ex sacrato utique genere descendit: hæc custodire continue sancimus, scientes quia non minor nobis cura est horum quæ sanctissimis ecclesiis prosunt, quam quæ ipsi animæ. Data decimoseptimo Kal. Aprilis, domino Belisario viro clarissimo Consule.*

* ordinavit.

VII. Paulo post autem, ut quæ a sanctis Patribus de electione Episcoporum sancitæ sunt regulæ servarentur, ad eumdem Epiphanium scripsit: ad quem etiam, a promulgata dicta de numero clericorum constitutione triduo tantum elapso, idem Justinianus Imperator decimanona ejusdem mensis Martii (a) de observantia monachorum sanctionem dedit (ut suo loco

(a) Novel. 5.

co dicemus) in qua hujus de Episcopis editæ constitutionis meminit, ut appareat ante data. Sic igitur ad Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum ista scribens, ad felicem successum belli Gothici viam sibi aperire putavit, si, ut Ecclesiastici canones observarentur, invigilaret: quæ enim ipse in hunc præfatur modum, animi ejus consilium reddunt manifestum:

VIII. (a) Novel. 6. Sacerdotii reformatio procuranda. *Maxima quidem* (inquit *a*) *in hominibus sunt dona Dei superna collata clementia, Sacerdotium & Imperium: & illud quidem divinum ministrans, hoc autem humanis præsidens ac diligentiam exhibens, ex uno eodemque principio utraque procedentia humanam exornant vitam. Ideoque nihil sic erit studiosum Imperatoribus, sicut sacerdotum honestas, cum utique & pro illis ipsi semper Deo supplicent. Nam si hoc quidem inculpabile sit undique & apud Deum fiducia plenum; Imperium autem recte & competenter exornet traditam sibi Rempublicam: erit consonantia quædam bona, omne quicquid utile est, humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus solicitudinem circa vera Dei dogmata & circa sacerdotum honestatem; quam illis obtinentibus, credimus quia per eam maxima nobis dona dabuntur a Deo: & ea quæ sunt*, adepta scilicet, *firma habebimus; & quæ nondum hactenus venerunt, acquiremus. Bene autem universa geruntur & competenter, si rei principium*, auspicatio videlicet belli Gothici, *fiat decens & amabile Deo. Hoc autem futurum credimus, si sacrarum regularum observatio custodiatur, quam justi & laudandi & adorandi inspectores & ministri Dei Verbi tradiderunt Apostoli, & sancti Patres custodierunt & explanaverunt.*

IX. Quod igitur probe sciret, spem omnem Ecclesiasticæ disciplinæ in eo esse repositam, si qui præsunt Ecclesiis sacerdotes, a quibus sunt alii illustrandi, ipsi sint superna luce respersi: in hoc laborans, ut præscriptæ de his a Patribus leges servarentur, ista subjungit: *Sancimus igitur, sacras per omnia sequentes regulas, &c.* Plane significans, quæ sacris essent canonibus constituta, servanda se proponere, non autem de personis vel rebus Ecclesiasticis ferre legem. Et inter alia multa, cohærentes uxori arceri voluit Episcopatu: nam subdit: *Sed neque ineruditus existens sacrorum dogmatum, ad Episcopatum accedat. Prius autem monachicam vitam professus, aut in clero constitutus non minus mensibus sex, uxori tamen non cohærens, aut filios, aut nepotes habens. Hoc enim omnimodo super Deo amabilibus Episcopis quærimus, sicut etiam prius duabus nostris constitutionibus hoc sancitum est, per quas dudum cohærentes uxoribus non perscrutamur, omne præteritum relinquentes, de cætero autem nulli permittentes a positione legis uxorem habenti talem imponi ordinationem &c.* Vides cælibatum & sacris legibus & Imperatoria sanctione præscribi in Græcorum etiam Ecclesia eligendis Episcopis: quod non in Episcopis tantum, sed & in reliquis clericis sacris ordinibus mancipandis observandum esse, inferius idem Imperator admonet: subditque alia plura ex sacris regulis impedimenta, quibus quis repellatur ab Episcopatu.

De Episcoporum ordinatione.

X. Sed & subiicit itidem de Episcopis, ne ultra annum absentes sint ab Ecclesiis suis, neque ad Comitatum accedant absque litteris sui Metropolitæ. His multa addit de ordinatione clericorum atque diaconissarum, & aliis; quæ tu otiosius, si libet, legere poteris. Ad finem vero, omnia ista ex sacrorum canonum præscripto a se esse deprompta, verbis his contestatur: *Quæ igitur a nobis sancita sunt: & sanctum ordinem statumque custodiunt secundum sacrarum regularum statum & virtutem, &c.* Sed neque hæc satis visa sunt Imperatori: qui paulo post, nempe decimanona mensis Martii rursum de monastica disciplina servanda ad eumdem Constantinopolitanum Episcopum Epiphanium constitutionem scripsit (*b*): in qua inter alia de his qui essent in monasterio suscipiendi, salubriter cavit, ne intra triennium sacro monachorum habitu induerentur, sed probarentur eo temporis spatio: hæcque ex canonum sententia, ut profitetur his verbis: *Sancimus ergo sacras sequentes regulas, eos qui singularem conversationem profitentur, non prorupte mox a reverendissimis Præsulibus venerabilium monasteriorum habitum percipere monachalem; sed per triennium totum (sive liberi forte sint, sive servi) tolerare, nondum monachicum habitum promerentes, sed tonsura & veste eorum qui laici vocantur uti, & manere divina discentes eloquia, &c.* Hæc & alia plura ad ordinem monasticum sub disciplina continendum eadem sanctione Imperator inculcat.

(b) Novel. 5. De observantia monasticæ disciplinæ.

XI. Qui igitur de Episcopis, clericis, atque monachis in officio continendis tres has recensitas constitutiones ad Epiphanium Constantinopolitanum scripsit: aliam rursus ad eum de non alienandis permutandisve bonis ecclesiarum, sequenti mense, eodem anno dedit, nempe XVII. Kalendas Maji, sub dicto Belisarii Consulatu. Ita quidem tum personis, tum rebus sacris idem Imperator optime voluit esse consultum, quo sibi ad ardua pertentanda divinum numen per ejusmodi pia conciliaret officia. Neque vero, sacra in pristinum decorem reformanda laborans, quæ laicorum essent, prætermittenda putavit: sed quod salus integra Reipublicæ

blicæ, quæ ex utroque personarum statu & ordine constat, in utroque vigeret; illud adjecit, ut eos, quibus regimen subjectorum in diversis provinciis mandatum esset, regeret disciplina, & legibus coerceret, qui servandis legibus populi præfecti essent. De provinciarum igitur præfectis moderandis dignam Christiano Principe edidit sanctionem sequenti die, nempe decimsexto Kal. Maji, sub eodem Belisarii Consulatu, qua inter alia, singulis Præfectis voluit Episcopos imminere, ut si quid injustum admitterent, iidem Imperatori deferrent: nam post multa: *Damus* (inquit *a*) *provincialibus licentiam, si quid apud provinciam injustum, qui administrationem habet, egerit; vel si damnis aliquibus aut calumniis subdat nostros collatores: ut Deo amabiles Episcopi provinciæ primates preces ad nos dirigant, exponentes cingulum habentis delicta. Nos enim hæc cognoscentes, dirigemus in provinciam hæc examinaturum: quatenus ipse, ubi injustitiam fecit, illic quoque pœnas subeat delictorum.* Adjecit insuper, ut Præses provinciæ, ubi ei successum esset, adhuc quinquaginta dies ibidem moraretur expositus cujusque querelis. Inhibuit præterea, ne pro consequenda Præfectura aliquid quisquam persolveret, sicque Præfecturæ venales redderentur: immo voluit eis a fisco stipendium assignari, ut sic omnis occasio vexandi subditos tolleretur. Cujus rei gratia subjectos sibi populos ad persolvendas Deo laudes excitat verbis istis (*b*):

Præfect. emendatione Reipub. bene consultum.

(*a*) Novel. 8.

(*b*) Novel. 8. cap. 11.

XII. Pro nova sancita lege gratiæ agendæ Deo.

Itaque Deo, & Salvatori nostro Jesu Christo omnes similiter offerant hymnos pro hac lege, quæ eis dabit & patrias habitare caute, & proprias facultates habere firmissime, & Judicum frui justitia. Nam & nos propterea ea posuimus ut & justitiam, quæ in lege est, valeamus Domino Deo nostro vovere, & nosmetipsos & nostrum commendare Imperium; & non videamur homines despicere, quos nobis tradidit Deus, ut eis per omnia parcamus, ejus sequentes benignitatem. Ideoque (quantum ad nos) consecretur hæc lex Deo; eo quod nihil in mentem nostram veniens boni pro tuitione subjectorum relinquimus. Volentes enim inhonesta hæc & servilia furta perimere, & nostros subjectos in quiete a provincialibus Judicibus conservare: propterea festinavimus gratis administrationes eis dare, ut nec ipsis liceat delinquere, & abripere subjectis, quorum causa omnem perferimus laborem, dedignantes imitari eos qui ante nos imperaverunt, qui pecuniis ordinabant administrationes, sibimetipsis licentiam auferentes administratoribus nocentibus increpandi juste, &c. Hanc editam a se legem Justinianus ad Episcopos mittit in diversas provincias una cum edicto ad omnes Archiepiscopos & Patriarchas quos super custodiam latæ legis monet invigilare, cum eos his verbis alloquitur (*c*):

(*c*) Habetur in appendice Novel. 8.

XIII. Episcopi inspectores Præfectorum.

Traditæ nobis a Deo Reipublicæ curam habentes, & in omni justitia vivere nostros subjectos studentes, subjectam legem conscripsimus, quam & tuæ sanctitati, & per eam omnibus qui tuæ provinciæ sunt, facere manifestam, bene habere putavimus. Tuæ igitur sit reverentiæ & cæterorum hæc custodire; & si quid transcendatur a Judicibus, ad nos referre: ut nihil contemnatur horum, quæ sancte & juste a nobis sancita sunt. Sic enim nos quidem nostrorum subjectorum miserati, quoniam supra fiscalium functionum exactionem maximas sustinent ex furto Judicum violentias propter factas provinciarum venditiones; hæc auferre per subjectam studuimus legem. Vos autem si negligentes non referatis a nobis quidem consecratam Domino Deo: rationem reddetis apud eum pro aliorum injustitia, si quod non agnoscentibus nobis damnum apud vos hominibus inferatur. Sed oportet præsentes vos, & pro eis ac reliquis detestantes, manifestos nobis facere & rectos Judices, & transcendentes hanc legem nostram: quatenus utrosque cognoscentes, hos quidem puniamus, illis autem repensemus. Cumque lex publice proposita fuerit & omnibus manifesta; tunc intus recondatur in sanctissima ecclesia cum sacris vasis: utpote & ipsa dedicata Deo, & ad salutem ab eo factorum hominum scripta. Facietis autem melius, & illic habitantibus universis utilius, si eam insculpentes aut tabulis, aut lapidibus, in porticibus sanctissimæ ecclesiæ describatis, plenam præbentes omnibus horum quæ sancita sunt lectionem atque possessionem.

Adjecit insuper illud commendatione dignissimum, ut qui essent provinciarum Præfecti, iidem jurarent Metropolitano ejus provinciæ Episcopo, omnia servaturos, quæ essent Imperatoris legibus imperata. Habetur ejusmodi jurisjurandi præscripta forma, quæ sic se habet (*d*): XIV.

(*d*) Sub Novel. 8. in fin. edit. tit. 3.

Jusjurandum Præfectorum Provinc.

Juro ego per Deum omnipotentem & Filium ejus unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum & Spiritum sanctum, & per sanctam gloriosam Dei genitricem & semper Virginem Mariam, & per quatuor Evangelia, quæ in manibus meis teneo, & per sanctos Archangelos Michaelem & Gabrielem, puram conscientiam, germanumque servitium me servaturum sacratissimis nostris dominis Justiniano & Theodoræ conjugi ejus occasione traditæ mihi ab eorum pietate administrationis, & omnem laborem & sudorem cum favore sine dolo & sine arte, quæcumque suscipio in commissa mihi ab eis administratio-

tione de eorum Imperio atque Republica. Et communicator sum sanctissimæ Dei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ; & nullo modo vel tempore adversabor ei, nec alium quemcumque permitto, quantum possibilitatem habeo.

XV. *Juro quoque idem iusiurandum, quod nulli penitus neque dedi, neque dabo occasione dati mihi cinguli, neque occasione patrocinii; neque promisi, neque professus sum de provincia mittere, neque mittam, neque occasione dominici suffragii, neque famosissimis Præfectis, neque iis qui circa eos sunt, neque alii hominum ulli: sed sicut sine suffragio percepi cingulum, sic etiam pure me exhibebo circa subjectos piissimorum nostrorum dominorum, contentus iis quæ statutæ sunt mihi a fisco annonis. Et primum omne adhibebo studium, ut fiscalia vigilanter inspiciam: & indevotos quidem & indigentes necessitate, cum omni exigam vehementia, nequaquam subinclinatus, neque ob hoc lucrum ipsum omnino considerans, aut per gratiam aut odium exigens aliquem citra quam competit, aut concedam alicui. Devotos autem paterne tractabo, & subjectos piissimorum nostrorum dominorum illæsos undique (quantum possibilitatem habeo) custodiam. Et æquus in causis utrique parti & in publicis disciplinis ero: nullique parti, citra quam justum est, præstabo; sed exequar universa delicta, & omnem æquitatem servabo, secundum quod mihi visum fuerit justum: & eos quidem qui innoxii sunt, undique innoxios illæsosque conservabo; noxiis autem imponam supplicium secundum legem: & omnem justitiam (sicut jam dictum est) in publicis, & privatis contractibus eis servabo: etsi comperero fiscum injustitiam * pati. Non ego solum hoc ago, sed etiam semper mihi assidentem talem studebo assumere & circa me omnes; ut non ego purus quidem sim, si qui vero circa me sunt, furentur & delinquant. Si quis autem inveniatur circa me talis, & quod sit ab eo, me sanare & eum expellere *. Si vero non hæc omnia ita servavero: recipiam hic & in futuro sæculo in terribili judicio magni Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, & habeam partem cum Juda, & lepra Giezi, & tremore Cain. Insuper & pœnis, quæ lege eorum pietatis continentur, ero subjectus.* Hactenus iusiurandum a Judicibus præstandum Episcopis.

* *dispendium.*

* *opus erit.*

XVI. His igitur probe dispositis, cunctisque apte compositis, quæ tam ad sacra, quam etiam ad profana spectare posse videbantur: Justiniani animum cogitatio illa subiit, ut Romanæ Ecclesiæ aliquod sancita lege, privilegium conferret: quæ cum adhuc sub Gothorum ditione detineretur afflicta; nonnulla tamen in sibi subjecto Imperio latifundia possidebat; quæ quo essent remotiora, eo facilius occupari possent. Ut igitur eadem, nullo obice, perpetuo jure servarentur ipsi Romanæ Ecclesiæ integra; munire eam voluit Imperator eo privilegio, ut ipsam non triginta vel quadraginta tantum, sed centum annorum præscriptione vallaret: indignum omnino ratus, ut eo ipsa omnium caput Ecclesiarum privilegio careret, quod meminerat Orientalibus Ecclesiis concessisse ante septennium anno secundo sui Imperii, suo pariter Consulatu secundo (*a*); cujus quidem sanciendæ legis occasio quæ præcesserit, dicemus inferius, cum primum reddiderimus ipsam pro Romana Ecclesia editam hoc anno sanctionem vigesimasexta mensis Aprilis, cui ejusmodi titulus præfixus habetur (*b*):

Justinian. Imp. privilegio munit. Roman. Eccl.

(*a*) *l. 23. C. de sacr. Eccles.*

(*b*) *Novel. 9.*

Imperator Justinianus Augustus viro beatissimo ac sanctissimo Archiepiscopo & Patriarchæ veteris Romæ.

Ut legum originem anterior Roma sortita est, ita & summi Pontificatus apicem apud eam esse, nemo est qui dubitet. Unde & nos necessarium duximus, patriam legum, fontem sacerdotii speciali nostri numinis lege illustrare; ut ex hac in universas Ecclesias Catholicas, quæ usque ad Oceanum fretum positæ sunt, saluberrimæ legis vigor extendatur: & sit totius Occidentis, necnon & Orientis, ubi possessiones sitæ inveniuntur ad Ecclesias nostras sive nunc pertinentes, sive postea eis acquirendæ, lex propria ad honorem Dei consecrata. Cum enim antiqua jura triginta annorum metis temporales exceptiones concludebant; & si hypotheca fuerat, paulo longiora eis spatia condonabant: nos sacrosanctas Ecclesias hujusmodi quidem curriculis temporum nullatenus excludi contendimus, maxime in illis rebus, in quibus vel læsionem sustinuerint, vel quicquam debeatur; sed centum tantummodo annorum lapsu temporalem exceptionem eis opponi sancimus; ut maneant per totum prædictum tempus integra jura Ecclesiastica, & non possit eis alia præter centum annorum obviare exceptio; cum hoc tempus vitæ longævi hominis plerumque finis esse dignoscatur. XVII.

Justiniani const. de præscript. centum annorum.

Habeat itaque sanctitas tua hanc legem Catholicis totius Occidentis Ecclesiis profuturam, & in Orientales partes propagandam, in quibus aliquid sacrosanctæ possident Ecclesiæ, ut sit Deo omnipotenti dignum donativum divinarum rerum tuitio; nec iniquis hominibus impium remaneat præsidium, & tutus peccandi locus etiam scientibus relinquatur: sed ille servetur innocens, qui re vera innoxius sit, nec improba temporis allegatione sese tueatur, tempus pro puritate prætendens. Quod igitur nostra æternitas ad omni- XVIII.

potentis Dei honorem venerandæ sedi summi Apostoli Petri dedicavit, hoc habeant omnes terræ, omnes insulæ totius Occidentis, quæ usque ad ipsos Oceani recessus extenduntur, nostri Imperii providentiam per hoc in æternum.

XIX. *Reminiscentes hujus legis prærogativam (sicut supra dictum est) non solum in Occidentalibus partibus, in quibus Ecclesiasticæ urbis Romæ possessiones sunt, vel postea fuerint, scilicet omnibus judiciis majoribus, sive minoribus, qui Christiani & Orthodoxi sunt, vel postea fuerint, hanc nostram consuetudinem servantibus; nihilominus hujus legis temeratoribus post cælestes pœnas etiam legitimum semper vigorem pertimescentibus, & pœnam quinquaginta librarum auri formidantibus, hac lege non solum in postea emergentibus causis suum tenorem exercente, sed etiam in iis quæ jam sunt deductæ injudicium. Sanctitas itaque tua præsentem nostræ mansuetudinis legem piissimam sive sacrosanctam oblationem, quam Deo dedicamus, accipiens, intra sacratissima vasa reponat & a vobis servandam, & omnes Ecclesiasticas possessiones servaturam. Datum sexto Kalendas Maii, Belisario V. C. Consule.* Hactenus sanctio & privilegium a Justiniano concessum Romanæ Ecclesiæ, atque Occidentalibus omnibus, quæ Catholica communione conjunctæ ipsi Romanæ Ecclesiæ essent: cum tamen idem privilegium Orientalibus Ecclesiis, ab eodem Imperatore concessum fuisset (ut diximus) ante septennium. Porro causam apud Suidam ita recensitam invenies (*a*): (*a*) *Suid. verb. Priscus.*

XX. Causa sanciendæ legis. *Priscus Emesenus alienas litteras mirabiliter imitari potuit, artifex in eo fraudis genere nimium solers. Acciderat autem, ut Emesenorum Ecclesia multis ante annis a quodam homine locupletissimo hæres esset instituta. Erat & homo quidam dignitate Patricius, nomine Mamianus, & genere & pecuniæ copiis illustris. Priscus vero hic, dinumeratis sub Justiniano urbis hujus facultatibus omnibus, si quos invenerat opibus florentes, qui magnam mulctam sustinere possent; horum majoribus accurate pervestigatis, antiquas eorum litteras nactus, libellos multos quasi ab illis scriptos composuit, qui confiterentur se Mamiano pecuniam magnam reddituros, ut quam ab eo depositi nomine accepissent. Ac pecunia fictitiis istis libellis comprehensa non minus centum centenariis confecit. Atque jam viri cujusdam, de quo esset magna & veritatis & virtutis opinio, qui tum temporis in foro sedens, cum superstes esset Mamianus, omnes conficiebat civium tabulas, suis literis singulas illarum obsignando, quem Tabellionem Romani vocant, litteras solertissime imitatus, procuratoribus Emesenæ Ecclesiæ tradidit, partem ita partæ pecuniæ ipsi pollicitus. Quia vero lex obstabat, causas omnes ad annorum triginta præscriptionem redigens, paucas vero quasdam & hypothecarias omnes quadraginta annorum spatio excludens: Byzantium profecti, & Imperatori Justiniano pecuniam largiti, sine ulla cunctatione impetrarunt, ut legem ferret, ut præscriptionum causæ non constitutis temporibus, sed centum annorum spatio concluderentur.* Hæc Suidas, cum agit de Prisco. Sd ad datam ab Imperatore ad Joannem constitutionem redeamus. Est autem ut ex ipsa eos erroris redarguas, qui eumdem Pontificem anno superiori defunctum ponunt sexto Kalendas Junii: etenim in hunc annum ipsum propagasse vitam ex dicta ad eum scripta sanctione perspicis. De Joan. Pap. sedis tempore.

XXI. Quo etiam anno data reperitur ad eumdem Pontificem Synodalis epistola ex Concilio Africano. Vindicata enim in pristinam libertatem Ecclesia Africana, ii qui tunc extabant in unum convenere sanctissimi sacerdotes; qui restituere conantes collapsam ob longam servitutem Ecclesiasticam disciplinam, ad ipsum Romanum Pontificem legationem misere, qua perfuncti sunt Petrus & Lucius Episcopi, atque Liberatus diaconus Ecclesiæ Carthaginensis, cui hoc tempore præerat Reparatus Episcopus. His igitur legatis ad Joannem ipsum Pontificem has dedere litteras (*b*) Episcopi Africani ex Concilio Carthaginensi. (*b*) *Extant Tom. 1. epi. Rom. Pont. in Agapet.*

XXII. Epistol. Concilii Carthag. ad Joan. Pap. *Domino beatissimo & honorabili sancto fratri & consacerdoti Joanni Reparatus, Florentinianus, Datianus & cæteri ducenti decem & septem Episcopi, qui in universis Conciliis apud Justinianam Carthaginem fuimus.*

Optimam consuetudinem præteriti temporis, quam violenta captivitas per annos centum, dolentibus cunctis, abstulerat, iterum servare cupientes, ad universalem totius Africæ Synodum fideli devotione convenimus, in illa Justinianæ Carthaginensis basilica congregationis nostræ primitias Domino consecrantes, unde nostros patres tyrannus Hunericus expulerat. Hæc basilica Fausti apud nos dicitur, multis martyrum corporibus insignita: quorum Deus exaudivit orationes, ut daret hujus rei fiduciam sacerdotibus. Ibi igitur quantum singuli lacrymantibus gaudiis flere potuerint, cogitandum potius beatitudini vestræ dimittimus. In omnibus enim lætitiæ spiritualis unus fuit affectus, agere gratias omnipotenti Deo, cujus gratia peccatoribus sine meritis operum datur, & antidotum fidei salutaris nuper reconciliatis hæreticis obtinetur.

XXIII. *Definitionibus autem Nicæni Concilii publica lectione transcursis, inter alia de qui-*

De Arianis pœnitentibus suscipiendis. *quibus nasci debuit, disputatione requiri jam cœperat: Quomodo Arianorum sacerdotes ad Catholicam fidem suscipi oporteat, utrumne in suis honoribus, an in laica communione. Sic omnibus nobis unanimiter subito placuit suscitari primitus beatitudinis vestræ sententiam. Potest enim sedes Apostolica (quantum speramus) tale nobis interrogantibus dare responsum, quale nos approbare concorditer, explorata veritas faciat. Ex omnium quidem collegarum tacitis motibus nemini placere sensimus, ut in suis honoribus Ariani suscipiantur. Verumtamen convenire charitati credidimus, ut quid habeat sensus noster in publicam notitiam nemo perduceret, nisi prius vel consuetudo nobis, vel definitio Romanæ Ecclesiæ proderetur.* Disce ex his, lector, quo cultu, quo honore ac reverentia prosequi solerent transmarini Episcopi etiam conventu Synodali pollentes Romani Pontificis auctoritatem, ut etiam diversam ab eo sententiam meditati cum essent tamen paratos se præbeant ab ea libenter recedere, si ipse Pontifex, quem consulunt, diversa rescriberet: cujus standum omnino decreto, esset Catholicis omnibus in confesso. Sed quæ sunt reliqua Synodalis Epistolæ prosequamur:

XXIV. Laudes Pap. Joannis. *Hanc igitur nostræ salutationis epistolam per fratres & consacerdotes nostros Cajum & Petrum, & per filium nostrum Liberatum diaconum continuo destinavimus, & auctoritatem vestræ beatitudinis & gratiam debitis obsequiis honorantes. Talis quippe es, qualem sancta sedes Petri merebatur habere Pontificem, dignus veneratione, plenus dilectione, loquens veritatem sine mendacio, nihil faciens arroganter: unde etiam libera charitas universæ fraternitatis requirendum putavit consilium tuum. Respondeat, obsecro, mens illa sancto Spiritui serviens affabiliter & veraciter. Non solum enim de sacerdotibus, sed de ipsis quoque parvulis apud eos baptizatis utrum soleant, vel debeant ad clericatum, si petierint, applicari, consulimus. Multis enim facere istas frequenter petitiones concedimus, nec negamus; donec habito vobiscum diligentiore, tractatu, legatio nostra revertatur.*

*Illud etiam beatitudini tuæ credimus intimandum: Fratres aliquantos ex nostro collegio, relictis sine causa plebibus suis, ad transmarinas navigare sæpius regiones: hos diutius Ecclesia toleravit, excusante eos * violentia temporis mali. Petimus nunc, ut quicumque forsitan Episcopus, aut presbyter, sive diaconus, aut cujuslibet inferioris ordinis clericus sine nostra epistola venerit, & non approbaverit se pro utilitate sanctarum Ecclesiarum fuisse directum, similis hæretico judicetur, neque vestra communione dignus existat: ut in omnibus & per omnia beatitudinis vestræ disciplina laudetur.* Et alia manu. *Vegetem te, nostrique memorem præstet omnipotens Deus, domine frater.* At quid accidit? Antequam ejusmodi litteræ Romam per legatos perlatæ essent, Joannes Papa ex hac vita decessit. XXV.

* accusantes.

Adversus vagos clericos.

Cum autem legatio missa ab Africano Concilio ad Joannem Romanum Pontificem, invenisset ipsum esse defunctum, ei qui in locum illius esset subrogatus, Agapeto Papæ litteras Synodales dedit. Antequam vero quæ post hæc acta sunt prosequamur, ordo rerum gestarum postulat, ut de illius obitu & hujus creatione primum agamus. Quod igitur ad Joannis Papæ obitus tempus pertinet; satis certe errare convincuntur, qui eum anno superiori ex hac vita migrasse tradunt: ex litteris enim, seu potius constitutione data hoc anno ab Imperatore Justiniano ad ipsum Joannem sexto Kal. Maii ad id usque tempus pervenisse, intelligi potest. Sed quo potissimum anni hujus die decesserit: habet Anastasius, ipsum hoc anno esse defunctum sexto Kal. Julias; atque post sex dies suffectum in locum ipsius Pontificem Agapetum. XXVI. Joannis obitus, & creatio Agapeti.

Hæc si vera dixerimus, corrigendæ essent quæ reperiuntur ejusdem Imperatoris Justiniani litteræ hoc anno datæ ad Agapetum Papam pridie Idus Martias sub XXVII. De tempore creationis Agapeti.

PAGIUS II. *Moritur Joannes II. Papa.* A num. XXVI. ad XXIX. *Joannes* II. Romanus Pontifex hoc anno vitam cum morte commutavit, ut recte Baronius tradit, sed non *sexto Kalendas Julias*, ut ille ex Anastasio scribit, sed *VI. Kalend. Junii*, ut habent exemplaria MSS. Anastasii, unum Freherianum, duo Thuanea, Regium & Mazarinum. Præterea Anastasium scripsisse Joannem *sexto Kalendas Junii* demortuum, demonstrant Ordericus lib. 2. Luitprandus, Abbo, & Marianus Scotus in Chronicis, qui diem illum ab Anastasio sine dubio acceptum notarunt. Quod & ostendit Anastasius, qui ait sedisse Joannem *annos duos, menses quatuor, dies sex*, quod & omnia ejus MSS. exemplaria, omnesque Catalogi Pontificum habent, & cum his Hermannus Contractus & Ordericus citatus. Error tamen in dies irrepsit, loco enim, *dies sex*, legendum, *dies viginti sex*. Nam cum *Joannes* II. die ultima Decembris anni DXXXII. Pontificatum inierit, dieque vigesima septima mensis Maji sepultus sit, sedit annos II. menses IV. dies XXVI. & Librarii in diebus numerandis duos numeros denarios omisere. Addit Anastasius, cessasse Episcopatum *diebus septem*, nisi quod quædam exemplaria cum uno ex nostris, & Gotfridus Viterbiensis in Chron. habent *dies sex*, qui numerus si retinendus sit, excluditur dies emortualis Joannis, si prior præferatur, includitur. Nam Sanctum *Agapetum* natione Romanum ordinatum esse hoc anno die tertia mensis Junii, in quam Dominica cadebat, ex ejus Se-

sub Consulatu Belisarii, redditæque ad ipsum ab eodem Pontifice decimo quinto Kalend. Aprilis sub eodem Belisarii Consulatu. Sed magis illapsus videtur error in diem datæ dictæ Imperatoriæ sanctionis ad Joannem: cum præsertim successoris ejus Agapeti ordinationem contigisse hoc anno, ipsa hieme, litteræ ejusdem Agapeti Papæ ad Reparatum Carthaginensem Episcopum datæ declarent, suo loco paulo post recitandæ: quarum auctoritate optime congruit, ut eadem ordinatione quamprimum renunciata Constantinopoli, statim ipse Imperator (ut dictum est) scripserit ad ipsum Agapetum Pontificem, ex more, fidei Catholicæ professionem: de qua Imperatoris epistola agetur inferius. Verum etsi hoc anno contigisse & Joannis obitum & Agapeti ordinationem, tot testimonia probent; quo tamen potissimum die unumquodque contigerit, minime affirmari potest. At de Joanne jam quæ sunt reliqua describamus: de eo enim Bibliothecarius hæc habet: *Hic fecit ordinationem in urbe Roma unam per mensem Decembrem, creavit presbyteros quindecim, Episcopos per diversa loca numero viginti unum. Qui sepultus est in basilica S. Petri.* Et paulo post: *Cessavit Episcopatus ejus dies sex.* ☞ Ejus autem sepulcro ejusmodi epitaphium inscriptum tradit Manlius ex antiquis monumentis basilicæ Vaticanæ:

Joannis Pap. Epitaphium.

Hic tumulus Vatis conservat membra Joannis,
Ordine Pontificum qui fertur jure secundus.
Licet in extremis solers, fidusque minister
Claruit, & primus jure Levita fuit.
Missus ad Imperium vice Præsulis, extitit auctor.
Hunc memorant Synodus, Pontificisque thronus.
Cum titulis fidei vigilantia quanta regendi,
Commissas animas, ne lupus hostis oves
Carperet, ammixtus premeret, ut † potentior unam †
Justitiam cunctos nixus habere parem.
Providus, humanus, summus, verusque sacerdos,
Nil temere, atque nimis pondere cuncta gerens. ☜

Hæc ibi, nonnihil, ut vides, depravata. ☞ Porro ejus sepulcro successorem Agapetum hoc indidisse Epitaphium, ex sequenti possumus intelligere (a):

(a) *Antiq. Inscr. in Append. pag. 1165. n. 8.*

MENTE

PAGIUS Sedis duratione liquebit. Interim corrigendus hic alter Anastasii vulgati error: ait enim *Joannem* sepultum esse in Basilica Beati Petri Apostoli, *post Consulatum iterum Lampadii*, qui annum DXXXII. designat. Nam nota illa temporaria deest in altero MS. Anastasii Bibliothecæ Colbertinæ, & non potest non esse additilia. Denique ex his evidens est Anastasium scripsisse post mortem Bonifacii II. Sedem vacasse dies LXXVI. non vero dies VI. ut perperam habent vulgati Codices Anastasii. [1]

III. *Agapetus succedit Joanni II.* Baronius, qui *Joannis* II. Pontificatum ab anno DXXXI. exorsus est, annos tres ei attribuit, sed sine teste, additque eum hujus anni hyeme demortuum, quod extent Literæ Justiniani Imp. ad Agapetum Papam, quæ dicuntur datæ *pridie Iduum Martiarum Constantinopoli, Fl. Belisario V. C. Consule*, responsumque Agapeti ad ipsum, datum *XV. Kalend. April. Constantinop. Fl. Belisario V. C. Cos.* Verum errorem in numeros irrepsisse manifestum est; alioquin *Justinianus* die XIV. mensis Martii ad Agapetum Papam scripsisset, & intra quatuor aut quinque dies, XVIII. scilicet ejusdem mensis, is ad Justinianum responsum dedisset. Præterea *Agapetus*, qui tunc Romæ erat, Constantinopoli Literas dare non potuit. Quare utraque Epistola post mensem Junium hujus anni scripta.

IV. *Sed non hyeme.* Ut autem Cardinalis doctissimus ostendat, *Agapeti* ordinationem hoc anno *ipsa hyeme* contigisse, innititur Epistolæ Agapeti ad Reparatum Carthaginensem Episcopum, datæ *quinto Idus Septembris, post Consulatum Paulini V. C.* hoc scilicet anno, in qua ait Agapetus: *Fraternitatis tuæ Literis indicasti, post Epistolam decessori meo dirigendam, inter navigii suscipiendi moras, quas hyemis continuati generabat asperitas, ordinationem nostram tibi Omnipotentis Dei beneficio nunciatam.* At loco, *quinto Idus Septembris*, legendum, *quinto Idus Decembris.* Legati enim a Concilio Africano hoc anno celebrato, ut legere est apud Baronium num. XXI. ad Joannem Papam directi sunt, qui cum Romam

NOTÆ [1] Catalogus coævus Blanchinianus annos duos, menses quatuor, & dies sex Pontificatus Joanni assignat. Quare chronologiam hanc omnino retinere oportet; eademque admissa, Joannes obiit die XXV. Aprilis anni 535. Quoad Interpontificium, mendum aliquod irrepsisse suspicor in Anastasium; forte enim diebus tantummodo quatuor, non sex constitit; ut Agapetus pontificiam Cathedram ascenderit die 29. Aprilis hujus anni. Quæ nostra Chronologia belle cum Historia congruit. Cum enim federit Agapetus mensibus undecim, diebus octo, ut habet Catalogus Blanchinianus, decessit sequenti anno 536. die 6. Aprilis, adeoque die secunda Maii hujus anni *Vir Sanctæ Memoriæ* dici a PP. Constantinopolitanis rectissime potuit, quod & adnotat Pagius ad annum 536. 10. MANSI

Joannis Papæ epitaphium.

MENTE PIA VIVENS CHRISTI NUTRITUS IN AVLA
ET SOLA GAVDENS SIMPLICITATE BONI
BLANDVS IN OBSEQUIIS ET PVRO PLENUS AMORE
PACIFICAM VITAM JVRE QVIETIS AGENS
QVI GRATVS POPVLIS ET CELSO DIGNVS HONORE
SVMPSISTI MERITIS * PVRIFICALE DECVS
COMMISSVMQVE TIBI PASCENS BONITATE MAGISTRA
SERVASTI CUNCTVM SVB PIETATE GREGEM
PRO QVO RITE TVVM VENERANS AGAPETVS HONOREM
PRÆSTITIT HÆC TVMVLO MUNERA GRATA TVO
QVI NVNC ANTISTES ROMANA CELSVS IN VRBE
SEDIS APOSTOLICÆ CVLMINA SACRA TENET

* Pontificale.

Hactenus Epitaphium.

XXVIII. Qui autem in locum Joannis subrogatus est Agapetus, patria fuit Romanus, filius Gordiani presbyteri tituli sanctorum Joannis & Pauli. Fuisse autem Agapetum Archidiaconum, eumdemque apprime eruditum, testatur Liberatus in Breviario. (a) Quid vero, simulac creatus est Pontifex, egerit, ab Anastasio accipe: *Hic* (inquit) *in ortu Episcopatus sui libellos anathematis, quos invidiæ dolo extorserat Bonifacius a presbyteris & Episcopis contra canones, contra Dioscorum, in medio Ecclesiæ, congregatis omnibus, incendio consumpsit, & absolvit totam Ecclesiam ab invidia perfidorum.* Hæc ipse: sed de his superius pluribus actum est.

(a) Liberat. Diac. Breviar. c. 21.

Irritata acta Bonifacii contra Dioscorum.

XXIX. Ubi vero Justinianus Imperator cognovit Agapetum esse creatum Romanum Pontificem officio non defuit. Cum enim more majorum (ut dictum est superiori tomo ex Symmacho) consueverint omnes Catholici Imperatores ad singulos recens creatos Romanæ sedis Episcopos mittere Catholicæ, quam profiterentur, fidei professionem: id ipsum præstitit Justinianus Imperator, qui mox eamdem direxit ad Agapetum fidei confessionem, quam Joanni Papæ ejus prædecessori miserat confirmandam; cui & hanc præfationem præfixit post hujusmodi consuetum apponi titulum (b):

In nomine Domini Nostri Jesu Christi Dei, Imperator Flavius Justinianus, Alemannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vvandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, ac Triumphator semper August. Agapeto sanctissimo Archiepiscopo almæ urbis Romæ & Patriarchæ. Inter tot e devictis populis apponi solitos gloriæ titulos, cur Anticus voluerit nominari, habes quem consulas doctissimum Alciatum (c), nempe ab Antis Istri fluminis accolis, quos idem Imp. ad internecionem fere delevit. Sed epistolam audi:

(b) Extat inter ep. Agapet. Tom. 1. epist. Rom. Pont.

(c) Alciat. parerg. lib. 5. cap. 3.

XXX. Justiniani Imp. ad Agapetum fidei confessio.

Ante tempus in hac regia urbe nostra quorumdam de causa fidei extitit morbosa contentio: quam nos congrue respuentes, interposito edicto, repressimus. Et quia nostri studii est, emergentes ejusmodi causas ad Apostolicæ sedis vestræ referre judicium: ejusdem fidei, quam sequendam duximus, tenorem epistolæ nostræ

PAGIUS

mam pervenere, Literas Synodales *Agapeto* dedere, quod Joannem II. mortuum invenissent. Concilium illud ante mensem Augustum celebratum; cum susceptis ex eodem Concilio Literis Justinianus rescripserit ad *Salomonem* Præfectum Prætorio Africæ Literas *Kalend. Augusti Constantinop. Belisario V. C. Cos.* Eas exhibet Baronius num. XLIII. & seqq. Sed præter Literas Synodales a *Reparato*, aliisque Episcopis Africanis ad Joannem Papam missas, post aliquod tempus, mense scilicet Novembri, jam hyeme sæviente, *Reparatus* nomine suo alias Literas Romam scripsit, non ad *Joannem*, sed ad *Agapetum* ejus successorem, cujus ordinationem inter navigii suscipiendi moras acceperat. Quare *Agapeti* ordinatio, non hyeme facta, ut inde colligit Baronius, sed hyeme *Reparato* nunciata. Porro *Reparatum* hoc anno post *Bonifacium* Carthaginensis Ecclesiæ Episcopatum suscepisse, testatur Victor Tununensis ad Consulatum Belisarii. Baronius, qui Victoris Chronicon non viderat, *Reparatum* anno DXXXI. jam Episcopum fuisse eo anno num. VIII. scribit. Denique ex dictis, dicendisque constat Papebrocium in Conatu Chron-Hist. perperam alligasse mortem Joannis II. cum die XXI. Aprilis & ordinationem Agapeti cum die XXVIII. ejusdem mensis.

V. Literæ Justiniani ad Agapetum PP. anno sequenti datæ.

A num. XXX. ad XXXVI. Antequam legissem Historicam Dissertationem *de uno ex Trinitate Carne passo* ab Emin. Cardinali Norisio sub exitum anni MDCXCV. Romæ publicatam, notas Consulares Epistolarum Agapeti Papæ nonnisi ex conjectura erroneas esse assequi potui; sed idem eruditissimus Cardinalis ex antiquo Codice Vaticano, de quo anno sequenti, eas certo emendavit cap. X. Baronius num. XXX. recitat Epistolam Justiniani ad Agapetum Papam missam, cujus hoc est initium: *Ante tempus in hac Regia Urbe*, &c. In ea narrat Imperator se Edictum, videlicet contra Acœmetarum ac sectatorum errorem, itemque Nestorianos ac Eutychianos publicasse, ejusque tenorem Epistolæ a se per Hypatium ac Demetrium ad Joannem Papam missæ, inseruisse: *quam*, inquit, *pro integritate fidei memoratus Prædecessor vester libenti gratulatione suscipiens, suo ac totius Ecclesiæ Romanæ firmavit assensu*. Joannes enim in Synodo anno elapso Romæ coacta tria Capitula de Christo Uno ex Trinitate: de

stræ ad beatæ memoriæ prædecessorem vestrum Joannem per Hypatium & Demetrium venerabiles Episcopos missa legatione direximus. Quam pro integritate fidei memoratus prædecessor vester libenti gratulatione suscipiens, suo & totius Ecclesiæ Romanæ firmavit assensu. Cujus epistolæ nostræ tenor hujusmodi est: Victor Justinianus, &c. Reddentes honorem Apostolicæ sedi. Et quæ sequuntur, prout supra descripta habentur. Porro fidei professioni recitatæ ista ad Agapetum Justinianus adjunxit. *Quamobrem petimus sanctitatem vestram, ut memoratam epistolam vestra auctoritate firmetis, & Cyrum vel sequaces ejus a communione habeatis alienos, donec statutis sanctitatis vestræ obtemperent.* Exemplar subscriptionis. *Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime Pater. Data prid. Id. Martiarum, Constantinopoli, Flavio Belisario V. C. Consule.* Qui est præsens annus Christi quingentesimus trigesimusquintus. Quid ad hæc Agapetus Papa rescripserit, accipe (*a*):

(*a*) *Agapet. ep.6.*

Agapetus Episcopus Justiniano Augusto.

XXXI. Agapeti Papæ epistol. ad Justinianum Imp.

Gratulamur, venerabilis Imperator, quod tanto Catholicæ fidei ardore succenderis, ut omnibus piissimæ vitæ vestræ temporibus piam solicitudinem circa servandam, augendamque Ecclesiarum concordiam clementer exhibeas, & unam fidem, suaque per omnia firmitate consimilem omnibus populis Christianis cupias prædicari. Nec mirum in ejusmodi clementiam vestram placita Deo cogitatione persistere, cum non alius Imperi vestri beatior sit provectus, quam religionis augmentum. Quapropter libenti hoc & Prophetica voce cantabo (b): Repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione: quod florentissimum Principatum vestrum divinis quotidie inspicimus beneficiis adornari.

(*b*) *Ps. 125.*

XXXII. *Cupis enim, venerabilis Imperator, ut tuæ pietatis epistolam de fidei vestræ expositione nuper ad beatæ memoriæ prædecessorem nostrum Joannem Romanæ sedis Antistitem per Hypatium atque Demetrium Episcopos destinatam, & a præfato Præsule roboratam, nostra quoque auctoritate firmemus: laudamus, amplectimur; non quia laici * auctoritatem prædicationis admittimus, sed quia studium fidei vestræ Patrum nostrorum regulis conveniens confirmamus atque roboramus: per quod jam & unitas provenit Ecclesiæ, & reliqua Catholicæ membra Ecclesiæ ad ejus compagem Christianitatis constantia reditura confidimus. Cujus professionis vel epistolæ vestræ tenorem inferius adnectentes, studium, quod circa Deum integre geritis, nostra auctoritate firmamus; prædicantes hujusmodi fidem omnium Patrum nostrorum regulis convenire, & Apostolicæ sedis concordare dogmatibus.*

* *laicis.*

Qualiter probetur Imp. const. de Fide.

Constituentes, ut si quis nostræ Catholicæ fidei contrarie tentaverit, quam pro submovenda hæreticorum suspicione paternis regulis consentaneam præsenti definitione firmamus, sanctæ communionis efficiatur extraneus. Unde & Cyrum, ejusque sequaces jam ante pro hac insania ab Ecclesiæ Catholicæ communione suspensos, & in sua hactenus perfidia permanentes, nisi sub satisfactione canonica doctrinam Apostolicam fuerint consecuti, nullatenus patimur eos sacræ communioni restitui; sed etiam ut hæreticos anathemati subiicimus: ut qui nostris constitutionibus parere contempserit, Ecclesiasticum statum, puritatemque non maculet. Hucusque cum perduxisset Agapetus suas litteras, mox subnexuit dictam Justiniani Imperatoris epistolam, necnon ejus fidei professionem superius recitatam. XXXIII.

XXXIV. Justiniani constitutiones quæ probatæ.

Hæc ipsis exordiis Agapeti Pontificatus transacta sunt inter Imperatorem atque ipsum Pontificem; cujus sententia in dicta epistola Romano Pontificem digna numquam e memoria dilabatur: ita nimirum recipere Catholicam Ecclesiam, ipsamque Apostolicam sedem Imperatorum leges atque sancita de rebus ad Ecclesiam pertinentibus, quatenus ea sunt sacris canonibus consentientia, non ut laici hominis docere in Ecclesia præsumentis: FIRMAMUS (inquit) LAUDAMUS, AMPLECTIMUR: NON QUIA LAI-

PAGIUS de Deo Verbo in Carne passo, impassibili Deitate: & de Beata Virgine vere & proprie Dei genitrice, approbavit. Rogat autem Imperator Agapetum, ut Epistolæ insertas suas ad Joannem Papam Literas Apostolica iterum auctoritate confirmet, iisque recitatis, concludit: *quamobrem petimus Sanctitatem vestram, ut memoratam Epistolam vestra auctoritate firmetis, & Cyrum, vel sequaces ejus, a communione habeatis alienos, donec Statutis Sanctitatis vestræ obtemperent*, &c. *Data pridie Iduum Martiarum Constantinopoli, post Consulatum Belisarii V. C.* nempe an. DXXXVI. ut legitur in MS. Vaticano citato, non vero *Flavio Belisario V. C. Consule*, idest, hoc anno, ut ibidem Baronius & Labbeus Tom. IV. Concil. pag. 1790. habent. Hoc enim anno mense Martio Agapetus nondum erat Pontifex, & ejus ordinatio, quemadmodum Cardinalis Norisius recte differit, in Januarium exeuntem retrahenda foret, ut Imperator ex Thracia ad eumdem scribere potuisset; cum tamen Agapetus primæ ad se a Justiniano missæ Epistolæ responderit *Idibus Octobris* currentis Christi anni, ut patet ex Epistola IV. ejusdem, sub exordio: *Licet de Sacerdotii mei primitiis*, &c. recitata a Baronio a num. XLVIII. ad LIV. Hinc Tom. IV. Concil. perperam in titulo dicitur: *Epistola missa ab Imp. Justiniano more Majorum ad Pontificem Rom. recens electum cum Professione fidei*; siquidem jam an-

LAICIS AUCTORITATEM PRÆDICATIONIS ADMITTIMUS, SED QUIA STUDIUM FIDEI VESTRÆ PATRUM NOSTRORUM REGULIS CONVENIENS CONFIRMAMUS ATQUE ROBORAMUS. Sicque & in cæteris discas, ita probatas Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ Justiniani vel aliorum Principum de rebus Ecclesiasticis editas sanctiones, si eædem sacris canonibus innitantur, quibus faveant, eisdemque consentiant: secus si contra. Hæc quidem Agapeti Pontificis verba, ad reliquas ejusdem Imperatoris editas de rebus Ecclesiasticis sanctiones admittendas, vel respuendas, regula sunto: nimirum ut illæ dumtaxat Justiniani Imperatoris recipiantur in Ecclesia de rebus sacris promulgatæ constitutiones, quæ auctoritate canonum fulciuntur; explodendæ vero penitus illæ, quibus sacri canones adversantur.

XXXV. Post hæc autem idem Imperator prudentior factus ex hac Agapeti censura, non amplius privatam a se editam fidei confessionem usurpavit: sed ne quid sibi arrogare visus esset, publicam misit, & illam ipsam quam olim Hormisda Pontifex miserat per legatos Constantinopolim subscribendam ab iis qui Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ communionem consequi vellent: hanc, inquam, ipsam iterum misit Justinianus Imperator ad Agapetum Pontificem, cujus est exordium: (a): *Prima salus est, &c.* insertam in epistola data hoc anno, decimooctavo Kalend. Aprilis sub Consulatu Belisarii. Sed quæ reliqua sunt ejusdem Pontificis rerum gestarum ipsius Pontificatus exordio his conjungamus.

(a) *Extat inter epist. Agapeti.*

XXXVI. Simulac igitur idem Agapetus in Joannis Papæ defuncti locum subrogatus est, legati ex Africano Concilio antea ad ejus prædecessorem directi, eo ex hac vita jam abiisse invento, easdem litteras Synodales ipsi Agapeto dedere, adjecereque alias a Reparato Carthaginensi postea scriptas: quas ubi Agapetus omnes accepit, in primis ad Concilium Africanum, cui præfuerat Reparatus, mox vero privatas adjunxit ad eundem Carthaginensem Episcopum litteras. Reddamus hic singulas, ac primo loco ad ipsam Synodum datas (b):

(b) *Tom.* I. *epist. Rom. Pont. in Agapeto epist.* I. XXXVII.

Epist. Agapeti PP. ad Afric. concil.

Agapetus Episcopus Reparato, Florentiano, Datiano, & cæteris Episcopis per Africam constitutis.

Jamdudum quidem, fratres amantissimi de prosperitatibus vestris repletum est (c) gaudio os nostrum & lingua nostra exultatione. Sed & nunc cum litteras charitatis vestræ ad prædecessorem nostrum datas accepimus, pridem gaudia concepta renovamus, benedicentes Dominum sempiternum, qui liberavit nos ab inimicis nostris & de manu omnium qui nos oderunt. Vobiscum enim recte nos dicimus, cum quibus & tribulati sumus: nam cum unum corpus ubique sit Ecclesia, & apud nos quoque principalia compatiebantur & membra. Vester enim mœror nostra semper fuit afflictio, & de vestrorum omnium gemitu, imperante charitate, visceribus frequentabamus sæpe singultus. Quæ cum ita sint, redeuntibus Cajo & Petro fratribus & coepiscopis nostris, atque Liberato diacono filio nostro, proferimus sincerissimam consilii vestri charitatem: quoniam sicut & sapientes facere decebat & doctos, immemores principatus Apostolici non fuistis: sed quæstionis illatæ volentes vincula dissolvere, ab ejus sede requisivistis (sicut decebat) aditum cui potestas esset indulta claustrorum.

(c) *Ps.* 125.

XXXVIII. *Unde nos ea quæ de ejusmodi negotio, in penetralibus Patrum constituta posuerunt, libenter aperimus, & præsentibus alloquiis translata subnectimus; ut sine dubitatione possitis agnoscere, transcendi positos jamdudum terminos non licere. Itaque si vitare volumus offendiculum; quod a senioribus nunciatum est, hoc sequamur. Carent enim excusatione, quos præmonitos contigit excedere; & acerbitatem cumulant excessuum, quos ignorantia non tuetur. Hinc est, ut quia in tantum Deus omnipotens erexit (d) cornu salutis nobis in domo David pueri sui, ut de omnibus, quorum iniquitati subjacuimus, reconciliatione tractemus; ita solicite remedia debeamus adhibere, ne incolumitati no-*

(d) *Luc.* 9.

PAGIUS VI. *Libellus Fidei Justiniani anno sequenti scriptus.* ante annum Romæ Agapetus sederat Pontifex, aliasque ad eumdem Literas Imperator miserat. *Justinianus* tertio a memorata Epistola die, Professionem fidei a se signatam, ad Agapetum destinavit. Cardinalis Norisius observat in laudato Codice Vaticano pag. 45. grandioribus litteris legi: *Exemplar piissimi D. N. Justiniani Imp. quem dedit Agapito Constantinopoli de Fide*, & incipere: *prima salus recta fidei*, &c. Labbeus Tom. IV. Concil. pag. 1790. undecim prioribus Libelli versibus recitatis, addit: *&c. ut supra post Epistolam Bonifacii II., pag.* 1686. quo loco ait a callido veteratore eum Libellum confictum. Baronius vero num. XXXV. dicit eam Professionem fidei, esse illam ipsam, quam *Hormisdas* per Legatos Constantinopolim missos, tradidit iis, qui communionem cum Apostolica Sede expetebant. Hunc errorem corrigit Card. Norisius ex laudato MS. in quo Libellus ibidem recitatus, idem omnino est cum relato a Labbeo pag. 1801. Professio fidei ab Hormisda imperata, legitur annexa Epistolæ LI. Hormisdæ ad Episcopos Hispaniæ, & antea Epistolæ IX. ad Joannem Nicopolitanum. Hæc autem prioribus quidem verbis similis est Libello a Justiniano oblato, sed postea hoc ipso est brevior, ac tota in anathematizandis hæreticis, eorumque fautoribus consistit; cum tamen in Libello Justiniani Catholica Doctrina contra Nestorium & Eutychen plene exponatur.

noſtræ ſit incommodum quod curantur, aut medicina ſubeat maculam de vulnere cui tribuere vult ſalutem: ſed ejuſmodi (ſicut & nobis cautiſſime viſum eſt) præſtemus officium in obſervatione paſtorum, ne cum perdita volumus congregare, pereamus; & cum ſub nimia relaxatione abſolvimus, obnoxii (quod avertat Dominus) cadamus in culpam: maxime cum priorum noſtrorum ſententia, redeuntes ad nos ex Arianis, quolibet modo, in qualibet ætate illius peſtilentiæ labe pollutos, tanta charitate in fide complexa eſt ejuſmodi juſtitia, & ſub dilectione redarguit, tanta ratiocinatione de ambitu honoris excluſi, ut erubeſcerent aliud magis quærere, quam redire.

XXXIX. Reſpondet ad conſul. conc. Carthag. *De eo vero quod piiſſima compunctione requiſiſtis, utrum ad officium ſuum debent ſuſcipi, aut eos non oportet omnino promoveri; an alimoniorum ſaltem utilitatibus adjuventur. Laudamus, hortamur, amplectimur, ut re vera ejus promotionem aut officium, in quo fuerint, abnegantes, canonum vos reverentia judicent omnes appetere potius, quam gerere cupiditatis ardorem. Venientes igitur ad fidem ſinceriſſimam, nutriat humanitas, conſoletur, prompta ſit omnibus miſericordia,*
(a) Matt. 5. *in cujus remuneratione dictum eſt (a): Beati miſericordes, quia ipſi miſericordiam conſequentur. Illud quoque quod Catholicos, qui præſunt aut militant Eccleſiæ, ſine ſacerdotum ſuorum litteris ſuſcipi a nobis minime debere mandatis, & canonibus eſt congruum, & diſciplinis prodeſſe judicamus ac fidei; quia permanendo in Eccleſiis, in quibus militant, & miniſterii ſui poterunt aſſiduitate in Dei Salvatoris noſtri amore ferveſcere, & quæ in pervagatione reprehenſibilia ſunt, vitare. Datum quinto Iduum Septembris.*
(b) Extant to. 1. ep. Rom. Pont. in Agapet. ep. 2. Idem vero Agapetus ad privatas litteras Reparati Epiſcopi Carthaginenſis ad ſe datas, poſtquam innotuit illi ipſius electio, iſta reſcripſit (*b*):

Agapetus Reparato Epiſcopo Carthaginenſi.

XL. Agapeti Pap. Epiſtol. ad Reparatum. *Fraternitatis tuæ litteris indicaſti poſt epiſtolam deceſſori meo dirigendam, inter navigii ſuſcipiendi moras, quas hiemis continuati generabat aſperitas ordinationem noſtram tibi omnipotentis Dei beneficio nunciatam, & gratulatum te fraternitatis affectu, quia Pontificatus mihi Divinitas indulſit officium. Quod de ſinceritate tua non ſumus admirati: ſic enim te nobis alloquii directi præſentavit affectio, ut cum dilectiſſimas tuas litteras legerem, te viderim. Quapropter ipſa te qua vidi mente complexus, poſtulo miſericordiam Divinitatis, ut & in vobis quietis reparata gratia fructificet; & Deus omnipotens, qui mihi ſacerdotii dedit donum, concedat & meritum.*

Præterea ad ea quæ Cajus atque Petrus XLI. *fratres & coepiſcopi noſtri, ſed & Liberatus diaconus filius noſter, ut apud nos agerent verbo, a fraternitate tua ſibi injuncta dixerunt: congruum putavimus verbo dare reſponſum, quod per legatos noſtros (ſi Domino placuerit) reddere non moramur. Univerſa præterea quæ inimicorum perverſitas invaſerat, charitati tuæ Metropolitana jura reparantes hortamur, ut ea quæ tuo vel aliorum nomine reſcripſimus univerſis debeas innoteſcere. Metropolitani quippe auctoritate ſuffultus, ne quis ſe excuſabiliter aſſerat ignorare, quod ſedis Apoſtolicæ principalitas canonum conſideratione præſcripſit. Data quinto Idus Septembris, poſt Conſulatum Paulini V. C.* Qui eſt præſens annus ſignatus aliter Beliſarii Conſulatu. Hactenus ad Carthaginenſem Epiſcopum Reparatum Agapetus: non extant tamen decretales litteræ ipſius Pontificis, quas in Africana Eccleſia promulgandas dedit.

Egit & Juſtinianus Imp. apud Agapetum litteris de rebus Eccleſiæ Africanæ, XLII. Legatio Concil. Carthag. ad Juſtinian. Imp. rogans ita recipi Arianos Epiſcopos in Eccleſiam ad pœnitentiam, ut tamen eiſdem indulgeretur in Epiſcopatu permanere; ſed quid decreverit Agapetus, paulo poſt dicendum erit. Conſtat etiam ex eadem Synodo Carthaginenſi legationem miſſam eſſe Conſtantinopolim ad Juſtinianum Imp. pro recuperandis rebus ac juribus Eccleſiaſticis a Wandalis uſurpatis: functus eſt hac legatione Theodorus diaconus. Quæ autem reſcripſerit pro Africana Eccleſia Imperator, jam dicamus. Suſceptis idem Auguſtus litteris ex Concilio Africano, inter alias redditas litteras reperitur iſta reſcripſiſſe ad Salomonem Præfectum Prætorio in Africa. (*c*) (c) Poſt Novel. Juſtinian. edit. Julian. pag. 246. & Nov. 36. 37.

Venerabilem Eccleſiam noſtræ Carthaginis Juſtinianæ, cæteraſque omnes Africæ XLIII.

PAGIUS tur. Hic Libellus Juſtiniani in Codice Vaticano ſignatur: *dat. XVII. Kal. Aprilium P. C.* (ideſt, poſt Conſulatum) *Beliſarii V. C.* In prioribus editionibus legebatur: *Fl. Beliſario V. C. Conſule*, quem errorem Binius ac Labbeus expunxerunt, apud quos pro *XVIII. Kal.* reponendum, *XVII. Kal. Aprilis*, anno Chriſti DXXXVI.

VII. *Agapetus* Juſtiniani Epiſtolam cum inſertis Literis ad Joannem II. Papam, Reſcripto ad eumdem Principem approbavit. Initium Epiſtolæ Agapeti a Baronio num. XXXI. & duobus ſeqq. recitatæ, eſt: *Gratulamur, Venerabilis Imperator*, &c. Significat Juſtiniano expoſitionem fidei ab illo per Legatos ad deceſſorem Joannem miſſam, & ab eodem Præſule roboratam, ſe quoque laudare, & amplecti, addens: *Non quia Laicis auctoritatem Prædicationis admittimus, ſed quia ſtudium fidei veſtræ Patrum noſtrorum Regulis conveniens confirmamus, atque roboramus.* Et poſtea quoſlibet eidem Profeſſioni fidei *præſenti definitione* iterum confirmatæ, repugnantes, *Sanctæ communionis extraneos* declarat. Dein- *Agapeti Epiſtola ad Juſtinianum anno ſequenti data.*

Quæ Justinian. concessit Africanis Ecclesiis. *cæ Ecclesiæ diœceseos sacrosanctas Ecclesias Imperialibus beneficiis relevare, noctu dieque festinamus; postquam nostræ Reipublicæ per Dei præsidium a tyrannis direptæ sociatæ sunt, nostras etiam sentiant liberalitates. Cum igitur Reparatus* * ut sanctissimus sacerdos nostræ Carthaginis Justinianæ, qui venerando Concilio totius Africæ sanctissimarum Ecclesiarum præesse dignoscitur, una cum cæteris ejusdem provinciæ reverendissimis Episcopis, propriis per Theodorum virum religiosum diaconem & responsalem ejusdem venerabilis Ecclesiæ Carthaginis civitatis Justinianæ litteris destinatis, nostram deprecati sint majestatem; possessiones Ecclesiarum totius Africæ tractus tyrannico quidem tempore ablatas eis, post victorias autem cælesti præsidio nobis contra Vvandalos præstitas, per nostram piam dispositionem eis redditas (salva in quocumque loco tributorum solutione) firmiter possidere secundum legis tenorem, quæ jam super hac causa promulgata est: petitionibus eorum prono libentique animo duximus annuendum.*

* Separatus.

XLIV. *Ideoque jubemus sublimitatem tuam suis disponere præceptionibus, ut prædictas possessiones, salva (ut dictum est) tributorum ratione, venerabiles Ecclesiæ tam nostræ Carthaginis Justinianæ, quam omnium civitatum Africanæ diœceseos firmiter possideant, & sine ulla concussione a nullo penitus abstrahendas. Si quas autem alias possessiones, sive domos, sive ecclesiarum ornamenta apud Afros vel Arianos vel Paganos vel alias quaslibet personas detineri probatum fuerit; ea quoque omnimodo sine aliqua dilatione sacrosanctis Ecclesiis Orthodoxæ fidei assignari, nulla prolixitate temporis his qui easdem res inique detinent uti concedendis, sed earum restitutionem, omni explosa machinatione, facere compellendis. Quia non patimur sacratissima vasa, vel ornamenta venerabilium ecclesiarum, aut alias possessiones apud paganos vel alias personas detineri; & lex qua a nobis antea prolata est, abundeque hujusmodi capitulo consultum fecerit. Alterius etiam nostræ constitutionis prærogativa, quam pro Ecclesiasticis etiam fecimus rebus & possessionibus Africæ quoque venerabiles Ecclesias perpotiri censemus: & secundum ejus tenorem licentiam eis damus, res proprias & possessiones, & quicquid ad eas pertinens ablatum est, vel fuerit, ab antiquis detentoribus vindicare.*

Curæ autem erit sublimitati tuæ, quatenus neque Arianis, neque Donatistis, neque Judæis, neque aliis qui Orthodoxam religionem minime colere noscuntur, alia detur omnino communio penitus ad Ecclesiasticos ritus; sed omnino excludantur a sacris & templis nefandis: & nulla eis licentia concedatur penitus ordinare Episcopos vel clericos, aut baptizare quascumque personas, & ad suum furorem trahere; quia hujusmodi sectæ non solum a nobis sed etiam ab anterioribus legibus condemnatæ sunt, & a sceleratissimis, necnon inquinatis coluntur hominibus. Omnes autem hæreticos secundum leges nostras, quas imposuimus, publicis actibus amoveri, & nihil penitus publicum gerere concedantur hæretici constituti, & Orthodoxis imperare: cum sufficiat eis vivere, non etiam sibi aliquam auctoritatem vendicare, & ex hoc Orthodoxos homines & Dei omnipotentis rectissimos cultores quibusdam afficere detrimentis. Rebaptizatos autem militiam quidem habere nullo modo concedimus. Pœnitentiam autem eorum, si ad Orthodoxam fidem mente purissima venire maluerint, non respuimus; sed damus eis licentiam hoc faciendi: quia Deo omnipotenti nihil ita est acceptabile, ut peccatorum pœnitentia. Judæis autem denegamus servos habere Christianos, quod & legibus anterioribus cavetur, & nobis cordi est illibatum custodire, ut neque servos Orthodoxæ religionis habeant, neque si forte catechumenos accipiant, eos circumcidere. Sed neque eorum synagogas stare concedimus, sed ad ecclesiarum figuras volumus reformari: neque enim Judæos, neque Paganos, neque Donatistas, neque Arianos, neque alios quoscumque hæreticos, & speluncas habere, vel quædam quasi ritu Ecclesiastico facere patimur; cum hominibus impiis sacra peragendi permittere, satis absurdum est. XLV.

Insuper sacrosanctæ Ecclesiæ Carthaginis Justinianæ omnia condonamus, quæ Metropolitanæ civitates & earum Antistites habere noscuntur, quæ Codici nostro in primo ejus libro segregata sacrosan- XLVI.

PAGIUS inde ait: *Unde & Cyrum, ejusque sequaces jam ante pro hac insania ab Ecclesiæ Catholicæ communione suspensos, nisi resipiscant, nullatenus patimur eos Sacræ communioni restitui.* Insaniam vocat Acœmetarum obstinatam pervicaciam, qua contra definitionem a Joanne II. emanatam, negabant Christum unum esse ex Trinitate. Tum inserit Epistolam Imperatoris ad Joannem II. & denique concludit: *Et huic Fidei quisquis contradicere præsumpserit, a Catholica communione se noverit alienum. Data XV. Kal. Aprilis Constantinopoli, post Consulatum Belisarii V. C.* Hoc Charactere Consulari in laudato Codice a Cardinali Norisio lecto designatur annus DXXXVI. In editionibus Conciliorum gravi hallucinatione scriptum est: *Datum XV. Kal. Aprilis, Constantinopoli Fl. Belisario V. C. Consule*, cum Collectores non observassent Agapetum die XVIII. Martii currentis anni, quo Belisarius Consulatum gessit, neutiquam fuisse Cpoli, qua in Urbe diserte signatur memorata Epistola Agapeti.

functis Ecclesiis suum honorem præstare noscuntur: ut civitas, quam nostri nominis * *cognomine decorandam esse perspeximus, Imperialibus etiam privilegiis ornata florescat. Confugas etiam, qui ad venerabiles ecclesias & earum fines convolare festinant, & suæ voluntati proficere; nulli penitus licere sacrilegis manibus ab iis abstrahere, sed eos venerabilibus locis habita reverentia perpotiri, nisi tantum homicidæ sint, vel virginum raptores, ac Christianæ fidei violatores. Illos enim qui talia facinora committunt, nullis esse dignos privilegiis quis non confiteatur? cum non possint sacrosanctæ ecclesiæ & homines iniquos adjuvare & hominibus læsis suum adjutorium præstare.*

* numinis.

XLVII. *Si quid præterea sacrosanctæ Ecclesiæ sæpe dictæ Carthaginis Justinianæ, & aliis Ecclesiis Africanæ diœceseos a quacumque persona pro suæ salute animæ oblatum est, vel fuerit quocumque modo legitimo, seu in possessionibus, seu aliis quibuslibet speciebus; & hoc apud venerabiles Ecclesias manere sinatur, nullius umquam manibus abstrahendum: cum homines quidem tam laudabiles tamque Deo acceptabiles actus & pias facere oblatione deproperant, satis & nos laudamus, & Dei cælestis remunerat clementia. Hæc igitur omnia quæ ad honorem sacrosanctarum dedimus Ecclesiarum totius Africanæ diœceseos per præsentem piissimam & in perpetuum valituram legem, quam omnipotenti Deo dicandam esse perspeximus, sublimitas tua cognoscens, firma illibataque custodire festinet; & omnibus (prout solitum est) manifestare, edictis ubique proponendis: ut nostra jussa summæ pietatis habentia, ex omni parte immutilata serventur: temeratoribus eorum pœnæ decem librarum auri subdendis, aliqua gravi nostri numinis plectendis omnibus, qui nostram dispositionem quocumque modo vel tempore violare concesserint. Dat. Kal. Aug. C. P. Belisario V. C. Cons.*

Hanc accipiens Salomon Præfectus Præt. in Africa sanctionem, cum eam executioni mandaret, Arianorum (quorum magna in Africa multitudo ad centum ferme annos regnarat) maximum in se odium concitavit. Sed de his suo loco agendum erit. Porro hujus anni exordio de rebus privatorum idem Imperator ad eumdem Salomonem rescripserat sanctionem (a) ipsis Kalendis Januarii, qua admonuit, ut unusquisque Catholicorum infra quinquennium sua bona cognosceret atque repeteret. At de his quæ ad res Africanas pertinent, cujus Concilii occasione & petitione, eam quam superius recitavimus Justinianus edidit sanctionem, jam satis.

(a) Post Nov. Justinian. a Jul. translata in fin. pag. 245. edit. Nov.

XLVIII. Cum autem (ut nuper dictum est) idem Justinianus Imperator apud Agapetum Pontificem litteris egisset pro Ecclesia Africana, petens, ut iis qui ab Ariana hæresi ad Catholicam fidem redirent, pateret aditus ad Episcopatum capiendum: iis acceptis Agapetus quid ad eumdem Imperatorem rescripserit (b), accipe:

(b) Agapet. ep. 3. tom. 1. epist. Roman. Pont.

Agapeti ep. ad Just. Imp.

Agapetus Episcopus Justiniano Augusto.

Licet de sacerdotii mei primitiis, pietatis divinæ muneribus ad referendas esse gratias multipliciter obligatus; susceptis tamen, venerabilis Imperator, per Heraclium venerabilem presbyterum filium nostrum vestræ serenitatis affatibus, quos æterni fructus ubertate plenissimos destinastis, votorum meorum sunt in Domino gaudia geminata: quod adunatis felicitatis vestræ provectibus, tali mentis gloriosæ proposito terrena vobis regna subiicitis, ut simul cælestia conquiratis. Cujus rei non sunt ambigua documenta, quando ita vestris, quæ direxistis, oraculis Catholicæ professionis lumen irradiat, ut etiam beatis operibus enitescat. Siquidem illa est in Deo nostro plena & firma credulitas, quam spiritualium simul fructuum commendat ubertas, sicut Vas electionis annunciat, dicens (c): In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per dilectionem operatur. Quod enim majus fidei vestræ poterit opus existere, quam quod tantis Apostolicam sedem charitatis & munificentiæ titulis elevastis, ut ipsa etiam desideria sperantium transiretis? Et quidem hoc in vobis olim (sicut ego quoque probavi) per Dei gratiam semper floruit institutum, ut possibilitatis vestræ meritum quantitas ostenderet præstitorum; & ad hos provectus inditæ * *momenta potentiæ tenderetis, ut benignitas vobis ingenita vota poscentium aut præveniret, aut vinceret. Hinc est, quod usque ad Principalis coronæ fastigia, & ultra nunc usque prosperis vestra tranquillitas successibus gloriatur, nec umquam cælestibus fraudabitur adjumentis; quia scriptum est (d): Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

(c) Galat. 5.

* indepta vel inclyta.

(d) Rom. 8.

XLIX. *Unde ego quoque piissima vestræ liberalitatis eloquia cum devotione gratulantis Ecclesiæ (sicut præcepistis) divinis scripta feci mysteriis adhærere; ut supernæ majestatis obtutibus indefessis semper precibus ingerantur, & ad impetranda vobis retributionis vestræ præmia sit commemoratio sempiterna. Atque ideo, domine clementissime fili, obsequium salutationis uberrimæ reverenter exolvens, specialis vos finibus charitatis amplector, sperans ut de mea devotione (quantum in me est) in his quæ pro Ecclesiasticæ pacis unitate præcipitis, vos vobis potius quæ sunt Catholica promittatis, juxta hoc quod dicit Apostolus (e): Ita quod in me est,*

(e) Rom. 1.

est, promptum est & vobis. Nec in aliquo eorum in quibus licite possumus obedire, mansuetudinis vestræ nos adhortationibus credatis obsistere: quia sicut Gentium Doctor asseruit (a): Spem habeo, crescente fide vestra, & in vobis magnificari secundum regulam nostram. Et ideo immensas Deo nostro gratias exhibeo, quod pro populi multiplicatione Catholici tanto charitatis ardore fervetis, ut ubicumque vestrum propagatur Imperium, regnum mox incipiat proficere sempiternum.

(a) 2. Cor. 10.

L. Recipiendos non esse lapsos cum honoribus.

Cujus studii benevolentiæ vehementius insistentes, etiam nos in acquirendis eis, quos Arianam significatis vitare velle perfidiam, paternæ traditionis existimatis declinare posse censuram scilicet ut in his honoribus, in quibus fuerunt apud hæreticos, perseverent, & promoveantur ad alios. Quapropter bonum hoc quidem & summa laude præcipuum, quod omnes ovili Dominico per veram fidem cupitis aggregare; sed non oportet nobis eos, qui non recte ingredi moliuntur, excipere, beato Paulo Apostolo commonente (b): Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum. Quantam autem paternarum constitutionum, si sic recipiantur (quod absit) incurrant offensionem; ne quid pietatem vestram latere contingeret, ipsas quoque regulas credidi subnectendas, quæ specialiter censuerant, ne quis talium conciliatus aut Ecclesiastici ordinis provectibus augeatur, aut desideret honores ulterius possidere, quos se dubitare jam non debet culpabiliter amisisse: ex quibus pietas vestra melius poterit æstimare, si quo modo tam aperta & Synodalia sedis Apostolicæ licet infringere constituta; cum sententia clamet Apostoli (c): Si tamen quæ destruxi, ea iterum reædifico, prævaricatorem me ipse constituo. Et ideo securus cum ipsius Apostoli voce profiteor: Quia confido in vobis & in Domino, quod nihil aliud sentiatis. Etenim sicut idem Doctor asseruit: Certus sum & ego de vobis, quod pleni estis bonitate, repleti omni scientia, ut possitis invicem monere.

(b) 2. Cor. 6.

(c) Galat. 2.

LI.

*Si igitur hi, de quibus indicastis, ad fidem rectam legitime venire festinant: nostræ fidei regulas sequi non abnuant, dicente Domino (d): Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & sequatur me. Quod si adhuc vituperandi * honoris ambitionibus excitantur, & pro lucro sanctæ fidei humanæ gloriæ pati damna formidant; ipsi pronunciant, necdum se a vitiis & errore discedere, & nos magis velle suis excessibus implicare. De talibus ergo dicit Apostolus (e): Æmulantur autem vos non bene, sed excludere vos volunt, ut eos æmulemini. Quæ cum ita sint, sancto studio vestro quod Ecclesiam Catholicam cupitis ampliari, nihil ex hoc, si tales in clero non recipiantur, credatis imminui, Apostolo præmonente (f): Quid enim, si quidam eorum non crediderunt? numquid incredulitas eorum fidem Dei evacuavit? Absit. Nam licet simili studio charitatis pro multiplicatione Fidelium ille beatus Petrus cælestis regni janitor traheretur, qui ut Judæorum plures acquireret, a doctrina & tramite regulari in non respuendo omni Judaismo descenderat; huic tamen ille junior vinctus in Domino Paulus se retulit obviasse, dicens (g): Sed cum vidissem, quod non recte ingrederentur ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu cum sis Judæus, gentiliter vivis, quomodo Gentes cogis Judaizare? Hæc ergo per omnia, Deo cordi vestro assidente, pensantes, agnoscere poteritis, non occasionem nos excusationis inquirere; sed ea quæ pro officii nostri ratione transcendere non possumus, vobis humiliter intimare, dicente Apostolo (h): Non enim possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate.*

(d) Matt. 16.

* recuperandi.

Vere pœnitentes honores non quærunt.

(e) Galat. 4.

(f) Rom. 3.

(g) Galat. 2.

(h) 2. Cor. 13.

LII.

*Unde & de Stephani Episcopi persona simul & causa non credatis alicujus nos studio defensionis * impelli. Absit quorumlibet mentibus Christianis, aut in quacumque persona aut innocentiam redarguant, aut crimen absolvant. Sed universa, quæ Apostolicæ sedis super hac sunt parte disposita, illo semper studio manaverunt, quæ principatui beati Petri vos quoque cupitis per omnia reservari; scilicet ne in his qui sedis ejus audientiam postulassent, separata * ipsius reverentia, alterius sententia proveniret. Et ideo quia clementia vestra salubriter offerre dignata est, ut a legatis nostris omne negotium tractaretur; hanc operam his quos incontinenti dirigimus, Deo auctore, mandamus: ita tamen, ut jam nunc communione nostra vir religiosus Achilles pro vestra jussione debeat gratulari. At vero de sacerdotio perfruendo, cum ad nos universa quæ legati nostri cognoverint, plenissima eorum fuerint relatione perlata, consideratis sanctorum canonum regulis, quas servari præcipitis, sequenda firmius censebuntur.*

* offensionis.

* sperata

Legatis Roman. Pont. negotia commissa.

LIII. In Epiphanium illicita præsumentem.

Quod autem clementia vestra fratris & coepiscopi nostri Epiphanii dignata est excusare personam; quia in prædicti Achillis consecratione vestra potius jussio quam illius ordinatio prævenisset: credimus quod & ipse cognoverit jure culpatum; qui præter alia quæ deliquit, hoc certe excusare vix poterit, quod tam piissimo & clementissimo Principi, beati quoque Petri privilegia defensanti, non vel opportune vel importune suggesserit, quid in hac parte sedis Apostolicæ reverentiæ de-

deberetur. De quo simul negotio, sed & de Justiniana civitate gloriosi natalis vestri conscia, necnon & de nostræ sedis vicibus injungendis, quid, servato beati Petri, quem diligitis, principatu, & vestræ pietatis affectu, plenius deliberari contigerit; per eos quos ad vos dirigimus legatos, Deo propitio, celeriter intimamus. Superest, ut (sicut a beato Petro indesinenter exposcimus) de salute & prosperitate vestri semper Imperii gratulemur. Datum Idibus Octobris. Hactenus Agapetus rescribens ad Justinianum Imperatorem: sed desiderantur aliæ litteræ, sicut & collectio canonum de non recipienhis hæreticis cum honoribus, quam se his subiicere tradit.

LIV. At nec etiam de legatis missis quinam isti fuerint, mentio ulla fit; sed ex Actis Quintæ Synodi (*a*) intelligere possumus: nam iidem subscripti habentur in sententia lata contra Severum, Petrum, & Zoaram sub Menna Episcopo anno sequenti; nempe Sabinus Episcopus Canusinus, Epiphanius Episcopus Asculanus, Asterius Episcopus Salernitanus, Leo Episcopus Nolanus, Rusticus Episcopus Fesulanus, Theophanes & Pelagius diaconi sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Intelligis jam satis, puto, ex eadem epistola, nonnisi Romani esse Pontificis de recipiendis hæreticis pœnitentibus formam præscribere & dispensare; jureque Agapetum expostulasse adversus Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum, qui inter alia quæ perperam egisset, absque requisita Romanæ sedis auctoritate Achillem ab Arianis ad Ecclesiam Catholicam venientem ordinasset, jubente Justiniano Imperatore.

(*a*) *Quint. Synod. Act. 1. tom. 2. Conc. nov. edit.*

Sedis Apostol. tantum esse de lapsis decernere.

LV. De Prima Justiniana.

Quod Pertinet ad Justinianam civitatem, quam Agapetus in eadem sua epistola patrium solum ipsius Justiniani nominat, cujus Episcopum petierat idem Imperator pallio insigniri, sicque vices gerere Apostolicæ sedis: cum totum negotium legatis tractandum se commisisse dicat; quid ea in re factum sit, diligentius est investigandum, atque in primis a Procopio novi nominis origo petenda. Ipse enim cum agit de ejusdem Imperatoris ædificiis, ista habet (*b*): *Apud Dardanos Europæ, qui jam post Epidamiorum terminos habitant, locus est Tauresia dictus: hinc Justinianus Rex Orbis reparator oriundus erat. Hunc locum muro circumdans quadrangula figura, singulis angulis turrim imposuit, effecitque ut esset & vocaretur Quadriturrita. Juxta hunc locum urbem nobilissimam condidit, quam Justinianam Latina voce appellavit; atque hoc modo nutricationis officium altrici patriæ rependit. Fabricavit etiam canales aquarum, ut urbs aquis abundaret, & multa alia narratu digna. Non est facile enumerare Deo sacrata templa, verbis comprehendere Principum habitacula, ingentes porticus, nitida fora, fontes, vias, balnea, loca ubi res venum exponuntur. Magna plane urbs est, & totius regionis Metropolis Illyricorum Archiepiscopum sortita, aliis urbibus ipsi tamquam magnitudine præstanti cedentibus: quo fit ut etiam honorem Regi rependat. Ut enim ipsa urbs Rege honoratur tamquam alumno, ita e diverso Rex locum illum in urbem evehere curavit.* Hæc de prima Justiniana Procopius, qui pergit dicere de secunda Justiniana ita nominata ab eo, quæ olim apud Dardanos urbs erat nomine Ulpiana, necnon & de Justinopoli avunculi nomine nuncupata, & aliis.

(*b*) *Procop. de ædific. Justinian. Imp. lib. 4.*

LVI. De privilegiis primæ Justinianæ.

Porro quo ad privilegia quæ ab Apostolica sede per Agapetum Papam impertienda idem Imperator rogarat, re diutius dilata, cum interea (ut dicetur anno sequenti) contigerit Agapetum ex hac vita migrare, Vigilius Papa eidem Justiniano assensus est, ut idem Imperator sua constitutione declarat his verbis (*c*): *Beatissimum Primæ Justinianæ nostræ patriæ Archiepiscopum habere semper sub sua jurisdictione Episcopos provinciarum Daciæ Mediterraneæ, & Daciæ Ripensis, & Privalis, * Dardaniæ, & Mysiæ Superioris, atque Pannoniæ, & ab eo hos ordinari; ipsum vero a proprio ordinari Concilio, & in subjectis sibi provinciis locum obtinere sedis Apostolicæ Romæ, secundum ea quæ definita sunt a sanctissimo Papa Vigilio. Simili quoque modo jus Pontificis, quod Episcopo Justinianæ Carthaginis Africanæ civitatis dedimus, ex quo Deus hanc nobis restituit, servari jubemus.* Hæc ibi Imperator. Est Novella constitutio de privilegiis collatis Archiepiscopo Primæ Justinianæ, quæ incipit (*d*): *Multis & variis modis, &c.* data hoc anno sub Belisarii Consulatu. De iisdem in aliis ab eodem promulgatis mentio habetur (*e*).

(*c*) *Auth. de Eccl. tit. col. 9. tit. 14. Novel. 131.*

* Brivalis.

(*d*) *Novel. 11.*

(*e*) *Novel. 131. c. 3.*

LVII. Agapetus autem haud quicquam in præjudicium aliarum provinciarum Metropolitanorum Antistitum visus est voluisse concedere: magnopere enim cavere consueverunt Romani Pontifices, ne in canonum injuriam & alterius præjudicium conferrent alicui privilegium: sed Vigilius diu vi Imperatoria agitatus (ut suo loco patebit) acquievit. Extant & Gregorii Papæ litteræ (*f*) de collato pallio

(*f*) *Greg. l. 4. ep. 15.*

PAGIUS VIII. Ad num. LV. & seq. De institutione *Archiepiscopi primæ Justinianeæ*, de qua hic Baronius loqui incipit, commodius differemus anno DLV. & quæ ad eam spectant, uno tenore recitabimus. Ad

Institutio primæ Justinianeæ.

lio Joanni Archiepiscopo Primæ Justinianæ. Sic igitur quatuor habes Justinianas, duas apud Europæ Dardanos, totidemque in Africa, ubi diximus duas amplissimas civitates eodem nomine appellatas, nempe Adrumetum atque Carthaginem. Sed de his satis.

LVIII. Quod autem in recitatis nuper litteris Agapeti Pontificis ad Justinianum querela est adversus Epiphanium Episc. Constantinopolitanum de illegitima ab eo ordinatione præsumpta & aliis quibusdam perperam factis; haud impune intentatum scias: nam quam citissime Deus ultus est, quod idem Episcopus in sacros canones deliquisset, & quidem severe, cum ipsum ex hac vita præripuit. Sciendum est enim, ipsum Epiphanium hoc anno ex hac vita sublatum, inque locum ejus Anthimum subrogatum. Ad hæc usque tempora Epiphanium pervenisse, tot constitutiones hoc anno sub Belisarii Consulatu ab Imperatore ad ipsum datæ satis aperte demonstrant: quem tamen hoc eodem anno finem vivendi fecisse, ex iis quæ dicentur inferius, certum redditur.

Obitus Epiphanii, & Anthimi subrogatio.

LIX. Sic igitur Epiphanius cum sedisset annos quindecim, hoc ipso anno ex hac vita decessit: quo e medio sublato valido satis Orthodoxæ fidei propugnatore, callidis occultisque consiliis impiæ Theodoræ Augustæ Anthimus Episcopus Trapezuntius, qui foris licet Catholicam fidem profiteretur, intrinsecus tamen Eutychianam hæresim sectabatur, in sedem Constantinopolitanam intruditur. Id quidem de ipso publica sanctione (*a*) anno sequenti edita Justinianus testatus est.

(*a*) Novel. 45.

LX. Hinc malorum origo, hinc ipsi Imperatori atque universæ Ecclesiæ Catholicæ acerbissimarum cladium fons erupit, cum videlicet Theodoram Augustam conjugem audiens Imperator, monstrum horrendum in regiæ civitatis Pontificiam sedem provehit. Plus æquo, & quam deceat Catholicum Principem, audire solebat Justinianus consilium hæreticæ feminæ impiæ Theodoræ: quod ipsemet in constitutione hoc ipso anno edita profitetur, cum ait (*b*): *Hæc omnia apud nos cogitantes, & hic quoque participem consilii sumentes eam, quæ a Deo data est nobis, reverendissimam conjugem, &c.* Sed plane facta est ipsi in scandalum atque ruinam, ut quæ dicentur annis singulis demonstrabunt.

(*b*) Novel. 8. c. 1.

LXI. De studiis autem Theodoræ erga Anthimum auctor est Liberatus diaconus, qui ista ait (*c*): *Ea tempestate mortuo Epiphanio Constantinopolitano Episcopo, Theodora Augusta Anthimum transtulit in sedem, qui fuit Episcopus civitatis Trapezunti regionis Ponti, latenter Chalcedonense Concilium non suscipientem.* Hæc ipse hujus temporis scriptor. Sed audi ex Actis Quintæ Synodi (*d*) Anthimi nebulonis in sedem ingressum ex libello monachorum Syriæ: *Epiphanio sanctæ memoriæ Archiepiscopo hujus regiæ urbis in pace vita functo, Anthimus, qui aliquando ordinatus fuit Episcopus Trapezuntarum, magnitudinem & dignitatem sacerdotii, non spiritualium animarum diligentiam esse putavit, sed quemdam civilem principatum; & propterea majorem appetens, jam multo tempore derelinquens propriam Ecclesiam, & civitatem regiam,* Constantinopolim scilicet, *apprehendens tamquam quædam plaga Ægyptiaca, vitamque fictam ipsius figuratæ continentiæ omnibus ostendens, cum hæreticis hic nidificantibus conversatus est: similia quoque illis hæretica furta largiendo, & placita illis faciendo & dicendo, voluit adulterine subripere sacerdotalem sedem ipsius civitatis contra omnem æquitatem Ecclesiasticam & canones, &c.* Hæc pluribus Syriæ monachi prosecuti sunt in libello, quem postea Agapeto Papæ obtulerunt anno sequenti.

(*c*) Liberat. diacon. de caus. Nest. c. 20.

(*d*) Quint. Synod. Act. 1.

LXII. Sed unde tanta vis homini nequam, ut favore paucorum hæreticorum (haud enim conferendi erant hæretici Constantinopoli commorantes cum degentibus ibidem Orthodoxis) sedem invaderet tantæ urbis, sub Catholico præsertim Imperatore, nisi insidiis Theodoræ Augustæ faventis illi uti Orthodoxo? Quod & suasit viro suo, qui ad eum ut ad Orthodoxum Antistitem sequenti anno Idibus Augusti constitutionem dedit (*e*) Ecclesiasticam de numero clericorum ordi-

(*e*) Auth. de mensur. ordin. cler. col. 3. tit. 43. & Nov. 16.

PAGIUS IX. *Obitus Epiphanii Constantinop. Episc.*

Ad num. LVIII. & seq. Tam Nicephorus in Chronico, quam Theophanes *Epiphanio* Episcopo Constantinopolitano annos sedecim & menses tres attribuunt, quod verum esse non potest; cum *Mennas* initio mensis Maji anni sequentis jam Sedem Constantinopolitanam obtinuerit, & hoc anno *Anthimus* in Epiphanii demortui locum substitutus sit. Theophanes, qui Epiphanii ordinationem illigat cum die XXV. mensis Februarii anni Eræ nostræ DXX. anno Incarnat. secundum Alexandrinos DXXIX. Kalendis Septembris anni Christi DXXXVI. inchoato ait: *Hoc anno Epiphanio Præsule mensis Junii die V. Indict. XV. post Episcopatus annos sexdecim & menses tres, vivis erepto, hæreticus Anthimus Trapezuntinus Episcopus in Sedem Constantinop. translatus est.* Verum hoc pacto *Anthimus* sedere cœpisset anno DXXXVII. quod non solum a veritate alienum; sed etiam iis contrarium, quæ jam scripserat Theophanes, *Epiphanium* sc. die XXV. Februarii anni Christi DXX. Thronum Constantinopolitanum conscendisse: sic enim annos XVII. & menses tres sedisset. *Epiphanius itaque* currenti anno mensis Junii *die V. Indictione XIII.* post Episcopatus annos XV. & menses III. vivis ereptus est, & *Anthimus* ad Sedem Constantinop. translatus. Ait enim ibidem Theopha-

dinandorum. Porro hæc eadem de Anthimi nefaria electione prosecuti sunt Archimandritæ Constantinopolitani in libello, quem obtulerunt Agapeto Papæ, cum pervenit (ut dicemus) Constantinopolim anno sequenti: quo etiam testati sunt in fine ipsius, se ea de causa hoc anno misisse legationem Romam ad ipsum Pontificem, ut de his quæ acta essent Constantinopoli, deque persona Anthimi idem Agapetus certior redderetur. Extat ipse libellus prope finem primæ Actionis Synodi Quintæ (*a*).

(*a*) *Conc. to. 2. edit. nov.*

LXIII. *De Theodora Aug. maxime impia.* Tanta hæc mala ordita est pessima femina, quæ altera Eva serpenti obaudiens facta est viro malorum omnium causa; novaque Dalila Samsoni, ejus vires dolosa arte enervare laborans, Herodias altera sanctissimorum virorum sitiens sanguinem; petulansque summi sacerdotis ancilla, Petri negationem solicitans: sed parum sit ipsam hujuscemodi sugillasse nominibus, quæ reliquas impietate feminas antecelluit: accipiat potius nomen ab inferis, quod Furiis fabulæ indiderunt, femina furens, Alecto potius, vel Megera, aut Tisiphone nuncupanda, civis inferni, alumna dæmonum, Satanico agitata spiritu, œstro percita diabolico, initæque summo labore inimica concordiæ, pacisque redemptæ sanguine martyrum, & sudoribus confessorum partæ fugatrix: quanta enim hæc Ecclesiæ Catholicæ mala invexerit, quæ dicenda erunt ostendent. Quam vero religiosissimo ista obfuerit Imperatori, satis superque, si quæ dicentur attendet, spectator luctuosæ tragœdiæ intuebitur.

LXIV. *Justinian. læsus a conjuge hæretica.* Quam felicissimus Justinianus Imp. extitisset, & plane cui nullus umquam vel Gentilium, vel Christianorum Imperatorum longo intervallo fuisset exæquandus, si Theodora conjuge caruisset, & Catholicam nactus fuisset sibi similem consortem Imperii: Ut plane secundum illud Ecclesiastici (*b*): *Commorari leoni & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam:* ipsi contigerit. Et quidem secundum quod subditur; *Mulier si primatum habeat contraria est viro suo:* quanto propensiori studio palam favit Justinianus Catholicæ fidei, tanto ista callidiori consilio clam Eutychianæ hæresi atque Eutychianis hæreticis adjumento fuit & augmento, necnon etiam firmamento. Cæterum pristinum adhuc vigorem retinens Justinianus, cum sibi, qualis esset Anthimus, bene perspectus est, eumdem e sede ejectum proscripsit; sed hæc anno sequenti, postquam idem scelestus judicio Agapeti Romani Pontificis detectus, ejusque sententia condemnatus est, accedente Synodali decreto.

(*b*) *Eccl. 25.*

Sed quodnam hoc item tempore, ipsa peccati fomes, præpotensque diaboli telum Ecclesiæ Alexandrinæ damnum intulerit, accipe a Liberato diacono, ubi post subrogationem Anthimi in Epiphanii locum mox ista conjungit (*c*): *Verum defuncto Timotheo Alexandrino Episcopo, studio & promissione Calotychi cubicularii partis Theodoræ Augustæ, Theodosius ordinatur: qui licet haberet cleri decretum, contradicere volentibus non permisit certamen populi & monachorum, quos non babuit: hi enim pro Gajano fuerunt. Consuetudo quippe est Alexandriæ, illum qui defuncto succedit, excubias supra defuncti corpus agere, manumque dexteram ejus capiti suo imponere, & sepulto manibus suis, accipere collo suo beati Marci pallium, & tunc legitime sedere. Dum hæc Theodosius pertentat, cognoverunt populi & monasteria, quod esset factum vespere in Episcopio, studio Calotychi & Judicum, id est, Aristomachi Ducis, & Dioscori Augustalis: mox Theodosium persecuti sunt, & expulerunt, ne colligeret funus Timothei.* LXV.

(*c*) *Liberat. diac. Brev. c. 20.*

Theodosius & Gajan. altercantur.

Inthronizaverunt autem Gajanum, qui fuit Archiepiscopus ex parte assertorum incorruptibilitatis: habens autem consentaneos aliquantos ex clero, & Possessores civitatis, & Corporatos, & milites, & nobiles, & omnem provinciam, permansit Gajanus in Episcopatu dies centum & tres: post LXVI. *Diro schismate vexata Eccl. Alexand.*

PAGIUS phanes Anthimum, *cum Sedem mensibus decem tenuisset*, munere abdicatum fuisse, & *Mennam* in ejus locum subrogatum; quæ plane veritati historicæ consentiunt, ut anno sequenti videbimus. *Agapetus* quidem in Epistola ad Justinianum Aug. *Idibus Octobr.* data, & a Baronio num. XLVIII. & seqq. recitata, de *Epiphanio* tanquam adhuc vivente loquitur; sed factum id, quia mortis ejus nuncium nondum Romam perlatum fuerat. Gesta enim Constantinopoli sæpe nonnisi post aliquot menses Romæ innotuisse, varia declarant exempla.

X. *Moritur Timotheus Episc. Alexand.* A num. LXV. ad LXXV. *Timotheus* Episcopus Alexandrinus hæreticus, cui in Chronico Nicephori, & in Tabulis Theophanis anni septemdecim attribuuntur, anno tantum quingentesimo tricesimo septimo e vivis excessit. Auctor enim Historiæ Patriarcharum Coptitarum scribit, eum obiisse *Amsciri XIII. die Sabbato*, eique assignat annos septemdecim, dies centum nonaginta sex. Dies XIII. mensis Amsciri cum die septima Februarii nostri concurrit, ideoque anno Christi DXXXVII. quo Sabbatum in diem septimam Februarii incidit, *Timotheus* mortuus est. Sed cum Dioscoro Juniori successerit die VIII. Octobris anni DXIX. supra annos XVII. sedit tantum dies CXXIV. non dies CXCVI. qui error Librariis attribuendus. In Tabulis Theophanis finis *Timothei* recte collocatur anno Christi DXXXVII. sed in Chronico perperam differtur in annum DXL. ex quo liquet earum Tabularum Auctorem non esse Theophanem.

Post

post hæc a Judicibus pulsus abscessit. Et post menses duos Narses missus ab Augusta Theodora Theodosium quidem inthronizavit, porro Gajanum misit in exilium: qui adductus Carthaginem, & inde quasi in Sardiniam directus, quid de eo contigit, ignoratur. Mansit autem Theodosius in sede annum unum, menses quatuor, paucis ei communicantibus; plurimi enim communicabant ad nomen Gajani: populi autem pugnaverunt pro Gajano multis diebus; qui cæsi a militibus majorem sui partem amiserunt: sed & militum major cecidit numerus. Vincebatur Narses non armis, sed civitatis concordia: De superioribus domorum jactabant mulieres super milites, quicquid occurrisset. At ille igne vicit, quod ferro non potuit. Divisa est usque nunc illa civitas hoc schismate, ut Gajanitæ & Theodosiani in eo vocentur, id est, Phantasiastæ & Corrupticolæ. Fuerunt ista adeo cruenta atque funesta veluti pingues victimæ a Theodora immolatæ diabolo. Pergit auctor:

LXVII. Inducitur Constant. Theodos. *Novissime Theodosius de sede discessit non ferens seditiones & bella quæ contra eum exercebantur a populo. Missus est Constantinopolim cum honore, eo quod ita Augustæ scripta præceperunt. Quo illo veniente, promittebat Augusta Imperatori, quoniam posset Theodosius Chalcedonense suscipere Synodum: sed persistente & nolente eo, cum ejus voluntate foras civitatem regiam sexto milliario in exilium missus est, juxta basilicam, in via quæ ducit ad Stoma pontem: vivitque usque nunc.* Hactenus de his Liberatus. Eamdem prosecutus historiam Leontius (*a*) Scholasticus, tradit inter alia Gajanum fuisse Ecclesiæ Alexandrinæ Archidiaconum, Theodosium autem scriptorem orationum, huncque sectatorem Severi, illum vero Juliani Halicarnassei; magnates favisse Theodosio, plebem vero Gajano.

(*a*) *Leont. de sectis Act. 5.*

LXVIII. Quod autem ad successionem Alexandrinorum Antistitum pertinet, ex quo ibi præcipuam sedem hæretici occuparunt, ab ipsis & per ipsos successio spuria ducta est, interrupta vero Catholicorum: cum tamen & ii qui ibi erant Orthodoxi, licet longe inferiores numero hæreticis essent, Orthodoxum aliquando haberent Episcopum, cui communicabant. Diximus superius de Evagrio quodam Orthodoxo Episcopo Alexandrino; sed & mentio est apud Justiniani Imperatoris sanctionem de Epiphanio Episcopo Alexandrino Catholico. Nam in ea constitutione, cujus est titulus (*b*). *Quomodo oporteat Episcopos & reliquos clericos ad ordinationem adduci:* scripta ipsa (ut diximus) hoc anno ad Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum, hæc de alio habet Epiphanio Episcopo Alexandrino: *Scripta exemplaria sanctissimo Archiepiscopo Alexandriæ Epiphanio, sanctissimo Archiepiscopo Thepolitano*, nempe Antiocheno Antistiti: *scripta exemplaria Petro Episcopo Hierosolymorum, &c.* Post Theodosium autem atque Gajanum, quorum mutuæ altercationes ad biennium productæ fuerunt, qui creati sunt postea Episcopi Alexandrini, omnes fuere Orthodoxi defensores Concilii Chalcedonensis, quos numerat Leontius, nempe Paulus, Zoilus, Apollinaris, Joannes, & Eulogius æqualis sancti Gregorii: quos ob cultum Synodi Chalcedonensis Synoditas appellat (*c*).

Orthodoxus Antistes præfectus.

(*b*) *Nov. 6.*

(*c*) *Leont. de sect. Act. 5.*

LXIX. Inter hæc autem cum Constantinopoli sederet Theodoræ Augustæ favore Anthimus, & Alexandriæ (ut diximus) Theodosius: Severus ille perditissimus hæresiarcha ab Antiochena sede pulsus Justini tempore sciens hos qui præcipuas Orientis sedes occupassent, suæ esse farinæ homines, sperans ejusdem Theodoræ potentia Antiochenæ fore se restituendum Ecclesiæ, egressus e latebris, convolat Constantinopolim ad ipsam Theodoram & Anthimum Patriarcham in hæresi propaganda collegam. De his enim hæc habet Evagrius (*d*): *Extant* (inquit) *adhuc epistolæ Severi ad Justinianum & Theodoram scriptæ: ex quibus intelligi potest, eum ab initio, postquam sedem Episcopatus Antiocheni deseruerat, iter suum Constanti-*

(*d*) *Evagr. lib. 4. c. 11.*

PAGIUS XI. *Theodosius & Gajanus de Sede Alexandrina altercantur.* Post Timothei obitum *Theodosius* & *Gajanus* de Sede Alexandrina altercati sunt: *Gajanus* stabat a parte assertorum Incorruptibilitatis Corporis Christi, & *Theodosius* Chalcedonensem Synodum non suscipiebat; indeque divisa tunc Civitas in *Gajanitas* & *Theodosianos*, idest, in *Phantasiastas* & *Corrupticolas*, ut discimus ex Liberato in Breviario cap. 20. ubi hoc Schisma egregie describit. Ejus verba refert Baronius num. LXV. & seqq. qua de re egimus anno DXIX. num. XVII. & seq. Porro fallitur Cardinalis Doctissimus num. LXVIII. dum scribit, Alexandriæ præter Episcopum Alexandrinum hæreticum, sedisse etiam alium pro Orthodoxis Episcopum. Nam post *Theodosium* & *Gajanum*, Episcopi quidem Alexandrini fuere omnes Catholici; sed antea omnes extitere hæretici, ab eo nempe tempore, quo eam Sedem invaserunt. Dicit quidem Baronius, jam se id probasse de *Evagrio* seu Asterio Episcopo Alexandrino, qui Librarii errore, ut videtur, in Annalibus dicitur *Evagrius*, sed id supra a nobis confutatum est. Quod vero subdit Baronius de *Epiphanio* Episcopo Alexandrino in Novella VI. Justiniani hoc anno data, memorato, ut dicit, procedit ex corruptione versionis Latinæ. Ea Novella, quæ est *de Episcoporum & reliquorum Clericorum ordinatione*, directa est *Epiphanio Archiepiscopo & Patriarchæ Constantinopolitano*, in fine ejus juxta textum Græcum legitur: *Scripta exemplaria Sanctissimo Archiepiscopo Alexandriæ, Æphremio Sanctissimo Archiepiscopo Theopo-*

tinopolim versus distulisse, postea tamen eo se contulisse. Spe enim vana Theodora impia Augusta illudebat Imperatoris pio animo, dum sicut Anthimum, atque Theodosium quasi professurum Concilium Chalcedonense vocavit Constantinopolim, ita & de Severo persuasit hoc ipsum eidem Imperatori, absque cujus assensu idem sæpe proscriptus hæresiarcha haud ausus esset conferre se Constantinopolim de sceleribus perpetratis daturus pœnas. Subdit vero de ipso ista Evagrius:

LXX. Severi Hæresiarchæ conatus. *Scripsisseque Severum, se, cum esset Constantinopoli, & cum Anthimo collocutus esset, comperissetque eum eamdem secum tenere opinionem, idem de Deo sentire persuasisse, ut sedem Episcopalem relinqueret. Scripsit præterea iisdem de rebus ad Theodosium Episcopum Alexandrinum litteras, in quibus magnopere gloriatur se Anthimo (ut dictum est) persuasisse, ut hujusmodi dogmata gloriæ terrenæ & Episcopatui longe præponeret.* Hæc quidem, cum Anthimus (ut paulo post dicturi sumus) factus reus impietatis, abdicare hæresim & profiteri Chalcedonense Concilium quæsitus est, ut remaneret in sede. Post hæc autem rursus Evagrius: *Extant porro Anthimi ad Theodosium de iisdem rebus epistolæ, & Theodosii rursum ad Severum & Anthimum: quas, ne in librum, qui in manibus est, nimis multas res includere videar, præterire animus est, easque relinquere iis qui earumdem volvendarum cupiditate incenduntur.* Hactenus de his Evagrius: quæ autem subiicit, postea facta sunt, nosque de iis suo loco dicemus. Vidisti quos colligit Theodora & in præcipuis sedibus Orientis collocat impios hæreticos; & quas infert in urbem Constantinopolitanam hominum pestes; id ordiens funestissima, ut occupatis majoribus sedibus ab hæreticis, invalesceret nefanda hæresis, & dominaretur ubique: sed hæc (ut diximus) clanculo per cuniculos in Ecclesiam conabatur inferre, quod sciret viri animum pro fide Catholica semper invigilare solere, & nervos omnes pro eadem roboranda contendere.

Theodosius vero Alexandrinus Episcopus hæreticus degens Constantinopoli, inter hæc nova occasione oborta, a suis divisus est. Quomodo id se habuerit, Leontius (a) Scholasticus docet, cum ait: *Cum autem privatus Byzantii Theodosius degeret, Agnoitarum (sic ab ignoratione dictorum) dogma motum fuit. Nam quia Dominus ait, neminem horam judicii scire, ne Filium quidem, extra solum Patrem: quæsitum est, An Christus eam ignoraret ut homo. Theodosius Christum ignorare negabat, & adversus Agnoitas scripsit. Alii vero Christum horam ignorare tradebant, quemadmodum ipsum dolorem sensisse diximus. Inde divulsi sunt a Theodosio qui Agnoitæ vocantur; cumque peculiarem sibi fecissent ecclesiam, seorsum communicabant.* Sed adversabatur Agnoitis Theodosius, utpote Severianus, Gajanitisque contrarius. LXXI.

(a) Leont. de sectis Act. 5. tom. 4. Biblioth.

Agnoitarum Hæresis.

Quinam autem error fuerit Gajanitarum, idem qui supra scriptor hujus temporis Leontius Scholasticus docet his verbis (b): *Confitentur Gajanitæ Deum Verbum e Virgine naturam humanam sumpsisse perfecte ac vere, sed post unionem esse corpus incorruptibile dicunt: omnes enim malorum species Christum perpessum ajunt, ut esurierit & sitiverit & defatigatus fuerit, at non eodem ista quo nos modo passum. Ajunt enim: nos quadam naturali necessitate tum esurire, tum sitire; sed Christum hæc omnia sponte sustinuisse: non enim* (inquiunt) *naturæ legibus serviebat; alioqui passiones istas fatebimur præter voluntatem accidisse, quod absurdum fuerit. Hæc Gajanitarum est opinio, Incorruptibilium dicta. Nos ad ea respondemus, etiam nos fateri, passiones, & affectiones illas fuisse volun-* LXXII.

(b) Idem Act. 10.

De Gajanitis & Theodosianis.

PAGIUS *politano, Petro Sanctiss. Episc. Hierosolymorum*, ubi Alexandrini Episcopi nomen reticetur. In exemplari tamen, quo usus est Baronius, legebatur: *Scripta exemplaria Sanctissimo Archiepiscopo Alexandriæ Epiphanio, Sanctissimo Archiepiscopo Theopolitano*, scil. Antiocheno, qui erat Æphremius, cujus tamen nomen in exemplari Baronii tacetur. In editione vero Codicis Justiniani Notis Dionysii Gothofredi illustrati versio Latina alio modo depravata est: *Scripta exemplaria Sanctiss. Archiepisc. Alexandriæ Æphremio: Sanctiss. Archiepisc. Theopolitano*, &c. Data ea Novella *XVII. Kal. April. Belis. V. C. Cos.* ut in Græco legitur, ideoque *Timotheus* Episcopus Alexandrinus hæreticus adhuc in vivis erat, cujus, utpote hæretici nomen reticet Justinianus: Neque enim alia hujus silentii assignari ratio posse videtur.

XII. Evagrius lib. 4. cap. 10. refert, *Theodoram* persuasisse Justiniano conjugi suo, ut *Severum* ad se accerseret. Tum cap. 11. asserit, extare *Severi* Epistolas, quibus scribit, se cum venisset Constantinopolim, collocutum esse cum Anthimo, *& persuasisse illi, ut Sedem suam relinqueret*. Severus Antiochia elapsus anno DXIX. Alexandriam se recepit, & *Timotheus* hæreticus profugum illum, & *Julianum* Halicarnassensem ejusdem hæreseos participem excepit. Ex illo sceleratorum hominum concursu ac contubernio triplex, Bonifacio II. Romanam Ecclesiam administrante, secta erupit, *Corrupticolarum* scilicet, *Incorrupticolarum*, & *Agnoetarum*. De tribus illis sectis egimus anno DXIX. num. XVIII. Quare videnda, quæ ibidem diximus ex Liberato cap. 19.

Initium sectæ Agnoetarum.

A Severo, sicuti Theodosiani, orti etiam *Jacobitæ*, sic appellati a *Jacobo* propagatore. Auctor Anonymus Historiæ Armenorum apud Galanum testatur schisma apud Armenos introductum fuisse a *Nierse Arcdacharensi*, XXI. Patriar- XIII.

Initium Schismatis Armenorum.

luntarias, nec tamen idcirco dicere Christum eas perpessum eo modo quo nos: Nam sponte dicimus ipsum servisse naturæ legibus, volentemque se concessisse corpori, ut sua perpeteretur eo modo quo & nos patimur. Hæc Leontius, qui testificationibus sanctorum Patrum ista ut Catholica roborat atque firmat. Porro adversus eosdem Gajanitas disputat Euthymius in panoplia.

LXXIII. Jacobitæ hæretici. Leontius vero ubi de Gajanitis locutus est, de Theodosianis hæc habet: *Agnoitæ vero confitentes omnia quæ Theodosiani*, de corruptibilitate videlicet, *discrepant in hoc quod Christi humanitatem ignorare negant, illis ignorare affirmantibus: Ajunt enim, per omnia nobis Christum assimilari: quod si nos ignoremus, & ipsum ignorasse, &c.* Qui vero a Theodosio Theodosiani appellati fuerunt, eosdem postea a Jacobo propagatore Jacobitas esse dictos, eosque pariter Ægyptios nominatos, affirmat sanctus Joannes Damascenus (*a*). Contra ejusmodi hæreticos Agnoitas dictos scripsit sanctus Eulogius Alexandrinus Episcopus, cum ad finem sæculi hujus eamdem Alexandrinam Ecclesiam gubernaret, qui eo argumento editum commentarium cognoscendum Romam misit sancto Gregorio Papæ; de quo ipse Gregorius ista respondit (*b*): *De doctrina vestra contra hæreticos, qui dicuntur Agnoitæ, fuit valde quod miraremur; quod autem displiceret, non fuit. In eodem autem sensu jamdudum communi filio nostro Anatolio diacono plurima rescripseram. Ita autem doctrina vestra per omnia Latinis Patribus concordavit, ut nimirum mihi non esset quod in diversis linguis spiritus non fuit diversus, &c.* Id quidem sensisse S. Augustinum ostendit, & veritatem adversus eosdem hæreticos ex aliis divinæ Scripturæ locis docet. De iisdem alio quoque nomine nuncupatis hæc Joannes Damascenus (*c*): *Agnoitæ, qui iidem Themistiani vocantur, impie & improbe Christum diem judicii ignorare, palam docent; eumque ignaviæ, & timiditatis arguunt. Hi sunt quidem ex secta Theodosianorum: Themistius enim, qui ejusdem sectæ ac disciplinæ princeps fuit, unam in Christo naturam conjunctam fuisse tradidit.* Hæc de propagine Theodosianorum Themistianis Damascenus.

(*a*) *Joan. Damasc. lib. de hæres.*

(*b*) *Gregor. l. 8. ep. 42.*

(*c*) *Joan. Damasc. de hæres.*

De Themistianis hæreticis.

LXXIV. Acephalorum capita multa. Ita quidem Severiani omnes isti professione, hostesque Concilii Chalcedonensis, inter se ipsos more hæreticorum pugnarunt: ut plane acciderit hoc veluti portento quodam, ut bellua sine capite (ita Acephalorum hæresis appellata) eadem pluribus prodierit armata capitibus inter se pugnantibus: nam ex eis primum eminuit caput Severus, ex quo denominati sunt Severiani: ex hoc vero plura alia capita pullularunt, nempe Gajanus, ex quo Gajanitæ; Theodosius, ex quo Theodosiani; Jacobus ex quo Jacobitæ; Themistius, ex quo Themistiani; numerat adhuc aliud caput Joannes Damascenus, nempe Barsanium, ex quo Barsaniani, sive Semidalitæ, de quibus ait: *Hi cum omnia Gajanorum, & Theodosianorum decreta defendant, aliquid tamen præterea addiderunt de suo, symbolis Dioscori relictis, ut a reliquis Dioscori sectatoribus noscerentur.* Adversus has pessimas Severi propagines Euthymius (*d*) disputat, idemque testatur adversus Theodosianos Anastasium Sinaitam scripta edidisse.

(*d*) *Euthy. Panopl. tit. 16.16.*

LXXV. Fuit & præpotens illud etiam ex Acephalis caput exortum, quod ita in eorumdem corpore, qui cum Eutychianis atque Severianis unam tantum faterentur in Christo naturam, prominebat, ut tamen se cæteris capitibus adversarium exhiberet, morsibusque depasceret ea: etenim fuit qui adversus ejusmodi fæces hæreticorum stans ex adverso Joannes Philo-

PAGIUS triarcha Armenorum post Sanctum *Gregorium Illuminatorem* appellatum, & *Niersen* istum decem Episcoporum Concilium apud Urbem *Thevim* convocasse, in quo decretum fuit, unam in Christo esse Naturam. Nam *Jacobus Syrus* mortiferum suæ impietatis venenum apud Syros superiores, Armeniosque evomuerat. Porro annum suscepti ab *Armenis* Schismatis nos edocet Photius in Epistola ad Zachariam Armenorum Patriarcham a Galano citata, in quâ postquam dixit, Armenos ob persecutionem, qua tunc temporis exagitabantur, ad Concilium Chalcedonense venire non potuisse, subjungit; *Nec tamen proinde contrarium quicquam ei opposuere; sed omnes susceperunt illud usque ad Schisma Thevinensis Conciliabuli, per annos octoginta quatuor, videlicet ab anno secundo Marciani Imperatoris usque ad decimum Justiniani, & sextum Niersesis Ascdacharensis.* Annus II. Marciani anno Christi CDLII. definit; annus vero X. Justiniani Kalendis Aprilis anni DXXXVI. inchoatur, & inter utrumque illud intervallum anni LXXXIV. interiiciuntur. Quare sequenti Christi anno Conciliabulum illud celebratum, & Ecclesia *Armena* ab Ecclesia Universali divulsa. *Armeni* a Jacobo depravati constanter in Theopaschitarum hæresi perseverarunt; adeo ut cum eam cæteri omnes ejurassent, sola gens illa pertinacissime in illa tuenda hæserit, ut testatur Nicephorus lib. 18. cap. 51. quam & hodie retinet. De ea hæresi legendus Petavius lib. 1. Theologic. Dogm. de Incarnat. cap. 17. & seqq. & Baronius num. LXXXI. & seqq.

XIV. *Joannes Grammaticus copnomento Philoponus Auctor sectæ Tritheitarum.* A num. LXXV. ad LXXX. Vivebat hoc tempore *Joannes Grammaticus* Alexandrinus cognomento *Philoponus*: *degente Theodosio Byzantii, denuo motum fuit dogma Tritheitarum, cujus secta Princeps Philoponus fuit*, inquit Leontius de Sect. Act. 5. Magnam is sibi gloriam compararat, dum adversus *Proclum Lycium* pro Christiana religione egregie scripserat; verum suo ni-

loponus ita pugnarit, ut tamen in hæreses ipse æque prolapsus fuerit; de quo primum ista Leontius (*a*): *Hoc eodem tempore, adhuc degente Theodosio Byzantii, denuo motum fuit dogma Tritheitarum, cujus sectæ princeps Philoponus fuit. Quoniam enim obiiciebat Ecclesiæ, si duas in Christo naturas diceret, necessario esse duas hypostases confessuram. Respondebat Ecclesia: Si natura, & hypostasis idem sint, necessario quoque fatendum individuum; sin aliud natura, & aliud hypostasis, quænam illa fortitio fuerit, ut naturas duas statuentes, omnino duas quoque confiteamur hypostases? &c.* Pluribus ipse invicem adversantia altercationum argumenta retexens, ita plane Philoponum ad oppugnandam veritatem Catholicæ fidei ex deliramentis hæreticorum mutuatum esse arma demonstrat. Sed & adhuc de eodem Joanne Philopono quæ habet Suidas, videamus; sunt enim hæc ejus verba:

(*a*) Leont. de sect. Act. 5.

LXXVI. De Joan. Grammatico dicto Philopono.

Joannes Grammaticus Alexandrinus, cognomento Philoponus, plurima scripsit grammatica, philosophica, arithmetica, rhetorica, sacras quoque litteras tractavit. Scripsit & contra decem & octo Procli argumenta & contra Severum: sed tamen ab Ecclesiæ doctoribus, ut Tritheites, ut qui tres deos asserat, reiicitur, & in Orthodoxorum catalogo non admittitur. Ista de Philopono Suidas. Quod vero pertinet ad ejus scripta adversus Proclum Lycium, magnam quidem sibi ex eo laudem conciliavit, quod adversus impium hominem, qui scripserat instar Porphyrii contra religionem Christianam, stylum exeruisset. Suidas enim hæc ait, dum de Proclo agit: *Hic est Proclus ille, qui alter a Porphyrio impuram linguam, & contumeliosam contra Christianos exercuit: sed Joannes Philoponus præclarissime ejus propositiones refutavit, eumque in Græcis etiam quibus efferebatur, rudem atque indoctum esse ostendit.* Hæc Suidas de libris Procli atque redargutione Philoponi, ex qua sibi eximiam (ut diximus) gloriam comparavit: sed evanescens in cogitationibus suis, non Gentilium dumtaxat atque hæreticorum, verum Orthodoxorum dogmata confutare aggressus est.

LXXVII. Philoponi errores.

Porro delirans Philoponus indignus factus est, qui non solum inter Ecclesiæ magistros adnumerari meruerit, sed neque inter Christianos adscribi. Etenim & de eo scribit Photius in Bibliotheca, ab eodem impio elaboratum fuisse commentarium adversus resurrectionem mortuorum, quo & Christianos irrisit: adversus quem tradit scripsisse Theodosium monachum, item & Cononem, Evagrium atque Themistium, licet omnes hi hæretici fuerint non assentientes Concilio Chalcedonensi. Auctor est idem Photius scripsisse eumdem Joannem Philoponum in Hexameron opus adversus Theodorum Mopsuestenum, qui in eodem argumento versatus fuerat. Et rursus de eodem: *Philoponus* (inquit) *homo insanus scripsit librum adversus Quartam œcumenicam Synodum.* Idem quoque affirmat Photius, extare Acta disputationis Severianorum adversus Tritheitas habitæ coram Joanne Episcopo Constantinopolitano sub Justino Imperatore, Conone, & Evagrio altera ex parte adversus Tritheitas, altera vero Paulo atque Stephano Tritheitis Philoponi defensoribus, impiis æque omnibus. Hæc monstra his temporibus peperit Oriens inter se ipsa morsibus confligentia, Theodora Augusta aspidum ova fovente.

LXXVIII.

At quomodo intelligendum sit, quod dictum est, Philoponum negasse resurrectionem mortuorum, erit ex Nicephoro declarandum, non enim ut animas diceret sine corporibus cælesti gloria fruituras, sed eas aliis corporibus induendas, illis quidem ex nihilo creatis, quod videlicet assereret corpora nostra corrumpi secundum formam atque materiam. Hæc ipse Nicephorus (*b*) de Philoponi sententia pluribus: qui postquam ait ipsum asseruisse materiam simul & formam corrumpi, hæc addit: *Ad hæc consummationem, sive interitum visibilis hujus mundi, ac rursus novi mundi creationem alteram asserit. Statuit etiam resurrectionem mortuorum esse, rationabilium videlicet animarum cum corruptibili corpore indissolubilem unionem. Quibus sententiis renitens Conon, ipsum juxta & lucubrationes ejus (sicuti a me dicetur) rejecit, quamvis eas antea re-*ce-

(*b*) Niceph. lib. 18. c. 47.

PAGIUS nimium ingenio fidens in hæresim incidit, scribens adversus IV. Synodum Oecumenicam, ut notat Photius in sua Biblioth. Cod. LV. & negans, ut tradit Nicephorus lib. 18. cap. 47. ita Resurrectionem mortuorum, ut assereret, corpora nostra corrumpi secundum formam atque materiam, & futurum interitum visibilis hujus mundi, & rursus novi mundi creationem alteram, atque alia. Quin & Photius Cod. XLIII. cum dixisset eundem Philoponum *in Hexameron scripsisse contra Theodorum Mopsueste*num, & Basilio Magno plurimum fere consensisse, Codice XXIII. ait Photius, se legisse *Cononis, Eugenii, & Themistii adversus Joannis Philoponi de Carnis Resurrectione deliramenta*, Invectivas, *quibus acriter adeo ipsum insectantur, ut etiam omnino a Christiana fide abhorrere hominem affirment, licet in eo cum illo sentirent, quod nec ipsi reciperent Chalcedonense Concilium.* Tum Codice XXIV. ait Photius: *Lectus liber Acta continens disputationis inita coram Joanne Regiæ Urbis Episcopo, Justino impe*ran-

ceperit. Conon ipse corpora dixit non secundum materiam, sed tantum juxta formam occidere, eaque denuo reformari, præstabiliorem speciem materia ipsa recipiente, &c. Propagata quidem est Philoponi hæresis ex Origene accepta ad posteros, qua imbutus Eutychius Constantinopolit. Episcopus confutatus est a S. Gregorio Papa tunc sanctæ Romanæ Ecclesiæ diacono, & Apocrisarium agente Constantinopoli, ut suo loco dicetur.

LXXIX. Quinam autem fuerint Philoponi hæresum confutatores, præter hæreticos illos superius nominatos, idem Nicephorus inferius docet his verbis (*a*): *Cum* (inquit) *plerique alii scriptis suis eam oppugnaverunt tum Leontius monachus omnium maxime egregium librum triginta capitum contra illum conscripsit, quo simul, & hæresim eam prorsus evertit, & piam nostram sententiam valde confirmat: post hunc & admirabilis ille diaconus atque referendarius Georgius Pisides æqualis sive coætaneus illius, quamvis ætate aliquanto junior, jambis pulcherrimis, quos scribere consueverat.* Confutavit scilicet, & in eo præsertim, quod licet Philoponus consentiret Catholicis, duas esse in Christo unitas naturas, alteram divinam, humanam alteram; erraret tamen, cum adderet, facta unione, non amplius duas, sed unam tantum compositam esse naturam: ex quo Monophysitarum hæresis pullulavit, & Monothelitæ progressi sunt. Hunc igitur confutaturus Georgius Pisides, rem seriam ludicro temperando, ad hunc modum absurditatem illius refert (*b*):

(*a*) Eod. lib. 18. c. 48.

(*b*) Nicep. l. 18. c. 48.

ψηφίζεται θάττον μίαν τε καὶ μίαν.
εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγης μίαν,
γέλως τὸ λεχθὲν γίγνεται καὶ παιδίοις.

Hoc est.

Unam atque mox unam lapillo computat:
At unam & unam forte si unam dixeris,
Pueri vel ipsi tale dictum riserint.

Subdit Nicephorus: *Quod autem versiculis his expressit, sic habet: Profiteris* (inquit) *Philopone philosophorum omnium laboriosissime & sapientissime, duas naturas in Christo unitas esse, unam divinitatis, & unam humanitatis. Si ergo duas naturas dicis in eo convenisse, quomodo duas in unam rursum contrahis? una namque & una, duæ sunt, non una, &c.*

Rursus autem adversus hujuscemodi hæreticos ex Severo descendentes, præter eos quos recensuimus, addit Photius in Bibliotheca sua, Ephræm Episcopum Theopolitanum, Antiochenum scilicet, egregium commentarium conscripsisse, quo perstringit Severianum hominem Jacobum, quem diximus, a quo sunt Jacobitæ denominati; ibique adversus Baradatum, Eutychetem, & alios Trisagitas; in quo quidem commentario ait explicatum esse Athanasii locum, ubi naturam & hypostasin idem esse visus est aliquibus affirmare. De eodem quoque Ephræm addit Photius, commentarium elucubrasse adversus eos qui verba sancti Cyrilli impugnabant, quo & hæresim Severi apertissime confutavit: addidisse his adhuc tractationem adversus Anatolium Sebastenum, atque insuper disertam apologiam pro sacrosancto Chalcedonensi Concilio. LXXX. Ephræm Episc. Antioch. scripta.

Quod

PAGIUS *rante, inter Cononem & Eugenium Tritheitas, & Paulum ac Stephanum, qui & ipsi Hæsitantium de numero erant. Hic visuntur Conon & Eugenius Philopono patrocinari. Cum enim Paulus & Stephanus ab ipsis postularent, ut Philopono anathema dicerent, recusarunt,* &c. [1] Baronius num. LXXVII. Acta illa citans loco *Cononis*, Canonem, & loco *Eugenii*, Evagrium perperam habet. De Joanne Philopono loquitur etiam Photius Cod. LV. LXXV. CCXV. & CCXL. Extant adhuc libri IV. hujus Auctoris *de mundi Creatione; seu in Hexameron ad Sergium Constantinop. Archiepiscopum;* una cum *disputatione de Paschate;* ac præterea varia ejus Opuscula Philosophica quorum seriem texit Oudinus in Supplem. de Script. Eccles. a Bellarmino omissis. Vixit usque ad finem fere hujus sæculi, ut colligitur ex Nicephoro lib. 18. cap. 48. a Baronio num. LXXIX. citato, ubi ait, eum fuisse coætaneum *Georgio* Pisidio, qui varios libros de Imperio Heraclii & bello Persico ab eo gesto scripsit, ut suo loco dicetur.

NOTÆ [1] Quamquam Conon Episcopus primo quidem Philoponi Libros probavit; dein tamen ab illo dissensit, defendens corporum materiam non corrumpi, sed corpora manere *eadem & conspecta, semperque incorrupta;* secundum vero formam dumtaxat corrumpi (cum Philoponus corrumpi secundum materiam & formam sustinuerit.) Ita Timotheus Presbyter de recept. Hæret. c. 10. vulgatus auctior a Coteler. Vet. Monum. t. III. p. 415. De Joanne isto Philopono, ea, quæ hic a Pagio scribuntur, an veritati cohæreant, ambigo. Eumdem enim puto cum Joanne Grammatico, contra quem libros saltem tres scripsisse Severum Antiochenum ex Cod. M. S. Biblioth. Coislinianæ a Montfaucon vulgatæ pag. 53. discimus. Porro si Severus Antiochenus Episcopus contra eum scripsit, jam dogmata sparsisse sua paulo post annum 20. circiter sæculi sexti reputandus esset; vix autem credibile est illum jam tunc non juvenem (utpote jam doctorem hæreseos) vitam ad finem usque hujus sæculi produxisse. Insuper in alio Codice Joannes iste non Alexandrinus, sed Cæsariensis dicitur. Vide ibid. Mansi

LXXXI. De Jacobo, a quo Jacobitæ. (a) Niceph. l. 18. c. 52. Quod vero pertinet ad Jacobum, quem (ut ait Photius) Ephræm Antiochenus Episcopus suis scriptis exagitavit; ista de eo Nicephorus habet (a): *Jacobus porro, a quo nunc quoque Jacobitarum hæresis denominata celebratur, Syrus genere fuit, obscurus prorsus, & nulla gloria vir, qui etiam Zanzalus propter summam tenuitatem est cognominatus. Hic Eutychetis, & Dioscori, Cnapheique præterea Petri atque Severi dogmate recepto, magnopere id apud Syros propagare studuit.* Nempe Monophysitarum atque Theopaschitarum dogmata. Et inferius: *Enimvero eo quem diximus Jacobo Monophysitarum opinionem apud Syros prædicante, magnum exortum est dissidium. Nam qui rectæ opinioni adhæserunt, Melchitæ appellati sunt, quod sanctam Quartam Synodum & Imperatorem ipsum (Melchi enim Syris Rex est) consectarentur. Qui autem diversum senserunt, multa variaque habuere nomina: Jacobitæ tamen maxime sunt cognominati, propterea quod ei quem dixi Monophysitarum hæresis studioso Jacobo adhærerent. Qui etiam anathemati traditi sunt, ut Monophysitæ scilicet, & Theopaschitæ.* Ac rursum (b):

(b) Niceph. l. 18. c. 53.

LXXXII. Jacobus auctor hæresum Armeniorum. *Jacobus autem Armeniorum quoque sectæ dux fuit. Ea sane hæresis multiplex est, & ut quispiam dicat, hæresum omnium confluens sentina. Nam cum Ario aberrant in eo, quod Deum Verbum naturam mutationi obnoxiam habentem, carnem anima carentem assumpsisse dicunt. Cum Apollinari autem, quod corpus Domini mentem non habere, eique divinam naturam sufficere, mentisque vim operatricem perficere dicunt: atque hæreticis multis laudatis, depravatas ipsorum opiniones sibi ipsis arrogant. Magistri horum illi, quos diximus, fuere post Jacobum & Euschanius & Mantacunes. Et quandoque illi Deum Verbum incorruptibile & increatum & cæleste & a perpessione alienum, & subtile, nobisque non consubstantiale corpus cepisse, atque ea quæ carnis sunt, nobis in specie tantum spectri more exhibuisse, executumque esse opinantur: quandoque autem carnem ejus in naturam deitatis conversam, eique consubstantialem factam esse dicunt.*

LXXXIII. Errores alii Jacobitarum. *Multoties vero etiam Deum Verbum humanum ex Virgine corpus assumpsisse negant, sed ipsum immutabili modo mutatum & carnem factum, transitum tantum per Virginem fecisse: & cruci divinitatem, quæ circumscribi & definiri nequeat, Unigeniti affixam, eandemque sepulcro traditam asseverant. Atque fidem etiam nativitati Christi secundum carnem derogantes, & eam in speciem tantum, phantasmatis instar factam esse dicentes; & non sicut nos per intervalla particulatim sed ad quindecimum Januarii mensis diem tempus extendentes, Annunciationem simul & Nativitatem, & Baptismum Christi celebrant. Quinetiam multa divini Evangelii dicta, suam ipsorum opinionem astruere conantes, tollunt atque inducunt: ac veluti Monophysitarum & Theopaschitarum & Apthartodocitarum & Monothelitarum hæresum hæreditate creverint, Cnaphei Petri accessionem ter sancto hymno annexam valde complectuntur.* Hæc de Armeniorum dicta hæresi, a Jacobo post Severum originem hoc ipso tempore ducente: quod ostendimus, dum adversus eumdem Jacobum ex Photio vidimus scripsisse Ephræm Episcopum Antiochenum, qui hoc tempore illi præerat Ecclesiæ: unde nihil est, ut ad posteriora quis tempora illam referat.

LXXXIV. Hæreticorum conditio. En in quos vepres atque dumeta, invia loca, scabra, abditosque recessus per rupes & præcipitia, præruptaque scopulo, immanium ferarum latibula incurrerint a recto fidei tramite aberrantes humanæ mentes! En quomodo monstrum monstro junctum concipiat, pariatque horrenda spectra atque deformia simulacra! Ut ex ipsis prudens quisque intelligere valeat (secundum illud Job c) ubi lux habitet, & tenebrarum quis locus sit, ut quisque ducat unumquodque ad terminum suum, & intelligat semitas domus ejus; cognoscat scilicet, ubi sit fides Catholica, ubi vero hæreses habitent. At non hic finis portentorum: alia adhuc prodierunt ex cornuta bestia capita, ut longe ista superet tricipitia conficta a Gentilibus monstra, vel septem capitum hydram: præter enim eas superius recensitas ex Severo progenitas hæreses, ad eumdem pertinere tradit Nicephorus (d) Caucobabditas a loco quodam ita denominatos hæreticos, Angelitas etiam & Damianistas ita dictos ab Episcopis, & locis iisdem nominibus appellatis: nam Angelitas ab Alexandriæ loco, cui nomen erat Angelii, dictos tradit: quibus præterea addit & Tetraditas, Petritas, atque Paulitas, quorum alii Petrum, alii Paulum Severianos, sed ab invicem diffidentes consectabantur.

(c) Job. 38.

(d) Nicep. l. 18. c. 49.

LXXXV. Gignebantur hæc monstra potissimum in Ægypto, quæ mox post ortum in se ipsa ungulas convertebant & dentes: ut plane acciderit Ægyptiis secundum illud Propheticum (e): *Concurrere faciam Ægyptios adversus Ægyptios, & pugnabit vir contra fratrem suum & vir contra amicum suum, civitas adversus civitatem, & regnum adversus regnum: & dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus ejus, & consilium ejus præcipitabo: & interrogabunt simulacra sua, & divinos suos & pythones & ariolos.* Donec tot scelera consecuta est quæ subditur ultio:

(e) Isai. 19.

Et

Et tradam Ægyptum in manus dominorum crudelium, & Rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum. Ad hæc plane hæreses deducunt populos, ut post abominationes secum vehant servitutem atque desolationem: quam cunctis manifestam ob oculos positam tam in Ægypto, quam in aliis Orbis regionibus a Catholica fide refugis, nemo non videt. At de Acephalorum capitibus multiplicibus hactenus.

LXXXVI. Anthimus studet videri Catholicus. - Jam vero ad Anthimum Constantinopolitanum Episcopum hæreticum subrogatum hoc anno in locum Epiphanii ab impia Theodora Augusta redeamus. Ita se comparavit vulpis ista, Anthimus inquam, ut cum nefandus hæreticus esset, studeret tamen in omnibus apparere Catholicus, probans Chalcedonense Concilium, & reliqua quæ veri Orthodoxi probarent: Sed & adjecit, quod cum de ejus hæresi sparsus rumor esset, sese homo callidus perpurgavit, dum coram ipso Justiniano Imperat. disertis verbis professus est, se in omnibus assensurum iis quæ Apostolica sedes sentienda præscriberet: hoc enim nullum evidentius signum edi posse videbatur, quam si secuturum polliceretur, quicquid Ecclesia Romana credendum ostenderet; cui assentiri, sit se Catholicum demonstrare. Sed accipe cuncta hæc intexta in ipsius Anthimi damnationis sententia a Quinta Synodo promulgata verbis istis (*a*):

(*a*) *Quint. Synod. Act.* 4.

LXXXVII. Subdoli conatus Anthimi. *Cumque sic obtinere potuerit magnum Pontificium Anthimus, quemadmodum dictum est: paulatim putavit oportere depascere sanctissimas Dei Ecclesias tali morbo, & contrarium quam divinæ voces dicant, pro congregando rationabiles oves Dei ovilis divisiones excogitabat adversus omnes (ut ita dicam) Ecclesias, ut periclitando unionem sanctissimarum Ecclesiarum tantis piissimi Imperatoris nostri laboribus reformatam in multas divisiones scinderet. Denique paulatim hanc corruptionem significabat, simulans quidem suscipere sanctas Synodos, Nicænam dicimus contra impium Arium, Constantinopolitanam contra impium Macedonium, & Ephesinam primam contra impium Nestorium, ac Chalcedonensem contra impium Eutychetem, saltem ipsas habens in sacris Diptychis; sed cum inserta ipsis Synodis esset sancta memoria beatissimi Leonis Papæ, nullo tamen tempore aliter vel percipit, vel participat sanctissimis Dei mysteriis, nec celebrationem ipsorum prædicat ne in hac quidem sanctissima Dei Ecclesia, resiliens universaliter a rectis ipsorum confessionibus, & neque magnorum Pontificum neque venerabilium Priorum, qui pro talibus respiciunt, & omnino tolerat, aut aliquam defensionem dat.* Et paulo post: *In talibus enim cum se ipsum magnus Imperator disposuerit, ad memoriamque sibi revocaverit sententiam Principis Apostolorum, qua dicit* (*b*) *paratos nos semper esse oportere ad respondendum omni petenti rationem de ea quæ in nobis est spe: nihil plus juvit, sed ad ejus serenitatem deceptibilibus rationibus usus, promisit se omnia facere, quæcumque Summus Pontifex magnæ sedis Apostolicæ decerneret; & ad sanctissimos Patriarchas scripsit, se sequi per omnia Apostolicam sedem.* Hucusque de primordiis Anthimi captiosi, formam ad tempus induentis Præsulis Orthodoxi.

(*b*) *Petr.* 1.

LXXXVIII. Spuria ep. nomine Agapeti Pap. Hæc cum ita se habuerint; non vacat imposturæ suspicione epistola illa nomine Agapeti Papæ vulgata ad Anthimum inscripta, qua erroris hæresis Eutychianæ ipsum redarguit: etenim hæc simulata ab Anthimo, nequaquam detecta atque damnata fuere, antequam sequenti anno, (ut dicetur) se contulit ipse Pontifex Constantinopolim: interea autem quasi professor fidei Catholicæ & communicator Apostolicæ sedis est habitus idem Anthimus ex sua ipsius (ut dictum est) publica professione, qua se cuncta recipere, quæ Summus Pontifex credenda præscriberet, publice ob omnium oculos, coramque ipso Justiniano Imp. testatus est. Sed & ex falsa omnino Consulum nota Justiniani quartum cum Theodato, seu potius Theodoro collega, detegitur impostura: cum data ipsa epistola reperiatur anno superiori Kal. Maii: nam ex his quæ superius dicta sunt, certum est, tunc non Agapetum, sed Joannem ejus prædecessorem sedisse in hunc usque annum Romanum Pontificem. Sed & longe diversus stylus ab aliis Agapeti epistolis, alterius esse sobolem parentis, satis indicat. Neque enim quicquam conquestus fuerat Justinianus Imperator apud Agapetum de Anthimo, sed tantummodo de Cyro & sectatoribus ejus. At de rebus Agapeti, & Anthimi sequenti anno fusius agendum erit.

LXXXIX. Quæ vero sunt reliqua ejusdem Agapeti hoc anno rerum ab ipso Romæ gestarum, seu potius quæ agenda conceperat animo, perfecissetque nisi bellico tumultu impeditus fuisset, nempe de publicis Romæ sacræ Theologiæ scholis erigendis, Cassiodorus narrat his verbis: (*c*) *Nisus ego cum beatissimo Agapeto* * *urbis Romæ, ut sicut apud Alexandrinam multo tempore fuisse traditur institutum, nunc etiam in Nisibi civitate Syrorum Hebræis sedulo fertur exponi*, divina Scriptura scilicet, *collatis expensis in urbe Romana professos doctores scholæ potius acciperent Christianæ, unde anima susciperet æternam salutem, & casto atque purissimo eloquio Fidelium lingua comeretur. Sed cum propter bella ferventia, & turbu-*

(*c*) *Cassiod. in præf. li. divin. lect.*
* Pontifice.
De Scholis aperiendis in urbe.

bulenta nimis in Italico regno certamina, desiderium meum nullatenus valuisset impleri: quoniam non habet locum lex * *pacis temporibus inquietis: ad hoc divina charitate probor esse compulsus, ut ad vicem magistri, introductorios vobis libros istos, Domino præstante, confecerim, per quos (sicut æstimo) & Scripturarum divinarum series, & sæcularium litterarum compendiosa notitia Domini munere panderetur.* Hæc de his Cassiodorus in eo laborans, ne docta Latinitas inter barbaricos vepres omnino silvesceret; Agapetumque tradens hoc ipsum optasse de rebus Theologicis faciendum, utpote qui esset (ut ait Liberatus diaconus (*a*) in Ecclesiasticis rebus apprime eruditus.

* res.

(*a*) *Liberat. diacon. in Brev. c.* 21.

XC. Roman. Eccl. doctrina ex Apost. traditionibus.

Sed sicut admiratione, ita & observatione dignum est considerare, non extitisse hactenus Romæ, qui in scholis publice sacras litteras profiterentur: ut ex hoc magis intelligas puritatem Apostolici fontis Romæ jugiter scaturientis, & in universum Orbem aquas limpidas derivantis: cum non pro arbitrio differentium verbisque pugnantium hominum (ut fiebat a Græcis, ob idque diversis semper erroribus fatigatis) sacra dogmata Romana Ecclesia definiret; sed quæ ab Apostolis tradita, a majoribus deducta, a patribus servata accepisset, hæc ipsa utpote sacrosancta, universæ Ecclesiæ servanda atque inviolabili lege custodienda eadem Ecclesia Romana præscriberet: quam cæteris omnibus Orbis Ecclesiis diligentiorem fuisse Apostolicarum institutionum custodem, cum ex S. Irenæo, tum ex aliis antiquis Patribus superius abunde demonstratum est. Quæ enim olim sub Gentilitatis insaniis ipsa Roma antiquitatis amans, & cultrix in rebus dubiis Sibyllinos libros consulere jugiter consuevit: ubi sepultis erroribus, particeps facta est veritatis, quas ab Apostolis omnium præcipuis sacras traditiones accepit, easdem fida custodia conservatas in rebus dubiis consulere, & ex eis responsa dare quærentibus consuevit; cunctis veluti divinum oraculum accipientibus, quæ scirent nonnisi ex Apostolico fonte manare.

XCI. Qua occasione introductæ scholæ Theolog.

At vero ne videretur Apostolica sedes Apostolicis innixa traditionibus repulisse scientiam, & examina declinasse atque refugisse discussiones, quasi verita ne constarent, quæ simpliciter servanda proponeret: eadem ipsa postea quæ docuisset, in scholis differenda, & quæstionibus ventilanda proposuit (uti de auro obrizo fieri solet, quod Lydio probandum lapide unicuique ubique & semper libenter offertur (occasione præsertim hæreticorum, quæ pura sunt atque sincera, esse adulterina clamantium. *Fuit enim quondam tempus* (inquit Gregorius Nazianzenus (*b*) *cum res nostræ florerent, ac præclare se haberent, cum nimirum superflua hæc & verborum lepore atque arte fucata tractandæ Theologiæ ratio ad divinas caulas ne aditum quidem habebat: verum idem erat calculis ludere inversionis celeritate aspectum fallentibus, & omnigenis & lascivis corporis flexibus spectatores ludificare, quod novi quippiam ac curiosi de Deo vel dicere, vel audire. Simplex e contra ingenuaque oratio atque doctrina pietas existimabatur. At posteaquam Sexti & Pyrrhones, & contradicendi libidine incitata velut lingua gravis quidam ac malignus morbus in Ecclesias nostras infeliciter irrepsit; quodque Actorum liber de Atheniensibus narrat* (*c*) *ad nihil aliud vacamus, quam ad novi aliquid dicendum vel audiendum.* Tunc namque opus fuit Ecclesiæ Catholicæ tractatoribus, ne quasi infirmi ipsi viderentur in hac parte (*d*) adversus moles librorum obloquentium detrahentium in fidem Catholicam hæreticorum, cuncta quæ sunt fidei Christianæ adversus eosdem differendo tractare, omnique genere argumentorum vera certaque firma atque solida demonstrare. Sed ad scholas Orientis revocemus orationem.

(*b*) *Greg. Naz. or. in laud. Athan.*

(*c*) *Act.* 17.

(*d*) 1. *Cor.* 11.

XCII. De scholis Nisibitis.

De scholis autem Nisibitis, quarum meminit Cassiodorus, est mentio etiam apud Junilium Africanum Episcopum, in libro ad Primasium legatione fungentem his ferme temporibus Constantinopoli, ubi ait: *Dum te inter alios reverendissimos coepiscopos tuos usque Constantinopolim peregrinæ provinciæ coegisset utilitas, ex civitatis affectu in notitiam colloquiumque pervenimus. Tu autem more tuo nihil ante quæsisti, quam si quis esset inter Græcos qui divinorum librorum studio intelligentiaque flagraret. Ad hæc ego respondi, vidisse me quemdam Paulum nomine, Persam genere, qui in Syrorum schola in Nisibi urbe est edoctus, ubi divina lex per magistros publicos, sicut apud nos in mundanis studiis grammatica, & rhetorica, ordine ac regulariter traditur, &c.* Subiicit his regulas aliquot ab eodem Paulo accepta, confecitque ex eis librum illum de Partibus divinæ legis inscriptum.

XCIII.

Sed quinam fuerint bellici tumultus, quibus (ut vidimus ex Cassiodoro) hoc an-

PAGIUS XV.

A num. XCIII. ad XCVII. Justinianus cædem *Amalasuntha* Reginæ ulturus bellum Ostrogothis ac eorum Regi *Theodato* indixit, & victricem classem cum exercitu ex Africa in Italiam per Ducem & Consulem *Belisarium* transferre jussit. Hoc bellum, quod per annos XVIII. du-

Belli Gothici tempus. anno flagrare Italia cœpit, jam dicamus. Fuit id bellum Gothicum, hoc anno (ut hujus anni exordio dictum eſt) ab Imperatore Juſtiniano cœptum, cum videlicet idem Auguſtus annum nonum Imperii inchoaret; de quo Procopius: (a) *Imperator ubi jam didiciſſet, quemadmodum cum Amalaſuntha actum fuiſſet, confeſtim ſe ad bellum parabat, annos novenos potitus Imperio.* Felicique progreſſu per Mundum Præfectum Illyrici Dalmatiam Gothis ſubjectam invadentem, Salonam urbem expugnaſſe tradit; ſed & per Beliſarium Siciliam tentaſſe, eademque potitum eſſe affirmat: huicque uni Beliſario accidiſſe, ut triumpho auſpicatus Conſulatum, eumdem triumphans pariter depoſuerit, aperiens & claudens annum quam feliciſſime.

(a) Procop. de bello Goth. lib. 1.

XCIV. Felicitas Beliſarii. Subdit de eo iſta Procopius: *Cum Beliſario itaque actum, quam dici queat, longe felicius: quippe qui Vvandalis recens devictis, Conſulatus dignitate accepta, cum eo adhuc munere fungeretur, Sicilia inſuper in poteſtatem redacta, poſtrema Conſulatus die Syracuſas ingreſſus, plauſu ingenti exceptus, aureorum numiſmatum vim magnam circumfuſam jactavit in turbam: nec ſane id ex induſtria factum, ſed ſorte quadam Beliſario omine contigit, qui univerſam Siciliæ inſulam Romanis recuperaſſet, ea ut die Syracuſas veheretur, qua & ei Conſulatus finiretur, ſuſceptum antea munus.* Hucuſque Procopius. Quæ hæc ſecuta ſunt, ſequenti anno magis opportune dicentur.

XCV. Ad invadendam autem Italiam, quam forti robore Gothi tenebant, viſum eſt Juſtiniano Imperatori Francos ſibi fœdere conjungere; ex pietate potiſſimum ad eos adverſus Gothos permovendos argumenta deducens: quod enim ſciret Francos Catholicæ fidei ſtudioſiſſimos, facile ipſius ſuaſit, ut bellum Gothis inferrent, quos conſtaret eſſe Orthodoxæ fidei perduelles, utpote impios Arianos. De his enim iſta Procopius habet (b): *Litteras deinde ad Francos Juſtinianus in hanc ſententiam miſit:*

(b) Procop. de bello Goth. lib. 1.

XCVI. Franci adverſus Gothos vocantur. *Noſtræ ditionis Italiam per vim Gothi ceperunt, nec ſolum reſtituere hanc nobis haud quaquam decernunt, ſed injuria inſuper nos afficere nec toleranda quidem, nec mediocri: quocirca exercitus adverſus hos mittere cogimur. Vos vero par fuerit nobis hoc bello ut auxilio ſitis, quod utrique utriſque noſtrum commune rectior illa ac vera de Deo opinio facit, in Gothoſque odium, ut Arianorum errores reiicientibus deteſtandos.* Hactenus litteræ. Subdit vero Procopius: *His litteris Imperator præſcriptis, & Francorum Principibus magna pecunia condonatis, majorem ſe pollicetur daturum, ubi bellando rem geſſerint. Franci vero hoc pacto illecti, bellum ſe promptius geſturos promittunt.* Hæc ipſe: cætera autem inferius ſuis locis.

XCVII. Optim. legib. Juſtinian. vincit hoſtes. Ita proſpere cuncta cedunt Imperatori (quod ſæpe ingerendum eſt) dum perinde atque omni feriatus bello, in ſummo otio, tranquillaque pace dies duceret, nihil præterea curaſſe (ut diximus) viſus eſt, niſi ut novis ſemper iteratis legibus Catholicæ veritati bene conſultum eſſet, & quam juſtiſſime per provinciarum Præſides univerſum adminiſtraretur Imperium; & ſuccreſcentes diverſis ex cauſis pravos mores legum falce ſuccideret. Id quidem indicant multiplices ſanctiones ſub diverſis titulis collocatæ, ab eodem Imperatore hoc anno editæ, nempe ſub Conſulatu Flavii Beliſarii: ſed in nonnullis earum errore puto librariorum illapſum, ut loco *V. C. Conſ.* quod eſt, *Viro clariſſimo Conſ.* putaverit imperitus ſcriptor per illa elementa ſignificari, *Vicariam præfecturam;* atque loco *V. C. Conſ.* ſcripſerit *Vice Conſule.* Quod mendum minime emendatum a tot clariſſimis Jureconſultis, mirati ſumus. Sic igitur cum in expeditione eſſet exercitus, erat ipſe totus Imperator in legibus ſanciendis: probeque ſciens leges etiam ipſas potentiſſima eſſe ad hoſtes vincendos arma, id in Inſtitutionum exordio hac ipſa voluit ſententia declaratum: *Imperatoriam majeſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſ-*

PAGIUS

Primus annus belli Gothici in Italia geſtis. duravit, currenti inchoatum, atque a Ducibus *Beliſario* & *Narſe* adminiſtratum, maximum, anceps, periculoſum, cum duobus potentiſſimis Regibus Oſtrogothorum *Vitige* & *Totila* geſtum eſt. Baronius primum belli Gothici annum ſequentem fuiſſe credidit, contenditque a Procopio, qui illud egregie deſcripſit, numerari, non annos belli Gotthici abſolute ſumpti, quod fatetur inchoatum in Sicilia *Beliſario Conſule*, præſenti ſcilicet anno, ſed annos belli Gothici in Italia geſti, cujus initium in annum ſequentem reiicit, quo *Beliſarius* ex Sicilia in Italiam tranſiit. Verum hujuſmodi in annis belli Gothici ſupputandis diſtinctio, ex ipſo Procopio refellitur. Hic enim lib. 1. de Bell. Goth. cap. 5. refert bellum adverſus Gothos a Juſtiniano ſuſceptum anno Imperii nono, ideoque currenti: *Imperator*, inquit, *ſimul ut de Amalaſunthæ caſu factus eſt certior, bellum ſuſcepit, Annum agens Imperii nonum, ac Mundo Magiſtro militum per Illyricum imperavit, ut in Dalmatiam Gothis ſubditam proficiſceretur, & Salonas tentaret*, &c. *Beliſarium quoque cum claſſe miſit*, &c. *Præcepit autem Beliſario, ut ire ſe Carthaginem ſimularet; ubi in Siciliam ventum eſſet, facta per neceſſitatis cauſam excenſione, tentaret Inſulam, ac ſi fieri poſſet, nullo negotio occuparet, receptam teneret, ita ut non dimitteret.*

Subjungit Procopius, Salonas a Mundo captas, univerſamque Siciliam a Beliſario ſubactam eſſe, idque currenti anno: *Cum Beliſa-* XVI.

rio,

se armatam. Ita quidem armatam legibus dixit: quod scilicet intelligeret ad hostes superandos præstare leges armis, quæ prorsus obtusa atque inutilia omnino reddantur, cum injustitia viget, pravique mores insurgunt, & inulta scelera dominantur.

XCVIII. Porro de Sicilia hoc anno Romano Imperio e Gothorum manibus vindicata mentionem habet idem Imperator in Novella constitutione hoc anno sub eodem Consulatu Belisarii data ad Joannem Præf. Præt. de Proconsule Cappadociæ; ubi in fine & quam de Deo fiduciam conceperit ad ea quæ reliqua essent prælia, notum facit, cum ait, (*a*): *Quæ res summo a nobis studio habita effecit, ut magnas etiam opes despexerimus: quamquam in tot sumptibus & magnis Bellis, per quæ Deus nobis dedit ut non solum pacem ad finem deduxerimus, & Vvandalos, Alanos, Mauritanos subegerimus, & totam Africam, insuper & Siciliam recuperaverimus; sed & bonam spem habeamus, quod Deus nobis annuet, ut & cæteras gentes, quas socordia sua Romani amiserunt, cum utriusque Oceani terminos tenerent, iterum ditioni nostræ adjungamus; quas nos divino freti auxilio ad meliorem statum redigere properamus. Neque quicquam detrectamus eorum, quæ vel ad extremam pertingunt difficultatem; vigiliis simul & inediis, cæterisque laboribus jugiter pro subditis nostris, ultra quam humanæ naturæ modus patiatur, utentes.* Hæc & alia ipse ibi hoc anno. Redacta vero sub Imperio Sicilia insula, eam Prætori more majorum Justinianus tradidit gubernandam (*b*).

(*a*) Nov. 30.

Nititur divino auxilio Justinianus.

(*b*) Novel. 75. & 104.

XCIX. At quid exsolvit pro tot a Deo acceptis beneficiis Imperator? Illud quod maxime ipsi Divinitati gratum esse sentiret, nempe ut ab omni turpitudine emundaret (quantum fas esset) Imperii primariam civitatem & omnes provincias Romano Imperio subjectas; in primis vero eas quas Deus ipsi recens subegerat nationes, quas omnes cœno putentis luxuriæ expurgaret, exhauriens omnium lenonum cloacas, in quas undique inferrentur vermibus insumenda cadavera, Novella edita sanctione, qua veluti scopa verreret collectas undique sordes. Ad finem enim anni hujus, ubi acceptorum in eo a Deo beneficiorum recensuit rationem, adversus omnes lenonum turpitudines Deo invisas ad Constantinopolitanos cives inscriptam sanctionem promulgandam curavit: nec ipsi id satis, sed & addidit, ut amplissimum monasterium exædificaret ad recipiendas miseras prostitutas ab ipsis feminas, quæ resipiscentes Deo vellent jugi pœnitentia deservire. Tantas autem res Christianissimo Principe dignas haud compendiosa narratione angustandas esse existimamus: sed in primis ipsam adversus lenones editam ab eo sanctionem, ob exactam rerum cognitionem, quo magis ejusdem Imperatoris pietas elucescat, & animi puri candor appareat, hic describendam putavimus; sic enim se habet (*c*):

Purgat orbem ab immunditiis Imp.

(*c*) Novel. 14. & Auth. de lenon. col. 2. tit. 1.

C. Justiniani adversus lenones sanctio.

*Et antiquis legibus & dudum imperantibus satis odibile visum est lenonum nomen & causa, in tantum ut etiam plurimæ contra talia delinquentes scriberentur leges. Nos autem & dudum posita contra eos, qui sic impie agunt, supplicia auximus; & si quid relictum est a nostris prædecessoribus, etiam hoc per alias correximus leges: & nuper interpellatione nobis facta rerum impiarum pro talibus negotiis * in hac maxime civitate commissis causam non despeximus. Agnovimus autem quosdam vivere quidem illicite, ex causis autem crudelibus & odiosis occasionem sibimet nefandorum invenire lucrorum, & circumire provincias & loca plurima, & juvenculas miserandas decipere, promittentes calciamenta & vestimenta quædam, & his venari eas, & deducere ad hanc felicissimam civitatem, & habere constitutas in suis habitationibus, & cibum eis miserandum dare & vestem, & deinceps tradere ad luxuriam eas volentibus, & omnem quæstum miserabilem ex corpore earum accedentem ipsos accipere, & celebrare conscriptiones, quia usque ad tempus quod eis placuerit, observabunt impiam hanc & scelestam functionem implentes. Quasdam vero earum etiam fidejussores expetere, & in tantum procedere illicitam actionem, ut in omni pene hac regia civitate, & in transmarinis ejus locis, & (quod deterius est) juxta sanctissima loca & venerabiles domos sint tales habitationes; & causæ sic impiæ & iniquæ sub nostris temporibus præsumantur: ita ut etiam quosdam miserantes earum, & abducere a tali operatione crebro volentes, & ad legitimum deducere matrimonium, non sinerent. Alios*

* nequitiis

PAGIUS *Gesta in Dalmatia & in Sicilia anno primo belli Gothici.*

rio, inquit, *felicius, quam dici possit, actum est. Consulatum enim, quem post victoriam Vandalicam susceperat* (hoc scilicet Christi anno) *adhuc gerens cum Siciliam omnem subegit, extremo illius die Syracusas ingressus est cum exercitu, ac Siculorum ingenti plausu, nummos aureos spargens. Id quod non ex composito fecit, sed casu quodam evenit, ut tota Insula jam Romanis recuperata, eo die Syracusas inveheretur, & Consulatu, non, ut mos erat, in Byzantii curia, sed ibi deposito, Vir Consularis evaderet.* Addit sub eodem anno nonnulla, quæ gesta sunt per hyemem; annorum enim militarium initium ducit a vere, quo solent exercitus ad bellum procedere; tum transit ab anno primo belli Gothici ad secundum, quo *Belisarius* ex Sicilia in Italiam transfretavit, capp. 7. & 8. scribens; *Primus annus exiit hujus belli, quod li-*

CI. *Alios autem sic scelestos existere, ut puellas nec decimum agentes annum ad periculosam deponerent corruptionem, & quosdam aurum dantes non parvum, vix inde redemisse miseras, & nuptiis copulasse castis. Esse etiam decies mille modos, quos nullus prævaleret sermo comprehendere, cum ad infinitam crudelitatem deductum sit tale malum: ita ut primum quidem in ultimis partibus civitatis esset, nunc autem & ipsa, & quæ circa eam sunt, omnia talium plena sint malorum. Hoc igitur dudum aliquis nobis secrete denunciavit: deinde etiam nuper magnificentissimi Prætores a nobis talia inquirere præcepti, hæc eadem ad nos retulerunt: moxque audivimus & judicavimus oportere Deo hujusmodi commendare causam, & velociter liberare tali scelere civitatem.*

CII. *Sancimus igitur, omnes quidem (secundum quod possunt) castitatem agere, quæ etiam sola Deo cum fiducia potis est hominum animas præsentare. Quia vero plurima sunt humana cum arte & dolo & necessitate quaslibet talium ad luxuriam deduci; omnibus prohibemus modis & nulli fiduciam esse pascere meretricem, & in domo habere mulieres, aut publice prostituere ad luxuriam, & pro alio quodam negotio talia mercari, neque conscriptiones super hoc percipere, neque fidejussores exigere, nec tale aliquid agere, quod cogat miseras & invitas suam castitatem confundere: neque sperare quia licebit de cætero eis vestium datione & ornamentorum forsan aut alimenti decipere, ut etiam invitæ sustineant. Non enim permittimus quicquam fieri tale, sed etiam nunc omnia talia breviter competenti cura disponimus, statuentes etiam reddi eis omnem quam contigerit cautionem occasione sceleris hujus exponi: & neque permittimus scelestos lenones, si quid dederunt eis, hoc ab eis auferre. Sed etiam ipsos lenones jubemus extra hanc fieri felicissimam civitatem, tamquam pestiferos & communes castitatis vastatores factos, & liberas ancillasque requirentes & deducentes ad hujusmodi necessitatem, & decipientes & habentes educatas ad universam confusionem.*

CIII. *Præconizamus itaque, quia si quis de cætero præsumpserit invitam puellam assumere & habere ad necessitatem nutritam, & fornicationis sibi deferentem quæstum: hunc necesse esse a spectabilibus Prætoribus populi hujus felicissimæ civitatis comprehensum, omnia novissima sustinere supplicia. Si enim pecuniariorum eos furtorum & latrociniorum emendatores elegimus; quomodo non multo magis castitatis furtum & latrocinium eos coercere permittimus? Si quis autem patiatur in sua domo quemdam lenonem, & hujusmodi propositum operationis habere, & hæc denunciata cognoscens, non etiam domo sua expulerit; sciat se decem librarum auri sustinere pœnam, & circa ipsam periclitaturum habitationem. Si quis autem conscriptionem de cætero in talibus præsumpserit, aut fidejussorem acceperit: sciat nullam quidem se utilitatem hujusmodi fidejussionis aut conscriptionis habere. Etenim fidejussor quidem obligatus non erit, conscriptio autem omnino invalida manebit, & ipse (sicut prædiximus) corpore supplicium sustinebit, & a magna hac longissime civitate expelletur.*

Mulieres itaque caste quidem vivere volumus & oramus, non autem invitas ad luxuriosam vitam deduci, nec impie agere cogi: omnino enim lenocinium fieri prohibemus & factum punimus, præcipue quidem in hac felicissima civitate & in ejus circuitu: nihilominus autem & in locis foris positis omnibus, & quæ ab initio nostræ sunt Reipublicæ, & quæ nunc denuo a Domino Deo data sunt nobis, & maxime in illis; eo quod Dei dona quæ circa nostram fecit Rempublicam, volumus conservari pura ab omni tali necessitate, & Domini Dei circa nos munera permanere digna. Credimus enim in Domino Deo, etiam ex hoc nostro circa castitatem studio magnum fieri nostræ Reipublicæ incrementum, Deo nobis omnia prospera per talia opera conferente. CIV.

Quatenus ergo vos primi nostri cives casta hac nostra fruamini dispositione: propterea hac sacra prædicatione utimur, ut sciatis nostrum circa vos studium, circa castitatem ac pietatem labores nostros per quos in omnibus bonis custodiri nostram Rempublicam speramus. Scriptum exemplar gloriosissimo Magistro, mutatis ad hunc modum verbis. CV.

Ut ergo omnibus hæc manifesta fiant in nostra habitantibus Republica, tua sublimitas hanc nostram suscipiens sacram legem in omni ditione præceptis propriis eam universis insinuet: ut non solum in hac felicissima civitate, sed & in provinciarum custodiatur locis, Domino omnium Deo pro alio quodam odore suavitatis oblata. Data Kalendis Decembris Constantinopoli, Belisario V. C. Consule. CVI.

Hactenus constitutio hoc anno data: sequenti vero post Consulatum Belisarii addidit aliam (a) adversus eos qui jura- men-

(a) *Const. 45. apud Julian. Antecess.*

PAGIUS *literis commisit Procopius. Belisarius relicto Syracusis & Panormi præsidio, cum cæteris copiis Messana trajecit Rhegium, ubi Scyllam & Charybdin fuisse Poetæ fabulantur.* Ex hujus anni exclusione ab annis belli Gothici per annos XVIII. Chronologia Ecclesiastica in multis labefactata, quæ nobis restituenda erit.

XVII. *Synodus Arvernensis.* Concilium *Arvernense* in Gallia celebratum hoc anno, ut videre est anno DXLI.

mentum exigerent a meretrice, quod numquam ab ea infami arte recederet.

CVII. Adjecit his etiam Justinianus Imperator maxime pius, quo vere Christianissimi Imperatoris specimen edidit, ut miserabiles illas mulierculas prostitutas ita lenonum subsidio destitutas nequaquam abiiceret, sed regia munificentia in regias exciperet domos, ubi easdem alendas regiis expensis curavit. De his enim ista Procopius (a), dum ejusdem Imperatoris ædificia præclara recenset: *In opposito littore olim Regiæ erant spectatu dignæ: has Deo in hunc modum consecravit Justinianus Imperator. Apud Byzantium conventus erat mulierum in lupanari Veneri servientium, non quidem sponte, sed urgenti paupertate; a lenone victum accipientes, cogebantur subinde per singulos dies corpora vulgare, & viris ignotis, quos casus ferebat, admisceri. Olim enim hic erat lenonum copiosa familia, quippe qui ex libidinis officina lucrum aucupabantur, in foro publice alienam pulchritudinem venditantes, & illaqueantes castitatem. Rex autem Justinianus & Theodora Regina invicem pietate moti, scelestum lupanaris conventum expurgarunt, & expuncto lenonum nomine, mulieres paupertate oppressas ab intemperantia servili liberarunt, dato illis libero victu, & castitate libera. Hæc igitur Rex administravit in littore, quod in dextra occurrit ingredienti Euxinum mare: priores Regias in celebre monasterium commutavit, in receptaculum scilicet mulierum, quæ propter vitam male actam pœnitentiam agunt. Quapropter hoc mulierum conventiculum, ob rei similitudinem, cognominabant, Pœnitentiam. Multis pecuniarum proventibus Reges ipsi hoc monasterium locupletarunt, multa præterea venustate & sumptibus in primis excellentia ad consolandas mulieres ædificarunt, ne ad servanda castitatis munia quoquo modo segniores fiant.* Hactenus de his Procopius, hicque finis dicendi de rebus ab Imperatore gestis post Siciliam vendicatam. Qui igitur erepta a barbaris accepit a Deo regna, aliquam ex parte saltem vicem pendens, ipse erutas a diaboli tyrannide Christianas feminas in Regiis collocavit.

(a) Procop. de ædifi. Justinian. Imp. ora. 1.

Monasterium dictum Pœnitentia.

CVIII. ☞ Jam vero quæ reliqua sunt Agapeti Papæ anni hujus videamus: accepimus ab Ecclesia Arelatensi duas ejus epistolas ad S. Cæsarium Episcopum Arelatensem, priorem quidem de non alienandis bonis Ecclesiasticis, posteriorem vero de appellatione Contumeliosi Episcopi ad Apostolicam sedem: datas ambas hoc anno, nempe post Consulatum Paulini, quarum prior sic se habet:

CIX. *Dilectissimo fratri Cæsario Agapetus.*

Tanta est, Deo propitio, & a Deo * *libentissime concedenda quæ alimoniis proficiunt pauperum, & circa tuæ fraternitatis affectum nostra devotio, ut onerosum nobis nullatenus esse judicemus, quod annui vestris desideriis postulatis: sed revocant nos veneranda Patrum manifestissima constituta, quibus specialiter prohibentur prædia juris Ecclesiæ, cui nos omnipotens Dominus præesse constituit, quolibet titulo ad aliena jura transferre. Quam rem vestræ quoque sapientiæ credimus esse gratissimam quod in nullo contra priscæ definitionis constituta vel regulas pro qualibet occasione, vel sub cujuscumque personæ respectu venire præsumimus; ne tenacitatis studio, aut sæcularis utilitatis causa hæc facere nos credatis. Sed divini consideratione judicii necesse nobis est, quicquid sancta Synodalis decrevit auctoritas inviolabiliter custodire. Quod ut charitati tuæ indubitabiliter elucescat, ad locum de hoc articulo ex constitutis Patrum fecimus relevari: quæ cum præsentibus pariter affatibus credimus dirigenda. Dominus te incolumem custodiat, frater reverendissime. Dat. XV. Kal. Aug. P. C. Paulini Jun. V C.* Post finem epistolæ idem Pontifex ejusmodi apposuit decretum editum in Romano Concilio tertio (b) sub Symmacho Papa totidem verbis exscriptum, apposito hujusmodi titulo:

* adeo

Epist. Agapeti Pap. ad S. Cæs. Arel. Ep. de non alien. bon. Eccl.

(b) Conc. Rom. 3 sub Symmacho c. 4.

CX. *Ex constituto Synodali inter cætera, & ad locum. His ergo perpensis, mansuro cum Dei nostri consideratione decreto sancimus, ut nulli a præsenti die (donec disponente Domino Catholicæ fidei manserit doctrina Salvatoris * liceat prædium rusticum, quantæcumque fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis, sub qualibet * alienatione ad cujuslibet jura transferre. Nec cujusquam excusetur necessitatis obtentu, quippe cum non sit personale quod loquimur; nec aliquis clericorum vel laicorum sub hac occasione accepta tueatur. Ac paulo post (c): Quicumque oblitus Dei, & decreti hujus immemor, cujus Romanæ civitatis sacerdotes volumus religiosis nexibus devinciri, contrafacere aut aliquid alienare tentaverit *, honoris sui amissione mulctetur. Præterea (d) qui petierit aut acceperit, vel qui presbyterorum aut diaconorum seu Defensorum danti subscripserit, illo quo iratus Deus animo percutitur, anathemate feriatur: sitque accipienti vel subscribenti de personis superius comprehensis, id est, quas anathemate feriri censuimus (statuta pœna contubernio * servata) quam promisimus in dante * vindicta; nisi forte dator * sibi celeri repetitione prospexerit. Quod (e) si minori animæ suæ cura quisquam remedium oblatum forte neglexerit, subeat ea pœnarum genera, quæ superius tenentur ascripta. Contra-*
fas

* salutaris

* perpetua

(c) Eod. Conc. c. 6. in 17. q. 4. quicunque Dei.

* omittit plura quæ illic leguntur verba.

(d) Eod. Rom. Conc. c. 7.

* contubernalium.

* alienatore.

* alienator.

(e) Eod. conc. c. 8.

fas si qua corrupta fuerit scriptura, universis viribus, quamvis ab initio nullas habuerit, effœtetur. Sed etiam liceat quibuscumque Ecclesiasticis personis vocem contradictionis afferre, & Ecclesiastica auctoritate fulciri, ita ut cum fructibus possint alienata reposcere; nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui a religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit. Hucusque descripsit Agapetus ex dicto Romano Concilio ad Cæsarium: ex quibus æque intelligi, quam aversi & prorsus alieni essent sancti Pontifices a rerum Ecclesiæ alienatione quovis obtentu quæsito. Qui enim rogat, sanctus est; pro quibus rogat, pauperes sunt utique sub cura Romani Pontificis: etenim etsi facta sit inter Principes Apostolorum in prædicatione verbi distinctio nationum, cura tamen pauperum (ut
(a) *Gal. 2.* ait Paulus *a*) in solidum cessit, utrique: cum alioqui Romano incumbat Pontifici ex prærogativa primatus, pauperum omnium pro facultate curam gerere. At de his nulla habita ratione, perstitit sanctissimus Agapetus firmiter in decreto de non alienandis bonis Ecclesiasticis; exemplum posteris præbens quam in his debeant esse tenaces. Sed reddamus hic posteriorem Agapeti epistolam ad eumdem Cæsarium conscriptam in causa Contumeliosi antea damnati Episcopi:

Dilectissimo fratri Cæsario Agapetus.
CXI. Altera Agapeti Pap. epist. ad Cæs. Episc. de Contume. Epis.
Optaveramus, frater amantissime, ut Episcopi Contumeliosi opinione integra permanente, nec tibi dudum fieret necessitas judicii, nec nobis causa censendi: maxime quia in suprascripti viri accusatione communis honoris reverentia quodammodo videtur incursata. Unde quatenus præsumptione (sicut asserit) innocentiæ ad appellationis voluit auxilium convolare, orationibus assiduis hoc innitamur, ut eum cognitionis iteratæ beneficium gratulationi omnium restituat absolutum. Delegaturi enim, Deo nostro adjuvante, sumus examen ut secundum canonum venerabilium constituta sub consideratione justitiæ omnia, quæ apud fraternitatem tuam de ejusmodi negotio acta gestave sint, diligentissima vestigatione flagitentur: neque enim prædictum virum convenit eventu prius habitæ cognitionis urgeri, quippe cum & ipse judicium petierit. Non avertatur voluntas animi a precibus infirmorum, cum in necessitate fuerint; ne nobis (quod avertat Dominus) ea quæ le-
(b) *Prov. 21.* *guntur in Proverbiis dici possint (b): Qui obturat aurem suam, ut non audiat infirmum, & ipse invocabit Dominum, & non erit qui exaudiet eum. Quid est enim infirmius Episcopo Contumelioso, qui in tribulatione positus & de præteriti judicii pudore confunditur, & cognitionis quæ futura est expectatione turbatur? Quia quamlibet ei (quod optandum est) puritas forte suffragetur innocentiæ, non potest judicii solicitudinem non habere.*

Et nos quidem, quamvis culpatus a vobis Emeritus defensor memoratum Episcopum reversum ad Ecclesiam suam charitatis tuæ voluntate firmaverit usque ad exitum judicii, quod delegaverimus Episcopo Contumelioso, reddita sibi modo propria substantia, suspensum interim volumus ab administratione patrimonii Ecclesiastici, & celebratione Missarum: quia id quod sibi viderat judicio fuisse sublatum, gloriosius, si ei veritas suffragatur, judicio receperit, quam usurpationibus occuparit. Melius autem fecerat fraternitas tua, si postea quam sedis Apostolicæ appellationem interpositam desideravit, examen circa personam ejus a tempore sententiæ nihil permisisses imminui, ut esset integrum, negotium, quod interposita provocatione quæreretur: nam si in executionem mittitur prima sententia, secunda non habet cognitio quod requirat. Addendum, quia etsi non esset prædictus Episcopus judicationi refragatus, privatam magis potuit secundum canones expetere secessionem, quam severitatem religionis excipere. Suspensus igitur (sicut præfati sumus) Episcopus Contumeliosus habeat tantum quam præsumpsisse dicitur celebrationem Missarum: & patrimonio Ecclesiæ in gubernatione Archidiaconi ejusdem Ecclesiæ constituto, ita ut alimonia sufficienter Episcopo non negentur, visitatoriam in ejus loco præcipimus ordinari personam, & patienter expectare Judices quos inspirante nobis Domino, constituerimus, audire. Præterea ne quid esset quod charitati tuæ videatur incognitum, studio dilectionis constitutorum, fecimus capitula subter annecti, ut scientia communicemur canonum, sicut participamur affectu. Dominus te incolumen custodiat, frater reverendissime. Dat. XV. Kalend. Augustas. P. Conf. Paulini Jun. V. C. Hactenus Agapeti epistola ad Cæsarium ☞ ☜ Quomodo autem occasione litterarum Agapeti ad Clotharium Francorum Regem, immane ab eo patratum est sacrilegium, sic accipe (*c*): CXII.

(c) *Ex hist. Gallica Bernardi de Corard. Domini Dubaillan in Vita Clotharii Primi, Regis VII. Franciæ.*

Clotharius die Veneris sancta, anno quingentesimo trigesimo quinto interfecit Gualterum Dominum de Yvetot in Northmannia: cujus rei varie narratur occasio. Quidam dicunt, hunc Gualterum præfati Regis cubicularium, nobilem, fortem, ac strenuum virum, præsertim adversus Fidei hostes extitisse: quod illi summopere Regis amicitiam conciliavit; odium vero ac invidiam quorumdam aulicorum viceversa conflavit: qui quidem tot in illum calumnias (domestica aulæ vitia) injecerunt, ut

Gualterus Dominus de Yvetot a Clotario Rege interficitur.

ut Regi infensum reddiderint: qui amore in odium mutato, Gualterum deinceps parvi fecit, atque adeo se illum interfecturum minabatur. Qua de re monito Gualtero, furoremque sui Principis (subdito semper formidabilem) vitare cupiente; ex aula prudenter ac clanculum se subduxit, abfuitque a Gallia per decennium. Intra quod tempus terra marique bellum atrox intulit Sarracenis, variasque de illis victorias reportavit. Quibus tandem confectis Romam se contulit, Pontificemque Agapetum adivit; a quo honorifice exceptus est. Cum autem Gualterus in patriam redire valde expeteret (cujus quidem desiderium præter omnia hominum animos exstimulat) Pontifex illius precibus annuens, litteras ad Clotharium scripsit, quibus eum rogabat, ut Gualterus falsis delationibus exulare coactus, atque adeo vir probus & magnanimus eques, de Orbe Christiano benemeritus, secum in gratiam rediret, atque in integrum restitueretur. Gualterus bis cum litteris Suessonum, ubi Rex degebat, die Veneris sancta advenit; & cum Rex in sacello suo sacris adesset, Crucemque adorare vellet, Gualterus prædictum sacellum intravit, Pontificisque litteras Regi obtulit. Rex autem prima fronte Gualterum non agnovit propter diuturnam illius e Regno absentiam: sed acceptis & perlectis litteris, ipsoque agnito, gladium suum exeruit, vel, ut aliis placet, militis cujusdam astantis ensem corripuit, & Gualterum interfecit. Pontifex crudeli hoc facinore accensus, Regi mandavit, ut culpam illam emendaret, alioquin Regnum ipsius interdictum fore. Tunc Clotharius pœnitentia ductus, in satisfactionem criminis statuit, dominos de Yvetot, eorumque hæredes in posterum ab omni feudo, omnibusque debitis Regi juribus propter terram de Yvetot, immunes fore: cum nimirum jus civile, ac commune huic sententiæ suffragentur, ut quotiescumque dominus injuriam infert subdito suo, feudum ipsiusque jura amittat. Qua de re diplomata ab ipso Clothario concessa fuere, quibus dominos de Yvetot, eorumque successores ab omnibus in perpetuum feudi juribus exolvit. Sed postea titulus ille regni in principatum mutatus fuit, qui ad hunc usque diem remansit in familia Bellajorum. Hæc ibi. ☞ Jam ad res gestas anni sequentis transeamus.

Clotharius pœnitentia cædis ductus Dominos de Yvetot ab omni jure Regi debito immunes facit.

JESU CHRISTI ANNUS 536. | AGAPETI PAP. ANNUS 2. | JUSTINIANI IMP. 10. THEODATI REG. 3.

I. *Agapetus Papa legationem suscipit.*

QUi sequitur Christi annus quingentesimus trigesimus sextus, nullius Consulatu notatus post Consulatum Belisarii in veteribus monumentis inscriptus habetur, idemque primus annus belli Gothici in Italia a Procopio numeratur, cum Justiniani Imperatoris decimus inchoatur: Quo Agapetus Papa a Gothorum Rege Theodato subire cogitur difficillimæ legationis onus Constantinopolim ad Justinianum Imperatorem. Quamtumlibet enim anno superiori ad eumdem Augustum pro Ecclesiasticis rebus honorificam plenamque satis misisset, quam recensuimus, legationem, per quam pacem a Justiniano efflagitasset, nec obtinuisset, immo jam bellum indictum accepisset: atque etiam Rex barbarus dispendium passus esset Dalmatiæ atque Siciliæ, timeretque simulac, hieme lapsa, opportunum navigandi tempus adesset, fore, ut Belisarius, qui in Sicilia hiemavit, Italiam invaderet: tantum discrimen antevertendum putavit, non alio obice, quam Summi Pontificis legatione, qua pacem rursum peteret ab Imperatore. De qua legatione hæc Liberatus diaconus (*a*): *Quo tempore Theodatus Rex Gothorum scribens ipsi Papæ & Senatui Romano* (Ravennæ enim degere consuevit) *interminatus non solum Senatores, sed & uxores, & filios, filiasque se gladio interempturum, nisi egissent apud Imperatorem, ut destinatum exercitum suum de Italia submoveret. Sed Papa pro eadem causa legatione suscepta, Constantinopolim profectus est.* Hæc Liberatus. Porro erroris arguuntur, qui hanc Agapeti legationem in superiorem reiiciunt annum; cum ex Procopio, qui rebus præsens fuit, satis liqueat, hæc de legatione acta absoluto anno superiori, cujus die novissimo Belisarius Consulatus insignia, absoluto munere, Syracusis deposuerat.

(*a*) *Liberat. in Brev. c.* 24.

Quæ autem præcesserint Agapeti hoc anno legationem, ex eodem auctore rem accurate prosequente dicamus. Missus est ad Theodatum rursum Petrus a Justiniano Imperatore legatus, vir eloquens & in rebus agendis quam dexterrimus; cum quo Theodatus quæ egerit anni hujus exordio Procopius ita scribit (*b*): *Petrus interea in Italiam delatus, de his omnibus*, quæ scilicet Belisario feliciter contigissent, *certior factus, instare tunc acrius, & Theodatum terrere haudquaquam intermittebat. Tum ille timore perculsus & attonito similis, haud secus voce emissa ac bello captus fuisset amotis arbitris, cum Petro in colloquium venit. Et inter eos demum conventum, ut Imperatori Theodatus universam Siciliam cederet, illique auream in annos singulos trecentarum librarum coronam mitteret, e Gothisque item ad tria millia pro ejus ut traderet arbitratu. Theodato vero ut minime liceat sive Sacri, sive Senatorii ordinis, sine Imperatoris permissu quemquam occidere, vel ejus bona in publicum proscripta redigere. Et si quem forte ex subditis ad Patriciam velit, sive aliam hic dignitatem provehere, ab Imperatore hanc dari deposcat. Quinetiam Ro-* II.

(*b*) *Procop. de bello Goth. lib.* 1.

De pacis conditionibus.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6029.

SÆC. VI. ☉ 13. FE. ☽ 5. P. 23. Mart. Indict. 14.

Anno Eræ Hispan. DLXXIV. A.C. 536.

JESU CHRISTI 536.

SILVERII PAPÆ 1.

JUSTINIANI IMP. 10.

VITIGIS REG. 1.

I. *Postconsulatus.*

[1] HOC anno nulli Consules creati, sed in Oriente hæc formula usurpata: *Post Consulatum Fl. Belisarii*: in Occidente vero ista: *Post Consulatum Paulini II.* idest anno secundo.

II. *Est hic annus II. belli Gothici.*

A num. I. ad XVI. Est hic annus secundus belli Gothici, non vero primus, ut putavit Baronius, qui ideo quæ post vernum tempus currentis anni, quo secundus belli Gothici annus inchoatur, gesta sunt, in annum sequentem perperam differt. Nam secundo anno belli Gothici *Belisarius* Neapolim expugnavit, Gothi *Vitigem* Regem crearunt, & *Theodatum* occiderunt. Præterea quæ in Galliis possidebant, cessere Francis, & *Belisarius* Romam occupavit; de quibus tamen Baronius anno tantum sequenti agit. Quare ea ex eo anno in istum transferenda.

III. Recte tamen Baronius refert hoc anno duplicem Legationem; alteram *Justiniani* ad *Theoda-*

NOTÆ [1] COs. *Post consulatum Fl. Belisarii*, vel: *Post consulatum Paulini* II.

Inscriptiones basilicæ S. Pauli n. 303. *Dep.* PRIDIE. ID. OCTOBRIS. *post Conf.* BLISARI VC INL.

Epitome temporum & Indiculus Paschalis anno a Passione Domini DVIIII. bisextili; *Iterum P. C. Paulini.* Victor; *P. C. Belisarii anno II.* GEORGIUS

Romanus ut populus pro ejus consuetudine, in acclamationibus ac plausu ipso, Imperatoris in primis nomen pronuntiet, Theodati deinceps, sive in theatris, sive in triviis, sive alibi ubicumque id fieri contigerit. Statua præterea sive ænea, sive alia quavis materia structa, numquam soli Theodato, sed utrisque semper imponatur, Imperatoris ad dexteram, Theodati ad lævam.

III. Theodatus nimio timore agitatur. *His quidem & scriptis cum pactionibus Petrum legatum Theodatus Byzantium ad Imperatorem remisit. Quo inde dimisso, hominem statim trepidatio cepit, & in varias quasdam formidines egit, ejusque mentem varie volutabat, vel solo belli nomine territando, ne si forte Imperatori haudquaquam placerent, quæ inter se fuissent & Petrum conventa, bella essent mox occursura. Unde abeuntem Petrum & in Albanos profectum, ad se revocatum, perinde ac alia secum acturus, seorsum rogabat, num petitiones inter se factas voluptati esse Imperatori existimaret. Cui affirmanti ita se suspicari, respondit; Sin vero minus oblectent, quid deinde agendum? At Petrus: Belligerandum tibi proculdubio erit, o strenue. Tunc Theodatus; Num æquum id fuerit? Cur non id æquum futurum sit, inquit, ut studia animo cujusque insita observentur & artes? Quid enim sibi vult illud, o Theodate, ut ipse studii plurimum philosophiæ impendas, Justinianus vero Romanorum Imperator animi magnitudini studeat, strenueque ut omnia peragat: in eo tamen differat plurimum, quod qui philosophiæ operam det, mortem afferre hominibus & his quidem tam multis haudquaquam sat deceat, & ex Platonicis præcipue disciplinis, quarum te scilicet participem factum, quavis cæde vacare, profecto nil sanctius sit: sed illum pristino ac suo Imperio loca sedulo addere, atque identidem vendicare, nil prorsus dedeceat.*

IV. De Legatione Rustici Agapeti. *Hac Theodatus tam callida suggestione facile persuasus, cessurum se Justiniano Imperatori principatum fatetur; idque ipse in primis atque ejus deinceps uxor juravit: Petrumque adegerunt, ut jurejurando polliceretur non se prius id editurum in vulgus, quam Imperatorem cognoverit priores illas non admissurum conditiones. Unde & Rusticum sacerdotum e numero quemdam, Romanum virum, & peridoneum ad eam rem confirmandam Byzantium cum Petro transmisit. Huic ad Imperatorem litteras dedit.* Hæc Procopius: quod vero de Rustici legatione ait, hunc certum est fuisse Agapetum, qui Rusticus dictus est. Porro visus est Procopius ignorasse, hunc ipsum fuisse Romanum Pontificem, cujus nec amplius usquam meminit. Sed ne quid de hac legatione prætermittatur, quam Pontificia dignitas adeo illustravit, neve quid ambiguum relinquatur: exacte cuncta sunt disquirenda, & quo sunt facta ordine recensenda.

In primis autem meminisse debemus, Petrum hunc, de quo agitur, sæpius ab eodem Imperatore missum ad Theodatum, eodem esse legationis munere functum: primo videlicet (ut ex Procopio patuit) cum adhuc superstes esset Amalasuntha, quam, cum in Italiam pervenisset, defunctam invenit: secundo vero hanc, de qua est sermo, legationem obivit; tertio vero missus, ut quæ promiserat Theodatus Imperatori præstaret. Hæc omnia ex Procopio. Quod autem ad secundam hanc, de qua agitur, legationem pertinet; has illi dedisse litteras Theodatum, Procopius tradit (a): V. De tribus Petri legationibus. (a) Proc. de bello Goth. lib. 1.

VI. Litteræ Theodati ad Justin. Imp. *Non quidem ipse ad id regium culmen ut adventitius & peregrinus perveni, quippe qui ex avunculo Rege sim genus sortitus, & pro ejus nutritus hic dignitate: bellorum vero ac bellicæ turbulentiæ sum equidem non omnino peritus. Cum enim in audiendis litterarum optimis disciplinis exercitus sim, & in eas studium meum omne contulerim; contigit sane ut a bellicis his perturbationibus quam longe semotus, ad id demum venerim, ut haud quaquam decere me ducam, pro terrestris Imperii, & bonorum præsentium cupiditate vitam ut in discrimine agam, sed ab his prorsus ut procul absim: nimirum cui neutrum mibi sit voluptati, tum quia alterum satietate metimur (nam suavitatum omnium satietas est) tum quia insolentia ipsa, consuetudoque in anxietates plerumque & turbas inducunt. Ipsa igitur si modo*

PAGIUS *Legatio Justiniani ad Theodatum & hujus ad Justinianum.* *datum* Ostrogothorum Regem, alteramque *Theodati* ad *Justinianum*, Procopius enim lib. 1. de Bell. Goth. cap. 6. & 7. narrat quæ anno primo belli Gothici in finem vergente contigere, atque *Theodatum*, cum omnem Siciliam in *Belisarii* potestatem redactam videret, pavidum & attonitum cum *Petro* Justiniani Legato pactum esse, ut ipse omni *Sicilia* Justiniano Augusto cederet, eaque præstaret, quæ in pactis a Procopio recitatis continentur. Deinde *Petrum* & *Rusticum* Legatos Byzantium ad Imperatorem misit, qui hæc illi exponerent; & si pacta ea reiiceret, Literas eidem redderent, quibus Theodatus *Justiniano* significabat, se illi Gothorum, Italorumque Imperium tradere, modo haberet unde vivere posset. Sed Legatos Constantinopoli reversos *Theodatus* male habuit, & pactionem quam cum Imperatore fecerat, violavit. Quibus narratis Procopius cap. 7. scribit: *Pariter cum hyeme primus annus exiit hujus belli, quod literis commisit Procopius.* Quare gesta hæc hoc anno ante vernum tempus, & recte a Baronio consignata sunt.

Quoad *Agapetum* Pontificem Romanum, is a *Theodato* coactus Legationem suscepit ad *Justinianum* IV.

do mihi prædia sint, quæ aureos ducentos * *& mille quotannis, parvi equidem sum regnum facturus, tibique statim Gothorum, & Italorum permissurus Imperium, ut qui longe malim terræ cultor sine negotio esse, quam in Imperatoriis curis vitam hanc degere, vicissim in pericula transmittentibus. Mittes ergo quam celerrime hunc ad nos virum, cui cum Italiam ipsam, tum res cæteras tuo sim nomine traditurus.* Hactenus litteræ Theodati ad Justinianum a Procopio recitatæ.

* aliter ex Græco habet, nempe XII. Centenariorum annuum proventum.

VII. Theodati aliæ secretæ aliæ publicæ litteræ.

Porro has litteras secretas esse oportuit. Etenim quas eidem Petro hoc anno datas recitat Cassiodorus (a), ab his diversæ sunt, nihilque præterea habent, quam exhortationem ad oblatam pacem non respuendam: cujus etiam sunt argumenti, quas eidem Petro ad ipsum Imperatorem dedit Gudelina Regina uxor Theodati, & aliæ ad Augustam Theodoram; vel quas Theodatus misit, cum primum profectus est Petrus: itemque & aliæ, quas dedit Summo Pontifici; quem licet non nominet, illis tamen verbis significat, quibus ait (b): *Nunc iterum per illum virum sanctissimum eadem credimus esse repetenda, ut vera atque affectuosa judicetis, quæ frequenter repetita cognoscitis, &c.* Et in litteris Reginæ (c): *Et ideo illum virum venerabilem, vestris conspectibus vere dignissimum, legatum nostrum ad vos specialiter credimus esse dirigendum.*

(a) Cassio. Var. l. 10. ep. 19. 20. 21. 22. 23.

(b) Cassiod. Var. l. 10. ep. 22.

(c) Cassiod. Var. l. 10. ep. 23.

VIII. Vera tamen esse, quæ de Theodato Rege Gothorum meticuloso Procopius scribit, & illis quidem majora fuisse, vetera monumenta declarant, ex quibus ipsum statim adimplere cœpisse constat oblatas conditiones, quas Justinianus postea respuit: nummos siquidem mox cudere aggressus est, in quorum singulis primo loco Justiniani imaginem effigiandam curavit, ex adversa autem parte nomen suum; prout ex uno ipsorum, cujus hic tibi formam curavimus exprimendam, poteris intelligere.



(d)



(d) Ex nummo argenteo e promptuario antiquitatum Lalii Pasqualini.

IX. Satis vides, primum locum tributum Imperatori, in nummi vero postica inscriptum tantum haberi nomen ipsius Gothorum Regis Theodati absque aliqua ejus imagine. Ex qua etiam in nummo posita inscriptione intelligis (ut id obiter tangam) quomodo ejusdem nomen Regis, scribi solitum fuerit, nempe triplici aspiratione, Theodahathus, non ut frequenti usu receptum, ut simplici aspiratione, Theodatus, secundum Latinam, non secundum Gothicam pronunciationem scribatur. Habes de his præterea oppignoratam fidem scholiastis in notatione affixa apud eundem Procopii locum de alio item ejusdem Theodati nummo huic simili, ubi ait: *Ad hanc pacis conditionem accedit inscriptio nostri numismatis argentei, in cujus latere dextro D. N. JUSTINIANO P. AUG. a sinistro D. N. THEODAHATHUS REX.* Sic igitur certo vides, timore nimio Theodatum exagitatum ante implere cœpisse quas obtulit pacis conditiones, quam eas Justinianus probasset, quæ novis emergentibus causis (ut inferius dicturi sumus) contulit

De legatione Agapeti Pont.

PAGIUS

Agapetus PP. legatus ad Justinianum Aug.

num Aug. eum rogaturus, ut ex Italia exercitum summoveret, quod etiam recte a Baronio hoc anno narratur: *Qui vero Agapitus*, inquit Anastasius, *ambulavit Constantinopolim X. Kal. Maii ingressus Constantinopolim, & susceptus est Agapitus Episcopus cum gloria*. Verum, ut observat Baronius, Acta Synodalia eum illuc maturius, quam die XXII. mensis Aprilis pervenisse ostendunt, ideoque loco, *X. Kalend. Maii*, legendum, *X. Kalend. Martii*. Certe secunda fidei Confessio, quam Justinianus obtulit Agapeto, dum Constantinopoli esset, cujus Baronius meminit num. XVIII. dicitur *data XVIII. Kalend. April. Constantinop. Fl. Belisario U. C. Cos.* ubi tamen legendum est, *post Consulatum Belisarii V. C.* qua formula hic annus notatur. Loco etiam, *XVIII. Kalend.* legendum *XVII. Kalend.* quia mensis Aprilis non plus quam dies XVII. ante Kalendas habet. Quare *Agapetus* die XVI. mensis Martii, quo ea Confessio scripta, jam Constantinopoli agebat. De illa fidei Confessione vide dicta anno superiori num. V. & seqq.

temptæ sunt. Sed jam de missa ab eo legatione agamus.

Vasa oppignorata reddi jubentur. Agapetus igitur ejusmodi subire provinciam barbarico coactus imperio, ad expensas in via faciendas, regio Arcario opus habuit vasa sacra oppignorare. Operatus est tamen postea Cassiodorus apud Regem, ut eadem redderentur Ecclesiæ S. Petri, a qua sublata fuerant: de quibus ejusmodi memoria dignas litteras idem Cassiodorus (a) scripsit Arcariis, cum adhuc fungeretur ipse officio Prætorii Præfecturæ.

(a) Cassio. Var. l. 12. ep. 20.

*Tomaci * & Petro VV. CC. Arcariis Senator. Præf. Prætorio.*

* Tomati

*Retinetis mecum, fidelissimi viri, sanctum Agapetum * urbis Romæ Papam, cum ad Orientis Principem legationis gratia mitteretur, jussione regia, datis pignoribus, a vobis tot libras auri, facto pictatio, solemniter accepisse: ut cui providus dominator jussit ad subditum * ejus etiam urgere excessum. Primum quidem benigne præstitit, qui in necessitate mutuas pecunias dedit; sed quanto gloriosius fecit, etiam illud elargiri, quod cum gratiarum actione potuisset offerri? Victa est sine damno necessitas: manus Papæ dabat, quod ejus substantia non habebat; & illud iter est indemne redditum, quod donis constat expletum. Quale, rogo, videbatur, Antistitem petentibus Ecclesiam, & Ecclesiam nulla detrimenta sentire? Distributor fuit potius, quam donator: quia necesse est illi applicari, de cujus facultatibus videbatur expendi. Quid non agat apud pium Principem talis legatio, quam destinatam singulari constat exemplo?*

* Agabitum.

* subsidium.

XI. *Quapropter nostra præceptione commoniti, & regia jussione securi, Sanctorum vasa cum obligatione chirographi auctoribus sancti Petri Apostoli sine aliqua dilatione refundite, ut lucrose reddita celeriter impetrata videantur. Optata referantur manibus Levitarum ministeria toto Orbe narranda. Donetur quod proprium fuit: quoniam juste per largitatem recipit, quod sacerdos legibus obligavit. Superatum est exemplum, quod in historia nostra magna intentione retulimus. Nam cum Rex Alaricus urbis Romæ deprædatione satiatus, Apostoli Petri vasa suis deferentibus excepisset; mox ut rei causam habita interrogatione cognovit, sacris liminibus deportari diripientium manibus imperavit: ut cupiditas, quæ deprædationis ambitu admiserat scelus, devotione largissima deleret excessum. Sed quid mirum, si reverendorum Sanctorum diripere vasa noluit, qui tanta se Urbis vastatione ditavit? Rex autem vester religioso proposito reddidit vasa, quæ jure pignoris propria videbantur effecta. Et ideo talibus factis frequens præstetur oratio: quando læta concedi posse credimus, cum retributionem bonis actibus postulamus.* Hucusque Cassiodorus.

XII. Non ex divitiis sed ex Apostolica auctoritate Majestas Rom. Ecc.

Ad hæc modo provoco Novatores; qui ex opulentia crevisse Romanæ Ecclesiæ summam auctoritatem, non ex Apostolica potestate, dixere: cum cernere sit sub barbarico jugo captivam sanctam Romanam Ecclesiam eo paupertatis adactam, ut cum nec ex omnibus suis redditibus corradere tantum pecuniæ posset, quæ Pontifici legatione fungenti ad iter conficiendum Constantinopolim satis esset; opus fuerit vasa sacra pignori dare ad pecuniam tunc necessariam comparandam: & tamen nihil umquam toto eo tempore supremæ Pontificiæ auctoritatis fuit imminutum, vel relaxatum ad delinquentes coercendos Apostolici roboris: immo nescio an aliquo alio tempore magis viguerit in Ecclesia Romana suprema potestas, & adeo fuerit a rebellibus cognita experimento, Orbi imperans & coercens Apostolicæ sedis auctoritas & culta majestas, sicut hoc sæculo: ut quæ sunt dicta superius in Hormisda docent de tot Constantinopolitanis Patriachis, invito etiam populo & contradicente clero, ex Albo Catholicorum abrasis; deque duobus condemnatis post obitum Imperatoribus; de præscriptis toties ab ea legibus Orientalibus & Occidentalibus, si recipi ab eadem Romana Ecclesia vellent; de frequentioribus undique ex diversis provinciis Occidentalibus atque Orientalibus ad ipsos Romanos Pontifices consultationibus missis, crebrioribusque legationibus Imperatoriis destinatis: quæ omnia & alia quamplurima, superius exempla enarrata declarant, & quæ hoc ipso anno paulo post dicturi sumus ostendent; cum videlicet idem Agapetus Pontifex licet a Rege visus sit missus ad Imperatorem pro pace roganda, a Deo tamen proficisci jussus apparuit, ut imperaret imperantibus, & ab eis perperam facta rescinderet: nimirum ut quem Principes statuissent in sede, post Epiphanium, Anthimum Patriarcham Constantinopolitanum, inventum hæreticum in ordinem redigeret, & loco ejus eadem Apostolica auctoritate Mennam protinus subrogaret, atque delatos damnaret hæreticos: quæ omnia vigenti Apostolica auctoritate fecisse, etiam divinitus ostensa signa primitus docuerunt.

XIII. Etenim illud ipsum ferme contigit Agapeto, quod olim Petro Apostolo, qui rogatus a claudo eleemosynam dare, pro petita pecunia, qua carebat, illud responsum dedit (b): *Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Jesu Chisti Nazareni surge & ambula.* Ita plane Agapetus egentem se quidem pecunia in sacrorum oppignoratione vasorum ostendit sed in osten-

(b) Act. 3.

ostensione signorum divina gratia opulentum, cum & cujus esset successor, antequam Constantinopolim pervenisset, innotuit. Ostensum quippe est Romanum Pontificem, Petri successorem, Christi Vicarium semper & ubique esse locupletem, abundareque cælestibus donis, licet auri appareat egentissimus; utpote qui habeat in cælo promptuaria divina promissione secura, eademque auro illo referta, de quo in Canticis Sponsa (*a*): *Caput ejus aurum optimum*, Christum scilicet, in quo sunt (inquit Apostolus *b*) omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei; quorum ipse dispensator fidelis existens, pro ratione locorum & temporum quod opus est Fidelibus erogat. Qui igitur inops, ex oppignoratione sacrorum vasorum pecunia comparata ab Urbe discedit, viaticum a Deo locupletius, nempe virtutem miraculorum accepit, quorum amplissimum meruit assertorem, nempe Gregorium Magnum itidem Pontificem Maximum, cui ad prærogativam dignitatis & sanctitatis accedunt loci atque temporis adminicula, dum & suæ Ecclesiæ suique sæculi scribit historiam.

(*a*) Cant. 5. (*b*) Col. 2.

XIV. Quæ igitur in itinere constitutus sanctissimus Agapetus miracula fecerit, idem S. Gregorius narrat his verbis (*c*): *Post non multum temporis, exigente causa Gothorum, vir quoque beatissimus Agapetus hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontifex, qui, Deo dispensante, deservio, ad Justinianum Principem accessit. Cui adhuc pergenti quadam die, in Græciarum jam partibus curandus oblatus est mutus & claudus, qui neque ulla verba edere, neque ex terra umquam surgere valebat. Cumque hunc propinqui illius flentes obtulissent: vir Domini solicite requisivit, an curationis illius haberent fidem. Cui dum in virtute Dei ex auctoritate Petri fixam salutis illius spem habere se dicerent: protinus venerandus vir orationi incubuit, & Missarum solemnia exorsus, sacrificium in conspectu Dei omnipotentis immolavit. Quo peracto, ab altari exiens, claudi manum tenuit, atque assistente & aspiciente populo, eum mox e terra in propriis gressibus erexit: cumque ei Dominicum corpus in os immitteret, illa diu muta ad loquendum lingua soluta est. Mirati omnes, flere præ gaudio cœperunt; eorumque mentes illico metus & reverentia invasit, cum videlicet cernerent quid Agapetus facere in virtute Domini ex adjutorio Petri potuisset.* Hæc Gregorius. Utinam totius peregrinationis Agapeti extarent scripta diaria, ex quibus nostri essent Annales locupletandi. Verum de reliquis ab eo rebus gestis in via quousque Constantinopolim advenit, altum ubique silentium.

(*c*) Greg. dial. l. 3. c. 3.

Mutus & claudus ab Agapeto curatur.

XV. Quando autem pervenerit Constantinopolim, Anastasius refert id accidisse decimo Kalendas Maii; verum Acta Synodalia eum illuc maturius pervenisse significare videntur. Porro de ejus adventu hæc habet Liberatus diaconus (*d*): *Primum quidam honorifice suscipiens directos sibi ab Imperatore, sprevit tamen Anthimi præsentiam, eumque ad salutandum suscipere noluit. Deinde viso Principe, causam agebat legationis susceptæ. Imperator autem pro multis fisci expensis ab Italia destinatum exercitum avertere nolens, supplicationes Papæ noluit audire. At ille (quod summum * fuit) legatione Christi fungebatur.* Quænam ista fuerit, paulo post dicetur.

De adventu Agap. Constantinop.

(*d*) Liber. diac. in Brev. c. 21.

* suum

XVI. Cur præterea Justinianus non acquieverit Agapeto pacem Theodato petenti, ex Procopio possumus intelligere: nempe accidisse, ut dum hæc tractarentur, Gothi qui residui erant in Dalmatia, cum Romanis conferentes manus, priores tulerint, occiso primum Mauritio Mundi filio, atque demum Mundo ipso, qui anno superiori Salonas ceperat, quas hoc anno itidem Gothi recuperaverunt; quibus cum factus esset elatior Theodatus, ipsum de promissione facta pœnitere cœpit. Quamobrem Justinianus & ipse eam reiiciens, confestim Belisarium jam paratum e Sicilia in Italiam cum exercitu traiicere præcepit; qui improviso agmine perveniens in Campaniam, Neapolim munitam valde civitatem obsedit: quid autem postea factum sit, infra dicemus. Interea vero Agapeti Papæ res gestas Constantinopoli prosequamur, de quibus ista habet in primis, cuncta summatim referens Liberatus (*e*):

Cur de pace spes dempta.

(*e*) Libera. ubi supra c. 22.

XVII. *Denique petentibus Principibus, ut Anthimum Agapetus Papa in salutatione & com-*

PAGIUS V. A num. XVII. ad LVIII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXXIX. qui Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoatur, ait: *Romanus Pontifex Agapetus Constantinop. hoc anno profectus, adversus impium Severum, & Halicarnassi Antistitem Julianum, & reliquos alios Theopaschitas Concilium convocavit. Ex his Anthimus Constantinopolit. Episcopus tanquam eorum sententiæ particeps, cum Sedem mensibus decem tenuisset, munere abdicatus, & depulsus est. Mennas vero Presbyter & hospitii, cui Sampson nomen, Præpositus a Romano Pontifice Agapeto in ejus locum ordinatus.* Verum Theophanes hæc anno uno tardius narrat. *Agapetus* itaque dum Constantinopoli esset, *Anthimum* hæreticum e Sede Constantinopolit. dejecit, & in ejus locum *Mennam* virum maxime Orthodoxum subrogavit; & quidem ante diem secundam mensis Maji, qua *Mennas* Concilium Constantinop. celebravit, in quo *Agapetus* dicitur Vir *Sanctæ memoriæ*, qui ideo ante mensem Majum obierat, Anthimumque mense Martio deposuerat. Nicephorus enim & Theophanes citatus menses decem *Anthimo* assignant, & ex Theopha-

Agapetus Anthimum aliosque hæreticos Sedibus expellit.

Agapetus deponit Anthimum. *communione susciperet; illud fieri inquit posse, si se libello probaret Orthodoxum, & ad cathedram suam*, nempe Trapezuntium, *reverteretur. Impossibile esse ajebat, translatitium hominem in illa sede permanere. Augusta vero promittente munera multa, & rursus Papæ minas intentante, in hoc Papa perstitit, ne ejus audiret petitionem. Anthimus vero videns se sede pulsum, pallium quod habuit, Imperatoribus reddidit, & discessit, ubi eum Augusta suo patrocinio tueretur. Tunc Papa Principis favore Mennam pro eo ordinavit Antistitem, consecrans eum in basilica sanctæ Mariæ. Fuit iste Mennas Præpositus xenodochii majoris, quod vocatur Samsonis, genere Alexandrinus, suscipiens Chalcedonense Concilium.* Hæc summatim (ut dixi) complexus est Liberatus: sed alii paulo latius rem sunt prosecuti addentes nonnulla, quæ desiderari in his posse videntur.

XVIII. (a) Anast. in Agapet. At quæ primum de his scripta ab Anastasio (a) reperiuntur in medium afferamus: *Ingressus* (inquit) *Constantinopolim Agapetus, primum cœpit habere altercationem cum piissimo Principe domino Justiniano Augusto de religione: cui beatissimus Agapetus constantissime responsum dedit de Domino Jesu Christo Deo & homine, hoc est, de duabus naturis in Christo, &c.* Qui autem simulac est Agapetus Papa creatus, ex more (ut vidimus) Justinianus Imperator rectæ fidei misit Romam professionem; ut rursum ab eo idem exigeret Agapetus Catholicæ fidei professionem, non aliam ob causam accidisse potuit, quam quod ob consensum adhibitum in creatione Anthimi hæretici ipse etiam Imperator in suspicionem hæresis esset adductus. Potuisset aliquo prætextu idem Justinianus tergiversari, renuereque id sibi præstandum fore, quod semel & iterum (ut vidimus) antea præstitisset: verum in his non obtemperare Romano Pontifici exigenti, nefas ratus & impium, mox editam fidei confessionem illam iterat, quam Orientalibus ab Hormisda Pontifice vidimus fuisse præscriptam, cui ejusmodi legitur affixa inscriptio (b): *Exemplar libelli piissimi domini nostri Justiniani Imperatoris quem dedit Agapeto Papæ apud Constantinopolim de fide. In nomine Domini Dei nostri Jesu Christi, Imperator Cæsar Flavius Justinianus, &c. Agapeto sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo almæ urbis Romæ & Patriarchæ:* Incipit: *Prima salus, &c.* Omnia habens, ut, illa ab Hormisda per legatos Constantinopolim missa. Sed quod data habetur decimo octavo Kalend. Aprilis sub Belisarii Consulatu mendum irrepsit, ut post Consulatum, loco Consulatus, sit corrigendum. Justinian. obtulit libellum fidei Agapeto.

(b) Extat inter ep. Rom. Pont. in Agapet.

XIX. Quomodo autem ante hæc, cum nondum compertus esset Justiniano hæreticus Anthimus Patriarcha, ejus causa succensus ipse sit Agapeto Pontifici, Anastasius ita narrare pergit: *Dum contentio versaretur, ita Dominus adfuit, ut Episcopum Constantinopolitanum nomine Anthimum * inveniret Agapetus Papa hæreticum. Cumque contentio verteretur cum Augusto & Agapeto Papa, dixit ei Imp. Justinianus: Aut consenti nobis, aut exilio deportari te faciam. Tunc beatissimus Papa Agapetus respondit cum gaudio dicens ad Imperatorem: Ego quidem peccator ad Justinianum Imperatorem Christianissimum venire desideravi; nunc autem Diocletianum inveni: qui tamen minas tuas non pertimesco. Et dixit ei iterum Agapetus venerabilis Papa: Tamen ut scias tu, eum idoneum non esse religioni Christianæ, Episcopus tuus confiteatur duas naturas in Christo. Tunc accersito ex præcepto Augusti Episcopo Constantinopolitano nomine Anthimo, & discussione facta, numquam voluit confiteri in doctrina Catholicæ responsionis ad interrogationem beati Papæ Agapeti, duas naturas in uno Domino nostro Jesu Christo. Quem cum vicisset sanctus Papa Agapetus, glorificatus est ab omnibus Christianis. Tunc piissimus Augustus Justinianus gaudio repletus, humiliavit se sedi Apostolicæ, & adoravit beatissimum Agapetum Papam. Eodem tempore ejecit Anthimum a communione, & expulit in exilium. Tunc piissimus Augustus Justinianus rogavit beatissimum Papam Agape-*

* Anthemium.

Res gestæ inter Agapetum & Justinian.

PAGIUS phane, cujus verba anno superiori recitavimus, liquet, *Epiphanium* illius decessorem die quinta mensis Junii præcedentis anni vita functum. Quare cum *Mennas* mense Martio hujus anni Episcopus Constantinopolit. dictus sit, ut in ejus morte ostendemus, decem illi menses Sedis *Anthimi* utrimque incompleti fuere.

VI. Mennas ordinatur Episc. Constantinopol. Postquam hæc scripseram, legi in Differt. Historica *de Uno ex Trinitate Carne passo* Em. Card. Norisium cap. 10. notare in Bibliotheca Vaticana num. 4961. extare Codicem MS. quem Marcellus II. Pontifex Maximus, cum Eugubinam antea Ecclesiam administraret, a Monachis S. Crucis Fontis Avellanæ acceptum, Vaticanæ Biblioth. donavit. In eo Epistolæ 243. Pontific. Rom. a Siricio usque ad Vigilium, ac quorumdam etiam Imperatorum, Præfectorum Urbis, ac Præsidum, una cum Gestis plerisque Ecclesiasticis leguntur, quæ omnia præclarissima Monumenta in suos Annales Baronius retulit. Et in Codice pag. 45. legitur: *Exemplar Libelli Mennæ Presbyteri ac Xenodochi, qui factus est Episcopus Constantinopolitanus sub die III. Idus Martias, iterum post Consulatum Paulini Junioris Viri clarissimi*, anno nempe DXXXVI. Quibus ex verbis eruit Card. Norisius *Mennam* hoc anno die XIII. Martii ordinatum fuisse Patriarcham Constantinopolit. Is quidem dies fuit feria quinta, sed Sanctus Agapetus Papa, qui eum ordinavit, diei

petum, ut in locum Anthimi Episcopum Catholicum consecraret nomine Mennam. Hactenus Anastasius; quæ etiam in Miscella historia leguntur. Restitit primo haud dubium Justinianus Agapeto pro Anthimo, impiæ Theodoræ Augustæ, qui ipsi Anthimo patrocinabatur, impulsu; sed re comperta, plus apud eum tandem valuit jussio Pontificia, quam Augustæ conjugis perfidæ blandimenta: ut digno posteris exemplo sit, omnia fidei Catholicæ posthabenda.

XX. Sed quid facit infelix, quæ se hac in re despici videt a viro suo, a quo non solum amari, sed coli se mirifice scisset? Haud despondet animum, sed vehementioribus a pravo dæmone stimulis agitata, cujus malo spiritu percita erat, ad Episcopos se convertit, quos nosset favere Eutychianæ hæresi: hos urget, hos impellit, ut Agapeto resistant, qui unus a se tanto labore parta dissolvit, virumque suum tamquam captivum in suam sententiam trahit. Narrat hæc Zonaras verbis istis (a): *Nonnulli e primoribus sacerdotibus Agapeto Papæ Romano in Imperatricis gratiam sunt refragati, ab eadem quoque largitionibus corrupti: quos tamen ille, qui veritatem defenderet, omnes superavit.* Hæc ipse.

(a) Zonar. Annal. p. 3. in Justiniano.

XXI. Damnati ab Agap. alii hæretici. Sunt plane his consentientia quæ recitantur in libello Archimandritarum oblato Justiniano Imperatori post obitum Agapeti; ex quo etiam illud apparet, una cum Anthimo eodem tempore damnatos ab eodem Agapeto veternosos illos Constantinopoli degentes hæreticos, Severum, Petrum, atque Zoaram; de quibus omnibus hæc in eodem libello: (b) *Canonicum judicium a Romano Pontifice in ipsum Anthimum & prædictos hæreticos audiri voluistis, illo persuasus qui dicit (c): Interroga patrem tuum, &c.* Et paulo post: *Misit itaque Deus huic civitati Agapetum, qui vere* Ἀγάπητος, *id est, dilectus a Deo & hominibus, Pontificem antiquæ Romæ in depositionem Anthimi & prædictorum hæreticorum Severi, Petri, atque Zoaræ, tamquam olim Petrum magnum Apostolum Romanis in depositione Simonis Cretiani.* * *Iste enim venerabilis vir sciens per libellos plurimorum nostrorum ea quæ in-*

(b) Extat in Constan. Synod. sub Menna Act. 1. tom. 2. Conc.
(c) Deut. 32.
* Magi, vel Samaritani.

que contra Ecclesias præsumpta fuere, ea ipso visu semel accipiendo, neque ad visum suscipere voluit Anthimum furentem adversus canones, sed tunc juste dejecit de sacerdotali sede civitatis suæ; & coopitulante & coadiuvante Catholicæ fidei & divinis canonibus vestro Imperio, præfecit ipsi Ecclesiæ sanctissimum Mennam. Hæc & alia ipsi ibi.

In his quidem omnibus peragendis summa potestas Apostolicæ sedis Antistitis demonstrata est, dum tantæ Ecclesiæ Patriarcham favore Justiniani Imperatoris & Theodoræ Augustæ pollentem, plurium jam antea Episcoporum (ut dictum est) suffragiis confirmatum ipse summus Pontifex Agapetus nullo super hoc congregato (ut moris fuit) ante Concilio, condemnavit. Quod enim sciret in gratiam Augustorum eosdem Episcopos facillime conspirare; iis omissis, simplici habita discussione, simulac hæreticus idem Anthimus apparuit, ipsum condemnavit, atque Mennam in locum ejus protinus subrogavit, damnatis cum Anthimo itidem Apostolica auctoritate Severo, Petro, atque Zoara. Immo nec etiam citatum, nec visum, sed & rejectum penitus, nec in conspectum admissum, fuisse ab Agapeto Pontifice Anthimum condemnatum, Nicephorus tradit, hæc dicens (d): *Agapetus cum de rebus Anthimi inquireret, multosque ab Archimandritis ejus urbis & aliis libellos oblatos acciperet; illi ne in conspectum quidem admisso, Episcopatum abrogavit: cujus calculum monasteria etiam Palæstinæ, & Petrus Hierosolymitanus Antistes, necnon reliqui Ecclesiarum præfecti comprobaverunt.* Hæc ipse consentientia iis quæ ex libello monachorum modo sunt recitata.

XXII. Agapetus quam magnifice egerit.

(d) Niceph. l. 17. c. 9.

XXIII. At vero quod ex Nicephoro dictum est, Anthimum nec in conspectum admissum ab Agapeto Papa, e sede fuisse depositum: magis inhærerem sententiæ Anastasii dicentis vocatum Anthimum, & discussione de eo facta, cum nollet confiteri duas in Christo naturas, id ab eo exigente Pontifice Agapeto, ab ipso tunc damnatum fuisse; nisi præter Nicephorum essent Acta Synodalia hoc testantia ex libello monachorum Justiniano oblato,

PAGIUS

diei Dominicæ, quo Episcoporum ordinationes de more fiebant, rationem non habuit. Hæc ad illustrationem num. XXVI. Baronii.

VII. S. Theodosius Cœnobiarcha hoc tempore adhuc vivebat. Baronius recitat diversas Epistolas ab Episcopis Orientalibus scriptas *Agapeto*, dum Constantinopoli esset, & libellos eidem a Monachis Orthodoxis adversus *Anthimum* oblatos, & num. LI. ac seq. ait: *Inter alios adfuit Legatio a magno illo Theodosio Cœnobiarcha. Hesychius enim Presbyter ejus Monasterii Theodosii Legatus subscriptus eidem reperitur.* Verum Hesychius, non Theodosii, sed Monasterii Beati Theodosii, ab ipso scilicet conditi, Legatus fuit; nec locum tenens aut Vicarius Theodosii, sed Sophronii Presbyteri & Archimandritæ ipsius Monasterii, & primi totius eremi Hierosolymorum. Nam ut videre est Act. I. Concilii Constantinopolit. sub. Menna hoc anno habiti, inter subscriptiones de Hesychio legitur: *Hesychius Divina miseratione Presbyter & Monachus Monasterii Beati Abbatis Theodosii, locum tenens Sophronii Presbyteri, & Archimandritæ ipsius Monasterii, & primi totius eremi Hierosolymorum cum omnibus his, qui mecum missi sunt,*

to, nuper a nobis citato. Unde intelligere possumus, usum ipsum plenitudine potestatis, non servata in omnibus forma judicii. Porro etsi adversus Anthimum Agapeti Papæ judicium absque Synodo hujusmodi fuit secundum supremam Apostolicæ sedis auctoritatem, qua supra omnes canones Pontifex eminet; haud tamen extitit commiseratione jejunum: siquidem aditum ei apertum reliquit, ut si quando ab errore pœnitens ad Ecclesiam redire vellet, Episcopatus pristinus Trapezuntinæ Ecclesiæ eidem integer servaretur. Quam tamen commiserationem Pontificis Agapeti erga Anthimum ægre ferentes Orthodoxi Archimandritæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, in alio libello quem postea eidem Pontifici hoc anno obtulerunt, ista arctari ad certum tempus petierunt, nempe ut præfinitus illi daretur ad resipiscendum terminus, quo elapso, nullus illi ultra pateret aditus ad priorem Ecclesiam. Sed accipe eorum verba (*a*).

Mitius agit cum Anthimo Agapetus.

(*a*) Ex Synod. Constantinop. sub Menna Act. 1.

XXIV. *Non vultis omnimodam ejus perditionem, sed ut convertatur: imitamini enim Christum Deum nostrum, qui venit* (*b*) *vocare non justos, sed peccatores ad pœnitentiam; & omnino paternis visceribus suscipitis, si recognoverit proprium peccatum, & convertatur. Adjuramus vestram beatitudinem (licet audax quid faciamus) per sanctam & consubstantialem Trinitatem, ac per principem Apostolorum Petrum, ac salutem & victoriam piissimi Imperatoris nostri, non contemnere divinos canones, qui ab isto pessfunduntur; neque Ecclesiam ei traditam, quæ ab ipso despicitur: sed sequendo in omnibus eos qui ante ipsam tuam beatitudinem in sede vestra claruerunt, facere in ipsum adhuc & contra auctoritatem canonum invalescentem, & qui prætulit vitam degere cum hæreticis, quam cum propria Ecclesia; ea quæ sanctum Cælestinum contra Nestorium liquet fecisse, assignando ei terminum, sicut & ille Nestorio: intra quem nisi occurrens prædictum libellum Apostolicæ vestræ sedi porrexerit, ac vestræ beatitudini & sanctissimo Archiepiscopo urbis regiæ, & a morbo hæretico se ipsum liberaverit; ne ad Trapezuntinam Ecclesiam sibi creditam proficiscatur: definite, sanctissimi, ipsum alienum esse & nudum ab omni Pontificali dignitate atque efficacia, & se ipsum submittere condemnationi prædictorum hæreticorum, & partem illorum accepisse; alterum vero pro isto Ecclesiæ Trapezuntinæ ordinandum esse.* Hæc ipsi ad Agapetum, quod mitius visum esset cum Anthimo actum hæretico.

(*b*) Matt. 9.

Ut certus terminus Anthimo præscribatur.

XXV. Quo minus autem Anthimus uteretur impertita ab ipso Romano Pontifice humanitate, ☞ Severus ille ☜ caput hæreticorum Acephalorum, qui tunc (ut dictum est) Constantinopoli erat, impedimento fuit: etenim hortatus est eum, ut sede carere mallet, quam Chalcedonense Concilium profiteri: testatur id Evagrius (*c*) ex ejusdem Severi litteris datis ad Theodosium hæreticum Episcopum Alexandrinum, de quo superiori anno actum est pluribus.

Severus hæreticus fovet Anthimum.

(*c*) Evag. hist. l. 4. c. 11.

XXVI. Sic igitur postquam præfuisset sedi Constantinopolitanæ Anthimus (sicut habet Nicephorus in Chronico) menses decem, vel (ut Zonaras ait) annum unum, ab Agapeto Papa depositus est; atque ab eodem subrogatus est Mennas magni nominis Orthodoxus, qui antequam Episcopus diligeretur, suæ fidei professionem publice edere jussus est. Protulit ille quidem eamdem ipsam, quam præscripsisse diximus Romanos Pontifices omnibus Orientalibus communionem Catholicam expetentibus, cujus est exordium: *Prima salus est rectam fidei regulam custodire, &c.* Cui ipse sua manu antequam subscriberet, hæc apposuit: *Mennas misericordia Dei presbyter & Xenodocus suscipio prædictas quatuor sanctas Synodos, & omnia quæ in ipsis continentur dogmata, & epistolas Papæ Leonis, quas pro fide conscripsit. Et confiteor in duabus naturis, id est, in divinitate & humanitate Christum Deum nostrum inconfuse & indivise agnoscendum; ana-*

PAGIUS *sunt, Archimandritis & Monachis Hierosolymitanis, ad hanc Regiam Urbem, qui faciunt pro omnibus Archimandritis & Monachis, qui habitant ipsam eremum & tres Palæstinas, qui una mecum supplicarunt, subscripsi de consensu omnium, & porrexi.* Quare Sophronius in omnibus successerat Sancto *Theodosio Cœnobiarchæ*, qui eo modo Archimandrita erat, curamque Monasteriorum Palæstinæ cum Sancto Saba dum viveret, gerebat. Ex verbis itaque illis tantum abest, ut deduci possit, sicut putavit Baronius, *Theodosium* Cœnobiarcham hoc tempore adhuc Abbatiam rexisse, ut inde potius consequens sit eum jam dignitatem abdicasse.

VIII. *Theodosium* enim hoc tempore adhuc superstitem fuisse, diserte docet Theodorus Episcopus Petræ, ejus discipulus, asserens in Vita de eo a se conscripta *Agapitum* Pontificem Romanum & *Ephremum* Patriarcham Antiochenum, post accepta ejus, pro tuitione fidei certamina eum laudasse. Hæc Theodori verba juxta Combefisii versionem resectis tamen brevitatis causa non necessariis. Tantis ergo pro recta fide auditis agonibus Beati hujus Viri, susceptisque laboribus, tum *qui Magnæ tunc Romæ Apostolicum Thronum regebat Agapetus*, tum Antiochenæ Sedis Antistes sanctissimus *Ephremius* supra modum *admirati sunt*. Unde & *ad eum Literas exararunt*, ejusque fidei *concordes esse* confessi sunt. Sic enim omnem ex animo abominabatur *haresim*, potissimum vero *Origenianam*, quod is (scilicet Origenes) velut unguento cœnum sic mundæ suavissimæque odoris Apostolorum Doctrinæ, græcanica dæ

S. Theodosius Cœnobiarcha obiit sub Agapeto Papa.

anathematizans omnes qui præter hæc sapiunt una cum omnibus qui condemnati sunt, ut superius dictum est. Subscripsi. Hæc quidem Mennas ante suam ordinationem: postea autem, simulac ordinatus est, obtulit rursum more majorum ipsi Romano Pontifici libellum fidei, quo omnes condemnavit hæreses, & Catholicam fidem professus est. Meminit ejusdem libelli Vigilius Papa (*a*) in epistola quam scripsit postea ad Justinianum Imperatorem.

(a) Vigil. ep. 2. t. 1. ep. Rom. Pont.

XXVII. His peractis, idem Agapetus Papa litteras dedit Apostolicas easdemque circulares ad omnes Episcopos Orientales qui cum Anthimo communicarant, quibus eosdem de Anthimi depositione ab Episcopatu, & de subrogatione Mennæ reddidit certiores: quarum quidem litterarum extat ad Petrum Episcopum Hierosolymorum exemplar his verbis conscriptum, exscriptum vero ex Synodo (*b*) Constantinopolitana sub Menna, ubi ædem Agapeti litteræ recitantur.

(b) Const. Synod. sub Menn. act. 2. in fin. & t. 1. ep. Rom. Pont. in Agapet. ep. 5.

Agapeti ep. ad Petrum.

Dilecto fratri Petro Agapetus.

Voluissemus quidem, fratres dilecti, propter conjunctionem nostræ charitatis omnes Domini sacerdotes juxta Apostolicam (c) traditionem irreprehensibiles invenisse, & neminem aut per gratiam, aut per metum ab Ecclesiasticis canonibus declinare. Sed quoniam multa multoties subsequuntur, quæ pœnitudinem parere possunt, & Dei misericordia delicta peccatorum vincit, & idcirco differtur pœna, ut reformatio locum invenire possit; monere necessarium judicavimus, ut assumpta de cætero imprævaricata custodiantur. Oportebat enim vestram charitatem memorem paternarum traditionum, neminem permittere prohibita facere, sed si quis audax appareret, tota virtute resistere.

(c) 1. Tim. 3.

XXVIII. *Cum itaque pervenimus ad Comitatum serenissimi Imperatoris filii nostri, invenimus sedem Constantinopolitanæ Ecclesiæ contra omnem canonum honestatem ab Anthimo Ecclesiæ Trapezundarum Episcopo inconvenienter usurpatam: cujus animam non solum secundum istam partem, sed (quod majus est) in confessionem veræ fidei e perditione reducere desideravimus; sed Eutychetis errori insistens, ad viam veritatis redire contemsit. Unde cum ipsius in fide pœnitentiam isto modo expectemus, neque Catholico neque sacro nomine dignum esse sententiavimus, donec omnia a Patribus tradita, per quæ veræ religionis fides & disciplina custoditur, secundum congruentem satisfactionem suscipiat. Cæteros vero similes contumaciæ ipsius & sententia Apostolicæ sedis condemnatos similiter vestra charitas advertat, quorum ipse se ipsum participem fecit. Constantinopolitanæ vero sedis injuriam, Apostolica auctoritate adjuvante, & adjutorio fidelissimorum Imperatorum, emendavimus. Et supra modum quidem admirati sumus, quod istud opus ita aperte contrarium decretis Patrum vestra fraternitas non solum ad notitiam nostram adducere neglexit, sed & reprehensibili consensu confirmavit.*

Quid in Anthimum Agapetus.

Sed gratias agimus Deo, cujus spiritu mala ad melius ut plurimum vertuntur, & parvæ transgressiones ad utilitatem & occasionem magni fuerint gaudii. Hoc autem pro excitando vestræ conspiritualitatis lætitiam significo, quia Mennam fratrem & coepiscopum nostrum, virum multis laudum modis ornatum, prædicta Constantinopolitana Ecclesia Episcopum suscepit. Cui licet præter cæteros serenissimorum Imperatorum electio arriserit, similiter tamen & totius cleri ac populi consensus accessit, ut a singulis eligi crederetur. Etenim alicui neque scientia, neque vita fuit ignotus; sed & fidei integritate, & sacrarum Scripturarum studio, atque etiam piæ administrationis officio sic prædicta viri resplenduit opinio, ut ipsi tardius venire videretur, quo dignus erat. XXIX.

Mennæ Episc. laudes.

Hic, lector, observa, dum Agapetus ait, arrisisse electioni Mennæ Imperatores, intelligere absque dubio Justinianum & ejus conjugem Theodoram Augustam: ut cognoscas Theodoram licet maxime impiam feminam, præsetulisse tamen foris imaginem Orthodoxæ, qua sæpe virum vidimus decepisse, magisque Ecclesiæ Catholicæ obfuisse, quam si quæ erat, se palam ostendisset hæreticam. Pergit vero Agapetus de ejusdem Mennæ electione:

Et hoc dignitati suæ addere credimus, quod a temporibus Petri Apostoli nullum alium XXX.

PAGIUS dæmonum decreta & opiniones invexerit. Constituta tandem vitæ meta venerat, qua solvi animam a corpore oportebat, supremaque ægritudo incesserat longa sane ac permolesta, quam senii ipsum grave onus augebat, annum totum in grabato agens, nec prorsus lateris ulla mutatione corpus levare volens, nil prolocutus est minus dignum Religiosæ illius mentis proposito, imo salutem corporis a Deo rogare renuit.

IX. Ubi autem sanctam Viri dormitionem, qui Apostolicam Urbis Hierosolymitanæ Sedem regebat sanctissimus Archiepiscopus *Petrus* nomine, accepit, ac qui tunc ex aliis Urbibus inventi sunt alii quidam Episcopi, cum quibus ad venerabile hoc Monasterium venit, studens ipsi justa solvere, ac humo condere, quod & fecit. Nullo non honore sancti pignoris curato funere. Vidisses multitudinem Monachorum ac sæcularis militiæ hominum, *quorum alii corpus attingere*, ac benedictionis aliquid consequi niterentur. Alii vero circumjectam illi *tunicam discinderent*. Alii denique ex sacra ejus barba *pilos vellerent*, satagentibus singulis, *ut ejus rerum quidpiam haberent*, quod & memoriæ monumentum foret, & salutis monumentum

Ejus mors bonis omnibus gravissima fuit.

Ab Agapeto consecratus Mennas.

alium umquam Orientalis Ecclesia suscepit Episcopum manibus nostræ sedis ordinatum. Et forsitan vel ad demonstrationem laudis ipsius, vel ad destructionem inimicorum instans res tanta pervenit, ut illis ipse similis esse videatur, quos in his quandoque partibus ipsius Apostolorum Principis electio ordinavit. Commune itaque gaudium, fratres pia exultatione suscipite. Et quantum vos Apostolicæ sedis nostræ judicium comprobatis, consueta rescriptione significante, babentes duplicem exultationis causam, & quod mala sine mora corrigantur, & pro bis optata subsecuta fuerint. De cætero præcaventes, ne rursus canonicis sanctionibus quid contrarium per vos (quod non credo) fiat, vestro accedente consensu; cumque sicut error ejus qui semel peccavit, venia dignus est, sic frequens transgressio motum austeritatis deposcit. Deus incolumem te custodiat, frater venerandissime. Hactenus Encyclica Agapeti.

XXXI. Agapeti præclarum factum.

At de damnatione Anthimi atque Mennæ substitutione per Agapetum facta judicium si tibi, lector, ob oculos ponas, factique speciem mente consideres, admirari non desines: Videre nimirum Romanum Pontificem, quem furor barbaricus sub pulchro nomine pacis ab Urbe removet, ut Constantinopolim ad Imperatorem supplex accedat, eumdemque ipsum egentem mutua collecta ex sacrorum vasorum oppignoratione pecunia; ubi Constantinopolim venit, imperare Imperatoribus, exigereque debitum fidei, & perperam ab illis facta rescindere; & quam cum ipsi, tum Orientales Episcopi probassent, Anthimi ordinationem irritam reddere, eumque e sublimi, quem conscenderat throno deponere, jura dare, omnibusque jubere, litterasque publicas scribere, ejusque successorem deligere & ordinare; hæcque omnia (ut dictum est) absque coacto ullo Synodali conventu: cum antea in simili causa Cælestinus Papa ejusdem Ecclesiæ Pontificem deponendum Nestorium scripserit, & per Theodosium Imperatorem ea de re non provinciale dumtaxat, sed œcumenicum Ephesi Concilium convocandum curarit. Quibus intelligas majori tunc niti solere auctoritate Apostolicæ sedis Antistitem, quando magis ea videtur oppressa; quod certo sciat omnia illi cedere opus esse, si ea uti velit. In quibus & commendes Justiniani Imp. moderationem, animique demissionem, utpote qui mari terraque, victor barbarorumque domitor ab uno Romano Pontifice vinci patiatur; accipiatque ab ipso leges, qui Romanis ac barbaris leges sanciat, & exercitibus imperet. Sed jam quæ reliqua sunt rerum gestarum Agapeti Pontificis Constantinopoli prosequamur.

Quoniam dictum est præter Anthimum excommunicatos quoque ab eodem Agapeto Rom. Pontifice Severum pseudoepiscopum Antiochenum atque collegas ejusdem cum eo impietatis: qua occasione id factum sit, hic ordine recensendum putamus. Cum autem omnes sordes, fæcesque hæreticorum, favente illis Theodora Augusta Severi discipula, Constantinopolim convenissent; illicque nidificantes, gravi damno fidei Orthodoxæ multiplicarentur in fœtibus: fuit justa querela Orthodoxorum Antistitum adversus horum antesignanos Severum, Petrum, atque Zoaram, & Isacium Persam. Quamobrem iidem scriptum a se libellum obtulerunt Agapeto Papæ commoranti Constantinopoli. Extat ipse quidem, sed qui vitiosa translatione & librariorum incuria mendosus nonnihil appareat; sic enim se habet (*a*): XXXII.

(*a*) Hieros. Synod. Act. 1. ad fin. recitata in Synodo Constant. sub Menna Act. 1.

Domino nostro per omnia sanctissimo ac beatissimo Patri Patrum, Archiepiscopo Romanorum & Patriarchæ Agapeto, ab Episcopis Orientalis diœcesis, & ab his qui sunt sub sanctis locis Christi Dei nostri, necnon Ambasiatoribus & cæteris clericis in bac regia urbe congregatis.

XXXIII. Epistola Orientalium ad Agapetum Pap.

Ex quo Christus Deus noster pro debitis vobis præmiis, propter ipsam in omni tempore cum vera fiducia sua invisibili ac terribili virtute divulgatam confessionem super venerabile caput vestrum requiescere fecit, cum sedem Apostolorum vobis, Pater beatissime, commisit, & firmavit supra firmam Petram pedes vestros, & di-

PAGIUS

tum existeret, a quorum vix grassatione servatum sacro ritu tumulatum est, *divina super illo peracta Eucharistia*. Ita Theodorus. Erravit itaque *Cyrillus* Monachus, licet Auctor coævus, in Vita Sancti Sabæ, in qua ait, *Theodosium* ante *Sabam* demortuum, indeque ejus error exortus, quod nunquam cum *Theodosio* mansit, & Sancto *Sabæ* nonnisi seni innotuit. Præterea quia videbat, *Sophronium* ea munia præstare in Monasterio Theodosiano, quæ alias *Theodosius*, indeque pronum fuit existimare *Theodosium* ante hæc tempora obiisse. *Theodorus* annum & diem mortis ejus tacet, aitque eum vixisse annos *centum & quinque & paulo amplius*. Quare mors ejus paucis post currentem annis contigit. Colitur Sanctus *Theodosius* tam in Menæis, quam in Martyrologio Romano die XI. mensis Januarii, *Theodorum Petræ* Episcopum ejus Vitæ Scriptorem nondum editum eum esse existimo, qui Concilio Hierosolymitano hoc anno habito his verbis subscripsit: *Theodorus Episcopus Petrorum definivi, & subscripsi*. Petras autem oppidum erat *in finibus Palæstinæ situm*, ut docet Evagrius lib. 3. cap.32. Fuerunt tamen duæ Civitates *Petræ* appellatæ, eæque Episcopales, quarum altera in Palæstina, altera in Arabia posita erat.

*& direxit gressus vestros, & implevit os vestrum cantico novo, hymno Deo nostro: speraverunt in Domino secundum Psalmidicum eloquium, clarificati a spirituali splendore vestro, per quem tamquam lucerna splendens super sancto candelabro caliginem eorum qui in tenebris sedent, & cælos illuminastis, & oculos mentis ipsorum aperuistis. Et propterea confisi & credentes divino eloquio dicenti: In tempore non timebit cor confugiens ad intellectum. Et experientia intellectus cognoscentes vos esse diligentes custodes thesaurorum Apostolicorum, exossavimus * modo Anthimum, habitum pietatis circumferentem, potentiam vero ipsius negantem; qui convenientem sibi sponsam dimisit, & aliam contra divinos canones accipere ausus est: cognoscentesque & a Deo custoditum Imperatorem nostrum, tamquam Christi discipulum approbatam animam habere, & participem vobis hujus boni operis fuisse. Qui a primordiis regni sui usque nunc studuit custodire omne corpus Ecclesiæ sanum & perfecte integrum & ab omni morbo hæretico liberum: & propter hoc statuit quatuor sanctas Synodos in divinis ac sacris initiationibus, quando fecit magna voce a sacris prædicatoribus prædicari, quæ fortificant corda Fidelium, & hæreticorum compungunt; sperans ipse ex clementia secundum naturam suam, & putans, quod sicut eos qui ex simplicitate errore subducti sunt, decenti tempore converti; sic & hujus inventores, immo diaboli discipulos, & numquam veritatem recognoscentes, jactum hæreticorum a principio providere & præmeditari.*

* excommunicavimus.

XXXIV. De Severo nefandissimo hæretico.

Rogamus, beatissime, rememorari memorato, ac a Deo custodito Imperatori nostro illam sacram vocem dicentem. Omnem abominationem odit Dominus, quæ prima, media, & ultima est. Severus facinorosus, qui contra Deum semper locutus est super iniquitatem, & quandoque quidem Græcorum vanidicorum mysteria imbutus, ipsa honoravit: quandoque vero Eutychetis insaniam docuit, & in tota vita dixit, Bene valete in fide Christianorum: & appellationem Nestorii anthropolatræ ad decipiendos qui in simplicitate paratas habent aures, suscipiendam excogitavit, evidenter illa illis dicendo, Nestorianosque vocabat magistros rectorum dogmatum: & nec illi pepercit qui baptizavit ipsum; invalidisque anathematibus implevit totum mundum; ac arroganter decernere ipse præsumpsit, & validiores sortitus est cum his qui adhærebant ei in ordinando Scythiam contra prædictam sanctam œcumenicam Chalcedonensem Synodum, & contra sacras ac Deo dilectas epistolas sanctæ memoriæ Leonis Papæ, qui fuit illuminator & columna Ecclesiæ, quique firmavit Fideles ambulare in recta semita, sicque illud relinquetur divinæ Scripturæ impleri (a): Incidit in foveam quam fecit. Unde dubitantes quomodo ipsum proprie vocemus idem cum Gentilibus sentientem, ejusdem opinionis cum Eutychete, ejusdemque moris cum Nestorio; magis insigni & propria appellatione nominabimus, ipsum itidem cum veritate organum diaboli vocantes.

(a) Psal. 7.

XXXV. Exclamant contra eumdem hæreticum.

*Prætereuntes igitur multitudinem eorum quæ præsumpta sunt ab ipso, & sanguinem sanctorum virorum qui in Eoan * effusus est ab Estasiasmeno Judaico de Fatria tunc sub ipso militante, ac alia difficiliora prædictis propter longam narrationem: Supplicamus, sanctissime, cum nunc sit tempus acceptabile, nunc dies salutis, clamamus: Adjuva nos & sanctas animas occisas; quas astare cogitate prudenter & ostendere vobis, quod propter Christum traditæ sint morti a bestia multi capitis; ac rursus ex sua omnibus manifesta mangania & Manichæo errore, quo confidens iste iniquus ausus est intrare mundas aulas regias, cum nullum locum debeat habere, sed barathrum, ad conversantium destructionem. Et cum in præsenti pax donata sit omnibus Fidelium Ecclesiis cum tantis laboribus & sudoribus vestris ac Deo amantissimi Imperatoris nostri: parcentes ipsi extremitati animarum facientium conventiones ad ipsum & communicantium per interpellationem anathematibus contra ipsum prolatis, studete longe expellere illum pollutum & abdicatum, qui anathematibus scriptis, & apertius ab Apostolica sede vestra, & a tantis Pontificibus, & in cælo ab Angelis electis suis jam condemnatus est. Qui secundum Evangelicam & divinam vocem *... cum iniquo & facinoroso alio Petro suo discipulo appellationem propriam usque nunc mentiri non erubuit, & verba apostasiæ quotidie loquitur: necnon cum Zoara, qui omnino divinam Scripturam, & omnem sacrum ordinem & Missam ignorat; sed cum audacia (nescimus unde) sibi tradita pessumdat Ecclesiasticum ornatum atque statum per conventicula & parabaptismata, quæ quotidie temerarie aguntur; cujus synagogam mulierculis, commessationibus, & ebrietatibus, luxibusque & adulteriis deditis implet. Persuasimus autem & piissimo Imperatori nostro, non permittere aggregari bestias edaces cum agnis; cum clare & aperte sciat illud divini Apostoli dictum (b), quod nulla participatio justitiæ est ad iniquitatem, vel communicatio lucis ad tenebras, vel pars fidelis cum infideli.*

* Locus corruptus

* aliquid deest.

De Zoara.

(b) 2. Cor. 6.

XXXVI. de Isacio Persa.

At vero si ea quæ ab Isacio Persa nunc perpetrata sunt, sine lacrymis dicere non valemus: non est possibile neque metum abi-

abiicere, si narrare volumus quæ suis iniquis manibus ille facere non horruit. Nam in quodam diversorio reposita honorabili imagine præsentis piissimi Imperatoris prædictus scelestus & arrogans vir, tamquam certans & secundum recentiorem modum dicendi blasphemaverit, divinum extendens baculum, in quo inhonoratam senectutem suam firmare fingit, implensque simulatum stellionatum in conspectu eorum qui ab ipso seducti sunt, percutiebat sine venia similitudinem Christo amantissimi Imperatoris, hæreticum denominando: nec a furore cessavit, donec divisit tunicam habentem nobilem ejus effigiem, & partem pro se tenuit; quam & igni traditam, totam exterminare non valuit: nam conservata fuit a meliori providentia in redargutionem manifestam & notam homicidialis temeritatis, & majoris omnibus accusationis. Testes sunt viri (sicut novistis, sanctissime) manifestam veritatem advocatam habentes.

XXXVII. *Quoniam igitur præter opinionem hæresiarchæ submutaverunt eorum dejectionem, quæ cum ignominia debebat esse, & ante tempus multum dederunt audaciam habitandi in regalibus cellis, his qui per alium modum Deum negant, multis designatis & enumeratis ipsis nomen fictæ orthodoxiæ: & periculum est, fideles numquam ambulare in domo Domini cum consensu: Tollite a nobis cito malos, offerte consuetum sacrificium hoc Deo & Salvatori pro conservanda nobis bona defensione in futuro tremendo judicio: liberum ab omni timore & hæretica tertio repetita fluctuatione ornatum Ecclesiasticum conservate, statum confirmate; rursumque exponendo justissimo Imperatori nostro pias ac justas sententias contra ipsos prius ab Apostolica sede prolatas, statuendo per illas, impia scripto tradere igni, & habentes illa in publicum prodere, juxta imitationem eorum qui zelant pessumdare Manichæa & illa impii Nestorii & Eutychetis insensati ac Dioscori patris & protectoris eorum. Sic enim evacuabitur omnis expectatio his qui frustra sperant in eis. Rogamus etiam, sanctissime, finem perfectum imponere divinæ ac vestræ sententiæ contra Anthimum, paternis vestris decretis convenientem ut omne de medio extinguatur scandalum a parvulis in Dominum credentibus & omnibus nobis. Custodiat Dominus sedem vestram ac piissimi Imperatoris nostri, tamquam dies cæli, qui Petri imitatores salvatis, & nos a tribulationibus salvastis, eosque qui vos oderunt, confudistis.* Hactenus Orientales Episcopi ad Agapetum Romanum Pontificem.

Rogant liberari ab hæreticis.

His subiicitur in Actis subscriptio Episcoporum Secundæ Syriæ, qui eam dederunt epistolam, primoque loco positus Thalassius Episcopus Berythorum. At non ii tantum, sed & qui erant Constantinopoli, & alii Archimandritæ Orthodoxi itidem libellum obtulerunt eidem Pontifici Agapeto, qui & ipse pariter habetur intextus primæ Actioni ejusdem Synodi; hic vero ob multa notatu digna in eo posita recitandus nobis est: in primis enim quam deploratissimus esset hujus temporis Ecclesiæ status, cum adeo ubique in Oriente hæretici invalescerent, ostendit; continetque nonnulla, quibus recitatæ epistolæ sive libelli obscure dilucidentur: sic enim se habet (*a*): XXXVIII.

(a) Synod. Constantinop. sub Menna act. 1

Domino nostro sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo antiquæ Romæ & œcumenico Patriarchæ Agapeto Marianus presbyter & primas monasteriorum regiæ urbis, & cæteri Archimandritæ ejusdem, & Archimandritæ ac monachi Hierosolymorum ac Orientales in eadem Synodo congregati. XXXIX.

Libellus Monachorum oblatus Agapeto.

Eos qui sanctas Dei Ecclesias opprimunt considerantes, & inimicos Dei quotidie adversus eam scribere conspicientes, lamentationes sancti Gregorii (b) in proœmium facimus opportune ad vestram beatitudinem, dicentes: Visa est cura Dei penitus dereliquisse præsentem vitam, quæ temporibus ante nos Ecclesiam custodiebat. Habet enim hæc Gregorius Nazianzenus in epistola ad Nectarium Constantinopolitanum Episcopum data, ipso ejus exordio, cum dolet Constantinopolitanam Ecclesiam a se derelictam diversorum commercio hæreticorum pessumire. Sed pergunt ipsi: *Et jam tantum cujuslibet anima immersa est a calamitatibus, ut quidem proprios dolores vitæ nostræ non in malis esse putetur. Tot & tanta sunt communia mala Ecclesiarum ad singula respiciendo; quorum nisi aliqua in præsenti tempore fieret diligentia ad reformationem, ad omnimodam desperationis confusionem paulatim perveniretur. Cum multis itaque modis jam hæc enarraverimus; non minus vero & nunc magnas & incredibiles insidias adversus Dei Ecclesiam factas multiplicavimus.*

(b) Greg. Nazian. ad Nectarium.

*Schismatici & Acephali, qui a furia Dioscori & Eutychetis descenderunt (nescimus quis eos ad amentiam moverit) qui veluti quadam audacia freti, suo proprio morbo triumphant, synagogas facientes & parabaptismata innovantes, & tamquam ex eversione hoc facientes, & * nomen Episcoporum sibi ipsis in locis nostris diffamantes, aperte ingruescunt, & licenter omnia audent non contra Ecclesias solum, sed etiam contra ipsum piissimum* XL.

* etiam

ssimum Imperatorem nostrum, & vestrum bonorabile caput, sicut tanta prædictorum insania vestræ beatitudini manifesta fuit.

XLI. Magna quidem admiratione dignum, sub Imperatore Catholico leges quotidie adversus hæreticos sanciente, & pro fide recta patrocinium suscipiente, adeo coaluisse, invaluisseque in Oriente, ac potissimum ubi ipse Imperator erat, Constantinopoli nefandos hæreticos, ut Catholici qui ibi erant (ut audis) tentati supra modum (ut ita dicam cum Apostolo (a) & ultra vires, in ultimam pene desperationem videri possent adducti. Sed unde malorum omnium in mundum olim fluxit origo, ex eodem fonte diabolus modo tot damna in Ecclesiam derivavit; eosdem aliquando obstructos referans aquæductus per malam feminam, utpote qui sciret, potentiori nullo uti posse ad Ecclesiam demoliendam ariete, adhibens ad hoc ipsam impiam sæpe dictam Theodoram Augustam Severi discipulam: cujus arte, fraude, dolisque femineo ingenio comparatis, omnes leges in hæreticos latæ pressæ faucibus strangulantur, ut sileant; cum & loquaces hæreses reviviscunt, atque hæretici majori audacia, spreta etiam Imperatoria majestate, clamantes, insurgunt. Ita plane secundum illud Ecclesiastici (b): *Unus ædificans & unus destruens: quid prodest illis nisi labor? Unus orans & unus maledicens: cujus vocem exaudiet Deus?*

(a) 2. Cor. 1.

Theodora Augusta cladem infert Eccl.

(b) Eccl. 34.

XLII. Sic igitur quæ Justinianus Imperator sanctis legibus erigebat, impia femina occultis machinis destruebat; & quam ille voce scriptoque sæpe professus est singulis ferme annis Catholicam fidem, ista consueta perfidia abolere sategit. At non puto tanta ista jam in foris atque triviis ubique vulgata, lacrymis & lamentis Catholicorum deplorata, altioribus (ut vides) dolentium declarata clamoribus, atque libellis scriptis toties ob oculos repræsentata, Justinianum Imperatorem latere penitus potuisse. Sed quid? Frangit Adam Eva, & Dalila Samsonem enervat, ut illi ipse licet non seductus, sed turpiter emollitus acquiescat, atque incaute caput in ejus sinum somno pressus inclinet. Sed quæ sunt libelli reliqua audiamus. Subdunt enim monachi, quam contumeliosi facti sint hæretici in ipsa etiam primaria Imperii civitate ubi degeret Imperator, & quo tandem procaciæ venerint, ut in ejusdem Imperatoris imaginem insanierint:

XLIII. In Imperatorem molestissimi hæretici.

Nam venientes (inquiunt) ad quamdam domum figuram oratorii habentem, in qua monachi quidam de iniquo contubernio illorum habitant, imaginem piissimi Imperatoris furia excæcati, illud patris eorum diaboli fecerunt, qui cum non possit contra Creatorem, adversus figmentum suam ostendit furiam. Irruit enim unus ex eis Isacius Persa qui magia quadam utens, seducit corda volentium ab eo decipi, &c.* Quæ superius in Episcoporum libello sunt recitata. Inferius vero dilemma illud adhibent, quo usus est Gregorius Nazianzenus ad Nectarium scribens, qui fatua tolerantia sinebat cum Orthodoxis hæreticos coalescere, suasque synaxes agere permittebat: rogantque (ut ille petebat) ab ipsa urbe Constantinopolitana pelli procul hæreticos: est autem hujusmodi adhibitum argumentum: *Non possunt duo contraria esse simul vera*: Si hæreticis facultas datur hæreses prædicandi; istud ipsum fateri est, veritatem apud ipsos esse, a nobis autem illam penitus defecisse: Sin autem eam apud nos esse jure firmemus; illos ea deficere, & ut mendaciorum textores Deo & hominibus execrabiles esse abiiciendos, dicere necesse: cum præsertim in eo statu res modo positæ essent, ut tolerare ista, etsi non jubere, patique saltem ipsum Principem sub pacatissimo & florentissimo Imperio, cum ubique terrori esset etiam longe positis barbaris, indecens esset, atque propemodum eisdem consentire, ac patrocinio ipsos fovere suo. Sed quomodo iidem tacite perstringant fautores illorum, accipe:

* excæcantes.

Quoniam igitur ex hac causa in multas domos eorum, qui in excellentia sunt, intrant, & indecentia faciunt, captivantes mulierculas quasdam peccatis oneratas, quæ variis ducuntur desideriis, & semper addiscunt, & numquam ad cognitionem veritatis venire possunt: verum etiam in ipsis propriis domibus & suburbiis altaria, & baptisteria erigunt in oppositum veri altaris & sancti fontis: & omnia simul contempserunt propter attributum eis patrocinium ab his qui in domo domini & aliquo alio modo potentes sunt. Et proculdubio ista dicentes, significant, non ipsam unam dumtaxat Theodoram Augustam infectam Severi peste, sed alios ejusdem civitatis optimates, eorumque conjuges eodem morbo pessime laborasse. Quod enim cuncta Theodoræ arbitrio volvi perspicerent, & hac ex parte prorsus imbellem esse noscent Imperatorem, cum minime repugnaret uxori; non damnum & pœnam timebant, sed gratiam se esse sperabant consecuturos, dum faverent hæreticis, quibus Augustam studere sciebant. XLIV.

Optimatum plures Hæresi inquinati.

Hæc igitur sanctissimæ fidei confessores monachi deplorantes, eumdem Agapetum Pontificem una simul interpellaverunt his verbis: *Nolite pati, beatissime, non uti solita fiducia ad reforman-* XLV.

XLV. De fugandis a civitate hæreticis.

dum tantum malum. Sed sicut prius contra Anthimum insurrexistis, & lupum qui conabatur cooperiri per pellem ovis, & transcendere ostium Ecclesiasticorum ordinum, sanctionum, & canonum, & qui latrocinanter mandram ovium transcenderat, pelle denudastis, & ipsummet demonstrastis, & procul a mandra expulistis; sic & nunc iterum vigilate, & ostendite piissimo Imperatori nostro, quod nullum lucrum exierit (ut inquit divinus Gregorius) studio reliquo suo circa Ecclesias, si tale malum in destructione sanæ fidei per ipsorum fiduciam prævalebit, & permittantur adhuc isti ad corruptionem Ecclesiæ nidificare in domibus dominorum & in propriis, & iniqua in ipsis facere.

XLVI. *Hæc quidem dumtaxat portamus, licet incredibilia, & a diris doloribus incurvati: spem habentes ad clementissimum Deum qui in tempore opoprtuno vestrum adventum nobis ostendit; quod sicut Petrum magnum Apostolorum principem his qui Romæ erant in depositione Simeonis Soetici* * Samaritani. *misit, sic & vos misit in depositione, & expulsione Severi, Petri, & Zoaræ, & eorum qui similia eis sapiunt, & qui omnigenis honoribus circumfoventur ad inhonorationem Dei blasphemiasque ac ejectiones* * electiones *: dabit vobis potestatem, coopitulante vobis piissimo & a Deo custodito Imperatore nostro, istos expellere de omni Ecclesia tamquam insidiatores & violatores non solum sanctissimarum Ecclesiarum, sed & politiæ ipsius. Nam cum hos ad suam malitiam convenientia organa insidiator boni, nempe diabolus, invenisset, totum orbem terrarum commotum fecit, & Sanctorum sanguine terram contaminavit, & civitates jugulationibus, & tumultibus turbavit. Expellite igitur istos.*

XLVII. In eos qui hæreticos non expellunt. *Scimus bene, si piissimum Imperatorem nostrum & ipsius Christo amabiles Principes informatis, quod communicant anathemati, in medio habentes anathema, sicut ostendit nobis antiqua Scriptura* (a) (a) Jos. 7. 1. Reg. 14. *in Achan & Jonathan, qui scienter & ignoranter inciderunt in anathema, & hæc ignorando in periculo fuerunt perire cum eis: quoniam in medio eorum fuit anathema. Et si commemoratis suo Deo amato & dilecto Imperio adducere Deo eos qui ab ipsis a recta fide abducti sunt, & si hoc non valeat facere, insidiatores Ecclesiæ repellantur. Non enim latuit tuam beatitudinem quod quamquam piissimus Imperator noster mandaverit hæreticos non conventus facere, neque rebaptizare; Zoaras tamen tale præceptum despexit, & parabaptizavit in die Paschæ non paucos, inter quos erant pueri eorum qui permanent in domo herili, sicut deposuit ille, qui ab ipsis gratia Dei potuit evadere & aufugere, & ad Dei Ecclesiam refugere. In aliis quoque locis, & domibus excellentissimorum virorum hæc & similia istis facta fuerunt. Verum semper isti soli Dei Ecclesiam perturbaverunt & contristaverunt, & nos usque ad istud tempus fletum utique continuimus.*

XLVIII. De Episcopis pietatem simulantibus. *Sed quoniam & ab his qui intus jam esse videntur, ac in ordine Pontificum existere, omnino expugnatur, Catholica fides scilicet; tempus est dicere de eis illud Psalmi* (b) (b) Ps. 54. *: Si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem utique: & si is qui odit super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo: tu vero homo unanimis, dux meus & notus meus, qui mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum consensu. Tales fuerunt nonnulli commorantium in magna, & regia urbe, prima civitatum, nomen quidem pastorum portantes, totaliter autem sunt lupi rapaces: e quorum numero maxime existit Anthimus Trapezuntinus, & alii aliarum civitatum, isti enim & similes huic ex hæreticis Acephalis existentes, ac paululum religionis pietatem simulantes, in Ecclesias se intruserunt tamquam quædam Ægyptiaca flagella, qui nullo modo propriis Ecclesiis vacare volunt, & hoc solum bene sapientes ut devastent sibi assignatas Ecclesias, &c.* Pergunt dicere de Anthimo Ecclesiæ suæ desertore, invasore vero alterius: sed hæc nos suo loco opportunius recensuimus. Atque demum hæc addunt adversus eosdem:

XLIX. De pseudo-episcopis degentibus Constantinop. *Verum quoniam non solum iste sed & ceteri Episcopi, clerici, & Archimandritæ in magno numero, qui insidiis adversus Dei Ecclesiam utuntur, & propter hoc solum in hac civitate commorantur, ei & universis Ecclesiis perturbationes dare, nullo modo recusant; rogamus, & universos tales ad vos adduci, & exactiones promittere canonibus condecentes: quippe & in prædicto Anthimo & in istis omnibus vigilante justo judicio canonum a vobis bene custoditorum, ut paululum refrigeretur Dei Ecclesia ab istis liberata; & cognoscant qui ad pastoralem curam & clerum hoc modo venire volunt, quod non in fine tacebit Dominus, sed evigilabit super tales pastores, super quos secundum Prophetam* (c) *exacerbatus est furor ejus.* (c) Ezech. 31. *Isti enim pascunt non oves, sed se ipsos; & judicium abominantes, & omnia recta pervertentes, ad nihilum duxerunt insidias quæ fiunt contra Ecclesiam, & blasphemiam contra sanctos Patres.*

L. *Quam defendentes* Ecclesiam, *beatissimi, suscipite nostram supplicationem: & potestatem vobis a Deo datam in ipsos moventes, purgate Dei Ecclesiam, & a lupis liberate, immittentes in ipsos non pastoralem, sed disciplinativam virgam vestram. Nam etsi pœnitere promittunt; præ-*

præterita vita ipsorum, quæ alio & alio tempore & non veritate commutatur, non permittit committere pastoralia eis qui Ecclesiam Dei negaverunt, & hæreticis qui extra ipsam juste constituti sunt, Severo videlicet, Petro, & Zoaræ, & qui similia his sapiunt, super quos judicium vestrum piissimus Imperator suscepit, jamque condemnatos ab Apostolica sede vestra, & ab aliis Patriarchalibus sedibus, necnon ab omni Pontificio, cum non patiantur canonice venire ad Ecclesiam Dei, expelli ab omni publica & privata domo, piissimo Imperatore nostro pro pace Ecclesiarum idem vobiscum sententiante, cui omnis cura & studium die noctuque de hac re super omnes est: & cessare facere omnem turbationem ab ipsis factam Ecclesiis, atque omnem alienam doctrinam simul videre, beatissimi; & hortari Deo amatum dominum nostrum, ut sanciat, sicut illa impii Nestorii, ita & ista Severi mente capti animæ corruptibilia scripta in sanctam Chalcedonensem Synodum, & in thronum sancti Patris nostri Leonis Archiepiscopi blasphemantia igni tradere: nam per ista dubiam fidem in animas simpliciorum facere studuit, & subsannari fecit apud Gentes magnum & venerabile nomen Christianismi.

LI. *Etenim hujus gratia & Romam ad vos misimus, & vestrum exoptatum adventum denunciavimus, & ipsum suscepimus. Tales a piissimo Imperatore nostro promissiones accepimus, quod ea quæ a vobis canonice pronunciata sunt, sua pietas omnino studeat mandare executioni, & totum mundum deinceps liberare a temporali horum turbatione. Nomina vero clericorum & monachorum tempore opportuno denunciabimus, exhibentes quomodo hi quidem quæ Nestorii sunt, hi vero quæ Eutychetis sentientes, ab utraque parte divellere Ecclesiam conantur.* Hactenus Orthodoxorum monachorum libellus, cui subscripta leguntur nomina Archimandritarum & presbyterorum pro suis monasteriis legatione fungentium numero nonagintaduo magna ex parte provinciæ Palæstinæ. Nam inter alios affuit legatio a magno illo Theodosio cœnobiarcha, de quo plura superius laude dignissima pro fide perfuncta enarrata sunt. Hesychius enim presbyter ejus monasterii Theodosii legatus subscriptus eidem libello legitur.

LII. De Theodosio cœnobiarca. Vivebat adhuc quidem Theodosius ipse, de quo ista in ejus Vita post alia suscepta pro fide Orthodoxa certamina leguntur: *Cum de eo*, Theodosio scilicet, *intellexisset & qui veteris Romæ sedem pulchre tenebat (is autem erat Agapitus) & qui Antiochenam sedem regebat Ephraim*, sive Ephræm: *ipsi quoque populis rectam fidem prædicabant. In quibus multa sunt ad laudem hujus beati composita, quæ non minorem gloriam afferunt iis qui scripserunt, quam ei qui laudabatur; quod non ad gratiam, sed plane ad veritatem fieret laudatio.* Hæc ibi.

LIII. Sed quod ad libellum recitatum pertinet, oblata ista fuerunt ab Archimandritis Agapeto, ut quæ præcedunt ipsum libellum Acta testantur: ita tamen, ut ea omnia, antequam libellos tum Episcoporum tum monachorum Agapetus susciperet, celeritate prævenerit: utpote quod jam Anthimum condemnasset: nam ubi primum exuisset Episcopatu Constantinopolitano, summa qua nitebatur Apostolica auctoritate rursum in eum sententiam tulit, qua judicavit, ut etiam ab Episcopatu Trapezuntii, & omni sacerdotali munere & functione esse omnino deberet extorris: acceptos vero dictos libellos tum Episcoporum, tum etiam monachorum, misit ad Justinianum Imperatorem quo ab eo damnati expellerentur hæretici. (Agapetus iterum damnat Anthimum.)

LIV. Sed quid interea, peccatis exigentibus populi, funestum accidit? Cum jam omnia ista ab ipso facta essent, implessetque in omnibus partes suas, sanctissimus Agapetus ex hac vita migravit: tamquam omnibus absolutis ad quæ missus erat, post opus vocaretur ad præmium. Hæc autem omnia brevi narratione a nobis perstricta, accipe quam diligentissime enarrata in libello (*a*) eorumdem monachorum, quem Justiniano Imperatori post Agapeti obitum obtulerunt: in quo post recensitum ab eis primum & secundum judicium contra Anthimum latum, quorum priori e sede Constantinopolitana eum deposuerat, posteriori etiam e sacerdotio Ecclesiæ Trapezuntinæ, ista adjecere de his quæ post hæc sunt subsecuta: (Agapeti ex hac vita transitus.)

(*a*) *Apud Synod. Constantinop. sub Menna Act. 1.*

LV. *Has vero petitiones nostras*, oblatas scilicet Agapeto, ut omni sacerdotio exueret Anthimum, *præveniens prædictus sanctissimus vir Agapetus, cum Anthimus se ipsum manifestum constituerit, simul cum prædictis hæreticis condemnavit, & omni dignitate sacerdotali & officio nudavit, & omni Episcopatu, & Orthodoxo nomine usque ad pœnitentiam eorum quæ deliquit. Et misit pietati vestræ libellos nostros, ut quæ in ipsis sunt*, nempe ut iidem damnati hæretici procul eiicerentur, *per vos ad finem deducantur. Sic enim opportune assumptus est hic honorabilis vir a dispensatore nostro Deo, & additus est patribus suis, & bonum certamen certavit, & cursum perfecit, fidemque servavit.* Hæc ipsi de transitu sanctissimi Agapeti: atque eodem libello Imperatorem, ut eosdem abiiciat hæreticos, interpellant his verbis:

LVI. *Obtestamur itaque vestrum Imperium (licet temerarium quid faciamus) per magnum Deum Salvatorem nostrum Jesum Christum, qui protegat venerabile Imperium*

Quid Orthodoxi petant ab Imp. *rium vestrum, & omnem inimicum & hostem propter vestram rectam fidem vobis subiiciat, non contemnere judicium prædicti sancti viri; sed ipsum exequi, & Ecclesiam Dei & totum mundum liberare a peste Anthimi, & prædictorum hæreticorum. Nam sancto Agapeto in præsenti vita existente, post Deum ad vestram pietatem respiciente, hæc accipere finem a vobis expectavimus. Implendo itaque quæ ab illo juste & canonice judicata fuere, & per vestram generalem sanctionem ista confirmando, taliaque de cætero præsumi interdicendo; illius beatam animam coletis, quæ cum Deo proxima sit, eo quod vinculo terræ & carnis hujus soluta sit, & fiduciam ex propriis bonis operibus adepta, pro pace & salute vestræ pietatis intercedit.*

LVII. (a) Psal. 138. Magno periculo sinuntur hæretici degere in civitate. *Vos autem cum David ad Dominum cum fiducia clamate (a): Nonne qui oderunt te, Domine, odio habui, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio odivi illos, & inimici facti sunt mihi. Timendum enim est, pissime Imperator, ne propter multam dilationem illud Israelitici populi patiamur & nos, in medio habentes ab omni sacerdotio anathematizatos; qui quoniam in medio habuit Achan (b) & Jonathan in scientia & ignorantia se ipsos anathemati subiicientes, in periculo fuit totaliter perire, licet ignoraret quod in medio haberet anathema. Non ergo, Christianissimi Imperatores, tale malum contemnite, sed utimini zelo ad cognitionem Dei, & his quæ ipsius sunt, adimplentes quod scriptum est (c): Ventilator impiorum Rex sapiens: ut cum David, & Josia, & Elia, ac Agapeto, qui maxime zelaverunt pro Deo, partem vos habeatis in præsenti quidem sicut & illi, & sub scabello pedum omnes inimicos vestros subiiciat: in futuro vero cum illis æternum regnum tribuat, qui promisit coram isto centuplum & in futuro sæculo vitam æternam donare.* Hactenus Archimandritæ ad Imperatorem post obitum sanctissimi Agapeti.

(b) Jos. 7. 1. Reg. 4.

(c) Prov. 20.

Sed antequam cætera quæ hoc eodem anno Constantinopoli post Agapeti Papæ obitum secuta sunt, in medium afferamus; in ipso transitu tanti Pontificis aliquantulum immorandum. Quod enim in primis ad tempus spectat; quo hjus anni mense, quove ejus die defunctus sit, haud satis liquido constat: certum est tamen errare eos, qui ejus obitum contigisse referunt hoc anno vigesima prima mensis Maii. Si quidem ex Actis Synodalibus ejus, quod hoc anno celebratum est Constantinopoli, Concilii post migrationem Agapeti, redarguuntur, cum ejus prima Actio die secunda ejusdem mensis Maii habita legatur: adeo ut opus sit affirmare, ante eumdem mensem Majum sanctum Agapetum ex hac vita deductum. Anastasius de ipso habet, sedisse tantum menses undecim & dies decem & octo. Verum cum superioris anni exordio ipsum electum fuisse Pontificem satis aperte fuerit demonstratum, utique amplius anni periodo ipsum vixisse, opus est affirmare. Ad calcem vero de eodem Agapeto hæc Anastasius: *Post dies aliquantos, ægritudine correptus, defunctus est Constantinopoli. Cujus corpus in loculo plumbeo translatum est Romam usque ad basilicam beati Petri Apostoli, ubi & sepultus est duodecimo Kalendas Octobris. Hic fecit ordinationem in urbe Roma, creavit diaconos quatuor, Episcopos per diversa loca numero undecim. Et cessavit Episcopatus ejus mensem unum & dies vigintiocto.* Hactenus Anastasius. Porro diem natalis ejus illum celebrat annuatim Ecclesia, quo Romam translatum in basilica Vaticana ipsum excepit. Quod vero ad legationis negotium, cujus rei causa profectus est Constantinopolim: ipsum quidem bene ge-

LVIII. De tempore obitus Agapeti.

PAGIUS X. *Agapetus PP. Moritur.*

Ad num. LVIII. Baronius, qui superioris anni exordio *Agapetum* Pontificem Romanum creatum credidit, eum amplius anni periodo in Pontificatu vixisse concludit, aitque haud satis constare, quo hujus anni mense; quove die defunctus sit. Verum Anastasius prioris ejus sepulturæ diem ac mensem notavit, cum scripsit: *Defunctus est Constantinopoli X. Kalendas Maji, cujus corpus in loculo plumbeo translatum est usque in Basilicam Beati Petri Apostoli, ubi & sepultus est XII. Kalend. Octobris.* Licet enim Anastasius de Sanctis Pontificibus loquens aliquando de eorum Translatione ac secunda sepultura intelligendus sit, ut etiam hoc loco eum exponit Baronius in Martyrologio Rom. ad diem XX. Septemb. quo *Agapetus* a Latinis colitur; nihilominus duratio Sedis ejus, & modus loquendi Anastasii eum de priori ejus sepultura loqui manifestum faciunt. Ordinatus enim fuit superiori anno die tertia mensis Junii, seditque menses decem, dies novemdecim. Quare die vicesima secunda Aprilis hujus anni e vivis abiit. [1] Verum quidem est in exemplaribus Anastasianis, omnibusque Catalogis Pontificum Rom. *Agapeto* attribui menses undecim, & dies novemdecim, aut, ut in quibusdam, dies octodecim, sed certum est, mensibus unitatem perperam additam; alioquin

NOTÆ [1] Agapitus ex nostro calculo decessit die 6. Aprilis hujus anni, uti superius in Nota ad annum 535. 1. demonstravimus. Eo defuncto vacasse Episcopatum oportet mensibus duobus, diebus 23. nam Silverius die 29. Junii anni hujus consecratus fuit in Pontificem, ut ex Catalogo Blanchiniano probavimus in Nota ad A. 555. 7. MANSI

gestum esse, idem Anastasius indicat, ubi ait: *Agapetus Papa omnia obtinuit, pro quibus missus fuerat.* Sed redarguitur ex his quæ dicta sunt superius ex Procopio, & ex iis quæ postea sunt consecuta. Post hæc de ejusdem Agapeti obitu ista subdit Liberatus diaconus (*a*): *His peractis, constituens Papa apud Imperatorem Apocrisarium Ecclesiæ suæ Pelagium diaconum suum, dum in Italiam reverti disponit, Constantinopoli obiit.* Hæc Liberatus.

(*a*) *Liber. diac. Brev. c. 22.*

LIX. Extat in bibliotheca Vaticana (*b*) de rebus gestis ab Agapeto Pontifice Constantinopoli & obitu ejus & funere vetus monumentum, scriptum (ut apparet) ab aliquo qui tum interfuit: quod licet depravatum valde, ut licuit restitutum, hic tibi reddendum putavimus, cum notatu digna nonnulla contineat; sic enim se habet:

(*b*) *Bibliot. Vatic. l. n. 1538. apud Regest. S. Greg. pag. 394.*

Chronographia ab Eccl. Rom. condita.

Anno ædificationis Romanæ Ecclesiæ quadringentesimo nonagesimo, Agapitus, qui primæ sedis Antistes fuit, a Theodato Gothorum nequissimo Rege ob postulandam a Justiniano Augusto pacem Constantinopolim venit. Hic observa lector, veterem chronographiam, qua aliqui numerarent interdum annos ab ædificatione Romanæ Ecclesiæ. Sicut enim priscis Romanis mos fuit ab Urbe condita annos recensendo deducere, ita iis visum ab Ecclesia Romana condita temporis nota memorias consignare: cui & consentire, cohærereque nostram chronographiam adamussim omnino gaudeas. Etenim dum ostendimus anno Domini quadragesimoquinto Romanam Ecclesiam ab Apostolorum Principe Petro erectam: plane ab eo tempore absolvitur hoc anno quadringentesimus nonagesimus, & inchoatur nonagesimus primus ejusdem, quo vertitur annus Domini quingentesimus trigesimus sextus. Sed videamus quæ sequuntur:

LX. *Confestim uterque, Rex, & Pontifex, sancta delibans oscula, & alter alterum veneratus, diem duxere in vesperam, legationis dumtaxat pace negata. At vero Agapitus juxta præceptum Petri universis profuturus Ecclesiis, quæ per id tempus omnes in se inclinatæ recumbebant, in ipsarum se necessitatem convertit, columnamque se suffulsit immobilem.* Etenim (ut dictum est) ubi Constantinopolim venit, plures de miserando statu Ecclesiarum ei libelli oblati sunt; petentes omnes ab ipso, cui universalis gregis cura in Petro credita fuit, cui & dictum est: *confirma fratres tuos*: Auxilium impertiri *Hactenus* (subdit Auctor) *Romanum Pontificem Constantinopolim advenisse dixi: nunc Anthimum universalem Ecclesiam invasisse dicam, Epiphanio siquidem vigesimo regiæ urbis Episcopo vita defuncto.* Ita quidem numerans a Metrophane prædecessore Alexandri Episcopi Constantinopolitani, qui vixit tempore Constantini; ab ipso enim usque ad Epiphanium, demptis hæreticis & schismaticis, totidem numerantur ejus Ecclesiæ Episcopi; ut plane appareat, Nicephori catalogum Constantinopolitanorum Antistitum, a Stachi (ut ait) ab Andrea Apostolo ordinato inchoatum, his temporibus prorsus ignotum fuisse. Pergit vero auctor:

Series antiqua Episcoporum Constantinopol.

Anthimus qui relicto dudum apud Trapezuntium civitatem Episcopatu, Constantinopolim venerat, vitamque suam jejuniis commendabat, sive Patrum decreto, sive Augusti favore, sive procerum voto, hæreticorum pecuniis & seditiosorum turbis fretus, in Constantinopolitanæ Ecclesiæ sedem irruit improvisus; adulter invasit, & Apostolicum thronum, ingemiscente clero, populoque ad cœlum oculos referente, homo inimicus insedit; atque cunctis cæteris insaniam suam tacitus seminavit, stipem egenis simoniaco ritu disseminans. Talem hunc Ecclesiæ adulterum & populi seductorem Agapitus Papa sine ullis morarum obstaculis Ecclesia expulit, & pœnitentiæ eidem tempus indixit: quod cum sine mora repelleret, & antiquam Ecclesiam quam reliquerat, reprobaret, perfidiamque suam alta mente reponeret; Papæ Agapiti voce & canonica secure percussus est; complicesque ejus Severus & Petrus, Antiochenæ & Apamenæ civitatum quondam Episcopi de exilio in exilium deportati; Zoaras quoque presbyter, eorumque sequax Apostolica voce ligatus est. LXI.

Aga-

PAGIUS quin Sanctus *Agapetus* vixisset post diem secundum mensis Maii hujus anni, quo in Concilio Constantinopolitano dicitur *Vir sanctæ memoriæ*, quod Anastasius non videtur ignorasse, aut Joannes II. die XXVII. mensis Maii superioris Christi anni non obiisset, quod tamen Anastasius asserit, & Interpontificium quod post ejus mortem fuit, confirmat. Hinc Sanctus *Agapetus* Papa colitur ad diem XXII. mensis Aprilis in Martyrologiis MSS. Vaticano Sancti Petri, Barberino, aliisque & in Appendice ad Martyrologium Adonis. Memoratur quidem a Græcis in Menæis, & in Menologio ad diem XVII. mensis Aprilis; sed is dies ad alicujus Basilicæ in ejus honorem constructæ, Dedicationem referendus.

Ad num. LIX. & seq. Auctorem Anonymum, qui Libellum scripsit de rebus gestis Constantinopoli ab *Agapeto* Papa, deque ejus obitu ac magnifico funere Chronologiam suam confirmare existimat Baronius, quia dicit, *Agapetum* Constantinopolim venisse *anno ædificationis Romanæ Ecclesiæ quadringentesimo nonagesimo. Etenim*, inquit, *dum ostendimus anno Domini XLV. Romanam Ecclesiam ab Apostolorum Principe Petro erectam: plane ab eo tempore absolvitur hoc an-* XI.

Epocha ab anno ædificationis Ecclesiæ Rom. deducta explicatur.

LXII. Expiari solita templa & & utensilia. *Agapitus vero Papa, vas Catholicum, Evangelii tuba, præco justitiæ, sacra altaris sedisque velamina sacrilegi Anthimi infecta flatibus, suis Catholicis precibus eluit.* Citantur hæc verba a Gratiano (a) ad probandum antiquum Ecclesiæ ritum, quo ostenderet Catholicam Ecclesiam semper exhorruisse quæ sunt hæreticorum, non solum ipsas ecclesias, sed omnia ipsarum utensilia; nec illis absque expiatione sacra uti solere. Sed pergit: *Omnesque templi ædes ab inflictis inibi per Anthimum maculis Orthodoxis obsecrationibus, expiavit, mercenario, lupoque ovium a Dominica caula detruso extra Ecclesiæ parietes. Ecclesiarum ministri, Catholico Principe sibimet arridente, consilium unanimes ineunt, Agapito Præsuli Mennam presbyterum ordinandum sibi Episcopum suis vocibus commendantes, in medium proferunt. Agapitus Papa libellum ejus instar fidei suæ manu propria editum flagitat, scilicet Romæ eum per se beato Petro Apostolo porrecturus.*

(a) De consecr. dist. 1. c. 23.

LXIII. Libellum offert Mennas Agapeto. *Edito Mennas juxta præceptum creatoris sui fidei libello, & Agapito Papæ in conspectu Ecclesiæ suæ oblato; ab eodem omnium Episcoporum Principe imposita manu universalem,* subiectarum sibi provinciarum videlicet, *Episcopatum adeptus est, solusque vigesimusprimus Ecclesiæ suæ Episcopus a Romanæ sedis Antistite meruit ordinari. Hucusque Agapiti præceptoris nostri monitis lætati sumus in his quæ dicta sunt nobis: nunc subita infirmitate ejus turbati mœremus. Quis enim potuit siccis oculis Agapitum narrare morientem?*

LXIV. De ægritudine Agapeti. *Incidit in gravissimam valetudinem: immo quod optabat, invenit, ut nos desereret, & temporum malis mox subsequentibus careret, & Domino plenius cum sanctis Patribus jungeretur. Defecerat spiritus, & anhelans in morte, anima erumpere gestiebat; ipsumque stridorem, quo mortalium vita finitur, in laudes Domini convertebat. Necdum spiritum exhalaverat, necdum debitam Christo reddiderat animam; & jam fama volans tanti prænuncia luctus, totius Orbis populos, quibus civitas repleta erat, ad exequias convocabat. Aderant diversarum provinciarum numerosi Episcopi, & sacerdotum monachorumque chori pene urbem repleverant. Tota ad funus ejus Byzantium turba convenit: sacrilegium putabat, qui non tali Pontifici ultimum reddidisset officium: sonabant psalmi, & excelsa tecta domorum reboans in sublime Alleluja quatiebat.* Locus iste ex epistola S. Hieronymi ad Aletium de funere Ruffinæ scripta desumptus indicat auctorem fuisse Latinum, atque Latine scripsisse: qui pergit: *Hinc juvenum choros, hinc senum videres. Quæ carmina, laudes sacerdotales, & facta feruntur?*

LXV. De sumptuoso funere Agapeti. *Nemo quandoque totius Orbis vel Episcoporum, vel Imperatorum vita defunctus, inter tantas exequiarum copias funeratus visus est. Explorate procedentium & catervatim in exequiis ejus multitudinem fluctuantem, non plateæ, non porticus, non eminentia desuper tecta capere poterant prospectantes. Tunc suos in unum populos urbs regia prospexit: favebant * omnes sibi in gloriam defuncti sacerdotis. Nec mirum, si de ejus fide homines exultarent, de cujus prædicatione Angeli lætabantur in cælo. Quodque mirum sit, nihil pallor mutarat in facie; sed ita dignitas quædam, & gravitas ejus ora compleverat, ut eum non mortuum, sed dormientem putarent.* Hucusque ibi, sed nonnulla deesse videntur. Impendit Oriens vivo, impendit & mortuo Agapeto, quæ tantum decere sciret Romanum Pontificem, Orbis totius Antistitem: dum quam debuit eidem superstiti obedientiam exhibuit & observantiam, defuncto autem ut patri omnium parentavit.

* fervebant.

Ne quid vero præteriisse videamur ex iis quæ sub eodem Pontifice gesta esse antiquitas prodidit; hic ad finem rerum ab ipso gestarum collocanda nobis erunt, quæ absque nota temporis esse conscripta reperiuntur de iis quæ ipsi acciderunt, dum Romæ esset: cum more nostro certis reddere annis nolimus, quæ nulla certitudine temporis enarrantur, sed ad calcem potius ipsa referre. Quæ igitur de eodem Agapeto Pontifice apud Sophronium narrata leguntur, his jungamus: sunt hujusmodi (b): *Narravit nobis Abbas Theodorus Romanus, dicens: Est non procul a Romana urbe breve oppidum, quod Rumellum * dicitur. In eo op-* LXVI.

(b) Prat. Spir. c. 150.

* Fornellum

PAGIUS *anno quadringentesimus nonagesimus, & incoatur nonagesimus primus ejusdem, quo vertitur annus Domini DXXXVI.* Verum Anonymus ille Latinus, qui scripsit, antequam Era Dionysiana in usum vocaretur, adventum Divi Petri Romam alio quam Baronius anno consignavit. Is enim eum Romam venisse tradit anno Christi XLV. qui secundum Dionysium est tantum XLIII. iste autem Anonymus ædificationem Romanæ Ecclesiæ copulavit cum anno Christi Dionysiano XLVII. qui Baronio est XLIX. Ab anno enim Dionysiano XLVII. ad Dionysianum DXXXVI. anni quadringenti ac nonaginta interiiciuntur, quod certo demonstrat Periodus Græco-Romana. Annus enim Dionysianus XLVII. convenit in annum ejusdem Periodi 5540. annus vero Dionysianus DXXXV. in annum 6029. Quare intervallum est annorum quadringentorum ac nonaginta. Sed in sententia Baronii, qui duos annos cum duobus Consulatibus paulo ante initium Diocletiani expunxit, est tantum annorum quadringentorum &

De episcopo calumniam passo. *oppidulo Episcopus erat magnæ virtutis & meriti. Die ergo quadam habitatores oppidi ingressi sunt ad beatissimum Romanum Antistitem Agapetum, accusantes Episcopum suum, ac dicentes quia in sanctificato vase manducat. Pontifex autem solo auditu perculsus, mittit duos ex clericis, ut vinctum Episcopum & pedibus iter agentem Romam perducerent: venientem vero continuo misit in carcerem. Cum ergo tres dies in carcere egisset Episcopus, venit Dominicus dies. Et cum Papa quiesceret, illucescente Dominico die, vidit in somnis quemdam astantem sibi, ac dicentem: Hac die Dominica neque tu offeras salutarem hostiam, neque alius quispiam Episcoporum qui sunt in urbe ista, nisi solus Episcopus, quem habes in carcere inclusum: illum enim hodie offerre volo.*

LXVII. Agapetus admonitus proficit. *Expergefactus autem Papa, & de visione quam viderat, hæsitans, dicebat in se ipso: Talem contra illum accusationem suscepi, & ipse habet offerre? Venit igitur et secundo vox in visione, dicens: Dixi tibi, ut Episcopus, qui est in carcere, solus offerat. Ambigenti adhuc, tertio apparuit illi, eadem repetens. Expergefactus autem Pontifex misit in carcerem, & accersito ad se Episcopo, percunctabatur eum, dicens: Quod est opus tuum? Episcopus autem nihil illi aliud respondit, nisi: Peccator sum. Cum vero Episcopo persuadere non posset, ut aliud diceret: tunc ait ad eum Papa: Hodie tu offerre debes.*

LXVIII. *Cum ergo sancto altari assisteret, & Papa prope illum astaret, diaconis altare circumdantibus, cœpit sancta Missarum solemnia Episcopus. Et cum complesset orationem oblationis, antequam concluderet ipsam, cœpit secundo ac deinceps tertio & quarto dicere ipsam sanctam oblationis orationem. Cunctis vero eam moram moleste ferentibus, dicit ei Pontifex: Quid hoc est, quod jam quarto hanc orationem dixisti, nec eam concludis? Tunc respondit Episcopus: Ignosce mihi, Pater sancte: Quia non vidi juxta consuetudinem sancti Spiritus descensum, idcirco non terminavi orationem. Sed sancte mi domine, diaconum illum prope me assistentem, qui flabellum tenet, ab altari remove: ego enim il-* Visibile signum Spir. sanct.

li dicere non audeo. Tunc jussu S. Agapeti recessit diaconus: & continuo vidit Episcopus & Papa sancti Spiritus adventum. Sed & velum, quod altari superimpositum erat, ultro sublatum est, texitque Papam & Episcopum & diaconos omnes, qui sancto altari astabant, quasi per tres horas. Tunc venerandus Agapetus, agnita sanctitate Episcopi ex perspecto miraculo, quamquam falsam calumniam perpessus esset cognoscens; quod illum ita vexaverat, tristis affectus, statuit non jam amplius per surreptionem quippiam agere, sed cum mature consideratoque judicio & magna longanimitate procedere. Hactenus ibi.

At ne tu ista legens errore ex hujusmodi narrata historia ducaris, ut existimes peccatis intercedentibus ministrorum posse effici, ut quod in Ecclesia Deo offertur sacrificium, minime suum sortiatur effectum. Etenim si nec ipsius sacerdotis rem agentis peccata impedimento esse possunt, quo minus incruentum illud & sacrosanctum sacrificium perficiatur omnino: quanto magis astantium ministrorum id haud poterit retardari criminibus? Sed totum illud factum esse divinitus ad illius sanctissimi viri sanctitudinem declarandam, satis innotuit, atque ad reliquos admonendos, haud facile a Deo permitti omnino falli judicia Summorum Pontificum, quorum sit mens recta piaque: cum etsi aliqua possint ut homines falsa surreptione præveniri, Deus tamen succurrit ne labantur. Quæ si in hujusmodi privatis causis accidere consueverunt, ut etiam superiori tomo, dum de S. Equitio egimus, est demonstratum; quomodo non præsentaneo peculiarique Deus præsto erit auxilio; cum publica ad universam Ecclesiam pertinentia judicia exercentur, atque ea potissimum quæ sunt Catholicæ fidei decernuntur? LXIX. Admonitio de iis quæ dicta sunt.

At hic finis esto historiæ rerum gestarum sanctissimi Agapeti Romani Pontificis: cui haud scio an similis alius inveniri possit, qui adeo brevi temporis spatio Ecclesiæ Catholicæ præsidens, talia tantaque perfecerit, cujusque æque apud Occidentales atque Orientales sint amplissima conclamata præconia: quique Fidelibus cunctis ex hac vita decedens sui LXX. Excellentia Agapeti.

Zzz

PAGIUS & octoginta octo, quia sc. quem secundum veram Chronologiam XLVII. numeramus, Baronius XLIX. vocat. Quamobrem annus iste CDXC. ædificationis Ecclesiæ Romanæ retro numeratus, non solum Baronii Chronologiam non confirmat, sed etiam evidenter ostendit eum ante primum Diocletiani annum Eram Christianam biennio mutilasse.

XII. Quod vero idem Anonymus *Epiphanium* vigesimum Regiæ Urbis Episcopum fuisse scribit, non inde sequitur, ante *Metrophanem*, qui primus ex illis viginti fuit, alios Byzantii Episcopos non fuisse, & Catalogum Nicephori Patriarchæ Constantinopolit. qui plures ante Metrophanem numerat, spurium Catalogum Byzantinorum Episcoporum exhibere; sed tantum *Metrophanem* primum Byzantii Episcopum fuisse ab eo tempore, quo *Constantinus Magnus* de ea Urbe Metropoli Imperii constituenda cogitavit. *Ante Metrophanem Byzantium Episcopos habuit.*

A num.

sui ardentius reliquerit desiderium, quod etiam de optimis privatus amor adimere consuevit: qui denique in deplorata a Deo incidens tempora, magis sacerdotali vigore nituerit, constantiorque apparuerit Pontificia potestate.

LXXI. *Apost. legati post obitum Papæ.* Jam vero quæ post sanctissimi Papæ decessum, antequam successor crearetur, facta sint Constantinopoli, hic enarremus. Aderant illic adhuc Apostolicæ sedis legati illi, quos idem Pontifex (ut dictum est) præmiserat anno superiori ad res componendas Constantinopolim; quos decedens nulla imminutos potestate reliquit. His autem cura illa potissima fuit, ut quæ ab eodem Agapeto vivente constituta fuissent, nullo umquam hæreticorum labefactarentur insultu, sed sarta tecta, atque in omnibus illibata & integra permanerent: cujus rei causa suis ipsorum verbis etiam obligare Orientales Episcopos, ipsis in consilio fuit, atque in eamdem sententiam Mennam adduxerunt Constantinopolitanum Episcopum.

LXXII. *Synodus Constantinop. sub Menna.* Sic igitur pari consensu Synodum in eadem civitate ex vicinioribus Episcopis & iis qui Constantinopoli morabantur colligere quantocyus decreverunt, antequam rursus insurgerent potentia freti Imperatricis depositi nuper hæretici, qui fuerant Pontificia Agapeti auctoritate compressi. Pollebat ad hæc agenda viribus Mennas, utpote qui non legatorum tantum muniebatur auctoritate, sed & ipse præpotens erat vicaria sedis Apostolicæ præfectura, qua ab eodem Romano Pontifice adhuc vivente insignitus fuerat, prout ejusdem Synodi Acta, de quibus sumus dicturi, declarant. His ergo relictis, qui ex hac vita ad æternam migraverat Agapetus, vivere visus est in legatis, superstesque in Vicario Menna Constantinopoli adhuc post obitum permanere. Horum igitur opera atque labore, hoc anno, die secunda Maii, celebrari cœpta est dicta Synodus Constantinopoli, præsidentibus cum Menna Apost. sedis legatis. Extant ejus Synodi Acta recitata in Concilio Hierosolymitano, hoc item anno die XIX. Septembris habito, ubi hæc de ipsa Synodo Constantinopoli dicta die celebrata leguntur, quibus tempus & personæ quæ interfuerunt describuntur, atque ita exordiuntur (a). *(a) Extant t. 2. Conc. nov. edit.*

LXXIII. *Post Consulatum Flavii Belisarii viri clarissimi, sexto Nonas Majas, Indictione decimaquarta, in Deo amantissima & Imperiali civitate Constantinopoli nova Roma, præsidente domino nostro sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo & Patriarcha Menna in Mesaulio * Diitico venerabilis domus dominæ nostræ sanctæ & gloriosæ Dei genitricis semper Virginis Mariæ, quæ est prope sanctissimam magnam ecclesiam. Et a dextra quidem parte considentibus ei & coaudientibus juxta pium jussum Christo amantissimi & a Deo custoditi Imperatoris nostri Justiniani, sanctissimis ac Deo amantissimis Episcopis Sabino Canusino, Epiphanio Esculano, Asterio Salernitano, Rustico Fæsulano, Leone Nolano, omnibus ex Italiæ regione prius quidem missis a sede Apostolica.* Et aliis ibi recitatis Episcopis, omnibus quinquaginta numero: post quorum nomina recensita, novissime recitantur, qui & eodem ordine subscripsisse reperiuntur Theophanes atque Pelagius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cum dictis Episcopis eodem munere Apostolicæ legationis fungentes, una cum aliis ministris Menna & Petro Apostolicæ sedis Notariis ac subdiaconibus & procuratoribus, ac cæteris qui aderant ejusdem Apostolicæ sedis clericis: interfuerunt legati quoque ab Antiocheno Patriarcha Ephræmio, necnon alii a Petro Episcopo Ecclesiæ Hierosolymitanæ, itemque Cæsarea Cappadociæ, Ancyra, & ab aliis locis missi. ** in meditullio aulæ occiduo.* *De his qui Synodo interfuere.*

LXXIV. *De loco Synodi nominato Diitico.* Quod vero in primis ad locum Synodi pertinet: non prætereat (quod & alibi notasse meminimus) dum habent Acta, eam habitam in Diitico: hanc vocem cum librarii minime intelligerent, eam corrupisse, ut pro Diitico, scripserint Dyticum, alii Dipsychum; sed germana est illa lectio, qua Diiticum ponitur: erat enim Constantinopoli percelebre monasterium Dii appellatum, a quo Diiticum derivatum, cujus hoc tempore præfectus erat Agapetus, qui in-

or-

PAGIUS XIII. *Concilium Constantinopolit. sub Menna.* A num. LXXII. ad CXIV. Concilium *Constantinopolitanum* post Agapeti Papæ obitum, ejus Legatis una cum Menna agentibus celebratum est *VI. Nonas Majas;* in eoque constitutum, ut quæ ab *Agapeto* contra Anthimum & Acephalos decreta fuerant, executioni mandarentur. Damnati iterum fuere Anthimus, Severus, Petrus Apameensis, & Zoaras, & Decretorum Agapeti, ac Synodi executionem Justinianus imperavit Novella XLII. & hæreticos illos in exilium misit. Data est *Idibus Aug. post Consulatum Belisarii V. C.* seu, ut in Actis Concilii Constantinopolit. dicitur, *VIII. Idus Augusti*: quinta vero & ultima Concilii Sessio habita *pridie Nonas Junias*. De eo fuse & egregie Baronius. Porro Concilia plerumque feria secunda inchoata, postquam die antecedenti preces publicæ factæ fuissent, hoc & multa alia exempla ostendunt.

XIV. *Habitum in atrio occidentali Ecclesiæ S. Mariæ.* Baronius num. LXXIII. & seqq. existimat Synodum in Monasterio Sancti Dii Archimandritæ celeberrimi congregatam fuisse. Verum ea habita ἐν τῷ μεσαύλῳ τῷ δυτικῷ, ut dicitur initio Actionis I. idest, ut vertit Henricus Valesius in Notis ad lib. 4. Evagrii cap. 3. in Occidentali atrio venerabilis ædis Beatæ Mariæ Vir-

ordine Archimandritarum in datis Synodo libellis primo loco subscriptus habetur. Ita dictus locus ille a Dio Archimandrita sanctitate celebri, cujus natalem diem Græci notatum habent in Menologio decimanona Julii. Cujus etiam monasterii Dii mentio habetur in Romano Martyrologio (*a*), ubi memoria celebratur ejusdem monasterii monachorum martyrum, qui pro Catholica fide tuenda sub Anastasio Imperatore occisi sunt, de quibus ibidem in Notis diximus.

(*a*) *Die* 8. *Febr.*

LXXV. De prima Synodi actione.

Confidentibus itaque Episcopis, jussus est legi libellus oblatus antea Imp. Justiniano ab Orthodoxis Archimandritis Constantinopolitanæ urbis & aliis Syriæ Inferioris, qui etiam (ut nuper vidimus) alium Agapeto Papæ dedere libellum eodem argumento conscriptum, quibus omnibus petebant damnatos hæreticos procul expelli. His actis, rursum legi eorumdem libellum datum Agapeto Papæ, Patres jusserunt, quo (ut dictum est) damnatos hæreticos non amplius audiri, sed procul relegari petebant; necnon alium eidem prius oblatum Pontifici, & scriptam ab eo epistolam ad Petrum Hierosolymorum Episcopum. His lectis, interlocutus Mennas, conveniendum dixit esse & explorandum Anthimum, si resipiscere ab errore vellet, necne, ut si minus id faceret, expelli posset: hac usus benignitate ex voluntate (ut testatus est) Agapeti Papæ. Missique sunt ex Synodo ad eum accersendum tres Metropolitani Episcopi, duo presbyteri, totidemque diaconi. Sicque finis impositus est præsenti primæ Actioni.

LXXVI. Secunda Actio.

Secundo convenerunt iidem sanctissimi Patres Nonis Maii, sive (ut alia lectio habet) pridie Nonas ejusdem (*b*). Tunc, qui missi erant, retulerunt Anthimum quæsitum in Palatii locis ubi degere consuevit, & alibi, & in suburbio, nec inveniri potuisse. His auditis, placuit sanctæ Synodo rursum aliorum trium dierum terminum ad resipiscendum illi tribuere, cujus rei gratia alii legati sunt Episcopi, presbyteri, atque diaconi, qui eum quærerent. Hæc gesta sunt in hac Actione, neque amplius quicquam.

(*b*) *Habetur t.* 2. *Conc. nov. edit.*

LXXVII. Tertia actio.

Post hæc autem statuta die rursum ad Synodum Episcopi convenere sexto Idus Maii: ubi vocatis qui ad inquirendum Anthimum missi essent, & pariter testatis majori cum diligentia perquisitum & non inventum; interlocutus Mennas Constantinopolitanus Episcopus una cum sancta Synodo, tertiam adhuc Anthimo ad resipiscendum dilationem decernit, eamdemque peremptoriam: missique totidem Episcopi, presbyteri, atque diaconi, prorogato decem dierum spatio ad pœnitentiam Anthimo. Sed quid præterea a Patribus additum, ex Actis iisdem accipe (*c*) quod interlocutus est Mennas & universa Synodus post concessum decem dierum Anthimo spatium: *Et pro tollendo omnem ignorantiæ, seu (quod verius est) dissimulationis occasionem; fient, quæ a nobis sententiata fuerint, manifesta toti Christianissimo populo hujus regiæ civitatis, & proclamatio apponetur continens inquisitionem esse factam super Anthimum, & ipsum hortans sero venire ad nos.* His dictis clausa est tertia Synodi hujus Actio: ipsa autem proclamatio lecta est quarta Sessione.

(*c*) *Ibid. Act.* 3.

LXXVIII. Quarta Actio.

Duodecimo enim Kalendas Junii eodem anno & indictione iterum convenere Patres: ubi auditis Episcopis & aliis qui ad perquirendum Anthimum missi erant; cum nusquam eum esse inventum, singulorum relatione innotuisset; tum Mennas Constantinopolitanus Episcopus ad Anthimum proclamationem scriptam publice legi jussit, quæ sic se habet:

Mennas Archiepiscopus Constantinopolitanus œcumenicus Patriarcha & tota Synodus in ipsa Deo amata Roma Constantinopoli congregata Anthimo venerabili.

LXXIX. Proclamatio ad Anthimum.

Si quidem aliqua ratio conveniens tibi fuisset & spes pœnitentiæ de peccatis commissis, nihil certe opus fuisset præsentium proclamationum. Sed olim sanctæ memoriæ Agapeto Papæ antiquæ Romæ manifestam fecisti opinionem tuam, & jam in ipsis reprehensibilibus dogmatibus incusationem meruisti, cum Pontifex Trapezuntinus appareas: sed neque inquisitionem illius sustinuisti: & cum a nobis tanto tempore ad pœnitentiam evocatus fueris, non moderatior te ipso factus es, & inobedientiam tuam majorem * *facer-*

* melio- rem.

PAGIUS Virginis. Glossæ enim veteres de habitatione compluvium interpretantur μεσαύλιον. Theophanes in Chron. pag. 158. scribit Justinianum ex Mesaulio, seu atrio Basilicæ Illi Viri clarissimi, cisternam magnam ædificasse, & Glossæ veteres atrium μεσαύλιον interpretantur. Cæterum quando Concilium in Mesaulio habitum esse dicitur, id non de subdivali area intelligendum, sed de porticibus atrii. Neque enim Episcoporum Concilia sub divo habebantur. Ad hæc, ut ibidem Valesius observat, Græci duas portas in ædibus pedeplanis habebant. Quarum prima, quæ plateam spectabat, dicebatur αὔλειος θύρα ut docet Harpocratio: secunda vero μέσαυλος, seu μεσαύλιος, eo quod media esset inter vestibulum & atrium, vel quod inter ἀνδρωνῖτιν & γυναικωνῖτιν media esset, ut tradit Auctor Etymologici. Quæ observationes certæ, ut patet ex exemplis, quæ Ducangius in Glossario mediæ Græcitatis in medium affert, dum vocem τὸ αὐλὴ exponit.

dotali humilitate (sicut visum est) ostendisti. Et quidem quæ a te gesta sunt, nulla venia digna sint: Verumtamen adhuc hominum lubrico peccata ascribendo, & clementiam usque ad multum tempus erga eos qui peccaverunt, & occasionem emendationis (licet tarde) sæpius factam invenientes, præsenti littera te provocamus; admonentes tuam venerabilitatem, non stare in ipsa contentione usque ad finem, & venire ad sanctam Synodum intra numerum sex dierum, & opinionem quam in rectis dogmatibus adeptus es, pura voce ostendere, palamque facere universis aliis, quanta potest ad revocationem his qui lapsi sunt Patrum mitissimorum & Judicum clementissimorum admonitio. Si vero & hanc nostram vocationem despexeris: tibi de cætero non in tempore locus pœnitentiæ erit. Nobis enim non aliunde quam ex his quæ fecisti, ea quæ judicii sunt inducentur. Subsignavi, apposita mensis Maii die quintadecima, Indictione quartadecima, post Consulatum Flavii Belisarii gloriosissimi. Hactenus ad Anthimum captantem latebras proclamatio. Termino autem præscripto jam elapso, in eumdem Anthimum sententia lata est, immo pronunciata antea ab Agapeto Papa firmata, ex qua supra alia occasione complura deprompsimus, sed hic eam integram accipe (*a*):

(*a*) *Eod. Conc. Constan. Act. 4. t. 2. Conc.*

LXXX. Sententia lata in Anthimum.

Multarum transgressionum Anthimus reus demonstratus est. Venerabiles quidem Patrum leges tamquam non positas ad nihilum reputavit, & paulo minus suo exemplo omnem Ecclesiasticum statum conturbavit, introducendo se in Patriarchalem sedem hujus regiæ urbis, quæ nullo modo sibi convenit, communemque confusionem sacerdotibus Dei ac populis fidelissimis operatus est. Quinimmo non hoc solum sibi studium erat, sed & Eutychetis opinionem habet. Cumque sic obtinere potuerit magnum Pontificium, quemadmodum dictum est, paulatim putavit oportere depascere sanctissimas Dei Ecclesias tali morbo, & contrarium quam divinæ voces dicant, pro congregando rationabiles oves Dei, ovilis divisiones excogitabat adversus omnes (ut ita dicatur) Ecclesias; ut periclitando unionem sanctissimarum Ecclesiarum tantis piissimi Imperatoris nostri laboribus reformatam in multas divisiones scinderet. Denique paulatim hanc corruptionem significabat simulans quidem suscipere sanctas Synodos, Nicænam dicimus contra impium Arium, Constantinopolitanam contra hæreticum Macedonium, & Ephesinam primam contra impium Nestorium, ac Chalcedonensem contra impium Eutychetem, saltem ipsas habens in sacris Diptychis. Sed cum inserta ipsis Synodis esset sancta memoria beatissimi Leonis Papæ, nullo tamen tempore aliter vel percipit, vel participat sanctissimis Dei mysteriis, nec celebritatem ipsorum prædicat, ne in hac quidem sanctissima magna ecclesia, resiliens universaliter a rectis ipsorum confessionibus, & neque magnorum Pontificum, neque venerabilium Priorum, qui pro talibus respiciunt, aut omnino tolerat, aut aliquam defensionem dat: quomodo non parvum singulo die affert scandalum in talibus, infidelibus quidem irridentibus, Fidelibus vero dolentibus ut qui parum credunt, adhuc magis conturbentur, & in pejus incidant.

In talibus enim cum magnus Imperator se ipsum disposuerit, ad memoriamque sibi revocaverit sententiam Principis Apostolorum, qua dicit (b), paratos nos semper esse oportere ad respondendum omni petenti rationem de ea quæ in nobis est spe: nihil plus juvit, sed ad ejus serenitatem deceptibilibus rationibus usus, promisit se omnia facere, quæcumque Summus Pontifex magnæ sedis Apostolicæ decerneret: & ad sanctissimos Patriarchas scripsit, se sequi per omnia Apostolicam sedem. At magno Deo & Salvatore nostro Jesu Christo non permittente talia usque in finem procedere, missus est huic regiæ urbi, secundum ipsius deitatem, Agapetus sanctæ & beatæ memoriæ Papa beatissimus, qui statim sacris canonibus manum cum Deo porrexit, & ipsum de sede sibi non conveniente depulit, data venia his qui talis rei participes aut communicatores sunt, & regiæ ac a Deo custoditæ civitati sacrum ornatum suum reddidit, cum ostendit vestram beatitudinem huic sanctæ magnæ sedi præesse. LXXXI.

(*b*) 1. *Petr.* 3.

*Quoniam vero & in dogmatibus impietatis sibi infinita crimina impendit, supplicationesque & libelli multi porrecti sunt piissimi Imperatori nostro, & beatissimo Papæ a diversis venerabilibus viris: & multis quidem sudoribus ipse beatissimus Papa animam ipsius paterne revocare studuit: sic tamen insanabiliter eum se habere invenit & pia dogmata recusantem, insuper etiam & criminantem vocem illam de duabus naturis (quod adversus Eutychetem maxime sancta Chalcedonensis Synodus diffinivit) prorsus negando, & recte condemnatos a sancta Synodo recusantem evitare, immo e contra ipsos amplexantem, & quantum in ipso est, studentem ostendere Dioscorum & ipsum Eutychetem prorsus insontes, inter quos sequi hæresim deprehensus est; sententiam profert in scriptis plenam clementia & decenti sanctitate, differens * ei tempus pœnitentiæ, decernensque donec a tali opinione mutatus satisfecerit his quæ a sanctis Patribus docte & canonice definita sunt, ipsum non habere nomen Catholici, neque sacerdotis.* LXXXII.

* defe-rens

Hæc

LXXXIII. *Hæc autem secutus piissimus Imperator noster, respiciensque ad supplicationes suæ serenitati a diversis personis venerabilibus porrectas, vestram beatitudinem & nos omnes in id ipsum super isto convenire bene satisfaciendo, justum judicavit. Nos itaque venerabiles canones sanctorum Patrum nostrorum sequentes, sacris vocationibus ipsum advocavimus, & tempus pœnitentiæ ei dedimus, & latenti ac medelam recusanti proclamatione manifesta fecimus quæ a nobis facta sunt. Cumque in his omnibus ipsum ad conversionem adducere non potuerimus, apertam hanc suæ hæresis demonstrationem accipientes, sequentesque ea quæ a beatissimo Papa bene examinata sunt: conspicimus (si hic vobis astaret) omnino ipsum tamquam membrum inutile & putridum abjici de corpore sanctarum Dei Ecclesiarum, & extra Episcopatum Trapezuntinum esse, & alienum ab omni sacra dignitate & potestate, & juxta ipsius sanctissimi Papæ sententiam a Catholica appellatione.* Hactenus Synodi sententia.

LXXXIV. Mennæ in Anthimum sententia. Post hæc Mennas Constantinopolitanus Episcopus plura in eumdem Anthimum locutus, afferens in ejusdem condemnationem calculum, quanta debeant flagrare charitate Judices Ecclesiastici reum damnantes, declaravit exemplo, dum inter alia animi ad commiserationem commoti indicium ostendit verbis istis: *Unde super impœnitenti inobedientia voluntatis ipsius lacrymantes, & super errore, qui illius animam apprehendit, gemiscentes; & sequendo sanctissimam vocem magni Dei & Salvatoris nostri (a), qui docet nos non parcere propriis membris, si alicujus scandali causa nobis fiant, sed ipsis incisionem facere insinuat ad integram totius corporis valetudinem: respicientes ad ea quæ pridem a sanctæ memoriæ Agapeto Papa antiquæ Romæ decreta sunt, &c.* Prælocutusque multa, in eumdem perversum Anthimum sententiam tulit, quam secutæ sunt acclamationes Episcoporum, clericorum, & monachorum, exclamationesque pariter adversus collegas Anthimi Severum, Petrum, atque Zoaram, jam ab Agapeto Papa prædamnatos. Post hæc monachi quoque adversus eosdem libellum obtulerunt, cujus lectio in alium est dilata conventum.

(a) Mat. 5.

LXXXV. Causam dilationis affert Mennas. Ne autem ista dilatio quid suspicionis in eorum animis parere posset, ista ad postremum Mennas adjunxit: *Putamus, charissimi, vestram pietatem non ignorare voluntatem & zelum pii Imperatoris nostri, quem habet ad Orthodoxam fidem nostram: & nihil eorum quæ in sanctissima Ecclesia moventur, convenit fieri præter opinionem & jussum ipsius. Rogamus itaque vestram charitatem in Præsentiarum acquiescere, ut nos tempus accipiamus adducere ad pias suas aures ea quæ a vobis exclamata fuerunt.* Hæc ipse dicens, ne de Imperatoris voluntate nimis profuse locutus esse videri posset, mox hac addita appendice, dicta coercuit: *Nos enim (sicut scit vestra charitas) Apostolicam sedem sequimur, & ei obedimus.* Hucusque Mennas, qui & subscriptionem apposuit, quam cæteri qui Synodo interfuerunt pariter subscribendo secuti sunt.

Quod igitur ad Imperatorem se dictorum hæreticorum causam relaturum Mennas Constantinopolitanus Episcopus dixisset, oblati sunt adversus eos libelli eidem Imperatori, quos Synodo cognoscendos idem misit Augustus. Cujus rei causa opus fuit ut rursum Synodus conveniret: quonam vero die, ita Acta declarant (b): *Post consulatum Flavii Belisarii, pridie Nonas Junias, Indictione decimaquarta, in Deo amata civitate Constantinopoli, præsidente autem sanctissimo ac beatissimo domino nostro Menna, &c.* Notandum autem, quod in Actis Hierosolymitani Concilii hæc ultima Actio, Synodus secunda nominatur; prima vero quam recitavimus contra Anthimum: ita namque ob diversas utriusque Actiones distingui placuit, utpote priorem illam esse dicendam contra Anthimum celebratam, posteriorem vero illam, quæ adversus Severum, Petrum, atque Zoaram collecta est. Sed cum re vera eodem in loco fuerit congregata, ab iisdemque Episcopis celebrata, & eadem ex causa nempe adversus ejusdem classis hæreticos habita, Actionem hanc potius ejusdem Synodi esse dixerimus, quam Synodum a superiore distinctam. LXXXVI.

(b) Conc. Const. sub Menna Act. I. t. 2. Concil.

Ultima actio Synodi Const. sub Menna.

Cum igitur dicta die & loco convenissent Episcopi, jussus est ingredi Theodorus Tribunus & Notarius atque Referendarius Imperatoris, qui secum ferret ab ipso ad Synodum missos libellos, quos a diversis acceperat; vocatique pariter monachi & clerici eorumdem hæreticorum accusatores, qui libellos obtulerant Imperatori. Primum vero præcipitur legi libellus Pauli Episcopi Apameæ, cujus Antistes antea fuerat Petrus, habens subscriptionem sex aliorum Episcoporum Secundæ Syriæ; cujus est exordium: *Magnificavit etiam & nunc Dominus facere nobiscum, &c.* Continet autem eorumdem libellus confessionem fidei Orthodoxæ, laudesque ipsius Imperatoris, quem commoveri suadent adversus Severum, Petrum, atque Zoaram. Mentionem pariter habet de epistola eodem argumento scripta ad Romanum Pontificem Agapetum, quam ipse morte præventus non accepisset. Eo lecto libello, jussus est pariter recitari qui a monachis Constantinopolitanis & aliis Secundæ Syriæ eidem oblatus est Imperatori, qui incipit: *Cor ve-* LXXXVII.

vestræ pietatis in manu Dei, & ad quodcumque ipse vult inclinari conspicientes, &c. Illud enixius expetentibus, ut dictos damnatos hæreticos judicio Synodali subiiciat, & de medio tollat omnes non communicantes Apostolicæ sedi. His lectis, dimissus est Theodorus Referendarius, qui ab Imperatore eosdem ad Synodum libellos attulerat.

LXXXVIII. Cum autem ipse recessisset, jussus est a sancta Synodo eorumdem monachorum legi libellus adversus eosdem ad Synodum datus, cujus est initium: *Cum judicium adversus Anthimum finem acceperit, &c.* Versantur in eodem argumento, ut sicut Anthimum, ita reliquos damnet hæreticos Dei Ecclesiam perturbantes: in memoriam pariter revocantes impia atque nefanda scelera ab iisdem ipsis perpetrata; quæ cum a nobis superiori tomo sint suo loco & tempore quo facta sunt, recensita; hic eadem iterum repetere superfluum judicavimus. Perlecto libello, quo iidem appellaverant olim agitatum adversus eosdem Apostolicæ sedis judicium, lecta sunt quæ adversus eosdem rescripta fuerant ab Hormisda Rom. Pontifice ad Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum, necnon ea quæ idem Pontifex scripsisset ad monachos Secundæ Syriæ: de quibus epistolis a nobis pariter actum est superius. Juncta his lectio est libelli supplicis clericorum & monachorum Antiochiæ ad Joannem Hierosolymorum Episcopum adversus eosdem hæreticos tempore Justini Imperatoris, cum pax reddita esset Ecclesiæ: cui subjecta est relatio a Joanne Constantinopolitano Episcopo tunc temporis data de pace composita, & alia ejusdem temporis acta, de quibus nos suo loco abunde satis.

LXXXIX. His omnibus perlectis & auditis, perspicue cognitum est, tum a Romano Pontifice, tum in Oriente in Synodis Antiochiæ, Constantinopoli, Hierosolymisque & ubique locorum ab Orthodoxis eosdem jam esse damnatos hæreticos. Quamobrem in eosdem ab ipso Menna Episcopo Constantinopolitano, & universa quæ congregata erat Synodo, ejusmodi sententia lata est verbis istis.

XC. *Cum Joannes divinus Apostolus & discipulus magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi dicat (a), quædam esse peccata non ad mortem, quædam vero ad mortem; doceatque nos per hanc sententiam fugere blasphemias in Deum per opiniones hæreticorum veluti ad mortem ducentes: videanturque Severus & Petrus sponte præeligere peccata ad mortem; opportunum est eos qui a principio erraverunt, & opinionibus hæreticis seducti sunt, & propter hoc a sancta Catholica Ecclesia & Apostolica, & ab omnibus qui in ipsa partem sacerdotii sortiti sunt condemnationem sibi ipsis superinduxerunt, sobrie pœnam portare ipsam existimare occasionem pœnitentiæ atque recognitionis. At cum hi nihil tale videantur fecisse, neque toto tempore aliquam demonstrationem recognitionis fecerint, sed tamquam in ipsum Deum superbientes, manserunt in propriis impietatibus; & parvum putaverunt stare usque ad perditionem suam, & si non omnes alios, quibus validi fuerunt, perdidissent; & opus affectaverunt dignum solius auctoris & inventoris iniquitatis, qui propriam ruinam communem omnium hominum perditionem constituere voluit, & usque nunc vult. Non ergo cessaverunt uti doctrinis scriptis, & non scriptis, & non solum in civitatibus in quibus fuerunt commorantes, sed etiam in longe remotis simpliciorum animas alliciendo, & participes propriæ perditionis faciendo; non ad intellectum accipientes judicium Dei, neque Dominicam sententiam manifestissime clamantem (b): Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis, obnoxius erit gehennæ ignis.*

(a) 1. Joan. 5.

Sententia in Severum, Petrum & Zoaram.

(b) Matth. 18.

XCI. *Insuper autem conculcaverunt venerabiles canones, qui prudenter sanxerunt, condemnatum in aliqua Synodo, nullo modo posse sacerdotale ministerium reassumere, donec de eo discussio ab alia Synodo facta, ipsum innocentem probasset. Et si si quis audebit sacrum quid medio tempore facere ante restitutionem in alia Synodo, hunc nec postea in alia Synodo spem aliqua restitutionis habere. Sed hæc omnia despicientes prædicti Severus & Petrus & sui communicatores & paticipes, de quorum numero est Zoaras quidam monachus de Syria ortus homo, qui neque intelligere aliquid sacri potest, neque secundum rationem facere, non quod aliis quicquam boni impartiri possit; sed simpliciter sic hypocrisim veluti escam quamdam animabus esurientium porrigit, immo (quod verius est dicere) materiam avaritiæ facit.*

XCII. *Contempserunt quidem Ecclesiam Romanam, successorem Apostolorum, quæ sententiam contra ipsos protulit, & pro nihilo reputaverunt hujus regiæ urbis sedem Patriarchalem, & omnem Synodum in ea congregatam, & ejusdem Domini & Salvatoris omnium in sanctis locis Apostolicam successionem; & ultra hæc omnia etiam omnem sententiam Orientalis diœcesis contra ipsos latam. Dicendum etiam est, quod illotis manibus sancta contrectarunt, & tamquam porci quidam margaritas conculcaverunt (dico autem Evangelicas & paternas sententias) nec cessaverunt usque ad hodiernum die gnaviter obviare statui & paci sanctissimarum Ecclesiarum. Ipsi enim clam & occulte faciunt ea quæ canonibus interdicta sunt,*

sunt, alios, quidem multos iniqua doctrina ipsorum persuadentium pervertendo, conventiculaque & parabaptismata per domos & monasteria faciendo contra canones; & ipsorum sceleratam communionem multis, qui ab ipsis perversi fuerant, tradendo: homines dicimus neque figura, neque re, qui habebant ordinationem ab ipsis datam, similiter ipsis perversos.

XCIII. *Porro per hæc non solum non eradicatur anathema primo impositum a Patribus nostris, sed & ex nostra sententia, immo vero canonum auctoritate spes restitutionis ipsis aufertur; & ut Catholici filii cum hoc intelligunt, fugiant illorum errorem & hæresim. Propterea igitur sequentes sanctorum Patrum nostrorum sententias, & Evangelicis ac paternis inhærendo sanctionibus, suscipimus & sanctissimos fratres & comministros, cum ab ipsis lata fuerit sententia contra prædictos Severum, Petrum, & Zoaram, & alios quicumque communicant ipsis in impietate, ac contra complices ipsorum. Et nos illos per Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum nostrum tamquam lupos quosdam graviter irruentes in ovile Christi abiicimus, & consentanei sumus sanctissimis fratribus & comministris nostris: & sæpius prius nominatos Severum & Petrum simili anathemate ferimus; non autem ipsos solos, sed & Zoaram, & alios qui conventicula & parabaptismata faciunt, necnon & omnia ab ipsis conscripta, quæ venenum draconis auctoris mali in ipsis nutriunt, & ipsum in simpliciorum animas emittunt.* Hactenus sententia Synodi ex præscripto Hormisdæ & Agapeti Romanorum Pontificum.

XCIV. His peractis, dedit litteras de damnatione dictorum omnium hæreticorum Mennas Episcopus Constantinopolitanus ad Petrum Hierosolymorum Episcopum, quæ sic se habent (a).

(a) *Apud Synod. Constant. sub Menna Act. 1.*

Epistol. Mennæ ad Petrum Hierosol. Episcopum.

Per omnia Deo amantissimo ac sanctissimo fratri & comministro Petro Mennas in Domino salutem.

*Recordantes solum venerabilium virorum qui apud vos sunt, lætamur: nam cum sine vultus interpellatione sit allocutio per epistolas, est animum vertere ad ipsos: propter hoc ergo solum & nunc me motum esse ad scribendum, & ex ipso momento * alloquendi vos, delectatus sum sicut in omnibus divitiis: nam sicut unguentum effusum, sic odorem nominis tui nedum non præsentis, sed longe absentis sentimus in eminentia morum vestrorum, in ipso medio cordis posita lætitia implemur, audientes virtutum vestrarum fertilissimam ubertatem. Nam sermo de vestra charitate quotidie versatur inter nos, cum multi quidem quæ a vobis reformata sunt narrent, maxime vero communis frater, immo communis benefactor Deo amantissimus presbyter Eusebius (veritatem dico & non mentior) magnus generaliter & continuus de vobis sermo est, maxime ab ipsius sanctitate, qui libenter narrat quæ apud vos sunt, sicut fides recta, vita irreprehensibilis, mansuetudo magna; & (simpliciter dicendo) omnis virtutum chorus vobis a Deo datus est, ut & Jacobi sedem accipere, & custos Orthodoxæ fidei esse mereamini. Igitur & Severum tamquam blasphemum vestra sedes dejecit. Post hæc quia tua sanctitas nobis præbuit semina fructuum, fuimus vobis consentientes contra Severum. Adsimilis huic fuit & Petrus, qui cum a cæteris jam depositus fuerit, eadem condemnatione & a nobis ille reprehensus est. Anthimus quoque ac Zoaras in similem errorem incidisse deprehensi sunt, & uterque istorum æquali pœna judicatus est. Communicaverunt nobis in his omnibus hi qui de antiqua Roma venerunt, & quicumque congregati sunt in nostra venerabili Synodo: studiumque vigilans ac providentiam Deo amabilem his omnibus contulerunt venerabiles monachi, qui ex vestra a Christo amata regione in regia urbe convenerunt.*

* motu

Ipsas itaque actiones Actorum in his omnibus formatas vobis mittimus. Sitis igitur ejusdem sententiæ in judicatis a nobis & a vobis contra Severum, rursum in approbatis a nobis & ab aliis omnibus, & (ut ita dicatur) contra Petrum & Zoaram atque Anthimum sequi tardare nolite: nam vestrum utique fuit, indissimulanter & indifferenter & in aliis quidem principium liberationis hominum pravorum ibidem accommodare, in aliis vero (si fuerit datum) ab aliis sequi. Et ostendetur quidem vobis per partem rerum gestarum ordo atque status. Veruntamen volumus hæc a vobis fieri ipsis manifesta, & horum intimationem ad eos mittite, vestram & venerabilium Episcoporum qui subditi vobis sunt intelligentiam circa gesta per litteras ipsis subiiciendas significantes: quæ autem a nobis missa sunt, manere apud vos finite; quæ vestræ rectæ confessionis & eorum qui malam opinionem sustinuerunt & passi sunt, in perpetuum erunt symbolicum instrumentum. XCV.

Rogo autem, talentum quod creditum est, nolite abscondere, sed participatione multiplicate, exerite & tradite veritates vestras, ne quandoque videamini ipsum in terram fodere. Secundum me ergo propere facientes, orate pro fratre, & supplicationes frequentate dicentes: Da pacem, Domine, nobis: omnia enim reddidisti nobis. Omnium in Christo fraternitatem, quæ cum sanctitate vestra est, plurimum salutamus. Hactenus Mennas: quem ejusdem argumenti alias misisse litte- XCVI.

teras ad Ephræm Antiochenum Episcopum sæpe adversus eosdem hæreticos strenue laborantem, par est credere, sed non extant.

XCVII. De Eusebio presb. Quem autem audisti litteris Mennæ ad Petrum laudari Eusebium Hierosolymitanæ Ecclesiæ ministrum Constantinopoli agentem, eumdem scias commendari pariter in constitutione Justiniani Imperatoris hoc anno data ad eumdem Hierosolymitanum Episcopum Petrum de alienatione domorum quarumdam spectantium ad Ecclesiam, Resurrectionis dictam, Hierosolymis existentem: quam hic describere utile esse putamus ob cognitionem frequentis accessus hujus temporis ex toto orbe Christiano ad loca sancta: sic enim se habet (*a*):

(a) Novel. 40.

XCVIII. Justiniani constit. de alienandis domibus Eccl. Hierosol. *Jam quidem ea quæ de prohibitione ecclesiasticarum alienationum erant, lege communi promulgata sunt a nobis, quam sane & obtinere & ratam in omnibus esse volumus. Quando autem conducentis omnibus ecclesiis boni providentiam agere convenit, præcipue autem sanctæ Resurrectionis, & loci in quo mundi Creator dignatus est in humana constitui generatione; propter hoc existimavimus præsentem scribere legem, non ad subversionem eorum quæ jam a nobis constituta sunt, sed ad aliquam convenientem, & necessariam rebus utilitatem. Omnibus enim est hominibus manifestum hoc, sanctissimam Resurrectionem eos qui ex omni Orbe eo confluunt (quorum multitudinem infinitum est dicere) & suscipere & alere, & facere sumptus immensos & insperatos, his qui illic coacervati sunt, sufficientes, secundum miraculorum operationem magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi (qui multitudinem ineffabilem ex paucis enutriit panibus) in dies suscipientem. Itaque ipsi & redditus esse oportet plurimos, & occasiones pias, secundum quas futura sit possibilis constitui, ut multitudini auxilietur tantæ.*

XCIX. *Novimus igitur, quatenus secundum præsens Eusebius Deo amantissimus presbyter & Cimeliarches ejus quæ secundum regiam hanc urbem est sanctissimæ Ecclesiæ, profectus in præfatam Hierosolymorum civitatem, & honestos suos & Deo amabiles etiam nunc indicans mores (per quos multis & maximis & justis augmentis sanctæ Ecclesiæ auxit reditum) potuit trecentis octoginta libris auri comparare reditum triginta paulo plus minus auri librarum, quasdam quidem pecunias colligens pie, quasdam vero ut mutuas sumerent exhortans Deo amabilissimos Oeconomos præfatæ sanctæ Resurrectionis. Docuit autem & nos, quia & creditores sua accipere quærunt, & quia aliud excogitavit inopinabile lucrum. Multis namque confluentibus & accedentibus ad prædictam Hierosolymorum civitatem desiderio repositorum & dicatorum Deo locorum, concupiscunt comparare habitationes ecclesiasticas auro multo, quatenus utique liceat ipsis, ea quæ secundum dictum locum est, habitatione perfrui: non posse autem hæc facere Antistites sanctæ Resurrectionis metu legis a nobis de ecclesiasticis alienationibus positæ, quamvis tanta existente utilitate hujus inventi, ut in annos quinquaginta velint quidam tabernacula seu cœnacula istiusmodi comparare, & inde multo & majore quam dici possit commodo futuro, siquidem possessio sanctissimæ Ecclesiæ accedat redditus triginta auri librarum (hæc constituente admiratione) vix in tredecim annis, cum ædificiorum venditio in ipsis quinquaginta annis fiat; & præsertim cum substantia ipsius Resurrectionis in domibus sit constituta, quæ fortuitis omnibus subiacent casibus, repente una pereuntes cum ipsis, nec vestigium vel tantulum servare facile valentes, si quidem ex aliquo (absit autem & hoc ut dicamus) casu cadant, aut alias consumentur.*

C. *Hæc nos venire ad præsentem legem fecerunt, quam dedicamus Deo & omnium Ecclesiarum sanctissimæ Resurrectioni, per quam sancimus omnia quidem alia, & in sanctissima Resurrectione obtinere occasione prædiorum Ecclesiasticorum (neque enim ipsi omnino permisimus venditionem nullam facere prædiorum) super sane ædificiis laxamus aliquid de rigore legis. Si enim super utilitate sanctissimarum Ecclesiarum hanc scripsimus, videmus autem tantam in re utilitatem existentem; quomodo non utique per præsentem legem hoc ipsis permittemus, omnem dantes & vendentibus licentiam, & ementibus securitatem? & maxime postquam præsumimus, tempore ipso citius reducturo iterum ædificia ad ipsam, utpote ipsorum emptoribus, qui sicut propter studium circa Deum emerint ista, ita & postquam obierint, ipsi illa relicturis. Liceat igitur ipsi sanctissimæ Ecclesiæ facere ædificiorum venditionem, nihil verenti legem in genere de his positam; propterea quod lege recentiore subdivisionem accepit, neque aliqua pœna inde contra quamlibet personam omnino conveniente.* Audisti ex verbis Imperatoris Fidelium pietatem, cum quæ ab Ecclesia emerent, eidem relinquere solerent ecclesiæ. Sed pergit.

CI. *In sequens vero tempus hoc ipsum facere liceat: sicubi aliqua tanta emerserit utilitas, ut multocuplum * bonum pro minimo sanctissimæ accedat per alienationem Resurrectioni: omnem habentibus facultatem eorum emptoribus, nunc & in futurum omne tempus, & nullam ablationem verentibus, non ipsis, non hæredibus ipsorum, non successoribus, neque*

que nunc, neque in aliud tempus; propterea quod per præsentem legem ipsos confidentes posse ad emptionem accedere, non sunt jussi aliquam pro hoc sustinere turbam, aut accusationem, aut damnum, aut ablationem: decreto proculdubio faciendo apud tuam beatitudinem præsentibus qui ex clero venerabili, & demonstrata causa, secundum quam alienatio ædificiorum fit, quia majorum causa bonorum eorum venditioni studetur, exiguis quidem rebus venditis existentibus, pluribus autem & melioribus iis quæ inde acquiruntur. Scilicet secundum præsentem mercedem congregatam ex pensionibus habitantium, venditione in quinquaginta annis facta, & pretio in solutionem debitorum solvendo, quæ creditores dederunt pro præfati reditus acquisitione.

CII. *Si enim omnium Dominus simul & creator Deus dignatus est tantum ipsi dare privilegium præter alias civitates, ut ex ipsa resurgeret secundum carnem; manifestum, quia & nos imitantes Dominum Deum & magnas ejus miraculorum operationes, quantum homini possibile est privilegium aliquod dedimus ipsi præter cæteras Ecclesias, ut ipsa fruatur hac nostra lege, quam velut aliquas primitias ipsi adducimus, ejus commodum per omnia eligentes & venerantes. Quæ igitur a nobis constituta sunt per hanc propriam legem, & ipsam legum inscribendam voluminibus tua beatitudo cognoscens, manifestam ipsam omnibus ibi constitutis constituat. Indicet autem nostram voluntatem, quam pro sanctissima & merito ab omni hominum genere adoranda Resurrectione nostrum habet Imperium, & Domino dedicat Deo, tantis nos & tot bonis præter alios omnes qui ante nos imperarunt in re qualibet dignato & dignanti. Specialis lex scripta Petro sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo & Patriarchæ Hierosolymitanæ civitatis. Dat. XV. Kalend. Junii, C. P. post Belisarii V. C. Cons.*

CIII. Visis his, quæ tum a Menna, tum ab Imperatore hoc anno ad eumdem Petrum eodem tempore scripta directa sunt, jam ad damnatorum hæreticorum causam, e qua digressi sumus, redeamus. Cum autem Justinianus Imperator cognovisset ea quæ gesta essent in Synodo, consententia in omnibus esse iis, quæ haud pridem ab Agapeto Romano Pontifice acta essent: intelligensque nullam reliquam spem ut Anthimus suum emendaret errorem, qui latebras captans neque audire quæ sibi proficua esse potuissent, omnino voluisset: eadem religione, qua hactenus semper enituit, pro munimento eorum quæ a Patribus sancita essent, sanctionem contra eosdem damnatos hæreticos scripsit hoc ipso anno, octavo Idus Augusti, quæ his verbis legitur in Novellis (*a*): (*a*) Novel. 42.

CIV. Justiniani Imp. const. adversus Hæreticos. *Imperator Cæsar Fl. Justinianus, &c. Mennæ sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo &* Universali *Patriarchæ.* Hic adverte, quod quæ est in tomo secundo Conciliorum editio hujus sanctionis, voce illa, *Universali*, caret: sed licet ab Imperatore ipso dicatur apposita; haud tamen dici potest eo sensu esse prolata, ut Constantinopolitanum Episcopum totius *Ecclesiæ universalem esse Antistitem*, significare voluerit: cum hoc tantum esse Romani Pontificis, pluribus locis idem ipse Imperator disertis verbis significarit; & ipsis Synodalibus Actis & omnibus quæ præcesserunt actionibus expressum sit quam evidentissime, subiacere Constantinopolitanum Episcopum Romano Pontifici: ut plane certissimum appareat, eum appellari Universalem, habito respectu ad subiectos ipsi in Oriente sacerdotes: quod nec recentiores Græci licet schismatici negant. Sed audiamus ipsius Imperatoris adversus damnatos hæreticos sanctionem Catholico Principe dignam:

CV. Concordare debere cum Sacerdotibus Imp. *Rem non insolitam Imperio & nos facientes, ad præsentem venimus legem. Quoties enim sacerdotum sententia quosdam indignos sacerdotio de sacris sedibus deposuit (quemadmodum Nestorium, Eutychetem, Arium, Macedonium, & Eunomium, & quosdam alios ad iniquitatem non minores illis) toties Imperium ejusdem sententiæ & ordinationis cum sacerdotum auctoritate fuit: sicque divina, humanaque pariter consententia, unam consonantiam rectis sententiis fecere. Quemadmodum & nuper factum esse circa Anthimum scimus: qui quidem dejectus est de sede hujus regiæ urbis a sanctæ & gloriosæ memoriæ Agapeto sanctissimæ Ecclesiæ antiquæ Romæ Pontifice, eo quod nullo modo sibi ipsi convenienti (contra omnes sacros canones) se intruserat sedi: sed & communi sententia ipsius sanctæ memoriæ viri primum, atque etiam sacræ Synodi hic celebratæ, condemnatus & depositus fuit, eo quod a rectis dogmatibus recessit: & quæ prius multoties diligere videbatur, hæc demum diversis lustrationibus aufugit, simulans sequi sanctas quatuor Synodos, trecentorum videlicet decem & octo Patrum in Nicæa, & centum quinquaginta in hac felici civitate, & in Epheso primo congregatorum ducentorum, & sexcentorum triginta venerabilium Patrum in Chalcedone.*

CVI. *At quidem nec dogmata sequi, nec nostram clementiam & condescensum, quem propter ipsius salutem habeamus, suscipere voluit, neque ipse abdicare auctores impiorum dogmatum, qui prius a sanctis Synodis expulsi fuerant; sed putavit opor-*

Quid decernat Imp. contra Anthimum. *oportere secundum ipsum & in æquali ducere & condemnatos & condemnatores. Nam semel alienis a sanctissima Ecclesia intellectibus mancipatus, & a rectis dogmatibus alienatus, merito ad ipsorum rectitudinem reverti non valuit, etiam ad hæc invitatus a nobis & directus, qui omni studio usi sumus ad ipsius salutem. Propter hæc igitur omnia sententiam depositionis in ipsum a sancta Synodo factam occasione non liciti, neque a sanctis canonibus approbati raptus sacrarum sedium hujus regiæ urbis, & aversionis a rectis, & veris dogmatibus cyriam propriam nostrum facit Imperium, & contra istum præsentem scribit legem. Interdicimus autem & ei commorari in hac felici civitate & ejus districtu, & a quacumque alia insigni civitate, sancientes in quiete esse, & eos diligere, quibus se ipsum digne supposuit; & non aliquibus communicare, neque eos imbuere in perditionem interdictorum dogmatum.*

CVII. Quæ in Severum statuat. *Nec utique extra Imperialem confirmationem relinquimus sententiam juste contra Severum latam, ac ex omnibus (ut ita dicamus) Pontificalibus & Patriarchalibus una cum monachicis consensibus provenientem sedibus, & anathematismum ipsi inferentem, qui prius contra sacras sanctiones accipiendo sedem sanctissimæ Ecclesiæ Theopolitanorum, sic universa conturbavit, sicque accumulatas turbationes fecit, quod commune quoddam ac abominabile bellum sanctissimis Ecclesiis adinvicem immitteret. Et hoc & a sceptris quæ ante nos fuerunt contra ipsum scriptum erat, variis dogmatum & a rectitudine alienatis intellectibus ac blasphemiis usum fuisse, ac universa conturbasse, & illum quemcumque errorem abominabilem hæresiarcharum & iniquorum dogmatum recipere, Nestorii dicimus & Eutychetis: & cum uterque horum præceptorum contrarii quodammodo adinvicem esse videantur, ad unum vero impietatis finem inferant, etiam illorum divulgatos sermones eum in unum formavisse: duobus enim existentibus dogmatibus adinvicem repugnantibus, quorum utrumque similiter ad animæ perditionem adducit, Nestorii videlicet & Eutychetis (quemadmodum dicendo narravimus) quæ ex Arianorum & Apollinaris contagione consistunt; ipse paradoxum quid perpessus, & in utrumque similiter incidit, & ibi quidem hoc, ibi vero illud mittendo, se ipsum & sermones suos visus est constituisse commune receptaculum tantorum delictorum.*

CVIII. *Sit itaque & ipse sub prædicto anathematismo, quem universus Patriarchalis, Pontificalis, ac monachicus nostræ (ut ita dicamus) politiæ cœtus juste in ipsum induxit, de Theopolitana quidem Ecclesia ejectus idcirco, quod thronus de illa ipsum removit, eo quod ipsius principatum recte non acceperat, sed adhuc vivente eo & in sanctissimis Ecclesiis commorante, qui ante ipsum sacerdotium habebat, & propter eum qui post ipsum fuit, de sacerdotio exciderat. Nec vero usque huc stetit, sed etiam sub communi Orthodoxæ & Catholicæ Ecclesiæ anathematismo factus, multis libris, blasphemiisque & abominationibus nobis politiam implevit.*

Quare universis interdicimus aliquid de libris ipsis possideri: & sicut non licet Nestorii libros scribere vel possideri (quia prædecessoribus nostris Imperatoribus in suis constitutionibus visum est statuere similia his quæ dicta & scripta sunt a Porphyrio in Christianos) sic nec dicta & scripta Severi maneant penes aliquem Christianorum, sed sint profana & aliena ab Ecclesia Catholica, igneque comburantur a possidentibus; nisi qui ipsa habent, velint periculum pati. A nemine ergo scribantur, neque ad pulchritudinem, neque ad velocitatem scribentium: sciendo, quia amputatio manus his qui scripta ejus scripserint, pœna erit. Neque enim volumus in futuro tempore ex illis blasphemiam protrahi. Similiter autem & huic interdicimus omnino regiam civitatem ingredi, aut districtum ejus, nec aliquam aliam de insignibus; sed in aliqua solitudine & in silentio sedere, & non corrumpere cæteros, neque in blasphemiam ipsos adducere, & non semper aliquid novi invenire contra vera dogmata, per quod rursus nobis conturbare sanctissimas Ecclesias festinet. CIX.

Sed nec Petrum Episcopum Apameæ & simul depositum, & simul ab ipsis, a quibus Severus, sub prædicto anathemate factum Imperium admittit: sed sint propria contra ipsum sententiata: & qui sub communi anathematismo ordinatus est, sub ipso esto; & sententia sanctissimorum Pontificum, quæ ipsum prævenit, firma permaneto. Neque vero permittimus illi hanc regiam urbem habitare, aut ipsius districtum, vel aliquam de insignibus; sed quorum secutus est errorem, horum imitetur diætam, quam longissime abscedens, & occultans se ipsum: nam talibus occultari, quam videri, utilius est: ignoti etenim existentes, se ipsos lædunt solos, publicantes vero sua dogmata, multis ex simplicioribus occasionem perditionis præbent: quod nullo modo fieri in Christiano ovili Dei & Orthodoxo populo justum est, neque ab Imperio permissum est. CX. Quæ in Petrum statuat Imp.

Quoniam vero & Zoaram digne penitus judicarunt sub anathematismo esse reverendissimi & qui juste judicant Episcopi CXI. Quid in Zoaram.

*scopi (cum parva quædam talium malorum interpositio sit) & in quibus dehonestatus est, omnia videlicet comprehendendo ex memoria quadam abundanti, sit & Zoaras interpositio quædam parva hujus malæ partis (Anthimi dicimus, Severi, ac Petri) ordineturque & ipse inter anathematizatos, sacra sententia ipsum deferente, quam propriam & ipsam in se ipsa existentem, adhuc magis cyrioteran * Imperium facit, & hunc de hac regia urbe & ejus districtu abiicit, & habitationem in aliis civitatibus ipsi omnino interdicit. Itaque cum illis solis habitet & consulat, qui a nobis ante memorati sunt, qui similia quidem blasphemant, similia patiuntur, & similiter in exilio ponuntur. Si quid vero aliud in sententia sanctissimorum Episcoporum continetur, quæ prædictos deponit & anathematizat, hoc firmius ponimus & diutius, ac Imperialibus nostris legibus ipsum corroboramus, ac si ab Imperio ipso provenisset.*

* id est. propriam magis

CXII. Legibus sæculi coercendi pertinaces.

Si vero aliquis ipsorum deprehendatur de cætero facere aliquid præter constituta, sciat incidisse in legibus Imperialibus, quæ minores pœnas declinantes, ad majores immittunt indignationes. Interdicimus autem & omnibus conantibus Catholicam Dei Ecclesiam divellere, sive secundum hæretici Nestorii doctrinam, sive secundum insensati Eutychetis traditionem, sive secundum blasphemias Severi, qui & similia illis intellexit, aut eorum qui illos sequuntur, seditionem immittet sanctissimis Ecclesiis, & loqui aliquid de fide: sed sancimus quemlibet talium silentium ducere, & non convocare aliquos ad se, neque accedentes recipere aut parabaptizare audere, aut sanctam communionem sordidare, & ipsam aliquibus tradere, aut interdictas doctrinas exponere sive in hac nostra regia, sive in alia civitate, sed omne supportare periculum, si quid tale faciat. Interdicimus etiam omnibus istos suscipere. Abiici ergo ipsos sancimus a civitatibus ab ipsis concitatis, scientes pœnas jam contentas in nostris divinis constitutionibus, quæ & domos ipsas in quibus tale quid fit, & campos ex quibus nutrimenta præbentur, sanctissimis Ecclesiis assignat, & a possidentibus auferunt: quia detrimenti causa fit simplicioribus, sub sanctissimis vero & Orthodoxis Ecclesiis hæc juste ducunt esse.

CXIII. *Hæc pro communi pace sanctissimarum Ecclesiarum statuimus, hæc sententiavimus sequentes sanctorum Patrum dogmata, ut omne sacerdotium imperturbatum de cætero nobis permaneat: quo in pace servato, aliqua nobis exuberabit politia, desuper pacem habens, quam omnibus magnus Deus & Salvator noster Jesus Christus, Trinitatis unus, unigenitus Dei filius prædicat & donat his qui sincere ipsum & vere glorificare & adorare digni habiti sunt. Custodiat itaque beatitudo tua, quæ recte adnotata sunt, & mittat ipsa per suas dilectas litteras omnibus sanctissimis Metropolitis sub ipsa existentibus; quorum cuilibet cura erit ipsa manifesta facere sanctissimis Dei Ecclesiis sub ipsis ordinatis: ut neminem ex omnibus lateant, quæ sacerdotio visa sunt & ab Imperio confirmata.* Divina subscriptio. *Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiose Pater. Data Octavo Idus Augusti, Constantinopoli, post Consulatum Belisarii viri clarissimi.*

Cum autem Mennas, absoluta) ut vidimus (Synodo, ejus Acta misisset ad Petrum Hierosolymitanum Episcopum, cujus jussione monachi Orthodoxi Palæstinæ & nonnulli Episcoporum abierant Constantinopolim acturi contra dictos hæreticos; idem Petrus Hierosolymis collegit Synodum Episcoporum decimanona mensis Septembris, cujus extant Acta, quæ Actiones omnes dictæ Synodi Constantinopolitanæ (ut diximus) continent. Est ejusmodi ejus exordium (*a*): *Post Consulatum Flavii Belisarii gloriosissimi, decimotertio Kalendas Octobris, Indictione quintadecima, in colonia Ælia metropoli & Hierosolymis, præsidente sanctissimo ac beatissimo Patriarcha Petro, in Secreto venerabilis Episcopatus suæ beatitudinis & assistentibus sacerdotio suo sanctissimis Episcopis trium Palæstinarum sub sanctis locis venerabilissimæ Synodi existentibus, &c.* Interfuerunt omnes numero quadragintaquinque Episcopi. Ubi lectis in Synodo quæ acta sunt contra Anthimum, Severum & alios hæreticos antedictos; prolata est primum in eumdem Anthimum sententia, quæ extat: desideratur autem quæ adversus Severum, Petrum & Zoaram fuit in eadem Synodo pronunciata damnatio.

CXIV. De Concilio Hierosol.

(*a*) Extat t. 2. Conc.

Sic igitur ubique locorum, ubi essent Orthodoxi, toto Christiano orbe conclamata est damnatio dictorum hæreticorum, cum omnes Synodi æque probarent, quæ a totius universalis Ecclesiæ Antistite Agapeto adversus eosdem Constantinopoli acta essent. Quæ vero post hæc secuta sint de Anthimo iterum favore impiæ Theodoræ Augustæ invalescente, dicemus suo loco. De Severo autem illud liquet, haud diu post fuisse superstitem, sed & præsenti vita & æterna privatum, cum suis æqualibus blasphemiis ad infernales pœnas esse damnatum: quod quidem Deus cuidam servo suo, ad curandum hominem in errorem lapsum, ostendit; ut certa testificatione Sophronius narrat (*b*), nosque superius alia oc-

CXV. Hæretici ubique damnati.

(*b*) Prat. Spirit. c. 26.

casione recensuimus, ut superfluum videatur eadem hic repetere.

CXVI. Theodosii Episcopi Alexandrini exilium. (a) Liber. diac. in Brev. c. 20.

Sed & hoc anno decimo Justiniani Imperatoris Theodosius Episcopus Alexandrinus (ut auctor est Liberatus (a) diaconus) cum sedisset annum unum & menses quatuor, cum licet rogatus a Theodora Augusta subscribere noluisset Concilio Chalcedonensi, in exilium missus est, substitutusque in locum ejus Paulus Episcopus Orthodoxus: hæcque omnia agente Pelagio, qui Constantinopoli fuit Apocrisarius Romanorum Pontificum, Agapeti primum, inde Silverii, atque demum Vigilii. Porro de Pauli electione idem Liberatus ista subiicit (b): *Postquam ergo Theodosius Alexandrinus in exilium missus est, Paulus quidam unus Abbatum Tabennensium monachorum ad Alexandrinam sedem ordinatur Episcopus plane Orthodoxus, suscipiens Chalcedonensem Synodum; ordinatus est a Menna Constantinopoli, præsente Pelagio Responsario Vigilii, & Apocrisario Ephræmii Antiocheni, & Apocrisariis Petri Hierosolymorum. Severus autem Antiochenus jam fuerat condemnatus, & Anthimus Constantinopolitanus ab Agapeto Papa Romano & Menna Constantinopolitano, & libellis datis adversus eos Imperatori Justiniano, præsentibus monasteriorum præsulibus Primæ & Secundæ Syriæ, & præsidibus monasteriorum Hierosolymitanorum & eremi. Hoc ergo modo unitas facta est Ecclesiarum anno Imperatoris gloriosi Justiniani Augusti decimo.* Ita supplendum ex rebus gestis superius enarratis. Pergit vero idem auctor hæc de Pauli inexpectata electione dicere, deque tumultibus Alexandrinis: *Iste Paulus spretus erat ab aliquibus monachis suis, & venerat Constantinopolim pro se agere apud Imperatorem. Qui divino nutu cathedram vacantem inveniens, meruit per Pelagium diaconum Alexandriæ Episcopatum.* Quæ autem contigerunt postquam Alexandriam reversus est (ut singula singulis reddamus annis) suo loco dicturi sumus: hæc modo de rebus hoc anno gestis.

(b) Liber. c. 20.

Pauli Episcopi Alexandrini creatio.

CXVII. Ariani milites rebellant in Africa.

Quod vero spectat ad statum Ecclesiæ Africanæ, hoc eodem anno contigit, ut Ariani milites in Africa conjurantes adversus Salomonem exercitus Ducem, Paschali tempore, in hostes conversi, Africanam provinciam dira afflixerint clade, Carthaginemque diripuerint; electoque sibi Duce Stoza tyranno, ab Imperio Romano omnino defecerint. Scribit hæc omnia Procopius: sed male in margine lacunam impleturus quis addidit id factum anno duodecimo ejusdem Imperatoris. Etenim cum idem auctor disertis verbis dicat, tunc accersitum in Africam ipsum Belisarium Syracusis agentem; nonnisi hoc anno id factum oportuit: nam (ut dictum est) ultimo anni superioris tempore potitus Belisarius Syracusis, ibi degens hoc anno vocatur in Africam; sequenti vero Romam cum exercitu profecturus, Neapolim sibi obviam civitatem vi cepit. Post hæc semper perseverasse in expeditione Italica Belisarium, Procopius satis ostendit, qui ejus singula affectatus vestigia, quæ duodecimo Imperatoris anno ab eo sunt gesta, fusius est prosecutus.

CXVIII. (c) Procop. de bello Vand. lib. 2.

De tumultuatione ac rebellione militum in Africa.

Hæc autem de militum Arianorum in Africa facta defectione quomodo se habuerint, ex Procopio (c) sic habeto: *Annus* (inquit) *decimus Justiniani Imperatoris agebatur, vere ineunte, quando Christiani festum celebrant, quod Pascha vocant, seditio in Africa inter milites contigit.* Et inferius: *Postquam vero dies festus proximus futurus erat: Ariani mœsti ob templorum prohibitionem, valde instabant; visumque est eorum primatibus, ut in prima festi die, quam Magnam vocant, Salomonem interficerent: erat is Dux exercitus Imperatoris. Res aliquando latuit nullo consilium retegente, utpote multa gravia & dira consulentibus, sermo manifestus in nullum fuit inimicum de qua causa rem celari putaverunt. Postquam vero multi Salomonis equites hastati, & scutiferi ad hanc conjurationem oppidorum cupiditate asciti sunt, advenıente die, Salomon in templo securus procul*

PAGIUS XV. *Paulus ordinatur Episc. Alexandriæ.*

Ad num. CXVI. Nicephorus in Chronico Theodosio *annos duos* attribuit; Liberatus cap. 20. *Gaiano* dies centum & tres, & *Theodosio* annum unum, & menses quatuor assignat; cui favet Theophanes in Chronico, ubi scribit, *Gaianum* per annum tenuisse Episcopatum, & per duos *Theodosium*. Quare cum, *Timotheo* anno DXXXVII. mortuo circa diem XX. Julii, *Theodosius* sedere cœperit, apparet illum anno DXXXVIII. mense Novembri, a Justiniano Imp. relegatum. Liberatus loco citato de *Pauli* successoris Theodosii ordinatione hæc tradit: *Ordinatus est a Menna Constantinopoli, præsente eodem Pelagio Responsario Vigilii, & Apocrisiariis Æphremii Antiocheni, & Apocrisiariis Petri Hierosolymorum. Severus autem Antiochenus jam fuerat condemnatus, & Anthimus Constantinopolitanus ab Agapeto Papa Romano, & Menna Constantinopolitano, & Libellis datis adversus eos Justiniano Imperatori a Præsulibus Monasteriorum, Præsulibus primæ & secundæ Syriæ, & Præsulibus Monasteriorum Hierosolymorum, & eremi. Hoc ergo modo unitas facta est Ecclesiarum, anno decimo Imperii gloriosi Justiniani Augusti.* Sed ipsemet Liberatus satis indicat, *Anthimum* & *Severum* decimo Imperii Justiniani anno damnatos; *Theodosium* autem post decimum Justiniani Imp. annum; cum dicat, *Paulum* Theodosii successorem ordinatum esse, *præsente Pelagio Responsario Vigilii*. Hic enim anno tantum DXXXVII. die XXII. mensis Novemb. Pontifex Romanus consecratus est

tul omni suspicione resedit. Egredientes autem quibus datum erat negotium, & spiritu vehementiore inter se ensibus accincti murmurantes, nihil omnino sunt ausi, sive templi tunc sacra cæremoniasque verentes, seu Ducis gloriam aspectumque erubescentes, vel aliqua alia re divinitus probibiti. Sacris deinde peractis, eadem die domum redeuntibus, conjurati inter se objurgant, ac plane illorum detestantur ignaviam atque mollitiem.

CXIX. *Rursus vero in diem sequentem eodem consilio re dilata, similiter re infecta discesserunt, ac in forum venientes se invicem accusabant, quisque in alterum causam reiiciebat, ut mollem ac societatis & officii desertorem, simulque Salomonis aspectus timorem probro dabant. Jamque (ut par erat) re vulgata, eorum plerique non tutum in civitate morari putantes, extra vagando & oppida & agros populabantur; Afrosque in quos incidebant, omnes loco inimicorum babentes. Alii vero ex conjuratis in civitate remanentes, consilium, mentemque dissimulando, admirari videbantur. Salomon igitur ubi accepit regionem omnem vastari a suis militibus, ut rem novam plane mirabatur; simulque in hoc tumultu bos qui remanserant, omnes ne ab officio discederent, ac ad Imperatoris benevolentiam sequendam est adbortatus: qui ab initio quidem auscultare visi, postquam dies quinta advenerat, ac illos qui extra prædabantur, jam in tuto esse, ac in tyrannidem confirmatos audierunt, in Hippodromo convenientes, in Salomonem simul cum aliis Ducibus aperte convicium jactabant. Itaque Theodorus Cappadox a Salomone missus, eos blandis verbis ac persuasionibus ad æquum deducere minime dicto audientes conatur. Erat autem quidam buic Theodoro tunc inimicus, & Salomonis insidiosus atque suspectus. Hunc itaque milites illico Ducem suum de consilii sententia conclamant, ac cum eo arma corripientes multo tumultu in Palatium properant. Hic quidem Theodorum alium, qui custodibus præerat, ante omnes trucidant,*

Patefacta conjuratio.

virum perfectum cum aliis virtutibus clarum, tum belli disciplina præstantissimum, &c. Subdit de Salomone Duce, qui fugiens, in templo latuit, sicque evasit periculum imminens; deque Carthagine ab iisdem seditiosis militibus direpta narrationem ingerit: ac de accersito mox Belisario Syracusis in Africam, deque Germano ab Imperatore post eum in Africam misso; cum, eo adveniente, Belisarius ad bellum Gothicum revocatur. Quæ autem postea contigere, suo loco dicturi sumus.

Jam vero Romanam Ecclesiam invisamus, quæ tanto viduata pastore mœrens diu in luctu permansit acerbius afflictata a Gotho tyranno, quo ille graviora sibi imminere mala sensit ab Orthodoxis. Cum igitur Romæ auditus esset obitus Agapeti Papæ Constantinopoli, atque jam haberentur more majorum sacra comitia de novo creando Pontifice; idem Gothorum Rex Theodatus (si credimus iis quæ ab Anastasio enarrantur) violentam manum immisit, ut non quem clerici vellent, sed qui ipsi essent in animo, crearent Agapeti Antistitis successorem. Hæc autem quomodo se habuerint, audiamus in primis ab ipso Anastasio, qui rem gestam ita recenset: *Silverius natione Campanus ex patre Hormisda Episcopo Romano sedit annum unum, menses quinque & dies undecim. Hic levatus est a tyranno Theodato sine deliberatione decreti. Qui Theodatus corruptus pecuniæ dato, talem timorem induxit clero, ut qui non consentirent in ejus ordinatione, gladio punirentur. Sacerdotes quidam non subscripserunt in eum secundum morem antiquum, neque decretum confirmaverunt ante ordinationem. Jam autem ordinato Silverio sub vi & metu, propter adunationem Ecclesiæ & religionis postmodum subscripserunt presbyteri. Post menses vero duos nutu divino extinguitur Theodatus tyrannus, & elevatur Rex Vitigis, &c.* Quod ad collatam pro electione pecuniam spectat: ex his quæ dicemus paulo post, calumniose dictum intelligi potest. At quod spe- CXX.

De creatione Silverii Pap.

PAGIUS est, ideoque undecimo Imperii Justiniani anno, eoque in finem vergente. Quamobrem Liberatus decimum illum Justiniani annum, non ad Alexandrinam Ecclesiam, ut putavit Baronius, sed ad Orientalem refert, damnatis scilicet *Severo* atque *Anthimo*, ut ibidem narrat. Ad hæc Em. Card. Norisius in Differt. de Synodo V. cap. 1. animadvertit, *Vigilium* Papam Mennæ Constantinopolit. Episcopo respondentem confirmare latum ab eodem anathema in *Theodosium* Alexandrinum, aliosque Severi ac Petri Apameensis sectatores, Literis *XV. Kal. Octob. Justino V. C. Cos.* idest, anno DXL. datis, & recitatis a Baronio eo anno num. XXIII. & seqq. Quare certum est, *Paulum* anno DXL. Ecclesiam Alexandrinam rexisse.

XVI. *Silverius fit Pontifex Rom.*

A num. CXX. ad CXXIV. Post *Agapeti* Papæ mortem Anastasius habet, cessasse Episcopatum *dies viginti quatuor*. Verum Codices MSS. Anastasii, qui in hoc Interpontificio variant, & initium *Silverii*, quem *Theodatus* Rex ei succedere voluit, ostendunt, locum illum depravatum esse; unus Freherianus habet mensem *I. dies XXV.* ut etiam in quibusdam Catalogis nostris legitur; Codices vero Regius, Mazarinus, duo Thuanei & Ordericus lib. 2. habent *mensem unum, dies viginti octo;* sed utrobique mendose: accurate autem Catalogi nostri I. & III. habent cessasse Sedem *dies quadraginta septem.* Nam *Silverius* ordinatus fuit die octava Junii, in quam hoc anno Dominica incidebat; quod ex Sedis ejus duratione ma-

spectat ad vim a Gotho tyranno cuncta pavente, nec patiente facile aliquem eligi qui Justiniani esset studiosus: quod vera fuerit, adducimur ut credamus.

CXXI. Cleri Romani Divinitus inspiratum consilium. Vidisti in clero Romano dignum exemplum, dum ad evitandum schisma, quod omnino si alium elegissent, absque dubio conflandum fuisset; cum electionem, immo intrusionem Silverii (ut decuit) primitus improbassent, postea demum uno omnium accedente consensu ut legitima esset electio, effecerunt: atque plane qui eiici jure mereretur intrusus, utpote non legitimus pastor, qui aliunde, & non per ostium introisset; cleri Romani tamen clementia factum est, ut eidem rursus in ovile patente ostio ingredi liceret: idque non absque nutu divino, ut exitus declaravit. Qui igitur primo non genuinus Antistes visus omnibus esset, mox legitimus bonus pastor apparuit, & quidem talis, qui animam suam daret pro ovibus suis; atque demum summum sacerdotium quod acceperat (quod maximae gloriae fuit) corona martyrii insignierit, ut suo loco dicemus. Hoc satis ad ingressum Silverii.

CXXII. De tempore electionis Silverii. Quonam autem hujus anni mense vel die ejusdem Pontificis creatio contigerit, haud quis poterit facile definire; cum nihil praeterea, quam quae de ipso Anastasius habet, ab aliquo antiquorum inveniatur expressum. Dum vero ait cessasse Agapeti Episcopatum mensem unum atque dies viginti; neque tamen ex his certa dies definiri potest successoris electionis. Qui vero ex animi arbitrio creationis Silverii diem apposuerunt & mensem, oportuisset in medium adducere testes, quorum ad ea definienda fuerint nisi auctoritate: caeterum nobis religio, absque digna majorum testificatione quicquam ut indubitatum asserere. Simulac igitur auditus est obitus Agapeti Romae, vim illam quam nuper diximus Theodatus Rex Ecclesiae intulit; sed qui refragatus primo est clerus, in ejus electionem (ut dictum est) tandem ipsi consensit: sed quonam mense, quotave ea fuerit dies, haud liquido constare potest, dum (quod demonstravimus) & Agapeti obitus certa dies penitus ignoretur. Sed nec colligi potest ex tempore, quo Silverius & sedisse & obiisse dicitur, nempe qui ab Anastasio ponitur sedisse annum unum, menses quinque & dies undecim, obiisse vero diem vigesimaprima mensis Maii: nam ea ratione dicendus esset creatus Pontifex hoc anno, die decima mensis Decembris. Verum cum idem vacasse sedem Agapeti nonnisi mensem unum & dies vigintiocto affirmet; constet vero ex Actis Synodalibus recitatis, eumdem Agapetum hoc anno defunctum ante tempus Synodi Constantinopolitanae sub Menna, quae coepta est hoc anno, sexto Nonas Maias: quae ab Anastasio dicta sunt, sponte corruunt.

CXXIII. Caeterum Liberatus, qui his temporibus vixit, & Breviarium historiae suae scribebat, ubi de Silverii electione agit, nihil penitus de vi illata clero ob intrusionem Silverii meminit, sed haec tantum ait (a): *De Agapeti decessu audiens Romana civitas, Silverium subdiaconum Hormisdae quondam Papae filium* (haud dubium ex legitimo matrimonio, ante susceptum, alias enim ad tantae dignitatis gradum prorsus fuisset inhabilis) *elegit ordinandum. Augusta vero vocans Vigilium Agapeti diaconum, profiteri sibi secreto ab eo flagitavit, ut si Papa fieret, tolleret Synodum, & scriberet Theodosio* Alexandrino Episcopo haeretico, *Anthimo, & Severo, & per epistolam suam eorum firmaret fidem; promittens dare ei praeceptum ad Belisarium ut Papa ordinaretur & dari centenaria septem. Libenter ergo suscepit Vigilius promissum ejus amore Episcopatus & auri: & facta professione, Romam profectus est, ubi veniens invenit Silverium Papam ordinatum. Quin & Ravennae reperit Belisarium in eadem urbe sedentem, eamque obtinentem.* Haec Liberatus de electione Silverii & conatu Vigilii, quem accersitum oportuit post obitum Agapeti Constantinopolim, ubi cum esset, ea cum ipsa sacrilega femina molita est. At Liberatus nihil penitus de violentia Theodati, nec de collata ipsi a Silverio pecunia, ut Pontifex crearetur. Quod quidem crimen neque verisimile fit, dum illud ipsum Silverius Vigilio sedis suae invasori in libello sententiae, quem de ipsius damnatione conscripsit potenter obiiciat: quod haud puto adeo libere facere potuisse, si ejusdem ipse reus criminis extitisset. At de Silverii electione satis: petamus modo Gallias.

(a) Liber. diac. in Brev. c. 22.

Quae machinata fit Augusta contra Silverium pro Vigilio.

CXXIV. Aurelianense Concil. secundum. Hoc anno, qui numeratur vigesimus-secundus Childeberti Francorum Regis (decimoquarto enim anno post quingentesimum hic cum fratribus, defuncto Clodo-

PAGIUS manifestum fiet. Papebrocius in Conat. Chron. Hist. *Silverium* die VI. Junii ordinatum putavit; sed Interpontificium quod post mortem Agapeti fuit, opinionem illam evertit. Baronius ait, definiri non posse quonam hujus anni mense vel die ejusdem Pontificis creatio contigerit; cum nec dies nec mensis ab aliquo Antiquorum inveniantur expressi. Verum utrumque me ex tenebris eruisse existimo.

XVII. Concilium Aurelianense II. Ad num. CXXIV. Concilium *Aurelianense II.* celebratum *anno XXII. Domni Childeberti Regis*, ut legitur in subscriptione Honorati Episcopi Bituricensis. Quare cum *Childebertus* exeunte anno DXI. Clodoveo Magno patri succes-

doveo parente, regnare cœpit) celebrata est in Galliis secunda Synodus Aurelianensis, cui interfuerunt Episcopi triginta, licet per vicarios suos nonnulli. Inter eos autem plures fuerunt sanctitate celebres, ut de quo inferius dicturi sumus, Gallus Arvernensis, Eleutherius Antisiodorensis, Lauto Constantiniensis, Paternus Abricensis; licet pro Paterno, Perpetuus legatur. Horum omnium memoria est in Romano Maryrologio certis diebus, quibus eorum dies natales celebrantur. Interfuit & Injuriosus magni nominis Episcopus Turonensis (a). Extant ejus Synodi canones vigintiduo, inter quos qui numeratur quartusdecimus de oblationibus defunctorum, hæc habet: *Oblationem defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse*. Quorum tantummodo desperanda salus esset. Quibus videas, haud facile consuevisse majores negare defunctis gratiam, quam suffragiis Fidelium eisdem impartire Ecclesia soleret.

(a) *Greg. Turon. l. 10. c. 5.*

Qui

PAGIUS cesserit, pertinet illud ad annum quingentesimum tricesimum tertium. Convocatum est Regum Francorum præcepto, ut in Præfatione legitur: *Cum ex præceptione gloriosissimorum Regum in Aurelianensem Urbem convenissemus*, &c. scilicet Theodorici, Childeberti, & Clotarii; non tamen ex omnibus Franciæ Provinciis, sed tantum ex quatuor Lugdunensibus, & tribus Aquitanicis, ut subscriptiones demonstrant. Interfuere Episcopi XXVI. & Presbyteri V. à totidem Episcopis missi, Canonesque XXI. editi.

JESU CHRISTI ANNUS 537. | SILVERII PAP. ANNUS 1. | JUSTINIANI IMP. 11. VITIGIS REG. 1.

I. Qui sequitur annus Christi quingentesimus trigesimusseptimus post Belisarii Consulatum secundus, ponitur idem a Procopio secundus belli Gothici, & undecimus Justiniani Imperatoris: quo (ut idem testatur auctor *a*) Belisarius Romam cogitans, primum omnium Neapolim sibi obviam munitissimam in Campania civitatem, post duram viginti dierum obsidionem, in deditionem accepit, humanissimeque (si Procopio credimus) tractavit. Belisarii enim erga Neapolitanos clementia ab eodem Procopio commendatur. Verum a majoribus invenimus traditum, eumdem Belisarium, ob nimiam cædem ibidem perpetratam a Silverio Romano Pontifice, cum Roma potitus est, acriter fuisse reprehensum, & pœnitentiam agere compulsum, ut auctor Miscellæ testatur (*b*), omnino diversa ab iis quæ a Procopio enarrantur: quem consulas rem fusius prosequentem.

(a) *Procop. de bello Goth. l. 1.*

Neapolis capta a Belisario.

(b) *Paul. diac. hist. l. 16.*

II. Amissione igitur tanti præsidii, quod unicum intercedebat medium petentibus Urbem, magnopere consternati sunt Gothi; deque salute sua penitus jam desperare cœperunt, eoque magis, quod sub Rege essent positi omnium ignavissimo, immo & de proditione suspecto: quod viderent eum tanti præsidii jacturæ nullam prorsus habuisse rationem, neque de nobilissimæ urbis excidio vel minimum quidem curasse, cum potuisset Gothorum conflato exercitu illi suppetias ferre, & antevertere tantam cladem. Quamobrem ejus e medio tollendi consilia inter se inire cœperunt, quod & citius perfecere: nam hoc eodem anno ab ipsis novo creato Rege Vitige, interemptus est, cum regnasset annos tres; ut Procopius tradit, qui rem gestam fusius narrat: aitque pertæsos Gothos ignaviæ sui Regis non modo nihil de bellico apparatu in tanto rerum discrimine meditantis, sed de rebus eventuris sciscitantis malis artibus Judæum quemdam magum, statim Vitigem Ducem exercitus antea e Dalmatia evocatum, virum strenuum, bellicis sudoribus ubique spectatum, Regem acclamasse. Cum ejus rei perculsus nuncio Theodatus, ex Urbe profugus, Ravennam versus dum abiret; præventus a militibus a Vitige missis occiditur. Tunc Romam cum suis Rex novus progressus, filium Theodati Regis nomine Theodegisclum conjecit in carcerem. Interea vero, quo sibi agentes ubique Gothos redderet, ut Regi, in

Vitigis Rex Gothorum.

Theodatus occisus.

PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 329. An. V.C. 1290. Anno Eræ Hispan. DLXXV. A.C. 537.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6030.

☉ 14. D. ☽ 6. P. 12. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 537.

VIGILII PAPÆ 1.

JUSTINIANI IMP. 11.

VITIGIS REG. 2.

I. *Decennalia Justiniani.*

[1] Hoc anno, sicuti præcedenti, nulli Consules creati; sed hæc formula usurpata: *Post Consulatum Belisarii II.* idest, *anno secundo*; in Occidente vero Acta publica ista formula aliquando subscripta: *Post Consulatum Paulini III.* idest, *anno tertio Decennalia* Imperii a Justiniano post Justini mortem suscepti, ut ex dicendis num. VI. liquet.

II. A num. I. ad V. Est hic annus belli Gothici *tertius*, non vero, ut Baronius habet, *secundus*; is enim tantum in cursu fuit usque ad vernum tempus currentis Christi anni. Quare cum *Belisarius* anno secundo belli Gothici *Neapolim* expugnarit, Gothi *Vitigem* Regem crearint, & hujus jussu *Theodatus* occisus fuerit, hæc superiori anno, non vero præsenti quo ea Baronius narrat, contigere. Eo itaque anno *Belisarius* Romam cogitans, *Neapolim*, Civitatem sibi obviam, *post duram viginti dierum obsidionem* in deditionem accepit, ut fuse refert Procopius lib. 1. de Bell. Goth. capp. 8. 9. & 10. Ubi accepere Gothi captam esse Neapolim, apud *Regeta* locum ab Urbe Roma CCLXXX. stadiis distantem, sibi Italisque Regem eligunt *Vitigem* præliis clarissimum. His Theodatus auditis præcipiti fuga Ravennam petit.

Neapolis anno superiori a Belisario capta.

NOTÆ [1] Coss. *Post Consulatum Belisarii* II. vel: *Post consulatum Paulini* III. Lapis, Augustæ in Delphinatu apud Muratorium pag. CDXXIV. 3.

OBIIT IN XPO
III. KAL. NOVEMBR
TERTIO P.C. PAULINI
IUN. V. CC.

Victor: *Post C. Belisarii anno* II.
Epitome temporum & Indiculus Paschalis anno a Passione Domini DX. P. C. *Belisari*. Ad oram adnotatur: *quod est consulatus iterum*. GEORGIUS

in omnibus obsequentes, publicas omnibus ad omnes Gothos litteras dedit, scriptas ipsas quidem a Cassiodoro fungente Præfectura Prætorii, ab eodemque inter cæteras suas Varias aggregatas; quæ sic se habent (*a*):

(*a*) *Cassio. Var. l.* 10. *ep.* 31.

Universis Gothis Vitigis * *Rex*.

III. *Vitiges Vitigis Regis ep. ad Gothos.*

Quamvis omnis provectus ad Divinitatis est munera referendus, nec aliquid constat bonum, nisi quod ab ipsa dignoscitur esse collatum; tamen quam maxime causa regiæ dignitatis supernis est applicanda judiciis: quia ipse nihilominus ordinavit, cui suos populos parere cognoscit. Unde auctori nostro gratias humillima satisfactione referentes, indicamus, parentes nostros Gothos inter procinctuales gladios, more majorum scutorum supposito, regalem nobis contulisse, præstante Deo, dignitatem; ut honorem arma darent, cui bella opinionem pepererant. Non enim in cubilibus angustis, sed in campis late patentibus electum me esse noveritis; nec inter blandientium delicata colloquia, sed tubis concrepantibus sum quæsitus: ut tali fremitu concitatus desiderio virtutis ingenitæ Regem sibi Martium Geticus populus inveniret. Quamdiu enim fortes viri inter bella ferventia nutriti Principem ferre poterant, non probatum, ut de ejus fama laboraret, quamvis de propria virtute præsumeret? Necesse est enim, talem de cunctis opinionem currere, qualem gens meruit habere rectorem. Nam sicut audire potuistis, parentum periculis evocatus advenerat communem cum omnibus subire fortunam; sed illi Ducem me sibi esse non passi sunt, qui exercitatum Regem quærere videbantur.

IV. *Quapropter primum divinæ gratiæ, deinde Gothorum favete judiciis: quia me Regem omnes facitis, qui unanimiter vota confertis. Deponite nunc damnorum metum: dispendiorum suspiciones abiicite: nihil sub nobis asperum formidetis. Amare novimus viros fortes, qui sæpius bella peregimus. Additur, quod unicuique virtutum vestrarum testis assisto. Ab alio enim mihi non est opus facta vestra narrari; quia omnia vobiscum laboribus sociatus agnovi. Amici* * *Gothorum nulla promissionum mearum varietate frangendi sunt. Ad gentis utilitatem respiciet omne quod agimus; privatim nec vos amabimus. Hoc sequi promittimus, quod ornet regium nomen. Postremo nostrum per omnia pollicemur Imperium, quale Gothos habere deceat post inclytum Theodoricum; vir ad regni curas singulariter & pulchre compositus; ut merito unusquisque Principum tantum præclarus intelligatur, quantum consilia ipsius amare dignoscitur. Idcirco parens ipsius debet credi, qui ejus facta potuerit imitari. Et ideo pro regni nostri utilitate estote soliciti, de interna conversatione, Deo adjuvante, securi.* Hactenus Vitiges ad suos Gothos, quos omnes in Theodatum infensos reddidit sibi maxime obsequentes.

* Arma

At vero Belisario victori ad tempus cedere coactus est, impossibile sentiens contra fluminis impetum niti posse: haud enim satis virium novo Regi, resistere Justiniano Imperatori, qui per Belisarium regnum invasum jam magna ex parte possidebat, quique tot tantisque ex Wandalico bello victoriis posset quibuscumque videri tremendus. Quamobrem haud sibi tutum putavit Romæ consistere, & a Belisario obsideri, seque ac suos in discrimen adduci. Sic igitur commonefactis (ut ait Procopius) ipso Silverio Romano Pontifice atque universo Senatu, ut Gothis de omnibus benemeritis fideles persisterent, relicto Urbi præsi-

V. *Consilium Vitigis recedendi ab urbe.*

PAGIUS

tit. Verum *Optaris* natione Gothus *Vitigis* jussu eum insequitur, & inventum *afflixit humi, ac resupinum instar victimæ jugulavit*, inquit Procopius cap. 9. qui addit, eum Gothorum Regno *tres annos* potitum, qui ideo incompleti fuere; cum anno DXXXIV. Athalarico successerit. Occisus autem *Theodatus* mense circiter Augusto superioris Christi anni; cum Anastasius in Silverio Papa, qui die VIII. mensis Junii anni superioris Pontificatum Romanum suscepit, narrata ejus creatione, scribat: *Post menses vero duos nutu Divino extinguitur Theodatus tyrannus, & elevatur Rex Vitigis.*

III. *Gothi quæ in Gallia possidebant, cedunt Francis anno superiori.*

Interea *Vitiges* Romam se contulit, unde Legatos ad Francos misit, qui illis Gallias cederent: *Tunc Reges Francorum erant Childebertus, Theodebertus, & Clotarius, qui traditam sibi Galliam ac pecuniam inter se pro cujusque Regni portione diviserunt*, inquit Procopius cap. 13. qui jam scripserat, *Theodatum* de Belisarii in Siciliam adventu certiorem factum, cum Germanis (sic Francos vocat) pactum esse, *ut ipsi eorum Reges ad hoc bellum auxilio veniant, ubi Galliæ partem in Ditione Gothica sitam, & aureorum viginti millia acceperint. Verum is vita fatum prius invenit, quam pacta conventa.* Ex Vitigis Regis cessione Francis anno superiori accessit omnis Ostrogothorum Ditio cis Alpes posita. Hæc autem Italiam ad Ortum, Rhodanum ad Occasum, mare Mediterraneum ad Meridiem, & nuperrimos Burgundiæ fines ad Septentrionem respiciebat, & quatuor Provincias Galliarum integras comprehendebat, Narbonensem secundam, Alpes Maritimas, Alpes Graias, & Viennensem secundam, exceptis Deensium & Vivariensium Civitatibus in eadem secunda Viennensi, cujus Metropolis *Arelatum*. Hoc modo Francorum Reges, qui alias omnes Galliarum Provincias armis occupaverant, totam Galliam præter *Septimaniam*, quæ Visigothorum erat, & præter *Britanniam Armoricam*, quæ suos Comites habebat, obtinuere. De hac Galliarum cessione mentionem facit Baronius num. X.

A num. V. ad X. *Dum hæc agit Vitiges, interea Belisarius Romam cogitans, profectionem pa-* IV.

Vitiges exercitum comparat. sidio quatuor millium selectissimorum Gothorum militum sub Duce Leudere, ipse cum cæteris ad reparandas vires & res componendas profectus est Ravennam. Ubi cum esset, statim legationem ad suos qui in Gallia erant Gothos mittit, & ad Francos, ut eos sibi belli socios jungeret; sicque tum ex suis tum etiam ex sociis exercitum compararet, quo rediens posset occurrere Belisario, & cum eo collatis signis de rerum summa decernere. Mittens autem legatum ad Reges Francorum, dat in mandatis, ut illis Gallias cedat, & pecuniam a Theodato pactam persolvat, ut sic illos his beneficiis obligaret.

VI. Interea vero veriti Romani ne paterentur quæ passi erant Neapolitani: suadente (ut ait Procopius) Romano Pontifice, sese Belisario dedere; missoque qui eum vocaret, nuncio, uno eodemque die per Asinariam portam ingressus est idem cum exercitu Belisarius, & ex adversa egressi sunt Gothi Ravennam ituri. Potitus igitur Urbe Belisarius, tamquam victoriæ insignia claves portarum Constantinopolim misit, vinctumque Leuderem Ducem Gothorum, qui capi potius quam cum aliis fugam capere decrevisset. Quibus peractis, idem Belisarius in reparandis Urbis mœnibus egregiam operam navat.

VII. Quo tempore capta urbs. (a) Evagr. l.4. c.18. Quoniam mense anni hujus, quotove ejus die capta a Belisario Urbs fuerit, Procopius quidem rem tantam silentio præteriit, Evagrius (*a*) vero his verbis notam facit: *Civitas itaque Belisario sine pugna tradita est & Roma denuo Romanis subiicitur post annos sexaginta, quibus a Gothis* * *occupata fuisset, nono die Apellæi, hoc est, ad quintum Idus Decembris, undecimo anno Imperii Justiniani*. Hæc Evagrius, eademque Nicephorus (*b*) Anastasius vero in Silverio tradit, quarto Idus ejusdem mensis Decembris Belisarium esse Urbem ingressum, anno autem ex quo ab Erulis capta est sexagesimo expleto, ex quo vero a Gothis possessa (*c*) ☞ anno Quadragesimoquarto. ☜

* Erulis.

(b) Nicep. l.17. c.13.

(c) Miscel. l.16.

Inter hæc Vitiges non prætermittit tentare animum Imperatoris, si ad pacem eum perducere posset: decernitque ad eum legatos, quibus has litteras a Cassiodoro (*d*) conscriptas tradidit.

(d) Cassio. Var. l.10. ep.32.

VIII. Vitigis litteræ ad Imp. *Quanta sit nobis clementissime Imperator, gratiæ vestræ votiva suavitas, hinc omnino datur intelligi, ut post gravissimas læsiones & tanta effusione sanguinis perpetratas, sic videamur pacem vestram quærere, tamquam nos nemo vestrorum putetur ante læsisse. Pertulimus talia, qualia & ipsos offendere possunt, qui fecerunt insecutiones sine reatu, odium sine culpa, damna sine debitis. Et ne pro parvitate sui negligi potuisset, non in provinciis tantum, sed in ipso rerum capite, nempe Roma, probatur inflictum. Æstimate quos dolores abiicimus, ut vestram justitiam reperire possimus. Talis res effecta est, quam mundus loquatur: quæ sic a vobis meretur componi, ut æquitatem vestram generalitas debeat admirari. Nam si vindicta Regis Theodati* * *quæritur, mereor diligi: Si commendatio divæ memoriæ Amalasunthæ Reginæ præ oculis habetur, ejus debet filia cogitari, quam jussis vestrorum omnium perducere decuisset ad regnum, ut cunctæ gentes potuißent agnoscere vicissitudinem vos gratiæ tanto pignori reddidiße.*

* Theobaldi Theodobaldi.

IX. *Illud etenim vos debuit permovere, quod distributione mirabili ante regni fastigia* * *invicem nos Divinitas vestram fecit habere notitiam, ut amoris causam tribueret, quibus aspectus gratiam contulisset. Quali enim reverentia Principem colere potui, quem adhuc in illa positum fortuna suspexi? Sed potestis & nunc omnia reintegrare quæ facta sunt: quando non est difficile illum in affectu retinere, qui gratiam constat desideranter expetere. Et ideo salutantes clementiam vestram honorificentia competenti indicamus nos legatos nostros illum atque illum ad serenitatis vestræ sapientiam destinasse, ut omnia more vestro cogitetis: quatenus utræquæ Respublicæ restaurata concordia perseverent, & quod temporibus retro* Prin-

* fastidia.

PAGIUS Roma anno superiori a Belisario recuperata. *parat*, inquit Procopius cap. 14. qui subdit, *Belisarium* ea feliciter sine pugna potitum esse: *Receptaque est*, inquit, *Roma sexagesimo anno, mense eodem postquam a Barbaris insessa fuerat*. Capta est a Barbaris *Roma* anno quadringentesimo septuagesimo sexto, ideoque anno superiori recuperata; perperamque Baronius, ejus deditionem in præsentem annum differt. Addit Procopius: *Cum undecimum imperandi annum haberet Justinianus;* sed sine dubio numerus corruptus est; isque Baronio errandi causam dedit: annus enim XI. Justiniani, nec cum anno belli Gothici secundo, quo *Belisarius* Romam ex Procopii calculo ingressus est, nec cum anno post captam primum a Gothis Romam sexagesimo convenit. Evagrius lib. 4. cap. 19. qui eodem, quo Procopius sæculo vixit, & qui ex hujus Historia se didicisse ait, quæ de hoc bello scribit, ita rem refert: *Denuo Urbs Roma in potestatem Romanorum venit, post annos demum sexaginta, mense Apellæo, quem Latini Decembrem vocant; cum Justinianus annum Imperii sui undecimum ageret*. Quare is error antiquus est, & forsan ex Evagrio ad Procopium a sciolo quopiam translatus. Captæ Urbis mensem ab alio quam a Procopio Evagrius accepit; ex ejus enim lectione liquet, eum aliqua alia singularia habere, quæ apud Procopium non leguntur. Maltretus recens Procopii Interpres hunc locum, Ῥώμη τε αὖθις ἑξήκοντα ἔτεσιν ὕστερον ὑπὸ μηνό, ἐνδέκατον ἔτος Ἰουστινιανοῦ βασιλέως τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντος ἥλω, ita

Principum laudabili opinione fundatum est, sub vestro magis Imperio divinis auxiliis augeatur. Reliqua vero per legatos prædictos serenitati vestræ verbo insinuanda commisimus ut & aliqua epistolaris brevitas stringeret, & causas nostras suggerentes plenius intimarent. Hactenus ad Justinianum Vitiges: qui quod ait de filia Amalasunthæ; tradit Procopius, eumdem Vitigem, ubi Ravennam pervenit, eam ibi asservatam matrimonio sibi, invitam licet, conjunxisse, ut ita sanguinis regii vel ex conjugis saltem parte regnum ipsum minime expers esset. Extant & tres aliæ Vitigis (*a*) epistolæ occasione ejusdem legationis ad diversos datæ. At vero nihil hac legatione actum esse, declararunt eventa, cum non pax eam secuta sit, sed bella maximo apparatu comparata, ut docent quæ suo loco dicturi sumus anno sequenti.

(*a*) *Cassiod. eod. l.* 10. *ep.* 33. 34. 35.

X. De Gothis Ravennam festinantibus.

Quæ vero acta esse hoc tempore memoria digna narrantur, cum contigit Gothorum profectio ex Latio Romaque concito gradu Ravennam; hic minime prætermittenda putamus, quæ probe sibi cognita S. Gregorius in Dialogis refert, atque in primis de S. Bonifacio Ferentinæ civitatis Episcopo, cujus complura præclara gesta ubi recensuit, hæc de Gothis habet (*b*): *Alio quoque tempore duo ad eum Gothi hospitalitatis gratia venerunt, qui Ravennam se festinare professi sunt: quibus ipse parvum vas ligneum vino plenum manu sua præbuit, quod fortasse in prandio itineris habere potuissent. Ex quo illi, quousque Ravennam venirent, biberunt. Gothi autem aliquantis diebus, in eadem civitate morati sunt; & vinum quod a sancto viro acceperant, quotidie in usu habuerunt. Sicque usque ad eumdem venerabilem ferentes reversi sunt, ut nullo die cessarent bibere, & tamen vinum eis ex illo vasculo numquam deesset; ac si in illo vase ligneo, quod Episcopus eis dederat, vinum non augeretur, sed nasceretur.* Hæc de his Gregorius. Porro si hæc in ista festinatione Gothorum contigerunt, cum illi mense Decembri e Latio Romaque Ravennam profecti sunt, reversi vero ad obsidionem Urbis mense Martio; ingens plane istud oportuit fuisse miraculum.

(*b*) *Greg. dial. l.* 1. *c.* 9.

XI. Quid S. Fortunatus cum Gotho pervicace.

Sed quid idem sanctus Gregorius (*c*) his ipsis temporibus factum a Fortunato Tudertinæ civitatis Episcopo, tradat, accipe: *Quadam (inquit) die Gothi juxta Tudertinam civitatem venerunt, qui ad partes Ravennæ properabant; & duos parvulos puerulos de possessione abstulerant, quæ possessio præfatæ Tudertinæ civitati subjacebat. Hoc cum viro sanctissimo Fortunato nunciatum fuisset, protinus misit, atque eosdem Gothos ad se vocari fecit. Quos blando sermone alloquens, eorum prius studuit asperitatem placare; ac post intulit, dicens: Quale vultis pretium dabo; & puerulos, quos abstulistis reddite; mihique hoc gratiæ vestræ munus præbete. Tunc is qui prior eorum esse videbatur, respondit dicens. Quicquid aliud præcipis facere parati sumus: nam istos parvulos nullatenus reddemus. Cui venerandus vir blande minatus dicit: Contristas me fili, & non audis patrem tuum. Noli me contristare nam non expedit tibi. Sed idem Gothus in cordis sui feritate permanens, negando discessit.*

(*c*) *Greg. dial. l.* 1. *c.* 10.

XII. Gothus Divinam sensit vindictam.

Die vero altera digressurus, rursus ad Episcopum venit: quem iisdem verbis pro dictis puerulis iterum Episcopus rogavit. Cumque ad reddendum nullo modo consentire voluisset, contristatus Episcopus dixit: Scio quia tibi non expedit, quod me contristato discedis. Quæ Gothus verba despiciens, ad hospitium reversus, eosdem pueros, de quibus agebantur, equis superimpositos cum suis hominibus præmisit; ipse vero statim ascendens equum subsecutus est. Cumque in eadem civitate ante beati Petri Apostoli ecclesiam venisset, equi ejus pes lapsus est; qui cum eo corruit, & ejus coxa mox fracta est, ita ut in duabus partibus os esset divisum; levatusque in manibus reductus est ad hospitium. Qui festinus misit, & pueros quos præmiserat reduxit, & viro Fortunato venerabili mandavit, dicens: Rogo te, Pater, mitte ad me diaconum tuum. Cujus diaconus cum ad jacentem venisset, pueros quos redditurum se Episcopo omnino negaverat, ad medium deduxit, eosque diacono illius reddidit, dicens: Vade, & dic domino meo Episco-

PAGIUS

ita vertit: *Atque ita recepta est Roma die IX. Decem. anno postquam capta fuerat, sexagesimo; qui fuit XI. Imperii Justiniani.* Existimat enim Maltretus, Procopium scripsisse, θ' ἀπε μηνὸς & Librariorum errore notam illam numeralem θ' idest, IX. omissam, ac loco ἀπε idest ἀπελλάιυ eos scripsisse, ὑπό. Quæ conjectura quantum ad mensem *Apellæum*, qui Decembri nostro respondet, parum verisimilis; sed quantum ad notam numeralem seu diem captæ Urbis, quam nec Nicephorus lib. 17. cap. 13. nec Evagrius laudatus habent, licet mensem Apellæum memorent, ea prorsus reiicenda. Si enim Procopius diem expressisset, illam Evagrius & Nicephorus, imo & Grotius in Versione sua non prætermisissent. Miror autem Virum doctissimum hanc suam conjecturam in ipsum Procopium inseruisse; si enim hoc liceret, non versiones, sed interpolationes Auctorum, suaque somnia Interpretes nobis obtruderent. Denique hæc conjectura Anastasio in Vita Silverii inniti non potest; cum scribat: *Ingressus Belisarius in Urbem IV. Idus Decembris*, ideoque die decima Decembris, non vero nona. Diem il-

po: Quia maledixisti mihi, ecce percussus sum; sed pueros, quos quæsisti, recipe; & pro me, rogo, intercede. *Susceptos itaque puerulos diaconus ad Episcopum reduxit; cui benedictam aquam venerabilis Fortunatus statim dedit, dicens: Vade citius, & eam super jacentis corpus projice. Perrexit itaque diaconus, atque ad Gothum introgressus, benedictam aquam super membra illius aspersit.*

XIII. Usus & virtus aquæ benedictæ. Vide aquæ benedictæ usum atque virtutem, quam subdit his verbis: *Res mira & vehementer stupenda: mox ut aqua benedicta Gothi coxam contigit, ita omnis fractura solidata est & saluti pristinæ coxa restituta, ut hora eadem de lecto surgeret, & ascenso equo iter ageret, ac si nullam umquam læsionem corporis pertulisset. Factumque est, ut qui sancto viro Fortunato pueros cum pretio reddere obedientiæ subjectus noluit, eos sine pretio pœna subactus donaret.* Hæc Gregorius, quæ se accepisse testatur a sene, cive Tudertino, viro fideli. Plura alia præterea narrat de eodem viro sanctissimo Fortunato, cujus virtus miraculorum exuberans etiam in Gothos Arianos large aquæ benedictæ aspersione manavit, quam Novatores infelicissimi, Arianisque deteriores contemnunt. Floruerunt his temporibus inter tot Italiæ clades viri sanctissimi, quorum pluribus in locis idem sanctus Gregorius in Dialogis meminit, nosque opportune, se offerente occasione, suis locis mentionem habebimus. Jam vero ad res Orientalis Ecclesiæ narrandas orationes convertamus.

XIV. Exulat Paulus, substituitur Zoilus. Hoc anno Paulus Episcopus Alexandrinus Orthodoxus incaute agens, homicidii reus constitutus atque damnatus, in exilium eiicitur, subrogato in locum ipsius Zoilo. Hæc autem quomodo se habuerint, quam diligenter prosecutus est Liberatus (a) qui de ipso hæc ait post ejus electionem: *Accepit ab Imperatore potestatem super ordinationem Ducum & Tribunorum, ut removeret hæreticos, & pro eis Orthodoxos ordinaret: per illos enim populi invalescebant. Qui Alexandriam descendens, timore sui, suaque industria addixerat suscipere Concilium Chalcedonense, nisi interventu diaboli talis emersisset causa. Cogitante Paulo Episcopo removere Eliam Magistrum militum, Psojus diaconus quidam & Oeconomus Ecclesiæ, amicus Eliæ, per portitores litterarum velocissimos pedestres (quos Ægyptii Simacos vocant) omnia volumina Pauli scribebat. Contigit autem Paulum invenire litteras ejus Ægyptiace scriptas, & legere: & timens quod de Proterio contigerat solicitus de eo factus est, & cœpit Psojum compellere facere rationes Ecclesiæ: quem tradidit Judici, & Imperatori de eo retulit. Eo tempore apud Alexandriam Rhodo erat Augustalis, qui eum accipiens custodiendum usque ad Imperatoris præceptum, consilio cujusdam prioris civitatis nomine Arsenii, acceptis muneribus, inscio (ut fertur) Episcopo, clam nocte totis viribus eum magno cruciatu occidit. Cujus filii & affines Imperatorem interpellantes, suggesserunt ei, quia vi eorum parens debitum mortis persolvisset. Quod audiens Imperator, vocavit Liberium, & fecit, eum Augustalem, misitque eum Alexandriam inquirere causam. Ad quam urbem Liberius cum venisset, Rhodonem ad se venire jussit, & ab eo requirebat, quomodo occidisset diaconum. Ille vero respondit, jussione Episcopi factum fuisse: habere se Imperatoris delegationem, ajebat; ut quicquid juberet Episcopus, modis omnibus impleret. Sed negante Paulo Episcopo, & se nescire clamante, prior ille civitatis Arsenius homicidii illius auctor inventus, morte mulctatus est. Porro Episcopo Paulo Gazam in exilium misso, Rhodo cum gestis de eo Actis directus est Constantinopolim. Cujus Gesta cum intra Palatium legerentur Principi, jussit eum duci, & foras regiam civitatem occidi.* Damnatur Paulus Episcop. Alexand.

XV. *Et post hæc misit Imperator Pelagium diaconum & Apocrisarium primæ sedis Roma-*

(a) Liber. diac. in Brev. c. 23.

PAGIUS illum tam a Procopio, quam ab Evagrio omissum, Anastasium recte notasse, non videtur dubitandum. Hæc omnia in Italia anno superiori gesta.

V. Paulus e Sede Alexandria dejectus circa ann. DXLIII. A num. XIV. ad XIX. In Chronico Nicephori & in Tabulis Theophanis anni duo *Paulo* Episcopo Alexandrino, *Zoilo* vero Pauli successori, qui anno DLI. de Sede exturbatus est, anni septem attribuuntur. Quare *Paulus*, qui anno exeunte DXXXVIII. Episcopatum Alexandrinum iniit, anno circiter quingentesimo quadragesimo primo homicidii convictus e Sede dejectus est. De hac Pauli damnatione pluribus agunt Liberatus cap. 23. & Procopius in Hist. Arcan. cap. 27. quem legisse non pigebit. Victor Tununensis *Pauli* depositionem, & Zoili ejus successoris ordinationem confert in Consulatum Basilii Jun. annos DXLI. gestum; sed in Appendice ad hujusmodi Chronicon, & ad Basilii Consulatum, *Pauli* ordinatio recitatur; qui cum biennio sederit, ut mox dixi, anno DXLIII. *Zoilum successorem habuisset.* Hoc confirmant Tabulæ Theophanis, in quibus initium *Zoili* alligatur anno Incarnat. secundum Alex. DXXXV. qui Kalend. Septemb. anni Christi DXLII. exorditur. Præterea ex duratione Sedis *Zoili* liquet, hunc anno saltem DXLIII. Thronum Alexandrinum conscendisse. Depositus enim fuit anno DLI. postquam annos VII. sedisset, non vero annos XIII. ut Baronius habet, qui Nicephorum in Chronico citat, ubi tamen annos tantum VII. ei adscribuntur. Profecto Præsulum Alexandrinorum Chronotaxis in Annalibus per hæc tempora valde depravata, nec alibi recte etiam consignata. Em. Card. Norisius in Dissert. de V. Sy-

*manæ Antiochiam cum Sacris suis, quibus præcepit ut cum Euphemio * ejusdem urbis Episcopo & Petrus Hierosolymita & Hippatius Ephesinus veniret Gazam, & Paulo Episcopo pallium auferrent & deponerent. Pelagius vero profectus Antiochiam & inde Hierosolymam, cum memoratis Patriarchis, & aliquantis Episcopis venit Gazam, & auferentes Paulo pallium, deposuerunt eum, & ordinaverunt pro eo Zoilum, quem postea Imperator deposuit, & Apollinarem ordinavit, qui nunc est Præsul ipsius Alexandrinæ Ecclesiæ.* Hæc Liberatus. Cæterum Zoili condemnationem ☞ post annos tredecim contigisse ☞ ex numero annorum sedis ejus a Nicephoro posito, dicere opus est. Sed non prætermittamus referre quæ sub eodem Paulo Alexandrino Episcopo accidisse admiratione digna apud Sophronium habes (*a*).

* Ephræmio.

(*a*) Prat. Spirit. c. 207.

XVI. *Narravit* (inquit) *nobis Abbas Theonas & Theodorus, quod Alexandriæ sub Paulo Patriarcha puella quædam relicta fuerat pupilla a parentibus magna facultate locupletibus. Erat autem adhuc sine baptismo. Die vero quadam ingressa pomarium, quod sibi reliquerant parentes ejus (sunt enim in medio civitatis pomaria) vidit quemdam parantem sibi laqueum, ut se præfocaret. Cucurrit igitur, & dixit ei: Quid facis, homo? Dixit autem ei: Dimitte me, mulier, quoniam in multa tribulatione sum. Quæ ait: Dic mihi causam, & fortassis adjuvare te potero. Dixit illi: Gravi ære alieno premor & valde suffocor a creditoribus: elegique potius semel vitam finire, quam quotidie mori. Quæ dixit illi: Quæso te, accipe omnia quæ habeo, & redde: tantum ne perdas te ipsum. Sumens vero ille, reddidit omnia. Puella ergo angustiari cœpit, non habens qui sibi curam gereret: itaque destituta parentum solatio fornicari instituit, & inde sibi victum quærere. Dicebant ergo viri illi sancti Theonas & Theodorus,* admirantes scilicet: *Quis novit ista, nisi solus Deus; quomodo scilicet permittatur anima propter causam aliquam ipsi soli cognitam ad tempus derelinqui? Post aliquantum vero temporis infirmata est puella, & in se conversa compuncta est, oravitque Pontificem, ut faceret illam Christianam. Omnes autem aspernabantur eam, dicentes: Quis hanc suscipiat, quæ meretrix est? Affligebatur autem vehementer. Cum vero in his esset angustiis astitit illi Angelus in specie hominis cum quo misericordiam fecerat. Cui illa dixit: Cupio fieri Christiana, & nemo vult pro me loqui. Qui ait: Numquid re vera istud cupis? Respondit illa: Utique domine, & deprecor te ut hoc mihi impertias. Qui ait: Noli tristari. Ego adducam aliquos qui te accipiant. Adduxit ergo alios duos & ipsos sanctos Angelos. Duxeruntque illam ad ecclesiam. Rursusque se ipsos transformantes in personas quasdam illustres, & notas in ordine Augustalium, vocant clericos, presbyterum scilicet & diaconum, qui in hoc ipsum constituti erant.*

Puella misericors misericordiam consecuta.

XVII. *Dicunt eis clerici: Vestra charitas pro ea pollicetur? Illi autem responderunt: Etiam nos pro illa pollicemur. Sumentes ergo illam, baptizaverunt: & albis induta, rursus ab eis subvecta est. Quam cum deposuissent, evanuerunt. Vicini ergo cum illam ita albis indutam viderent; postquam recesserunt illi, dicunt ei: Quis te baptizavit? Nunciavit autem eis rem totam, dicens: Venerunt quidam & tulerunt me in ecclesiam, locutique sunt clericis, & baptizaverunt me. Et dixerunt ad illam. Qui sunt illi? Cum vero non posset dicere qui essent illi; adeuntes nunciaverunt Episcopo. Dixit autem Episcopus his qui ad baptizandum constituti erant. Et confessi sunt se illam baptizasse, exoratos ab illo & illo Augustalibus. Porro accersitis ex Prætorio his quos clerici dixerant, dixit Episcopus: Num ipsi ista fidejussistis? Qui dixerunt: Neque novimus, neque conscii sumus nos hoc fecisse. Tunc vero jam cogitavit Episcopus Dei, hoc esse opus. Convocansque illam, dixit ei: Dic mihi, filia, quid gessisti boni? Quæ ait: Meretrix existens & paupercula, quid boni facere potui? Dixit*

PAGIUS Synodo Cap. I. ubi cæteris accuratius eum examinavit, *Timothei* mortem cum Victore Tununensi in annum DXXXVIII. perperam differt, & Depositionem *Theodosii* in annum DXL. licet ex Liberato Auctore coævo constet, eum ante finem anni Christi DXXXVIII. privatum Dignitate fuisse. In tanta rerum obscuritate non habeo quod dicam, nisi *Paulum* amplius quam annos duos, & *Zoilum* amplius quam annos septem Alexandrinam Ecclesiam administrasse, & in annis eorum Sedis enumerandis Antiquos errasse, aut post depositionem *Pauli* aliquod Interpontificium extitisse. Plurimum referret, *Zoili* initium e tenebris erui, ut constare posset de tempore quo *Origenistæ* damnati sunt; cum certum sit, eo jam Alexandrino Episcopo, eosdem inter hæreticos annumeratos. Illud tamen certum videtur, *Origenistas* ante annum DXL. damnatos non esse.

VI. Encænia Ecclesiæ Sanctæ *Sophiæ* anno DXXXII mense Februario ædificari cœptæ, ad hunc annum pertinent. Continuator enim Marcellini ad annum II. post Consulatum Belisarii scribit: *Ecclesia Major Constantinopoli ab Imp. Justiniano singulariter in mundo constructa dedicatur VI. Kalend. Januarias*, seu die XXVII. Decembris, quæ hoc anno in Dominicam incidit. De his Encæniis Theophanes anno Incarnat. secundum Alexandrinos DXXX. Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoato, ait: *Hoc*

Ecclesia S. Sophiæ dedicatur.

xit illi Episcopus: Nihil omnino operata es? Dixit: Non, nisi quod videns quemdam qui a creditoribus premebatur, se suffocare volentem, data illi omni substantia mea, liberavi eum. Et his dictis, continuo obdormivit in Domino. Tunc Episcopus glorificans Dominum, dixit: Justus es, Domine, & rectum judicium tuum. Hucusque auctor non absque probatorum virorum testificatione hæc afferens.

XVIII. ☞ Quod ad Zoilum pertinet Episcopum Alexandrinum, testatur Agatho Papa in epistola ad Imperatores Constantinum, Heraclium & Tiberium, ad eumdem Zoilum scriptum fuisse a Justiniano Imperatore edictum pro fide Catholica adversus Acephalos: quod exscriptum idem Agatho Papa ad dictos Augustos misit. Caremus nos eo, neque usquam invenimus, cujus saltem hic meminisse oportuit. ☜

XIX. Quod vero ad reliqua quæ sunt anni hujus spectat, dicere minime prætermittimus, reperiri hoc anno editas complures Justiniani Imperatoris constitutiones: est inter alias illa data Kalendis Septembris (*a*), qua in cunctis monumentis publicis apponi voluit nomen Imperatoris, Consulum, & Indictionis, de qua ad confirmandam temporis rationem superius egimus: aliæ (*b*) item de permutandis Ecclesiasticis rebus: insuper ne etiam aliquid solvatur pro admittendis clericis in ecclesiam (*c*): item qua vetuit in privatis domibus sacra (*d*) fieri: & aliæ (*e*) ad funera defunctorum constitutiones spectantes: quas cunctas tu, lector, otiosius consulere poteris: nos hic imponimus anni hujus rerum gestarum finem. Con-

(*a*) *Novel.* 47.
(*b*) *Novel.* 54. 55.
(*c*) *Novel.* 56.
(*d*) *Novel.* 58.
(*e*) *Novel.* 49. 59. 60. *& sup. Novel.* 13. *c.* 49.

PAGIUS *Hoc anno mensis Decembris die XXVIII. Indictione prima, priora Magnæ Ecclesiæ peracta sunt Encania. Processit vero supplicantis populi Cœtus e Sanctæ Anastasiæ Templo, Patriarcha Mena in Imperatoris Curru sedente, & ipso Imperatore inter plebem procedente. Ab incensæ igitur sanctissimæ Ecclesiæ die ad ejus Dedicationem anni quinque, menses undecim, & dies decem intercesserunt.* Quare Magna Ecclesia Constantinopolitana anno DXXXII. die circiter XVII. mensis Januarii conflagrarat. Hæc Dedicatio Decennalium Justiniani indicium.

VII. *Alia ad hunc annum revocanda.* Hoc anno *Roma* a *Vitige* Gothorum Rege obsessa, *Silverius* in exilium missus, & *Vigilius* die XXII. mensis Novembris Pontifex Romanus consecratus, ut anno sequenti, Baronii ordinem sequentes videbimus. *Timotheus* Episc. Alexandrinus mense Februarii anni currentis obiit, eodemque anno *Gaianus* primum, & postea *Theodosius* dicti sunt Episcopi Alexandrini, ut an. DXXXV. diximus. *Datii* Legatio ad Belisarium, de qua anno sequenti num. XXII. Bellum civile inter Reges Francorum, de quo anno DXL. num. VIII.

I. Urbs a Vitige obsessa.

Consulibus Joanne atque Volusiano aperitur annus Domini quingentesimus trigesimusoctavus, idemque a Procopio numeratus annus tertius belli Gothici in Italia: quo Vitiges Gothorum Rex, revocatis in Italiam Gothis qui apud Francos erant, comparato exercitu (ut auctor est Procopius) centum & quinquaginta millium militum, adversus Belisarium veniens, Romam mense Martio obsidere cœpit. Quæ autem crebro inter utramque partem sint conflata certamina, iterati conflictus, & quam in multis prudentia & bellica fortitudo Belisarii enituerit, eumdem exacte cuncta narrantem Procopium consule. Sat nobis pauca quædam ab instituto haud abhorrentia, sed maxime congrua hic inserere, quæ ad pietatem spectare posse pius quisque censebit, ut cum hæc ait de mœnium custodia (a):

(a) Procop. de bello Goth. l. 1.

II. Murus Urbis sub S. Petri protectione.

Inter hanc portam, nempe Flaminiam, *& alteram ad dexteram huic proximam portulam, porta alia est quæ Pinciana vocatur. Huic proximi muri pars quædam, lapidum laxata jampridem compagine, sejuncta spectatur, non solum a solo, sed a medio ad summum fastigium scissa, nec sane collapsa, nec alias resoluta, sed utrinque sic inclinavit, ut cætero muro extrinsecus partim prominentior esse appareat, partim retractior. Hanc muri partem cum demoliri tunc primum Belisarius niteretur, & iterato ædificare cœpisset; obstitere Romani, Petrum Apostolum pro indubitato se comperisse, asseverantes, ejus loci tuendi pollicitum curam se suscepturum. Quod utique Romanis ex voto successit: quando quidem nec eo die quo per Gothos sunt mœnia oppugnata, nec per omne id tempus quo Urbem obsederant barbari, ho-*

sti-

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLXXVI. A.C. 538.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6031.

☉ 15. C. ☽ 7. P. 4. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 538.

VIGILII PAPÆ 2.

JUSTINIANI IMP. 12.

VITIGIS REG. 2.

I. Consul absque collega.

[1] FL. *Joannes Consul* absque collega in Oriente processit, ut omnes antiqui Fasti habent. Dicitur is *Flavius* in Epistola ad Cæsarium Arelatensem Episcopum a Vigilio Papa data, saltem in correctis ejus editionibus. In Occidente hæc formula quandoque usurpata: *Post Consulatum Paulini Junioris U. C.* IV. idest, *anno* IV. uti in Concilio Aurelianensi III. hoc anno congregato. Baronius & Onuphrius Joanni *Volusianum* collegam assignant, sed perperam, ut infra num. X. demonstrabo. Est hic *Joannes Cappadox*, homo Ethnicus, apud Justinianum potentissimus, de quo plura Procopius tam in Historia Arcana, quam in aliis suis Libris, præsertimque in Lib. I. de Bello Persico cap. 25. ubi ait, eum ob cædem *Eusebii* Episcopi Cyziceni decimo Præfecturæ Prætorianæ anno tanquam latronem ac grassatorem habitum fuisse, *Virum*, inquit Procopius, *qui & Prætorii Præfecturam gesserat, qui Patriciorum ordini fuerat adscriptus, qui ad Sellam Consularem, qua nihil majus in re Romana videtur esse ascenderat*. De hac *Eusebii* Episcopi cæde legendus Baron. an. DXLVIII. num. XXVII. & videnda quæ eo anno dicemus. Recte in Fastis Græcis Heraclianis hoc anno legitur: Ιωαννȣ μονȣ και επαρχȣ πρετορȣ idest, *Joanne solo, & Præfecto Prætorio*.

II. Roma anno superiori a Gothis obsideri cœpta.

A num. II. ad IV. Est hic annus *quartus* belli Gothici, non vero *tertius*, ut autumavit Baronius, ideoque *Roma* non hoc anno obsideri cœpta a *Vitige*, sed superiori, ad quem ideo hoc obsidium revocandum, quod *mense Martio*, teste Procopio lib. 1. de Bell. Goth. cap.

NOTÆ [1] COss. *Fl. Joannes* sine collega.

Gudiana inscriptio apud Relandum. DP. IN. PACE. XIII. KAL. IANUARIIS. FL. IOHANNE. ORIENTALE. V. C. L. CONS. Exstat hoc fragmentum Romæ in pavimento Ecclesiæ SS. Silvestri & Martini in Montibus; at desunt extrema littera, quas refert Gudius; nam lapide extremo loco legitur tantum

O R I E N T A.........

Cætera desunt.

Fabrettus pag. 418. n. 375. ex basilica S. Pauli; & est inter inscriptiones ejusdem basilicæ n. 365.

C O N S U L A T U. I O A N N I. A U G.
D E P. V I. K A L. F E B. I N P A C E

Vigilii Papæ epistola ad Cæsarium Arelatensem: *Data pridie Nonas Martias Fl. Joanne U. C. cos.*
Epitome temporum & Indiculus Paschalis: *Johanne*. GEORGIUS

stilis vis ulla ad hunc locum pervenit, nec plane umquam eodem tumultuatum. Et sane me admiratio subit, nec Romanis, nec hostibus ipsis in ea tam diutina Urbis obsidione in memoriam venisse muri hanc partem. Quæ res cum miraculi postea loco sit habita, nec sarcire quidem in posterum quisquam, nec de integro restituere ausus est; sed ad hunc diem ea e regione sejunctus permanet murus. Hucusque Procopius. Cernitur usque hodie ipse paries ab alio divisus, & quasi jamjam casurus deorsum inclinatus: ut qui nesciat, timeat illac pertransire. Extant & ibi proximæ venerandæ imagines, indices veteris ejusdem loci sacri cultus.

III. Sed illud majoris miraculi obtinet locum, quod cum per annum & amplius, Urbe obsessa, in suburbiis moram fecerint barbari, iidemque Ariani atque Romanæ Ecclesiæ hostes, nihil tamen contumeliæ damnive intulere ipsis Apostolorum basilicis extra Urbem positis, sinentes illic Catholico ritu libere sacra peragi. Audi enim de his ipsa verba Procopii (a). *Extat autem* (inquit) *Pauli Apostoli templum Romanis procul a mœnibus stadiis decem & quatuor, juxta quod Tiberis fluit, ubi nullum patet munitum esse præsidium: porticus tamen eodem ab Urbe pertinens, circaque ædificia alia pleraque non satis ad invadendum opportunum locum hunc reddunt. Patebat & Gothis ad id sacrarium via, per quos omnibus constat per id belli tempus in* * *neutra dedicata Apostolis æde quicquam editum, quod incolentibus vel molestius esset, vel quoquam pacto ingratum; sed sacratos ibidem viros libere permisisse rem divinam peragere.* Hæc Procopius: quibus vehementer redarguas, exprobres, & execrationibus diris incesses recentes hæreticos diaboli faces, fæcesque hæreticorum, sacra Deo dicata ubique San-

(a) Procop. de bello Goth. l. 1.

Gothi venerati Basilicas Orthodoxorum.

* id

PAGIUS cap. 24. cœptum est, & *per annum & dies novem* continuatum. Quare mense Martio currentis Christi anni *Roma* obsidione liberata, ut anno sequenti magis explicabo. Porro hic evellendus error, qui irrepsit in Historiam de Bello Gothico a Procopio in literas missam, quique hactenus Viros doctissimos in transversum egit. Procopius libro primo cap. 15. postquam superiori capite *Belisarium* Romam, (& quidem, ut jam dixi, die IX. Decembris), ingressum fuisse narravit, *Samnici* partem se Belisarii potestati permisisse refert, & sine dubio his vel similibus verbis caput illud clauserat: *Pariter cum hyeme secundus annus exiit hujus belli, quod literis commisit Procopius.* Nihilominus, omissa illa clausula uno tenore narrat capitibus sequentibus Libri primi, & duobus prioribus Libri secundi, quæ post *Belisarii* Romam introitum Gothos inter & Romanos contigere, & caput illud secundum his verbis finitur: *Tum pariter cum hyeme alter annus exiit huiusce belli, cujus Historiam conscripsit Procopius.* Quo pacto quæ capitibus præcedentibus in medium Procopius adduxit, gesta essent anno secundo belli Gothici, & *Vitiges* Gothorum Rex, qui mense Martio ejusdem Belli Gothici anno secundo, Romam obsidione cinxit (ideoque anno Christi DXXXVI.) Urbem & Belisarium aggressus fuisset, ipso tempore quo *Roma* in potestate sua erat; cum *Belisarius* non nisi mense Decembri anni secundi belli Gothici, Christique DXXXVI. ea potitus sit. Quare hæc clausula: *Tum pariter cum hyeme alter annus exiit*, &c. transposita fuit a fine capitis XV. Libri primi ad finem capitis 2. Libri 2.

III. *Insignis transpositio in textu Procopii.* Illud hoc modo contigisse existimo. Aliquis hujus Historiæ Exscriptor hanc clausulam omisit, & postea quidam alius eam restituit, sed non in locum suum; ea enim non post caput 2. Libri secundi, sed post caput 15. Libri prioris inserenda erat; vel potius Lector monendus, eam clausulam in Apographo desiderari. Hæc transpositio inde manifestissime elucet, quod Procopius lib. 2. cap. 2. scribat: *Circiter Solstitium æstivum, Euthalius stipendia militibus ab Imperatore debita* tulit, ideoque mense circiter Junio. Tum subdit, exiisse cum hyeme secundum annum belli Gothici; & caput tertium seu initium anni belli Gothici III. his verbis exorditur: *Jam æstivo Solstitio ineunte, cum fame pestis Urbem invasit.* Quare si Procopius hoc scripsisset, non cum hyeme, sed cum vere annum belli Gothici II. finem accepisse asseruisset; cum tamen a verno tempore annum semper auspicetur.

IV. *Clausula secundi anni belli Gothici in Procopio transposita.* Ea itaque clausula loco suo certissime mota, & in alium imperite translata fuit. Procopius enim Scriptor diligentissimus similis erroris Auctor esse non potuit. Quod si ea in suum locum non restituatur, non modo non cohærentia inter se narrat *Procopius*; sed maxime disjuncta atque contraria; quod nullus sibi persuaserit. Cointius, qui ad hanc transpositionem animum non adverterat, anno DXXXVII. num. VII. & seqq. tradit, *Vitigem* Gothorum Regem eo Christi anno ab obsidione Romana discessisse, *cum se circumegisset æstas*, & Urbem per annum & dies novem Gothi circumsedissent. Quam in rem citat Procopium lib. 2. de Bello Goth. cap. 10. ubi tamen is scribit: *Jam annus circa vernum æquinoctium se vertebat, in obsidione contritus totus, cum diebus præterea novem.* Quare Procopio, quem se sequi profitetur, & cujus verba laudat, plane adversatur Cointius.

V. *Ea transpositio Procopio non adscribenda.* Em. Card. Norisius in Dissert. de Synodo Quinta cap. 6. altius difficultatem hanc consideravit, atque *Procopium* in Belli Gothici annis recensendis errasse, indeque factum esse apud eundem Historicum aliorum quoque annorum gesta haud suo tempore recitari; quia inquit, post initium libri secundi Procopius scribit: Euthalius *circa brumalem Solis pulsum Romam cum stipendiis militum appulit*; & postea idem Historicus subjungit: *Sic hiems exiit, finemque imposuit anno secundo belli.* Ex quibus deducit Cardinalis Norisius, illum duorum annorum gesta ad unicum perperam restrinxisse; cum Romam *Belisarius* non occupaverit eodem anno, quo *Vitiges*, ei castra circumdedit. Addit cum unius anni additione *Procopium* corrigendum venire. At decepit Cardinalem doctissimum versio Procopiana Grotii, non solum in loco, quem ex ipsa citat; sed etiam in quibusdam aliis depravata, quod some-

Sanctorum monumenta rapinis incendiisque vastantes.

IV. At audi portentum, attende facinus omni execratione dignum Romæ hoc tempore perpetratum ab eo, qui se Catholicæ fidei esse cultorem præseferebat, ac defensorem hactenus laudatissimum, Belisario. Pro monstro plane habitum est, ut cum qui foris erant barbari hostes Gothi Ariani, ne clericulum quidem injuria damnove affecerint, nec impedierint quo minus Apostolis sacri ibi consistentes Deo dicati ministri diversi ordinis clerici consuetum cultum impenderent, Apostolorumque basilicis nec leve damnum attulerint: eodem tempore qui intus degebat, pius, justusque hactenus semper visus, ab Imperatore missus expugnare barbaros, Urbemque ab eorum tyrannide vindicatam tueri, Dux exercitus Belisarius, idem ex improviso tyrannus apparuerit, atque sacrilegus in cathedram Petri & in universam Romanam Ecclesiam, eam barbarice tyrannice que injuriis damnoque afficiens atque profanans, iniiciensque violentam manum in ipsum Romanum Pontificem, deturpans inhonestansque ipsum visibile loco Christi positum Ecclesiæ caput. Quomodo autem id acciderit, in primis Procopium (*a*) audi ita rem tantam paucis absolventem.

(*a*) *Procop. de bello Goth. l.* 1.

V. Theodora quæ adversus Silverium sit molita.

V. *Deinde* (inquit) *oborta suspicione, Silverium urbis Romæ Pontificem defecturum ad Gothos; hunc quidem confestim transmittit in Græciam, alterum vero quempiam illi suffecit Vigilium nomine; non secus & alios quosdam, & hos Senatorios viros.* Hæc ipse: sed dolosæ fraudis iste prætextus fuit: ejusmodi enim velamento obtegebatur, quod impia Theodora (ut dictum est ex Liberato diacono) cum Vigilio ab Urbe Constantinopolim accersito molita fuerat: nempe se effecturam, ut ipse Pontifex, expulso Silverio, crearetur, dummodo quod spoponderat insana cupiditate flagrans ambitione Vigilius, Anthimum ab Agapeto damnatum in Constantinopolitanam sedem restitueret. Sed quæ de his paulo fusius Anastasius habeat, audiamus: *Theodora usa consilio cum Vigilio diacono, misit epistolam Romam ad Silverium Papam, rogans & obsecrans: Ne pigriteris ad nos venire: aut certe revoca Anthimum in locum suum. Hæc cum legisset beatus Silverius, ingemuit, & dixit: Modo scio quia causa hæc finem vitæ meæ adducit. Sed beatissimus Silverius fiduciam habens in Domino & beato Petro, rescripsit, dicens: Domina Augusta, ego rem istam numquam ero facturus, ut revocem hominem hæreticum in sua nequitia damnatum. Tunc indignata Augusta misit jussiones suas ad Belisarium Patricium per Vigilium diaconum ista continentes: Vide aliquas occasiones in Silverio Papa, & depone illum de Episcopatu, aut festinus certe transmitte eum ad me. Ecce ibi habes Vigilium Archidiaconum & Apocrisarium nostrum charissimum, qui nobis pollicitus est, revocare Anthimum Patriarcham. Tunc suscipiens jussionem Belisarius Patricius, ait: Ego quidem jussionem facio; sed his qui intercedit in necem Silverii Papæ, ipse reddet rationem de factis suis Domino Jesu Christo.*

VI. Quæ calumnia in Silverium excogitata.

Et urgente jussione, exierunt quidam falsi testes, qui dixerunt: Quia nos multis vicibus invenimus Silverium Papam scripta hujusmodi mittere ad Regem Gothorum: Veni ad portam quæ vocatur Asinaria juxta Lateranas, & civitatem ti-

PAGIUS mendoso Procopii codice usus sit. Ubi enim Procopius lib. 2. cap. 2. habet: *ἐυθάλιος δέ τις ἀμφὶ θερινὰς τροπὰς ἐς ταρακίναν ἐκ Βυζαντίου ἧκε* &c. idest, *circiter Solstitium æstivum, Euthalius quidam Byzantio Tarracinam venit,* &c. Grotius vertit: *Circa brumalem Solis pulsum Byzantio Tarracinam venit Euthalius, &c.* cum tamen Procopius habeat, *ἀμφὶ θερινὰς τροπάς*, non vero, *ἀμφὶ χειμερινας τροπάς*, idest, *circa brumale Solstitium.* Si Em. Cardinali Norisio textum Græcum, quem Grotius non exhibet, legere in mentem venisset, neque præfatum Canonem proposuisset, neque *Procopium* in belli Gothici Historia non semper tempora recte digessisse scripsisset. Alia quæ Cardinalem doctissimum in concepta opinione confirmarunt, & quæ *Procopium* in notatione Temporum errasse ostendere videntur, constare non posse suis locis monstrabo, præsertimque anno DXLVIII. num. XII.

VI. A num. IV. ad XXI. Durante Urbis Romanæ obsidione varia, eaque egregia, tum a Civibus Romanis, tum a Gothis Urbem obsidentibus patrata, quæ fuse describit Procopius a capite XVII. Libri primi usque ad finem ejusdem Libri, & cap. 1. lib. 2. usque ad finem capitis decimi. Tunc contigit quod habet Procopius lib. 1. bell. Goth. cap. 25. *Cum esset suspicio Silverium, Urbis Antistitem cum Gothis proditionem moliri; confestim eum relegavit in Græciam, ac Vigilium paulo post ad Pontificatum provexit*, Belisarius scilicet, ut Theodoræ Augustæ morem gereret. Verum factum id anno superiori, ut non tantum ex Procopio; sed etiam ex Anastasio liquet. Hæc Anastasii verba: *Postmodum venit* (Belisarius) *Romam, qui susceptus est a Domno Silverio benigne, & abiit Vilisarius Patricius in Palatium Pincianum, Id. Maii Indict. XV. Tunc erat Vigilius Diaconus Apocrisiarius Constantinopoli.* Addit Anastasius, *Theodoram* misisse jussiones ad Belisarium per Vigilium Diaconum, quibus ei mandabat, ut *Silverium* e Sede deiiceret. Indictio autem XV. anno præcedenti usque ad Kalendas Septembris in cursu fuit. Quare *Belisarius*, non hoc anno, sed antecedenti Silverium e Sede exturbavit, & in exilium misit. Hinc Continuator Marcellini *Indictione XV. iterum post Consulatum Belisarii*, anno scilicet DXXXVII. ait: *Vitiges tyrannus exercitu ag-gre-*

Vigilius anno superiori ordinatus Pontifex Rom. durante Urbis obsidione.

tibi trado & Belisarium Patricium. Quod audiens Belisarius, primo non credebat: sciebat enim quod per invidiam de eo hæc dicebantur. Sed dum multi in eadem accusatione persisterent, pertimuit. Tunc fecit Belisarius Patricius beatum Silverium Papam venire ad se in Palatium Pincis *, *& ad primum & secundum velum retinuit omnem clerum. Ingressis itaque Silverio & Vigilio solis in Mausoleo, Antonina Patricia* Belisarii uxor *sedebat in lecto, & Belisarius Patricius sedebat ad pedes ejus. Et dum vidisset eum Antonina Patricia, dixit ad eum: Dic, domine Silveri Papa, quæ fecimus tibi & Romanis, ut tu velles nos in manus Gothorum tradere? Adhuc ea loquente, ingressus subdiaconus regionarius Regionis primæ tulit pallium de collo ejus, & duxit eum in cubiculum, & expolians eum, induit eum monachicam vestem, & abscondit eum. Tunc Sixtus subdiaconus Regionis sextæ videns eum jam monachum, egressus foras, nunciavit ad clerum, dicens: Quia dominus Papa depositus est, & factus est monachus. Quod audientes, fugerunt omnes. Quem suscipiens Vigilius Archidiaconus in sua quasi fide, & misit eum in exilium ad Pontianas, & sustentavit eum pane tribulationis & aqua angustiæ.* Hucusque Anastasius.

* Pincii, vel in Pincis.

VII. Sed ab his dissentit quod ait Procopius, eum missum in Græciam; quod æque fatetur Liberatus diaconus (*a*). Cæterum Anastasius, omisso exilio Orientis, de ultima deportatione Silverii meminit, qua ex Græcia in Pontianam insulam, sive illi proximam Palmariam dictam, contra Circeum montem positas, deportatus, ibi tandem mori coactus est. Sed & liberatus diaconus in eo discrepat a Procopio, dum ait, id factum, ubi Belisarius esset Ravennæ, quod non contigit nisi anno sequenti, ubi soluta est obsidio Urbis: cum tamen Procopius disertis verbis ostendat id factum, cum Belisarius Romæ detineretur obsessus. Sed præstat hic reddere quæ idem Liberatus de his habet, prætermissa ab Anastasio atque Procopio: fuit & ipse hujus temporis scriptor, incipiensque a Vigilio in Italiam ex Oriente reverso, ubi cum Theodora convenerat, Pontificatu & auro promisso: *Facta* (inquit) *promissione, Romam profectus est, ubi invenit Silverium Papam ordinatum. Quin & Ravennæ reperit Belisarium in eadem urbe sedentem, eamque obtinentem.* Hic puto Liberatum memoria lapsum Ravennam pro Neapoli posuisse: nam vix anno quinto belli Gothici potitus est Ravenna Belisarius; sed longe ante constat Vigilium in Orientem remeasse, & quæ dicta sunt adversus Silverium molitum esse. Sed pergit auctor: *Cui tradens præceptum Augustæ, promisit ei duo auri centenaria, si Silverio remoto, ordinaretur ipse pro eo. Belisarius vero Romam reversus, evocans Silverium ad Palatium, intentabat ei calumniam, quasi Gothis scripsisset ut Romam introirent.*

(*a*) Liber. diac. in Brev. c. 22.

Quando contigit Silverii exilium.

VIII. *Fertur enim, Marcum quemdam scholasticum & Julianum quemdam prætorianum fictas de nomine Silverii composuisse litteras Regi Gothorum scriptas, ex quibus convinceretur Silverius Romanam velle prodere civitatem. Secreto autem Belisarius & ejus conjux persuadebant Silverio implere præceptum Augustæ, ut tolleretur Chalcedonensis Synodus, & per epistolam suam hæreticorum firmaret fidem. Qui mox de Palatio egressus, quid de eo fieret, consiliariis suis locutus est. Et veniens contulit se in basilicam beatæ martyris Sabinæ, ibique manebat. Ubi directus est ad eum Photis* * *filius Antoninæ Patriciæ, & præstito sacramento, invitavit eum venire ad Palatium. Qui autem Silverio astabant, persuadebant ei, ne-*

Calumniatores Silverii Pap.

* Photius

PAGIUS *gregato Romam obsidet, cui tunc faventem Papam Silverium Belisarius ab Episcopatu summovit, & loco ejus Vigilium Diaconum ordinavit: temporeque longo Romam obsidente Vitige, Belisarius intus inedia vigiliisque laborans, auxilium ab Imperatore deposcit.* Quare Vigilius natione Romanus Pontifex ordinatus est, dum *Roma* a Vitige obsideretur, & quidem *X. Kalendas Decembris*, ut testatur Anastasius in Vigilio, seu die vicesima secunda mensis Novembris Sanctæ Cæciliæ sacra, in quam anno DXXXVII. Dominica cadebat. [1] Non immoror hic in his refellendis, quæ Anastasius in Vita Silverii ex diversis Auctoribus habet de Belisario ac de Neapolis & Romanæ Urbis obsidione, quia vel sola Procopii narratione convelluntur.

VII. *Vigilius*, ut Pontificatum Romanum adipiscetur, duo auri centenaria se *Theodoræ* Augustæ daturum promisit, & per *Antoninam* Belisarii conjugem promissionem suam implens scripsit Epistolam a Liberato in Breviario cap. 22.

Vigilius de Simonia accusatus.

NOTÆ [1] EX probatissimo Catalogo Blanchiniano constat Vigilium consecratum fuisse Pontificem die 29. Martii anni 537. quæ tunc incidit in Dominicam, ut ducta ex eodem Catalogo supputatione demonstrabitur in Nota ad A. 555. 7. Hic autem animadvertere licet cum epocha ista recte omnia congruere; nam eo tempore Urbs Roma obsidione premebatur, quod tunc contigisse, cum Vigilius assumptus fuit in Pontificem, adnotat Continuator Marcellini a Pagio hic laudatus. MANSI

ne Græcorum crederet juramentis. Ille autem exiit, & ad Palatium venit. At illa quidem die pro juramento ad ecclesiam redire permissus est. Ad quem rursus mandavit Belisarius, ut ad Palatium veniret. Qui de ecclesia exire nolebat, dolos sibi præparatos agnoscens. Sed postea orans, & causam suam Domino commendans exiit, & ad Palatium venit. Qui solus ingressus, a suis ulterius non est visus. Et alia die Belisarius, convocatis presbyteris & diaconibus & clericis, mandavit eis, ut alium sibi Papam eligerent. Quibus dubitantibus, & nonnullis ridentibus *, *favore Belisarii ordinatus est Vigilius. Silverius autem in exilium missus est in civitatem provinciæ Lyciæ, quæ Patara dicitur.* Hactenus de expulsione Silverii & intrusione Vigilii Liberatus.

* renitentibus.

Silverius exul mittitur in Lyciam. IX.

Magna hæc quidem fuit horribilisque in Ecclesia Romana tempestas a furente hæretica femina excitata ab ambitioso diacono procurata, per Belisarium autem impie admodum consummata in eo quidem Pilato deteriorem, dum veritus est ipse, ne feminæ offensam incurreret, cujus jussa festinavit implere, cum ille ipsum Cæsarem pertimuerit: sed (ut seu loco dicemus) luit meritas infelix pœnas; nam qui tanto patrato scelere sibi devincire putavit per Theodoram Imperatorem, Deo ulciscente factum, ut eumdem infensissimum expertus postea fuerit adversarium, ab eodemque ipse, qui tot victoriis gloriosus toti conspicuus Orbi fuit, in ordinem redactus sit; exemplum posteris factus, quanto suo quis damno in Christum Domini manus violentas iniiciat. Cui ob immensitatem sceleris perpetrati nec satis fuit ad veniam promerendam facti pœnitentia: nam noluit omnino Deus, licet distulerit, absque vindicta relinqui, quod tanto sacrilegio facinus horrendum ab ipso fuerat perpetratum.

X. De pœnitentia Belisarii.

Belisarius enim post scelus admissum, in se reversus, veluti ebrietate jam soluta, quod deliquisset ob mentis oculos jugiter habens, se ipsum erubuit, & detestatus valde, ad expiandum immane facinus, ut offensum divinum numen conciliaret, illudque ipsum redderet sibi propitium; mox Romæ ecclesiam erigendam curavit, cui præ foribus ejusmodi inscriptionem lapidi incidi voluit, patrati facinoris pœnitentiæ perpetuum monumentum (*a*):

HANC VIR PATRICIUS VILISARIUS URBIS AMICUS
OB CULPÆ VENIAM CONDIDIT ECCLESIAM
HANC ICCIRCO PEDEM SACRAM QUI PONIS IN ÆDEM
UT MISERETUR EUM SÆPE PRECARE DEUM

JANUA HÆC EST TEMPLI DOMINO DEFENSA POTENTI

(*a*) *Extat Romæ in pariete eccle. Cruciferorum inter Pincium montem & Quirinalem.*

At licet ipsa ecclesia ab eo erecta perierit, demolita fortasse a Gothis, cum rursum potiti sunt Urbe (ut par est credere) in odium ipsius conditoris Belisarii: ipsa tamen inscriptio adhuc integra legitur, in alterius ecclesiæ affixa pariete, ut habes notatum in margine. *Ann. Eccl. Tom. IX.*

XI. Hæc quidem passus Silverius, haud potuit esse desinere quod erat Romanus Pontifex: qui ad suum Apostolatum illa plane adjecit Apostolica signa, quibus Petrus (*b*) & alii gloriabantur Apostoli, quod videlicet digni habiti essent pro nomine Jesu contumeliam pati. Ipso enim

(*b*) *Act. 5.*

Cccc 2

PAGIUS

22. recitatam, quam & Baronius num. XIV. refert, qui tamen negat, eam esse *Vigilii*, licet fateatur eum Simoniacam labem contraxisse spondendo aurum, ut Pontifex esse posset. Verum Cardinalis doctissimi conjecturæ rem minime evincunt. Prima ex eo ducitur, quod *Vigilii* adversarii, quibus diversis temporibus impetitus est, eam illi Epistolam nunquam improperarint. At neque etiam ei improperarunt, quod fuisset Schismaticus, Antipapa, & Simoniacus: neque enim *Mennas*, neque Quintæ Synodi Patres, neque *Justinianus* Imp. hoc crimen *Vigilio* objecit. Noluere itaque ejus hostes quod Pseudo-Pontifex gesserat, & verus Pontifex creatus resciderat, ei crimini vertere: vel denique metu Imperatoris & Theodoræ Augustæ nemo id illi objecit. Præterquam quod argumentum negativum, si cætera desint, minime urget. Secunda Baronii conjectura est, Actione XIV. Sextæ Synodi lectos esse Libellos Mennæ ad Vigilium, & hujus ad Justinianum & Theodoram, & Patres pronunciasse eosdem confictos & suppositos fuisse, ac ipsa Acta Quinti Concilii dolis *Stephani* hæretici *Macarii* Antiocheni consortis, interpolata. Verum illud Sextæ Synodi judicium illos solum spectabat Libellos, quibus Vigilius anathematizabat *Theodorum Mopsuestenum*, & Epistolam *Ibæ*, ac Scripta Theodoreti contra XII. Capitula Sancti Cyrilli: *Anathematizamus*, inquiunt Patres sextæ Synodi, *& Theodorum quondam Episcopum Mopsuestenum, utpote qui alienus semper ab Ecclesiis extitit, & sanctissimis Patribus adversarius, qui non confitetur Incarnatum esse Dei Verbum, idest Christum esse unam Subsistentiam, & unam Personam, & unam Operationem.* In Epistola autem *Vigilii* a Liberato recitata, nihil hujusmodi legitur: ideoque Libelli illi Vigilio suppositi, ab Epistola, de qua agitur, diversi sunt.

Ter-

nim vivente, nemo jure dixerit, Vigilium vere potuisse Pontificem Maximum dici, licet in sede Petri sederit violenter intrusus; sed Silverium ipsum legitimum Papam & quidem claritudine auctum, utpote adiicientem ad Pontificiam dignitatem confessionis coronam, illustrantemque ipsam palma martyrii, præter alia egregia facta complura: cum, dum vixit, nihil remiserit, licet exul, sacerdotalis auctoritatis atque Pontificiæ majestatis, ut quæ ab eo gesta sunt, aperte declarant, de quibus agendum erit paulo post. Quæ autem post hæc transacta sint Romæ inter Vigilium & Belisarium, idem Liberatus enarrat his verbis (*a*):

(a) Liberat. diac. in Brev. c. 22.

XII. Turpitudo Vigilii de auro pollicito.

Post ordinationem ergo suam compellebatur Vigilius a Belisario implere promissionem suam, quam Augustæ promiserat, ut sibi redderet duo auri centenaria promissa. Vigilius autem timore Romanorum & avaritia patrocinante, nolebat sponsiones suas implere. Hæc quidem de Vigilio jure dicta sententia in eum lata a sancto Silverio Papa demonstrat, ubi habetur simoniacam labem contraxisse ipsum Vigilium spondendo aurum, ut Pontifex esse posset. His de Vigilio præmissis, Silverii in Orientem deportati vestigia assectatus idem Liberatus, quæ tunc ibi facta sunt, scriptis prodidit. Accidit plane illud admirandum, ut cum adversus ipsum Romanum Pontificem insurrexisset qui inhærebat lateri ejus diaconus ipse Vigilius; Deus excitaverit spiritum unius ex Græcis Episcopis, qui magno sumptu animo pro ejus defensione surrexerit, steteritque contra Imperatorem, ipsum de sacrilegio perpetrato redarguens. Hæc quidem Liberatus diaconus habet paucis descripta his verbis:

XIII. *Sed Silverio veniente Pataram, venerabilis Episcopus civitatis ipsius venit ad Imperatorem, & judicium Dei contestatus est de tantæ sedis Episcopi expulsione: multos dicens esse in hoc mundo Reges, & non esse unum, sicut ille Papa est super Ecclesiam mundi totius a sua sede expulsus. Quem audiens Imperator, revocari Romam Silverium jussit, & de litteris illius judicium fieri; ut si approbaretur ab ipso fuisse scriptas, in quacumque civitate Episcopus degeret; si autem falsæ fuissent approbatæ, restitueretur suæ sedi.* Ita quidem sentiens Justinianus Imperator non esse cujuslibet potestatis damnare Romanum Pontificem, quem etiamsi errasse convinceretur, Romanum tamen Episcopum, licet non Romæ, voluit permanere, ne videlicet (quod objectum ei fuerat) ipso moliente, daretur Urbs Gothis; sed ut aliis in locis eamdem, qua fungebatur, retineret Pontificiam dignitatem. Sed audi quid post hæc narret idem Liberatus de conatu Theodoræ Augustæ etiam Pelagium diaconum Apocrisarium impellentis, ut Silverii reditum impediret (*b*): *Pelagius vero currens cum voluntate Augustæ, volebat irritum facere Imperatoris præceptum, ne Silverius Romam reverteretur; sed prævalente Imperatoris jussione, Silverius ad Italiam reversus est. Cujus adventu territus Vigilius, ne sede pelleretur, Belisario mandavit: Trade mihi Silverium: alioquin non possum facere quod a me exigis. Ita Silverius traditus est duobus Vigilii defensoribus, & servis ejus. Qui in Palmariam insulam abductus, sub eorum custodia defecit inedia. Vigilius autem per Antoninam Belisarii conjugem implens promissionem suam, quam Augustæ fecerat, talem scripsit epistolam:*

Justinian. restitui Silverium jubet.

(b) Liber. diac. in Brev. c. 20.

*Dominis & patribus * Vigilius.*

* fratribus.

XIV. Vigilii nomine epist. impia.

*Scio quidem, quia ad sanctitatem vestram antea fidei meæ credulitas, Deo adjuvante, pervenit. Sed quia modo gloriosa filia mea Patricia Antonina Christianissima desideria mea facit impleri quod fraternitati vestræ præsentia scripta transmitterem, salutans ergo vos gratia, qua nos Deo nostro Christo Salvatori conjungimur, & eam fidem quam tenetis, Deo adjuvante, & tenuisse & tenere significo: sciens quia illud inter nos prædicamus & legimus, ut & anima una sit, & cor unum in Deo. Profectus * mei, quia vester est, Deo adjuvante, vobis gaudia maturavit ex meo animo, sciens frater.*

* provectus

PAGIUS VIII. *Frustra defenditur.*

Tertia ejus conjectura a secunda non multum differt; ait enim Baronius, *Vigilii* nomine scriptas esse ab hæreticis Literas, constare ex Actione XV. Synodi sextæ, in qua habetur: *Anathema Libro, qui dicitur Menna ad Vigilium, & qui eum finxerunt, sive scripserunt. Anathema Libellis, qui dicuntur facti fuisse a Vigilio ad Justinianum & Theodoram divæ memoriæ, & qui sunt demonstrati.* Ita Baronius num. XIX. At Libelli *Vigilii* nomine scripti ad Justinianum & Theodoram, non sunt iidem cum hacce Epistola, quæ ad Theodosium, Anthimum, & Severum Episcopos data est, licet in vulgatis Liberati editionibus hæc ejus sit inscriptio: *Dominis & Christis Vigilius*, vel *Dominis & Patribus Vigilius*. Nam neutra est genuina Epistolæ inscriptio, sed ista a Victore Tununensi in Chronico recitata post Consulatum Basilii anno II. anno sc. Christi DXLII. *Dominis, & in Christi Dei Salvatoris nostri charitate conjunctis fratribus, Theodosio, Anthemio, & Severo Episcopis Vigilius Episcopus;* post quam inscriptionem Tununensis Epistolam integram recitat, ut apud Liberatum habetur; cum jam ante scripsisset: *Hic itaque Papa effectus ab Antonia Patricia Belisarii uxore compellitur, ut Theodosio Alexandrino, Anthemio Constantinopolit. & Severo Antiocheno jam ab Apostolica Sede damnatis, tanquam Catholicis scriberet: & ita de fide, quemadmodum & illi, sentiret. Cujus*

ternitatem vestram quæ optat & libenter amplecti. Oportet ergo, ut hæc quæ vobis scribo, nullus agnoscat, sed magis tamquam suspectum hic me sapientia vestra ante alios existimet habere, ut possim hæc quæ concepi, facilius operari & perficere. Et subscriptio. *Orate pro nobis Deum, mihi fratres in Christo Domino nostro charitate conjuncti.* Hactenus Vigilii nomine epistola scripta.

XV. Hic, amabo te, siste paululum gradum, lector, & illud in primis considera, etiam si vere ista scripsisset Vigilius, nullum tamen ob id inferri penitus præjudicium Apostolicæ sedi, cujus tunc ipse invasor, Silverius autem germanus Pontifex esset. Verum commentitiam hanc fuisse epistolam, plura sunt quæ persuadent. Si enim re vera scripsisset ista Vigilius; cur non ex iisdem suis scriptis conventus est, cum de restitutione Anthimi altercatus est postea Constantinopoli cum Theodora? Rursum si istæc ab ipso scripta sunt; cur non exprobrata eadem, cum ipse Constantinopoli a Theodoro Episcopo Cæsariensi, & Menna Constantinopolitano durius vexaretur, cum utrumque ipse Vigilius excommunicationi subjecit? Vel cur non id factum ab ipso Justiniano Imperatore, cum in ipsum furore accensus etiam vi agendum putavit? Cur item id tacuit ipsa Quinta Synodus in eumdem Pontificem accedere renuentem nonnihil commota? Hæc omnia publice sunt ventilata, & publicis Actis excepta, nec tamen de dicta epistola vel nutu usquam mentio. Neque etiam Facundus Hermianensis Episcopus in Vigilium ob Tria capitula subinfensus aliquid hujusmodi (sicut cætera) ipsi obiicere umquam ausus apparet. Sunt vero & alia inferius dicenda, quibus eamdem epistolam imposturæ redarguas.

XVI. Blasphemiæ Vigilii nomine scriptæ. Sed accipe quæ his subiicit Liberatus: *Sub hac* (inquit) *epistola Vigilius fidem suam scripsit, & resolvens tomum Papæ Leonis, sic dixit: Nos non duas naturas in Christo confitemur, sed ex duabus naturis compositum Deum Filium, unum Christum, unum Dominum.* Et iterum: *Qui dicit in Christo duas formas, unaquaque agente cum sua communione, & non confitetur unam personam, unam essentiam: anathema sit. Qui dicit, quia hæc quidem miracula faciebat, hæc vero passionibus succumbebat, & non confitetur miracula & passiones unius ejusdemque, quas sponte sustinuit carne nobis consubstantiali; anathema sit. Qui dicit, quod Christus velut homo misericordia dignus est, & non dicit Deum Verbum & crucifixum esse, ut misereatur nobis: anathema sit. Anathematizamus ergo Paulum Samosatenum, Dioscorum, Theodorum, & Theodoretum, & omnes qui statuta eorum coluerunt & colunt. Et hæc Vigilius scribens hæreticis occulte, permansit sedens. In quo impletum est illud testimonium, quod Salomon in Proverbiis dicit (a): Edent viæ suæ fructus, & consiliis suis saturabuntur. Ab ipsa hæresi afflictus, nec coronatus, qualem vitæ terminum suscepit, notum est omnibus.* Hæc Liberatus: quem rogo, quonam pacto potuit Vigilius anathematizare Dioscorum, si cum Dioscoro Eutychianam hæresim prædicat? hæc enim sibi invicem adversantur, ut utraque vera esse non possint. (a) Prov. 1.

XVII. Unde Vigilii lapsus. Sed in hunc se miser statum conjecit, ut hæretica scripsisse, ab hæreticis vel fingi potuerit. Quid reliquum esse potuit salis infatuati, nisi ut conculcaretur ab hominibus, & proiiceretur in hæresum sterquilinium? putorem namque contraxit hæreticæ pravitatis ex consuetudine inita cum hæreticis. En in quod barathrum infelicem hominem coniecit ambitio? in quantam eum insaniam & infamiam adegit gloriæ vanæ cupido! cujus causa cogatur & in ipso portu pati naufragium, in Petra petræ scandalum esse, atque in sede videri mobilem, & in fide infidelem haberi. Ita plane sententia Domini judicatur a fide excidere, qui gloriæ mancipium se constituit; ipso dicente (b): *Quomodo potestis credere, si gloriam ab invicem accipitis?* Et de hujus simili Joannes (c): *Diotrephes, qui amat primatum gerere in eis, non recipit nos:* Quis (b) Joan. 5. (c) 3. Jo. 9.

PAGIUS *jus Epistolæ illius tenor ita se habere probatur*, & post hæc Epistolam illam in medium adducit. Quare eadem Epistola tam a Liberato, quam a Victore Tununensi relata ad Justinianum & Theodoram data non est, ut putavit Baronius, qui ex ejus inscriptione falsitatis ejus tertiam rationem petiit.

IX. *Alia in defensionem Vigilii non majoris roboris.* Quarta denique Baronii conjectura, *a se ipso*, inquit, *discrepat Auctor, contraria simul jungens. Etenim quomodo cum Eutychete & Dioscoro negat duas in Christo Naturas, & paulo inferius una cum aliis anathema Dioscoro infert? Hæc quidem cum sibi invicem adversentur, augent, ut dixi, de impostura suspicionem.* Verum jam Viri docti observarunt, in hoc Vigilii anathematismo a Liberato recitato: *Anathematizamus ergo Paulum Samosatenum, Dioscorum, Theodorum, & Theodoritum*; in locum *Dioscori* restituendum esse *Diodorum*, ut ostendit ordo, quo præfatos hæreticos *Vigilius* anathemate percellit: nam post Paulum Samosatenum nominari debuit *Diodorus* Tarsensis, postea *Theodorus* Mopsuestenus, tum *Theodoritus*; cum certum sit, aliquot annos post *Theodori* mortem *Dioscorum* hæresim suam promulgasse. Cæterum Vigilium in universam Ecclesiam anathema dixisse testatur Facundus lib. contra Mocianum: *Ob hoc etiam de ipsius Episcopi Romani Chirographis, vel prius ambitionis impulsu, cum fieri arderet Episcopus; vel postea venalita-*

XVIII. Quis non putasset Vigilium gloriæ turbine agitatum, in transversum ferri, & in præcipitia dedi: qui diu ante jam temporibus (ut vidimus) Bonifacii, ut ab eo vivente subrogaretur in sedem, contra leges omnes Ecclesiasticas atque morem, impudens pertentasset? Ita plane pondere scelerum prægravatus, dum sursum ascendere meditatur, deorsum una cum iis & ab iis qui in cælo principatum superbe appetiere, demergitur, eadem cum illis consilia mente volvens: (a) *In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Cum his plene appetivit ascendere, sedemque collocare super inanium altitudinem nubium, non supra deorsum positam in fundamento stabilem petram, de qua a Domino dictum (b): *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* At non est solium (c) filiæ Chaldæorum: vagetur necesse est ut Cain (d), qui intus clausum habet, quod eum agit in diversa, peccatum: perstat e contra stabilis & immobilis, qui super Petram solium collocavit, licet undique vel ex inferorum spiritibus vel Principibus hujus sæculi insurgerent tempestates, ipse Silverius sicuti verus legitimusque Petri successor: quamvis enim in insulam fuerit relegatus, factus est tamen ibi inhærens Petræ ipse durissima petra, in quam tumentes fluctus illisi, in gracilem spumam conversi retro fracti resilire coacti sunt; immobilisque manet in Apostolico sedens throno instar Regis (e), qui sedens in solio judicii dissipat omne malum intuitu suo. Habito enim illic Episcoporum Concilio in Vigilium sententiam damnationis intorquet; ut quæ inferius dicturi sumus, significabunt.

(a) *Isa.* 14.
(b) *Matt.* 16.
(c) *Isa.* 47.
(d) *Gen.* 4.
(e) *Prov.* 20.

XIX. Quod ea epist. negari possit esse Vigilii.

Cæterum quod ad Vigilium spectat; etsi complura ab eo perperam facta ipsum condemnent, ut excusari non possit, clamantibus undique scrilegiis: non defuerunt tamen qui Vigilii eam esse epistolam ad Theodoram inscriptam negarint, nomine vero ipsius ab aliquo Eutychiano suppositam, eoque imperito, ut ex pluribus colligi potest. Equidem præter ea quæ dicta sunt, non Vigilii eam putamus: nam nomine Vigilii ab hæreticis scriptas fuisse litteras Synodi Sextæ Acta testantur (f), in quibus hæc de damnatis imposturis hæreticorum: Anathema libro qui dicitur Mennæ ad Vigilium, & qui eum finxerunt, sive scripserunt. *Anathema libellis, qui dicuntur facti fuisse a Vigilio ad Justinianum & Theodoram divæ memoriæ, & qui sunt demonstrati.* Hæc ibi. Sane quidem inscriptio recitatæ nuper epistolæ nomine Vigilii, ad dominos, ad Justinianum & Theodoram Augg. scriptam eam fuisse demonstrat. Sed & abhorret a consueto scribentis more, dum præter dominos & ad Patres, eadem epistola habeatur inscripta: ut jure possit argui imposturæ. Etenim cum Vigilius, expulso Silverio, se egerit tamquam Romanum Pontificem: quodnam umquam extitit prædecessorum exemplum, ut ipsos Imperatores Patres nominarit Romanus Pontifex, quos potius filios constat solitum appellare? Vel si dicas scriptam ad Episcopos: qui novus mos iste, & penitus inusitatus, ut Romanus Pontifex coepiscopos Patres appellet & dominos? Vel si legas, Fratres: certe procul abhorret ut eosdem dicat & dominos. Præterea vero in eadem epistola a se ipso discrepat auctor, contraria simul jungens. Etenim quomodo cum Eutychete & Dioscoro negat duas in Christo naturas, & paulo inferius una cum aliis anathema Dioscoro infert? Hæc quidem cum sibi invicem adversentur, augent (ut dixi) de impostura suspicionem.

(f) *Sext. Synod. Act.* 15. *tom.* 2. *Concil.*

XX. Sed licet Vigilii schismatici, alienæ sedis emptoris & invasoris (quæ negari non possunt, eam epistolam fuisse diximus; haud mirum videri debet, ut perditus homo addiderit ad schisma hæresim quoque. Ausus enim semel cathedram erigere contra cathedram, & vivente pastore legitimo, nulla nisi sæcularis hominis auctoritate absque judicii ulla forma sententia condemnato, sedere Pontifex: quonam alio nomine, quam lupus gregem invadens, fur & latro non per ostium, sed aliunde in ovile ovium conscendens, pseudoepiscopus contra legitimum Episcopum stans, ac denique Antichristus contra Christum jure potuit appellari? Su-

Nullum hactenus turpius schisma.

PAGIUS *tate, parti alteri factis, necessarium duximus non tacere; ne auctoritate nominis ejus præjudicium fides vera sufferret. Quod si hoc non fuisset, neque ipse prius universam anathematizasset Ecclesiam, servare nos in illo oportuit sententiam suam, sequi quod nobis præbuit priscæ Antiquitatis exemplum.* Quibus verbis Facundus confirmat quod post relatam illam Epistolam Liberatus subiicit: *Sub hac Epistola Vigilius fidem suam scripsit, in qua duas in Christo damnavit Naturas, & resolvens Tomum Papæ Leonis, sic dixit: Non duas Christum Naturas confitemur, sed ex duabus Naturis compositum Unum Filium, Unum Christum, Unum Dominum.* De hujus itaque Epistolæ tam a Liberato, quam a Victore Tununensi Scriptoribus coævis recitatæ veritate non videtur dubitandi locus; ex qua tamen nullum penitus Apostolicæ Sedi præjudicium illatum; cum ejus tunc *Vigilius* invasor, *Silverius* autem germanus

Superat ejusmodi scelus quodlibet id genus antea perpetratum: cedit huic Novati impietas, pertinacia Urficini, Laurentii præsumptio, ac denique aliorum omnium schismaticorum Antistitum superbia, arrogantia, atque facinorosa temeritas: siquidem nemo, sicut iste, tanta impudentia in viventis Pontificis sedem insiliit, ut talibus perfidiæ præmissis anteambulonibus sacrilegiis eam occuparit, tantoque periculo ex pactis conventis cum hæreticis obtinuerit; cum ejusmodi improbo facto janua aperta videri potuisset, per quam in Romanam Ecclesiam (proh scelus!) hæreses cum hæreticis se immitterent, atque cuncta Apostolica dogmata pessumdarent. Nullum hactenus schisma extitit, ex quo in tantam ignominiam inducta sit ipsa Pontificis sacrosancta majestas, cum datur laico homini, absque Concilio, ulloque sacerdotum assensu damnare Primæ sedis Antistitem, vique pellere, expoliatumque sacerdotalibus indumentis procul eiicere in exilium, & restitutum licet sententia Imperatoris, nihilominus in insulam relegare, morique cogere. At quomodo Apostolicæ sedi moderandæ invigilaverit in Vigilio Dei vindicta, atque tandem justum sanguinem ulta sit, suo loco dicturi sumus.

XXI. Vigilius respondet ad consultationes. Cum igitur hoc anno, expulso Silverio, ageret Vigilius Romanum Pontificem, quantumlibet spurius, atque penitus, dum vixit Silverius, illegitimus; quæ tamen Pontificii muneris essent, exequi minime prætermisit. Nam inter alia respondisse reperitur hoc anno sub dictis Consulibus ad consultationem Eutherii Episcopi: cum enim ad legitimum Pont. Silverium scriptas litteras accepisset, illo e sede ejecto, ipse rescripsit. Quisnam autem fuerit Eutherius ad quem scribit, & cujus civitatis Episcopus, licet nulla sit mentio; tamen ipsum fuisse Episcopum in extremis Hispaniæ oris Oceano conjunctis, vel in Lusitania, aut in Gallicia, satis possumus ex epistolæ argumento colligere: ibi namque viguisse rursum Priscillianistarum hæresim, superius diximus, cum egimus de epistola S. Leonis Papæ ad Turibium scriptam, ex qua petenda est obscurorum hic positorum locorum elucidatio: licet habeat aliqua amplius epistola ista, ex qua quisnam fuerit hujus temporis illius provinciæ Ecclesiarum status, intelligi posse videtur. Quamobrem hic ipsam recitare, utile judicamus: sic enim se habet (a):

(a) Vigil. ep. 1. tom. 1. ep. Rom. Pont.

Dilectissimo fratri Eutherio Vigilius.

XXII. Vigilii ep. ad Eutherium. *Directas ad nos tuæ charitatis epistolas, plenas Catholicæ inquisitionis sollicitudine gratanter accepimus, benedicentes Dei nostri clementiam, quia tales in extremis mundi partibus dignatur suis ovibus providere pastores, per quos & pascuis valeant salutaribus abundare & ab antiqui hostis rapacitate servari, ut insidias nequeant ejus subreptionis, incurrere. Unde certum est, quia promissæ vos beatitudinis gratia subsequatur, quando a vobis cælestium perfectio doctrinarum tam votiva sciscitatione perquiritur. Scriptum est enim (b): Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum. Hoc igitur frater charissime propositum tuæ consultationis totamente tractantes, de te quoque provenire contendimus, qui regulam Catholicæ fidei iisdem studes tenere vestigiis, quibus eam in Apostolica fide cognoscis esse fundatam. Et quamvis sonus (c) eorum toto orbe diffusus, & usque ad fines orbis terræ verba eorum distensa, dilectionis tuæ corda Christo probaverint esse fidelia; tamen si quid ex his in Ecclesia, quæ tuæ gubernationi, Deo auxiliante, commissa est, necdum plena luce claruerit; ad eumdem fontem, de quo illa salutaris manarat limpha, recurritis: quod debita charitate sumus amplexi; quia fiducialiter de his, unde apud eos observantiam esse dixistis ambiguam, nostra voluisti responsione firmari. Quapropter dilectionem tuam in Domino salutantes, de singulis quid juxta Catholicam disciplinam teneat Apostolicæ sedis auctoritas, subjectis aliquibus etiam sanctarum capitulis regularum te credimus instruendum.*

(b) Ps. 118.

(c) Ps. 18.

XXIII. *Ac primum de his quos Priscillianæ hæresis indicasti vitiis inquinari, sancta &*

PAGIUS nus Pontifex esset. Porro ea data non est *anno II. post Consulatum Basilii*, idest anno DXLII. ut perperam habet Tununensis, qui *Silverii* exilium usque ad illum annum magno errore differt; sed sub finem anni DXXXVII. vel insequentis initio, ut ex dictis liquet.

X. Epist. Vigilii PP. ad Profuturum Episc. Bracarensem. A num. XXI. ad XXVIII. Epistola *Vigilii*, quæ ab eo dicitur scripta ad *Eutherium*, mendosa est in titulo, & in subscriptione. Baluzius enim Tomo I. Novæ Collectionis Conciliorum pag. 1468. demonstrat, eam inscribi debere *Profuturo*, qui hoc tempore Bracarensis Episcopus erat; idque non solum auctoritate vetustissimi Codicis Ecclesiæ Lugdunensis; sed etiam duorum optimorum & vetustissimorum Bibliothecæ Colbertinæ, in quibus varia istius Epistolæ Capita referuntur ex Epistola Papæ Vigilii ad *Profuturum* Episcopum. Adhæc extat integra *Profuturo* inscripta in alio optimo, & antiquissimo Codice ejusdem Bibliothecæ, ex quo eam integram descripsit Baluzius. Denique diserta Epistolæ ad *Profuturum* mentio est in Gestis Concilii primi Bracarensis, ubi fertur scripta ad interrogationem ejus, & propter prolixitatem Gestis minime est inserta. Scripta est Epistola adversus Priscillianistas & ad-

De Priscillianistarum abstinentia. *& conveniente religioni Catholicæ eos detestatione judicas arguendos, qui ita se sub abstinentiæ simulatæ prætextu ab escis videntur carnium submovere, ut hoc execrationis potius animo quam devotionis probentur efficere: qua in re quia nefandissimis Manichæis esse consimiles approbantur, juste Patrum venerabilium constitutis ab hac superstitione sub anathematis sunt interminatione prohibiti, quando aliquid ciborum contagione carnium credunt esse pollutum.* Et post multa, quibus ex divinæ Scripturæ sententiis ejusmodi confutat impietatem, ista mox subiicit de alio eorumdem errore.

XXIV. De Baptismi forma, & glorificationis Hymno. *De baptismo quoque solemniter adimplendo similiter quid Apostolica vel sanxerit, vel observet auctoritas, in subjectis tua charitas evidenter agnoscet. Illud autem novelli esse judicamus erroris, quod cum in fine psalmorum ab omnibus Catholicis ex more dicatur, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto; aliqui (sicut indicas) subducta una syllaba conjunctiva, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitatis, dicendo, Gloria Patri & Filio Spiritui sancto. Quamvis ergo ipsa nos ratio evidenter edoceat, quia subducta una syllaba, personam Filii & Spiritus sancti unam quodammodo esse designent: tamen ad errorem talium convincendum sufficit, quod Dominus Jesus Christus designans in invocatione Trinitatis credentium debere baptisma celebrari, dixit* (a) *: Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Ergo cum non dixerit. In nomine Patris & Filii Spiritus sancti, sed æqualibus distinctionibus Patrem & Filium & Spiritum sanctum jusserit nominari; constat illos omnino a doctrina Dominica deviare, qui aliquid huic voluerint confessioni derogare. Qui si in errore permanserint, socii nobis esse non possunt.* Hæc cum damnet Vigilius: si quis causam hujus erroris indagare voluerit, consulat citatam superiori tomo S. Leonis Papæ epistolam ad Turibium Episcopum Asturicensem eodem argumento, nempe contra Priscillianistas in Hispania commorantes conscriptam.

(a) Matt. ult.

XXV. Quod autem una ex parte ob Priscillianistas, altera vero ob Arianos, Arianis Principibus in Hispaniis regnantibus, Hispana angustiaretur Ecclesia; Catholicis adversus utramque pestem fuerunt remedia conquirenda: Vigilius ista de Apostolico fonte quæ a majoribus tradita reperit (aliter enim non licere sciret) petenti propinat: *De his etiam* (inquit) *qui baptismatis gratia salutaris accepta, apud Arianos iterum baptizati, profundæ voraginis sunt morte demersi, quid per singulos ordines vel ætates antecessorum nostrorum decreta censuerunt, quæ multiplici sunt digesta ratione, e nostro scrinio relevata capitula his subiecta direximus. In quibus tamen illud speciali charitate etiam convenit observari, ut quia pro peccatis plurimis in gentibus iniquitas ipsa surrexit; in æstimatione fraternitatis tuæ, aliorumque Pontificum per suas diœceses relinquatur, ut si qualitas & pœnitentis devotio fuerit approbata, indulgentiæ quoque remedio sit vicina. Quorum tamen reconciliatio non per illam impositionem manus, quæ per invocationem Spiritus sancti fit, quæratur, sed per illam qua pœnitentiæ fructus acquiritur, & sanctæ communionis restitutio perficitur.* Vidisti Vigilium, etsi non legitimum Pontificem, legitimorum tamen inhærentem vestigiis; quod agi solitum erat: cum enim aliqui Ecclesiam Romanam Episcopi diversarum provinciarum consulerent, ne vel minimum a prædecessorum deviarent decretis, ipsi Pontifices ipsa antiqua referabant archiva, ut quæ de eo quod quæreretur essent a majoribus responsa, cognoscerent, & illis consentientia responderent. De rebaptizatis ab Arianis.

XXVI. Roman. Eccl. ritus extra ditione Apostolorum. Post hæc autem subiicit de reparatis ecclesiis dedicandis, quando nempe solemnis deberet in eis dedicatio iterari, vel fieri reconciliatio cum Missis, vel tantum aqua benedicta eædem fuerint conspergendæ. His addit de tempore Paschatis celebrandis his verbis: *Pascha vero futurum nos, si Deus voluerit, XI. Kalend. Majarum die celebraturos esse cognoscite.* Subdit & de ordine precum, qui servari solitus esset ab Ecclesia Romana in celebritate Missarum ex Apostolica traditione: nam ait: *Ordinem quoque precum in celebritate Missarum nullo nos tempore, nulla festivitate significamus habere divisum, sed semper eo-*

PAGIUS adversus Arianos, & tam apud Baronium, quam in Conciliorum Collectionibus his verbis clauditur: *Data Kal. Mart. Volusiano & Joanne Viris Clarissimis Coss.* Indeque Baronius & Onuphrius occasionem sumpsere *Joannem & Volusianum* Consules hoc anno proponendi. At Volusiani nomen in nullis Fastis legitur, eaque Epistola in exemplari Colbertino a Baluzio recitato his verbis subscripta est. *Data Romæ III. Kal. Jul. Flavio Joanne Viro Clarissimo Consule.* Hujus anni Consulatum in Differt. Hypatica antequam hæc Epistola lucem vidisset, jam emendaram. Porro ex hac Epistola intelligis errorem rebaptizantium olim a S. Stephano Papa hujus nominis I. & postea in Concilio Nicæno damnatum, ac a S. Augustino in Africa impugnatum, hujus sæculi initio in Hispania ab Arianis & Priscillianistis redintegratum fuisse. Denique non solum ex hac Epistola, sed etiam ex alia ejusdem Vigilii, de qua mox, apparet Joannem hoc anno sine collega Consulatum gessisse.

eodem tenore oblata Deo munera consecrare. Quoties vero Paschalis, aut Ascensionis Domini, vel Pentecostes, vel Epiphaniæ, Sanctorumque Dei fuerit agenda festivitas, singula capitula diebus apta subiungimus, quibus commemorationem sanctæ solemnitatis, aut eorum facimus, quorum natalitia celebramus: cætera vero ordine consueto prosequimur. Quapropter & ipsius canonicæ precis textum direximus subter adiectum: quem, Deo propitio, ex Apostolica traditione suscepimus. Et ut charitas tua cuncta cognoscat, quibus locis aliqua festivitatibus apta connectes, Paschalis diei preces similiter adiecimus. Et post exhortationem ad fidem Catholicam illibate servandam, hæc de missis reliquiis jungit: *Significatur etiam, beatorum Apostolorum, vel martyrum (sicut speramus) sancto nos affectui tuo direxisse reliquias, præsumentes fidem vestram eorum deinceps plenius esse meritis adjuvandam.* Et post aliqua de baptismi forma corrupta in integrum restituta, de Romanæ Ecclesiæ primatu ubique cognito, addit hæc verba:

XXVII. Rom. Eccles. excellentia. *Nulli vel tenuiter sentienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod Ecclesia Romana fundamentum & forma sit Ecclesiarum; a quo omnes Ecclesias principium sumpsisse, nemo recte credentium ignorat. Quoniam licet omnium Apostolorum par esset electio, beato tamen Petro concessum est, ut cæteris præemineret: unde & Cephas vocatur, quia caput est & principium omnium Apostolorum, & quod in capite præcessit, in membris sequi necesse est. Quamobrem sancta Romana Ecclesia ejus merito Domini voce consecrata, & sanctorum Patrum auctoritate roborata, primatum tenet omnium Ecclesiarum: ad quam tam summa Episcoporum negotia & judicia atque querelæ, quam & majores Ecclesiarum quæstiones, quasi ad caput, semper referenda sunt. Nam & qui se scit aliis esse præpositum non moleste ferat aliquem esse sibi prælatum. Ipsa namque Ecclesia, quæ prima est, ita reliquis Ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde omnium appellantium Apostolicam sedem Episcoporum judicia, & cunctarum majora negotia causarum eidem sanctæ sedi reservata esse liquet: præsertim cum in his omnibus ejus semper sit expectandum consultum, cujus tramiti si quis obviare tentaverit sacerdotum, causas se non sine honoris sui periculo apud eamdem sanctam sedem noverit redditurum. Data Kalend. Martii, Volusiano & Joanne viris clarissimis Conss.* Hactenus Vigilii epistola, cum & habitum veri pastoris induit ipse, licet adhuc profanus.

☞ Sed & hoc etiam anno sub Joannis Consulatu, cum idem Vigilius Pontificem gereret, consultus de iniungenda pœnitentia Theodoberto Regi Francorum ob incestuosas nuptias contractas, ad Cæsarium Arelatensem Episcopum ita rescripsit: XXVIII.

Dilectissimo fratri Cæsario Vigilius.

Epistola Vigilii ad S. Cæsar. Arelat. de Pœnit. Theodoberti Reg. Franc. *Si pro observatione cælestium mandatorum Catholicæ filios Ecclesiæ opportune vel importune sacerdotes singulos decet instruere; quanto magis his qui devotione laudabili de rebus sibi dubiis ad studium veniunt consulendi, competenti necesse est ordine respondere? Hinc est, quod gloriosi filii nostri Regis Theodoberti interrogationem, qua nos per Modericum virum illustrem legatum suum credidit requirendos, duximus amplectendam; in qua gloriam suam desiderat informari, cujusmodi pœnitentia possit illius purgari delictum, qui cum uxore fratris sui illicitum præsumpsit inire conjugium. Cui nos equidem missis affatibus, quorum tenorem tua fraternitas in subjectis inveniet, hoc indicare curavimus, quoniam tale commissum non parva cordis afflictione valeat expiari. Sed quia (sicut charitatem tuam bene nosse confidimus) modus pœnitentiæ præsentium potius sacerdotum inspectioni committitur, ut juxta compunctionis meritum veniæ quoque possit indulgeri remedium; tuæ hoc potius æstimationi credimus relinquendum. Quapropter charitas tua, totius facti qualitate, ac pœnitentis ipsius compunctione perspecta, prædictum gloriosum Regem filium nostrum & de temporis observatione non omittat instruere,*

PAGIUS XI. *Theodoberti Regis Francorum studium in suorum salute procuranda.* Ad num. XXVIII. Baronius recitat Epistolam a *Vigilio* adhuc Pseudo-Papa ad *Cæsarium* Arelatensem Episcopum scriptam postquam consultus fuit a *Theodeberto* Francorum Rege de pœnitentia cuidam Viro injungenda, qui nuptias incestuosas in Regno ejusdem Theodeberti contraxerat. Epistola dicitur *data pridie Nonas Martias Fl. Joanne V. C. Cos.* Ideoque hoc anno, & ante *Silverii* Papæ obitum, qui contigit die XX. mensis Junii hujus anni, ut suo loco ostendam. Porro Baronius, cum *Theodebertum* Regem reum luxuriæ sciret, & Epistolam *Vigilii* non satis accurate perpendisset, arbitratus est, Romanum Pontificem consultum fuisse de pœnitentia, quæ *Theodeberto* Regi propter incestuosas nuptias esset imponenda. Et tamen *Theodebertus* vixit quidem cum *Deuteria* adultera per triennium, sed ab illo scelere jam resipuerat, nec unquam lapsus est in incestum; cumque fratrem non haberet, uxorem fratris accipere non potuit. Quare hæc *Vigilii* verba, quibus dicit Theodebertum edoceri desiderare, *Cujusmodi pœnitentia possit illius purgare delictum, qui cum uxore fratris sui illicitum præsumpsit inire conjugium*, de Theodeberto nullo modo intelligi possunt, sed de quodam Franco,

re, & ne ulterius tale aliquid præſumatur inſtanter expoſcat. Illud quam maxime præcavendum, ut ne ipſe qui hoc noſcitur admiſiſſe, ad eoſdem vomitus revertatur; ſed diviſis etiam habitationibus commanentes, ab omni ſuſpicione commiſſi facinoris reddantur immunes. Dominus te incolumem cuſtodiat, frater chariſſime. Datum pridie Non. Martiarum, Joanne V. C. Conſ. Hactenus litteræ Vigilii ad S. Cæſarium, impertitæ nobis una cum aliis ab Eccleſia Arelatenſi. ☙ Jam vero his recenſitis, quid interea in Oriente in cauſa Origeniſtarum factum ſit, videamus.

XXIX. Quem anno ſuperiori profectum eſſe Pelagium Romanæ Eccleſiæ diaconum in Palæſtinam, & cum Patriarchis Antiocheno ac Hieroſolymitano juncto ſimul Epiſcopo Epheſino, Gazæ damnaſſe Paulum Alexandrinum Epiſcopum, ex Liberato diacono dictum eſt: idem Pelagius, his abſolutis reverſurus Conſtantinopolim, ubi agebat Apocriſarium, interpellatus ab Orthodoxis Palæſtinæ monachis adverſus Origeniſtas, eoſdem ſecum Conſtantinopolim duxit. Quid autem ibi factum ſit, Liberatus diaconus ita narrat (a): *Redeunte vero Pelagio Conſtantinopolim, monachi qui ab Hieroſolymis, per quos Pelagius in Gazam tranſitum habuit, venerunt ad eum in Comitatu, portantes capitula de libris Origenis excerpta, volentes agere apud Imperatorem, ut Origenes damnaretur cum illis capitulis. Igitur Pelagius æmulus exiſtens Theodoro Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo, volens ei nocere, eo quod eſſet Origenis defenſor, una cum Menna Archiepiſcopo Conſtantinopolitano flagitabat a Principe, ut juberet fieri, quod illi monachi ſupplicabant, ut Origenes damnaretur cum ipſis capitulis talia dicentibus. Annuit Imperator facillime, gaudens ſe de talium cauſa judicium ferre. Jubente eo, dictata eſt in Origenem, & in illa capitula anathematis damnatio: quam ſubſcribentes una cum Menna Archiepiſcopo apud Conſtantinopolim reperti, deinde directa eſt Vigilio Romano Epiſcopo, Zoilo Alexandrino, Ephræmio Antiocheno, & Petro Hieroſolymitano. Quibus eam accipientibus, & ſubſcribentibus, Origenes damnatus eſt mortuus, qui vivens olim fuerat ante damnatus.* Hactenus Liberatus. Quæ autem hæc ſecuta ſint, paulo poſt dicturi ſumus.

(a) *Liberat. Diac. in Brev. c. 23. prope fin.*

Monachi Palæſtini agunt ut damnetur Origenes.

XXX. SS. Theodoſius & Sabas hoſtes Origeniſtarum. Concitatos vero fuiſſe ejuſmodi monachos a S. Theodoſio in Palæſtina Archimandrita, de quo ſæpe ſuperius, ejus Acta ſignificant: ſiquidem Cyrillus de ipſo, poſt damnationem hæreticorum ab Agapeto Romano Pontifice factam, hæc habet: *Maxime autem Theodoſius oſtendebat ſe averſari Origenem, qui exiſtimavit ſuum in hoc ponendum ſtudium, ut divinæ Apoſtolorum prædicationi nugas contexeret Gentilium, & luderet in rebus minime ludicris.* Hæc ipſe. Sed & ſanctum Sabam magnopere averſatum eſſe ejuſmodi hæreticos dictos Origeniſtas, ſuo loco ſuperius diximus.

XXXI. Judicium in cauſa Origenis. Sic igitur (ut decebat rem tantam, cujus cauſa per multa ſæcula univerſus Chriſtianus exagitatus eſt orbis) Occidentalibus ſimul convenientibus cum Orientalibus, nempe pro illis Apoſtolicæ ſedis Apocriſario Pelagio, & pro iſtis Menna & ipſo (ut dictum eſt) vicem agente Romani Pontificis, una cum aliis Orthodoxis Epiſcopis, qui hoc tempore Conſtantinopoli ſunt reperti, magnum agitatum eſt de Origene judicium, cui nec defuit majeſtas Imperatoris: qui cum videret omnium unam illam eſſe ſententiam, ut cum erroribus ſuis auctor etiam damnaretur, juſſit (ut ex Liberato diacono modo vidimus) in Origenem ejuſque decerpta ex ipſius ſcriptis erroris capitula condemnationis ſententiam ſcribi: quod & factum eſt.

XXXII. De ſententia in Origenem lata. Porro eam ſcriptam eſſe ſententiam a Menna Epiſcopo Conſtantinopolitano Vicario Apoſtolicæ ſedis una cum Pelagio S. R. E. diacono, nihil eſt quod quis revocare poſſit in dubium: ſed & eidem pariter ſententiæ cæteros, qui reperti ſunt Conſtantinopoli Epiſcopos ſubſcripſiſſe, Liberati aſſertio eſt; quam tamen Imperatoris nomine (ut alias plerumque factum eſſe videmus) quo petulantes hæretici nihili facientes Catholicæ Eccleſiæ judicium, neque timentes anathematis ab ea ſolitam exerceri cenſu-

PAGIUS co, qui cum uxore fratris ſui illicitum conjugium inire præſumpſerat, ut recte vidit Cointius hoc anno num. III. & ſeqq. ubi tamen perperam arbitratur, *Vigilium* anno DXXXVI. Cathedram Apoſtolicam invaſiſſe, & jam ſexto Kalend. Julias anni Chriſti DXXXVII. mortuo *Silverio*, legitime ſedere cœpiſſe, quæ ex dictis ac infra dicendis corruunt. De *Deuteria* in morte Theodeberti Regis loquemur.

XII. *Origeniſtæ in Palæſtina tumultuantur.* A num. XXIX. ad LXXXV. *Nonnus* auctor præcipuus tumultum, quos *Origenis* aſſeclæ in Palæſtina excitarunt, de quo jam egimus cum Baronio anno DXXXII. *Theodori* Cæſareæ Cappadociæ, & *Domitiani* Ancyrenſis magni nominis Antiſtitum ſuffragiis ſuffultus *Petri* Patriarchæ Hieroſolymitani animum tentavit, eumque erga Monachos maximæ Lauræ S. Sabæ concitavit. Quare Monachi maximæ Lauræ communi conſilio *Gelaſium* Præfectum ad Juſtinianum Imp. delegant, de illata vi ab Origeniſtis conqueſturum. Ille e veſtigio in Regiam Urbem profectus diuturniorem ibidem moram faciens re infecta abire tandem coactus eſt: *Omnes enim aditus*, inquit Cyrillus in Vita S. Sabæ Cap. 107. *praoccupaverat vitii colophon, qui Nonni Sectatorum erat præcipuus, Theodorus (Cæſa-*

furam coerceri possent, per Imperatoriam constitutionem edendam curarunt. Eam itaque cum tu legis, non Justiniani legere nescientis lucubrationem existima, sed Mennæ atque Pelagii id ipsum Apostolica auctoritate tractantium, & collegarum Episcoporum accedente in subscriptione consensu, Imperatoris tamen nomine ad Mennam inscriptam, missam vero, quo omnibus nota fieret, ad Vigilium Romam, & ad Orientalis Ecclesiæ Patriarchas, & per eos ad Metropolitanos Episcopos.

XXXIII. Porro epistola ista, sive constitutio tanti ponderis, scripta contra Origenem a Justiniano Imper. ad Mennam, cujus meminit Liberatus, diutissime latuit: quam ex scripto codice Antonii Augustini viri præstantissimi, deque Ecclesiasticis antiquitatibus optime meriti, Romam misso ad Antonium Carafam S. R. E. Cardinalem sane doctissimum ac maxime pium, acceptam, hic tibi, ne excidat rursum oblivione sepulta, primum edendam curamus, prolixam licet: tamen quod hactenus nusquam cusam esse sciamus, laboris suscepti minime pœnitebit; eoque magis, quod non ignoremus & hodie non deesse qui insano quodam Origenis amore flagrent, eumdemque conentur defendere, Æthiopem dealbantes. Opus namque fuit Patribus ipsis prolixe confutasse errores illos quibus miseri Origenistæ modo tenebantur oppressi; ut, si vellent, possent contra venena paratum antidotum adhibere: sic enim ipsa se habet.

XXXIV. * Epistola, sic ipse auctor eam vocat in fine. *Oratio * piissimi Imperatoris Justiniani missa ad Mennam sanctissimum ac beatissimum Archiepiscopum urbis Constantinopolis & Patriarcham, adversus impium Origenem nefariasque ejus sententias.*

Justiniani constitut. adversus Origenem. *Nobis semper studio fuit, atque etiam nunc est, rectam & irreprehensibilem Christianorum fidem, statumque sanctissimum Dei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ perturbationum expertem usquequaque custodiri. Hæc nobis prima & antiquissima cura est, per quam & nobis in præsenti sæculo Imperium a Deo traditum esse & conservari credimus, & Reipublicæ nostræ inimicos subdi; & in sæculo futuro misericordiam in conspectu bonitatis ejus nos adepturos speramus. Nam si humani generis hostis varias occasiones comminiscitur, quibus hominum animas studet lædere; Dei tamen humanitas illius improbitatem & malitiam frangens atque evacuans, adversariosque redarguens, gregem suum damnum accipere, aut dissipari non permittit. Hæc autem a nobis ideo dicta sunt, quod ad nos allatum est, nonnullos Dei metum in animo non habentes, nec rectæ doctrinæ discrimen tenentes, quo salvatur quicumque veritatem cognoscit, relictis divinis Scripturis, sanctisque Patribus, quos Catholica Dei Ecclesia doctores habet, per quos omnis ubique hæresis expulsa est, fides vero Orthodoxa declarata: Origenem, ejusque dogmata Paganorum & Arianorum & Manichæorum erroribus affinia asserere, per quæ ille in foveam incidit.*

XXXV. Auctor hæresis Arii Origenes. *Qui ejusmodi sunt quomodo possint in Christianis numerari, eum tuentes hominem, qui ea quæ Pagani, Manichæi, Ariani sentiunt, tradere studuit? Qui ante omnia in ipsam sanctam & consubstantialem Trinitatem blasphemias ausus est dicere, Patrem majorem esse Filio, Filium sancto Spiritu, sanctum Spiritum aliis spiritibus. Porro hoc ad impietatem suam addidit, ut diceret nec posse Filium Patrem videre, nec Spiritum sanctum Filium: Ipsum Filium, & Spiritum sanctum creaturas esse: quodque nos sumus ad Filium, Filium esse ad Patrem. Ad suas autem blasphemias hoc quoque adjunxit in primo sermone Periarchon his verbis sic dicens: In principio quod cogitatur, tantum numerum voluntate sua intelligibilium substantiarum constituit Deus, quantus poterat perdurare. Dicendum enim, finitam esse Dei potentiam: nec sub obtentu laudis ac bonorum verborum tollenda ejus circumscriptio est. Etenim si infinita sit divina potentia, necesse est eam nec se ipsam quidem intelligere. Natura enim infinitum comprehendi non potest. Tanta igitur fecit,* quan-

PAGIUS sareæ Cappadociæ Episcopus) *eis diligentibus impositis custodibus, ac speculatoribus, ne per aliquem eorum eis inscientibus ingrederetur Monachus ex Hierosolymis, & Patriarcha, & Imperatoris aures ad se attraheret.* Itaque Gelasius ad suos revertens animi mœrore, ac longioris peregrinationis incommodis fractus extinctus est *Amorii*, quæ Phrygiæ Civitas est; *Cum autem*, prosequitur Cyrillus cap. 106. *hoc rescivisset Nonnus, Theodorus & Domitianus, & quicumque erant ejusdem vitii æmulatores Georgium, qui ipse quoque sectam sequebatur Origenis, ejus loco Præfectum & Ducem constituunt, & in divinissimi Sabæ Throno (o Justitia & Dei Tolerantia!) collocant.*

XIII. *Nonnus Magnus Origenista extinguitur.* Sed haud diutius *Nonno* victoria lætari licuit; nam paulo post tardæ Numinis vindictæ pœnas dedit miserrime extinctus: statimque etiam *Georgius* turpissimi criminis reus e Sabæ Laura expellitur septimo Præfecturæ mense & *Cassiano* viro integerrimo, qui anno DXXXVI. Synodum Constantinopolitanam sub Menna subscripserat, regimen demandatur, qui tamen decimo mense defunctus Cononi locum cessit: *Cononi*, inquit Cyrillus citatus, *post ipsum* (nempe Cassianum) *mandant Monachi Præfecturam, mandant vero, Deo, ut arbitror, monachorum animos ad hoc movente: fuit enim Vir ille summe resplendens; & rectis dogmatibus, & omni virtute & recte factis; qui etiam in Præfectura*

quanta poterat apprehendere & sub manu habere, & sub providentia sua continere: quemadmodum & tantam materiam apparavit, quantam regere, distinguere, ac exornare poterat.

XXXVI. Origenis insaniæ atque blasphemiæ. *An ullam majorem potuisset Origenes in Deum blasphemiam proferre? qui & in sancta Trinitate gradus excogitans, inde vult multitudinem deorum inducere; ac ipsam Dei potentiam circumscriptam esse, monstruose asserit. Hoc vero omni impietate plenum ejus fabulositatis est dicere, omnia genera, speciesque coæternas esse Deo; quodque rationabilia, quæ peccarunt, ac propterea de statu suo exciderunt, pro proportione suorum peccatorum supplicii causa in corpora injecta sunt; ac expurgata rursum afferuntur in pristinum statum, omni deposita malitia: iterumque ac tertium & compluries diversis ad penam inicciuntur corporibus. Ponit porro diversos constitisse & constare mundos tum præteritos, tum futuros. Et quisnam adeo fatuus est, ut hæc audiens, animo non exhorrescat propter summam impietatem? Quis non exsecretur insanum Origenem, qui hujusmodi finxerit ac scriptis mandarit in Deum blasphemias? quas ut omnibus Christianis interdictas, manifestaque habentes impietatis argumenta, supervacaneum duximus refutatione dignari.*

XXXVII. Origenes quæ sunt Paganorum intulit in Ecclesiam. *Quare si hæretici omnes ob unius forsitan aut alterius dogmatis perversitatem e sanctissima Ecclesia sunt ejecti, subditique anathemati cum suis dogmatibus: quis prorsus Christianorum sustinebit Origenem, ejusque prava scripta tueri, qui tot blasphemias dixerit, omnibusque fere hæreticis tantam exitii ac blasphemiæ materiem præbuerit, ac idcirco pridem a sanctis Patribus anathemati subjectus sit una cum sceleratis ejus dogmatibus? Nam quamvis concedat quis Deo repugnantem Origenem ex veridica doctrina (quod & apud alios hæreticos invenitur) aliquid expressisse* * *in improbis suis scriptis; ea ipsius propria non est, sed sanctæ Dei Ecclesiæ: atque hoc ille malitiose in simpliciorum fraudem molitus est. Nam in Paganorum commentis enutritus, eaque propagare in animo habens, divinas se utique Scripturas interpretari simulavit; ut hoc modo nefariam doctrinam suam sacrarum litterarum monumentis maligne admiscens, Paganicum & Manichæicum errorem suum atque Arianam vesaniam induceret: eosque qui sacram scripturam non accurate percepissent, inescare, posset.*

* dispersisse

Quid enim aliud exposuit Origenes, quam Platonis, qui Paganorum insaniam dilatarat, doctrinam? Aut a quo alio Arius mutuatus propria venena concinnavit, qui in exitium animæ suæ in sancta & consubstantiali Trinitate gradus excogitavit? An hic a Manichæo abest, qui animas hominum dicet propter peccata corporibus ad supplicium immitti? Quique primum quidem mentes & sanctas virtutes fuisse asserat, deinde contemplationis divinæ satietatem cepisse, ac in deterius conversas idcirco a Dei amore refriguisse; sicque Græco nomine appellatas ψυχὰς supplicii causa corporibus esse inditas: quod vel solum ad ejus damnationem satis erat, cum ad Paganorum ortum sit impietate. Cum enim dixerit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: ex ejus vanis sermonibus invenitur solum corpus absque anima ad imaginem & similitudinem Dei factum esse; si omnino præexistebat anima, & facto corpore, in id iniecta est, aut in id tamquam in vas immissa; ac necesse erit dicere, ipsum Deum opificem hominis esse utpote qui corpus ad imaginem & similitudinem suam fecerit. Quomodo autem corpus imago incorporei esse possit? Quamobrem absit, ut his Christiani assentiantur. XXXVIII. E Platonis schola & a Manichæis Origenes plura.

Si vero juxta Origenis blasphemiam animæ præexistebant, ac in pœnam peccatorum suorum in corpora demissæ sunt, ut emendatæ resipiscerent: eos oportebat amplius non peccare. Nam si in supplicium datum est animæ corpus propter peccata, ut doloribus emendaretur ad glorificandum Deum; quomodo eam adjuvat ad peccan- XXXIX. De præexistentia animarum error Origenis.

PAGIUS *ra usus est magna cura, & diligentia: nam & eos, qui illinc recesserant ejecti ab Origenistis, Patres rursus collegit, & Lauram, quæ a frequentibus illis tumultibus, & bellis hæreticorum jam inclinata fuerat, in genua mox erexit, ac veluti renovavit.* Hic Conon per Pelagium Diaconum Apostolicæ Sedis Apocrisarium, Origenem, ac postea in Synodo V. Origenistas, quos inter fuit *Theodorus* memoratus, damnandos curavit, uti suo loco dicetur.

XIV. *Origenistæ post hunc annum tumultuati sunt.* Baronius anno DXXXVII. num. XXVIII. ante eum annum hæc dissidia contigisse existimat. Nam eo anno ex Liberato cap. 23. narrat, *Pelagium* peracta *Zoili* Episcopi Alexandrini Consecratione ad Aulam Regiam redeuntem a Monachis Palæstinis Libellos contra Origenem ad *Justinianum* deferendos accepisse, & currenti anno *Origenem* ab Imperatore, & Patriarchis fuisse damnatum. Verum Card. Norisius, qui Historiam Origenianam doctissime exposuit, lib. 1. de quinta Synodo cap. 1. contra Baronii opinionem locupletissimum testimonium profert. Anno DXXXVI celebrata est Constantinopoli Synodus a *Menna* Patriarcha, in cujus subscriptionibus legitur Sessiones habitas præsentibus inter reliquos *Stephano Diacono, & Ambasciatore Sotherici Sanctissimi Episcopi Cæsareæ Metropolitani primæ Provinciæ Cappadocum, & Gajano Presbytero, & Ambasciatore Elpidii Sanctissimi Episcopi Ancyrani Metropolitani primæ Galatiæ.* At tempore persecutionis Monachorum Lauræ Sancti Sabæ erat

*ad id quod puniendum est.

*candum & corroborat corpus atque id * quod puniendo est? vincula enim, carceres, compedes, ac (ut breviter dicam) omnia hujusmodi, injurias & peccata eorum cohibent, quibus imponitur pœna: nec ut qui peccarit, amplius peccet, vincula ei adduntur; quæ ad peccandum adjuvent, sed ut vinculorum cruciatu peccare desistat. Quare perspicuum est, non ad superiorum peccatorum castigationem (ut illi nugantur) corporibus immissas esse animas; sed simul Deum & corpus & animam, id est, perfectum hominem fabricatum esse. Itaque eorum quæ per corpus nobis gesta sunt, sive bonorum sive malorum, retributionem expectamus. Hoc enim nobis tradit divinus Apostolus Paulus, dicens: Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. Attendenda ergo sunt Apostoli verba: nec enim dixit, Oportet recipere eum qui judicatur, prout gessit ante corpus. Si vero ob ea sola quæ per corpus homo gessit, ab eo qui terram judicat, vel pœna afficitur, vel præmio, nullaque mentio fit ante admissorum peccatorum; perspicuum est animas ante corpora non esse: si enim præexisterent, dixisset Apostolus, Gesta tum per corpus, tum ante corpus.*

XL. Redarguitur dementia Origenis.

Animas vero hominum intelligentia & ratione uti, in confesso est: quod ne eos quidem negare putamus qui tuentur Origenem. Dicant igitur, qui cum Origene sentiunt: animæ ipsorum, si quidem (ut asseverant) ante corpus fuerunt, quo in ordine, aut quid agebant? Oportuit enim eas, si ante erant, scire quo loco essent, aut quomodo huc advenissent. Si hoc nulla ratione possunt dicere (nam id verum non est) apertum est eos fabulas dicere. At fortasse dicant, animas, postquam corpora ingressæ sunt, tum discernere posse & cognoscere quæ a se geruntur. Si hoc dicent; ex eorum inani disputatione efficitur, ut corpus plus pretii atque honoris quam anima habeat, quod ei in beneficii loco det intelligentiam & rationem: atqui hoc asserere, plenum dementiæ est atque absurditatis. Cur vero si anima (ut aiunt) ante fuit quam corpus, disciplina indiget postquam in corpus venit, paulatimque instituitur, & ad meliora perfectioraque progreditur? Nam si ante existeret, utilia utique cognosceret, nec ulla egeret doctrina; nec utpote in cognitione versans, cura & diligentia eruditur. Ac si quid sit offendere sciebat; non edoceretur quod ante scivisset. Jam vero si edoceretur, ut in ignoratione versans, prius nesciebat: si non præscivit, ante non fuit: verum enim vero numquam antea fuit.

XLI. Hominis vera origo.

Ortus enim nostri solus Deus in causa est: ut nos cum non essemus fecit, sic natos gratia manuque propria tuetur ac salvat, si digni ac idonei probibeamur. Nam Deus, qui dixit: Faciamus hominem ad imaginem nostram & similitudinem: utraque simul fecit, id est, corpus plasmavit, & animam intelligentem & rationalem creavit: una enim & effinxit corpus, & animam immisit, perfectum hominem exhibens: neque enim homo corpus est sine anima, nec anima sine corpore. Si enim anima præexistebat (ut delirat Origenes) cujus rei gratia sanctissimus Propheta Zacharias dixit (a): Figens spiritum hominis in eo? Jam vero cum dicit Propheta, Figens, ostendit, ut corpus, sic animam non præexistentia Deum propria virtute & bonitate fecisse. Quod igitur homo (sicut dictum est) ad imaginem & similitudinem Dei sit factus, dignatusque inspiratione divina: inde perspicuum est, non solum intelligentem & rationalem animam, sed etiam immortalem esse creatam, ut omnibus iis quæ in terra facta sunt, imperaret. Hoc est enim quod a Theologo Gregorio dictum est, a Deo esse, & divinam, ac supernæ nobilitatis participem: non ut nonnulli autumant ac dicunt, divinæ substantiæ animam esse, sed inspiratione Dei factam, gratiamque natam ab eo, ut intelligens esset & rationalis & immortalis, nec una cum corpore moreretur more irrationabilium

(a) Zach. 12.

PAGIUS erat Episcopus Cæsareæ *Theodorus*, & Ancyræ *Domitianus* ex laudati Cyrilli tunc viventis testimonio; quare post annum DXXXVI. cœpta est illa persecutio.

XV. *Ex Vita S. Cyriaci harum turbarum initium eruitur.*

Quo vero sequenti tempore contigerit, ex Vita Sancti Cyriaci Anachoretæ, quæ extat apud Surium die XXIX. Septemb. colligit Card. Norisius, post cujus Dissertationem de quinta Synodo in lucem emissam Antonius Pougetus Monachus Benedictinus eandem Vitam in Analectis Græcis Græce & Latine edidit, cujus versione utar. Metaphraste igitur, seu Auctor illius Vitæ ait de Cyriaco: *Hierosolymam venit jam decem & octo annos natus, nono quidem Imperii Leonis Magni anno, Pontificatus autem Anastasii Hierosolymorum Episcopi, octavo.* Natus erat Cyriacus an. CDXLVIII. sub finem Imperii Theodosii Junioris, idque saltem ante V. Martii, ut in morte ejus ostendetur, annoque CDLXV. natus annos XVIII. Hierosolymam venit, ut ex laudatis verbis manifestum fit. Tum ait Metaphraste, *Cyriacum in Sucæ Lauram* se contulisse; ex qua cum exiisset, ad eam rediit anno Christi DXLI. juxta supputationem Pougeti, aut anno DXL. juxta supputationem Card. Norisii: *Cumque ad Beati Charitonis cellulam quintum exegisset annum, strenuissime eos, qui cum Origene sentiebant, expugnabat. Tunc quoque admirabilis Cyrillus* (Auctor nempe Vitæ Sancti Sabæ) *qui a Magni Euthymii ad Beati Sabæ Lauram accesserat, ut Joannem Silentiarium Episcopum vi-*
de-

lium animalium, sed per gratiam participaret supernæ nobilitatis, id est, immortalitatis. His testimonium perbibet sanctus Joannes Constantinopoleos Patriarcha in undecimo sermone in Creationem; sic enim ait: Et insufflavit (inquit) in faciem ejus spiritum vitæ, & fuit homo in animam viventem. Hæc nonnulli imperiti homines propriis cogitationibus moti, ac nihil Deo decens in mente habentes, nec condescensionem verborum reputantes, dicere audent, e Dei substantia esse animam. O insaniam! o dementiam! Atque hæc quidem, Pater, de argumento proposito.

XLII. Universi creatio ut sit facta. *Considera autem de aliis omnibus in terra factis dixisse Deum: Fiat, &, Educat terra, & factum est. De homine autem dicit: Faciamus: non solum Faciamus, sed, Ad imaginem & similitudinem nostram. Et sumens pulverem de terra, propriis manibus hominem finxit, & insufflavit in faciem ejus spiritum vitæ, & factus est homo in animam viventem. Ex his igitur perspici potest, ut Deus hominem faceret honorabiliorem ac pretiosiorem omnibus aliis quæ in terra sunt creaturis; alia quidem omnia fecit verbo: Dixit & facta sunt: hominem vero (sicut dictum est,) propriis ipse manibus juxta divinam Scripturam fecit. Quæcumque autem ab eo in terra facta sunt, subdidit homini, qui sexto factus est die: ut omnibus terrenis creaturis jam factis ac ipsi præparatis dominaretur ipse Dominatoris sui obediens Imperio.*

XLIII. Ex Patrum sententiis asseritur veritas. *Hoc & nos docet S. Theologus Gregorius in oratione Novam Dominicam, sic enim dicit: Ita aliquid primum in diebus numeratur & secundum & tertium ac deinceps usque ad septimam diem, qua requies fuit ab operibus; quibus diebus dispertiuntur ea quæ fiunt ineffabili ratione disposita, nec confertim edita, Verbo rerum omnium potente, cujus & cogitare & dicere, rem ipsam est præstare. Quod si postremus homo designatus est, isque manu Dei & imagine honoratus; nihil mirum: ei enim tamquam Regi oportuit prius regiam aulam subsistere, ac deinde Regem induci, omnium jam quasi satellitio stipatum ac munitum. Quamobrem si ex Gregorii Theologi doctrina ultimus homo est designatus, isque Dei manu & imagine honoratus, ac omnia a Deo ei præparata sunt, ac ei tamquam Regi prius subsunt palatia, sicque a Deo introductus est omnium jam stipatus obsequio; quomodo dicunt qui juxta Origenem desipiunt, præexistentes animas propter peccata in corpora dimitti, prius commissa luituras? Contra enim S. Gregorius postremum omnium hominem factum esse dicit & a Deo honoratum, & iis omnibus quæ in terra sunt, dominari: quod sane pœna non est, sed singularis providentiæ ac beneficii significatio.*

Theologo porro Gregorio consentit S. Joannis Constantinopoleos Patriarchæ doctrina in undecimo sermone de Creatione: sic enim dicit: At fortaße dicat aliquis: Cur nam, si anima pretiosior est corpore, quod inferius est prius fit, ac demum quod majus est ac nobilius? An non vides dilecte, in ipsa creatione idem hoc factum esse? Quemadmodum enim cælum & terra & Sol & Luna, cæteraque omnia fabricata sunt, ac postremum homo, cui eorum imperium mandandum fuerat; sic in plasmatione hominis prius formatur corpus, tum anima, quæ honorabilior est. Nam ut expertia rationis, quæ ad utilitatem & obsequium parabantur, ante hominem extitere, ut parata ministeria haberet, qui futurus erat eorum commodis frui; ita corpus ante animam fabricatum est, ut cum juxta occultam Dei sapientiam anima induceretur, propria officia poßet motu corporis exequi. Atque hæc satis ad ostendendum audientibus nos ubique eadem sentire & dicere, quæ Patres, qui animarum præexistentiam tollunt. XLIV.

Præterea cum sancta Scriptura de Adam atque Eva dicat: Benedixit eos Deus, & dixit: Crescite & multiplicamini, & replete terram & dominamini ei: quomodo igitur, si animæ antiquiores fuere corporibus, futurum fuit ut crescerent ac multiplicarentur, quæ ante (juxta eorum fabulas) erant. Et quomodo habebat Deus be- XLV. Ex divina scriptura error redarguitur.

PAGIUS *deret, sit ei minister Literarum ad beatum hunc Cyriacum. Literæ autem bellum adversus Sanctam Civitatem suscitatum significabant, eumque obsecrabant, ut Deum impensius oraret, ut qui in nova Laura cum Nonno & Leontio ex Origenis Dogmatis societatem coierant, & adversus Orthodoxam fidem bellum sumpserant, vincerentur, & multam illam deponerent arrogantiam.*

XVI. *Post annum DXL. turba illa exorta.* Sanctus Cyriacus literis perlectis tale Cyrillo responsum dedit. *Dic*, inquit, *ei qui te misit: Ne mœrore affligamur, Pater; cito enim videbimus, Nonnum quidem & Leontium vitam miserrime cum morte commutare; Lupos autem in Laura versatos, quam turpissime illinc abigi.*

Ex quibus palam fit, post annum DXL. ut habet Card. Norisius, aut potius post annum DXLI. *Nonnum* graves illas turbas dedisse, ac maximam Lauram Sancti Sabæ invasisse, *Gelasium* illius Præfectum ad Imperatorem aditu prohibitum, *Georgium* Origenistam Monachis Sabæ Abbatis constitutum, ac paulo post Nonnum extinctum. Unde postea scribit Metaphraste: *Quando autem, & ipse legum Origenis diligens custos, Nonnus turpissimo exitu vitam abrupit, fractaque fuerunt omnes eorum vires; & cessavit bellum adversus Orthodoxos, & illi inter se se prælia cierunt & pericula, multique in Charitonis spelæum ventitantes, non parvam divino Cyriaco molestiam exhibebant, ejus silentium*

benedicere animas jam in peccata lapsas ad crescendum & multiplicandum? Animæ enim peccatis contaminatæ maledictione potius quam benedictione dignæ erant. Ac si animæ præexistebant, & juxta Origenis fabulas in alio erant ordine; quamobrem solum Adam plasmavit Deus? An vero Adam anima tum sola peccarat, ac propterea unum corpus a Deo fabricatum? Si enim antea aliæ animæ fuerant, alia corpora simul fabricari oportuit, quæ susciperent animas. Et quomodo peccatrix (ut eorum est ratio) anima supplicii causa in corpus conjecta in paradisum deliciarum a Deo posita est? Nam si ut pœnas dependeret, in corpus esset missa; non in illo paradiso, sed in supplicii loco collocaretur. Tantopere vero dilexit hominem Deus, quem postremum fabricaverat, ut cum ille transgressus esset datum sibi præceptum, ac idcirco a paradiso esset expulsus; crescente hominum genere, gliscente peccato, quod cogitatio hominis ad deteriora pravo studio incumberet: figmentum suum Deus, utpote bonus, non neglexit, sed multimodis reprehendit, & castigavit, sicut sancta Scriptura significat.

XLVI. De verbi Incarnatione doctrina.

Postquam vero ob graviores morbos majore medicina indiguimus: ipsum Unigenitum Dei Verbum, unus, id est, una persona sanctæ Trinitatis propter benignitatem suam homo fit, manens Deus, nec divina sua substantia in humanam conversa, nec humana in divinam mutata, unusque est ac idem in utraque natura, in iisque inconfuse atque indivise cognoscitur. Manens enim quod erat, factum est quod non erat: mortemque nobis debitam ex transgressionis damnatione & propria carne suscipiens, æterna nos morte liberavit, primitiæ dormientium factus, ac primogenitus resurgens ex mortuis, consuscitavit nos & consedere fecit in cælestibus, quemadmodum nos docet traditio Apostolica. Quamvis enim a principio humana natura propter inobedientiam privata paradiso est; tamen (ut est dictum) Unigenitus Dei Filius propter multam charitatem suam, qua dilexit nos, naturam nostram suæ uniens indivise secundum subsistentiam in utero sanctæ gloriosæ semperque Virginis Mariæ, majori nos dignatus est gratia, gratificatus nobis regnum cælorum. Atque his testimonium perhibet sanctus Joannes Constantinopoleos Patriarcha in sermone de Ascensione, sic dicens: Qui terra indigni extiteramus, sumus & in cælum subvecti. Qui ne inferiore quidem imperio fueramus digni, ad regnum supernum conscendimus, supergressi cælos regiumque solium adepti. Natura, propter quam Cherubim paradisum custodiebat, ipsa supra Cherubim hodie sedet.

XLVII. Cur homo creatus.

Quamobrem demonstratum est, animas non (ut Origenes nugatur) in cælis prius fuisse, ac deinde in corpora missas, ut perpetratorum peccatorum pœnas exolverent; sed contra in terra fabricatam universam naturam humanam, bonitate ac benignitate divina cælos adeptam esse; ut qui homines mandatum Dei custodirent ac implerent, Angelorum in cælis conversatione digni haberentur, quos in terra imitari per confessionem in Deum jussi sumus. Nam cum vellet Deus propter inenarrabilem bonitatem suam, sicut in cælis a sanctis virtutibus glorificatur, ita in terra glorificari ab hominibus; fabricatus est hominem, alterum Angelum in terris, ut Dei gloria omnia complerentur. Itaque Dominus dans nobis orandi præceptum, dicit: Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.

XLVIII. Ex Gregorio Naz. testimonium.

*Cum his porro quæ a nobis dicta sunt, conveniunt quæ sanctus Gregorius Theologus docet in sermone de sancto Paschate: sic enim dicit: Cum hanc rem Verbum artifex demonstrare vellet, etiam animal ex utrisque natura videlicet visibili & invisibili, hominem fabricatur; sumptoque corpore e materia quæ ante subsistebat, ac a se ipso vitam * indens, quod utique animum intelligentem & imaginem Dei esse ratio novit, veluti quemdam alterum mundum, in parvo magnum constituit*

* visum

PAGIUS

tium & quietem interturbantes; ad Susacim rursum recedit, cum nonum jam & nonagesimum ætatis annum expleret. Quare Cyriacus ineunte circiter anno DXLVII. rediit in locum *Susacim* appellatum, postquam in Charitonis cella annos quinque cum parte sexti mansisset, ut ex ejus Vita colligitur.

XVII. *Quod ex Zoili Episcop. Alex. ordinatione confirmatur.*

Ex tempore consecrationis *Zoili* Episcopi Alexandrini idem confirmatur. *Pelagius* enim Vigilii Papæ Apocrisarius ea peracta Constantinopolim rediens obvios quosdam Palæstinos Monachos habuit, qui libellos contra *Origenem* ac Sectatores ad Justinianum deferentes Pelagii operam etiam atque etiam rogarunt. Hic lubenti animo rei manum admovit, sperans eo pacto *Theodori* magni Origenistarum Patroni potentiam atque existimationem, qua plurimum apud Imperatorem pollebat, deprimendam: *Igitur Pelagius*, inquit Liberatus cap. 23. *æmulus existens Theodoro Cæsareæ Cappadociæ Episcopo, volens ei nocere, eo quod esset Origenis defensor, una cum Menna Archiepiscopo Constantinopolitano flagitabat a Principe, ut juberet fieri, quod illi Monachi supplicabant, ut Origenes damnaretur cum ipsis Capitulis talia docentibus.* Justinianus Monachorum postulatis Mennæ ac Pelagii hortatione accedente aures haud difficulter dedit: *Annuit*, inquit Liberatus, *Imperator facillime, gaudens se de talibus causis Judicium ferre. Jubente eo dictata est in Origenem, & in illa Capitula anathematis damnatio, quam subscribentes una cum Menna Archiepiscopo apud Constantinopolim reperti, deinde directa est Vigilio Romano Episcopo, Zoilo Ale-*

tuit in terra, alium Angelum, promiscuum adoratorem, contemplatorem visibilis naturæ, studiosumque ejus, quæ tota mente comprehenditur. Quare attendendum est, Patrem hunc, cum diceret, Deum ex utrisque fecisse hominem, addidisse, e prius subsistenti materia corpus sumptum; non dixisse vero, prius extitisse animam, nec ex ulla substantia natam quæ ante existeret: sed Deum per se ipsum vitam indidisse, quod animam esse intelligentem & Dei imaginem novit ratio. Quod autem dicit Pater, Deum fecisse hominem in terra superno obstrictum imperio, evertit eorum rationem, qui ad pœnam animas immissas corporibus dicunt. Nam in terra regnare, soliusque Dei teneri imperio, non in supplicii loco ducendum est, sed in magno beneficio ac munere Dei.

XLIX. *Ad hæc illud nobis necessario dicendum existimamus in eos qui præexistentiam asserunt: Si verum esset prius animas esse quam corpora; cognoscerent ac recordarentur quæ ante gessissent, quam in corpora venirent: quemadmodum post obitum sciunt & norunt quæ in corporibus egere. Demonstrabimus autem animam post discessum e vita cognoscere quæ gessit; ex ipsis Evangelii verbis: dicit enim Dominus noster & Salvator Christum in Evangelio secundum Lucam, in periocha Lazari & divitis (a): Homo quidam erat dives, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ante januam ejus, ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa divitis; sed & canes veniebant & lingebant ulcera ejus. Factum est autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est: in inferno autem elevans oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe & Lazarum in sinu ejus. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum qui intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris: & in his omnibus inter nos & vos magnum chaos firmatum est: ut si qui velint hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo te Pater, ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres; ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Quamobrem pudeat eos qui tuentur Origenem, vel ex sancti Evangelii verbis. Si enim animæ, antequam corpora fuissent, cognoscerent ea quæ ante corpus fecissent, quemadmodum post migrationem e vita reminiscuntur ea quæ in corpore gesserunt: hoc enim e verbis Evangelii didicimus.*

(a) Luc. 16.

Ex parabola de Lazaro & Epulone arguitur Origenes.

Quod autem & sancti Patres sequentes inspiratas divinitus Scripturas talem doctrinam condemnarunt, una cum Origene, qui ea commentus est; jam quidem ex his quæ sancti Patres dixerunt, aperte ostendimus nihilo tamen secius & ex insequentibus Patrum testimoniis sumus demonstraturi. Ac primum sanctum Petrum, qui Episcopus Alexandriæ & martyr fuit, proponemus, testimonium nobis his sermonibus perhibentem: L.

Sancti Petri Episcopi Alexandrini & martyris ex primo sermone.

Quod nec præextitit anima, nec cum peccasset, propterea in corpus missa est, diximus quædam de primo e terra terreno homine proponenda, ut demonstretur unum & eumdem in tempore esse factum, quamvis particulariter nonnumquam interior & exterior homo dicatur. Nam etsi secundum salutarem sermonem qui interiora fecit, exteriora quoque fecit; tamen semel & eodem tempore, id est, ea die, cum dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ex quo perspicuum est, non ex congressu, quasi aliquid aliud antecesserit & ex alio loco venerit, factum esse. Nam si congressus fuit quamobrem scriptum est quod jam factum fuerat? Et post alia: Itaque non LI.

Petri martyris testimonium.

PAGIUS *Alexandrino, Æphremio Antiocheno, & Petro Hierosolymitano. Quibus eam accipientibus, & subscribentibus, Origenes damnatus est mortuus, qui vivens fuerat ante damnatus.* Pelagius autem *Zoilum* Episcopum Alexandrinum ante annum DXL. non consecravit, ut ex infra dicendis patebit.

XVIII. Encyclicam itaque epistolam scripsit *Justinianus* ad quinque Orbis Patriarchas, quam integram Annalibus inseruit Baronius hoc anno, in qua *Justinianus Origenis* errores de Mysterio Trinitatis, de animarum præexistentia, de anima Christi, aliisque de rebus refert, ac Sanctorum Patrum testimoniis eosdem impugnat, illorum summarium continetur in novem Canonibus, quos Epistolæ subiicit, & Notis illustrat Lupus in Comment. ad Synodum V. Ubi hæc Epistola publicata fuit, atque teste Liberato a Vigilio Papa, ac cum reliquis Patriarchis etiam a *Petro* Hierosolymitano subscripta, Origenianæ doctrinæ grave vulnus illatum est. Celebris hæc *Origenis* damnatio hoc anno a Baronio recensetur, sed ex dictis constat, eam emanasse circa annum DXLIII. Ait etiam Baronius num. XXXII. *Eam itaque Constitutionem cum tu legis, non Justiniani legere nescientis lucubrationem existima, sed Mennæ atque Pelagii.* Verum Justinianum in rebus Theologicis exercitatissimum fuisse, suo loco ostendimus. Monachi novæ Lauræ, ubi *Nonnus* ac *Leontius* Origenianæ scholæ Cathedram erexerant, damnatæ doctrinæ inhæsere, donec a

Origenes damnatur.

non capit ante corpora in cælo peccare animas, quæ prorsus nec ante corpora quidem subsliterunt. Hæc enim doctrina a Paganorum philosophia est, quæ peregrina est, & ab iis aliena qui pie in Christo volunt vivere.

Ejusdem in Mystagogia, quam fecit ad Ecclesiam, cum martyrii coronam suscepturus esset.

LII. *Propterea obsecro, vigilate: Afflictionem enim rursus adituri estis. Scitis quot subjerit pericula qui me enutrivit pater meus & Episcopus Theonas, ab iis qui in idola insaniret: in cujus ego sedem successi, utinam etiam in mores. Scitis ut magnus se gesserit Dionysius, qui se e locis in loca abdebat, cum insuper Sabellius affligeret. Quid porro dicam Heraclium & Demetrium beatos Episcopos? quales tentationes sustinuerunt ab insano Origene, cum ipse dissidia in Ecclesia fereret quæ ad hunc usque diem ei turbas excitaverunt? An igitur turpe est aliquem bene sentientium iis adversari, quæ in Origenem dicta sunt a sancto martyre & Episcopo Alexandriæ Petro, qui egregium pro Christo certamen suscipiens, non solum Originem, sceleratamque ejus doctrinam abdicavit, sed etiam testificatur, sanctos qui ante ipsum fuerunt Patres multas sustinuisse tentationes ab illius dementia?*

LIII. Athanasii testimonium in Vita S. Antonii. *Dixit quoque sanctus Athanasius, qui & ipse Episcopus fuit Alexandriæ, in sermone de beati Antonii vita: Quomodo nos irridere audetis, qui dicamus Christum hominem manifestatum esse; cum & vos dementem animam esse definientes, eam errasse dicatis, ac de apside cæli in corpus descendisse? Attendant, qui audiunt, sanctum Athanasium iis aperte adversari, qui mentem præexistere dicunt, & ex ea animam ortam, peccando se contaminasse, ac e cæli convexo in corpus descendisse.*

Ejusdem sancti Athanasii e sermone secundo contra Arianos.

LIV. *Omnis creatura aspectabilis in sex diebus facta est: ac primo quidem die lux, quam vocavit diem: secundo autem firmamentum; tertio collectis aquis ostendit aridam, variosque in ea produxit fructus, quarto fecit cælum & Lunam, omnemque stellarum chorum; quinto maris natalitium aerisque volatilium generationem condidit; sexto fecit in terra quadrupedes, ac de cætero hominem, qui ex anima rationali est & corpore. Ac invisibilia ejus a creatione mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, ac neque lux est ut nox, neque Sol ut Luna, neque irrationabilia ut homo rationabilis est, neque Angeli sicut Throni, neque hi ut Potestates: sed creaturæ quidem omnes sunt, unumquodque autem eorum quæ orta sunt secundum genus in propria substantia; ut factum est, perstitit ac manet. Ecce sanctus quoque Athanasius tradit, post omnes creaturas Deum fecisse hominem ex corpore & anima intelligente ac rationali. Neque enim dixit corpus post omnia factum esse, ut præexistens anima in id ingrederetur; sed dixit, post omnes creaturas hominem esse factum, qui ex anima rationali est & corpore: ostendens utraque, id est, corpus & animam Deum simul fabricatum esse.*

Quoniam autem Origenes ad cæteras blasphemias hoc adjunxit, Domini animam prius extitisse, eique Deum Verbum esse unitum antequam e Virgine incarnaretur: hoc deliramentum evertens ipse sanctus Athanasius in epistola ad Epictetum, sic dicit: Merito sese damnabunt omnes qui existimant ante Mariam esse carnem quæ ex ea est, ac ante eam habuisse animam humanam Deum Verbum, ac in ea ante adventum semper fuisse. Quare si ex iis quæ a sancto Athanasio dicta sunt, anima Domini nostri Jesu Christi, qui per omnia nobis similis factus est absque peccato, non fuit ante ejus in carne adventum; qualis insaniæ est dicere alias hominum animas ante corpora esse? LV. De Christi anima delirium Origenis.

Audiamus prætarea sanctum Basilium in sermone in illud, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, ita dicentem: Vide ne quando te vocis ambiguitas fallat. Quomodo enim in principio erat humana ratio, cum homo deorsum principium generationis acceperit? Ante hominem fuere bestiæ, ante hominem jumenta, reptilia tum terrestria, tum aquatilia, volatilia cæli, stellæ, Sol, Luna, herba, terra, mare, cœlum. Ecce Pater aperte nobis denunciat, ne Origenis fabu- LVI. Ex S. Basilio testimonium.

PAGIUS XIX. *S. Theodosius Cœnobiarcha Origenistis adversatus est.* Laura expulsi sunt, ut suo loco dicetur.

Baronius num. XXX. ait in Vita S. *Theodosii* Cœnobiarchæ a Surio recitata, tradi Sanctum hunc Abbatem ostendisse *se aversari Origenem*, indeque deducit, Monachos Orthodoxos Palæstinæ hoc Christi anno adversus Origenistas ab eo concitatos, quod Auctor ejus Vitæ hæc scribat post damnationem hæreticorum ab Agapeto Papa factam. Verum ut suo loco ostendi, aliquot ante Sancti *Sabæ* mortem annis varii Palæstinæ Monachi Origeniana dogmata propugnabant, & si *Theodosius* Monachos suos adversus *Origenistas* concitasset, & ad Libellos adversus eos porrigendos impulisset, vixisset adhuc post annum DXL. post quem certum est, quæ de *Origenistis* hic refert Baronius, contigisse. Epitomator itaque Vitæ Sancti Theodosii a Baronio citatus, & *Theodorus* Episcopus Petræ in ejus Vita, cujus verba de *Origenistis* anno DXXXVI. retulimus, neglecto temporis ordine, meminerunt odii Theodosii erga *Orgenistas* occasione certaminum adversus hæreticos gestorum, ob quæ eum tam ab *Agapeto* Papa, quam ab *Ephremio* Antiocheno laudatum fuisse diximus.

bulis de animarum præexistentia inducamur. Docet enim nos, non in principio fuisse humanam rationem, id est, animam; sed aperte clamat, omnibus Dei creaturis ortum hominis posteriorem esse. Si ergo creaturæ omnes ante hominem, qui est anima & corpus, dicit omnia fuisse; ex hoc ostenditur simul utrumque fabricatum esse.

LVII. Ex Gregorio Nysseno. *Dicit autem sanctus Gregorius Episcopus Nyssæ in disputatione de homine: Ac fortasse alienum non est a disputationis nostræ proposito, id expendere, quod in Ecclesiis de anima & corpore controversum est. Nonnullis enim qui ante nos fuerunt placet iis, qui* περὶ ἀρχῶν *disseruerunt, animas veluti quemdam populum in propria urbe ante substitisse, atque ibi proposita esse exempla tum virtutis, tum malitiæ; eamque animam quæ in virtute atque honestate permanserit, congressum & conflictationem corporis minime experiri: si vero a boni participatione defluxerit, hanc in vitam delabi, sicque esse in corpore. Alii attendentes ex Moyse condendi hominis ordinem animam corpori secundam tempore esse dicunt: quandoquidem primum Deus limum e terra sumens finxit hominem, ac eum deinde inspiratione animavit. Ac paulo post; qui primam rationen tuentur; & animarum quasi civitatem antiquiorem vita corporea asserunt, non mihi videntur carere Paganorum fabulis, quæ de metempsychosi proditæ sunt.* Fabulæ Gentilium de homine. *Si quis enim subtiliter examinet, comperiet necessario rationem eorum devolvi. Ajunt quemdam sectæ suæ prudentium dixisse, & virum fuisse se, & muliebre corpus induisse, & subvolasse cum avibus, & fuisse arbusculam, & aquatilem vitam sortitum. Non longe, meo quidem judicio, a vero discedit, qui hæc de se affirmat; vere enim ranarum aut graculorum garrulo strepitu, vel irrationabilitate piscium, vel arborum insensibilitate ejusmodi disciplina digna est, quæ tot res permeare unam animam dicat. Harum autem ineptiarum hæc causa est, quod præexistere animas opinio sit. Consequenter enim talis doctrinæ principium ad affinia & ad adjuncta progrediens, hucusque commenta sua propagat. Nam si per vitia animus e sublimiori vita abstractus homo fit: ac si in confesso est vitam corpoream passionibus magis obnoxiam esse, quam æternam ac incorpoream; necesse est animam in hac vita degentem, in qua plures facultates ad peccandum suppetunt, in pluribus versari vitiis, magisque passionibus affici. Animæ autem humanæ passio similitudo est ad irrationabilia: huic ergo vitæ devincta anima, in bestiarum naturam delabetur, ac semel vitia ingressa, inque irrationabilitate versans nullum finem ad malitiam progrediendi faciet: ubi enim malitia sistitur, succedit impetus ad virtutem. Atqui virtus in irrationabilibus nulla est; in deterius ergo necessario mutabitur, assidue ad pejora turpioraque progrediens, ejusque naturæ, in qua est deteriora quæque semper comminiscens.*

LVIII. Ab absurdo Origenes redarguitur. *Porro quemadmodum rationabili sensibile subjacet, sic ab illo prolapsio est. Quamobrem huc ratio eorum evadens a veritate aberrat, & per quamdam consequentiam ex absurdis ad absurda se confert. Exinde eorum doctrina per ea quæ inter se non cohærent, fabulose procedit. Consequentia vero ipsa ostendit omnimodam animæ corruptelam. Quæ enim semel a sublimi vita decedit, nullum modum statuit malitiæ suæ, sed propter passionum consuetudinem atque habitum a rationabili ad irrationabile deveniet: itaque in stirpium insensibilitatem mutabitur. Insensibili autem inanimum est consequens, inanimo id quod non subsistit. Itaque penitus ex hac consequentia anima ipsis ad non ens tandem concedet; sic nullam facultatem habitura est ad meliora redeundi. Verum enim vero ad hominem e frutice animam reducunt. Igitur præstantiorem demonstrant esse vitam in frutice, quam incorpoream vitam. Jam enim ostensum est progressum animæ ad deteriora, atque idcirco in inferiora esse. Subjacet autem insensibili naturæ inanimatum, quo per consequentiam principium eorum doctrinæ animam redegit. Sed quoniam hoc nolunt, aut insensibili animam concludunt, aut si inde ad humanam vitam eam reducunt, eam vitam quæ in stirpe ducatur) ut dictum est) ostendunt antecellere primo animarum statui; siquidem inde ad malitiam fuit prolapsio, hinc vero ad virtutem est reditus. Quamobrem illa ratio convincitur esse sine capite, sine fine, quæ vivere animas ante corpoream vitam asseverat, propterque flagitia corporibus esse devinctas. Hæc Nyssenus.*

LIX. Ex Theophilo testimonium de Anastasio Papa. *Cum igitur aperta sit Patris hujus doctrina, damnetque eos qui dicunt animas ante corpora fuisse: audiamus & sanctum Theophilum Episcopum Alexandriæ in sermone ad quosdam monachos scripto, qui Origeni assentirentur: sic enim dixit: Quare anathematizantes Origenem, cæterosque hæreticos, exemplo nostro, & Anastasii sanctæ Romanæ Ecclesiæ Episcopi; qui ex veteribus certaminibus clarus, nobilissimi populi dux creatus est: quem & universa beatorum Occidentis Episcoporum sequitur Synodus, quæ accepit ac probavit Alexandrinorum Ecclesiæ sententiam in impium latam.*

LX. Ejusdem Theophili de epistola ad sanctos qui in Sceto essent, propter eos qui incusarent damnationem Origenis doctrinæ: Di-

Dicere nonnulli ausi sunt, Origenem Ecclesiæ doctorem. An hi obsecro, ferendi sunt? An Ecclesiæ doctor est Origenes? Magnos sibi spiritus sumunt Ariani & Eunomiani & Pagani: illi in Filium & Spiritum sanctum blasphemantes; hi similiter atque illi impii, resurrectionem mortuorum deridentes. Ex his perspicuum est, eum qui sanctos Patres sequitur, non dubitare, quin hi qui cum Origene sentiunt, Paganorum errorem, Arianorumque insaniam sequantur.

LXI. Ex Cyrill. Alexandr. *Hæc quoque sanctus Cyrillus dicit Alexandriæ Episcopus in epistola ad monachos qui in Phua, in eos qui affirmant corporum resurrectionem non esse: Ajunt igitur nonnulli, esse qui negent humanorum corporum resurrectionem, quæ pars confessionis nostræ est, quam facimus salutare adeuntes baptisma: fidem enim profitentes adjungimus, credere nos carnis resurrectionem. Si hoc tollimus, nec credimus Christum resurrexisse a mortuis, ut nos sibi conresuscitaret: claudicantem habemus fidem, ac a via regia deflectentes, pravum iter habemus. Hujusmodi autem opinio ab improbi Origenis dementia est, quem & Patres nostri ut veri depravatorem abdicaverunt, & anathematizarunt. Non enim sensit ut Christianus, sed Paganorum secutus ineptias & nugas, in errorem incidit. Hinc autem ei contigit morbi principium: asseverat animas ante corpora esse & a sanctimonia abductas fuisse in cupiditates & nequitiam, descivisseque a Deo, a quo hanc ob causam damnatæ sunt & corpori obstrictæ, suntque in carne tamquam in vinculis.*

Ejusdem ex epistola scripta ad eos qui in Phua erant monachos.

LXII. *Ecclesia vero Scripturis obsequens a Deo inspiratis; nec animam novit ante corpora fuisse, nec ante ea peccasse. Quomodo enim, quæ non subsistebat peccare potuit? At nos affirmamus, universitatis opificem corpus e terra finxisse, idque animasse, intelligente anima: & hæc est hominis structura. Et post alia; Animam hominis nec (ut ajunt) ob præterita flagitia atque scelera esse damnatam, nec in hunc demissam mundum, sanctissimus Paulus fidem facit, ita scribens: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. Cur ergo propter sola propria corporis manifestari nos oportere ait, nec potius propter ea quæ ante corpus, si animam ante fuisse norat, & ante peccaße? Si vero ob ea sola peccata quæ in corpore designavimus, adducimur ad judicium; non utique habemus antiquius corpore peccatum: nam omnino ante id non constitit hominis anima. Hoc porro planum facit, & legalis litteræ vis. Si enim (ut dicit errabundus Origenes) ob superiora commissa, in supplicii ac pœnæ loco anima corpus accepit; quamobrem flagitiosis ac sceleratis mortem comminata est? Magis enim oportuerat, bonos, ac justos viros mortem oppetere, ut vinculis & supplicio liberarentur; vivere contra scelestos ac nefarios ut pœna afficerentur, nec ulla vinculorum esset liberatio.*

Ex expositione Synodicæ epistolæ Episcoporum Ægypti atque Alexandriæ adversus Origenis doctrinam.

Hic ergo de quo agitur Origenes veluti abominationis desolatio in medio veræ Ecclesiæ extitit, ac presbyter ordinatus, a canonica, ab una, a vera manu dignitatem presbyteri nudam ac solam habuit, quemadmodum Apostolatus habuit honorem fur ac proditor Judas. Is enim cum cœpisset blasphemas homilias habere, Heraclas beatæ memoriæ tum Episcopus, ut studiosus veritatis ac arator ac vinitor Ecclesiastici agri, eum e medio pulchræ ac lætæ segetis evulsit. Ac paulo post: *Quare hic e cælo in terram decidens tamquam fulgur, sicut & ejus pater diabolus, multæ atrocisque iracundiæ contra veritatem spirans, in Palæstinam regionem navigavit, moratusque in Cæsariensium metropoli, cum personam quam sibi induerat deposuißet, seque aperuisset, veluti piscis quæ sepia apud quosdam appellatur, significans quod sibi voluptati erat, ac tenebricosum & atrum vitæ venenum evomens, illic scriptis expressit, & sicut caupo Judaicus boni specie ac simulatione dulci amarum miscuit.* LXIII. Ex Synodali epist. testimonium.

Quid enim iste prave moliens atque insaniens dicit? Erat, (inquit) anima ante corpus, & præexistebat in cælis; eamque cum peccasset, in custodiam immersit Deus, id est, in corpus demisit, ad purgationem (inquit) & castigationem admissorum in cælis criminum. Hinc primum impiissimus protinus fabulatur, veritatemque oppugnare studet. Ac paulo post: *Si ante fuit anima in cælis, ibique prius deliquit, ut male sanus Origenes, Deoque repugnans dixit; non oportuit dicere sanctissimum Prophetam: Et figens spiritum hominis in ipso, sed potius, demergens quasi utrem spiritum hominis in ipso, vel fortasse, demittens. Jam vero cum hoc dicat, sed figens in ipso: ostenditur, hunc lupum gravissimum esse, indutum extrinsecus ovina pelle ad deceptionem perditionis. Vercors enim e cælo animam asserit decidisse, cæteraque quæ ibi definivit; quasi aperte sciat, non solum ante fuisse animam, sed etiam ante peccaße. Quare demonstratum est tum e divina Scriptura, tum e sanctis Patribus, nec veræ Christianorum fidei nec rectæ rationi convenire hæreticorum de animæ præexistentia imaginationes.* LXIV.

LXV. Cælestia corpora animata affirmat Origenes. *Præterea hoc quoque Origenis demonstrat amentiam, quod affirmat, cælum, & Solem, & Lunam, & stellas, & aquas quæ super cælos sunt, animata esse, & quasdam esse virtutes ratione utentes. Hæc vero aperte refellit sanctus Basilius in tertio sermone commentariorum in Hexameron, sic contra Origenis doctrinam disputans: Nobis porro de separatis aquis dicendum est ad eos qui ab Ecclesia exciderunt, qui sub obtentu sensus anagogici, & sublimiorum videlicet sententiarum, ad allegoriam confugerunt; & asserunt, virtutes quasdam spirituales & incorporeas tropice ex aquis significari, ac sursum quidem in firmamento mansisse meliores, deorsum vero in terrestribus silvestribusque locis deteriores perstitisse: ac idcirco ajunt, aquas quæ supra cælos sunt laudare Dominum, id est, bonas virtutes, quæ dignæ sunt propter potioris partis puritatem, dicentes laudem reddere Creatori; aquas vero quæ subter cælos sunt spiritualia esse nequitiæ, quæ e naturali sublimitate in malitiæ profundum deciderunt: eaque ut turbulenta & seditiosa, passionumque tumultibus fluctuantia, maria appellari propter facilem mutationem atque instabilem voluntatem eorum motuum.*

LXVI. Ex S. Basilio redargutio. *At nos hujusmodi rationes tamquam confusa somnia & aniles fabulas repudiemus; aquamque aquam esse cogitemus, separationemque a firmamento factam accipiamus, secundum redditam rationem. Ac si quando ad communis universorum Domini glorificationem aquæ quæ super cælos sunt, assumuntur; non propterea eas dicamus esse naturam ratione utentem: nec enim cæli idcirco animati sunt, quod enarrant gloriam Dei; nec firmamentum animal est præditum sensu, quoniam opera manuum ejus annunciat. Hæc Basilius. Attendendum porro est, Patrem, cum Græce dicit,* πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας *de Origene disserere, qui a Dei gratia, & a sancta Dei Ecclesia expulsus fuerat, deque iis qui cum illo sentiunt; non enim dixit* πρὸς τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, *id est, ad eos qui in Ecclesia sunt, sed* πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας *quod significat ad eos qui longe sunt ab Ecclesia. Catholicos etiam significasset, si dixisset,* τοὺς τῆς ἐκκλησίας *id est, eos qui sunt Ecclesiæ; quoniam vero dixit* τοὺς ἀπὸ *significavit eos qui absunt & qui ab ea exciderunt. Unum autem id solum impio Origeni studium fuit, Paganorum errorem confirmare, & imbecilliorum animis zizania inserere.*

LXVII. De corporibus obiculatis in resurrectione. *Quamobrem hoc quoque risu dignum ab eo tamen dictum de hominum ex mortuis resurrectione, corpora hominum orbiculata suscitari. O dementiam atque inscitiam hominis insani, & Paganorum disciplinæ explicatoris! Qui mente cæcutiens, studensque Christianorum fidei miscere fabulas, ipsam Christianorum spem ac salutem nisus est contumelia violare, ne resurrectionem quidem Domini reveritus. Resurgens enim Dominus ex mortuis, & primitiæ dormientium factus, discipulis visus est, eisque ostendit foramina manuum ac pedum & plagam lateris: postque resurrectionem comedit, non ut cibo indigens, sed ut eo modo suscitati corporis naturam confirmaret. Et quidem cum Dominus ascenderet, Angelus ad discipulos dixit: Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Quod si (ut insanit Origenes) orbiculatum erat corpus Domini, quomodo potuit demonstrare manuum ac pedum foramina, aut lateris plagam? aut quomodo comedere potuit, aut omnino a discipulis agnosci? Et quonam modo Sanctorum corpora, quæ post Domini resurrectionem surrexerunt, & in sancta civitate apparuerunt, potuerunt ab aliis agnosci, siquidem in alia erant figura, atque fuerant in vita? In fidei ergo petra nullo modo stabilitus, sed hujusmodi & his multo atrociores blasphemias impius Origenes, cum edidisset; nihil mirum est, eum in ipso martyrii articulo Christum abnegasse, cultamque a Paganis deorum multitudinem, quam ipse inducit, adorasse.*

LXVIII. De Origenis Apostasia. *Atque id Dei providentia factum est, ne in Ecclesia pro martyre acciperetur, atque inde gregi Christiano inferretur aliquid detrimenti. Nam si etiam nunc sunt, qui de ejus quidem ruina confiteantur, doctrinam vero asserant; an non eam tamquam martyris ac patris erant defensuri, si contigisset eum, nulla idolis exhibita adoratione, consummari? Nemo enim veritatis tenax excidit a Deo, ab eoque deseritur, juxta quod dicit divina Scriptura (a); Respicite filii nationes hominum, & scitote quia nullus speravit in Domino & confusus est. Quis enim permansit in mandatis ejus & derelictus est? Aut quis invocavit eum, & despexit illum? Impius autem Origenes blasphemias suas non se ipso tenus statuit, sed propriis scriptis in multos alios suum errorem transmisit: ut in eum valde conveniat sancti Apostoli vox, quæ dicit (b): Quorumdam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad judicium, quosdam autem & subsequuntur. Nam ejus erroris successio in infirmorum irrepens animos facit, ut eum sequantur quæ a principio ab ipso commissa peccata sunt.*

(a) Eccl. 2.
(b) 1 Tim. 5.

LXIX. De damnatis aliquando salvandis error. *Quasi enim iis qui Origenis placita sequuntur, non satis sit de præexistentia animarum impietas, cæteraque ejus vaniloquentia, blasphemiæque de sancta Trinitate; hoc quoque proprio errori adjungunt, ducem, & auctorem habentes per-*

ver-

versam ejus disciplinam, ut dicat omnium impiorum hominum ac præterea dæmonum pœnam finem habituram esse, restitutumque iri tum impios homines tum dæmones in pristinum ordinem suum. Hæc cum dicunt, ignavos homines efficiunt in Dei præceptis exequendis, eos avertentes ab angusta & arcta via, inque latæ ac spatiosæ errorem inducentes. Omnino autem adversantur magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi dictis: Ipse enim in sancto Evangelio docet, impios quidem ituros in supplicium æternum, justos vero in æternam vitam. Rursumque dicit iis qui a dextris sunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi: iis vero qui a sinistris: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.

LXX. *Cum igitur aperte Dominus in sancto Evangelio indesinens & supplicium & regnum denunciet; perspicuum est hos Origenis deliramenta sententiis Domini anteferre. Ex hoc quoque illorum amentia redarguitur. Si quis juxta illius nugas ponat supplicium desiturum; necesse est hunc & promissæ justis vitæ æternæ statuere finem: æque enim in utroque æternum ponitur. Si autem & pœna & fruitio gloriæ habet finem, cur incarnatio fuit Domini nostri Jesu Christi? cur crucifixio & mors & sepultura, & resurrectio Domini? Quod commodum iis qui bonum certamen certaverunt & pro Christo martyrium subierunt, si & dæmones & homines impii eumdem quem Sancti ordinem redintegratione habituri sunt? Verum hæc in eorum capita vertant qui hæc fabulantur: nam Christi verba in Fidelium mentibus inconcussa manent atque in ipsa rerum veritate.*

Tam pœna damnatorum quam vita beatorum æterna.

LXXI. *Qui porro Origenis improbam opinionem tuentur, firma hæc argumenta fugientes, suumque conantes tegere errorem, quædam sanctorum Patrum dicta male excipientes, praveque sententia sua interpretantes, proprio morbo accomodant: quod etiam cum divinis faciunt Scripturis. Nos autem ex ipsis sanctis Patribus ostendemus inanes ac futiles eorum rationes esse. Hæc igitur scribit S. Gregorius Theologus in Apologetica oratione: Nobis vero, quibus periclitatur salus animæ beatæ atque immortalis, quæque sempiternam aditura est vel pœnam vel laudem propter malitiam autem virtutem, quanti faciendum est hoc certamen, aut quanta scientia opus est?*

Ejusdem ex oratione de plaga grandinis.

LXXII. *Qua falsa defensione, qua persuasione artificiosa, quonam commento veritatem oppugnante circumvenitur jus, ac fallitur rectum judicium, quod omnibus omnia in statera ponit, facta, dicta, cogitationesque omnes: ac nequiter commissa melioribus repensat, ut vincat quod propendet, sententiaque secundum plura dicatur, quam nulla excipiat provocatio, non superior Judex, non defessio alterorum factorum, non oleum vel a prudentibus virginibus sumptum, vel ab iis qui deficientibus lampadibus vendunt, non pœnitentia divitis qui flamma crucietur, suorumque necessariorum quærat emendationem, non ad mutationem præfinita dies; sed certum ac stabile jus & formidolosum & ultimum, & æquius justiusque quam quantus est terror, quinimmo propter justitiam terribile, cum throni ponuntur, & antiquus dierum sedet, & libri aperiuntur, & fluvius igneus trahitur, & lux ante ipsum & tenebræ paratæ*: & eunt qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, quæ nunc in Christo absconditur, postmodum vero cum eo apparet; qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii, quo qui non credunt, jam judicati, damnatique sunt a Verbo, quod eos judicavit: ac alios quidem lux ineffabilis excipit, & sanctæ regnantisque Trinitatis gratia, apertius, puriusque effulgentis, ac totam se toti menti inserentis: quod utique solum regnum cælorum esse duco: alia vero una cum aliis malis tormenta, vel potius ante alia projectum esse a Deo, & conscientiæ turpitudo & verecundia nullum finem habens.*

* pariter.

Basilii Episcopi Cæsareæ, ex ejus libro Regularum. Interrogatio:

Si tum dicit, vapulabit multis, tum paucis; quo pacto quidam dicunt, nullum finem supplicii fore iis qui pœna afficiuntur? Responsio: *Quæ ambigua sunt ac videntur obscure esse dicta quibusdam locis divinitus inspiratæ Scripturæ, alibi ab aliis, quæ confessa & aperta sunt, declarantur. Cum ergo Dominus pronunciarit: Ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam: & alicubi: Mittas eos in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus: atque ita nominet gehennam ignis, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur: ac rursum per Prophetam de quibusdam prædixerit: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: Cum hæc & hujusmodi sæpe a divinitus inspirata Scriptura proponantur; hoc quoque est diaboli artis & astutiæ, ut multi homines veluti obliti talium tantarumque Domini sententiarum, finem sibi audeant pœnarum in posterum adumbrare. Nam si æterni supplicii quandoque finis est futurus, omnino habebit, & vita æterna finem. Sin in vita non sic Evangelici dicti sensum accipimus; quæ ratio est supplicio æterno finem statuere? æterni enim adjunctio pariter in utroque poni-*

LXXIII. Ex S. Basilio Origenes arguitur.

nitur: Ibunt enim (inquit) hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam.

LXXIV. Ex S. Joan. Chrysost. redargutio Origenis. Ejusdem e sermone adhortatorio ad sanctum baptisma.

Propter brevem ac temporariam peccati voluptatem sempiterna crucior pœna; propter voluptatem carnis sempiterno igni addicor.

Sancti Joannis Episcopi Constantinopoleos, e prima ad Theodorum monachum epistola.

In mente jugiter habeas fluvium ignis: fluvius enim igneus, rapidusque egrediebatur a facie ejus. Non est, quod quisquam ei deditus igni, supplicii finem expectet. Verum improbæ sæculi hujus voluptates ab umbris somnisque nihil differunt: priusquam enim peccatum ad finem pervenerit, extinguitur voluptas; suppliciorum vero, quæ pro flagitiis suscipiuntur, nullus est finis.

Ejusdem in commentariis in primum ad Corinthios epistolam.

LXXV. *Non levis nobis hinc proposita quæstio est, sed de rebus valde necessariis. Quærunt plerique homines, ignis gehennæ sitne finem habiturus. Non habiturum, pronunciavit Dominus, cum diceret: Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur. Paulus vero eum perennem ostendens, ait* (a) *de peccatoribus: Pœnas dabunt in interitu æternas. Quare cum divina nos Scriptura, sanctique Patres edoceant, nullum finem impiorum supplicii, dæmonumque qui ab illis coluntur: quam restitutionem imaginantur qui cum Origene sentiunt, ubi suppliciorum nullus est exitus? Sancta enim Christi Ecclesia quemadmodum justis indesinentem prædicat vitam æternam, ita impios perpetua supplicia manere tradit. Atque hæc quidem in his. Nos porro paucas e multis divinæ Scripturæ sanctorumque Patrum auctoritatibus afferendas esse perspeximus ad confutandam Origenis impietatem.*

(a) *Thessal. 1.*

LXXVI. De Synodo habenda Constantinopoli. *Cum autem velimus omne scandalum a sanctissima Ecclesia propulsare, ut nulla in ea macula relinquatur: obsequentes divinis Scripturis, sanctisque Patribus, qui ipsum Origenem ac hujusmodi sceleratam impiamque doctrinam profligarunt, ac jure anathemati subjecerunt, hanc epistolam ad tuam beatitudinem dedimus, qua eam hortamur, ut omnium qui in hac regia urbe nunc degunt, sanctissimorum Episcoporum conventum habeat, ac Deo amabilissimorum præfectorum sanctis quæ hic sunt monasteriis: faciatque ut omnes in scriptis præfatum impium ac Deo repugnantem Origenem (qui & Adamantius) quique presbyter fuit sanctissimæ Ecclesiæ Alexandriæ, & ejus nefaria impiaque dogmata, capitulaque omnia quæ inferius ponuntur, omnimodis anathematizent: & exempla dimittas eorum quæ a beatitudine tua ob hanc causam gesta fuerint, ad alios omnes sanctissimos Episcopos, præfectosque venerabilium monasteriorum, ut & ipsi subscriptione propria anathematizent Origenem, scelestaque ejus dogmata cum omnibus qui declarabuntur hæreticis.*

In posterum autem ne aliter ordinentur Episcopi, aut monasteriorum hegumeni, nisi prius cum aliis omnibus hæreticis, qui de more in libellis anathematizantur, id est, Sabellio, Ario, Apollinario, Nestorio, Eutychete, Dioscoro, Timotheo Æluro, Petro Mogo, Anthimo Trapezuntii, Theodosio antea Alexandriæ, & Petro qui Apameæ præfuit, & Severo qui Antiochiæ, prædictum etiam Origenem qui paganorum Arianorumque insania laboravit una cum execrabilibus impiisque ejus dogmatibus anathematizent. Omnibus enim prædicendum est, ne omnino quisquam audeat talem hæreticum aut ejus expositiones asserere, sed eas unusquisque ex toto animo & tota cogitatione oderit & aversetur & anathematizet, ut a Christiana traditione alienas, & simpliciorum animabus gravem afferentes luem ac pestem. Hæc porro eadem scripsimus non solum ad sanctitatem tuam, sed etiam ad sanctissimum & beatissimum Papam senioris Romæ & Patriarcham Vigilium, & ad ceteros omnes sanctissimos Episcopos & Patriarchas, id est, Alexandriæ, Theopoleos, & Hierosolymorum; ut & hi huic rei prospiciant, & hæc fidem adipiscantur. LXXVII. Quos deberent ordinandi Præsules anathematizare.

Cum vero cupiamus omnes Christianos cognoscere scripta Origenis prorsus a vera Christianorum fide aliena esse, ex multis immensisque ejus blasphemiis paucas ad verbum esse ponendas censuimus. Sic autem se habent: LXXVIII. Orig. horrendæ blasphemiæ de Trinitate.

Quod minor sit Filius Patre, & Spiritus Filio, e primo libro Periarchon.

Quod Deus quidem & Pater omnia continens ad unumquodque entium pervenit, esse unicuique impertiens de suo; esse enim est minus. Quod vero præter Patrem Filius ad sola rationabilia pervenit; est enim secundus a Patre. Adhuc etiam minor est Spiritus sanctus, ad solos Sanctos perveniens. Ita ex hoc major est potestas Patris præ Filio & Spiritu sancto, amplior que Filii præ Spiritu sancto, ac rursum præstantior sancti Spiritus potestas præ aliis cunctis entibus sanctis.*

* corruptum in Græco videtur.

Quod finita est Dei & Patris potestas, e secundo libro ejusdem voluminis.

Finitam enim esse & potestatem Patris dicendum, nec prætextu laudis circumscriptio ejus tollenda est. Et paulo post: *Tanta enim fecit, quanta sub manum comprehendere & habere poterat, & continere sub* LXXIX. De potestate Dei Orig. blasphemiæ.

pro-

providentia sua: quemadmodum tantam construxit materiam, quantam administrare & exornare poterat.

Ejusdem e quarto libro ejusdem voluminis.

LXXX. *Nemo autem sermone offendatur, si modum statuimus Dei potestati. Infinita enim complecti, natura impossibile est. Nam cum semel finita sint quæ Deus ipse comprehendit, necesse est terminum esse ad finita * ipse sufficit.*

Quod exitura Filius est, ex eodem libro:

LXXXI. *Hic Filius de voluntate Patris generatus, qui est imago Dei invisibilis & splendor gloriæ ejus, figura substantiæ ejus, primogenitus omnis creaturæ, creatura, Sapientia: ipsa enim Sapientia dicit: Dominus possedit me in initio viarum suarum.* At de blasphemiis Origenis in Deum hæc tantum in epistola Imperatoris: quibus hi subiiciuntur anathematismi:

LXXXII. Anathematismi adversus Orig. errores. *Si quis dicit, aut sentit, præexistere hominum animas, utpote quæ antea mentes fuerint & sanctæ virtutes, satietatemque cœpisse divinæ contemplationis; & in deterius conversas esse; atque idcirco ἀποψυγείσας, id est, refrixisse a Dei charitate, & inde ψυχὰς Græce, id est, animas esse nuncupatas, demissasque esse in corpora supplicii causa: anathema.*

Si quis dicit, aut sentit, Domini animam prius extitisse atque unitam fuisse Deo Verbo ante incarnationem & generationem ex Virgine; anathema esto.

Si quis dicit, aut sentit, primum conformatum esse corpus Domini nostri Jesu Christi in utero beatæ Virginis ut aliorum hominum, ac postea unitum ei esse Deum Verbum & animam, utpote quæ ante fuisset; anathema esto.

Si quis dicit, aut sentit, omnibus cælestibus ordinibus assimilatum esse Deum Verbum, Cherubimque factum esse ipsis Cherubim, & Seraphim ipsis Seraphim, ac omnibus plene superioribus virtutibus similem esse factum: anathema esto.

Si quis dicit, aut sentit, in resurrectione corpora hominum orbiculata suscitari, nec confitetur nos suscitari rectos; anathema esto.

Si quis dicit, Cælum & Solem & Lunam & Stellas & Aquas quæ super cælos sunt, animatas & materiales esse quasdam virtutes? anathema esto.

Si quis dicit, aut sentit, Dominum Christum in futuro sæculo crucifixum iri pro dæmonibus, sicuti pro hominibus; anathema esto.

Si quis dicit, aut sentit, finitam esse Dei potestatem, & eum fecisse quæ plurima comprehendere potuit; anathema esto.

Si quis dicit, aut sentit, ad tempus esse dæmonum & impiorum hominum supplicium, ejusque finem aliquando futurum, sive restitutionem & redintegrationem fore dæmonum & impiorum hominum; anathema esto.

Anathema & Origeni (qui & Adamantius) una cum nefaria ejus execrabili scelestaque doctrina; & cuivis qui ea sentiat, aut ullo modo prorsus quocumque tempore tueri præsumat. In Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. Hactenus ex scripto codice Antonii Augustini, in quo deest annus & dies.

Porro plures his fuisse errores Origenis ex S. Hieronymo collectos, meminisse debes, superius suo loco recensitos. LXXXIII. Quod vero gesta hæc essent in Oriente, prætermissa sunt referri plurium Conciliorum atque Pontificum adversus hos & alios enumeratos Origenis errores sancita decreta, quæ omnia olim delata Romam, ipsius Romanæ Ecclesiæ custodirent archiva, nempe quæ adversus eosdem habita sunt a Theophilo Alexandrino Episcopo in Ægypto, quæve a S. Epiphanio in Cypro atque ab Anastasio Papa Romæ: de quibus omnibus suis locis superius dictum est. Porro anathematismos hos hic recensitos omnes in Quinta Synodo recitatos probatosque esse, ibique repetitam Origenis damnationem, Nicephorus tradit (*a*). Ipse enim Imperator, quod sciret extra fines esse regalis auctoritatis de fide sancire decreta, hanc ob causam (ut in ejusdem modo recitata epistola audivimus) ipsum Menam Constantinopolitanum, ad quem scribit, admonet ut Synodum habeat, a qua ista omnia, quæ adversus Origenem scripta essent, confirmarentur: quod & factum fuit.

(*a*) *Nicep. l. 17 c. 27. & 28.*

Quæ ratio Imp. de fide scribendi ep.

LXXXIV. Justinian. ubique deceptus. Sed non prætereat, in iis quæ ad finem prope ejusdem Imperatoris epistolæ scripta sunt de damnatione facienda hæreticorum, cum sive Episcopus sive Abbas ordinandus esset, haberi, inter alios execrandos hæreticos esse adnumeratum Anthimum Episcopum Trapezuntii haud pridem damnatum ab Agapeto Pontifice. Quibus intelligas, ea cuncta quæ dicta sunt de studio Imperatricis apud Vigilium, ut restitueretur in sedem Constantinopolitanam Anthimus, eadem absque Imperatoris consensu vel scientia tractata esse per Theodoram Augustam primo cum Vigilio adhuc Romanæ Ecclesiæ diacono de creando ipsum Romanum Pontificem, si promitteret Anthimum restituere; deinde requisitum ab eadem, cum pulso Silverio, idem Vigilius evectus esset in thronum. Sed & illud ex hac eadem epistola accipe: Justinianum, cum nominat in eadem epistola Vigilium Romanum Pontificem, circumventum fuisse, putasse nimirum, quem reverti Romam & subire judicium jussisset Silverium

rium Papam, & audisset relegatum in insulam justa sententia condemnatum; Vigilium vero legitima subrogatione suffectum: cum tamen longe aliter res se haberet. Sic plane in rebus gravissimis contingit Principes falsa relatione sæpissime falli.

LXXXV. Quid autem acciderit ex hujusmodi adversus errores Origenis litteris Imperatoris, promulgata damnatione, ex Liberato sic accipe (a): *Ex reserato aditu adversariis Ecclesiæ, ut mortuus damnaretur Origenes, Theodorus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus dilectus & familiaris Principum, secta Acephalus, Origenis defensor acerrimus, & Pelagio æmulus, cognoscens Origenem fuisse damnatum, dolore damnationis ejus, ad Ecclesiæ conturbationem damnationem molitus est in Theodorum Mopsuestenum; eo quod Theodorus multa opuscula edidisset contra Origenem, exosusque & accusabilis haberetur ab Origenistis; & maxime, quod Synodus Chalcedonensis (sicut probatur) laudes ejus susceperit in tribus epistolis. Cujus damnationem memoratus Theodorus tali machinatione perfecit. Subscribente Principe contra Acephalos in defensionem Synodi Chalcedonensis, accedens idem Theodorus Cappadociæ una cum suis satellitibus, qui sub nomine Catholico Acephalis favebant, cum Theodoræ Augustæ favore Imperatori suggessit, scribendi laborem eum non debere pati, quando compendio posset Acephalos omnes ad suam communionem adducere. Siquidem illi (inquit) hoc offenduntur in Synodum Chalcedonensem, quod laudes susceperit Theodori Mopsuesteni Episcopi, epistolamque Ibæ, quæ per omnia Nestoriana cognoscitur, quam Synodus ipsa judicio suo pronunciaverit Orthodoxam. Qui Theodorus si cum dictis suis & hac epistola anathematizaretur, tamquam retractata Synodus atque purgata, susciperetur ab eis per omnia & in omnibus & sine pietatis vestræ labore Ecclesiæ Catholicæ sociari gaudentes, in universali Ecclesia clementiæ vestræ laus erit sempiterna.*

(a) Liber. diac. Brev. c. 24.

Artes subdolæ Theodori Cæsariensis.

LXXXVI. *Hæc audiens Imperator, & dolum dolosorum minime perspiciens, suggestionem eorum libenter accepit, & facere libentissime spopondit. Sed rursus illi callida fraude rogaverunt eum, ut dictaret librum de damnatione Trium capitulorum.* Accessit enim duobus supra recensitis capitulis tertium de Theodoreto Episcopo Cyri recepto in Concilio Chalcedonensi. Sed pergit dicere de scripto Justiniani Imperatoris: *Quo libro* (inquit) *ejus edito & toto mundo manifestato, dum emendare Princeps erubescit, irrevocabilis causa fieret. Sciebant enim, Principem solita pietate, scandalo emergente, sententiam suam posse corrigere, seseque ad periculum pervenire: Annuit his Princeps, & hoc se lætus implere promisit; & relinquens operis sui studium, unum in damnatione Trium capitulorum condidit librum, pro delictis nostris nobis omnibus notissimum.*

De tribus capitulis controversia cœpta.

LXXXVII. *Cætera vero quæ subsequenter in Episcopis & Catholica Ecclesia ab eodem Principe facta sunt, quomodo consentientes Episcopi in Trium damnationem capitulorum muneribus ditabantur, vel non consentientes, depositi, in exilium missi sunt, vel aliqui fuga latitantes in angustiis felicem exitum susceperunt, quoniam nota sunt omnibus, puto nunc a me silenda. Illud liquere omnibus credo, per Pelagium diaconum, & Theodorum Cæsareæ Cappadociæ Episcopum hoc scandalum in Ecclesiam fuisse ingressum. Quod etiam publice ipse Theodorus clamitavit, se & Pelagium vivos incendendos, per quos hoc scandalum introivit in mundum.* Hactenus Liberatus finem imponens Breviario suo de causa Nestoriana & Eutychiana collecto (ut ait) ex Ecclesiastica historia e Græco in Latinum translata, & ex Gestis Synodalibus atque etiam epistolis sanctorum Patrum: quæ quidem paulo post ab ipso scripta fuisse, ex ultima rerum gestarum narratione possumus intelligere. Verum ipsum constat ex eo-

PAGIUS XX. Ad num. LXXXV. ad LXXXIX. Ex damnatione *Origenis* orta *de Tribus Capitulis* controversia, quam ex Emin. Card. Norisio cap. 3. citato explico. *Origenis* damnatio ingentium turbarum ac calamitatum origo fuit: ejus enim defensione desperata ad ultionem animum Origenistæ dolose verterunt. *Theodorus* Cæsareæ Cappadocum Metropolita, qui magna apud Justinianum gratia & auctoritate pollebat, ei suadet, *Acephalos* compendio ad subscribendam Synodum Chalcedonensem adduci posse, si tria tantum, quibus hi plurimum offendebantur, corrigeret. Nempe si damnaretur *Theodorus* Episcopus Mopsuestiæ Nestorii Magister, cujus laudes habentur in Epistola Ibæ Præsulis Edesseni in Synodo Chalcedonensi recitata. Dein si prohibeantur libri *Theodoreti* contra XII. Capitula sancti Cyrilli in Ephesina Synodo consecrata, quos Libros Patres Chalcedonenses non condemnarant, contenti dicto contra Nestorium a Theodoreto præsente anathemate. Tandem si rejiciatur memorati *Ibæ* Epistola ad *Marim* Persam, in qua laudat *Theodorum*, Sanctum *Cyrillum* accusat, ac Ephesinam Synodum latæ citra examen præcipitis contra Nestorium sententiæ insimulat. His Tribus Capitulis proscriptis subitam pollicetur *Acephalorum* unionem.

Controversia de tribus Capitulis ex Origenis damnatione orta.

XXI. Ea tamen mente hæc Justiniano *Theodorus* suggerere visus est, ut Concilii Chalcedonensis correctio strueretur, quod usque ad minimum iota *Pelagius*, cui *Theodorus æmulus* erat, ut nuper ex Liberato diximus, cum Occidentali Ecclesia sartum tectumque volebat. *Theodora Au-* gu-

Auctore Theodoro Episc. Cæsareæ Cappadociæ.

eorum classe fuisse, qui pro Tribus capitulis pugnantes, pro Theodoro Mopsuesteno, licet non pro erroribus ei ascriptis, etiam scripsere defensionem: quod non obscure suis ipse scriptis significat. (*a*) Cæterum quinam fuerit istiusmodi de fide liber a Justiniano Imperatore editus, inferius suo loco dicturi sumus.

(*a*) *Liber. Brev. c.* 3. 10. 24.

LXXXVIII. Quod autem ad œconomiam Ecclesiasticam pertinet, idem Imperator alias edidit sanctiones, atque in his totus esse visus est, perinde atque ab omni belli cura remotus: cum tamen & Roma obsideretur a Gothis; & Africa, rebellantibus Arianis, in magno discrimine versaretur, ut paulo post dicturi sumus. Inter alias vero Kal. Maii hoc anno sanctionem promulgavit, ne quis (*b*) præter voluntatem Episcopi domos oratorias fabricaret, insuper de Episcopis qui in suis Ecclesiis minime residerent, ac de alienatione rerum Ecclesiæ immobilium: aliam (*c*) rursum de clericis subrogatis, & emolumentis eisdem præstandis, necnon de jure præsentandi, quod iis competat qui in ædificandis ecclesiis jus sibi patronatus retinere voluerunt: itemque aliam sanctionem (*d*) de bonis eorum qui

(*b*) *Novel.* 67. & *Auth. col.* 5. *tit.* 17.

(*c*) *Novel.* 57. & *Auth. col.* 5. *tit.* 16.

(*d*) *Novel.* 76.

ingrediuntur monasterium. Has tu majori otio consulas.

LXXXIX. Hoc eodem pariter anno duodecimo Imperatoris, cum (ut dictum est) *belli Gothici tertius adhuc annus ageretur* (inquit Procopius *e*) *ex Mediolano vir sacer quidam Dacius nomine* (Episcopus hic erat Mediolanensis Ecclesiæ) *civesque primores nonnulli cum Romam venissent, a Belisario suppliciter petiere, modicum ad se ut præsidium mitteret, quo satis se posse asseverarent non modo Mediolanum, sed Liguriam omnem abductam a Gothis Imperatori recuperare*. Qui hac functus est legatione Dacius, vitæ sanctitate insignis est habitus, de quo plura dicturi sumus. Hic ergo ut vendicaret a Gothis iisdemque Arianis populos spirituali regimine sibi subditos, omnem adhibuit diligentiam: quo exemplo satis intelligas, non mereri calumniam, neque invidiam Episcopos illos pati debere, qui ne sub hæretico Principe degant, omnem lapidem volvunt. Quomodo autem Belisarius eadem Mediolanensi civitate, totaque Liguria potitus sit, idem Procopius narrat (*f*).

(*e*) *Procop. de bello Goth. l.* 2.

Dacius Episc. Mediolanensis contra Gothos implorat auxilium.

(*f*) *Procop. de bello Goth. l.* 2.

PAGIUS *gusta*, quæ palam *Acephalis studebat*, id ipsum quod suaserat Antistes Cæsareensis, Principi inculcat, sed eo consilio pessima mulier facinus moliebatur, ut ubi semel Chalcedonensis Concilii correctio in aliquibus fieret, jam universim ejusdem auctoritas collaberetur, ac nullius ponderis evaderet, quod alicubi errasse monstraretur: *Hæc audiens Imperator*, inquit Liberatus in fine sui Breviarii, *& dolum dolosorum minime prospiciens, suggestionem eorum libenter accepit, & facere promptissime spopondit, &c. Annuit his Princeps & hoc se latus implere promisit, & relinquens Operis sui studium unum in damnationem Trium Capitulorum condidit Librum pro delictis nostris vobis omnibus notissimum*. Quo anno hoc Edictum contra Tria præfata Capitula emissum fuerit. Infra investigabimus.

XXII. Ad num. LXXXIX. Sanctus *Datius* Mediolanensis Episcopus Romam ad *Belisarium* venit petiturus ab eo præsidium ad Mediolanum Gothis eripiendum, ut refert Procopius lib. 2. de bello Gotth. cap. 7. qui ait id contigisse anno tertio belli Gothici, *jam anni se ad brumale Solstitium circumagente*, ac postquam trimestres Induciæ Romanos inter & Gothos decretæ fuissent. Quare Legatio illa Sancti *Datii* ipso fine superioris Christi anni contigit: Falliturque Bollandus ad diem XIV. mensis Januarii, ubi Vitam Sancti *Datii* explicans, scribit eum anno tantum sequenti adversus Gothos auxilium a *Belisario* postulasse. Clerici enim Italiæ in Epistola Legatis Francorum, qui Constantinopolim proficiscebantur directa, anno quingentesimo quinquagesimo primo scripta, ut infra demonstrabimus, inquiunt: *sed & in Civitate Regia, maxime Sancto Episcopo Datio adesse cum Dei auxilio festinate: postulantes ut eum post XV. aut XVI. annos ad suam Ecclesiam redire concedat*. Quare Legatio *Datii* pro Mediolanensibus sub finem anni DXXXVII. peracta.

S. Datius Episc. Mediolanensis Legatus ad Belisarium.

Concilium *Aurelianense* III. quod Baronius in annum DXL. differt, huc revocandum.

JESU CHRISTI ANNUS 539.	SILVERII PAP. ANNUS 3.	JUSTINIANI IMP. 13. VITIGIS REG. 3.

I. *alias Appio. (a) Novel. 78. usque ad 91. (b) Liberat. diac. in Brev. c. 22. (c) Extat. inter Acta Silverii to. 2. Concil. & to. 1. epist. Rom. Pont.

ANnus Domini quingentesimus undequadragesimus Apione * Ægyptio Consule absque collega notatur: ita Apio ab Api denominatus Ægyptius: licet in Novellis Imperatoris, pro Apione, Ario ponatur. Novellæ (a) enim complures, quæ sub Consulatu Arionis datæ repeRiuntur, sub Apione Consule scriptæ noscuntur. Numeratur idem annus belli Gothici in Italia quartus. Cum Silverius Papa, tertio exacto sedis suæ anno, exagitatus (ut dictum est b) adversariorum calumniis & in Palmaria insula relegatus detentus, conventu habitu quatuor, qui eum convenerant, Episcoporum, adversus Vigilium Romanæ Ecclesiæ cathedræ invasorem anathematis sententiam tulit, hisque verbis conscriptam, ad ipsum misit (c):

Silverius Episcopus Vigilio.

II. Silverius relegatus damnat Vigilium intrusum.

Multis te transgressionibus irretitum, sacerdotalis jamdudum novit generalitas. Et quia cruentis humano sanguine manibus decessoribus nostris pervicacia tua subripiens, Leviticis præsumpseris excubare ministeriis, plerique noverunt Fidelium. Nam quia contra jura canonica, temporibus sanctæ memoriæ Bonifacii Papæ, ipso vivente, successor ejus designari conabaris, nisi tibi amplissimi Senatus obviasset justitia; tunc providentia pastorali ac Pontificali auctoritate, tua execranda jam debuerant auspicia detruncari. Sed dum parvum vulnus in te neglectum est, insanabile accrevit apostema: quod nisi ferro altius abscindatur, fomentorum sentire non potest medicinam. Quippe qui nequissimi spiritus audacia, am-

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLXXVII. A.C. 539.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6032.

☉ 16. B. ☽ 8. P. 24. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 539.

VIGILII PAPÆ 3.

JUSTINIANI IMP. 13.

VITIGIS REG. 4.

I. *Quindecennalia Justiniani.*

[1] APpio absque collega in Oriente Consul processit, diciturque ab Auctore Chronici Alexandrini *Strategii filius*. Baronius & Onuphrius *Appionem* hoc anno Consulem *Ægyptium* vocant, & hoc pacto eum cum Appione Ægyptio ejus avo, Patricio & ærarii castrensis Præfecto, quem Procopius lib. 1. de Bell. Persic. cap. 8. prodit, ab Anastasio Imp. consortem Imperii renunciatum fuisse, perperam confundunt. *Appius* enim *Ægyptius* pater fuit *Strategii*, qui anno DXXXII. Justiniani jussu interfuit Collationi Orthodoxos inter & Severianos habitæ, ut testatur Innocentius Episcopus Maroniæ qui eam literis mandavit. In ea enim, ut videre est apud Baronium eo anno num. XXXIV. *Patricius Strategius*, qui tunc Comes erat divinarum Largitionum, sic alloquitur Episcopos: *Scitis & vos, quoniam gloriosæ memoriæ pater meus Appius ex Ægyptiorum oriundus Provincia*, &c. Hic vero *Strategius* pater fuit Appionis hoc anno Consulis, ut mox ex Chronico Alexandrino diximus. Vivebat adhuc hoc tempore *Strategius*, ut liquet ex Procopio lib. de bell. Persic. cap. 1. ubi vocat eum *Patricium & Imperatoriæ Gazæ Præfectum*, & ex Novella Justiniani CV. anno DXXXVI. data, quæ inscripta est *Strategio Comiti sacrarum Largitionum, Exconsuli & Patricio*, qui ideo Consul honorarius fuerat. Nepotes vero avorum nominibus apud Romanos sæpe appellatos jam observavimus. In Novella LXXVIII. aliisque iste *Appio* dicitur *Ario*, errore nato ex Græca littera P. accepta pro Latina P. Littera enim Latina R. Græcis est p, id est, ρ. Sic in Lege VI. Codicis Justiniani *de Officio Rectoris Provinciæ*, legitur *Civitas Phodiorum*, loco, *Civitas Rhodiorum*, ut notat Cujacius IV. observat. VI. *Quindecennalia* Imperii vivente Justino a Justiniano suscepti.

A num. I. ad X. Est hic annus belli Gothici *quintus*, quo Romanis consilium fuit, *Ostrogothos* ex agro Piceno pellere, ut videre est apud II.

NOTÆ [1] COss. *Appio* sine collega. Montfauconius in Palæographia Græc. pag. 174. ex Græca inscriptione latine redditur: *murus instauratus post consulatum Flavii Appionis viri clarissimi anno II.* Hæc autem ad A. D. 541. spectare censet Montfauconius. Lapis Ticini in Sanctissimæ Trinitatis, apud Muratorium pag. CDXXIV. 6.

HIC IN PACE REQVIESCIT B. M.
THEODORA DIACONISSA
QVÆ VIXIT IN SÆCVLO PLM. XLVIII.
D. XI. KAL. AVG. V. P. C. PAVLINI IVN. V. C. IND. II.

Siglæ V. P. C. quintum post consulatum Paulini designant, atque adeo annum æræ vulgaris 539. quo indictio secunda decurrebat. Victor: *Apione V. C. consule*. Epitome temporum & Indiculus Paschalis: *Appione Cons.* GEORGIUS

ambitionis phrenesim concipiens, in illius Apostolici medici, cui animas ligandi solvendique collata, & concessa potestas est, versaris contumeliam, novumque scelus erroris in Apostolica sede rursus niteris inducere; & in morem Simonis, cujus discipulum te ostendis operibus, data pecunia, meque repulso, qui favente Domino, tribus jam jugiter emensis temporibus ei præsideo, tempora mea niteris invadere. Per tria hæc mensa tempora tres annos, divinæ Scripturæ more, suæ sedis jam elapsos Silverius notat, qui subdit.

III. Privatur Vigilius abrepto Pontificatu. *Habeto ergo cum his qui tibi consentiunt pœnæ damnationis sententiam: sublatumque tibi nomen & munus ministerii sacerdotalis agnosce, sancti Spiritus judicio & Apostolica a nobis auctoritate damnatus. Sic enim decet fidem sanctorum Patrum in Ecclesia servari Catholica; ut quod habuit amittat, qui improbabili temeritate quod non accepit, assumpserit. Data octavo Kalendas Julii.* Quod sequitur, Principe Basilio, sive (ut alia lectio habet) Belisario Patricio; adjectum putatur, cum temporibus his Silverii nullus conveniat Belisarii Consulatus, neque Basilii: quorum alterius, nempe Belisarii contigit ante annos duos; alterius itidem, Basilii scilicet, post annum sequentem. Subiicitur autem huic sententiæ ejusdem Papæ subscriptio & aliorum qui interfuerunt Episcoporum: *Cælius Silverius Papa urbis Romæ huic decreto anathematis in Vigilio pervasore facto, ad omnia statuta consensum præbens, subscripsi. Pariter & quatuor Episcopi subscripserunt, id est, Terracinensis, Fundanus, Firmanus, & Minturnensis. Data est chartula per Anastasium subdiaconum.* Hactenus ibi.

IV. Sic igitur beatissimus Pontifex una cum Apostolo Paulo vinctus in Domino, æque cum Paulo illud Apostolicum concinit: (*a*) *Laboro usque ad vincula, quasi male operans; sed verbum Dei, non est alligatum.* Ita quidem, cum licet deportatus in insulam, inclusus carceri, vallatus custodia, atque consumptus inedia, nihil tamen remittit sacerdotalis roboris atque constantiæ, vel Pontificiæ potestatis: potensque gladio Spiritus, quod est verbum Dei, sciens cunctos sibi populos habere subjectos, quos suo arbitrio vel absolvat, aut æternis vinculis obliget, auctoritate qua pollet, adversus Romanæ Ecclesiæ invasorem, spuriumque intrusum Pontificem valide telum damnationis intorquet; & universo ostendit Orbi, illum qui fastigium Apostolici throni ruiturus ascendit, seque pro Pontifice gerit, non referre Simonem Petrum, sed magum, neque Vicarium esse Christi, sed Antichristum. Eminet, licet conculcata pressuris, in insula Apostolica sedes; illustratur Antistitis præsentia plusquam Roma Palmaria; non angustiatur exiguæ insulæ termino, nec clauditur circumdantis maris Ecclesia fluctibus, quæ magis dilatatur adversis & crescit angustiis. Fœcunda antiquorum martyrum palmis ipsa Palmaria, novo germine, tanti Pontificis martyrii palma mirifice decoratur; eoque magis, quod pacis tempore, cum nullus Christianæ fidei hostis Gentilis tyrannus insurgit, sola ipsa ejusmodi triumphali fronde virescit. — *In vinculis nitet Pontificia potestas.*

(*a*) 2. *Tim.* 2.

V. Interea vero congemuit universus Catholicus orbis ad universalis Ecclesiæ Præsulis ignominias, communicans ipsius vinculis (ut licuit) scriptis epistolis, quarum unicum quod superest, hic tibi reddimus monumentum: quas enim unus inter alios Amator Episcopus (quem puto Augustodunensem illum (*b*) qui hoc tempore claruit sanctitate) ad eum litteras cum muneribus dedit, ut ea quam patiebatur ipsum levaret inopia, hic tibi integras exhibemus; sic enim se habent (*c*):

(*b*) *De eo Roman. Martyrol. die 26. Novembr.*

(*c*) *Tom.* 1. *ep. Rom. Pont. ante epi. Silver.*

VI. Amatoris Episcopi ep. ad Silverium Papam.

Beatissimo Silverio Amator Episcopus.

A quibusdam, Pater dilectissime illis a partibus adventantibus audivimus, vos a sede sancti Petri injuste pulsum, exilio destinatum. Quod nimis grave ferentes, misimus parva munuscula, id est, argenti libras triginta, ad vestram vestrorumque sustentationem; quæ petimus ut

PAGIUS *Gesta anno V. belli Gothici.* apud Procopium lib. 2. Bell. Goth. cap. 18. & seqq. ubi & ait, Fesulas, Auximum, Ravennam, ipsumque Regem *Vitigem* captivum in potestatem Romanorum devenisse, ac *Theodebertum* Francorum Regem cum ingenti exercitu Alpes superasse, ut Ostrogothis auxilio esset, sed acceptis *Belisarii* Literis in Franciam rediisse. Quibus narratis Procopius librum illum 2. his verbis claudit: *Et annus tunc quintus hujus belli exibat, quod Procopius Historiæ demandavit.* Quare quæ de Ravenna cum Vitige reddita Belisario anno sequenti a Baronio narrantur, gesta sunt ejusdem anni exordio, quo adhuc annus V. belli Gothici in cursu fuit. Qua de re infra.

III. *Epistola Silverii PP. ad Vigilium supposititia.* Cæterum *Silverius* Papa die XX. mensis Junii anni elapsi mortuus est, licet Baronius mortem ejus in annum sequentem male differat, ut ibidem videbitur. Epistola *Silverii* Papæ *Vigilio* inscripta, cujus initium: *Multis te transgressionibus irretitum*, &c. supposititia est, ut ostendunt styli barbaries, falsa nota Consularis, & emendicatæ ex Epistola Felicis II. ad Acacium sententiæ. Præterea nullo Historicorum testimonio confirmantur, quæ de Vigilio *Silverius* in ea narrat, scilicet *cruentis sanguine manibus* Leviticum munus affectasse: *Decessoribus suis* subrepsisse: & Senatus justitia repressum fuisse. Tertio, incredibile est, *Silverium*, quem statim a dejectione sub inimicorum custodia detentum, ac in exilium deporta-

ut ita grato animo suscipiatis, sicut grata mittuntur intentione. Precamur quoque, ut per vestram epistolam nobis remandare * *non dedignemini, qualiter circa vos sit actum, vel modo agitur; ut certam rationem de vobis scire, & fratribus valeam nunciare. Quid enim putas de nobis fieri, Pater summe, cum de summo Pastore & Vicario sancti Petri talia fiunt? Vos tamen nolite multum tristari, sed confortamini semper in Domino: quoniam potens est Divinitas immensæ tempestatis incerta bono serenitatis amovere. Ora pro nobis, beatissime Papa.* Hactenus epistola sine die & Consule. Extat ad eumdem Amatorem reddita Silverii nomine epistola ab aliquo otioso ex Anastasii scriptis consarcinata, mendacii Consulum apposita nota, a veritate historica procul abhorrens, quam ex hujus temporis scriptore Liberato diacono sincere prodidimus: unde indignam putantes quæ ipsius Silverii nomine censeatur, relinquimus eam undique imposturæ labe suspectam.

* renunciare.

VII. Quod vero ad Pontificis defensionem spectat, iniquitas temporis reddidit Silverii vincula duriora. Etenim cum a Gothis Urbs esset obsessa, & universa Italia motibus Græcorum quateretur atque Gothorum; quodque scirent omnes, Belisarium cum universis viribus Orientalis exercitus pro adversariis contra Silverium militare: factum est, ut relegato Pontifici ad eum in sedem restituendum nullus suppetias ferre posset: non clerus Romanus foris Gothorum obsidione vallatus, & intus custoditus ab exercitu Imperatoris, quicquam ex more præstare valuit; non reliqui Episcopi, quod viderent frustra se niti posse, tot ingruentibus malis, contra torrentem; expectantes omnes, si meliora forte, quod esset in optatis, tempora aspirarent. Silent leges, cum arma strepunt, nec canonum auditur clamor, ubi reboante classico milites excitantur.

Infelicissima tempora.

VIII. Sic itaque injuria temporis factum est, ut ab Ecclesia indefensum ipsius Ecclesiæ visibile caput opprimi sineretur, quod alias, urgente etiam Gentilium persecutione, accusationum vinculis absolutum, congregatum in criptis Episcoporum Concilium suo ipsius judicandum arbitrio jussit abire liberum. Ex quibus magis quis deploret istiusmodi infelicissimum omnium rerum statum, quo sub Christianis Principibus fieri contigerunt, quæ sub Imperatoribus Ethnicis iisdemque diris persecutoribus, ne fierent, Occidentalis orbis Episcopi sedulo studio intercesserunt: dum sine Episcoporum sententia damnatur absque spe ulla restitutionis Episcopus Episcoporum, & subrogatus artibus hæreticorum is sedet, qui cum iisdem hæreticis de restitutione damnati hæretici convenisset. Hoc quidem discrimine gravius invenimus numquam, neque periculum manifestius, sub quo fuerit Romana Ecclesia constituta. Sed qui super maria fundavit eam, de excelso solio clamat: Confidite, ego vici mundum.

Relinquitur indefensus Rom. Pont.

IX. Sed quid post hæc Silverio accidit? Moverunt adversariorum invidiam obsequia illa ipsi ab Episcopis diversis impensa; auxit & in eum odium ab ipso in Vigilium anathema recens illatum: cujus rei causa factum est, ut arctiori custodiæ traderetur, ac denique (quod Liberatus diaconus testatur) consumi inedia cogeretur: sed id quidem sensim, non statim violenterque: adeo ut in annum sequentem ærumnosam vitam produxerit; adhuc enim annum unum ferme vixisse, ex eo cogimur affirmare, quod qui octavo Kalend. Julii (ut dictum est) in Vigilium litteras anathematis dedit; Et tam ex Anastasio, quam ex Romano Martyrologio, duodecimo Kalend. Julii obiisse legitur: non hoc utique anno, sed sequenti eum esse defunctum, affirmare necesse est. Dicemus de eo suo loco.

Quæ Silverius Papa pati coactus a Vigilio.

X. Sed quantis hæc Deus illata in Summum Pontificem mala immissis cælitus cladibus vindicarit vix credi potest; referreque detrectarem, quod superare videantur humanum captum: sed cum hæc Procopius referat, qui hoc tempore eamdem quam habebat præ oculis scribebat historiam, verbis ipsius hic describere minime prætermittam. Sub hoc enim anno decimotertio Justiniani Imperatoris hæc adeo infelicia contigisse narrat in Oriente, unde malum tantum originem

PAGIUS tatum Liberatus testatur, indicto Episcoporum Conventu anathematis sententiam in Sedis suæ pervasorem pronunciasse. Neque enim id eo tempore contingere potuit, quo *Pataram*, patria pulsus, Sede privatus Pontifex incolebat; cum huic anathematis Decreto, non Asiani, sed Itali subscribant Episcopi. A reditu excommunicatum *Vigilium* nemo dixerit; statim enim *Silverius* Vigilio æmulo suo traditus est, & in *Palmariam*, vel *Pontium* Insulam deportatus, ubi verisimile non est, custodum vigiles oculos fallere, Synodos indicere, Canonicas Sanctiones condere, Anathematismos in adversarios torquere potuisse. Quare ea Epistola ex Annalibus expungenda.

IV. Suppositiția pariter *Amatoris* Episcopi Augustodunensis ad Silverium Epistola, a Baronio etiam recitata, ut demonstrant Consulatus nota mendax, styli barbaries, phrases & sententiæ, ex legibus Honorii & Arcadii Impp. ex Leone & Gregorio Romanis Pontificibus, & Bonifacio Moguntino Archiepiscopo excerptæ. Denique hanc Epistolam Isidori Mercatoris partum esse, ostendunt verba Ennodii, & Silverii calamitatum Historia, qui statim atque *Pataram* exilii sui locum deportatus, ab Im-

Epistola Amatoris Episc. Æduensis ad Silverium suppositia.

(a) Procop. de bello Persic. l. 2. nem duxit, his verbis (a): *Ingentes igitur tunc Hunnorum exercitus Istrum transmittentes in omnem Europam invaserunt, nec ulla natio tot in hac parte maleficia damnaque intulit. A sinu enim Jonico hi barbari omnia usque Bizantii suburbana populati sunt, arcesque duas munitissimas in Illyrico, civitatemque Casandream vi everterunt, quam antiqui Potideam vocabant: multaque gaza simul cum centum & viginti millibus hominum captis, domum reverterunt, nullo penitus eis resistente. Posteris autem temporibus sæpius reversi intoleranda Romanis mala intulerunt: nam in Chersonnesi expugnatione oppidanos deceperunt, ex parte maris (Melanes vocatur) muros ascendentes de improviso eos oppresserunt, quorum partim capti, partim interfecti sunt. Nonnulli angustias maris inter Abidum & Sextum transeuntes, in Asiæ loca excurrentes, Chersonnesum reverterunt. Inde denique rursus domum cum toto exercitu se receperunt. In alia item irruptione Illyricum repetentes, Thermopolim obsedere: oppidanis se acriter defendentibus, vestigabant quanam via facilius ascendere possent; præter spem unam repererunt, quæ ad montem bis supervenientem * ducit. Sic omnes fere Græcos, præter quam Peloponnesiacos infestantes tertio domum remigrarunt.* Hæc de Hunnorum incursionibus Procopius: quibus tradit inferius, annuam esse pollicitum Imperatorem pecuniam, sicut & Sarracenis: ita ignominiose coactus est Imperator a barbaris ingruentibus redimere pacem pensitatione tributi, qui haud pridem, cum Dei amicus esset, Uvandalos, Gothosque invictos superasset.

Clades illatæ Orientalibus.

* supereminentem

XI. Et unde (si quis accurate investigabit) tantorum malorum causa provenisse, dicenda, nisi ob numen offensum? Quoddam hoc fuit quodammodo monstrum, ut qui victor in omnibus Justinianus Imperator universa Africa potitus fuit, atque item bello Siciliam, Dalmatiam, Italiamque una cum Urbe recepit, idem ex insperato Hunnos pati coactus sit infundentes se usque in Constantinopolitanæ urbis mœnia, nec eos quicquam virium habuerit expellendi. Quis non manu tractet, & aperta omnino luce non videat, vocari a Deo barbaros in demolitionem & damnum Imperii, cum sancta religio e Principibus sauciatur? Cum factum est in Silverium, quod nec profanus aliquis tentare ausus fuisset; passum est ab Hunnis Romanum Imperium, quod vix quælibet destituta sine Rege provincia subitura fuisset.

XII. Sed pauca sane hæc atque adeo levia quisque dixerit, si conferat cum his quæ post hæc mala sunt subsecuta, hoc tamen anno fieri cœpta. Et quænam hæc? Audi ex eodem auctore Procopio, dum ait, hoc ipso anno decimotertio Justiniani Imperatoris Cosrhoen Regem Persarum statuisse rumpere fœdus, quod perpetuum fuerat cum Romanis sancitum, nec ullis potuisse ab instituto revocari litteris vel legationibus Imperatoris: quænam vero ingentia mala bellum hoc secum vexerit, idem fusius narrat, nosque suis locis summatim dicturi sumus. Vitigem enim Gothorum Regem per legatos solicitasse Cosrhoen ad inferendum bellum Justiniano Imperatori, idem Procopius alibi tradit (b). His quidem malis Orientale Imperium hoc anno exagitatum constat. In Occidente vero post fatigatam Italiam diuturno Gothico bello, postque longam Urbis obsidionem, ingenti penuria universus populus laboravit. Ita plane in ultionem scelerum patratorum exacuens gladium iræ suæ, *famem vocavit Deus super terram* (c) & *omne firmamentum panis contrivit*: ac secundum illud propheticum (d): *Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo*: equidem quod bellicæ devastationi superfuit, penuria devoravit, & pestis; & si quid a penuria & peste remansit illæsum, rursum furor Gothicus devastavit: ita ut non soluta obsidio Urbis, sed potius ejusdem dilatum videri potuisset excidium, nec Gothorum tantum, sed Græcorum etiam gladiis tradita Italia devoranda.

Aliæ clades Imperii.

(b) Procop. de bello Goth. l. 2.

(c) Psal. 104.

(d) Joel. 1.

Sed

PAGIUS Imperatore Patareni Episcopi precibus exorato Romam revocatus est. Quæ si vera sint, quo in loco *Silverius* redux *Amatoris* munera suscepit? Hæc mere fabulosa. Supposititia denique *Silverii* Papæ Epistola ad *Amatorem*, ut ipsemet Baronius fatetur, qui eamdem censuram duabus præcedentibus inurere debuit. Neque enim per hæc tempora Augustoduni *Amator* sed *Agrippinus* sedebat ab anno scilicet DXXV. usque ad præcedentem, quo Concilio Aurelianensi III. interfuit, quove *Silverius* mense Junio mortuus est. *Agrippino* non multo post successit *Nectarius*, ut legere est apud San-Marthanos, & Annales Ecclesiast. Franc.

V. Ad num. XII. *Persæ* hoc anno bellum in Romanos decernunt. Nam, ut habet Procopius lib. 2. de Bell. Persi. cap. 2. *Vitiges* variis jam affectus cladibus ad Chosroen binos, qui illi expeditionem in Romanos suaderent, Legatos misit. *Ligures Sacerdotes pecunia ad id magna inductos*. Significarunt hi Chosroi Persarum Regi *Justinianum* Orbi terrarum universo inhiare, & postquam Gothicum Regnum evertisset, in Persas armaturum. *Chosroes* Justiniano invidens ad solvendam pacem impulsus est: *Placuit inferre primo vere Romanis arma. Erat autumnus, agebatque annum Imperii Justinianus XIII.* inquit Procopius cap. 4. qui capite sequenti narrat, *eodem tempore* Cometem

Persæ bellum in Romanos decernunt.

XIII. Quid tempore obsessæ Urbis. Sed antequam ista adeo ærumnosa laboris dolorisque plena narremus (ut cuncta ordine temporum describamus) quæ prius de Urbis obsidione ab eodem Procopio sunt dicta, ea scilicet quæ ad institutum pertinent, hic describamus. Quæ igitur mense Martio anno superiori obsideri cœpta est, ultra annum dies novem eamdem obsidionem propagatam fuisse Procopius tradit (*a*) cujus quoque testificatione, Romanorum studium erga Christianæ religionis cultum mirifice commendatur, cum quæ essent Gentilitiæ superstitionis mirum in modum detestarentur; quod ex iis quæ tunc acciderunt, digno exemplo edito demonstrarunt: cujus rei causa fortasse accidit, ut non tam cito, veluti sub Alarico, tradita Gothis ipsa Urbs fuerit, quando (ut suo loco superius dictum est) vigebat apud plurimos nobilium superstitio idolorum. Verum licet purissimi modo Romani, paucis exceptis, essent Christianæ religionis cultores, proculque abhorrerent ab omni cultu deorum; tamen quod rejecto legitimo sacerdote, illic illud in loco sancto esset exaltatum idolum, ob Græcos tale sensit Urbs ipsa flagellum: dederunt & pœnas, qui tantæ abominationis fuerunt auctores: Sed quæ de Jani delubro scribat Procopius, audiamus.

(*a*) *Procop. de bello Goth. l.1. & 2.*

Superstitione Gentilitia explosa, urbs fortior reddita.

XIV. *Per id tempus* (inquit *b*) *Romani quidam Jani fanum aperire, foribus vi occulte illata, tentarunt. Hic Janus deorum antiquissimus fuit, cujus foro in medio & ex adverso Capitolii sacellum extat paulo supra eum locum, quem nunc Romani Tres Parcas appellant. Id vero Jani sacellum totum ex ære constructum fuisse sat constat, & quadrata quadam dimensione locatum; tantæque amplitudinis, quanta integri Jani statua poterat, quæ utique & ipsa cum ænea sit, non minor quam quinquepedalis esse apparet, per cætera omnia mortali similis, capite dumtaxat bifrons, ita ut facies altera in orientem Solem divergat, in occidentem altera: portæ utrinque & æneæ in faciem alterutram versæ: quas ferme in pace & prosperis rebus occludi Romani veteres quondam instituerunt, contraque aperiri, dum interea bellum his esset. Sed Christianæ fidei disciplinam si uspiam alii umquam, Romani præcipue sunt venerati. Unde has Jani portas perinde neglectas, ne bellantes quidem aperuere. In ea tamen obsidione nonnulli, vetustæ illius (ut reor) opinionis & cultus memores facti, enisi clam sunt patefacere; haud tamen omnino id exequi potuerunt, nisi eatenus, ut fores vim passæ non invicem sic cohærerent, ac antea arctius cohæsissent. Latuere tamen qui aggressi id facinus fuerunt, nulla ejus rei, ut in tanta omnium perturbatione, habita quæstione; quippe cum nondum ad Principes ipsos id delatum fuisset.* Utpote qui haud inultum facinus relicturi erant, ubi ejus auctores solicite perquisitos adinvenissent. Si igitur adeo magnum execrandumque æstimabatur sacrilegium, vel aperire Jani portas esse tentatum; quæ de sacrificantibus Diis, aliosve superstitiosos deorum cultus tentantibus fuerant pœnæ sumendæ? Hæc de Urbis obsidione; quam perdurasse menses quatuordecim dum alii tradunt, certe a Procopio, qui fuit præsens, erroris penitus arguuntur cum ipsam annum unum & dies novem perseverasse tantum affirmet. Sed quæ his successerunt mala, narremus.

(*b*) *Procop. de bello Goth. l.1.*

Sub hoc eodem anno, qui quartus belli Gothici a Procopio ponitur inchoatus, dira fames vexavit Italiam, de qua ista idem auctor habet (*c*): *Cum* (inquit *jam se verterat annus, & messis tempus adesset, in campis frumentum sua sponte maturescebat; non tamen qua prius id copia fuit, sed longe minori, ut quod nec hominum manibus, nec boum labore satum humoque tectum fuisset, sed temere in agri superficiem jactum: unde ejus pars quædam terræ vi foras emerserat; ipsum id tamen cum demeteret nemo, præ nimia sui maturitate in terram iterato excidens renascebatur. Quæ res cum eumdem in modum in Æmilia accidisset, ejus regionis homines propriis sedibus ac bonis relictis, in agrum Picenum profugerant, ha-* XV.

Dira fames Italiam vexat & pestis.

(*c*) *Procop. de bello Goth. l.2.*

PAGIUS

tem apparuisse, & *Hunnos* trajecto Istro omnia populatos esse. Quam Hunnorum irruptionem Baronius num. X. recte recitat.

VI. A num. XIII. ad XIX. Procopius lib. 1. de Bell. Goth. cap. 24. testatur, Romam a Vitige obsessam esse *ineunte Martio*, & lib. 2. c. 10. ait: *Jam annus circa vernum Æquinoctium se vertebat, in obsidione contritus totus cum diebus praterea novem; quando Gothi castris suis omnibus incensis, prima luce, se in viam dederunt.* Tum cap. 12. scribit: *Cum hyeme annus exiit tertius belli hujus, quod Procopius literis mandavit*, cum hyeme scilicet anni Christi quingentesimi tricesimi octavi. Quare *Roma* a Vitige mense Martio anni DXXXVII. obsessa, & mense Martio anni DXXXVIII., non vero currentis Christi anni, ut putavit Baronius, obsidio soluta. Durante obsidione pestis & fames Romanos valde vexavit: *Æstivo Solstitio ineunte*, inquit Procopius lib. 2. cap. 3. *cum fame pestis Urbem invasit, militibus rei cibaria nihil erat reliquum prater panem; quo ipso defecti Romani cateri, fame simul & lue gravissime conflictabantur.* Nec minora Gothos damna accepisse refert Procopius cap. 14. *Ita ut*, inquit, *jam ipsos quoque urgeret fames*, &c. *Accessit pestilentia, qua cum eos invasisset, multos necabat.* Hinc Gothi desperare bello cœperunt, ac de discessu deliberare. Itaque Oratores *Romam* destinant, & pactis Induciis utrim-

Roma anno DXXXVII. a Vitige obsessa, & anno DXXXVIII. obsidio soluta.

haudquaquam existimantes ejus provinciæ loca, quia maritima essent, eadem omnino rei frumentariæ inopia premi. Tuscos præterea haud secus ac pari de causa fames attigerat. Ex his tamen qui montes incolerent, frumenti in modum e glandibus commolitis confectum panem edebant. Unde vulgatis velut in pecua morbis, uti par erat, multi mortales capiebantur, & paucis superstitibus interibant. In Picentes autem tradunt non minus quinquaginta millia hominum præ inedia interiisse, & longe plures extra Jonicum sinum. Qua autem morbi specie, & quemadmodum hi morerentur, mox explicabo.

XVI. Quæ famis tempore tristia acciderint. *Cum enim nihil iis esset quo vescerentur, extenuati nimirum omnes pallentesque reddebantur, caroque ut cibo diutius carens in se ipsa retracta cohæserat: felle item cum nimium abundaret, atque adeo corpora ipsa vi sua oppressa jam infecisset, haudquaquam sinebat suo e pristino cursu in his venas defluere. Malo itaque pervincente, nihil prorsus succi corporibus relinquebatur. Cutis præterea obdurata corio persimilis erat, præ se maxime ferens quod impacta ossibus inhæsisset, livore jam in nigredinem commutato: unde & homines exustis facibus nihil absimiles videbantur, eorumque facies stupidior erat, torvusque & furentis aspectus. Mortem itaque passim obibant, cibi partim inopia, nimia partim saturitate. Nam postquam in his fuerat calor omnis extinctus, quem natura introrsum exusserat; si quis forte eos ad satietatem & non paulatim cibasset (ut recens nati lactari solent) cum ingestos minus digererent cibos, celerius longe moriebantur.* Esus humanarum carnium. *Fuere qui fame cogente, alterni se esitarent: Feminas enim duas fuisse tunc tradunt, quæ viros septemdecim interfectos absumpserint. Hæ namque (ut ferunt) cum solæ & resides domi, cæteris mortuis superfuissent, divertentibus ad se peregrinis, noctuque dormitantibus interfectis divescebantur: septem itaque & decem diversis temporum spatiis in cibum absumptis, octavus ac decimus qui ad has forte diverterat, somno tunc subito experrectus, cum in se eadem quæ & in cæteros fecerant, molirentur, cognita primum facti ab his ratione, utrasque obtruncat.*

XVII. *Sed eo jam alibi evaserat famis necessitas, ut quicquid ubique herbarum esset, celerius nonnulli adirent, & genu in terram nisi, cum avellere has niterentur, deficientibus viribus (nam e corporibus vigor omnis abscesserat) porrectas ad herbas solo moribundi procumberent; insepultique passim manerent, cum hos nemo humo contegeret: non enim erat qui sepulturæ rationem haberet.* Hactenus de fame Procopius horum inspector ac deplorator.

Porro Miscellæ auctor conjungit famem hanc cum ea quam Urbs passa est, dum obsideretur: sed quam atrox ista fuerit, testificatione S. Dacii Mediolanensis Episcopi ita paucis describit: *Tanta siquidem per universum mundum eo anno, maximeque apud Liguriam fames excreverat, ut (sicut vir beatissimus Dacius Mediolanensis Antistes retulit) pleræque matres infelicium natorum comederent membra.* Hæc ipse, quæ quidem perperam ponit sub anno decimoquinto Imperatoris: sicut & errare convincitur Cedrenus, qui eamdem sub anno nono recenset. Nam quantum ex Procopio, qui præsens fuit, inspicere licet, ad præsentem hæc sunt annum referenda. Sed non defuit tunc Dei servis annona. Esus filiorum.

Tunc enim accidisse videtur mirandum illud, quod sanctus Gregorius de Sancto Benedicto narrat his verbis (a): *Alio quoque tempore in eadem Campaniæ regione fames incubuerat, magnaque omnes alimentorum indigentia coangustabat. Jamque in Benedicti monasterio triticum deerat: panes vero pene omnes consumpti fuerant, ut non plus quam quinque ad refectionis horam fratribus inveniri potuissent. Cumque eos venerabilis Pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatem studuit modesta increpatione corrigere, & rursum promissione sublevare, dicens: Quare panis inopia vester animus contristatur? Hodie quidem minus est, sed die crastina abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinæ modii ante fores cellæ in saccis inventi sunt, quos omnipotens Deus quibus deferentibus transmisisset, nunc usque manet incognitum. Quod cum fratres cernerent, Domino gratias referentes, didicerunt jam de abundantia nec in egestate dubitare.* Hæc Gregorius. XVIII.

(a) *Greg. dial. l. 2. c. 21.*

S. Benedicto divinitus suppeditata annona.

XIX. Sub eodem quoque anno quarto belli Gothici recenset idem qui supra Procopius cladem civitatis Mediolanensis, quando

PAGIUS utrimque obsides dati sunt, ut refert Procopius cap. 6. Tandem mense Martio anni DXXXVIII. ut diximus, Gothi discessere.

VII. *Mediolanum a Gothis obsessum & eversum.* A num. XIX. & seq. *Mediolanum* Gothi castris positis obsedere, postquam ad Urbem *Belisarius* præsidium misisset, ut narrat Procopius lib. 2. de Bell. Goth. cap. 13. quod sub initium superioris Christi anni contigit; cum ea obsidione narrata statim afferat Procopius cum hyeme exiisse annum belli Gothici tertium. Verum obsidione longius extracta, obsessi premente jam nimium fame sic vincebantur, ut plerique a canibus, muribus, aliisque animantibus, antea non receptis in cibum, dentes minime abstinerent, inquit Procopius ibidem cap. 21. dum verba facit de iis, quæ an-

do a Gothis capta & solo penitus æquata est. Rem gestam ipse (*a*) pluribus scribit, quem tu consulas. Sed quæ post tantæ urbis excidium enarratum fusius, brevi cuncta stringens epilogo, demum adiicit, accipe: *Mediolanum vero amplissimam urbem solo æquatam delent, in eaque virorum trecenta millia sine ullo ætatis respectu trucidant: feminas vero servitiorum in morem abductas Burgundionibus dono dedere, ut promeritas his gratias redderent pro inita secum belli societate. Reparatum vero, qui ad Romanos defectionis causa fugerat, inventum, comprehensumque & minutatim concisum vorandum canibus objecere. Birgentius tamen ejusdem non expers noxæ (nam & is Mediolani tunc aderat) fugiens in Venetos abiit; indeque sequentibus suis, in Dalmatiam venit, & ex ea provincia ad Imperatorem se Byzantium contulit.* Hæc Procopius: quæ quidem facta sunt a Mundila Gothorum Duce fœdifrago.

(*a*) Procop. de bello Goth. l. 1.

Excidium Mediolani.

XX. De Dacio autem Episcopo Mediolanensi, quem jam antea legatione apud Belisarium functum esse ex Procopio (*b*) diximus, quid factum sit, licet nihil dicat; ipsum tamen fuga lapsum cruentorum manus evasisse Gothorum, S. Gregorius (*c*) Papa testatur, pervenisseque Constantinopolim: sed quod persecutores Gothi Ariani essent, causa fidei exactum civitate ipse putavit; qui & quid in via eidem acciderit, ita narrat: *Ejusdem quoque Principis tempore*, nempe Justiniani, *cum Dacius Mediolanensis urbis Episcopus, causa fidei exactus, ad Constantinopolitanam urbem pergeret, Corinthum devenit. Qui dum largam domum ad hospitandum quæreret, quæ comitatum illius totum ferre potuisset, & vix inveniret, aspexit eminus domum congruentis magnitudinis, eamque sibi præparari ad hospitandum jussit. Cumque ejusdem loci incolæ dicerent, in ea tunc manere non posse, quia multis jam annis hanc diabolus inhabitaret, atque adeo vacua remansisset; vir venerabilis Dacius respondit: dicens: Immo ideo hospitari in eadem domo debemus, si hanc spiritus malignus invasit, & ab ea hominum habitationem repulit. In ea sibi igitur parari præcepit; secutusque illam, antiqui hostis certamina toleraturus, intravit: Itaque intempestæ noctis silentio, cum vir Dei quiesceret, antiquus hostis immensis vocibus, magnisque clamoribus cœpit imitari rugitus leonum, balatus pecorum, ruditus asinorum, sibilos serpentum, porcorum grunnitus, stridores soricum. Tunc repente Dacius tot bestiarum vocibus excitatus, surrexit vehementer iratus, & contra antiquum hostem magnis cœpit vocibus clamare, dicens: Bene tibi contigit, miser: tu ille es qui dixisti: Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis Altissimo. Ecce per superbiam tuam porcis & soricibus similis factus es: & qui imitari Deum indigne voluisti, ecce (ut dignus es) bestias imitaris. Ad quam*

(*b*) Proc. de bello Goth. lib. 1.
(*c*) Greg. dial. l. 3. c. 4.

S. Dacius fuga lapsus venit Constantinop.

PAGIUS

anno belli Gothici quarto accidere, qui addit, *Mundilam* Urbis Præfectum eam dedidisse, & Gothos eam solo æquasse, ut ex Procopio Baronius narrat. Hæc deditio ac strages ad annum præsentem pertinent. Procopius enim, postquam de ea egit, scribit annum quartum belli Gothici exiisse: & parte alia Continuator Marcellini ad Consulatum Joannis solius, ad annum nempe Christi DXXXVIII. asserit, *Oraium* Vitigis nepotem Mediolanum *longa* inedia detrivisse; ac dein ad Appionis Consulatum hoc Christi anno gestum inquit: *Gothi Mediolanum ingressi muros diruunt, prædamque potiti omnes Romanos interficiunt.*

VIII. Baronius num. XX. existimat, Sanctum *Datium* Episcopum Mediolanensem fuga lapsum cruentorum Gothorum manus evasisse, & Bollandus ad diem XIV. Januarii quo Sanctus Datius colitur, relata Baronii opinione ait, futurum qui hoc probabile existimet, *captum quoque fuisse Datium, sed Cassiodori veteris amici gratia libertati deinde restitutum.* Denique Sanctus Gregorius Papa lib. 3. Dialog. cap. 4. ait *Datium* causa fidei exactum pervenisse Constantinopolim. Verum hæc omnia incerta: *Datius* enim anno DXXXVII. a Mediolanensibus ad Belisarium Legatus missus est, & postea annos circiter quindecim Mediolano abfuit, ut anno superiori ex Libello Clericorum Italiæ, quem Baronius & Bollandus non viderant, diximus.

Incertum qua de causa S. Datius Ep. Mediolanensis Constantinopolim profectus sit.

IX. Jonas Abbas in Vita Sancti Joannis Abbatis Reoamensis Monasterii in territorio Lingonensi positi, de ejus morte loquens ait: *migravit ad Dominum circiter centum viginti annorum, quinto Kalendas Februarii.* Petrus Verovius, qui hujus Monasterii Historiam collegit, refert se in MSS. Reoamensibus adnotatum invenisse, obiisse Joannem, *anno Domini quingentesimo duodecimo, juxta quod in Cyclo B. Victurii Episcopi numeratur* Cyclus Victorii Aquitani DXXXII. annorum Kalendis Januariis anni Christi vicesimi octavi exorditur, ut eo anno diximus, ideoque si annis hujus Cycli numeros XXVII. adiicias, annum Christi currentem tibi repræsentabit. Hoc itaque anno, qui Cycli Victoriani est DXII. mortuus est *Sanctus Joannes*, cujus Vitam primum conscripsit Auctor coætaneus Asceta Monasterii Reoamensis, quam postea *Jonas Abbas*, ut ipsemet in suo Prologo fatetur, recognovit & interpolavit. Monachi tamen Reoamensis Opus in variis adhuc Bibliothecis extat. In eo dicitur, Joannem floruisse *a tempore Valentiniani Cæsaris atque Marciani Imperatoris*, & vixisse usque ad tempora *Theodeberti* Francorum Regis; quo pacto annos CXX. natus esse non potuit, quando vita functus est; cum *Marcianus* anno CCCCL. Imperium inierit; & tamen Gregorius Turonensis lib. de Gloria Confess. cap. 27. scribit etiam, eum vixisse centum viginti annis. Existimo itaque Sanctum Joannem anno CDXIX. in lucem prodiisse, & an-

Moritur S. Joannes Reoamensis Abbas.

quam ejus vocem (ut ita dicam) dejectionem ſuam malignus ſpiritus erubuit. An non erubuit, qui eamdem domum ad exhibenda monſtra quæ conſueverat, ulterius non intravit? Sicque poſtmodum Fidelium habitaculum facta eſt: quia dum eam unus veraciter fidelis ingreſſus eſt, ab ea protinus mendax ſpiritus atque infidelis abſceſſit. Hæc ſanctus Gregorius. Atque de his hactenus: reliqua de Dacio inferius ſuis locis dicenda erunt.

Ann. Eccl. Tom. IX.

PAGIUS & annos CXX. vixiſſe, ut habet Turonenſis; & in ejus Vita annos illos non deduci a Marciani Imperio, ſed ibi ſermonem eſſe de tempore, quo floruit, ſeu in omnium ore verſari cœpit. Sancti *Joannis* Vitam exhibet Bollandus ad diem XXVIII. Januarii; Reomenſe vero Monaſterium hodie vocatur Monaſterium Sancti Joannis, vulgo *Monſtier S. Jean.* De Sancto Joanne legendus etiam Cointius in Annal. Eccleſiaſt. Franc.

Expeditio Italica *Theodeberti* Regis Francorum, de qua anno ſequenti num. IX.

JESU CHRISTI ANNUS 540.	VIGILII PAP. ANNUS 1.	JUSTINIANI IMP. 14. VITIGIS REG. 4.

I. Consulatus Paulini Jun. additur Fastis. QUi sequitur annus Domini quadragesimus supra quingentesimum, ascriptus Fastis reperitur Consulatu solius Justini: tu addas collegam Paulinum, Juniorem dictum, ad distinctionem alterius Paulini, qui ante sex annos una cum Justiniano Imperatore Consulatum gessit. Ex Actis tertii Concilii Aurelianensis Justino Consuli hunc collegam addimus Paulinum. Cum enim in fine ejus Concilii notatum tempus habeatur, quo celebratum est, anno videlicet vigesimosexto Childeberti Regis Francorum sub Consulatu Paulini Junioris; hic ipse annus Domini quadragesimus supra quingentesimum demonstratur: secundum vero Aurelianense sub anno vigesimosecundo ejusdem Regis notatum habetur; ut plane appareat perspicua undique veritas. Sic igitur, libera jam reddita a longa obsidione Urbe, placuit Belisario hoc afflictis reddere Senatoribus, ut more majorum suum in Occidente crearent Consulem, atque Paulinum eligerent, quem scirent ex progenitoribus Consulibus procreatum. Porro idem annus a Procopio, qui per chronologiam belli Gothici numerat annos, ponitur quintus ejusdem belli.

II. Silverius Papa martyrio coronatur. Quo anno Silverius Papa in insula Palmaria relegatus, confectus ærumnis, consumptusque inedia diem tandem clausit extremum duodecimo Kalendas Julii, ita martyrii corona sublimis in cælum cum mar-

---

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLXXVIII. A.C. 540.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6033.

☉ 17. AG. ☽ 9. P. 8. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 540.

VIGILII PAPÆ 1.

JUSTINIANI IMP. 14.

THEODEBALDI REG. 1.

I. *Consul absque collega.* [1] J*Ustinus Junior* solus in Oriente Consul processit. Fuit hic *Justinus* Germani Patricii filius, consobrinus Imperatoris Justini, ut scribit Joannes Biclariensis in Chronico. *Germanus* enim nepos erat Justiniani ex fratre; Justinus vero Junior Imperator, filius Vigilantiæ sororis Justiniani. Procopius lib. 3. de Bell. Goth. cap. 32. refert etiam Justinum fuisse Germani filium, *primæ lanuginis adolescentem*, *& nuper ad Sellam Consularem evectum*. Denique Marcellinus in Chronico hoc anno ait: *Parthi in Syriam ingressi multas Urbes subvertunt; contra quos Germanus arma arripiens Justinum filium eumdemque Consulem, in ipsis fascibus secum ducit*. Quare hallucinati sunt, qui Justinum hunc cum Justino, qui postea imperavit, confudere. *Justinus* autem hoc anno Consul appellatur *Junior* a Marcellino, & a Mariano Scoto in Chronicis, quia filius erat *Germani*, & hic filius fratris Justiniani Imp. cujus nomen ignoratur. Porro *Justinus Senior* adoptavit *Justinianum* ex sorore sua natum, qui ideo *Justinum* in Novellis *patrem* sæpius appellat. Quare ob eam adoptionem *Justinus* hoc anno Consul appellari *Junior* potuit, respectu Justini Augusti anno DXIX. Consulis. Legenda egregia Inscriptio a me repræsentata anno DVII. num. XI. ad majorem hujus Consulatus explicationem. Baronius *Paulinum* quendam collegam Justino assignat, deceptus depravato Codice Aurelianensis Concilii III. ut mox videbimus. Neque enim post annum DXXXIV. ullus in Occidente Consul creatus est.

II. *Obitus Silverii PP.* A num. I. ad XI. Est hic *annus* Belli Gothici *sextus*, non vero quintus, ut perperam habet Baronius, qui Vitam Silverii Papæ usque ad hunc annum prorogavit. Verum is ærumnis confectus anno DXXXVIII. in exilio demortuus *XII. Kal. Julii*, tam ex Anastasio, quam ex Orderico lib. 2. & Luitprando. Cum vero juxta eumdem Anastasium sederit *annum unum, menses quinque, & dies undecim*, & ordinatus fuerit die VIII. mensis Junii anni DXXXVI. depositus fuit a Belisario die XVIII. Novembris anni DXXXVII. Tam Anastasius, quam

---

NOTÆ [1] C*Oss. Justinus junior* sine collega.

Epistola Milanii & Gerontii ad Faventinos, scripta in charta papyracea, & edita inter Donianas inscriptiones Cl. XIX. n. IIII. pag. 478. data *sub die XII. Kal. April. sexies P. C. Paulini Jun.* V. C.

Lapis, Lugduni in S. Irenæi apud Muratorium tom. I. pag. CDXXXII. 1.

OB. VIII. KAL. APRILIS LXI.
P. C. IVSTINI. INDICT. QVARTA

Ad hunc annum lapidem refert Muratorius, quod hoc anno Indictio quarta decurreret, non vero A. D. 626.

Victor: *Justino* V. C. *Cos.*

Epitome temporum & Indiculus Paschæ anno a passione Domini DXIII. eoque bisextili: *Justino*. GEORGIUS

martyribus collegis assumptus; cum etiam ab Ecclesia Catholica insignitus nobilique Martyris titulo sacro adscriptus Albo, perenni memoria perseverat dies natalis ejus annis singulis redivivus. De loco autem martyrii inter Liberatum & Anastasium ea discrepantia reperitur, quod ille in Palmaria insula id accidisse ait, iste vero in Pontia: sed cum eædem ipsæ sibi vicinæ sint, haud potest diversitas ista alicujus esse momenti, cum de altera in alteram transferri perfacile potuisset. Cæterum Liberatus diaconus cum iis ipsis temporibus hæc scripserit, firmiorem sibi vendicat fidem.

III. Silverius post obitum miraculis clarus. Qui igitur martyrii coronam consequi sub Christianis Principibus Silverius meruit, a Deo etiam post migrationem est illustratus gratia miraculorum, testantibus quidem signis, vivere gloriosum in cælo, quem vis tyrannica adeo compressisset in terris. Nam audi Anastasium paucis magna narrantem: *Sepultus est* (inquit) *in eodem loco XII. Kalend. Julii* * *ibique occurrit multitudo male habentium, & salvantur*. Hæc de miraculis. Ita quidem & ostensione signorum voluit Deus universæ Ecclesiæ innotescere qui germanus esset Romanæ Ecclesiæ Pontifex, & palam omnibus fieri in cælum cum collegis martyribus Pontificibus esse receptum, quem furor hæreticorum & ambitiosi hominis insana cupido usque ad interitum afflictasset. His vero Anastasius subdit: *Hic fecit ordinationem unam per mensem Decembris*, ordinavitque *presbyteros tredecim, diaconos quinque, Episcopos per diversa loca numero decem & novem*. Cum sedisset anno quatuor, & quintum inchoasset. Quod autem aliqui nec duos annos ejus sedi concedunt, inde id evenisse liquet, quod absurde admodum numerent ejus sedis tempus usque ad Vigilii intrusionem tantum, cum ipse Silverius e sede expulsus est: at vero usque ad consummatum martyrium semper ipsum legitimum perseverasse Pontificem, & Pontificia, ut licuit, exercuisse liquet; Vigilium autem contra verum Dei sacerdotem sedentem nullum meruisse Pontificis titulum constat. Subdit vero hæc Anastasius: *Cessavit Episcopatus ejus dies sex*. Hucusque ipse.

* Junii

IV. Vigilii prudens consilium se abdicandi. Sunt plane ejus illa ultima verba pensanda: *Cessavit Episcopatus ejus dies sex*. Quibus perspicue intelligas, quem usurpasse & malis artibus nactum esse, immo & invasisse diximus viventis Silverii sedem, & excommunicatum licet, factione tamen hæreticorum munitum usque ad ejusdem Silverii obitum tenuisse; hunc ipsum tamen, simulac Silverium defunctum atque miracula edere audivit, minime diutius sedere perseverasse, seque ipsum in ordinem redegisse, probe scientem minime se legitimum fore dicendum Pontificem, quem tot crimina deturpassent: cum præter simoniacam labem, redarguerent ipsum conniventia cum hæreticis, pactis conventis conscripta juarataque ipsorum defensio & Anthimi restitutio, Silverii insuper prædecessoris expulsio, ejusdemque necis cooperatio, atque demum quod post damnationem & anathema in ipsum a Silverio irrogatum, sedisset nihilominus tamquam verus in Ecclesia Pontifex. Hæc, inquam, ipse considerans, post Silverii obitum a sede male occupata descendit, fretus tamen potentia Belisarii quod esset eam mox iterum conscensurus; locumque sic præbens sacris habendis comitiis conquievit. Ita quidem se a Pontificatu abdicasse Vigilium, ex spatio vacationis sedis Silverii dicendum omnino est: nam quomodo potuit secundum Anastasium sedes vacasse sex dies, si Vigilius, ipso vivente Silverio, intrusus semel, sedere post ejus obitum perseverasset? neutiquam enim id aliquo modo potuit accidisse.

V. Astute rem agit Vigilius. Verum, quod ipse id fecerit tamquam repræsentaturus in scena comœdiam, non ex animo, sed ut quoquo modo eliceret de sua electione cleri Romani consensum; inde mihi facile persuadeo, dum non (ut par erat) pœnitens scelerum patratorum, omnem penitus conceptam de sede Pontificia adipiscenda spem abjecit, seque ea prorsus judicavit indignum, reliquumque vitæ tempus (ut ab eo exigebant gravissima criminum pondera) in lacrymis sibi transigendum indixit: sed con-

PAGIUS quam Catalogi Silverii Pontificatum in ejus Depositione absolvunt. *Cessavit Episcopatus dies quinque*, inquit Anastasius juxta editionem Regiam, non vero *dies sex*, ut perperam legitur in quibusdam exemplaribus; ideoque *Vigilius* consecratus est die XXII. mensis Novembris anni DXXXVII. ut supra ostendimus, & Anastasius in Interpontificio tam diem Depositionis Silverii, quam Ordinationis Vigilii numerat, imo diem Depositionis tam Sedi Silverii, quam interpontificio assignat, sicuti quandoque diem emortualem tam Sedi, quam Interpontificio attribuit.

III. *Non vero currenti.* Porro ideo Baronius *Silverii* Depositionem in annum DXXXVIII. differt, quia cum eo tantum anno Romam a *Vitige* Gothorum Rege obsessam existimaret, eaque injuria Silverio a *Belisario* irrogata fuerit durante Urbis obsidione, ut testatur Procopius, id ex jactis ab ipsomet fundamentis necessario sequebatur. Ratio vero, cur ejus mortem in præsentem annum distulerit, ab eo deducta est ex subscriptione sententiæ adversus *Vigilium* Sedis Romanæ invasorem a Silverio latæ, quæ dicitur data *VIII. Kalendas Julii* anni superioris. Cum enim, inquit Baronius anno DXXXIX. num. IX. tradat Anastasius Silverium *XII. Kalend. Ju-*

ſueta ſummi honoris prurigine exagitatus, ut eum conſequi tuto poſſet, nec umquam inde eiici ob perpetrata delicta, hujuſmodi ſibi vafer viam aperiendam curavit: cum præſertim ſecurus de Beliſarii voluntate, cujus ſtudiis ex Theodoræ Auguſtæ mandatis foret totius cleri extorquendus aſſenſus, haud dubiam jaceret aleam, cum ſciret eamdem quam vellet faciem reddituram. At quoniam eorum quæ ſunt in mente ſpector tantum & judex atque vindex eſt Deus; non nobis quæ in ejus mente cogitationes fixæ laterent, ſed quas foris manifeſte agendo cunctis aſpiciendas propoſuit actiones conſiderandæ erunt: nimirum ipſum, quod debuit exſolviſſe, & ut immeritum, e ſublimiori cathedra, quam ſuperbe conſcenderat, humili obſequio deſcendiſſe.

VI. Cæterum qui vocat ea (*a*) quæ non ſunt tamquam ea quæ ſunt, & de tenebris facit (*b*) lucem ſplendeſcere, non alium quam ſe ipſum eſſe qui regit Iſrael, & deducit velut ovem Joſeph, vult a cunctis intelligi, dum ſinit aliquando res Romanæ Eccleſiæ titubare, in ſummumque diſcrimen adduci, atque pene periclitari: ut cum omnis ferme ſpes videri poſſit eſſe conſumpta, & animo concidant deficiantque ipſi qui contra vehementes ventorum flatus nituntur & laborant in remigando; tunc ipſe ex improviſo appareat, atque dicat (*c*): *Confidite, ego ſum, nolite timere.* Sum ego ille ipſe quidem, qui Petro (*d*), cum cœpiſſet mergi, manum extendens, eduxi illum ex undis. Sum ego qui eidem cæli claves tradidi & inferorum, quo ſcirent omnes cælicolas ipſum habere ſocios, & inferis dominari. Ego ipſe ſum, qui, ne aliquis ejus ſucceſſor poſſet diffidere de meritis, poſt triplicis reatum negationis eidem Petro univerſalis gregis credidi præfecturam. Ego inſuper ille ipſe ſum, qui eidem aliquando dixi (*e*): *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Ne videlicet quilibet ſucceſſor ejus clavum tenens, ad impetum tumentium fluctuum timeret quaſſari naviculam, vel in ſcopulos illiſam frangi, diſſolvique ſi impingat in Syrtes: cui magis ſit metuenda infida ſecuritas, ne in littore otioſa conſiſtens cœno putreſcat & alga ſepeliatur, quam a ſævo flante Aquilone tempeſtas. Sic igitur ex inſperato tandem poſt diras, quibus agitata eſt Eccleſia Romana, procellas, imperante Deo ventis & mari, facta eſt tranquillitas magna, cum qui hactenus ad malum Vigilius vigilaſſet, cœpit pro univerſo grege agere vigil excubias, ubi legitimus eſſe cœpit Epiſcopus. Quomodo autem hæc facta ſint, audiamus.

(*a*) Rom. 4. (*b*) 2. Cor. 4. (*c*) Matt. 6. (*d*) Matt. 14. (*e*) Matt. 16.

Dei pro Rom. Ecc. providentia.

VII. His igitur quæ dicta ſunt, a Vigilio legitime de ſedis abdicatione completis: mox ſtudia Beliſarii, ut idem eligeretur Pontifex, ſuffragantur, populum ad id petendum impellentis atque Senatum. Tunc clerus in maximas conjectus anguſtias, quid ageret, agitabat diu multumque mutuis conſultationibus, primumque longe abhorrens ut hominem tot criminibus implicatum in ſedem eveheret Pontificiam, id præſertim ſacris Eccleſiæ legibus prohibentibus; ſed & quod immineret periculum, ne obſequens Vigilius votis Auguſtæ, eamdem ſedem Apoſtolicam (quod numquam acciderat) ſi non hæreſi, ſaltem communicatione cum hæreticis inita macularet, ab ejus electione ſe magis magiſque exhibuit alienum. Magna quidem erant iſta: adeo ut ad eligendum Vigilium nullis adduci rationibus poſſent qui eſſent optimi ſed omnes, ut ab execrando facinore, ab ejus electione longe longius abhorrere, ſuadebat ipſa recti amans ratio. Contra vero accuratius rem expendentes, manifeſte cernebant, ſi quemcumque alium eligerent Summum Pontificem, ſcindendam mox fore Eccleſiam diro ſchiſmate, quod potentia ſæculari, ex ſententia juſſiſque Theodoræ Auguſtæ rurſus evehendus in Pontificiam ſedem Vigilius eſſet, rurſus idolum collocandum in templo, conſpiciendamque abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto; per quem timerent ſimul cum ſchiſmate etiam hæreſim inducendam: utpote indigentem Vigilium au-

Cleri Romani conſilium de eligendo Pont.

PAGIUS *ulii* defunctum, ea mors contingere non potuit, niſi poſt annum ab illa ſententia adverſus Vigilium promulgata. Verum ſententia illa, ſeu *Silverii* ad Vigilium Epiſtola, fictitia eſt, ut jam oſtendimus, certumque Romam a *Vitige* ineunte menſe Martio anni DXXXVII. obſideri cœptam eſſe. Silverii mors immerito adſcribitur Vigilio. Procopius enim in Hiſt. Arcana cap. 1. loquens de Antonina Beliſarii uxore, ait: *Fuit illi miniſter ſceleris quidam ex famulis Eugenius nomine, qui & commiſſi contra Silverium piaculi ſatelles fuerat.* Ubi Procopius Silverium ferro aut alia ſanguinarii hominis arte necatum indicat. Nam his verbis quibus utitur, ἐργάζεσθαι μίασμα, piaculum patrare, ubique Procopium deſignare ſolitum notat Alemannus in Notis ad illum Librum, obſervatque Liberatum ſcribere *Silverium* inedia defeciſſe, quod ab aliis id accepiſſet; ſed Procopium ſcripſiſſe, quæ ipſemet viderat.

IV. Autumavit Baronius, *Vigilium*, poſtquam *Silverii* mortem ac miracula eam ſecuta accepiſſet, pœnitentia ductum Pontificatui male uſurpato renunciaſſe, & poſt dies VI. ut habuit exemplar Anaſtaſii, quo uſus eſt libera Cleri electione iterum Pontificem Romanum renunciatum eſſe. *Quomodo enim*, inquit, *potuit ſecundum Anaſtaſium Sedes vacaſſe ſex dies, ſi Vigilius ipſo vivente Silverio intruſus ſemel, ſedere poſt ejus obitum perſeveraſſet: neutiquam enim id*

Silverio mortuo Vigilius a Clero Rom. Pontifex admiſſus.

auxiliis Theodoræ, ut in sede semel adepta contineri firmarique posset, in gratiam ipsius cuncta facturum contra illum quem clerus elegisset Romanum Pontificem; forreque ut alius numquam sessurus esset, quousque viveret Theodora.

VIII. De Vigilii Papæ electione. His insuper addebatur, quod cum Vigilii personam, quam diu ob oculos habuissent, satis perspectam haberent, nempe esse hominem re vera Catholicum, honoris tamen cupiditate flagrantem, cujus rei causa sese turpissimæ Theodoræ Augustæ instar mancipii vendidisset; salubræ illud consilium inierunt, ut ipsum quoquo modo possent ab Imperatrice redimerent, impenso illi honore quem cuperet: sibique ita hominem vendicarent, atque hoc modo arctioribus nexibus obligarent; duplicem inde se consecuturos esse utilitatem videntes, nempe & ab imminente schismate & ab irrepente hæresi Ecclesiam Romanam reddendam fore securam. Sic igitur divinitus inspirato consilio (ut exitus declaravit) communi sententiæ inhærentes, more majorum solemnibus ritibus rem agentes, accipientesque ab ipso Vigilio Catholicæ fidei professionem una cum hæresum & hæreticorum omnium execratione, evehunt ipsum in Pontificium thronum, creantque Romanum Pontificem sexto (ut dictum est) die a morte Silverii, quarto Kal. Julii.

IX. Hæc quidem cuncta Dei nutu esse facta, probavit eventus: siquidem novo exemplo accidit, ut qui (a) ad maledicendum populo Dei Propheta antea fuisset inductus, idem ab benedicendum eidem converteretur; & qui (b) missus fuerat homicida, in Prophetam Deum laudantem continuo mutaretur. Fuit ista plane mutatio dexteræ Excelsi, & insigne miraculum, quo perspicuum factum est, Dei providentia Romanam Ecclesiam solicitius gubernari, ut in quovis discrimine constituta, sit penitus liberanda: quod divina sit promissione secura, ut a portis inferi semper illæsa permaneat; & mirifica quadam transformatione, quos iniquos accepit, soleat mox reddere sanctos: ut iidem fixe mox ipsi inhærentes sacræ Petræ, super quam Christus suam fundavit Ecclesiam, instar polypi ipsius colorem accipiant; & quod majus est, ejusdem quoque consequantur robur & firmitatem. Siquidem probarunt eventa (quod apparuit tamquam ostentum) ipsum qui hactenus sterilis arundo fuit & mobilis in diversa agitata pro diversitate ventorum, in firmam stabilemque petram esse conversum, solido inhærentem in Ecclesia posito fundamento. Hæc de electione Vigilii, sæculari quoque nobilitate clarissimi, filii nimirum (ut Anastasius habet) Joannis Consulis.

(a) Num. 22. 13. 14.

(b) 1. Reg. 19.

Mirabilis facta divinitus transmutatio.

Horum gratia scito, non ob aliud, quod clero non adeo liberum esset, quicquid vellet libere agere, dictum a sancto Gregorio, ab Hormisdæ tempore usque ad Vigilium fuisse Romanorum Pontificum ordinationes expositas: sunt enim hæc ejus verba (c): *De ordinationibus vero Apostolicæ sedis Pontificum, utrum post beatissimum virum Hormisdam aliqua sint addita, charitas vestra requirit: sed usque ad Vigilii Papæ tempora expositas ordinationes Præsulum esse cognoscas.* Hæc ipse. Haud tamen ob id Deus ipsam suam dereliquit Ecclesiam; sed cum ipse eidem præsideret Antistes, mala cuncta obviantia convertere scivit in bonum, ipsosque lupos in gregem irruentes in optimos mutare pastores: ut omnes intelligerent, esse Deum qui regat Israel.

(c) Greg. registr. l. 7. ep. 53.

X. Petri successor licet malus a Deo non destituitur. Quis enim non intelligat, ista de electione Vigilii improbi hominis divino consilio esse permissa, ne quis contemnendum putet, si quem viderit non meritis, sed nomine tantum referentem Petrum sedere super Apostolicam sedem Pontificem; memor & umbræ Petri immensam a Deo præstitam esse virtutem. Nam etsi quid inane esse umbram prorsus appareat, corpus tamen ipsum Sole illustratum ostendit: sicque ex divina facta Petro promissione, qui umbra tantum ejus corporis sua imbecillitate videri possent creati Pontifices, eosdem tamen non esse Apostolicæ virtutis expertes, prout eventu rerum in Vigilio factum, intelliges; nec quidem aliquo temporis intervallo, sed (quod magna admiratione dignum est) statim ubi legitima electione Petri thronum conscendit, sacerdotale robur accepit, & constantiam induit Pontificiam; ut plane ad confutandas hæreses atque hæreticos visus sit accepisse a Domino Apo-

PAGIUS *id aliquo modo potuit accidisse?* Verum Anastasius non loquitur ibi de vacatione Sedis, quæ post Silverii mortem contigerit, ut eum interpretatur Baronius; sed de ea quæ accidit a die decima octava mensis Novemb. anni DXXXVII. postquam *Silverius* pontificatu depositus fuit, qui dies quinque, non vero sex, desinunt die XXII. Novembris ejusdem anni, quo *Vigilius* Pontifex Romanus consecratus fuit. Post depositionem enim *Silverii* Sedem per aliquot dies vacasse, colligo primo ex Procopio lib. 1. de Bell. Goth. cap. 25. ubi postquam asseruit, *Belisarium* in Græciam Silverium relegasse, subdit: *ac Vigilium paulo post ad Pontificatum provexit.* Secundo, ex Liberato cap. 22. qui eadem depositione narrata, ait; *A suis ulterius non est visus. Et altera die Belisarius convocatis Presbyteris & Diaconibus & Clericis omnibus, mandavit eis ut alium sibi Papam eligerent.* Ex quibus verbis intelligimus, altera a depositione *Silverii* die *Vigilium* electum esse, & ejus ordinationem ad proximam Domi-

postolatum, omnem spem penitus adimens aliter de se sperandi iis qui eum (ut vidimus) ad prava quæquæ perpetranda pellexerant. Quo enim tempore expectabatur, ut post Silverii obitum revocaret (quod fuerat ipse antea Theodoræ Augustæ pollicitus) Anthimum Episcopum ab Agapeto damnatum Constantinopoli; tunc adversus eum atque collegas ipsius hæreticos irrogatum in ipsos anathema, illud iterans, confirmavit. At quomodo id acciderit, videamus.

XI. De legatione Justiniani ad Vigilium. Hoc igitur anno sub Justini Consulatu, simulac de legitima electione Vigilii Constantinopolim nuncium perlatum est: ab Imperatore præstitum fuit, more majorum, quod Imperatores Catholici præstare consueverunt (ut superius dictum est ex Symmachi Papæ Apologetico ad Anastasium) nimirum sive cum Imperii gubernacula susciperent, sive cum Apostolicæ sedi novum cognoscerent Præsulem institutum, ad eum protinus epistolam dare, qua significarent se in eadem fidei professione ipsorum esse consortes. Justinianus itaque Romam ad ipsum Vigilium mittens legatum Dominicum Patricium virum clarissimum, ei ad eumdem litteras dedit, fideique Catholicæ confessionem adjecit. Præstitit id ipsum obsequium, & Mennas Constantinopolitanus Antistes, ejusdem argumenti ad ipsum Vigilium scripta dirigens: desiderantur ipsa quidem; sed ita omnino factum esse, quæ ad eos ab ipso Vigilio sunt redditæ litteræ, aperte declarant: quas ex codice Vaticano acceptas jamque typis excusas atque editas hic reddituri sumus.

XII. Justinianus alienus a Theodoræ impietate. Sed primum illud ex iis exploratum habeas, longe abfuisse, ut Justinianus Imperator in damnationem Silverii ob restitutionem Anthimi Theodoræ Augustæ conniverit: etenim si id accidisset, nequaquam confirmationem rerum gestarum per prædecessores Romanos Pontifices, potissimum vero Agapeti qui deposuerat Anthimum, ipse a Vigilio Papa dictis litteris per legationem Dominici exegisset. Unde satis perspicuum videri potest verum esse quod dictum est, ea omnia Theodoram clanculo cum Vigilio esse molitam per Belisarium, Justinianum autem ab omni Vigilii cum Theodora conniventia prorsus immunem fuisse.

XIII. Vigilii repentina mutatio. Sed jam audi grandi miraculo nova hominem loquentem lingua, ubi Pontifex cœpit esse germanus: ut secundum vetus proverbium illud (*a*): *Num & Saul inter Prophetas?* acciderit: momentoque temporis, ubi in sanctæ Ecclesiæ sede vere Vigilius constitit, novam formam acceperit: vocesque novas ediderit, & consona sanctis Patribus prophetarit, mutatus mira transformatione in virum alterum, nempe ex hoste in defensorem, ex persecutore in prædicatorem, ex blasphemo in confessorem, atque demum in omnibus ex perfido in fidelem. Sed audi ipsum e sublimi Apostolico throno ad Orientem conversum litteris suis ista clamantem (*b*):

(*a*) 1. Reg. 10.

(*b*) Ex Cod. Vatic. ep. 2. Vigil. t. 1. ep. Rom. Pont.

Gloriosissimo & clementissimo filio Justiniano Augusto Vigilius Episcopus.

XIV. Vigilii PP. epist. ad Justinianum Imp. *Litteris clementiæ vestræ, glorioso viro, filio nostro Dominico Exconsule atque Patricio deferente assueta veneratione susceptis: jucunditate multiplici universali Ecclesiæ gaudendum esse perspeximus, quod Christianam fidem, qua divina Trinitas honoratur & colitur, in nullo dissimilem, in nullo permittis esse discordem: & hanc clementissimo Imperio vestro, Dei, cui serviendo regnatis & regnando servitis, gratiam indefessis cumulatis operibus; ut in his quæ vobis pro integritate & devotione fidei vestræ Dominus singulari pietate concessit agnoscantur juste ac convenienter impleri: quam prædicationem docet Apostolus (c): quia Sancti per fidem vicerunt regna. Qualia enim regna plus armis fidei quam corporea fortitudine viceritis, docet immensitas gentium subjectarum; quæ quanto major assurgit numero, tanto mystici solius perfecta operatione miraculi superatur.*

(*c*) Hebr. 11.

XV. Imp. Justiniani fidei recta confessio. *Unde nos in Domino nimium convenit gloriari quod non Imperialem solum, sed etiam sacerdotalem vobis animum concedere sua miseratione dignatus est: & quod omnes Pontifices antiqua in offerendo sacri-*

PAGIUS

minicam dilatam ad diem sc. XXII. mensis Novembris, ab Anastasio notatum [1].

V. *Sed nulla pravia ejusdem Vigilii abdicatione.* Mortuo Silverio consensit quidem Clerus ejus Pontificatui, & suffragiis suis legitimum Ecclesiæ Pastorem declaravit, tam *Belisarii* potentia coactus, quam Ecclesiasticæ pacis & unitatis studio; sed aliquam abdicationem inter venisse gratis asseritur, & sine ullo alicujus Auctoris testimonio. Neque renunciatio *Vigilio* necessaria fuit; cum ei causæ in speciem justæ non deessent, ob quas *Silverii* ordinationem nullam fuisse sibi persuadere potuit. Ea enim contra Canones facta, nec per subsecutum Cleri consensum satis certo purgata, cum neque hic totus liber videretur, sed metu extortus. Subito itaque in virum alterum mutatus *Vigilius*, Sancto Spiritu, qui Ecclesiam regit, operante, quæ alias in Synodi Chalce-

NOTÆ

[1] Si quid valent ea quæ ad A. 555. 7. discussimus, Vigilius altera die post ejectionem Silverii electus & consecratus fuit. Opportune enim accidit ut dies illa in Dominicam caderet. Vide dicta *ibid.* MANSI

cificia traditione depofcimus, exorantes ut Catholicam fidem adunare, regere Dominus & cuftodire toto Orbe dignetur; fummis hoc pietas veftra viribus effecit: cum per omnes regni veftri partes & univerfos fines terræ eam fidem, quam per venerabiles femper Chriftianæ confeffionis judicio complectendas Nicænam, Conftantinopolitanam, Ephefinam primam, fed & Chalcedonenfem Synodos conftat irreprehenfibiliter folidatam, inconcuffa jubeatis pace fervari: nec Chriftiano quemquam vocabulo nuncupetis, qui fe a præfatarum Synodorum unitate fejungit; & qui fidem earum non omnibus viribus omnique defendit adnixu, non judicandum, fed jam judicatum potius exiftimetis

XVI. *Cui non ergo facerdotum jucundam exultationem, & gaudia infinita conciliet, quod infertum per Dei noftri gratiam cordi veftro lumen Evangelicæ veritatis, pernicioforum atque hæreticorum dogmatum nocte difcuffa, univerfali refplendet Ecclefiæ? Abfit ergo a nobis, ut quod omnibus fratribus & coepifcopis noftris generare gaudium profitemur noftrum non aut cum omnibus mifceatur, aut (quod magis dignum eft) fupra cunctos emineat. Ex qua re, venerabilis Imperator devota venerationis gratulatione fufcipimus, quod ardore fidei & fuavis iracundiæ commotione fuccenfi, nobis etiam pios direxiftis affatus, in quibus beatæ recordationis Cæleftinum atque Leonem Apoftolicæ fedis Præfules, qui fingulas hærefes pro divina fibi difpenfatione commiffa cum Synodali congregatione damnantes, quid cuncti generaliter fequi debeant Chriftiani, manfura in ævum lege fanxerunt, laudabili commemoratis affectu. Quorum probabilia conftituta fanctæ recordationis Hormifda, atque Joannes fenior, necnon & Agapetus deceffores noftri per omnia confervantes, univerfos Neftorianæ atque Eutychianæ fequaces hærefis juftæ mucrone fententiæ perculerunt: quod nos fummis viribus fequi fummoque adnixu defendere, pietatis veftræ clementia indubitabiliter agnofcat. Sed & beati Leonis epiftolas ad fanctæ recordationis Flavianum tunc Conftantinopolitanæ civitatis Antiftitem, necnon & ad clementiffimæ memoriæ Leonem Principem deftinatas quibus hæreticorum, id eft, Neftorii atque Eutychetis perfidiam rationabili affertione, Deo fibi infpirante, confundit, omnino amplectimur, & qua oportet charitate defendimus. Et quamvis nos animi, fideique noftræ, Deo cuftodiente, fincertitas contra ea nullatenus venire permittat; perpendere tamen debet veftræ pietatis admiranda prudentia, quia non digni cenfentur Antiftites, qui præfatorum Præfulum fedis Apoftolicæ inviolabiliter minime conftituta fervaverint.*

Prædeceſſoribus inhæret Vigilius.

XVII. Anathema in hæreticos. *Hæc ergo quæ de fide a Patribus fanctarum quatuor Synodorum, & a defignatis beatæ recordationis Papæ Leonis epiftolis atque a fuprafcriptorum prædeceſſorum noftrorum conftitutis funt venerabiliter definita, per omnia nos fequentes, & eorum doctrinæ contrarios probabili Apoftolicæ fedis auctoritate damnantes; anathematizamus eos, quicumque de fidei ejus expofitione vel rectitudine, aut difputare perverfe, aut infideliter dubitare tentaverint: & contra eadem fentientes, quæ de fide in Nicæna, Conftantinopolitana, Ephefina prima, & Chalcedonenfi fanctiffimis Synodis, necnon & beatæ recordationis prædeceſſoris noftri Leonis epiftolis, quarum fecimus mentionem, vel univerfis, quæ ipfius fanxit auctoritas, continentur; Catholicæ fidei unitate fecernimus: amplectentefque & in omnibus comprobantes fidei veftræ libellum, quem noftri obfequii famulatu tunc prædeceſſori noftro piæ recordationis Agapeto pietas veftra Orthodoxa devotione contradidit; in quo ea quæ mente geritis, ad eruditionem futuræ ætatis, fcripturæ quoque teftimonio declaraftis. Nihilque a fæpe dictorum prædeceſſorum noftrorum fide deviantibus, fub qualibet occafione fervamus, nifi forte fi hærefis, in qua volutantur, amputata caligine, fuprafcriptam de fide veritatem pœnitentiæ competentis voluerint correctione fectari; & damnatis omnibus, quæ contra ea quæ præfati fumus, praviffima quidam impietate dixerunt, fubfcriptionibus fuis & propriis vocibus cunctos hæreticorum refpuentes errores, canonica fuerint diftrictione converfi: ut tunc communionis facræ myfterium mereantur, dum omnia quæ præfati fumus, canonica & Apoftolica diftrictione impleverint; quia nos nulli corrigenti fe pœnitentiæ locum convenit amputare.*

XVIII. Anathema in Anthimum & focios. *In his vero, in quibus Mennam fratrem & coepifcopum noftrum, memorem libelli fui, quem prædeceſſori noftro beatæ memoriæ Agapeto, ordinationis fuæ tempore, veftræ clementiæ confenfu, porrexerat, fequentem re vera fedis Apoftolicæ difciplinam, hæreticis inferius comprehenfis, id eft, Severo Eutychiano, Petro Apameno, Anthimo qui etiam Ecclefiam Conftantinopolitanam prava ambitione pervaferat, Zoaræ, fed & Theodofio Alexandrino, & Conftantino * Laodicenfi,*

* Conftantio.

PAGIUS cedonenfis fidem ad Theodoram Auguftam facrilege fcripferat, folemni fidei Profeffione delevit, ut videre eft in ejus Epiftola ad *Juftinianum* Imp. fcripta, qua quatuor Synodos Oecumenicas, & *Sancti Leonis* Epiftolas fe recipere, & fecundum eas credere profeffus eft. Recitatur ea a Baronio num. XIV. & feqq.

si, atque Antonio Versentano Eutychianæ hæresis, sed & Dioscoro, qui in Chalcedonensi Synodo inter alios legitur fuisse damnatus, & defensoribus atque sequacibus anathema dixisse, pietas vestra mandavit; in nullo a nobis quidem moleste suscipitur a prædicto fratre nostro vel a quolibet alio in hæreticos dicta damnatio: sed & libenter amplectimur, & sedis Apostolicæ auctoritate firmamus, complices damnatorum simili anathematis ultione plectentes, ea videlicet ratione, ut (sicut supra meminimus) secundum Præsulum sedis Apostolicæ constituta, bis qui resipuerint, & præcedentium Synodorum, vel suprascriptorum Apostolicæ sedis Pontificum susceperint constituta, pœnitentiæ & communionis aditum reseremus.

XIX. Omnes hæreticos æque damnat. *Sed quia novimus potius plus illos, qui hæreticam perfidiam destruunt, sibi magis prodesse errantium vitando consortium, quam sententiæ suprascriptorum Patrum multipliciter solidatæ aliquid firmitatis adjungere, quam constat suis indubitate viribus, Deo auctore subsistere; ideo hactenus tamquam non noviter latam damnationem, minime arbitrati sumus novo aliquo indigere responso. Qui enim hæresum, quarum supra meminimus, vel omnium aliarum, quæ sunt Apostolica definitione, & constitutione damnatæ, sectatores fuerint inventi, non tantum ex nova lege, sed ex ipsa auctorum suorum jampridem damnatione perculsi sunt.* Addit his Vigilius defensionem, quod cum jam diu ante se gesserit pro Pontifice, nec quicquam tale Constantinopolim scripserit, a plerisque suum silentium in deteriorem partem fuisse acceptum, atque ait:

XX. *Et licet pietatem vestram aliter de taciturnitate nostra suspicari vel intelligere voluerit malignus interpres; nos tamen, quos beatus Petrus (a) Apostolus omni poscenti rationem reddere pia traditione constituit, libenti animo Christianitati vestræ satisfaciendum esse perspeximus: suppliciter sperantes, * ut nullius subrepentis insidiis privilegia sedis beati Petri Apostoli Christianissimis temporibus vestris in aliquo permittatis imminui: quæ si turbentur (quod non credimus) aut minuantur in aliquo, violatæ fidei instar ostendant. * Scit enim sapientiæ vestræ pietas singularis illam se auctoritati ipsius beati Petri Apostoli retributionem modis omnibus merituram, quam vel in illius privilegiis, vel in nostra humili vestra servaveritis, Deo vobis aspirante, persona. Tamen ut cuncta pietatem vestram informent, & nihil pro callidi insidiatoris astutia ulterius relinquatur ambiguum; beatæ recordationis prædecessoris nostri Papæ Leonis, quæ diversis ad Orientem sunt directa temporibus constituta, quanta de plurimis in præsenti necessaria credidimus, superadjecimus: rogantes per ipsum, cujus causam integre agere festinatis & cupitis Christianitatis affectu, ut universa legere pietas vestra dignetur, ne aliquid supersit quod minime relegatur. Scio enim, quia sicut Deus vobis legem dederit voluntatem, ita cuncta tractantes, sapientia vobis singulariter a Deo concessa disponitis, ut neque de religione, neque de aliquo præjudicio quilibet fidelium sacerdotum possit in qualibet parte vexari.*

(a) 1. Petr. 3.

* petentes De privilegiis Ro. Eccl. non minuendis.

* offendat

Rationem his igitur (prout Christianitatis vestræ meritum postulabat) in quantum valuimus reddidisse sufficiat: quamvis nos nihil contra Synodalia vel prædecessorum nostrorum Præsulum sedis Apostolicæ constituta aut commisisse aliquid, aut tentasse, quisque licet astutus & subtilis inveniet. Ea vero quæ fidei Catholicæ vel animæ nostræ expediunt (de qua, sicut novit pietas vestra, & pro sacerdotali officio, & pro multiplicibus præstitis clementiæ vestræ, causam plus aliis habeo cogitandi) suggerere non omitto. In primis supplicantes, & ipsius beati Petri Apostoli (quem diligitis) intercedente suffragio postulantes, ut semper ad hanc sedem Apostolicam pro disponendis Reipublicæ vestræ utilitatibus Orthodoxas & Deo placitas & rugam aut maculam fidei non habentes dignemini destinare personas, per quas & ea quæ publico vestro conveniunt, salubriter ordinentur, & pro animæ vestræ mercede Catholicæ disciplinæ in nullo conturbetur integritas: & universi re vera illud gratiæ cælestis munus jam (sicut & credimus) pietatem vestram habere cognoscant, quod Salomon adhuc a Domino postulabat, dicens: (b) Dabis servo tuo cor audire & judicare populum tuum in justitia, & intelligere inter malum & bonum. XXI. Vigilius fidem Catholicam illibatam servavit.

(b) 3. Reg. 3.

XXII. Committit secreta Legato. *Et quia per filium nostrum Dominicum præsentium portitorem quædam verbo suggerenda mandavimus: speramus, ut ea (aspirante vobis Domino) & libenter audire dignemini; & maxime quæ Ecclesiasticæ paci ac dehinc generalitatis quieti profutura sunt, consueta Christianitate & providentia disponatis.* Hanc ad Justinianum Vigilius per legatum missum responsionem dedit: qua cum inter alia de fide Catholica illibate servata atque servanda adeo gloriosa de se prædicet, tum omnem de hæretica a se scripta epistola suspicionem abolet, tum etiam omnem prorsus voluit sive Theodoræ sive aliis ademisse spem implendi, quæ de Anthimo restituendo fuisset aliquando pollicitus. Datam autem hanc esse hoc anno sub Consulatu Justini, ex data per eumdem redeuntem Dominicum legatum alia epistola ab eodem Vigilio ad Mennam satis per-

perspicue intelligi potest. Sed videamus ipsam eadem legatione ad Mennam Constantinopolitanum redditam: est hujusmodi (*a*).

(*a*) *Vigil. ep. 3. t. 1. ep. Rom. Pont.*

Dilectissimo fratri Mennæ Episcopo Vigilius Episcopus.

XXIII. Vigilii epistola ad Mennam.

Licet universa (prout, Deo auxiliante, potuimus & credidimus expedire) domino filio nostro serenissimo & Christianissimo Imperatori de Ecclesiasticis causis nostræ insinuationis sermone suggesserimus; necessarium tamen judicavimus & charitati vestræ per Christianissimi filii nostri Patricii Dominici personam scripta dirigere, quibus nos grandi exultatione & gaudio suscepisse cognoscite, quod Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam, & Chalcedonensem sanctissimas Synodos, in quibus fidei Orthodoxæ atque Apostolicæ fundamenta monstrantur (sicut pollicitationis vestræ tunc ad prædecessorem nostrum sanctæ recordationis Agapetum lectio data testatur) inviolabiter vos asseritis custodire, & maxime beati Leonis prædecessoris nostri sequi in omnibus constituta. Quid est charitati tuæ dignius honoris quod conveniat, nisi a Romanorum Præsulum non deviare doctrina; Aut quid nobis jucundius, quidve sit gratius, quam illos in Christi Domini & Salvatoris nostri charitate complecti, qui majorum nostrorum & prædecessorum facta custodiunt?

XXIV. De fide Catholica illibate servanda.

Unde spiritualiter salutantes te, hortamur, & qua nos convenit affectione incessanter alloquimur, ut illius normam, illius admonitionem, illius (sicut & promisisti & indicas) sequaris in omnibus constituta. Plena sunt enim de prædicti prædecessoris nostri sanctæ & venerandæ recordationis Leonis scriptis vestræ fraternitatis scrinia, quæ ad prædecessores tuos leguntur ab eodem destinata Pontifice: ibidemque quod & nostris prædecessoribus, quod vestri promiserint, releguntur. Sed hæc dixisse sufficiat. Apostoli namque sermo ante oculos nostros est, qui dicit (b): Sapientiam loquimur inter perfectos. De his vero, quibus te memorem libelli, quem suprascripto prædecessori nostro tradideras, & sequentes Apostolicæ constituta doctrinæ in hæreticos inferius comprehensos, id est, in Severum Antiochenum, Petrum Apamenum, Anthimum quoque pervasorem Constantinopolitanæ Ecclesiæ, & Theodosium Alexandrinæ civitatis, necnon & Constantinum, atque Antonium Versentanum Eutychianæ hæresis, sed & Dioscorum, qui in Chalcedonensi Synodo inter alios legitur fuiße damnatus cum defensoribus atque sequacibus, anathema dixisse cognovimus: in quibus non aliquid novum sententiæ olim a Patribus decretæ junxisti, nec talibus Præsulibus beati Petri Vicariis in auctores hæresum ipsarum data sententia penitus indigebat: quia qui damnatæ hæreseos sectator agnoscitur, non tantum ex novella lege, sed ex ipsa jam auctoris sui damnatione perculsus est; grate admodum & libenter amplectimur, & auctoritatis sedis Apostolicæ, cui nos Deus præsidere voluit, interpositione firmamus; & universi eorum complices, vel omnes hæretici pari damnationis sententiæ subjacebunt.

(*b*) *1. Cor. 2.*

XXV. Quid agere debebant resipiscentes hæretici.

Hoc tantummodo (sicut Apostolicæ moderationi convenit) per omnia reservantes, ut si aliquis vel eorum vel quorumlibet errantium, quasi agnita Catholicæ fidei veritate, pœnitentiam agens, reverti voluerit, & hæresis in qua volutatur errore contempto, scripturæ quoque professione universam errorum suorum ac complicum damnaverit pravitatem, & Apostolicæ sequens instituta doctrinæ anathema dixerit ei qui vel prædictas quatuor Synodos in fidei causa non sequitur, vel beatæ recordationis prædecessoris nostri Leonis venerabilia constituta in omnibus non confitetur, & non in omnibus viribus omnique animi sequitur puritate: tunc communionis nostræ (quam nulli nos negare convenit pœnitenti) sub Apostolica & canonica (sicut præfati sumus) satisfactione modis omnibus agetur: quia Redemptor (c) noster non venit aliquem perdere, sed omnes sua pietate salvare. Et manu Domini Papæ: *Deo juvante, per ipsius gratiam Vigilius Episcopus sanctæ Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ has schedas epistolarum suprascriptarum, quas ego Deo juvante dictavi, ipso auxiliante recognovi, atque subscripsi.* Et alia manu subscriptio Flavii Dominici Patricii: *Flavius Dominicus V. C. Comes Domesticorum Exconsul ac Patricius has schedas a beatissimo atque Apostolo Papa Vigilio in causa fidei factas ad domnum nostrum Justinianum piissimum & Christianissimum Principem, sed & ad Mennam virum beatissimum Constantinopolitanæ Archiepiscopum civitatis, relegens, conferens consentiensque subscripsi die XV. Kal. Octob. Justino V. C. Consule.*

(*c*) *1. Tim. 2.*

XXVI. Porro Flavius Dominicus iste, qui hac ad Vigilium Papam legatione functus est, illum existimamus esse Dominicum, qui Præfecturam Prætorii agebat Illyrici, ut patet ex Novella centesima sexagesima secunda. Vides igitur, qualia quantaque ipso suæ sedis ingressu Vigilius præstitit: ut nihil minus habuisse appareat ab omnibus sanctissimis prædecessoribus, nihil veritus Theodoræ Augustæ insidias, ad cujus nutum sciebat Belisarium Ducem exercitus cuncta movere, prout ex his quæ in Silverium facta essent potuerat didicisse: quanto namque ista ipse tentaret periculo, optime conscius erat; verum fi-

fidei Catholicæ causa etiam vitam ipsam prodigendam esse, si opus esset, ex Petra veluti grandi miraculo petræ soliditate percepta, jam firmiter mente conceperat: reliqua vero annis sequentibus. Sed lustremus res gestas in Galliis.

XXVII. Synodus Aurelian. tertia. Ad hunc eumdem annum, qui numeratur vigesimussextus Childeberti Regis Francorum, referenda est tertia Synodus Aurelianensis: tot enim ipsius regni reperiuntur anni ab obitu Clodovei. Addita est annis Regis nota etiam Consulatus Paulini Junioris, qui desideratur in Fastis: sed adiiciendus collega Paulinus Justino, ut exordio anni hujus præfati sumus. Nec est quod quis dicere possit, Paulinum istum illum esse intelligendum, qui ante annos sex Consulatum gessit: siquidem non solum his repugnant anni Regis Francorum hic numerati, sed & Acta secundæ Synodi Aurelianensis itidem annorum Regis chronographia consignata, de qua suo loco superius dictum est. Hæc quoad tempus.

XXVIII. De Judæis Canon & Regis edictum. Quod autem ad res in eadem Synodo gestas pertinet: fuit quidem Synodus ista nobilis ob sanctos Episcopos, qui eidem interfuerunt sive per se sive per vicarios numero vigintiquinque, iidem sanctitate spectati. Inter alia autem plura quæ triginta duobus capitulis in hoc Concilio sunt definita, recens fuit canon vigesimus nonus, qui hæc de Judæis: *Quia Deo propitio sub Catholicorum Regum dominatione vivimus: Judæi a die Cœnæ Domini usque ad secundum sabbati in Pascha, hoc est, ipso quatriduo procedere inter Christianos, neque Catholicis populis se ullo loco, vel quacumque occasione miscere præsumant.* Hæc canon, cui accessit ipsius Regis Childeberti edictum hac de re promulgatum, quod citatur a Concilio Matisconensi (*a*) itidem in Gallia celebrato, ubi & hujus sanciendæ legis causa narratur: adduntur que alia adversus eosdem pariter constituta, dum ibi ista subduntur: *Secundum edictum bonæ recordationis domini Childeberti Regis per plateas aut forum (illo quatriduo scilicet) quasi insultationis causa deambulandi licentia denegetur. Et ut reverentiam cunctis sacerdotibus Domini vel clericis impendant, nec ante sacerdotes consessum nisi ordinati habere præsumant. Qui hoc facere fortasse præsumpserit, a Judicibus locorum (prout persona fuerit) distringatur.* His fuit infrænanda legibus petulantia Judæorum, quæ ubique & semper Christianæ religioni insultare consuevit.

(*a*) Concil. Matiscon. 1. c. 14.

XXIX. Sed & memoria dignum illud in hoc eodem Concilio (*b*) statutum esse constat, ut clericus cujuslibet gradus sine Pontificis sui permissu nullum ad sæculare judicium præsumat attrahere: neque laico, inconsulto sacerdote, clericum in sæculari judicio liceat exhibere. Ista quidem sanctissimi Patres illi, clericorum ac totius Ecclesiæ immunitati prospicientes sanxere, haud dubium annuentibus ipsis Francorum Regibus, quibus & cum fide Catholica Ecclesiastica immunitas cordi erat.

(*b*) Eod. Concil. c. 31.

XXX. Albini sanctitas & digna severitas. Quod autem una cum aliis huic Synodo S. Albinus Episcopus Andegavensis interfuisse reperiatur, vir ob egregiam sanctitatem ubique spectatus; quid ipsi acciderit, cum noluit excommunicato benedictionem impertiri, ejus vitæ Acta (*c*) declarant, in quibus inter alia hæc leguntur. *Præter labores reliquos etiam per Synodos pro ipsa causa*, incestarum scilicet nuptiarum, quarum auctores damnaverat, *sæpius excitatus excurrens, ad postremum complurium Episcoporum injunctione, ut excommunicatas a se personas absolveret, vi fratrum coactus est. Et cum rogaretur, ut Eulogias, quas reliqui Antistites ad personam communione suspensam dirigentes benedicerent, & ipse signaret; ait ad sacerdotale Concilium: Etsi ad Imperium vestrum ego signare compellor, dum vos causam Dei recusatis defendere; ipse potens est vindicare. Quo facto, antequam Eulogias excommunicata persona susciperet, expiravit; & priusquam portitor pervenisset, sermo sacerdotis obtinuit. Qui ad beatum Cæsarium Are-*

(*c*) Apud Sur. die 1. Martii.

PAGIUS VI. *Concilium Aurelianense III.* A num. XXVII. ad XXXII. Concilium *Aurelianense* III. anno quingentesimo tricesimo octavo celebratum. Lupus enim Ecclesiæ Lugdunensis Episcopus ita subscripsit: *Lupus in Christi nomine, Ecclesiæ Lugdunensis Metropolitanus Episcopus, juxta id quod omnibus sanctis Coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, placuit, Patrum Statuta secutus, his Constitutionibus subscripsi. Not. die Nonarum mensis tertii, quarto post Consulatum Paulini Junioris viri Clarissimi, anno XXVII. Regni Domni Childeberti Regis*, ut eam Consulatus notam ex probis Monumentis restituit Sirmondus in Conciliis Gallicanis, quæ hactenus corrupta legebatur hoc modo: *Consulatu Paulini Junioris.* Ex his corruptis verbis Baronius occasionem sumpsit existimandi *Paulinum* Justini in Consulatu collegam hoc anno fuisse, illumque *Juniorem* vocari ad differentiam illius, qui ante annos sex Consulatum in Occidente gessit. Quartus annus post Consulatum Paulini, quemadmodum & annus Childeberti Regis XXVII. in annum Christi DXXXVIII. convenit. Verum Baronius, qui *Clodovei* Magni mortem triennio tardius consignavit, hanc Synodum in præsentem annum differre coactus fuit. Celebrata ea mense Majo, qui apud Gallos annum hoc tempore a Paschate auspicantes, tertius mensis erat. Ei interfuere Episcopi novemdecim cum Presbyteris septem, ex diversis partibus Franciæ, cui tres Reges *Childebertus*, *Clotarius*, & *Theodebertus* dominabantur. Triginta tres Canones in ea

Arelatensem Præsulem pro eadem causa consulturus occurrit. Hactenus de his Albini Acta. Est enim ad hæc spectans ejusdem Concilii Aurelianensis canon decimus de incestis conjunctionibus.

XXXI. Præter alios etiam Synodo huic præsens fuit Injuriosus Turonensis Episcopus magni hoc tempore nominis sacerdos, de cujus in redarguendis Regibus constantia & libertate hæc habet memoria digna S. Gregorius ejusdem Ecclesiæ Episcopus: (a) *Clotharius Rex indixerat, ut omnes Ecclesiæ regni sui tertiam partem fructuum fisco solverent. Quod licet inviti sancti Episcopi consensissent atque subscripsissent; viriliter hoc beatus Injuriosus respuens, subscribere dedignatus est, dicens: Si volueris res Dei tollere, Dominus regnum tuum velociter auferet: quia iniquum est, ut pauperes, quos tuo debes alere horreo, ab eorum stipe tua horrea repleantur. Et iratus contra Regem, nec Vale dicens, abscessit. Tunc commotus Rex, timens etiam virtutem beati Martini, misit post eum cum muneribus, veniam petens, & hoc quod fecerat damnans, simulque rogans, ut per virtutem beati Martini Antistitis exoraret.* Hæc Gregorius: qui & de erecta ab eo basilica beatissimæ Dei genitrici Mariæ, deque aliis ab eodem pie sanctæque institutis inferius (b) meminit. Numerantur & alii sanctissimi sacerdotes, qui & secundam Aurelianensem Synodum pariter illustrarunt: sed de his alias inferius dicendum erit.

(a) *Greg. Turon. de Gest. Fran. l.4. c.2.*

Injuriosi Episcopi dignum exemplum.

(b) *Idem l.10. c.31.*

XXXII. Hoc item anno factum est, ut cum regnum Francorum periclitaretur bello civili, divinitus inter fratres Reges inita sit concordia, paxque firmata: sub hoc enim anno ista Sigebertus habet: *Childebertus Rex cum patruele Theodoberto in fratrem Lotharium insurgit: sed matre eorum satis agente Crotilde apud Deum, ne inter fratres fieret civile bellum, horrenda tempestate coerciti, cum super Lotarium ne signum quidem apparuerit horroris hujuscemodi, reddunt se fraternæ paci.* At cujus virtute hæc gesta sint, a Gregorio accipe, qui sic ait (c): *Childebertus autem & Theodobertus commoventes exercitum, contra Clotharium ire disponunt. Ille autem hæc audiens, existimans se horum exercitum non sustinere, in silvam confugit: & concidens magnas in silvis illis fecit, totamque spem suam in Dei pietatem transfundens.*

Bellum civile Francorum divinitus sedatum.

(c) *Greg. Turon. de Gest. Fran. l. 3. c. 28.*

XXXIII. *Sed & Clotildis Regina hæc audiens, beati Martini sepulcrum adiit, ibique in oratione prosternitur, & tota nocte vigilat, orans ne inter filios bellum civile consurgeret. Cumque hi venientes cum exercitibus suis eum obsiderent, tractantes illum die sequenti interficere; mane facto, in loco quo erant congregati orta tempestas tentoria dissecat, res diripit, & cuncta subvertit, immixtaque fulgura cum tonitruis ac lapidibus super eos descendunt, ipsi quoque super infectam grandine humum in faciem proruunt, & a lapidibus descendentibus graviter verberantur; nullum enim eis tegumen remanserat, nisi parmæ tantum: hoc maxime metuentes, ne ab ignibus cælestibus cremarentur. Sed & equi eorum ita dispersi sunt, ut vix in vigesimo quoque reperirentur stadio: multi enim ex eis prorsus non sunt inventi. Tunc illi (ut diximus) a lapidibus cæsi & humo prostrati, pœnitentiam agebant & precabantur veniam a Deo, quod ista contra sanguinem suum agere voluissent. Super Clotharium vero neque una quidem pluviæ gutta decidit, aut aliquis sonitus tonitrui est auditus, sed nec anhelitum ullius venti in illo loco sensere. Hi quoque mittentes nuncios ad eum, pacem & concordiam petierunt: qua data, ad propria sunt regressi. Quod nullus ambigat hanc per obtentum Reginæ beati Martini fuisse virtutem.* Hucusque Gregorius: quæ quidem & alii, qui res Francorum sunt prosecuti, testantur.

S. Crotildis pietas sedat civile bellum.

XXXIV. Hoc eodem anno Theodobertus Rex Francorum magno animo invadens Italiam, magnum in Picenum usque duxit exercitum; qui lue exagitatus, admodumque debilitatus & imminutus, re infecta, redire ad propria cogitur. Scimus Procopium ob hanc causam in eos ut

Franci invadunt Italiam.

PAGIUS ea editi, de quibus legendi Cointius anno DXXXVIII. num. IX. & seqq. & Alexander Natalis sæculo sexto.

VII. Ex Episcopis, qui huic Concilio vel propria manu, vel per Nuncios suos subscripserunt, novem Cathalogo Sanctorum in Martyrologio Romano adscribuntur, *Lupus* Episcopus Lugdunensis, *Pantagathus* Episcopus Viennensis, *Leo* Episcopus Senonensis, *Lauto* Episcopus Constantiensis. Eleutherius Episcopus Autisiodorensis *Albinus* Episcopus Andegavensis, *Agricola* Episcopus Cabilonensis, *Gregorius* Episcopus Lingonensis, & *Gallus* Episcopus Arvernorum.

Episcopi Sanctitate illustres, qui ei interfuere.

VIII. Ad num. XXXII. & seq. Sigebertus in Chronico hoc anno narrat gravem inter Reges Francorum dissensionem, quam Deus insigni miraculo composuit. De quo etiam civili bello agit Gregorius Turonensis lib. 3. cap. 28. sed sine ulla temporis nota. Verum cum Sigebertus numeret eum annum post Clodovei Regis vicesimum sextum, bellum istud ad annum quingentesimum tricesimum septimum revocandum. *Chlotildis*, ubi eam dissensionem accepit, Sancti Martini sepulcrum adiit, ibique in oratione prostrata est: ortaque tempestate Reges ad propria regressi sunt, quod ea cuncta subverteret. *Quod nullus ambigat hanc per obtentum Reginæ, B. Martini fuisse virtutem*, inquit Turonensis.

Bellum civile inter tres Francorum Reges.

IX. Ad num. XXXIV. & seq. Expeditio Italica *Theodeberti* Francorum Regis narratur a Procopio lib. 2. de Bello Goth. cap. 25. dum sermo-

ut fidifragos multa jactare. Verum si consulas Agathiam, haud levem eam fuisse belli suscipiendi causam censebis, quam præbuisset Justinianus Imperator: testatur enim Agathias (*a*), haud æquo animo pati potuisse Theodobertum Regem, quod Justinianus Imperator Græco quodam fastu in monumentorum publicorum Imperatoriis titulis omni genere litterarum inscriptis ponere consuevit, sicut Wandalicum & Gothicum, ita & Francicum nomen, perinde ac sicut Wandalos & Gothos, ita Francos etiam debellasset, quos ne attigerat quidem. Hæc igitur ad inferendum bellum adversus Justinianum Imperatorem in Italia satis justa visa est causa Francorum Regi alterius dominii nomine tenus licet impatienti, & jugo vel verbis tantum subdi penitus aversanti.

(*a*) *Agath. l. 1. histor.*

XXXV. Vindicantur Franci a Procopii calumnia. Quod autem idem Procopius calumniose tradit de iisdem Francis humanas id temporis hostias immolantibus, nullum habet astipulatorem, immo contradictorem eumdem Agathiam æque Græcum, qui hæc de his ait, dum de Theodoberto dicere aggreditur (*b*): *Sunt quippe omnes hi Christiani, & rectissimæ inter cæteros omnes opinionis. Habent præterea per civitates Antistites, sacerdotesque; festos insuper haud secus ac ipsi nos peragunt dies. Et sane hi mihi; etsi cætera barbari, moribus tamen videntur quam optimis præditi, & maximum in modum civiles; nec quicquam habere, quod a nobis hos faciat alienos, præter vestitus barbariem, & vocis innatæ, sonumque linguæ. Quos quidem cum ob eorum virtutes, tum ob in cæteros æquitatem, inter seque concordiam mirum in modum admiratione ac laudibus prosequor.* Hæc & plura de his Agathias alia occasione alibi repetita. Sed satis hæc ad institutum de causa Francorum in Justinianum commotionis ob usurpatum indebitum titulum, ut Francicus diceretur.

(*b*) *Agath. l. 1. histor.*

XXXVI. Ravenna cum Vitige Rege dedita Belisario. Quod autem ad res Gothicas in Italia spectat, aliquis tandem divinæ gratiæ Romano exercitui favor illuxit, cum (ut Procopius tradit) nulla Ducum virtute, Ravenna civitas, ipseque Vitiges Rex Belisario deditur. Hæc omnia quomodo acciderint, habes ipsum Procopium (*c*) fusius enarrantem, cunctaque sub hoc anno belli Gothici quinto claudentem: quo eos redarguas qui hæc facta referunt anno superiori. Porro quintum annum belli Gothici eumdem esse Imperatoris decimumquartum, ex eo certo scies, lector, dum idem auctor undecimo anno ejusdem Imperatoris secundum belli Gothici annum statuit. At non hic finis ejusdem Gothici belli: immo post hæreses ingruentes in deterius videbis res Romanas esse prolapsas. Parva enim Gothorum manus minime despondens animum, novum elegit sibi Regem Theodebaldum nomine, quem ipso regni exordio vix mille Gothi sequebantur, ut idem Procopius tradit; sed majoribus in annos singulos, novis creatis Regibus, incrementis auctæ sunt, quæ videbantur esse concisæ, Gothorum vires, adeo ut Romanum in Occidente Imperium in maximum discrimen ad-

(*c*) *Procop. de bello Goth. l. 2.*

PAGIUS

Expeditio Italica Theodoberti Reg. Franc. monem habet de gestis anno quinto Belli Gothici, quæ ideo ad annum DXXXIX. referenda, quo Continuator Marcellini & Marius in Chronico eam recitant, ad Consulatum scilicet Appionis. Hæc Marii verba. *Hoc Consule Theudebertus Rex Francorum Italiam ingressus, Liguriam Æmiliamque devastavit, ejusque exercitus loci infirmitate gravatus, valde contribulatus est.* Continuator vero Marcellini: *Theudibertus Francorum Rex cum magno exercitu adveniens, Liguriam, totamque deprædat Æmiliam. Genuam oppidum in littore Tyrreni maris situm evertit ac prædat. Exercitu dein suo morbo laborante, ut subveniat, pacificens cum Belisario, ad Gallos revertitur.*

X. *Procopius Francos cum Alemannis perperam confundit.* Procopius citatus Francis parum æquus ait, eos fidem quam Gothis dederant, violasse: *Franci*, inquit, *ponte occupato* (Padi scilicet ad Ticinum Urbem) *quos ibi invenere Gothorum liberos, & uxores immolarunt, eorumque corpora in fluvium, tanquam belli primitias, projecerunt. Nam ita Christiani sunt isti Barbari, ut multos prisca superstitionis ritus observent, humanas hostias, aliaque impia sacrificia divinationibus adhibentes.* Verum Procopius flagitia, quæ a solis commissa sunt Alemannis, qui sub potestate Theodeberti Regis degebant, in exigua Provincia Christianæ Religioni nondum subdita, male in universam Francorum nationem refundit. Agathias enim ejusdem ævi Scriptor lib. 1. Hist. non solum hac in re Procopio contradicit, ut videre est apud Baronium num. XXXV. sed etiam ibidem quod Procopius Francis, ipse Alemannis adscribit: *Sunt etiam his*, inquit Agathias, *Patria quadam Instituta: in Republica vero administratione Francorum Politiam sequuntur: tantum in iis, quæ ad Deum pertinent, sententia variant. Arbores enim quasdam colunt, & fluminum lapsus & colles & saltus, atque his tanquam justa facientes, equos aliaque quam plurima resectis capitibus immolant.* Erat cum Theodeberto *Bucellenus* seu Butilinus, ut testatur Turonensis lib. 3. cap. 32. Hic vero, teste Agathia laudato, Alemannus erat. Quam diverse ab Alemannis in uno eodemque exercitu se se gesserint postea Franci in Italia, declarat Agathias lib. 2. *Quotquot eorum Franci erant indigenæ, multam reverentiam, pietatemque circa Templa exercebant, utpote rectam de Deo sententiam amplexi*, &c. *Alemannica vero gens universa* (*aliter enim hi circa religionem sunt affecti*) *Templa irreverenter diripiebant*, &c. *fundamenta subvertebant, cruoreque & sanie delubra circumfluebant.* Qua de re plura Cointius anno DXXXIX num. VII. & seqq.

XI. Ad num. XXXVI. & seqq. Narrat Baronius gesta anno quinto belli Gothici, quæ ideo ad præcedentem Christi annum revocanda sunt. Hoc Baronii fundamentum: *Quintum annum bel-*

adduxerint; ut quæ annis singulis pro temporis ratione dicentur, facile demonstrabunt.

XXXVII. Consilium Dei circa Hostes suos. Ita plane divina providentia moderans res humanas, sic atterere consuevit pietatis hostes, ut tamen eos perdere penitus nolit: deprimit quidem, ne forte (secundum illud Propheticum *a*) *superbirent hostes eorum*, *& dicerent: Manus nostra excelsa & non Dominus fecit hæc omnia:* erigit vero, ne erutus e flagellis Dei populus liber, timore solutus in graviora iterum peccata dilabatur. Ob idque pro illis ad Deum conversus precatus est David, dicens (*b*): *Ne occidas eos, nequando obliviscantur populi mei*. Sic & vidimus noluisse Deum septem illos Israelitis infensos populos Palæstinam occupantes ab ipsis penitus vinci atque deleri; sed usum illis fuisse tamquam virga ad infligenda peccantibus verbera. Eodem itaque modo permisit idem rerum moderator Deus reviviscere ad tempus extinctum in Vitige regnum Gothorum, ut Latinis nimium insultantes Græcos cohiberet; delevit vero tandem, ut Arianæ hæresis error, quo nec afflictati cladibus Gothi carere voluerunt, cum ipsa gente pariter tolleretur.

(*a*) Deut. 32.

(*b*) Ps. 58.

XXXVIII. Sic itaque Deus, justitiæ dextera suspensa lance, æquilibrio pro meritis hominum cuncta disponere consuevit, secundum illud Proverbiorum (*c*): *Pondus & statera judicia Domini sunt*. Cujus quoque arbitrio & illud factum est, ut cum res Occidentalis Imperii feliciſſimo visæ sunt hoc anno exitu claudi, eodem sane tempore res Orientis cæptæ sint diro bello vexari, & plane pessumire, atque in Syria funditus perdi: ut his concussa Theodora Augusta desineret persequi Romanam Ecclesiam, in cujus Pontificem Vigilium non stantem pactis conventis terribilius insurgendi justa causa videri posset exorta. Sed de Orientis cladibus narrationem aggrediamur.

(*c*) Prov. 16.

XXXIX. Hoc enim anno Cosrhoes Rex Persarum, rupto fœdere, in Romanum Imperium movit exercitum: quanta autem damna eidem intulerit, cum non esset miles qui ei adversaretur, Procopius (*d*) narrat: videlicet quod Rex Persarum per Mesopotamiam descendens in Syriam, nullo obice, eamdem devastavit, Surenorum civitate in deditionem accepta, atque una cum habitatoribus funditus excisa, spretis pactis conventis cum Episcopo ejus loci Candido nomine, quem redimere coegit duodecim millia captivorum, credita & juramento promissa pecunia ducentorum aureorum: quodque inde Hierapolim veniens, illic Magnum Berœensem Episcopum ab Antiochenis legatum pacis missum invenit; quo eluso, Berœam expugnavit: indeque Antiochiam deveniens, eadem potitus est, cum illinc prius aufugisset Ephræm ejus Episcopus, atque Germanus Dux, qui illuc ab Imperatore missus fuerat, reliquis in civitate inventis internecioni traditis: cum & Antiochenæ duæ ex clarioribus feminis, nequid indecens paterentur a Persis, sese sponte in Orontem fluvium demersere: quando & civitate cremari jussa, majorem tantum ecclesiam legatorum precibus redemptam pecunia voluit esse salvam, quam antea ornamentis omnibus expilaverat. Suburbia quoque ab eisdem incensa Procopius tradit, salvo dumtaxat S. Juliani templo & conjunctis illi domibus, in quas legati ab Imp. missi diverterant. Hujus autem Antiochenæ civitatis horrendæ cladis tempore accidisse credi potest, ut inde Romam translatum fuerit corpus S.

(*d*) Procop. de bello Pers. l. 1.

De clade illata Syriæ.

Capta Antiochia.

PAGIUS *Ravenna & Vitiges Rex in Belisarii potestatem veniunt.* *belli Gothici eundem esse Imperatoris XIV. ex eo certo scies, Lector, dum Procop. de bello Goth. lib. 2. undecimo anno ejusdem Imperatoris secundum belli Gothici annum statuit*. Verum anno DXXXVII. jam ostendimus, locum illum Procopii corruptum esse, Romamque Belisarium recepisse anno secundo belli Gothici, ac decimo Imperii Justiniani, non vero undecimo. Quare *Ravenna* non hoc anno, ut habet Baronius, sed superiori a *Belisario* obsessa, ut narrat Procopius lib. 2. de Bell. Goth. cap. 28. & seq. Urbs tamen illa exeunte anno belli Gothici quinto Belisario dedita, & *Vitiges* Gothorum Rex ab eo captus. Procopius enim, ubi hæc narravit, retulitque *Ildibadum* a Gothis Regem creatum susceptum Regnum Belisario obtulisse, cap. 30. ait: *Belisarius Byzantium profectus est; & cum hyeme annus quintus exiit hujus belli, quod Procopius scripsit*. Adhæc Continuator Marcellini ad Consulatum Justini, seu ad hunc Christi annum, ait: *Belisarius Ravennam ingreditur, Regem Vitigem & Reginam, cunctasque Opes, Gothosque nobiliores tollens secum, ad Imperatorem revertitur, evocante se Marcello Comite. Gothi trans Padum residentes, Oraio Vitigis nepote & Heldebado ductantibus, Vitigem Regem cum Regina, opibusque Palatii, nec non & Gothos audientes sedibus propriis pulsos, Orientemque per Belisarium abductos, rebellare disponunt, Regem sibi statuentes Heldebadum; contra quem debellaturus Bessa Patricius Placentiam a Ravenna conscendit, Constantino Ravennam de Dalmatiis, ut præesset exercitui, ab Imperatore directo*. Marius ad eundem Justini Consulatum: *Eo anno Belisarius Patricius Vitigem Regem Gothorum de Ravenna captivum abductum, Constantinopoli cum uxore & Thesauris Justiniano Augusto præsentavit*. Quæ omnia partim sub finem anni belli Gothici V. partim sub anno belli Gothici VI. hoc scilicet Christi anno gesta.

XII. *Bellum Persicum.* A num. XXXIX. ad XLIV. Procopius lib. 2. de Bell. Persico cap. 5. & seqq. bellum hoc anno Romanos inter & Persas gestum pluribus describit: *Jam exacto*, inquit Procopius, *cum hyeme anno Imperii Justiniani Aug. XIII. Chosroes Cabadis filius magno instructus exercitu in Rom. fines primo vere irrupit, pacem perpetu-*

S. Ignatii ejusdem civitatis Episcopi.

XL. Pax Ignominiosa Romanis. At quis tandem belli finis? magna ignominia cum Cosrhoe transactum per legatos fuisse, persolutis videlicet quinquaginta millibus nummum aureorum, totidemque per annos singulos dandis loco tributi pactis, obsidibusque datis, pacem inter Cosrhoen & Justinianum Imp. constitutam tunc fuisse Procopius tradit. Ante hæc vero incensum a Cosrhoe templum S. Michalis in Daphne, idem affirmat: qui & mirandum quoddam Apameæ tunc accidisse recenset his verbis: (a) *Post hæc* (inquit) *Cosrhoes cum exercitu Apameam venit, ubi pars Crucis Dominicæ magnitudine cubitali visitur, ab homine Syro huc clam delata quam oppidani magnam ejus loci tutelam esse existimant ac venerantur, theca ei condita lignea, quam auro multo ac gemmis tectam sacerdotibus tribus custodiendam tradiderunt, insuper quotannis certa die adorant. Tunc itaque Apamensis populus videns Persarum exercitum ad se venientem, in magna trepidatione fuere, Cosrhoemque audientes ut minime promissis maneret, Thomam urbis Episcopum adeuntes, rogaverunt Crucis lignum eis ostendi: ut eo viso, feliciter morerentur. Ille vero cum eis morem gessisset, spectaculum fieri contigit sermone ac fide majus. Præsule enim id tenente, ignis jubar supra ferebatur: unde in templi tholo splendor præter solitum apparens, illum continuo circumeuntem sequebatur.* Hucusque Procopius: sed subdit Evagrius de liberatis virtute Crucis Apamensibus a Cosrhoe Rege Persarum.

(a) Procop. de bello Pers. l. 2.

Miraculum de ligno Crucis.

XLI. Ipse enim Evagrius, qui interfuit ista addit (b): *Eo autem parentes mei cum aliis convenerunt, meque id temporis ad scholam euntem secum duxerunt. Postquam vero nobis data fuit potestas honoratam Crucem adorandi, amplexandique Thomas sublatis manibus, lignum Crucis, quo vetus peccati maledictio deleta fuit, totum Sanctuarium circumiens (ut statis adorationis diebus fieri solebat) omnibus ostendit, ac Thomam de loco ad locum progredientem ingens flamma ignis splendentis non ardentis sequebatur. Quæ res salutem, quæ postea Apamensibus contigit, significavit. Ob quam causam imago in testudine Sanctuarii statuta fuit, quæ inscriptione in basi incisa hoc miraculum illis qui ejus rei ignari essent, commonstravit.* Hæc de miraculo Evagrius, qui de eodem Episcopo Thoma ista præmisit:

(b) Evagr. l. 4. c. 25.

XLII. De Thoma Episcopo Apameæ. *Thomas autem non doctrina modo, sed recte factis etiam præstantissimus, qui forte una cum Cosrhoe certamen equorum in Circo spectare (licet hoc Ecclesiæ canon vetaret, neutiquam recusavit. Quod propterea ab eo factum est, uti omnibus modis Cosrhois furorem molliret, mitigaretque. Quem percunctanti Cosrhoi, velletne eum in sua videre civitate? Respondisse ferunt vere & animo, nolle lubenter eum ibi videre. Quod ejus dictum Cosrhoem admiratum esse, hominemque veritatis causa (uti merebatur) admodum amplexatum.* Hæc Evagrius ante dictum miraculum refert.

XLIII. Dei vindicta ob violatam Cathol. fidem. Sed ne, lector, ob ludicra ita obiter transeas luctuosa: verum dum totius Syriæ cladem, Antiochenæque civitatis omnium Orientalium nobilissimæ vidisti incendium atque ruinam, require causam, ac memoria repete, quæ superiori tomo a nobis dicta sunt de Syriæ Episcopis, in primis vero Antiochenis, ex quibus aliquos primum fuisse Nestorii defensores, aliquos vero postea Eutychianæ blasphemiæ sectatores: ut plane, sicuti experimento videmus amplissima quæque ruere ædificia, cum ipsorum fundamenta deficiunt, ita etiam necesse sit pessumdari florentissimas civitates atque provincias quibus Christianæ religionis deficit fundamentum, quod est ipsa Catholica fides. Et licet non semper statim perfidiam ultio subsequatur, vanam tamen inanemque penitus esse scias peccantium jactantiam illam, qua dici ab ipsis solet (c): *Peccavi, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor.* Clamant hæc vera esse omnes quæ sunt in Asia, Africa, & Europa Orientales provinciæ, traditæ feris barbaris ad multa annorum sæcula devastandæ. Sed ad illam te in his considerationem rursus provoco atque revoco, quam prospere, quamque feliciter cesserint res bellicæ Justin. Imper. tam in Perside, quam in Africa, antequam in Silverium Romanum Pontificem fuerint violentæ manus injectæ; postea vero conversa alea, quam exstiterint luctuosæ: nam licet in Occidente ad modicum temporis spatium res

(c) Eccles. 5.

PAGIUS *tuam aperta solvens*. Uti Suram pervenit, quæ Urbs ad Euphratem sita, præsidii Præfectus fortissime contra Persas depugnans, sagitta ictus interiit. Quare Romani Episcopum suum ad Chosroen deprecatorem allegarunt. Hic vero Episcopum fefellit, ingressusque Urbem eam solo æquavit ra.us, ut obvii quique deditionem primo aditu impostérum facerent. *Simul ac nuncium de adventu Persarum audiit Justinianus Aug. Germanum fratris sui filium raptim atque turbate mittit*, inquit Procopius cap. 6. Tum Chosroes Antiochiam obsidione cinxit, eamque captam diripuit, *ac relictis in urbe incendiariis, cum ceteris Persis omnibus in Castra, ubi prius tetenderant, se recepit*; inquit Procopius cap. 9. quod hoc anno gestum, tam Continuator Marcellini, quam Marius in Chronico testantur.

res Gothicæ dextere atque floride succedere visæ sint, quæ sæpe postea sunt in discrimen adductæ; certe quidem in Oriente, ubi regnabat Imperator, res longe diversæ visæ sunt ubique deploratissimæ, eoque statu miserrimo collocatæ, ut non Hunnis tantum (ut superius dictum est) sed etiam Persarum Regi fieri necesse fuerit tributarium Imperatorem illum, qui Wandalorum atque Gothorum Reges nuper duxerat sub jugo captivos. Sed & res Africanos quam felicissimis auspiciis inchoatas maxima secuta sunt detrimenta, ut ex Procopio satis potest quisque cognoscere, & ne longius recedamus, ex iis quæ hoc anno in Africa gesta esse testatur, perspicuo valeas intelligere, quam dispares rerum progressus a principio fuerint subsecuti.

XLIV. Hoc enim anno decimoquarto Justiniani Imp. in Africa a Romanis male pugnatum est cum Mauris: quo in prælio inter alios ipse Romani præcipuus Dux exercitus desideratus est. Quomodo autem hæc se habuerint, a Procopio disces, qui cuncta est fusius prosecutus. Hic modo nobis illa tantum perbrevis recensenda erit historia, qua in invocatione divini numinis affuisse pereunti militi divinam virtutem, palam ostensum fuit. Porro rem gestam apud Sophronium relatam sic accipe (a): *Narravit mibi quidam Patrum, accepisse se a quodam milite: quod cum bellum gererent in Africa Romani cum Mauritanis; victique fugarentur a barbaris & plurimi illorum passim cederentur; ipsum quoque unus ex barbaris nactus, hastam, ut illum feriret, vibrare cœpit. Quod cum ille cerneret, orare Deum cœpit & dicere: Domine Deus, qui apparuisti ancillæ tuæ Theclæ, & eripuisti eamdem ab iniquorum manibus, libera me in hac necessitate, & salva ex hac acerba morte: mox ibo in eremum, & agam vitam solitariam. Conversus autem, neminem ex barbaris vidit. Itaque continuo venit in hanc Lauram Cepatha; mansitque in spelunca, Dei protegente gratia, annis trigintaquinque.* Hæc auctor: cujus rei gestæ veritatem probavit eventus, & qui casum est subsecutus effectus, cum videlicet miles haud ingratus, redemptam precibus vitam ipsi obtulit, cui eam acceptam ferret, serviens Deo in sanctitate atque justitia omnibus diebus vitæ suæ. At jam præsentis anni rebus gestis hic finis esto.

(a) *Prat. Spirit. c.* 20.

Miles Dei virtute liberatur.

Qui

PAGIUS XIII. *Bellum Mauritanicum.*

Ad num. XLIV. Baronius ait, anno XIV. Justiniani in Africa a Romanis male pugnatum cum *Mauris*, & præcipuum Romanorum Ducem exercitus desideratum esse, *Salomonem* scilicet. Verum hujus mors tardius contigit. Procopius enim lib. 2. de Bello Vandalico cap. 19. ait: *Imperator Germanum cum Symmacho ac Domnico Byzantium revocavit, resque omnes Africæ iterum Salomoni commisit, anno Imperii sui XIII.* Tum refert expeditionem Salomonis in Mauros, & expugnationem Castelli *Zerbulis*, & quomodo Mauritaniam Sitiphensem vectigalem fecerit. His narratis Procopius cap. 21. scribit: *In contrarium hæc felicitas versa est quarto post anno, quo Imperii decimum septimum agens Justinianus, Cyrum ac Sergium filios Bacchi, fratris Salomonis, præfecit Urbibus Africæ*, anno scilicet Christi DXLIII. Salomone interim totam Provinciam administrante. Suscepta postea a Barbaris in Romanos expeditione, *Salomon* in eos copias eduxit omnes, sed in prælio occisus est. In editione Procopii, qua usus est Baronius, loco, *anno XVII. Justiniani*, legebatur, *anno XIV. Justiniani*, uti etiam in editione Grotii, præcedentibus longe correctiori habetur. Non dubito tamen, quin Maltretus in editione Regia Procopii recte habeat *XVII. anno Justiniani*; cum textus Græcus Procopii annum illum exhibeat & hæc ejusdem Procopii verba, *quarto post anno*, nonnisi anno XVII. Justiniani respondere possint. Quare Continuator Marcellini ad Consulatum Justini, recte quidem habet: *Salomon in Africa feliciter dimicans rebelliones proturbat*, sed ad Consulatum Basilii solius, ad annum nempe DXLI. perperam scribit: *Salomon in Africa interficitur, Sergius loco ejus Dux successit belli, Moderatorque Provinciæ.* Pertinent enim hæc ad annum DXLIII.

JESU CHRISTI ANNUS 541.	VIGILII PAP. ANNUS 2.	JUSTINIANI IMP. 15. THEODIBALDI REG. 1.

I. Consulatus cœpti negligi.

QUi sequitur ordine temporis quingentesimus quadragesimus primus Christi annus, Basilii Junioris sine collega Consulatu notatur: nec post hæc amplius aliquis Consulatus reperitur additus Fastis; licet non penitus Consules esse desiisse, ex veteribus monumentis appareat. Ita plane Justinianus Imperator ejusmodi per Consulatus a majoribus deductam chronologiam, sui antiquitate venerandam, paulatim antiquare atque penitus tollere voluit, illam inducens, qua per Imperatoris annos tempora notarentur, adderentur vero Consules, si qui essent; quod & lata lege vidimus sancivisse: cujus rei gratia invidiam sibi peperit, & odium ab antiquitatum cultoribus concitavit. Potuit tamen (si quid ad ejus excusationem afferre liceat) dignus ille ejus rei esse prætextus, factum id scilicet ad immoderatas expensas illas tollendas, quas in Consulatus ingressu ab ipsis creatis Consulibus fieri moris erat: nam ejusdem rei causa Marcianus Augustus illam promulgaverat legem, ne Consules in populum pecunias spargerent, tamquam missilia, colligendas. Sed cum nec ita pareret insanus gloriæ appetitus, Justinianus ipse sancitam moderatus est legem, prohibens ne Consules aurum effunderent, spargendi autem argenti tribuit liberam facultatem (*a*). Sed quod neque his se limitibus sciret humana superbia coarctare; hinc & illud subiit Imperatoris animum, ut Consulatus dignitatem amplissimam paulatim e Senatu proscriberet.

(*a*) *Novel. Justiniani Imp. 105. & Auth. de Cons. col. 4. tit. 3.*

Hæc

PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 330. Anno Eræ Hisp. DLXXIX. A.C. 541.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6034.

☉ 18. F. ☽ 10. P. 31. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 541.

VIGILII PAPÆ 5.

JUSTINIANI IMP. 15.

ERARICI REG. 1.

I. *Quindecennalia Justiniani.*

[1] FL. *Basilius Junior* sine collega in Oriente Consul processit, ultimusque privatorum fuit, qui Consulatum ordinarium gesserit. [2] Onuphrius in Fastis de isto Basilio scribit: *Hic civis & Patricius Romanus fuit, qui propter bellum Gothorum, quod tum in Italia gerebatur, Constantinopolim ad Imperatorem profectus est: a quo honorifice susceptus, Consul quoque designatus est.* Arbitratur vero de eo intelligendum esse Procopium lib. 3. de Bello Goth. cap. 20. ubi loquens de Roma a Totila Gothorum Rege capta, scribit: *pauci cum Romanis residuis in Sacras ædes se receperunt. Ex Patriciis Decius Basilius, aliique nonnulli, quibus equi suppetebant, fugientem Bessam secuti sunt.* Fuisse Basilium e Familia Deciana colligo ex eo quod *Junior* nuncupetur, ut videre est an. DLIII. & an. DLXXXVII. num. XII. *Junior* autem appellatur, quia ex eadem stirpe erat ac *Basilius* Importunus, qui anno DIX. Consulatum gessit, ut ibid. ostendi. In hunc annum incidunt *Quindecennalia* Justiniani post mortem Justini imperantis.

II. *Consules ordinarii paulatim a Justiniano sublati.*

Cæterum Justinianus Novella CV. *V. Kal. Jul. post Consulatum Belisarii* data; anno scilicet DXXXVI. Consulatus Dignitatem e Senatu proscribere noluit, ut eam Novellam explicat Baronius. Ipse enim in Præfatione hujus Novellæ profitetur se expensas a Consulibus fieri solitas moderari, *Quatenus continua sit Romanis, omnibus autem Viris existat accessibilis, quoscumque hujusmodi nos dignos esse honore decreverimus.* Hæc tamen, quibus Novellam illam claudit Justinianus, verba non parum obscura: *Omnibus autem a nobis dictis, Imperatoris excipiatur fortuna: cui & ipsas Deus leges subjecit, legem animatam eum mittentes hominibus, eo quod Imperatori quidem jugis & indesinens Consulatus omnibus Civitatibus, & Populis, & Gentibus, in singulis quæ placent distribuenti, advenit: aut cum ipse annuit trabea: ideoque & Imperii Consulatus per omnia fit*

NOTÆ [1] COss. Fl. *Basilius junior* sine collega.

Vetus inscriptio effossa Ravennæ, de qua meminit hoc anno in Chronologia Blanchinus. In ea legitur -- Depositio *Sedaignuchi cubicularii regis Theodorici depositi Ravennæ* IV. *Id. Martii Basilio junior V. C. cos. Indictione quarta.*

Victor: *Basilio V. C. cos.*

Epitome temporum & Indiculus Pascha anno a Passione Domini DXIIII. *Basilio juniore.* GEORGIUS

[2] BAsilius iste, si forte idem est, cujus Ditticum nuper evulgavit Cl. Buonarruoti in Appendice ad opus *Osservazioni sopra i frammenti di vasi antichi di vetro*, Florentiæ 1716. plura simul nomina referebat. Appellatur enim ibi *Anicius*, *Faustus*, *Albinus*, *Basilius*. Quæ si vera sunt, semel & iterum lapsus est Pagius. I. pro Fausto Flavium scripsit. II. Non familiæ Decianæ Surculus, sed potius Aniciæ fuit. Insuper suspicio quædam suboritur, male ab Onuphrio appellatum hunc fuisse Consulem Orientalem, cum potius Occidentalem suadeat Anicia gens, ad quam pertinebat. MANSI

II. Hæc inquam, ad Imperatoris excusationem de invidia in eum conflata dicta sunto: Sive potius ea fuerit convertenda in legum conditorem Tribonianum ad tale honoris culmen ascendere non valentem, atque odio prosequentem in aliis quod ipse consequi minime potuisset, prohibente lege, ne quis non Christianus atque Catholicus amplissimi honoris gereret magistratus: Ethnicum enim ipsum perseverasse superius dictum est. Verum ab omnibus in ipsum Imperatorem culpa transfertur, fastu elatum ægre ferentem sub alieno potius nomine, quam Imperatoris, tempora numerari: cum tamen ipsi Imperatori una cum Imperio jugem inhærere voluerit Consulatum. Ait enim ad finem constitutionis, quam de Consulibus promulgavit (*a*): *Imperatori quidem jugis & indesinens Consulatus omnibus civitatibus & populis & gentibus in singulis quæ placuerint distribuenti advenit; aut cum ipse annuerit, trabea: ideoque & Imperii Consulatus per omnia sit sequens sceptra*. Hæc ipse.

(*a*) Novel. 105.

III. Porro hic ipse annus, qui & decimus quintus ipsius Imperatoris Justiniani numeratur, idem a Procopio (*b*) sextus ponitur belli Gothici: quo Belisarius ob ingentem sibi partam gloriam, capta Ravenna, & Vitige Rege in potestatem redacto, ab æmulis passus invidiam, in suspicionemque adductus affectatæ tyrannidis Constantinopolim revocatur: de cujus illuc adventu & gloria hæc accipe a Procopio (*c*):

(*b*) Procop. de bello Goth. l. 2. in fine.

(*c*) Procop. de bello Goth. l. 3. in princ.

IV. Belisarius redit Constantinopolim.

Suspensis Belisarius adhuc & dubiis rebus, cum Vitige Gothorumque optimatibus & Theudibaldi tunc regnantis *liberis pecuniaque omni, & regia pretiosaque cætera supellectile secum devectis, Byzantium venit, Ildigere, Valeriano, Martino, & Herodiano Præfectis sequentibus. Vitigem vero cum uxore Justinianus gratanter suscepit; barbarorum item agmen pro eximia corporum specie, ac magnitudine mirabatur. Theodorici deinde in curiam dignas profecto receptas gazas Senatoriis viris seorsum visendas exposuit, rerum gestarum magnitudinem gloriæ ducens. Non enim vel has populo spectandas hic præbuit, vel Belisario, ut triumpharet, permisit, quemadmodum alias, cum ex Gilimere Rege & Uvandalis victoriam retulisset. Sed in omnium ore Belisarius erat egregiis victoriis duabus ornatus, quales antehac mortalium nemini contigere, quippe qui Reges duos Byzantium captivos deduxerit, & Genserici, Theodoricique ingentes opes præter omnium spem Romanis ut ex hostibus spolia essent: unde vel apud barbaros ipsos nemo umquam clarior & fama celebrior fuit; quippe qui devictis ex hostibus in publicum ærarium maximas rursum ingessit divitias, & terræ marisque dimidiam partem tam brevi recuperavit.*

V. Porro alibi idem Procopius (*d*) tradit, acceptas de duobus Regibus victorias ab ipso Justiniano Imperatore in Palatii atrio fuisse musivo opere satis egregie pingi jussas. Ait enim: *Super parietes octo fornices suspensi sunt, testudinem totius operis in medio ad sublimitatem sphæricam arctatam continentes: fastigium picturis expolitum est, non liquenti cera & diffluenti materia coactum, sed concinnatum exiguis tenuibusque lapillis & vario colore nitentibus; imitantur cum alia, tum homines. Qualis autem pictura sit; indicabo: Pugna est & bellum. Diripiuntur multæ urbes: hinc Italia, inde Libya: vincit Justinianus, Duce Belisario. Accedit ad Regem Dux integrum habens exercitum, tradit spolia, Reges, & regna, & quæ ab hominibus desiderari possunt. Stant in medio Rex & Regina Theodora lætis similes, & ob victoriam ferias agentibus: Uvandalorum & Gothorum Reges adveniunt victi & captivi; circumstat Romanorum Senatus, omnes ferias agentes. Hoc lapilli hilari pla-*

(*d*) Procop. de ædific. Justin. l. 1.

Pictura de Victoriis Belisarii.

PAGIUS *sit sequens Sceptra*. His vero verbis sibi una cum Imperio jugem non voluit inhærere Consulatum, ut ea exponit Baronius, sed tantum insinuat, Imperatorem, quia Reipublicæ semper consulit, semper gerere Consulatum, illumque cui placet, distribuere. Procopius in Hist. Arcana cap. 26. de sublatis a Justiniano Consulibus hæc scribit: *Singulis annis duo Romanis Consules creabantur, Romæ quidem alter, alter Byzantii, ad eam Dignitatem vocato in Publicam rem amplius bis mille auri pondo erant insumenda; de suo quidem pauca, plurima de publico ex Imperatoris largitate. Cæterum illud est cum ad ea, quæ dixi, munera exhibenda, tum in egenos, tum præcipue in scenicos actores erogatum, mirum quantum Civitatibus rem suflentavit. Postea vero quam obtinuit Justinianus Imperium, haud est his rebus statutum tempus; diu quis multumque Consulatum gerit; vel non est omnino Comitia videre Consularia. Quare extrema mortales oppressi sunt egestate, simul consueta subditis Cæsare negante, simul eos locis, modisque omnibus deturbante fortunis.*

III. A num. III. ad IX. Est hic annus *septimus* belli Gothici a verno tempore inchoatus, non vero *sextus*, ut habet Baronius. Quare quæ de *Belisario* hoc anno refert, ad superiorem Christi annum revocanda. Procopius lib. 3. cap. 1. gesta anno VI. ejusdem belli paucis explicat, aitque Belisarium, *Rebus adhuc suspensis, Vitigem, Gothorum Proceres, Ildibadis liberos, Regiasque Opes omnes Byzantium* deportasse: post Belisarii discessum *Ildibadum* firmandæ Dominationi curam adhibuisse maximam, sed die quodam, quo cum Gothorum Proceribus epulabatur, interfectum fuisse. Quæ omnia præter *Ildibadi* mortem anno superiori gesta, ut ibidem diximus. *Ildibado*, seu *Heldibado*, aut, ut a quibusdam appellatur, *Theodebaldo* hoc anno successit *Eraricus*, ut sequenti videbimus.

Belisarius Constantinopolim rediit.

plane & florida facie ostentant: gestiunt omnes & adblandiuntur Regi, divinos honores illi propter gestorum magnitudinem impartientes. Hæc quidem sic se habent. Hactenus de his Procopius. Sed revocemus orationem ejus susceptam semel de gloria Belisarii.

VI. (a) Procop. de bello Goth. l. 3. Laudes Belisarii. *Erat* (inquit idem auctor a) *Byzantinis civibus voluptati Belisarium intueri in forum quotidie prodeuntem, vel se domum inde recipientem, atque adeo ut tanti spectaculi hos nulla satietas caperet: nam ejus pompa spectatio ob præeuntium turbam & subsequentium erat, ut quem Vvandalorum, Gothorumque, & Maurusiorum multitudo sequeretur non mediocris. Ad hæc accedebat, quod pulchritudo hunc, magnitudoque corporis honestabat. Humilem præterea se benignumque adeo atque aditum obviis quibusque perfacilem exhibebat, ut infimæ sortis viro persimilis videretur. Milites & rusticani & cujuscumque generis homines certatim hunc benevolentia prosequebantur: nam in suos præcipue milites magnificentia cæteros anteibat; & qui bello rem forte male gessissent, pro acceptis vulneribus pecuniam non parvam donando, indignationem ac simul mœstitiam sæpius permulcebat; ei vero qui in acie se egregie habuisset, varia dona dabat in præmium, armillas & torques: & qui præterea aut arcus aut rei alterius bellicæ jacturam præliando fecisset, confestim alia & potiora per Belisarium parabantur.*

VII. Agricolarum immunitas. *Erga agricultores agrestesque homines tanta hic indulgentia ac providentia utebatur, ut Belisario ductante exercitum, nullam hi vim paterentur, sed ex insperato potius opulenti & divites reddebantur, ut qui crebro adventantibus copiis, majori omnia in victum pretio venditarent. Segetes insuper, dum in agris maturescerent, diligentius tuebatur, ne forte equorum greges has devorarent: arborumque maturos fructus, frugesque cæteras, invitis dominis, suos attingere prohibebat. Erat item vir continentior, ut qui præter denuptam sibi uxorem noverit nullam: nam ex Vvandalis, Gothisque tanta multitudine & forma egregia feminas quas bello cepisset earum nullam vel in ejus conspectum venire, vel se alloqui quoquo pacto permisit.*

VIII. *Ad cætera ejus hujusmodi ornamenta perspicax quidem & vividum accedebat ingenium: quippe dubiis ipsis in rebus, ad ea quæ potiora forent cogitanda, mirum de se in modum & opportune valeret, in ipsoque belli discrimine animi præstaret magnitudine, e tutoque & consideratius ad res gerendas audentior esset. Festinare præterea, cunctarique in ipsis adversus hostem conatibus, ut res poscebat. In rebus trepidis bene sperare, nec terrore aliquo capi. Non prosperis insolens esse; nec vitam in deliciis agere. Nec quisquam umquam hominum fuit, qui temulentum eum viderit.* Hæc Procopius de Belisario exercitus Duce inter felicissimos adnumerando, nisi impiæ Theodoræ nimis obsequens, ejus causa dira facinora perpetrasset: sed Dei justo judicio postea factum est, ut ob hanc causam quod feminæ ipsum Deum posthabuit, gravissima pati coactus sit, ut suo loco dicemus.

Imperator vero tot a Deo beneficiis auctus & gloria cumulatus, illud ei ex more rependit obsequium & gratiarum exhibuit actionem, ut de sancta Ecclesia Catholica, quibuscumque valeret studiis benemereret, pias sanctasque ad fidem Catholicam Ecclesiasticamque disciplinam sartas tectas conservandas plures hoc anno promulgans sanctiones, de quibus singulis dicturi sumus. In primis autem quæ ad Concilium Bizacenum in Africa hoc anno celebratum scripserit videamus. IX.

Hoc namque anno in Africa in provincia Bizacena Concilium celebratum est, ex quo legatio missa est ad Justinianum Imperatorem: id enim ex ejusdem Imperatoris rescripto ad ipsum Concilium reddito apparet, quod sic se habet (b). X. De Concilio Bizaceno. (b) In collect. Juliani prope finem.

Imp. Justinianus Alemannicus, Gothicus, &c. Daciano Metropolitano Vizatii * *& omni Concilio Vizaceno. Restitutus & Heracleus reverendissimi viri omnium quodammodo vestri Concilii sacerdotum non relationem tantum, sed suam visi sunt attulisse præsentiam: relucebat namque in eis puritas vestræ auctoritatis & vitæ. Non solum Ecclesiasticis causis, sed totius provinciæ utilitatibus præfuerunt, dicentes quibus jam beneficiis gaudeatis, & quæ a nostra sunt mansuetudine conferenda. Unde precibus eorum summa cum benignitate susceptis, ad universa respondimus: & quantum apud nos eorum legatio valuit, ipsa testatur exhibitio præstitorum. Quæcumque igitur ad privilegia vestra vestrique Concilii pertinent, juxta veterem firmamus disciplinam. Orate igitur divinam misericordiam, ut & nos Reipublicæ & ipsam nobis servet incolumem, & quos a jugo subripuimus Vvandalicorum, ultro florem felicitatis antiquæ (sicut volumus) erigamus. Data pridie Nonas Octobris, Constantinopoli, Imperii domini nostri Justiniani Aug. anno decimoquinto.* Rursum vero ad eumdem Dacianum, sed anno sequenti, ita rescripsit: * Bizacii.

Imp. Fl. Justinianus &c. Daciano Metropolitano Vizatii. Semper nostræ serenitati cura fuit servandæ vetustatis maxime disciplinæ, quam numquam contempsimus, ni- XI.

Rescriptum Justiniani Imp. ad Dacianum. *nisi & in melius augeremus; præsertim quoties de Ecclesiasticis negotiis contigit quæstio, quæ Patrum constat regulis definita, immo adventu superni numinis inspirata: quia constat cælitus institutum, quicquid Apostolica decrevit auctoritas. Hinc est, quod in Africanis quoque Conciliis illa volumus reservari, quæ antiquitas statuit, & sequentium obedientia custodivit, atque in nostrum usque sæculum intemerata perduxit. Nullus inter Primates aliud sibi privilegium vendicet, quod accepisse non legitur: nullus arripiat, quod habuisse jugiter non probatur: nec de rescriptis ad unius suggestionem promeritis, aut de exemplis consuetudinem violantibus quibuslibet sibi blandiatur ambitio. Illud pro lege servandum est, quod Conciliis definitum servavit devota posteritas * . Nam quæ quis in præjudicium statutorum quibuslibet rebus usurpavit, corrigenda potius quam imitanda censemus.*

* Prosperitas.

XII. Justinian. legum Ecclesiasticarum custos. *Si quid igitur Metropolitano Carthaginis, vel Primatibus Numidiæ vel Vizatii Conciliorum auctoritas præstitit, & inoffensa consuetudo servavit; hoc sibi quisque optet, sibi vendicet; hoc nostra sperent sanctione firmari. Nos tutores tantum sumus vetustatis & vindices. Nec deerit Ecclesiastica vindicta, vel nostra in eos, qui aut ambitiosa superbia, aut subreptitiis postulationibus antiquitatem temerasse docebuntur: Quoniam ad Divinitatis tendit injuriam, qui sanctorum Patrum constituta contemnere aut violare non metuit, sancte ac religiosissime Pater. Beatitudo itaque tua quæ per hanc divinam pragmaticam sanctionem nostra statuit æternitas, effectui mancipari, observarique procuret. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime Pater. Data quarto Kalendas Novembris, Imperii domini nostri Justiniani anno XVI.*

XIII. Imperator agit vindicem Canonum. Vidisti, lector, quantum deferat Imperator sacris Conciliorum canonibus, quorum se custodem & vindicem profitetur, atque ad hoc se de illis leges sancire, non ut abroget, sed ut confirmet secundum alia ab eodem Imperatore in aliis editis constitutionibus sæpius repetita, vel quæ habet in Novella constitutione hoc item anno data mense Februario, quam Oleandri editio junxit Novellæ centesimæ vigesimætertiæ. Expedit autem ut hic ejus prooemium recenseamus, quo appareat ejusdem Imperatoris mens, nimirum dum de rebus Ecclesiasticis leges sancit, non alium quam se vindicem sacrorum canonum præstitisse: sic enim se habet (*a*):

(*a*) Novel. 137. edit. Godef. apu Olean. vero Nov. 123.

XIV. *Si civiles leges, quarum potestatem nobis Deus pro sua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus custodiri ad obedientium securitatem studemus; quanto plus studii adhibere debemus circa sacrorum canonum & divinarum legum custodiam, quæ super salute animarum nostrarum definitæ sunt? Qui enim sacros canones custodiunt, Domini Dei adiutorio digni sunt; qui autem eos transgrediuntur, ipsi semetipsos judicio tradunt obnoxios. Majori igitur condemnationi subjacent sanctissimi Episcopi, quibus concreditum & commissum est & canones inquirere & conservare: si quod eorum prætermissum fuerit, indemnatum atque impunitum reliquerint. Sane cum hactenus canones observati non recte fuerint, diversas ex eo passi sumus interpellationes contra clericos & monachos & quosdam Episcopos, ut secundum divinos canones non viverent, & quidam etiam inter eos invenirentur, qui nec ipsam quidem vel sacrosanctæ oblationis vel baptismi orationem tenerent aut scirent. Dei igitur intelligentes & animo infigentes judicium, singulorum quæ nobis delata sunt inquisitionem simul & correctionem jussimus canonice procedere. Si enim illa, quæ a laicis peccantur, generales leges non concedunt extra inquisitionem & vindictam manere; quomodo a sanctis Apostolis & Patribus super omnium hominum salute canonice statuta despici patiemur? Sane multos ex eo maxime deprehendimus in peccata fuisse prolapsos, quod non sunt factæ Synodi sanctissimorum sacerdotum, juxta ea quæ a sanctis Apostolis & Patribus definita sunt. Si enim hoc fuisset observatum, quilibet metuens gravem in Synodo accusationem studisset utique & sacras ediscere liturgias, & temperanter vivere, ne condemnationi divinorum canonum subjaceret, &c.* Pergit dicere de ordinatione Episcoporum, quæ in constitutione Novella centesima vigesima tertia habentur inserta. Data autem hæc lex reperitur hoc anno sub Consulatu Basilii, decimo Kalend. Martii.

Accidit vero, ut aliquando idem Imperator invigilans vehementissimo studio super sacrorum custodiam canonum, dum videret eos ab iis conculcari, qui magis observare deberent, Episcopis; nonnihil commotus, adversus ipsos insurgens ne ex mutua indulgentia licentius peccaretur, Præfectos jusserit accurrere provinciarum, qui ejusmodi Episcopos coercerent. Ad hæc plane spectat illa, quam hoc eodem anno ipsis Kalendis Februarii Novellam promulgavit constitutionem de appellationibus: qua quidem cum ipse Justinianus Imperator Dei zelum se habere præseferat, non tamen fuit ille secundum scientiam. Etenim cum negligentes Episcopos, & sine pœna peccantes vult emendari, eo incaute prolabitur, XV.

tur, ut præter jus fasque per provinciarum Præfectos ipsorum judicia voluerit exerceri; & ab ipsis eosdem ad majores appellare Præfectos, & si opus esset, ab iis ad Imperatorem provocare. Hæc quidem ita se habuisse, docent quæ in exordio ejus constitutionis ponuntur his verbis (a):

(a) Novel. 115.

XVI. *Pervenit ad scientiam nostræ serenitatis, quod cum inter Eustachium virum reverendissimum Tholonæ* * in Lycia *civitatis Episcopum, & Pistum diaconum Ecclesiæ Thelsmissensis* itidem in Lycia maritimæ civitatis *fuisset causa commota, processit a Rectore provinciæ diffinitiva sententia, contra quam appellatio porrecta est. Judices igitur, apud quos appellatio ventilabatur, dubitantes ad nostram clementiam retulerunt, &c.* Hæc ibi: quibus videas ipsum Imperatorem sibi nimium de Ecclesiasticis juribus arrogasse; qui dum se canonum vindicem præsefert, atque pro Ecclesiæ servanda illibata disciplina invigilare profitetur, canones ipse conculcat, penitusque pessumdat Ecclesiasticam œconomiam. Etenim non sæculares Judices causas judicare Episcoporum & inferioris ordinis clericorum, sed Synodos Episcoporum, & si sit ab his appellandum, non ad Imperatorem, sed ad majores sedes, ac denique ad ipsum Romanum Pontificem recurrendum, docent sacræ sanctorum Patrum regulæ, traditio ostendit, ususque probavit. Tunc vero laicis his se immiscere concessum, cum vel ad hæreticos aut schismaticos comprimendos, vel adversus potentiores vel discordes ab Episcopis in auxilium sunt vocati. Porro hæc ipsa quæ fuerunt obiter pertractata, æque videntur esse ab eodem Imperatore correcta: nam si qua de his fuerat ab ipso lex sancita, ab eodem pariter est abrogata: siquidem nulla ejus sanctio invenitur, qua Episcoporum causas a Præfectis cognosci voluerit, & ab iis ad alios sæculares itidem Judices appellari, atque ab his ad Imperatorem.

* Tlonæ

A Justiniano aliquando Canones conculcati.

XVII. At revocemus orationem ad ejusdem Imperatoris Novellam constitutionem centesimam vigesimamtertiam, cujus est titulus: *De sanctissimis Episcopis ac Deo amabilibus, & reverendissimis clericis & monachis.* Cui intexta sunt quæ diximus haberi in Novella centesima trigesimaseptima data hoc anno sub eodem Consulatu Basilii, decimo Kalendas Martias. Hæc autem de qua est sermo, hoc anno sub Consulatu Basilii data cognoscitur Kalend. Maii, ipsaque quadragintaquatuor distincta capitibus; quam ob nimiam vitandam prolixitatem hic describere prætermittimus: satis ad institutum esse putantes, si capitum singulorum index hic apponatur, qui singulis ita affixus habetur:

XVIII. Capita Constitutionis Justiniani CXXIII.

De ordinatione Episcoporum. Cap. I.
De accusationibus Episcoporum. C. II.
De Episcopis qui ante ordinationem Ecclesiæ res suas obtulerint. Et quid pro cathedratico dari conveniat. Cap. III.
Ut Episcopatus a servili & ascriptitia fortuna hominem liberet. Cap. IV.
De presbyteris & diaconis & subdiaconis cognationis jure ad tutelam vel curam vocatis. Cap. V.
Ut clerici a muneribus personalibus, & negotiis sæcularibus abstineant. Capit. VI.
Ne Episcopus dicendi testimonii causa evocetur. Cap. VII.
Ne propter quamlibet causam Episcopus ad sæcularem Judicem trahatur. Capit. VIII.
Ne Episcopi proprias Ecclesias relinquant. Cap. IX.
Ut Archiepiscopi & Patriarchæ sæpius in annis singulis Concilia & Synodos celebrent. Cap. X.
Ne quis ante causæ exitum excommunicetur. Cap. XI.
Quales esse debent qui in clericos ordinantur. Cap. XII.
De ætate presbyterorum, & cæterorum clericorum. Cap. XIII.
De uxoribus clericorum, ne videlicet diaconus, vel subdiaconus quis ordinetur, nisi antea pollicitus sit absque uxore continentem vitam ducere. Cap. XIV.
Quibus causis curiales clerici ordinari possint. Cap. XV.
Ut ordinationes gratis fiant. Cap. XVI.
Quomodo servus ordinari possit, aut ascriptitius. Cap. XVII.
De ædificatoribus ecclesiarum. Cap. XVIII.
Ut omnes clerici res suas in sua potestate habeant. Cap. XIX.
Quibus pœnis subiiciantur clerici, qui falsum tulerint testimonium. Cap. XX.
Ut clerici apud proprium conveniantur Episcopum. Cap. XXI.
Ut Episcopi apud proprium conveniantur Metropolitanum. Cap. XXII.
Ut Oeconomi & similes apud proprium Episcopum conveniantur. Cap. XXIII.
Ut Episcopi illic, ubi deliquerint, conveniantur. Cap. XXIV.
De Apocrisariis. Cap. XXV.
Ne Episcopi legationis nomine conveniantur. Cap. XXVI.
Ut monachi per procuratorem se defendant, & de quantitate sportularum. Cap. XXVII.

De

De modo sportularum in persona clericorum. Cap. XXVIII.
Ne clerici mulieres super inductas in propriis domibus habeant. Cap. XXIX.
De diaconissis. Cap. XXX.
De his qui in ecclesia Episcopo vel aliis clericis injuriam inferunt. Cap. XXXI.
Ne laici faciant litanias sine Episcopo & clericis & crucibus. Cap. XXXII.
De monasteriis & monachis. C. XXXIII.
Ut Abbas non tam antiquitate quam bona æstimatione censendus sit, & eligendus. Cap. XXXIV.
De monachis non statim vestiendis. Cap. XXXV.
Ut monachi in uno conclavi habitent. Cap. XXXVI.
Conditionem nuptiarum vel liberorum non extare, si quis monasterium ingrediatur. Cap. XXXVII.
Ut qui monasteria ingrediuntur, se suaque dedicent monasterio. Cap. XXXVIII.
Ut solutis sponsalibus per monasterii ingressum, simplæ tantum arrhæ reddantur. Cap. XXXIX.
Si vir aut uxor ingrediatur monasterium. Cap. XL.
Non licere parentibus exhæredare filios qui ingrediuntur monasteria velut ingratos. Cap. XLI.
De monacho monasterium deserente. Cap. XLII.
De raptoribus sanctimonialium. Cap. XLIII.
Ne liceat laicis & scenicis uti monachi schemate. Cap. XLIV.

Atque demum ad Petrum Præfectum Prætorio ista habet epilogus: *Tua igitur gloria, quæ per præsentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, per omnia custodiri provideat. Data Kal. Maji Constantinopoli, Justiniano PP. Aug. Basilio V. C. Consul. Missa Petro Præfecto Prætorio.*

XIX. Sed & hoc anno mense Martio idem Justinianus Imp. de Ecclesiasticis titulis & privilegiis atque aliis Novellam constitutionem edidit, cujus est hoc exordium: *(a) De regulis Ecclesiasticis, & privilegiis, aliisque capitulis ad sacrosanctas Ecclesias, & reliquas venerabiles domos præsentem proferimus legem.* Moxque de quatuor Synodis ibi sic primum decernit:

(a) Novel. 131.

XX. De quatuor Conciliis & in eis decretis.

Sancimus igitur vicem legum obtinere sanctas Ecclesiasticas regulas, quæ a sanctis quatuor Conciliis expositæ sunt aut firmatæ, hoc est, in Nicæna trecentorum decem & octo, & in Constantinopolitana sanctorum centum quinquaginta Patrum, & in Ephesina prima in qua Nestorius damnatus, & in Chalcedonia in qua Eutyches cum Nestorio anathematizatus est. Prædictarum enim quatuor Synodorum dogmata sicut sanctas Scripturas accipimus, & regulas sicut legis observamus. Et de sede Constantinopolitana, ut primum locum post Romanam teneret, ita constituit.

XXI. De sede Constantinopolit.

Ideoque sancimus secundum earum definitiones, sanctissimum senioris Romæ Papam primum esse omnium sacerdotum, beatissimum autem Archiepiscopum Constantinopoleos novæ Romæ secundum habere locum post sanctam Apostolicam senioris Romæ sedem, aliis autem omnibus sedibus præponatur. Hæc ipse: qui quod sciret non esse Imperatoris auctoritatis ordinem præscribere sedibus, ex earumdem Synodorum definitionibus id se non definire, sed definita promulgare seu confirmare testatur. Verum hæc quidem perperam: etenim cum tam ex Concilio œcumenico Constinopolitano, quam etiam Chalcedonensi id sibi Episcopus Constantinopolitanus vendicare conatus esset, adversatus est sanctus Leo Papa, ut superiori tomo demonstratum est. Sic igitur non tam ex jure canonum id sibi arrogat Imperator, quam contra omne jus fasque præsumit.

XXII. Subiicit his de aliis Ecclesiarum privilegiis concessis possessionibus Ecclesiasticis: de præscriptione quadraginta annorum ad loca venerabilia pertinente: de ædificatione ecclesiarum: ne in domibus privatis vel fundis Missæ celebrentur; ut legatum Deo relictum illi debeatur Ecclesiæ, ubi testator domicilium habet: de his qui oratorium ædificari jusserint: de-

PAGIUS IV. *Floret S. Sampson hospitum Exceptor.*

A num. XIX. ad XXIV. Justinianus *XV. Kalend. April. Basilio U. C. Cos.* dedit Novellam CXXXI. de Ecclesiasticis Titulis & Privilegiis, aliisque Capitulis, in qua meminit Xenodochii *Sampsonis sanctæ memoriæ*, ut in textu Græco legitur, non vero *Sanctæ Mariæ*, ut in versione perperam habetur, quia scil. in MS. hæ duæ tantum Litteræ S. M. extabant. Hoc Xenodochium construxerat olim *Sampson*, Vir pietate perinde ac generis nobilitate conspicuus, de quo Procopius lib. 1. de ædificiis cap. 2. *Byzantii erat hospitalis domus, hominibus destinata valde pauperibus & ægrotis; nempe quibus ad egestatem accessit invaletudo. Eam Sampson, Vir summa in Deum pietate, qui superioribus annis floruit, ædificaverat. Deinde a seditiosorum furore minime intactam, & cum utraque Ecclesiam deletam incendio, Justinianus Aug. magnificentiori structura restituit, plurimumque auxit, qua numero domuncularum, qua annuo censu, quo plures egestate & morbo affecti quovis tempore levarentur.* Hoc Xenodochium anno DXXXII. in seditione Victoriatorum igne absumptum fuit, ut testantur Theophanes, Cedrenus, & Auctor Chronici Alexandrini. Sed, ut Metaphraste in S. Sampsonis Vita ad diem XXVII. mensis Junii, quo colitur, testatur, *Justinianus* qui ab eo gravissimo morbo liberatus fuerat, ut Xenodochium illud simul etiam ædificaretur jussit, & omnium im-

deque legatis pro captivorum redemptione relictis, ut ab Episcopis præstentur, neque locum Falcidia in piis legatis habeat: Itemque inhibetur Episcopis, ne testari possint de his quæ post Episcopatum, acquisierint. De hæreticis illud addidit, ne ab Ecclesiis vel privatis res immobiles quoquo titulo accipiant, neque iidem ipsi hæretici nova oratoria ædificent. Ad postremum vero de Orphanotrophis illud additur, ut instar tutorum, cum bona hospitalium administrent, inventarium conficiant. Hæc Imperator & ad Petrum Præfectum Prætorio, ad quem ita perorat: *Quæ igitur per præsentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, tua celsitudo edictis solemniter in hac urbe propositis, ad omnium studeat pervenire notitiam. Nos enim providebimus, quatenus sine collatorum dispendio fiat etiam in provinciis manifesta. Data XV. Kalend. Aprilis Constantinop. D. N. Justiniano PP. Aug. Basilio V. C. Consule.*

XXIII. De hospitali S. Samsonis. Sed hic obiter notandum est, quod cum agens de xenodochiis Imperator mentionem habet celeberrimi hospitalis *Mariæ Sanso*, seu potius (ut Contius legendum magis putat) *memoriæ Samsonis*: sciendum hoc antea exustum incendio, ab ipso Justiniano Imperatore fuisse restitutum, ut Procopius verbis istis ostendit (*a*): *Erat hospitale, in quo recipiebantur languidi & infirmi, superioribus annis a religioso quodam viro, cui Samson nomen erat, extructum: restabant quædam vestigia neque gregariis militibus satis commoda: cætera perierant una cum templo exusta & collapsa. Instauravit illud nobile hospitale Justinianus structura splendidiore magnificentius, & mansionum multitudine multo amplius.* Hæc Procopius: ex quo corrigas auctorem vitæ Samsonis, ubi habet, non restitutum, sed erectum hoc hospitale ab ipso Justiniano Imperatore fuisse, cujus & tempore eumdem Samsonem vixisse putavit. Sed & habes in quo pariter Cedrenum redarguas, qui existimavit penultimo anno Justiniani ipsius idem xenodochium conflagrasse. Diximus de eo in Notis ad Romanum Martyrologium die vigesimaseptima Junii, qua tam apud Græcos quam etiam Latinos digno sanctitatis titulo celebratur ejusdem sancti Samsonis natalis dies. Quod insuper ad idem hospitale spectat: omnium fuisse primarium, sub quo alia constituta essent, quæ in eadem Novella leguntur, ostendunt his verbis: *Servari autem jubemus venerabili orphanotrophio hujus regiæ urbis, & xenodochio, quod vocatur sanctæ Mariæ *Sanso, & sub ejus gubernatione constitutis oratoriis & xenonibus aut venerabilibus domibus omnia privilegia quæcumque habet major sanctissima ecclesia Constantinopolitana.* Est etiam mentio hujus xenodochii sancti Samsonis in alia (*b*) constitutione ejusdem Imperatoris, ubi secundum lectionem Contianam legitur, *Sanctæ memoriæ Samsonis* loco, *Sanctæ Mariæ Sanso*. Porro ejusdem hospitalis sancti Samsonis presbyter fuerat (ut dictum est) Mennas, qui hoc tempore erat Constantinopolitanus Episcopus. Sed de his satis.

(*a*) Procop. de ædif. Justini Imp. l. 1.

* memoriæ Samsonis.

(*b*) Novel. 59. c. 3.

XXIV. Hoc etiam anno Kalendis Junii idem Justinianus Imp. constitutionem (*c*) edidit de præscriptione, qua antiquavit privilegium concessum Ecclesiæ centum annorum, quod videlicet esset litium seminarium: satis existimans fore quadraginta annorum periodum, ut Ecclesia sua sibi valeat vendicare. Quo item anno idem Imperator, qui adversus Samaritanos Christianorum hostes leges scripserat, monitus a Sergio Episcopo Cæsariensi, qui eos ad meliorem frugem restitutos fidem fecit, nova edita sanctione, pœnas in eos sancitas antiquat. Extat ejus constitutio (*d*) Novella sub Consulatu Basilii data anno XV. Imperatoris. Sed videamus quas hoc pariter anno idem Imperator, qui multus fuit in exagitandis hæreticis, adversus eos complures edidit sanctiones: quarum prima ita se habet data ad Mennam Constantinopolitanum Episcopum (*e*):

(*c*) Nov. 3. & Auth. collat. 8. tit. 7.

Pro Samaritanis Justin. rescripsit.

(*d*) Novel. Justin. 129. col. 321.

XXV. Adversus hæreticos Sanctio. *Primum esse & maximum bonum omnibus hominibus credimus veræ & immaculatæ Christianorum fidei rectam confessionem, ut per omnia hæc roboretur, & omnes orbis terrarum sanctissimi sacerdotes ad concordiam copulentur, & conso-*

(*e*) Novel. 132. & Auth. col. 9. tit. 132.

PAGIUS impensarum copiam suppeditavit. Reædificatum vero haud diu postea stetit; anno enim Justiniani XXXVII. rursum arsit, & postmodum reædificatum fuit, ut scribunt Theophanes & Cedrenus ad eum Justiniani annum. Natus erat *Sampson* Romæ, ubi medicinam exercuit; sed ea Urbe relicta Constantinopolim venit, ubi a *Menna* Patriarcha Constantinopolitano Sacerdos ordinatus, domum suam, ut antea, gratuitam fecit Officinam, & eos qui morbo premebantur, Hospitio excepit, ac apud *Justinianum* Imperatorem in magna existimatione fuit. Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum scribit, prædicta *Sampsonis* hospitum Exceptoris Acta ex Procopio loco laudato falsitatis redargui; existimat enim Metaphrasten loqui de incendio, quod temporibus Anastasii Imp. contigit, ideoque *Sampsonem* longe ante Justinianum vixisse: quæ ex dictis corruunt. Anno DXXXVII. jam obierat *Sampson*, ut patet ex Novella LIX. *post Consulatum Belisarii II.* data, ideoque erravit Metaphraste, qui scripsit eum Mennæ Patriarchæ Constantinop. superstitem fuisse. Is enim anno DLII. mortalitatem explevit.

Ad

sonam immaculatam Christianorum confessionem prædicent, & omnem occasionem, quæ ab hæreticis invenitur, auferant: quod ostenditur ex diversis conscriptis a nobis libris & edictis. Sed quoniam hæretici neque Dei cogitant timorem; neque interminatas talibus pœnas ex legum severitate considerantes, diaboli opus implent, & quosdam simplicium seducentes sanctæ fidei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ, adulteras collectas, & adultera baptisinata latenter faciunt: pietatis existimavimus per præsens nostrum edictum monere eos qui tales sunt, quatenus & ipsi recedant ab hæretica vesania, & nec aliorum animas per simplicitatem perdant, sed magis concurrant ad sanctam Dei Ecclesiam, in qua recta prædicantur dogmata, & omnes hæreses cum principibus suis anathematizantur. Nosse enim volumus omnes, quia si de cætero aliqui inveniantur contrarias collectas facientes, aut apud semetipsos collectionem: nequaquam omnino eos ferimus; sed domos quidem, ubi aliquid delinquitur, sanctæ assignamus Ecclesiæ: his autem qui colligunt, aut apud se colliguntur, ex constitutionibus pœnas inferri, omnibus modis jubemus. Data pridie Non. Aprilis, Constantinop. D. N. Just. PP. Aug. Basilio Consule. Sed & aliam edidit sanctionem (*a*), ne privilegiis dotis fruerentur hæreticæ feminæ. Id quidem hoc anno sub Consulatu Basilii, XI. Kalendas Maii, seu potius Martii, antequam inchoaret decimumquintum annum idem Justinianus Imperator: nam si Maii dixerimus, loco anni decimiquarti, quintusdecimus in fine constitutionis ponendus esset. Adjecit quoque aliam constitutionem (*b*) hoc anno datam Kalendis Februarii, ut hæretici omnes velut ingrati a parentibus essent exhæredandi, Catholicis tantum filiis ab eis hæredibus institutis. Hactenus de sancitis hoc anno legibus Ecclesiasticis: jam reliqua prosequamur.

(*a*) Nov. 109. & Auth. col. 8. tit. 5.

(*b*) Novel. 113. c. 3. §. *si quis*.

XXVI. De Auximitis ad fidem Christi conversis.

Eodem anno decimoquinto Justiniani Imp. de Auximitis populis ad fidem Christi conversis Cedrenus hæc habet: *Anno decimoquinto Justiniani Imp. Adadus Auximitarum Rex bellum illaturus Damiano Hebræorum Regi, quod negotiatores Christianos interfecisset, vovit se Christianum fore, si Homeritas*, quibus ille imperabat, *vicisset. Et quidem commisso prælio vicit eos, auxiliante Deo: victumque Regem eorum Damianum in potestatem redegit, potitusque est regno & Regia. Itaque Deo gratias agens, misit ad Justinianum, ab eoque sibi Episcopos & clericos mitti petiit. Ita tota regio Christi fidem amplexata est, baptizatique sunt & Christiani facti.* Hæc ipse, quæ anno sequenti contigisse in Miscella narrantur, pauloque fusius explicantur. Hebræos namque illis in regionibus magna potentia viguisse, atque Reges facere consuevisse, quæ dicta sunt superius, dum Arethæ martyris & socio-

PAGIUS V. *Narratio Theophanis de fide Christiana in Æthiopiam invecta.*

Ad num. XXVI. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXXXV. qui Kalend. Septemb. sequentis Christi anni inchoatur, refert eo anno Regem Exumitarum (*Indiam* inquit, *isti habitant, & Judæorum religionem colunt*) bellum sustinere coactum esse, quod *Damianus* Homeritarum Rex Romanos mercatores ad *Exumitam* & interiores Indorum Æthiopumque partes per *Homeritarum* terras penetrantes occidisset: *eo quod Romani, ajebat, Judæos secum habitantes vexant, & mortem eis non verentur inferre.* Cumque jam in aciem congressuri essent Reges, Exumitarum Rex *Adad* votos se devinxit, si superior evaderet se se Christianam religionem amplexurum, & in Christianorum gratiam bello deinceps decertaturum. Deo igitur opitulante *Regem Damianum vivum captivum egit, Homeritarum Regionem, eorumque Regiam reddidit plane subdita; gratiasque Deo Exumitarum Rex subinde persoluturus, Episcopum atque Clericos ad se mitti, & se suosque de Christiana Religione doceri, missis ad Imp. Justinianum Legatis expetiit. Eo Nuncio Justinianus supra modum lætatus, Episcopum quem ipsi vellent, dari jussit. Legati diligenti examine præmisso, Sancti Joannis in Magna Alexandrina Ecclesia Paramonarium, Virum pietate ornatum, & servata Virginitate celebrem, annorum duorum & sexaginta delegerunt. Eo igitur abducto, ad Regem Adad & propriam Regionem redierunt. Ita demum Christi fidem professi, baptismi lumine cuncti fuerunt illustrati.* Idem summarie referunt Cedrenus ad annum XV. Justiniani, Nicephorus lib. 17. c. 22. Auctor Miscellæ lib. 16. & ex eo Baronius, aliique omnes.

VI. *Mere fabulosa est.*

Verum Theophanes in hujus belli narratione summopere erravit, aliosque in errorem induxit. Primo enim *Axumitæ*, nonnisi Librariorum errore Exumitæ apud Theophanem appellati, ut ex Cedreno Theophanis Exscriptore patet, seu *Æthiopes* qui ab Antiquis vulgo *Indi* appellantur, Christiani erant a tempore Constantii Constantini M. filii, & fidem acceperant a Sancto *Frumentio* Episcopo, ut ad annum CCCXXVII. ostendi. Præterea anno DXXIII. demonstravi, *Elesbaan* piissimum & religiosissimum Principem Æthiopibus seu Auximitis, *Dunaanum* vero virum Hebræum, Christianis infensissimum *Homeritis* dominatos esse, & Dunaano devicto interfectoque ab Elesbaano successisse *Abraamium* virum Christianum, huic post alium cujus nomen ignoratur, *Esimiphæum*, & Esimiphæo *Abramum*, hosque etiam Christianos extitisse. Ostendimus pariter *Elesbaanum* Axumitarum seu Æthiopum Regem Justiniano imperante Monachum induisse, eumque excepisse *Hellesthæum*, principem egregie Christianum, ac demum tam *Hellesthæum*, quam *Abramum* anno DXXXI. fœdus cum Justiniano Imp. adversus Persas percussisse. Quare non dubium, quin Theophanes *Adadum* pro *Elesbaano* sumserit, & *Damianum* pro *Dunaano*; cum ipsemet, ut anno DXXII. monstravimus, referat, *Elesbaanum* celebrem Victoriam reportasse de Homeritarum Rege, qui S. *Aretham* aliosque Christianos Civitatis Negræ occiderat, ubi tamen Re-

ciorum Acta retulimus, satis ostendunt. Hæc de Auximitis ad fidem Christi conversis. Ad Homeritas autem jam ante Evangelium pervenisse, ex Procopio (a) dictum est, necnon ex Actis Arethæ martyris & sociorum, iisdemque Christianum Regem datum; sed eodem e medio sublato, subrogatum Abrahamium, idem Procopius tradit: cui successisse videtur Damianus, de quo agitur, Rex Hebræus.

(a) Procop. de bello Persic. l. 1.

XXVII. Hoc eodem anno Domini quingentesimo quadragesimoprimo, a Gordiano (b) ponitur consummatum martyrium sanctorum Placidi & sociorum in Sicilia a pyratis illatum: sed dum hunc ipsum annum auctor numerat Justiniani Imp. decimumtertium, plane erratum liquet in numero. Quod si sub dicto Imperatoris anno decimotertio eosdem martyrio coronatos vult; tunc dicendum erit, ipsos passos anno Christi quingentesimo trigesimonono. Quod vero ad eosdem martyres pertinet, eos quidem egregiam fuisse coronam martyrii consecutos, cum nullatenus revocari possit in dubium, siquidem eosdem antiquiores Ecclesiæ tabulæ titulo martyrii inter Sanctos allectos habent atque descriptos die quinta Octobris, qua eorumdem natalis dies anniversaria memoria celebranda recurrit: tamen ab auctore, qui sub nomine Gordiani eam conscripsit historiam, multis ipsa reperitur erroribus depravata, ut in primis quod habet hos affectos martyrio a Mamuca Duce, eodemque Agareno pyrata misso ab Abdala Agarenorum Rege in Hispania regnante: cum non Abdala, sed Theudis, idemque non Agarenus, sed Gothus his temporibus (ut patet ex Isidoro & scriptoribus omnibus) in Hispania regnaret. Agareni vero seu Sarraceni longe post hæc tempora in Hispania regnare cœperunt, cum post Muzam Abdalazirus sive Abdalassius ejus filius, captis quampluribus Hispaniæ civitatibus, anno Domini septingentesimo decimosexto Regem se gessit. Sunt & complura alia apud eumdem pseudo-Gordianum, quæ & temporum rectæ rationi repugnant; & contradicunt historicæ veritati.

(b) Extant apud Sur. t. 5. die 5. Octob.

Acta S. Placidi in quibus inveniantur commentitia.

XXVIII. Ejusdem quoque sunt generis epistolæ, quæ sive Gordiani sive aliorum nomine apud Leonem Ostiensem in appendice leguntur Chronici Cassinensis, in quibus nulla cohærentia inest appositis a mendaciorum effictore Consulibus cum annis ibidem notatis Justiniani Imperatoris. Et ut hæc obiter attingamus, extant ibidem litteræ ejusdem Justiniani ad Placidum nepotem suum datæ anno duodecimo ipsius Justiniani Imp. (qui est annus Domini quingentesimus trigesimus octavus) sub Consulatu Boetii & Cethegi, addito anno tertio, quorum nulla est mentio quod una simul gesserint Consulatum, sed diverso tempore inter se & a dicto Imperatoris anno longe remoto: siquidem Cethegus Consul fuit anno Domini quingentesimo quarto, Boetius quingentesimo decimo, sub anno vero duodecimo Justiniani Joannes & Volusianus (ut vidimus) Consulatum gesserunt. Qua pariter censura corrigas, quæ ei subiicitur, Theodoræ epistolam ad S. Placidum iisdem Consulibus & anno Imperatoris datam.

Nomine Justiniani suppositæ epistolæ.

XXIX. Sed majori indigent castigatione ejusdem Imperatoris Justiniani nomine litteræ illæ iisdem conjunctæ, quibus salva vult esse Cassinensi monasterio, quæ Tertullus Placidi parens, quæve Justinus senior Imp. eidem cœnobio contulisset, nem-

De falso privilegio Justiniani Imp.

PAGIUS

Regis Homeritarum Theophanes nomen tacet. Hæc conjectura inde certissima redditur, quod *Elesbaanus* post illam victoriam, occisumque Homeritarum Regem, ac ejus Regiam occupatam, Legationem miserit ad Patriarcham Alexandrinum, qui Episcopum in Homeritidem misit, ut *Homeritas* Sacro lavacro tingeret; quod & factum est. Quam Legationem ipsemet Theophanes, ut mox narravi, describit cum hoc discrimine, quod rem sub *Justino* Imperatore gestam ad Imperium *Justiniani* transfert; & licet Victoriam *Elesbaani* de Homeritis retulerit, Legationem tamen, quam *Elesbaanus* ad Patriarcham Alexandrinum direxit, silentio prætermittit, aut ut verius loquar, *Adado* Auxumitarum Regi fictitio perperam adscribit.

VII. Quisquis attento animo legerit quæ anno DXXII. & insequenti de Regibus Auxumitarum & Homeritarum diximus, hanc commentitiam fabellam me certo detexisse comperiet. Nicephorus citatus *Dunaanum* Judæum Homeritarum Regem, non Damianum, ut alii, sed *Damnum* semel & iterum vocat; & non minori errore Scaliger lib. 7. de Emendat. Temp. explicans Computum Æthiopicum, in vulgarem istum errorem impegit, aitque *Adad* primum in Æthiopia Christianismum prædicari curasse, eamdemque diversum non esse ab *Hellesthea*, aut hunc ejus fuisse filium. Recte tamen observat, *Æthiopes* hodiernos per omnia ritus veteris Ecclesiæ Alexandrinæ se sequi profiteri, Patriarcham Alexandrinum mittere solitum in Æthiopiam Metropoliten, qui habet Imperium in omnes Episcopos, eo in Regno innumeros Episcopos, Sacerdotes, Diaconos, & Monachos reperiri, & accepto Christianismo præputia ex consuetudine, quæ antea invaluerat, ad hanc usque diem ponere.

Æthiopes hodierni sequuntur ritus veteris Ecclesiæ Alexandrinæ.

VIII. A num. XXVII. ad XXX. Vita & Passio S. *Placidi* Martyris & fratrum ejus, ac aliorum triginta Monachorum Ordinis Sancti Benedicti extant sæculo I. Benedictino, in iisque *Placidus* dicitur anno Christi DXLI. & Justiniani XIII. Martyrio coronatus. At annus hujus Imperatoris XIII. convenit in annum Christi DXXXIX. Sed errores minus tolerandi in Actis illis S. Placidi leguntur. Hujus Passionis Auctor fuit *Gordianus* Monachus, sed ea postmodum varie interpolata, ut errores & ana-

S. Placidus & Socii martyrio coronantur.

pe villas, rura, castra, oppida, civitates, & municipia ibidem recensita, & quidem non parva vel exigua numero. At quænam sub Theodorico Gothorum Rege esse poterant alicui Romanorum Patricio oppida & civitates? Vel quæ Justinus Imp. ejusmodi in Italia existentia potuit donare non sua? nec enim glebam Imperator Orientis sub Theodorico Rege in Italia possidebat. Et quid illud ad finem: *Ex minio manu propria subscripsimus;* cum, teste Suida, Justinianus litteras penitus ignoraret? Et quomodo (ut superiores epistolæ) eadem data legitur sub Consulibus Boetio atque Cethego, anno duodecimo ejus Imperii? Et quæ insuper ridenda illa subscriptio testium: *Theodoricus Rex aquilifer, Belisarius draconifer, Mauritius leonifer, Tibenus lupifer?* Ac denique quonam modo subscripsisse potuit ei privilegio anno duodecimo Justiniani Imperatoris Theodoricus Gothorum Rex, cum longe ante hæc tempora decessisset, & post eum Athalaricus, inde Theodatus, ac postea Vitiges eo anno duodecimo Justiniani regnaret? Sed missa isthæc, quæ dolemus ab aliquo otioso conficta utpote non (ut vane putavit) illustrante res Patris sanctissimi Benedicti, sed obscurante potius istiusmodi mendaciis, densarum instar nullum globis fulgentis ubique radiis Solis oppositis: miramur vero magis eadem ab ejusdem sacri ordinis monachis viris doctis non fuisse rejecta, & oblivione omnino sepulta. Non indiget qui eos primus tantus genuit Pater, neque ab eo descendens sancta & generosa posteritas per cuncta sæcula in Ecclesia Dei feliciter propagata & sanctis ramis mirifice dilatata, hisce mentitis gloriæ titulis sive ex sanguinis nobilitate, sive ex divitiarum amplitudine comparatis: qui etsi nec his omnino caruere. ex virtutibus tamen terræ cæloque sunt redditi celeberrimi. Sed de his hactenus,

XXX. Hoc eodem anno, qui post Consulatum Paulini reperitur inscriptus, idemque Childeberti Francorum Regis vigesimus septimus (ut ex his, quæ anni superioris exordio dicta sunt patet) Theodoberti vero post obitum patris regnantis anno undecimo Arvernis in Gallia Concilium celebratur, cui etsi pauci numero, meritis tamen excelsi quindecim interfuerunt Episcopi: nam eorum nonnulli egregia claruisse sanctitate noscuntur. Antequam autem de rebus in adeo præclaro conventu gestis agamus, eos primum qui in tam nobili sacerdotum corona prominent flores intuentes, simulque fructus ex eorumdem probe factis ante carpentes, quinam qualesve isti fuerint cupidius audiamus: gratior namque ille habetur sermo, quem animi primo virtutes commendant, secundum illud Proverbiorum (a): *Cor sapientis erudiet os ejus, & labiis ejus addet gratiam; favus mellis composita verba, dulcedo animæ, sanitas ossium.* Arvernense Concilium. (a) Prov. 16.

XXXI. Præerat hoc tempore eidem Arvernensi Ecclesiæ, in qua Synodus est celebrata, ille magni nominis Gallus sanctitate conspicuus, tenuitque in sessione secundum locum, idemque haud imparis meritis S. Aviti successor: ex cujus genere provenisse gloriatur Gregorius Turonensis civitatis Episcopus, qui eumdem Gallum patruum suum fuisse testatur (b), de quo etiam complura admiratione quidem digna conscripsit: ex quibus (ne jejunus omnino abscedas, fame ex fama tanti viri tibi parta) hoc modo unum breviter accipe: *Cum autem Arvernensis civitas maximo incendio cremaretur, & hoc Sanctus comperisset, ingressus ecclesiam, diutissime Dominum ante sanctum altare cum lacrymis exoravit; surgensque Evangeliis comprehensis, apertisque obviam se igni obtulit: quo obtemperante, protinus ad aspectum ejus ita omne incendium est extinctum, ut nec favillæ quidem in eo igne remansissent.* Hæc Gregorius: quomodo vero lue grassante, eadem civitas Arvernensis, ubi Synodus acta est, ab ipso fuerit liberata, suo loco opportunius dicturi sumus. De S. Gallo Episc. Arvernensi. (b) Greg. de gloria mart. l. 1. c. 23.

PAGIUS nachronismi demonstrant. Hujus interpolationis Auctor hactenus ignotus in Observationibus præviis ad eam Vitam ostenditur esse *Petrus Diaconus* Cassinenensis ac Bibliothecarius, qui anno MCXX. floruit. Ipse enim meminit Sancti Placidi Vitæ a se scriptæ, seu verius interpolatæ, ut videre est in lib. de Viris Illustr. Cassin. cap. 47. & in lib. 4. Chron. Cassin. cap. 66. Colitur Sanctus *Placidus* die V. Octobris, de cujus anno emortuali, qui incertus est, differit Mabillonius in Præfatione ad Tomum primi sæculi Benedictini paragrapho IV. *Placidus* Regulam S. Benedicti primus in Siciliam invexit.

IX. Ad num. XXX. & seqq. *Concilium Arvernense* celebratum est anno quingentesimo tricesimoquinto. Honoratus enim Bituricensis Episcopus his verbis eidem subscripsit: *Relegi, & subscripsi, die VI. Idus Novembris, post Consulatum Paulini Junioris V. C.* qui anno DXXXIV. Fastis nomen dedit. Baronius, qui quendam alium Paulinum Justini anno superiori Consulis collegam credidit, verba Concilii Arvernensis laudata de secundo isto Paulino intelligenda arbitratus est. Sed Fastis Consularibus suæ integritati restitutis hujus Concilii Epocha in controversiam vocari non potest. Ad illud ex solis Theodeberti Regis Ditionibus convenere Episcopi, ut liquet ex Præfatione Canonibus præfixa: *Cum in nomine Domini, congregante Sancto Spiritu, consentiente Domino nostro Gloriosissimo Piissimoque Rege Theodeberto, in* *Concilium Arvernense.*

XXXII. De S. Gregorio Ep. Lingon. Qui tertius ordine ponitur Gregorius Lingoniensis Episcopus, æque sanctitate clarus est habitus: de eo vero superius rursus mentio facta est; quem ad hæc tempora fuisse superstitem, ipsius subscriptio docet: ad trigintaduos namque annos sedisse Episcopum, Venantius Fortunatus (a) in epitaphio ejus testatur, quod hic tibi describendum putamus.

(a) Fortu. carm. l. 4.

Postquam sidereus disrupit Tartara Princeps,
Sub pedibus justi mors inimica jaces.
Hoc veneranda sacri testatur vita Gregorii,
Qui modo post tumulos intrat honore polos.
Nobilis antiqua decurrens prole parentum,
Nobilior gestis nunc super astra manet.
Arbiter ante ferox, exhinc pius ipse sacerdos,
Quos domuit Judex, fovit amore Pater.
Triginta & geminos direxit ovile per annos,
Et grege de Christi gaudia pastor habet.
Si quæras meritum, produnt miracula rerum,
Per quem debilibus fertur amica salus.

Cum ergo testificatione Fortunati triginta duos annos sedisse Gregorium certum sit; utique dicendum est ipsum fuisse creatum Antistitem Lingoniensem anno Domini quingentesimonono, quo interfuisse reperitur Concilio Epaunensi (ut suo loco dictum est) & hoc anno pariter vivere desiisse, quo ipsius sedis expletur annus trigesimussecundus: cum & in locum ipsius suffectus est S. Tetricus, de quo inferius opportune dicturi sumus.

XXXIII. Quarto autem loco scribitur, subscriturque Hilarius Episcopus Gabalitanus, qui & ipse sanctitate insignis certa die (b) colitur in Ecclesia, qua e terrenis fuit ad superna vocatus: ad quem extat carmine missa salutatio Fortunati in hunc modum (c):

(b) Rom. Martyrol. die 25. Octob.

(c) Fortun. carm. l. 3.

De S. Hilario Gabalitano.

Lux serena animi semper mihi dulcis Hilari,
Quamvis absentem quem mea cura videt.
Cujus honestus amor tantum mea corda replevit,
Ut sine te numquam mente vacante loquar.
Versibus exiguis mandamus vota salutis:
Quæ dedit affectus, sint tibi grata precor.

Hæc ad eum Fortunatus.

XXXIV. Hunc sequitur ordine Ruricius Episcopus Lemovicensis, quem præter egregiam morum præstantiam, avita etiam nobilitas, qua Anicianæ familiæ junctus erat, reddidit clariorem. Quod autem tanti viri antiqua prosapia Romani sanguinis illustrissimi obscura memoria relicta sit; unicum quod extat ipsius gloriæ monumentum ab eodem Fortunato posteris traditum (quo nomine plurimum ei debent antiquitatis studiosi) hic intexendum erit, nempe scriptum ab eo ipsi post obitum epitaphium versibus istis (d)

(d) Fortu. carm. l. 4. De duobus Ruriciis.

Invida mors rapido quamvis minitteris hiatu,
Non tamen in Sanctos jura tenere vales.
Nam postquam remeans domuit fera Tartara Christus,
Justorum meritis sub pede victa jaces.
Hic sacra Pontificum toto radiantia mundo
Membra sepulcra tegunt, spiritus astra colit.
Ruricii gemini flores, quibus Aniciorum
Juncta parentali culmine Roma fuit,
Accumulante gradus prænomine sanguine nexi,
Exultant pariter hinc avus, inde nepos.

Quod geminos audis Ruricios, haud alium ab hoc illum existimo seniorem Ruricium virum doctrina insignem in Galliis

PAGIUS *in Arverna Urbe*, &c. Episcopi ad Theodebertum scripsere, eumque precati sunt, ut Clerici, aliique, qui Regum aliorum dominio subjacebant, possessionibus, quas in ejus Regno jure obtinebant, non fraudarentur. Extat Epistola ab illis ad *Theodebertum* Regem scripta; sed quid hic rescripserit, incompertum. Verum cum Episcoporum postulatio æquissima fuerit, & *Theodebertus* a Gregorio Turonensi lib. 3. cap. 25. ob justitiam plurimum laudetur, non dubium, quin eorum petitioni acquieverit. In Concilio Arvernensi conditi sunt Canones sexdecim.

X. *S. Episcopi qui eidem interfuere.* Episcopi quindecim interfuere, ex quibus quatuor in Martyrologio Romano coluntur, *S. Gallus* Episc. Arvernensis, *Gregorius* Episc. Lingonensis *Hilarius* Episc. Gabalitanus, & *Nicetius* Episcop. Trevirensis. Inter hujus Concilii Episcopos nominatur *Flavius* Episcopus Ecclesiæ Rhemensis, de quo nihil legitur præter nomen apud Flodoardum in Historia Rhemensi lib. 2. cap. 1. ubi ait: *Beato Remigio suc-*

liis item degentem, ad quem plures extant Sidonii Apollinaris epistolæ (*a*). Sed audi ejusdem epitaphii reliquos versus, quibus amborum præclara facta narrantur.

(*a*) *Sidon. l.4. ep.16. l.5. ep.15. l.8. ep.10.*

Tempore quisque suo fundans pia templa patrono,
Iste Augustini, condidit ille Petri.

Præclara facta Ruriciorum.

Non enim in Africa tantum, ubi claruit sanctus Augustinus, magno religionis cultu prosequebantur Fideles ejusdem Sancti memoriam; sed etiam in Gallia (ut vides) in ejus honorem templa erigere consueverunt. Sed pergit:

Hic probus, ille pius; hic serius ille serenus:
Certantes pariter quis sibi major erit.
Plurima pauperibus tribuentes divite censu,
Miserunt cœlos, quas sequerentur opes.
Quos spargente manu redimentes crimina mundi,
Inter Apostolicos credimus esse choros.
Felices qui sic de nobilitate fugaci.
Mercati in cælis jura Senatus habent.

Hactenus Fortunatus; cui multum etiam debemus, quod dum unius Ruricii facta quærimus, alterum seniorem Ruricium æque virtutibus egregium invenerimus.

XXXV. De S. Nicetio Treverensi Episcopo.

Sed & qui hunc in subscriptione subsequitur Nicetius Episcopus Treverensis, & ipse his temporibus Gallias illustravit, spectatus ubique virtutum excellentia & miraculorum editione; relatusque inter Sanctos jugi memoria in Ecclesia perseverat. Scripsit autem præclaras ab eo res gestas Gregorius Turonensis (*b*). Inferius vero de eodem nobis nonnulla opportuniori occasione dicenda: sed hic tantum de eo illud ad memoriam revocasse satis, ejus opera factum, ut Theodobertus Rex de quo est mentio in ejusdem Synodi præfatione, ad meliorem frugem conversus sit.

(*b*) *Greg. in Vita S. Nicetii Episcopi Trever.*

XXXVI. De Flavio Episcopo Remensi.

Qui vero nonus ordine recensetur, Flavius est Remensis Episcopus. Ex quo velim observes, plane errore deceptos, qui S. Remigii ejusdem Ecclesiæ Episcopi ad Deum transitum referunt (*c*) ad annum Domini quingentesimum quadragesimumquintum. Nam quomodo ad illud tempus potuit Remigius pervenisse, si hoc anno sedisse Flavius reperitur, quem & præcessisse ponitur Romanus ejusdem sancti Remigii primus successor? Par erat (si licuisset) Antistitis celeberrimi Francorum Apostoli ex hac vita ad Deum transitum certo signasse in nostris Annalibus, sicut die, ita & anno: sed quod quæ de his ab aliis scriptis mandata feruntur, haud ejusmodi esse noscantur, quæ immobili veritate subsistant; inviti abstinere cogimur, & nonnisi hic dumtaxat obiter meminisse: Gregorii enim Turonensis (*d*) testificatione asserentis septuaginta annos & amplius sanctum Remigium sedisse, & Hincmari assertione dicentis vixisse in Episcopatu annos septuagintaquatuor, invaluit opinio illa, ut qui creatus habetur Episcopus anno Christi quadringentesimo septuagesimoprimo, idem pervenerit ad annum quingentesimum quadragesimumquintum. Sed Synodalia Acta majorem vendicant sibi fidem; ex quibus liquet neque ad annum septuagesimum pervenisse. At reliqua de Arvernensi Synodo percurramus.

(*c*) *Sigeb. in Chron. & alii eum secuti.*

(*d*) *Greg. Turon. de Glor. confess. c.79.*

XXXVII. Desideratus Episc. Virdunensis.

Qui vero penultimo loco scriptus ponitur Desideratus Episcopus Virdunensis, ipse est de quo plura Gregorius Turonensis (*e*) habet: & inter alia quæ ad hanc ipsam Synodum spectare posse videntur in commendatione Theodoberti Regis Francorum, cujus est mentio in ejusdem Synodi præfatione. Ait enim: *Desideratus Virdunensis Episcopus, cui Theodoricus Rex multas irrogavit injurias; cum post multa exitia* *, *damna & ærumnas, ad libertatem propriam, Domino jubente, rediisset, & Episcopatu apud Virdunensem urbem potiretur: videns habitatores ejus valde pauperes atque destitutos, dolebat super eis. Et cum ipse per Theodoricum de rebus suis remansisset extraneus, nec haberet de proprio qualiter eos consolaretur; bonitatem &* cle-

(*e*) *Greg. Turon. de Gest. Fran. l.3. c.34.*

* exilia

PAGIUS *successisse traditur Romanus*, quem Flavius excepit. Quare Sanctus *Remigius* Francorum Apostolus circa annum quingentesimum trigesimum ad Deum migravit; cum Romano & Flavio aliquot anni assignandi sint. Illum *Remigii* morti annum assignat Henschenius ad diem VI. mensis Februarii, in Commentario prævio ad Vitam Sancti *Vedasti* Episcopi Attrebatensis anno superiori aut circiter demortui. Fuere uterque celeberrimi Episcopi, ex quibus hic *annis circiter quadraginta* Ecclesiam Attrebatensem rexit, ut testatur Alcuinus in ejus Vita; *Remigius* vero septuaginta & eo amplius annis Episcopatum gessit, ut habet Gregorius Turonensis lib. de Gloria confessorum cap. 79. vel septuaginta quatuor annis, ut tradunt Hincmarus in ejus Vita, & Flodoardus lib. 1. cap. 16. Huic Concilio subscripsere *Domitianus Episcopus Ecclesiæ Tungrorum* & *Hesperius Episcopus Ecclesiæ Metensis*, quem Paulus Diaconus in libello de Episcop. Metensibus *Sperum* appellat, decimumque Sancti *Auctoris* anno CDLI. demortui successorem fuisse asserit. Quare cum in accuratioribus Tungrensium Episcoporum Catalogis apud Henschenium in Exegesi *de Episcopatu Tungrensi* Tom. VII. SS. mensis Ma-

clementiam circa omnes Theodoberti Regis cernens, miſit ad eum legationem, dicens: Fama bonitatis tuæ in univerſam terram vulgatur, cum tanta ſit tua largitas, ut etiam non petentibus opem præſtes. Rogo, ſi pietas tua habet aliquid de pecunia, nobis accomodes, qua cives noſtros relevare valeamus: cumque hi negotium exercentes, ſponſionem in civitate noſtra, ſicut reliquæ habent, præſtiterint; pecuniam tuam cum uſuris legitimis reddemus. Tunc ille pietate commotus, ſeptem ei millia aureorum præſtitit. Quæ ille accipiens, per cives ſuos erogavit. At illi negotia exercentes, divites per hoc effecti ſunt, & uſque hodie magni habentur. Cumque antedictus Epiſcopus debitam pecuniam obtuliſſet Regi, reſpondit Rex: Non habeo neceſſarium hoc recipere: illud mihi ſufficit, ſi diſpenſatione tua pauperes, qui opprimebantur inopia, per tuam ſuggeſtionem & meam largitatem ſunt relevati. Et nihil exigens, antedictos cives divites fecit. Hucuſque Gregorius.

XXXVIII. Cum igitur ex his Theodorici improbetur in expoliatione ſacerdotum tyrannis: cauſam intelligis, cur in hoc eodem Concilio Patres eos damnavere qui a Regibus bona Eccleſiæ uſui pauperum inſervientia impetrarent. Ait namque hæc Gregorius (a): *Ejuſdem Theodorici Regis tempore illud iniquum germen cœperat pullulare, ut ſacerdotium aut venderetur a Regibus, aut compararetur a clericis.* Ad hæc, inquam, primum pertinet, quod iidem ſanctiſſimi ſacerdotes ſecundo canone ſic ſtatuere: *Placuit etiam, ut ſacrum quis Pontificii honorem non votis quærat, ſed meritis: nec divinum videatur munus comparare rebus, ſed moribus; atque eminentiſſimæ dignitatis apicem omnino conſcendat electione, non paucorum favore, &c.* Et in tertio canone: *Ne a potentibus ſæculi clerici contra Epiſcopos ſuos ullo modo erigantur.* Atque item quarto canone: *Qui regulam Eccleſiæ petunt a Regibus, & horrendæ cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt, a communione Eccleſiæ, cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur.*

(a) *Greg. Turon. in Vit. S. Galli.*

Tyrannis Regum in res Eccl. inſurgens compreſſa.

Hæc ſanctiſſimi Patres, erigentes ſe adverſus Regum temeritatem pro arbitrio concedentium petentibus bona Eccleſiaſtica: quibus quidem conſtituendis fuiſſe adjumento Theodobertum Regem, ex iis quæ iidem ad Concilium vocati ſacratiſſimi Antiſtites præfati ſunt, intelligi poſſe videtur, dum ajunt: *Cum in Dei nomine, congregata ſancto Spiritu, conſentiente domino glorioſiſſimo pioque Rege Theodoberto, in Arvernam urbem ſancta Synodus conveniſſet; ibique flexis in terra genibus pro Rege, pro ejus regno, &c.* Sic igitur conſentiente Rege (ut vides) contra Reges manus inicientes in bona juraque Eccleſiaſtica iidem Patres eoſdem quos diximus canones ſancivere. Ex quibus magis magiſque Novatores Principes ſacrilegii arguantur, qui inhiantes diu bonis Eccleſiaſticis, invenere tandem pſeudoprophetas, qui ex eorum ſententia id poſſe jure fieri reſponderent; majorem adhibentes fidem arreptis penitus mentis inſania, nequam ſpiritu agitatis apoſtatis ex monachis perfidis & impiis, quam tot tantiſque ſanctiſſimis Patribus, in quibus inhabitaſſe Spiritum ſanctum, Deus multi

XXXIX. Theodob. Regis pietas commendata.

PAGIUS Maii præfixa cap. 5. *Domitianus* decimus ponatur Sancti *Servatii* ſucceſſor, apparet decem hos Epiſcopos ſediſſe, non poſt *Servatium* I. ſed poſt *Servatium* II. ab anno ſcilicet CDLI. ad DXXXV. quo *Domitianus* Concilio Arvernenſi interfuit. Neque enim in Catalogo Epiſcoporum Metenſium a Paulo Diacono conſcripto amplius quam decem Epiſcopi Sancto *Auctori* Servatio II. coævo, ante Concilium Arvernenſe Eccleſiam Metenſem rexiſſe dicuntur. Chronotaxis itaque Epiſcoporum Tungrenſium ex Epiſcoporum Metenſium Chronotaxi confirmatur. Et ſicut in illa nullus temporis character, quam qui petitur ex Concilio Arvernenſi, erui poteſt; ſic nec in ſerie Epiſcoporum Tungrenſium; ideoque juxta hoc Concilium præcedentium Epiſcoporum, tam Tungrenſium, quam Metenſium tempora ſtatuenda.

XI. Sed redeo ad Sanctum *Remigium* Rhemenſem Epiſcopum, cujus Teſtamentum extat apud Flodoardum lib. 1. cap. 18. ſed tot interpolationibus fœdatum, ut pleriſque ſuppoſititium viſum ſit. Tandem prodiit eo modo, quo a Sancto *Remigio* ſcriptum fuerat, in fine Novæ Bibliothecæ Labbei Tom. I. indeque apparuit, Flodoardum Teſtamentum illud, quod in ejus Hiſtoria legitur, in eam numquam inſeruiſſe.

Teſtamentum S. Remigii Epiſc. Rhemenſis.

Id ex ipſomet Flodoardo, demonſtrari poteſt. Is enim lib. 1. cap. 4. loquens de Baſilica Sancti Timothei Martyris ait: *Hic etiam in eadem Sanctorum Baſilica Beatus Remigius tumulum ſibi parari præcepiſſe reperitur, ut poſt conditam Teſtamenti ſui continentiam ſubintulit addens:* poſt conditum Teſtamentum, imo ſignatum, occurrit ſenſibus meis, ut Baſilicæ Domnorum Martyrum Timothei & Apollinaris miſſorium argenteum VI. librarum ibi deputem, ut ex eo ſedes futura meorum oſſium componatur. *Sed & in ipſo Teſtamento; duodecim ſolidos ad ipſius Baſilicæ cameram ſtruendam juſſerat dari.* Hæc verba, *poſt conditum Teſtamentum*, &c. reperiuntur in omnibus exemplaribus Flodoardi. Quare juxta illum Remigius ſepulturam elegerat in Eccleſia Sancti Thimothei, non quidem Teſtamento, ſed codicillo, uti etiam in fine veri Teſtamenti Remigii legitur. Et tamen in ipſo Teſtamento interpolato habetur: *Eccleſia Sancti Timothei, ubi oſſa mea ponere diſpoſui.* Et præterea in eodem Teſtamento interpolato Remigius quatuor ſolidos Eccleſiæ Rhemenſi legat, quod adverſatur verbis relatis Flodoardii. Quæ hic annotare viſum; ſi enim Flodoardus Teſtamentum interpolatum Sancti Remigii in locum veri exhibu-

tiplici miraculorum editione monstravit.

XL. Theodobert. emendat patris errata. Theodobertus igitur Rex maxime pius, detestatus vehementer quæ a suo ipsius patre Theodorico rerum Ecclesiasticarum invasore sæpius in sanctos Episcopos & bona Ecclesiarum fuerant perpetrata: etsi hæres regni, non tamen perfidiæ esse voluit: quam longe aversatus, in omnibus immunitati Ecclesiasticæ studuit esse consultum, sancirique Ecclesiasticas leges, quibus jura antiqua Ecclesiis illibata penitus servarentur; atque illi qui pravi emersissent abusus funditus tollerentur. Sic itaque quem imitari in his filius hæres noluit, sed perperam ab eo facta per Episcopos corrigi, cur fideles Principes aversari non debent? Porro hæc omnia accepta ferenda esse videntur sanctissimo viro Nicetio Episcopo Treverensi, qui huic Arvernensi interfuit Synodo; quod eumdem Theodobertum Regem pravis moribus depravatum ad meliorem frugem sæpe reprehendendo (ut ex Gregorio (*a* patet) convertit.

(a) *Greg. in Vita S. Nicet. Ep. Trever.*

XLI. Extant insuper alii ejusdem Concilii canones ad disciplinam Ecclesiasticam restituendam conservandamque ab iisdem Patribus constituti, quos tu pro animi arbitrio consulas? hæc nobis modo satis ad horum temporum Gallicanæ Ecclesiæ statum insinuandum. Cæterum etsi hæc saluberrima apposita sunt ulceri serpenti remedia; haud tamen factum est, ut postea minime rursus eruperit: ut plane in his plurimum fuerit Galliarum sanctis Episcopis insudandum; prout quæ suis sæpe locis inferius dicentur, significabunt.

Chri-

PAGIUS hibuisset, nihil certi esset in aliis documentis ab eo productis, nec ullus eorum in Historia Ecclesiastica usus esse posset.

XII. *Secunda Chosrois in Imperium Rom. irruptio.* Postquam anno superiori de pace inter *Chosroen* Persarum Regem & Legatos Romanos conventum fuisset, & pacis conditiones Justinianus ratas habuisset, Chosroes *Daram* obsidione cinxit sed irrito conatu. Quare Justinianus pacta exequi noluit, quæ aliunde Romanis erant ignominiosa. *Ex Italia revocatus ab Imperatore Belisarius. Byzantium venit; ibi tradacta hyeme, ineunte vere Augustus illum adversus Chosroen Persasque misit, summo cum imperio belli, una cum Ducibus, qui ipsum secuti fuerant ab Italia redeuntem*, inquit Procopius lib. 2. de Bello Persico cap. 14. Quare ea Belisarii expeditio ad præsentem annum pertinet. Ubi *Belisarius* in Mesopotamiam pervenit, undique coegit copias, & Ducibus *Dara* convocatis significavit consilium suum esse, ut in terram hostilem irrumpant. Sed dum ad irruptionem necessaria magno studio præparantur, *Chosres Petram* Urbem maritimam Colchidis ad littus Ponti Euxini, muro omnique apparatu munitam expugnavit. *Belisarius* autem rerum quæ in illis partibus gerebantur ignarus, Dara *Nisibim* versus exercitum movit, sed desperata Nisibis expugnatione ulterius contendit, captoque *Sisaurano* muro validissimo cincto, cum Romana castra febribus laborarent, ita ut tertia militum pars jaceret semimortua, *Belisarius Byzantium accitu Imperatoris reversus, ibi hyemem egit*, inquit Procopius cap. 19. qui asserit hanc secundam in Romanos Chosrois expeditionem fuisse. De ea Baronius anno DXLIII. num. XV.

XIII. *Infausta Belisarii expeditio.* Procopius in Historia Arcana cap. 2. res Orientis *Belisarii* culpa felicem exitum non habuisse affirmat, eumque usque ad Ctesiphontem urbem nullo impedimento pervenire potuisse. Tum capite sequenti narrat, *Theodoram* Augustam, quæ Antoninæ ejus uxori favebat, hunc atque illam Byzantium accivisse: hanc enim *Belisarius* ob adulteria in custodiis habebat.

Concilium *Aurelianense* IV. hoc anno habitum, ut videre est anno DXLV. num. IX. *Totila* fit Gothorum Rex, ut anno sequenti num. II. videbimus

JESU CHRISTI ANNUS 542.	VIGILII PAP. ANNUS 3.	JUSTINIANI IMP. 16. TOTILÆ REG. 1.

I. Occisi Reges Goth. CHristi annus quingentesimus quadragesimus secundus absque novis Consulibus inchoatus, post Basilii Consulatum inscribitur, idem a Procopio belli Gothici septimus numeratus; quo, novo occiso Rege Theodibaldo, Gothi evexerunt in regnum Araricum: quo etiam paucos post menses perempto, Totilas regnum accepit. Hæc pluribus idem Procopius (a) tradit. Theodibaldi Totilas nepos fuit, ingenio & viribus præstans, in flagellum dominantium in Occidente Græcorum in regnum evectus; qui hoc ipso anno, non amplius quam quinque millium Gothorum collecto exercitu, bis collatis signis, apud Faventiam in Æmilia primum, inde apud Florentiam in Tuscia Romanorum exercitum superavit: reliqua autem ab eo fortiter gesta, eademque a Procopio enarrata, suis locis annis singulis (cum tamen instituti ratio exiget) Annalibus intexemus. Hoc igitur anno hæc facta esse, quo Procopius numerat annum septimum belli Gothici, non est quod in dubium revocari possit: nam & id ex ejusdem auctoris ea confirmatur assertione, dum Totilam regnasse annos undecim dicit, obiisseque anno decimooctavo ejusdem belli: cujus pariter sententiæ suffragatur Agathias, qui ejusdem Totilæ necem ponit post vigesimumsextum annum Justiniani Imperatoris. Hæc de temporis ratione adeo certa & probata reliquisse oportuit ad redarguendos errores mendacia compingentium, de quibus inferius sermo erit. Modo res Orientis invisamus.

(a) Procop. de bello Goth. l. 2.

Totilas regnare cœpit.

II. Antiochia a Justiniano Imper. restituitur. Justinianus Imperator redempta (ut vidimus) pace a Cosrhoe Rege Persarum, adjecit animum, ut incensam ab eo Antiochiam restitueret atque muniret: quænam autem illic erexerit ædificia, Pro-co-

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLXXX. A.C. 542. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6035.

☉ 19. E. ☾. 11. P. 20. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 542.

VIGILII PAPÆ 6.

JUSTINIANI IMP. 16.

TOTILÆ REG. 1.

I. Post consulatus. [1] IS annus hac formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C.* ut habet Continuator Marcellini, vel ut scribit Victor Tunnunensis: *Post Consulatum Basilii V. C. anno II.* Hæc annorum post Basilii Consulatum numerandorum diversa ratio, deinceps in numeris annorum post Consulatum Basilii usurpata, observanda est: diversus enim iste loquendi modus Viros Eruditos in errorem non semel impulit, non attendentes, qui eum usurpant, anno uno inter se differre. Prior longe usitatior quam secundus, illumque adhibent *Justinianus* in suis Novellis, & Pontifices Romani in suis Epistolis.

II. Ad num. I. Est hic annus belli Gothici *octavus*, non vero *septimus*, ut perperam habet Baronius. Exeunte tamen anno belli Gothici sexto, & ante vernum tempus superioris Christi anni *Ildibadus* Gothorum Rex ab uno ex suis occisus est, ut anno superiori diximus, & insinuat Procopius lib. 3. de Bell. Goth. cap. 1. qui narrata *Ildibadi* Regis nece, statim subdit: *Hyemisque exitus annum sextum clausit istius belli*. Tum Procopius cap. 2. narrationem rerum anno belli Gothici VII. gestarum exorditur, aitque *Rugos*, Gentem Gothicam, *Ildibadi nece turbatis rebus*, Eraricum declarasse *subito* Regem; sed hunc nihil memoria dignum egisse: *cum vero in Regno menses vixisset quinque* ex insidiis a Gothis peremptus est; *eoque mortuo, Totilas ex compacto Regnum obtinet*, inquit Procopius, ideoque anno Christi quingentesimo quadragesimo primo, mense circiter Augusto. Gothi *Florentiam* obsidione cinxere; sed Romanorum adventu cognito eam solverunt. Pugna postea Romanos inter & Gothos inita, sed rumore falso Romani soluta penitus acie fugam cepere; in qua *periere non pauci*, inquit Procopius cap. 5. qui subdit, exacta hyeme finitum esse annum VII. belli Gothici. Sed, ut jam monui, annus ille VII. cum hujus anni hyeme clauditur, ideoque & *Totila* anno superiori Gothorum Rex renunciatus. Baronius quidem *Totilæ* initium concurrenti Christi anno illigat, sed ejus fundamenta hoc non evincunt, ut passim ostendemus.

Occiso Erarico Totila Regnum Gothorum anno DXLI. obtinuit.

III. Ad num. II. Contigit hoc anno tertia *Chosrois* expeditio in Romanos, quam narrat Procopius lib. 2. de Bell. Pers. cap. 20. & seq. ubi ait, ve-

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* V. C.
Victor: *Post C. Basilii* V. C.
Lapis apud Muratorium tom. 1. pag. CDXXV. 6.

D P S. S V B. D I E I D. I A N.
S P S. P. C S. B A S I L. V. C. I N D. V.

Epitome temporum & Indiculus Paschæ anno a Passione Domini DXV. P. C. *Basili*. GEORGIUS

copius pluribus refert, ubi postquam ea quæ ad civitatis munitionem pertinent, exacte descripsit, hæc de aliis ibi erectis ædificiis narrat (*a*): *Universam urbem ab hostibus exustam ipse reparavit: purgatis carbonibus & cineribus liberum aera reddidit; pavimenta urbis gravibus saxis instravit; distinxit urbem porticibus & foris; bivia angiportis discriminavit, constitutis fontibus & aquarum fluxibus & ductibus: & quibus urbes exornantur, theatris, balneis, & aliis ædificiis decoravit, quibus urbi felicitas illustrari consueverit; & ut facile & citra laborem incolæ suas ipsorum domos instruant, præstitit. Hoc modo Antiochiam nunc illustriorem esse quam prius contigit. Hic etiam Dei genitrici ingens templum dedicavit, cujus splendorem & magnificentiam oratione æquare impossibile est. Præterea Michaeli Archangelo magnam admodum ædem consecravit. Providit & pauperibus ægrotis diligenter & domo & iis quæ ad curam & infirmitatum mutationem pertinent, ordinatis seorsum viris, & seorsum mulieribus. Nihilominus providit & peregrinis ex opportunitate factis hic inquilinis*. Hæc procopius de ædificiis a Justiniano Antiochiæ excitatis, cum ad eamdem restituendam civitatem ex integro operam dedit. Sed ad res Occidentis convertamus orationem.

(*a*) *Procop. de ædif. Justin. Imp. l. 2. in. fin.*

III. Francorum bellum in Hispania.

Hoc eodem anno Clotharius & Childebertus fratres Francorum Reges adversus Theudem Gothorum Regem Arianum in Hispania regnantem movent exercitum; victoresque Cæsaraugustam usque pervenientes, eamque obsidentes, S. Vincentii martyris sacris exuviis civitate defensa, iisdemque dono ab obsessis acceptis, in Gallias redierunt ovantes. De tempore fidem facit Sigebertus. Quod ad belli apparatum pertinet, constat Childebertum maxime pium, summa religione nuncupatis Deo votis, precibus nisum Sanctorum eamdem expeditionem auspicatum esse, cujus rei causa liquet convenisse sanctum Eusychium eremitam, a quo & responsum de victoria lætus accepit, ut paulo post dicturi sumus. Porro de rebus tunc in bello gestis hæc S. Gregorius narrat ejusdem sæculi scriptor (*b*):

(*b*) *Greg. Turon. de Gest. Franc. l. 3. c. 29.*

IV. *Post hæc Childebertus Rex in Hispaniam abiit: quam ingressus cum Clothario,*

PAGIUS

Tertia Chosrois in Imperium Rom. irruptio.

vere primo Chosroen tertium in fines Romanorum irrupisse cum ingenti exercitu, magnamque sævitiam in *Candidum* Episcopum Sergiopolis exercuisse, quod promissa ad diem pecunia sibi soluta non fuisset. Frustra postea tentata *Sergiopoli* cogitavit de exercitu recta in Palæstinam ducendo, ut sacram Hierosolymorum Gazam diriperet. Sed cum *Belisarius* Byzantio in Euphratesiam pervenisset, Legatum ad eum misit questurum, quod *Justinianus* Legatos, qui ex convento Pacem constituerent, in Persidem non destinasset. Verum consilium *Chosrois* erat explorandi qualis tandem esset *Belisarius*. Legatus Chosrois ad hunc reversus, *Maturare reditum suasit, affirmans se egisse cum Duce, qui mortalibus omnibus fortitudine & prudentia antecelleret*. Quare Chosroes Euphratem subito cum universo exercitu transgressus est, cum Romani in munimenta abditi omnes trepidarent. *Belisarium vero Augustus Byzantium revocavit, profecturum continuo in Italiam, ubi Romana res jam prorsus collabebatur*, inquit Procopius cap. 21. Idem tamen Procopius lib. 3. de Bell. Goth. cap. 10. postquam narravit, abiisse hyemem, unaque annum IX. belli Gothici, refert, in Italiam iterum Belisarium missum esse, *quamvis Persæ negotii plurimum adhuc facesserent*. Quare Belisarius anno tantum Christi DXLIV. in Italiam rediit.

IV. *Belisarius in offensionem Justiniani incidit.*

Loquitur Procopius in Historia Arcana cap. 3. de reditu *Belisarii* ex Urbe Constantinopolitana ad Orientem, aitque: *Paulo post adversum Persas, & Chosroen tertio jam in Provincias Romanorum grassantes ducere jussus exercitus; quamquam inde cum laude hostem abegerit, sceleris tamen notam subivit. Cum etenim Chosroen, qui Euphrate transmisso, Urbe frequentissima Callinico omnibus destituta præsidiis potitus erat infinita Romanorum multitudine in suam Potestatem redacta; Belisarius insequi nihil curaverit, sed in castris se continuerit, suspicionem de se excitavit, quasi vel rem de industria male gereret, vel ignaviter hostibus concederet*. Dein cap. 4. refert, ægrotante Imperatore, aliquot sermones a militibus adversus eum disseminatos esse, huncque morbo recreatum, aliquos ex Ducibus male habuisse: *Belisarium autem*, inquit Procopius, *nulli licet crimini, cujus insimularetur, obnoxium; Augusta tamen instante, Imperator exauctoravit; Martino ejus loco exercitus Orientis Duce designato. Miserum sane & acerbum spectaculum, etsi visum, haud tamen facile creditu, Belisarium hominem jam privatum Urbem abire solum, nunquam non cogitabundum, ac tristem, sibi timentem insidias, eademque*, &c. *At ubi trepidantem illum Augusta deprehendit, & animum penitus despondentem, uno effecit conatu, ut omnium ejus fortunarum* (Belisarii scilicet, cujus bonis inhiabat Theodora) *adiret possessionem contracta statim, affinitate. Nam Joanninam Belisarii filiam, quæ una illi fuit, Anastasio ex filia nepoti spondendam curat.*

V. *Belisarius redit in gratiam Imp.*

Alemannus in Notis existimat, matrem Anastasii filiam fuisse Justiniani & Theodoræ. Ducangius vero in Familiis Augustis Byzantinis pag. 98. suspicatur, eam *Theodora* natam ante ejus cum Justiniano nuptias; quæ conjectura mihi probatur. Nam Procopius ibidem cap. 5. refert, *Antoninam* & *Belisarium* post Augustæ mortem ex Italia reduces puellam ab *Anastasii*, cum quo octo exegerat menses, contubernio, per vim avulsam alteri nuptum dedisse; quod profecto ausi non fuissent, *si Anastasius* Justiniani ex filia nepos fuisset. *Belisarius* autem, ut narrat ibidem Procopius cap. 4. post illa sponsalia secundo in Italiam missus est, postquam scilicet per biennium aut circiter Constantinopoli moratus fuisset.

VI. *Bellum Hispanicum.*

A. num. III. ad VII. In Appendice, quæ extat in margine Chronici Victoris Tununensis, ad annum II. post Consulatum Basilii, currentem scilicet, secundum morem loquendi hujus Chronographi, legitur: *Hoc anno Francorum Reges*

rio, Cæsaraugustanam civitatem cum exercitu vallant atque obsident. At illi in tanta humilitate ad Deum conversi sunt, ut induti ciliciis, abstinentes a cibis & poculis, cum tunica B. Vincentii martyris muro civitatis psallentes circumirent: mulieres quoque amictæ nigris palliis, dissoluta cæsarie, superposito cinere, ut eas putares virorum funeribus deservire, plangendo sequebantur. Et ita totam spem locus ille ad Domini misericordiam retulit, ut diceretur ibi Ninivitarum jejunium celebrari, nec existimaretur aliud posse fieri, nisi eorum precibus divina misericordia inflecteretur. Hi autem qui obsidebant, nescientes quid obsessi agerent, cum viderent sic murum circuiri, putabant eos aliquid agere maleficii. Tunc apprehensum virum de civitate rusticum, ipsum interrogant, quid hoc esset quod agerent. Qui ait: Tunicam beati Vincentii deportant; & cum ipsa, ut eis Dominus misereatur, exorant. Quod illi timentes, se ab ea civitate removerunt: tantum acquisita maxima Hispaniæ parte, cum magnis spoliis in Gallias redierunt. Hæc Gregorius: qui tamen in eo errare visus est, dum hæc sub Amalarico Rege Hispaniarum contigisse, ex iis quæ subdit, affirmare videtur.

V. Verum certum est, hoc tempore non Amalaricum, sed Theudem seu Theodem in Hispania regnasse. Addit Aimoinus, (a) eosdem Reges vocasse ad se Episcopum ejus civitatis, atque ab eo in redemptionem obsidionis petiisse & accepisse tunicam sancti Vincentii. Verum & ipse in eo errare videtur, dum sub Germano Parisiensi Episcopo eadem facta esse testatur; siquidem is longe post sedit: nam ante sanctum Germanum sederunt Emelius, qui subscriptus reperitur secundo, & tertio Conciliis Aurelianensibus, annis proxime elapsis (ut vidimus) celebratis: post quem ☞ quinto Concilio Aurelianensi ☜ (quod anno trigesimo-octavo ejusdem Childeberti Regis habitum reperitur ☞ Saphoracus ☜ interfuit ejusdem Parisiensis Ecclesiæ Episcopus ☞ quem post depositum & substitutum Eusebium ☜ sanctus Germanus secutus est. Porro non tunicam tantum sancti martyris, sed & alias sacras Sanctorum reliquias constat acceptas, quas honorifice postea idem Childebertus recondidit, ut idem auctor affirmat; recitatque de his ejusdem Childeberti Regis donationem istis verbis longe post hæc, erecto templo, conscriptam (b):

(a) Aim. hist. Fran. l. 2. c. 19.
S. Vincentii Tunica tradita Francis.

(b) Aim. l. 2. c. 20.

VI. *Ego Childebertus Rex una cum consensu & voluntate Francorum & Neustrasiorum* *, *& exhortatione sanctissimi Germani Parisiorum urbis Pontificis, vel consensu Episcoporum, construere cœpi templum in urbe Parisiaca prope muros civitatis, in terra quæ aspicit ad fiscum nostrum Isciacensem, in loco qui appellatur Leucotitio, in honorem S. Vincentii martyris, cujus reliquias ex Hispania asportavimus, ceu & sanctæ Crucis, & sancti Stephani, & S. Ferreoli, & S. Juliani, & beatissimi sancti Georgii, & sancti Gervasii, Protasii, Nazarii, & Celsi pueri; quorum reliquiæ ibi sunt consecratæ: propterea in honorem dominorum Sanctorum concedimus nostrum fiscum largitatis nostræ, qui vocatur Isciacus.* Reliqua inferius suo loco: nam non hoc anno data habetur, sed longe postea, nempe anno ejusdem Regis quadragesimooctavo, quando videlicet absoluta basilica, recondidit ibi sacra martyrum pignora, non quando ea ex Hispania victor retulit: quod decepit auctorem confundentem

* Austrasiorum.
Reliquiæ ex Hisp. in Galliam asportatæ.

PAGIUS *ges numero quinque per Pampelonam Hispanias ingressi Cæsaraugustam venerunt, quam obsessam per tres dies omnem seu Tarraconensem Provinciam depopulatione triverunt.* Idem habet Isidorus in Chronico tam juxta editionem Grotii, quam juxta editionem Labbei Tom. I. Biblioth. qui a quot, quibusve Francorum Regibus susceptum sit bellum illud, non explicat: *Eo*, inquit, *regnante* (nempe Teude) *dum Francorum Reges cum infinitis copiis in Spanias convenissent, & Tarraconensem Provinciam valde popularent, Gothi Duce Theudisclo, obicibus Hispaniæ interclusis, Francorum exercitum multa cum admiratione victoria prostraverunt*, &c. Baronius, ut videre est num. VIII. nactus erat Chronicon Isidori depravatum, in quo de Theude Rege dicitur: *Iste Francorum Reges quinque Cæsaraugustam obsidentes, omnemque fere Tarraconensem Provinciam bello depopulantes*, &c. & quod dicitur de quinque Regibus, additi[t]ium esse suspicatur. Verum totus locus corruptus est, & quoad quinque Reges ab Auctore Appendicis Victorianæ memoratos, inde colligendum, *Childebertum & Clotharium* Francorum Reges in Hispaniam perrexisse, cum tribus ejusdem Clotarii filiis, quia Regum filii Reges ab Auctoribus Gallicis appellantur, ut de *Chramno* videre est apud Turonensem lib. 4. cap. 13.

VII. *Memorati Reges acquisita maxima parte Spaniæ cum multis thesauris & spoliis reversi sunt*, inquit Auctor de Gestis Francorum; quod antea scripserat Turonensis lib. 3. cap. 29. Cum tamen penetrassent usque ad Minium amnem in ea Regione victi sunt, ut legitur in Moissacensi Chronologia, sive Serie Gothorum Regum, qui tam in Gallia Gothica, quam in Hispaniis usque ad Caroli Martelli tempora regnarunt. Hujus Gothicæ victoriæ meminit etiam Isidorus citatus, qui tamen nullam captæ Hispaniarum partis a Francis mentionem facit, sicuti nec Turonensis, nec Auctor de Gestis Francorum prædictæ victoriæ Gothicæ. Francos tamen *Vasconium* & *Cantabriam* sub jugum misisse, ostendunt Marca in Historia Benearniæ lib. 1. cap. 19. & seqq. Hadrianus Valesius lib. 8. Rer. Franc. & Cointius hoc anno num. XXXIII.

Vasconia & Cantabria a Francis captæ.

Ad

tem simul utraque tempora. At non Parisiis tantum, sed in pluribus Galliarum civitatibus fuisse celebrem memoriam sancti Vincentii, ejusque sacras reliquias honore cultas claruisse miraculis, Gregorius narrat (*a*): sed de his nos inferius tempore scriptæ donationis.

(*a*) Greg. Turon. de Glor. mart. l. c. 8. 90.

VII. Quod rursus ad idem bellum spectat: cum idem Childebertus Rex in Gallias victor rediisset, quod Deo voverat templum in honorem Sancti Aviti, extruendum curavit: res gesta in ejusdem sancti Aviti Actis ita narratur (*b*): *Ea tempestate Rex Childebertus inclytus Francorum Princeps comparato exercitu, Hispanias suo addere imperio volebat. Audita vero sancti viri fama, & quia sepulcrum ejus exigui parietes vallarent; cælesti Regi integra devotione votum nuncupavit: Si incolumis in regnum suum sancti Aviti intercessione reverteretur, amplissimam se super ejus monumentum basilicam conditurum. Itaque in itinere multa quidem ab hostibus perpessus est: sed quoties ei structæ essent insidiæ, toties sancti Aviti intercessione ab impendentibus periculis liberatus est, atque ita sospes & triumphans rediit in regnum suum. Tunc vero insignem ædem (ut erat pollicitus) in loco supradicto extruendam curavit, usus ad eam exornandam solertia Uvaddonis unius ex proceribus suis, cujus operis mercede eum credimus minime frustratum. Illic enim assiduis miraculis virtutum gesta clarescunt, clausi patescunt oculi, debilium membra subito convalescunt, mutuus vocem recipit, surdus auditum, &c.* Hæc ibi auctor, ubi ejusdem Sancti res gestas quam fidelissime enarravit.

(*b*) Apud Sur. to. 3. die 17. Junii.

Childebertus erigit templum S. Avito.

VIII. Rursus etiam postquam rediit, aliam constat ædificasse basilicam in loco ubi S. Eusychii eremitæ membra quiescebant, quam item antea voverat. Etenim in procinctu positus, antequam Hispanias ingrederetur, idem Childebertus valde pius sancti Eusychii eremitæ miraculis clari diversorium petiit, ut ejus precibus fulciretur; a quo de adipiscenda victoria responsum accepit. Id vero paucis Gregorius ita narrat (*c*): *Ad hunc ergo senem Childebertus in Hispaniam abiens venit. Cumque ei quinquaginta aureos obtulisset; ait senex: Quid mihi ista profers? aliis qui ea pauperibus largiantur attribue; mihi autem hæc necessaria non sunt*

(*c*) Greg. Tur. de Glor. confess. c. 82.

PAGIUS

VIII. *Floret S. Avitus Abbas Miciacensis.*

Ad num. VII. *Childebertus* Rex anno DXXXI. adversus Gothos Hispaniam incolentes bellum movit, quod soror ejus *Amalarici* Regis uxor male ab eo haberetur, ut suo loco ostendimus. Cum vero *Childebertus* se se bello illi accingeret, voto nuncupato promisit, se Basilicam amplissimam ædificaturum in memoriam Sancti *Aviti* Abbatis Miciacensis nuperrime mortui, cujus sepulcrum exigui parietes ex vilissima ligni materia vallabant, ut narrat Baronius ex Auctore Vitæ hujus Sancti Abbatis apud Surium ad diem XVII. Junii: sed quod ad illud bellum pertinet, perperam in præsens contulit. *Monasterium Miciacense*, ex munificentia Chlodovei Magni in Episcopatu Aurelianensi conditum fuit circa annum CDXCVIII. ut liquet ex Vita Sancti Maximini Abbatis Miciacensis, a Duchesnio Tom. I. publicata, diciturque hodie Monasterium Sancti Maximini, cujus Sanctus *Avitus*, Sancto Maximino demortuo, renunciatus est Abbas anno DXXI. ut legitur in ejus Vita laudata, ubi tamen annus rei gestæ tacetur. Vivebat adhuc Sanctus *Avitus* anno DXXIV. quo Sanctus *Sigismundus* Burgundiæ Rex occisus, ut videre est apud Baronium anno DXXVI. num. XLV. & seq. ubi eum Abbatem *Nutiacensem* appellat cum vulgatis exemplaribus Gregorii Turonensis in eo nomine corruptis. Denique Mabillonius sæcul. I. Benedictino pag. 613. ostendit, plusquam probabile esse Avitos duos in Miciacensi Monasterio floruisse Sanctitate, nimirum *Avitum Presbyterum* & Eremitam atque *Avitum* Abbatem Miciacensem. Ejus conjecturæ loco laudato legendæ. [1]

IX. *Floret S. Eusychius Abbas Cellulæ S. Eusychii appellatæ.*

Ad num. VIII. Anno DXXXI. quo *Childebertus* Francorum Rex bellum movit adversus *Amalaricum* Visigothorum Regem, de quo numero præcedenti egimus, florebat in territorio Bituricensi *Eusychius*, qui tanquam Eremita inter spinarum condensitatem ab hominum familiaritate se removerat, ad quem, ut refert Baronius ex Gregorio Turonensi in lib. de Gloria Confessorum cap. 82. *Childebertus* in Hispaniam abiens venit. Cum *Eusychius* ei victoriam promisisset, vovit *Childebertus* se Basilicam ædificaturum, in qua *Senis membra quiescerent*. Quare hoc Childeberti votum ad eum Christi annum etiam revocandum. Sancti *Eusychii* seu Eusitii Vitam publicavit Labbeus Tom. II.

NOTÆ

[1] Conjecturas Mabillonii reputantis Avitos duos in eodem Miciacensi Monasterio floruisse, cedere veritati demum compertæ ex vulgatis utriusque Aviti antiquis historiis, oportet. Igitur ex Avitis alter Miciacensem Abbatem, egit ejusque vitam sinceriorem, quam quæ occurrerit Mabillonio, & ab Authore fere coævo scriptam vulgarunt PP. Bollandistæ ad diem 17. Junii, qui & conjiciunt obiisse illum circa annum 527. Nec enim in genuina S. Abbatis vita legitur de Childeberto, qui expeditionem suam parans votum S. Avito nuncupaverit, audita fama miraculorum ejus *nuperrime mortui*. Illud enim *nuperrime mortui* in vita genuina non legitur. Alter vero S. Avitus, eodem, quo prior Avitus tempore in Galliis miraculorum gloria clarebat, & ad eremum in Petracociis in Sarlatensi Diœcesi se contulit, nec unquam Monachus egisse in Miciacensi Monasterio legitur in vetusta ejus vita apud Bollandistas ad eamdem diem pag. 362. Nec in eadem vita quidquam legitur, quod Sacerdotem fuisse hunc S. Avitum suadeat. MANSI

sunt: sufficit mihi ut pro meis peccatis Dominum merear deprecari. Et adjecit: Vade & victoriam obtinebis, & quod volueris, ages. Tunc Rex aurum pauperibus erogans, vovit, ut si eum Dominus cum sua gratia de itinere illo reduceret, in honorem Dei basilicam eo loco ædificaret, in quo senis membra quiescerent: quod postea adimplevit. Hæc Gregorius. Cum vero scriptores veteres de adepta victoria Childeberti omnes æque testentur: quidnam est, rogo, quod hæc apud Chronicon Isidori leguntur, cum de Theude Rege loquitur auctor: *Iste Francorum Reges quinque Cæsaraugustam obsidentes, omnemque fere Tarraconensem provinciam bello depopulantes, misso Duce Theudisclo fortiter debellavit, atque a regno suo non pace, sed armis exire coegit?* Hæc autem quam repugnent his quæ dicta sunt, tu considera, & quinam quinque Reges fuerint, tu pervestigato: sed non inventis, facile (puto) consenseris ea verba ab alio fuisse ad Isidorum apposita, magis quam Isidorum esse mentitum.

Childebertus erigit templum S. Eusychio.

IX. Hoc item anno Domini quingentesimo quadragesimo secundo ponitur a pluribus obitus sancti Benedicti in Cassino monte: id quidem Gordiani nomine incertus auctor asserit in Actis sanctorum martyrum Placidi & sociorum, cum vult sequenti anno ab eorumdem martyrio ipsum ex hac vita migrasse: verum cum id factum affirmat decimoquarto anno Justiniani Imperatoris, procul abhorret a veritate; nam hic annus decimussextus ejusdem Imperatoris numeratur ab ipsis Kalendis Aprilis. Eadem sententia de anno Domini asseritur in Chronico Cassinensi, communiorique consensu recepta, magis quam dicentium eumdem pervenisse ad annum Domini sexcentesimum tertium, cujus respectu hanc probatiorem aliquando diximus: verum si res ad calculum quam exactissime redigatur, nec ipsa nobis probari potest.

De tempore obitus S. Benedicti.

X. Etenim quomodo hoc anno mense Martio dicere aliquo modo possumus ipsum sanctum Benedictum esse defunctum, cum necdum creatus esset Totilas Rex Gothorum, quem hoc anno, occiso Theodibaldo, præcessit Araricus? Sed etsi eodem anno creatus sit Totilas, nondum in Campaniam duxisse copias constat ex iis quæ de ipso Procopius scripsit, qui ferme singula ejusdem Regis vestigia est consectatus: cum tamen satis ex sancto Gregorio certum sit, notum fuisse eidem Regi sanctum Benedictum, pluresque cum eo miscuisse sermones, atque ab ipso sub eodem Rege miracula edita esse: ut ad minus ad annum Domini quingentesimum quadragesimumquartum oportuerit eumdem sanctum Benedictum pervenisse; ut ex iis quæ ex Procopio, junctis his quæ de eodem ex sancto Gregorio dicturi sumus, perspicuo intelligi potest. Ad hæc forte respectum habuit Leo Ostiensis, dum asserit, ipsum defunctum potius anno sequenti, Domini scilicet quingentesimo quadragesimotertio.

XI. Qui vero eum tradidit longe post hæc tempora decessisse anno Christi sexcentesimo-tertio Marianus Scotus, inde ipsi errandi emersit occasio; quod cum in Actis sancti Mauri Abbatis ejusdem sancti Benedicti discipuli asseratur, eumdem sanctum Benedictum eo anno ex hac vita migrasse, cum contigit celebrari Pascha duodecimo Kalendas Aprilis: & quod ex tabulis astronomicis & Paschali computo id non inveniatur accidere potuisse nisi dicto anno sexcentesimo tertio,

PAGIUS II. Biblioth. & ejus aliqua fragmenta Duchesnius Tomo I. Collect. Franc. In eremo Sancti Eusitii in Diœcesi Bituricensi sita constructum est postea insigne Monasterium ad Carum amnem, Gallice, *Celles en Berry*. Annus ejus mortis incertus. Legendus de eo Cointius in Annal. Ecclesiast. Franc.

X. Ad num. IX. & seqq. Agit de anno mortis Sancti *Benedicti* Abbatis Casinensis Celeberrimi Baronius hoc anno, eamque tardius contigisse recte observat. Sed quod scribit, *Totilam* hoc tantum anno Regnum Gothorum in Italia iniisse, & insequenti Sanctum *Benedictum* invisisse, refellitur ex Procopio, qui initium Totilæ ad superiorem Christi annum pertinere indicat, ut supra ostendimus, & hoc anno in Campaniam, ubi Monasterium Casinense situm, profectum esse testatur, ut anno sequenti videbimus. De anno autem Sancti *Benedicti* emortuali agemus anno DXLIV. quo Sanctissimus Abbas ad Deum migravit.

Floret S. Benedictus Abbas Cassinensis.

XI. Hoc anno *Arthurus* Britannorum Rex in prælio lethaliter vulneratus *cognato suo Constantino* Diadema Britanniæ concessit,, inquit Galfridus Monemuthensis, cui suffragantur Malmesburiensis lib. de Antiquit. Glaston. Sigebertus in Chron. ad annum CDXCI. ac Walterus Oxoniensis, Alanus Insulensis, Matthæus Florilegus, Auctor Annalium Monasterii Wintoniensis, & Thomas Rudbernus in majore sua Historia, quos omnes laudat, & sequitur Usserius in Antiquit. Eccles. Britann. cap. 14. secundæ editionis. *Hic est Arthurus, de quo Britonum nugæ hodieque delirant: dignus plane quem non fallaces somniarent fabulæ, sed veraciter prædicarent Historiæ, quippe qui labentem patriam diu sustinuerit, infractasque Civium mentes ad bellum acuerit,* inquit Malmesburiensis lib. I. de Gestis Reg. Angl. pag. 9. Matthæus Paris loquens de rebus sub Richardo primo, gestis narrat, *anno Dominicæ Nativitatis millesimo centesimo nonagesimo primo* inventa esse apud Glasconiam (Urbem olim Angliæ in territorio Londinensi sitam, nunc vero pagum) ossa Arthuri, *in quodam vetustissimo recondita Sarcophago, circa quod duæ antiquissimæ pyramides stabant erectæ, in quibus Litteræ erant exaratæ; sed ob nimiam barbariem & deformitatem*

Moritur Arthurus Rex Magnæ Britanniæ.

tio; mox in eam ſententiam abiit, ut eo anno idem S. Benedictus diem extremum objerit: nam ipſe ſub eodem anno ſic ait: *S. Benedictus Abbas (ſicuti ſui ſcribunt) duodecimo Kalend. Aprilium, ſabbato ſancto Paſchæ, in hoc anno videtur obiiſſe.* Verum ſequenti potius anno ſexcenteſimo quarto, & alias antea quingenteſimo nono, dicta die celebratum Paſcha in Eccleſia reperitur. At cum pluribus locis Dialogorum S. Gregorii inveniatur longe ante illa tempora Sanctus Benedictus eſſe defunctus, nihil eſt ut ex notata in Vita Mauri die obitus ejus poſſit elici veritas de ipſius in cælum tranſitus anno. Quomodo (rogo te) potuit ſexcenteſimo tertio anno Domini, qui fuit Pontificatus ſancti Gregorii Papæ noviſſimus, mori S. Benedictus, ſi ipſe quarto ſui Pontificatus anno ſcribens Gregorius libros Dialogorum, ipſorum libro ſecundo vitam recenſuit & obitum S. Benedicti, multumque temporis intercesſiſſe ſæpe demonſtrat ab ejuſdem S. Benedicti morte uſque ad eam Dialogorum ſcriptionem? Hæc cum ita ſe habeant, nonniſi mendum in Acta Mauri irrepſiſſe dicendum eſt de ejus anni Paſchatis menſe vel die. Hæc autem dicta ſunto ad redarguendos potius de tempore obitus S. Benedicti vulgatos errores, quam ad certum annum nobis incertum ejus ad Deum tranſitus ſtatuendum: plura enim ab eo præclare geſta poſt hæc ſunt, quæ ſuis inferius reddemus locis.

Redarguitur error illapſus in vitam S. Mauri.

PAGIUS

tem legi minime potuerunt. Sarcophago *Crux plumbea ſuperpoſita fuerat, in qua exaratum erat:* HIC IACET INCLITVS BRITONVM REX ARTHVRVS IN INSVLA AVALONIS SEPVLTVS. Polydorus vero Virgilius in Hiſtoria Anglicana, quam an. MDXXXIII. Henrico VIII. dicavit, ſcribit: *Ab hinc paucos annos poſitum fuit Arthuro in Glaſconienſi Cœnobio ſepulcrum opere magnificum, quo poſteri intelligerent, illum omnibus ornamentis dignum fuiſſe.* Quare ſepulcrum illud poſt tria ab ejus inventione ſæcula in Monaſterium, illud tunc celeberrimum, tranſlatum fuerat. De Arthuri Succeſſoribus videnda quæ anno DLXIV. in medium adduximus.

S. *Cæſarii* Arelatenſis Archiepiſcopi mors ex anno DXLIV. huc retrahenda.

I. Quingentesimus quadragesimus-tertius Domini annus post Basilii Consulatum secundus inscribitur, idemque a Procopio octavus belli Gothici numeratur, quo Totilas regni sui annum secundum auspicatur, cujus istos in bello progressus hoc anno Procopius narrat: (a) *Cæsenæ deinde mox Totilas ac Petræ præsidia cepit, & paulo post se in Tusciam contulit; lociqsue in ea jam pertentatis, cum ad se nemo concederet, amne Tiberino transmisso, non tamen Urbis ingressus confinia, ad Campanos, & Samnites divertit.* Quid autem ei acciderit, cum Romam versus proficiscere-tur, ubi Narniam venit, audi sanctum Gregorium (b):

(a) Procop. de bello Goth. lib. 3.

Totilas potitur Campania.

(b) Greg. lib. 3. dial. c. 6.

II. *Eodem namque Gothorum tempore, cum præfatus Rex Totila Narniam * venisset, ei vir vitæ venerabilis Cassius ejusdem urbis Episcopus occurrit. Cui quia ex consperſione semper facies rubere consueverat; hoc Rex Totila non consperſionis esse credidit, sed assiduæ potationis, eumque omnimodo despexit. Sed omnipotens Deus, ut quantus vir esset qui despiciebatur, ostenderet; in Narniensi campo, quo Rex advenerat, malignus spiritus coram omni exercitu ejus spatharium invasit, eumque vexare crudeliter cœpit. Qui cum ante Regis oculos ad venerandum virum Cassium fuisset adductus: hunc ab eo vir Domini, oratione facta, signo Crucis expulit; qui in eum ingredi ulterius non præsumpsit. Sicque factum est, ut Rex barbarus servum Dei ab illo jam die veneraretur ex corde, quem despectum valde judicavit ex facie. Nam quia virum tantæ virtutis vidit, erga illum illa mens effera ab elationis fastu detumuit.* Hæc Gregorius.

* Narnis.

A S. Cassio curatur Spatharius.

III. Cum autem Narnia decedens Totilas Utriculanæ civitati appropinquaret, quid acciderit, idem Gregorius his verbis inferius narrat (c): *Fulgentius Episcopus, qui Utriculensi Ecclesiæ præerat, Regem crudelissimum Totilam infensum omnimodo habebat. Cumque ad easdem partes cum exercitu pervenisset, curæ fuit Episcopo per clericos suos xenia ei transmittere, ejusque furoris insaniam, si posset, muneribus mitigare. Quæ ille, ut vidit, protinus sprevit, atque iratus suis hominibus jussit, ut eumdem Episcopum sub omni asperitate constringerent, eumque ejus examini servarent. Quem dum feroces Gothi, ministri scilicet crudelitatis illius tenuissent, circumdantes, eum uno in loco stare præceperunt, eique in terra circulum designaverunt, extra quem pedem tendere nul-*

(c) Greg. dial. l. 3. c. 12.

Mira de S. Fulgentio Episc. Utricul.

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hisp. DLXXXI. A.C. 543.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6036.

☉ 20. D. ☽ 12. P. 5. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 543.

VIGILII PAPÆ 7.

JUSTINIANI IMP. 17.

TOTILÆ REG. 3.

I. [1] Hic annus hac formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C.* II. vel secundum modum loquendi Victorianum; *Post Consulatum Basilii V. C. anno tertio.* Vicennalia Imperii a Justiniano vivente Justino suscepti, ad quæ referendum quod scribit Zonaras, anno Imperii ejus XVII. magnam columnam in vestibulo magni Templi collocatam esse, *Cui equestrem suam Statuam imposuit.*

Vicennalia Justiniani.

II. A num. I. ad XI. Est hic annus belli Gothici nonus, ideoque quæ Baronius hoc anno habet, pertinent ad præcedentem, qui octavus belli Gothici fuit. Procopius itaque lib. 3. de Bel. Goth. capp. 6. & 7. narrans quæ anno belli Gothici VIII. Christi scilicet superiori, contigere, ait: *Deinde Totilas Cæsenam ac Petram Castella cepit. Aliquanto post in Tusciam sese contulit, ac tentatis Regionis illius Oppidis, eum ei permittere se nemo vellet, trajecto flumine Tiberi, Romæ finibus abstinuit, & in Campaniam ac Samnium repente ingressus, Beneventum, urbem validam, nullo negotio in potestatem*

Gesta anno præcedenti inter Gothos & Romanos.

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* V. C. II.

Epistola Vigilii Papæ ad Cæsarium Arelatensem, & ad Auxantium.

Epitome temporum & Indiculus Paschæ anno a Passione Domini DXVI. *Iterum* P. C. *Basilii*; secundum supputationem Continuatoris Marcellini comitis, de quo Pagius in Differ. Hypatica pag. 319. quem morem Justinianus & eum deinceps secuti Imp. usurparunt, non *Victorianum* morem, qui anno uno præit: exempli gratia annus 543. apud Marcellinum dicitur: *Post* &c. *Consulatum Basilii secundum*, vel ut habet nostra temporum epitome: *Iterum Post Consulatum Basilii*. Apud Victorium Tunuensem vero: *Anno tertio Post consulatum Basilii*. In monumentis privatis non eadem omnino obtinuit consuetudo quod late ostendit Philippus a Turre in Differt. apologetica de nummo Anniæ Faustinæ pag. 113. & sequentibus. GEORGIUS

nullo modo auderet. Cumque vir Dei in Sole nimio æstuaret, ab iisdem Gothis circumdatus & designatione circuli inclusus; repente coruscationes & tonitrua & tanta vis pluviæ erupit, ut hi qui eum custodiendum acceperant, immensitatem pluviæ ferre non possent. Et dum magna nimis inundatio fieret, intra eamdem designationem circuli in qua vir Domini Fulgentius stetit, ne una quidem pluviæ gutta descendit. Quod dum Regi crudelissimo nunciatum esset, illa mens effera ad magnam ejus reverentiam versa est, cujus pœnam prius insatiabili furore sitiebat. Sic omnipotens Deus contra elatas carnalium mentes potentiæ suæ miracula per despectos operatur, ut qui superbe contra præcepta veritatis se elevant, eorum cervicem veritas per humiles premat. Hactenus Gregorius.

IV. Pergit autem Procopius Totilæ progressus in Campaniam atque Samnites dicere; quæ prætermittimus. Referemus vero, quid actum, dum in campania esset, cum S. Benedicto Juniori egregiæ sanctitatis viro: quod dignum perenni memoria factum idem S. Gregorius ita narrat (a): *Fuit* (inquit) *quidam in Campaniæ partibus intra quadragesimum Romanæ urbis milliarium, nomine Benedictus, equidem ætate juvenis, sed moribus grandævus, & in sanctæ conversationis regula se fortiter stringens. Quem Totilæ Regis tempore cum Gothi reperissent, hunc incendere cum sua cella moliti sunt. Ignem namque posuerunt, sed in circuitu arserunt omnia, cella vero illius igne comburi non potuit. Quod videntes Gothi, magisque sævientes, atque hunc ex suo habitaculo trahentes, non longe aspexerunt succensum clibanum, qui coquendis panibus parabatur, eumque in illo projecerunt, clibanumque clauserunt. Sed die altero ita illæsus inventus est, ut non solum ejus caro ab ignibus, sed neque extrema ullo modo vestimenta cremarentur.* Hæc Gregorius. Quæ vero, cum ulterius Totilas progressus est ad Cassinum montem, sexagesimo ab Urbe lapide, inter S. Benedictum Seniorem & Totilam transacta sint, jam dicamus.

(a) *Greg. dial. lib.* 3. *c.* 18.

S. Benedicti junioris grande miraculum.

V. Adeo enim sanctissimi viri Benedicti in eodem Cassino monte vitam monasticam excolentis & virtute miraculorum effulgentis fama apud omnes increbuerat, ut ipsa potens etiam valuerit trucem barbarum omnia cæde miscentem Totilam Gothorum Regem ad eumdem super montis verticem degentem pertrahere. Quæ autem tunc gesta sint inter mitissimum Dei virum & hominem barbarum crudelissimum, a S. Gregorio (b) rem gestam accurate narrante audiamus: *Gothorum* (inquit) *temporibus, cum Rex eorum Totila sanctum virum prophetiæ habere spiritum audisset, ad ejus monasterium pergens, paulo longius substitit, eique se venturum esse nunciavit. Cui dum protinus mandatum de monasterio fuisset, ut veniret; ipse sicut perfidæ mentis fuit, an vir Dei prophetiæ spiritum haberet, explorare conatus est. Quidam vero ejus spatharius Riggo dicebatur, cui calciamenta sua præbuit, eumque indui vestibus regalibus fecit: quem quasi in persona sua pergere ad Dei hominem præcepit. In cujus obsequio tres qui sibi præ cæteris adhærere consueverant Comites misit, scilicet Vulterium, Rudericum, & Blindinum, ut ante servi Dei oculos ipsum Regem Totilam esse simulantes, ejus lateri obambularent; cui alia quoque obsequia quasi spatharii præberent; ut tam ex eisdem obsequiis, quam ex purpureis vestibus Rex esse putaretur.*

Totilas invisit S. Benedictum.

(b) *Greg. dial. lib.* 2. *c.* 14. & 15.

Totilas de S. Bened. experimentum.

VI. *Cumque idem Riggo decoratis vestibus, obsequentiam frequentia comitatus monasterium fuisset ingressus, vir Dei eminus sedebat. Quem venientem conspiciens, cum jam ab eo audiri potuisset, clamavit, dicens: Pone fili, pone, hoc quod portas, non est tuum. Qui Riggo protinus in terram cecidit; & quia tanto viro illudere præsumpsisset, expavit; omnesque qui cum eo ad hominem Dei veniebant, terræ consternati sunt. Surgentes autem, ad eum propinquare minime præsumpserunt, sed ad suum Regem reversi nunciaverunt trepidi in quanta velocitate fuerant deprehensi. Tunc per se idem Totila ad Dei hominem accessit: quem cum longe sedentem cerneret, non ausus accedere, sese in terram dedit. Cui cum vir Dei bis terve diceret, Surge, sed ipse ante eum de terra erigere se non auderet: Benedictus Christi Jesu famulus per semetipsum dignatus est accedere ad Regem, prostratumque de terra levavit, & de suis actibus increpavit: atque in paucis sermonibus cuncta quæ illi erant ventura prænunciavit, dicens: Multa mala facis, multa mala fecisti: jam aliquando ab iniquitate conquiesce. Equi-*

Res transactæ inter S. Benedictum & Totilam.

PAGIUS *tem suam redegit, ejusque muros æquavit solo.* Quæ ideo Continuator Marcellini in annum post Consulatum Basilii V. C. II. mali confert. Eo in itinere *Cassinum* in Samnitibus positum, ubi S. Benedictus vixit, accessisse oportet; cum Sanctus Gregorius lib. 2. Dial. cap. 15. cujus verba recitat Baronius num. VI. afferat, *Totilam* ad Dei Virum accessisse, & *Sanctum Benedictum*, postquam eum increpavit, ei inter alia dixisse: *Novem annis regnans, decimo morieris.* Addit Divus Gregorius: *Atque ex illo tempore minus crudelis fuit.* Quam prophetiam impletam fuisse infra visuri sumus.

quidem Romam ingressurus es, mare transiturus, novem annis regnans decimo morieris. Quibus auditis Rex vehementer territus, oratione petita, recessit; atque ex illo jam tempore minus crudelis fuit & non multo post Romam adiit, ad Siciliam perrexit, anno autem regni sui decimo omnipotentis Dei judicio regnum cum vita perdidit.

VII. Quid de Urbis clade S. Benedictus vaticinatus. *Praeterea Canusinae Antistes Ecclesiae ad eumdem Dei famulum venire consueverat, quem vir Dei pro vitae suae merito valde diligebat. Is itaque dum cum illo de ingressu Regis Totilae & Romanae urbis perditione colloquium haberet, dixit: Per hunc Regem civitas ista destruetur; ut jam amplius non inhabitetur. Cui vir Domini respondit: Roma a gentibus non exterminabitur, sed tempestatibus, coruscis, turbinibus, ac terrae motu fatigata, in semetipsa marcescet. Cujus prophetiae mysteria nobis jam facta sunt luce clariora, qui in hac urbe dissoluta moenia, eversas domos, destructas ecclesias turbine cernimus; ejusque aedificia longo senio laxata, quia ruinis crebrescentibus prosternuntur, videmus. Quamvis Honoratus ejus discipulus, cujus mihi relatione compertum est nequaquam ex ore illius audisse perhibet: sed quia hoc dixerit, dictum sibi a fratribus fuisse testatur.* Hactenus de his Gregorius.

VIII. De Galla Duce & S. Benedicto. Quae praeterea eodem ferme tempore inter eumdem sanctum Benedictum & Gallam unum ex Totilae Ducibus acta sint, idem sanctus Gregorius inferius ita recenset (a): *Gothorum quidam, Galla nomine, perfidiae fuit Arianae, qui Totilae Regis eorum temporibus contra Catholicae Ecclesiae religiosos viros ardore immanissimae crudelitatis exarsit; ita ut quisquis ei clericus, monachusve ante faciem venisset, ab ejus manibus nullo modo exiret. Quadam vero die avaritiae suae aestu succensus, in rapinam rerum inhians, dum quemdam rusticum tormentis crudelibus affligeret, eumque per supplicia diversa laniaret; victus poenis rusticus, sese res suas Benedicto Dei famulo commendasse, professus est, ut dum hoc a torquente creditur, suspensa interim crudelitate ad vitam hora repararetur. Tunc idem Galla cessavit rusticum tormentis affligere; sed ejus brachia loris fortibus astringens, ante equum suum coepit impellere, ut quis esset Benedictus qui ejus res susceperat, demonstraret. Quem ligatis brachiis rusticus antecedens, duxit ad sancti viri monasterium, eumque ante ingressum cellae solum sedentem reperit & legentem. Eidem autem subsequenti & saevienti Gallae rusticus dixit: Ecce iste est de quo dixeram tibi, Benedictus pater.*

(a) Greg. dial. lib. 2. c. 31.

IX. *Quem dum fervido spiritu cum perversae mentis insania fuisset intuitus, eo terrore quo consueverat acturum se existimans, magnis coepit vocibus clamare, dicens: Surge, surge, & res istius rustici redde, quas acepisti. Ad cujus vocem vir Dei protinus oculos levavit a lectione, eumque intuitus, mox etiam rusticum qui ligatus tenebatur attendit. Ad cujus brachia dum oculos deflexisset, miro modum tanta celeritate coeperunt illigata brachiis lora devolvere, ut dissolvi tam concite nulla hominum festinatione potuissent. Cumque is qui ligatus venerat, coepisset subito astare solutus; ad tantae potestatis vim tremefactus Galla ad terram corruit, & cervicem crudelitatis rigidae ad ejus vestigia inclinans, se orationibus illius commendavit. Vir autem sanctus a lectione minime surrexit; sed vocatis fratribus, eum introrsus tolli, ut benedictionem acciperet, praecepit. Quem ad se reductum, ut a tantae crudelitatis insania quiescere deberet, admonuit. Qui fractus recedens, nil ulterius petere a rustico praesumpsit, quem vir Domini non tangendo, sed respiciendo solverat.* Hucusque de his Gregorius.

Novit Galla divinam virtutem.

X. Cum vero Gothorum exercitus ad Vulturnum fluvium super Capuam, ubi amnis transmeabilis equis est, iturus ad Samnites pervenisset: quid ibi acciderit, recenseamus ex eodem S. Gregorio Papa, qui ait (b): *in eadem provincia Samnii, quam supra memoravi, idem Libertinus vir pro utilitate monasterii carpebat iter. Dumque Darida Gothorum Dux cum exercitu in loco eodem venisset, Dei servus ex caballo quo sedebat, ab hominibus ejus projectus est. Qui jumenti perditi libenter damnum ferens, etiam flagellum, quod tenebat, diripientibus obtulit, dicens, Tollite, ut habeatis qualiter hoc jumentum minare valeatis. Quibus dictis, protinus se in orationem dedit. Cursu autem rapido praedicti Ducis exercitus pervenit ad fluvium qui vocatur Vulturnus, ibique equos suos singuli coeperunt hastis tundere & calcaribus cruentare; sed tamen equi verberibus caesi, calcaribus cruentati fatigari poterant, moveri non poterant: sicque aquam fluminis tangere, quasi mortale praecipitium pertimescebant. Cumque diu caedendo sessores singuli fatigarentur; unus eorum intulit: Quia ex culpa, quam servo Dei in via fecerant, illa sui itineris dispendia tolerabant. Qui statim reversi post se Libertinum reperiunt in oratione prostratum. Cui cum dicerent: Surge, tolle caballum tuum: Ille respondit: Ite cum bono: ego caballo opus non habeo. Descendentes vero, invitum eum in caballum, de quo deposuerant, levaverunt & pro-*

(b) Greg. Dial. lib. 1. c. 2.

S. Libertini res gestae cum Duce Gothorum.

protinus abscesserunt. Quorum equi tanto cursu illud quod prius non poterant transire flumen transierunt, ac si ille fluminis alveus aquam minime haberet. Sicque factum est, ut cum servo Dei unus caballus suus redditur, omnes a singulis reciperentur. Hæc Gregorius: ita quidem Deus in omnibus ferme locis virtutis suæ vestigia impressa reliquit.

XI. Sed quid post hæc Totilas? audi a Procopio, ubi ista dictis subdit (a): *Beneventum munitissimum oppidum nullo in potestatem labore redegit, ejusque muros in solum mox diruit; ne forte exercitus aliquis e Byzantio eo se conferens, ut e loco munito in Gothos impetu facto, negotium illis exhiberet. Neapolitanos deinde obsidere decrevit; quandoquidem se intra urbem recipere, etsi pleraque quidem & allicibilia prædicantem, hi prorsus renuerent. Conon eam tunc urbem custodiebat cum Isauris, Romanisque mille. Sed Totilas ipse cum maxima copiarum parte haud procul e mœnibus castris positis quiescebat, parteque exercitus ad Cumas dimissa; cum his & aliis simul munitissimis locis potitur, pecuniarumque numero non mediocri. Feminas vero quasdam patricias captis in oppidis per suos comprehensas nulla prorsus affecit injuria, sed summa cum diligentia libere abire permisit: unde factum est, ejus ut nomen, ut sapientiæ, ita & benignitatis celebre apud Romanos jam esset & maximi fieret.* Ex S. Benedicti monitis (ut ex S. Gregorio nuper diximus) hoc esse lucratum Totilam, ut redditus mitior ejusmodi humanitatis & continentiæ exempla ederet, possumus intelligere. Sed pergit Procopius:

(a) Procop. de bello Goth. lib. 3.

Progressus Totilæ.

Totilas monitis S. Benedicti profecit.

XII. *Cumque nuspiam hostes sibi obviam irent, paucis e suo exercitu circummissis, res memoratu dignas gerebat. Brutios itaque & Lucanos subegit, Apuliaque & Calabria simul potitus, publica tributa frequenter exigere, & omnium rerum proventus rapiendo & fraudando sibi habere, cætera haud secius factitare ac Italiæ sortitus jam esset Imperium.* Hæc Procopius: quibus ista ex sancto Gregorio sunt addenda de eodem Totila, dum in Apulia versaretur, & sanctum Sabinum Canusinum Episcopum adiit, æque ac fecerat cum sancto Benedicto, experturus, num (quod auditu perceperat) esset in ipso spiritus prophetiæ. Hic ille Sabinus, qui pluribus (ut diximus) legationibus Romani Pontificis illustratus, jam senio viribus corporis fractus, sed animo vigens, & cum oculorum luce privatus penitus esset, spiritu tamen futura noscens, Prophetæ & videntis nomen fuerat consecutus. Ait ergo de eo Gregorius (b):

(b) Gregor. dial. lib. 3. c. 5.

XIII. De S. Sabino Episcopo Canusino & Totila.

Hunc Rex Gothorum Totila prophetiæ habere spiritum audiens, minime credidit, sed probare studuit quod audivit. Qui cum in iisdem partibus devenisset, hunc vir Domini ad prandium rogavit. Cumque jam ventum esset ad mensam, Rex discumbere noluit, sed ad Sabini venerabilis dexteram sedit. Cum vero eidem Patri puer ex more poculum vini præberet, Rex silenter manum tetendit, eumque per se Episcopo vice pueri præbuit, ut videret an spiritu prævidentiæ discerneret, quis ei poculum præberet. Tunc vir Dei accipiens calicem, sed tamen ministrum non videns, dixit: Vivat ipsa manus. De quo verbo Rex lætatus erubuit; quia quamvis ipse deprehensus sit, in viro tamen Dei quod quærebat invenit. Hæc de his quæ tunc inter Totilam & Sabinum sunt gesta Gregorius.

XIV. Accidit autem inter hæc, ut cum Neapolis arcta obsidione perstringeretur, auxilium expectaret ab Imperatore. At cum classis ab eo missa ad Neapolitanum littus ventorum impulsibus naufragium passa esset, quique e fluctibus emerserant, in Gothorum devenissent potestatem; his perterriti Neapolitani, Totilæ sese dedere. Horum deditione anni hujus periodum Procopius claudit Totilæ rerum gestarum. Quod vero Totilas tantam præstiterit superatis humanitatem, non parcendo tantum, sed alendo & commeatum eisdem præbendo, ut neque aliquis propinquorum vel intimorum amicorum talia illis officia exhibere valuisset (ut idem auctor pluribus narrat) plane apparuit, quantum ex S. Benedicti congressu atque monitis barbarus profecisset: effectus insuper summæ justitiæ cultor, cum videlicet anno sequenti in armigerum suum animadvertit, quod virgini vim in-

PAGIUS III. *Beneventum anno superiori, Neapolis præsenti a Totila capta.*

A num. XI. ad XV. Narrat Baronius, *Beneventi & Neapolis* expugnationem, quam Procopius citatus asserit, factam esse a *Totila* anno VIII. belli Gothici. Verum *Beneventum* anno superiori, ut mox demonstravi, in potestatem Totilæ venit; *Neapolis* vero, quam diuturna obsidione pressam refert Procopius, ipso fine anni belli Gothici VIII. a *Totila* capta, ideoque hoc anno ante vernum tempus. Refert enim Procopius Neapolitanos, quos plurimum famis necessitas urgebat, spopondisse se Urbem intra dies XXX. tradituros, & Totilam *tres menses* implendæ conventioni præstitisse: *Verum obsessi*, inquit Procopius, *summa victus inopia coacti dictum diem non expectare, paulo post in Urbem Totilam ac Barbaros acceperunt. Simul hyems, simul annus VIII. hujus belli a Procopio scripti decessit.* Tum *Neapoli potitus Totilas, eam captis præstitit humanitatem, qua nec in hostem nec in Barbarum cadat*; ideoque Totila ex congressu cum divo Benedicto Abbate Cassinensi mitior factus est, & *Neapolis* hujus Christi anni initio *Totila* dedita.

Ad

intulisset, cui & morte affecti armigeri bona dari voluit: quæ omnia fusius Procopius scriptis est prosecutus.

XV. Quod vero ad res bellicas Orientales pertinet, rursum rupto fœdere Rex Persarum in Romanum Imperium immisit exercitum: hoc enim anno a Procopio secunda ponitur Cosrhois in Romanos expeditio, cum Belisarius adversus eum bellum gesturus in Persidem missus est: ubi

PAGIUS IV. *Romani a Persis male habiti.* Ad num. XV. secundum Chosrois in Romanos expeditionem consignavimus anno DXLI. quo eam contigisse ex dicendis anno DXLV. num. V. constabit. Hoc vero anno cum pestis, quæ Constantinopoli grassabatur, *Persas* etiam, *omnesque barbaros* incessisset, (ut scribit Procopius lib. 2. de bell. Pers. cap. 23. & capp. 24. & 25.) *Justinianus* jussit Martino Magistro militum per Orientem, aliisque Ducibus, ut in Persarmeniam irruerent, quod & ab illo præstitum. Verum Romani *hostili impetu fracti*, *effuse omnes fugerunt*, Persæque victores extiterunt: *Acceperunt Romani tum cladem magnam, nec parem huic unquam antea*, inquit Procopius cap. 25. qui postea loquitur de iis, quæ anno sequenti gesta sunt. Quod prælium hoc anno habitum affirmat Continuator Marcellini, qui ad *Indict. VI. post Consulatum Basilii anno II.* ait: *In Oriente Persis adhuc tenentibus conflictum cum nostris*, subauditur, est. Hinc liquet, tertiam Chosrois irruptionem pertinere ad superiorem Christi annum; cum Procopius postquam hanc narravit, de isto prælio mentionem faciat. Illud Baronius in annum DXLIV. perperam differt, ut ibidem num. X. videre est.

V. *S. Mauri missio in Gallias.* Hoc anno Episcopus Cenomanensis *Flodegarium* Archidiaconum & *Harderadum* Vicedominum misit in Italiam ad Sanctum *Benedictum*, qui ab eo peterent, ut Regulam suam & Monachos aliquos ad se transmitteret *Benedictus* Maurum suum discipulum cum quatuor Monachis, Legatis Antistitis assignavit. Mauroque *librum Regulæ quam ipse Sanctus manu sua scripserat*, *dedit*, ut testatur Faustus Sancti Mauri socius in ejus Vita, quam sub Bonifacio III. Papa, anno sc. DCVII. litteris tradidit. *Odo* Abbas Glannafoliensis anno Christi octingentesimo sexagesimo tertio, postquam Reliquias Sancti Mauri ex Andegavia in Burgundiam transtulit, cum rediret, a Clerico Abrincatino, qui Roma revertebatur, fortuito Vitam illam nactus est, & publicavit, ut ipsemet testatur in Epistola dedicatoria ad *Adelmodum* Cenomannicæ Ecclesiæ Archidiaconum. In ea ait Odo: *Reperi in sportula cujusdam Clerici quaterniunculos nimia pene vetustate consumptos, antiquaria & obtunsa olim conscriptos manu, Vitam Sancti Benedicti, ac quinque discipulorum ejus continentes, Honorati videlicet, Simplicii, Theodori, Valentiniani atque Mauri, quos vix emerui datis non paucis redimere nummis. Et quia tam inculto sermone, quam vitio Scriptorum depravati videbantur, Vitam Beati Mauri, prout potui, corrigere satagens viginti dierum plus minus consumpto labore, salva fide dictorum ac miraculorum ibi repertorum, sicut nunc habetur, apertiorem eam legentibus reddidi & expressi.*

VI. *Vita S. Mauri sincera per plura sæcula existimata.* Eam Vitam sub mediæ ætatis Auctores, uti Abbo Floriacensis Abbas, Marianus Scotus, Sigebertus Gemblacensis, aliique tanti fecere, ut licet in ea Sanctum Bededdictum *XII. Kalend. April.* seu die XXI. mensis Martii, in Vigilia Paschæ ad Deum migrasse, adversus omnem verisimilitudinem asseratur, maluerint tamen in absurdas abire opiniones, quam ejus sinceritatem in dubium revocare. Certe ait Mabillonius in Observat. præviis ad Vitam illam, quæ sæculo primo Benedictino legitur, *Odo* Glannafoliensis Abbas, qui eum in lucem edidit, non tantum fuit Vir eruditus, prout illa ferebant tempora, quod ex stylo satis apparet; sed etiam apprime sincerus & a fuco alienus. Principio enim in Epistola sua Lectorem monet de styli emendatione a se facta, Deinde *in veritate qua Jesu est*, se vera scribere protestatur. Postremo in Historia Restaurationis Glannafoliensis Monasterii sollicite omnino inculcat Viros graves, a quibus ea, quæ narrat acceperit. Ea vero indicia esse hominis, qui verax esse cupit & videri, nemo candidæ mentis negaverit.

Verum enimvero ex ipsomet Sancti Mauri Vita certo colligi potest, eam ab *Odone* interpolatam, & Scriptioni *Fausti* aliqua addita, quæ hic literis mandare non potuit. Faustus v. g. Episcopi Cenomanensis, ad quem Sanctus Maurus missus, non expresserat nomen, ut sæpe alii Biographi, & tamen Odo eum Episcopum, *Bertichramnum* vocat, qui nonnisi exeunte hoc sæculo, & sequenti ineunte Cenomanensem Ecclesiam rexit. Morem sui temporis secutus est *Odo*, & quæ indubitata esse arbitrabatur, ut passim alii Interpolatores, adjecit. Videbat divum *Benedictum* XII. Kal. April. non solum in Monasteriis sui Ordinis, sed etiam in variis Martyrologiis coli, persuasumque habebat, uti passim nostro sæculo Viri doctissimi, Sanctos celebrari iis, quibus obiere diebus. Quare non dubitavit, quin, ubi in Vita a Fausto scripta dicebatur, Sanctum Patriarcham *septimo Kalendas Aprilis* ad Deum migrasse, numeri corrupti fuissent, cum ejus memoria XII. Kalendas ejusdem mensis singulis annis recoleretur. Ipsemet se aliqua in ea Vita immutasse diserte fatetur, cum ait *Vitam beati Mauri, prout potui, corrigere satagens*. VII. *Ab Odone interpolata.*

Nec refert, quod *in veritate, qua Jesu est*, se vera scribere, nihilque *Fausti* textui inseruisse protestetur. Anno enim DVIII. vidimus, *Faustum* Sancti Severini Abbatis Agaunensis discipulum, ejus diem emortualem non memorasse, & tamen Anonymum, qui eam Vitam interpolavit, licet diem mortis ejus in eam intruserit, aut verius diem ejus cultus pro die ejus mortis notarit, scribere se nihil ejus Historiæ inseruisse, quod a præfato Fausto Presbytero non acceperit, *& licet verba non ipsa, sensum tamen & ordinem ejusdem lectionis funditus* sese executum esse: Mitto alia, quæ ibidem ostendimus, ab eodem Anonymo in Vitam Severini infarta fuisse. Mitto etiam varia exempla sparsim in hoc Opere producta quibus manifestum fit, Vitarum Sanctorum Interpolatores similibus protestationibus non raro usos fuisse, quod quæ adderent, vera esse arbitrarentur, quamvis cum veritate pugnarent. Quare summo hactenus errore creditum, Sanctum *Benedictum* XII. Kalend. April. in Vigilia Paschatis demortuum, quod in eum diem festum ejus incidat. Hic vulgaris error a nobis emendandus, & sancti Patriarchæ mors an- VIII. *Interpolatores se nihil Vitis SS. addere de more protestantur.*

bi uno tantum castro capto eodemque postea amisso, nihil præterea memoria dignum est factum, Deo adversus Romanos pro Persis pugnante: cum videlicet ægritudo invaserit Romanum exercitum, adeo ut vix pars ejus tertia servari potuerit. Scribit hæc Procopius (a) pluribus: sed ad institutum ista satis.

(a) Procop. de bello Pers. lib. 2.

Ann. Eccl. Tom. IX. Mmmm Quin-

PAGIUS

anno tandem suo reddenda. Porro Legationem Innocentii Episcopi Cenomanensis, qui perperam in Vita Sancti Mauri *Berticbramnus* ab Odone vocatur, infra constabit, ad hunc annum pertinere, ex accessu Sancti *Mauri* anno sequenti in Galliam, ac præterea nonnisi eodem anno VII. Kalend. Aprilis in vigilia Resurrectionis Christi S. Benedictum ad superos evolasse, licet nullus hactenus annum ejus emortualem in lucem eduxerit.

IX. *Terræ motus universalis.*

Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXXXVI. Kalend. Septembris hujus Christi anni inchoato ait: *Hoc anno mensis Septembris sexto die, hebdomadis primo, Indictione septima* (non vero prima, ut in versione Theophanis perperam legitur) *magnus terræ motus totum terrarum Orbem concussit, adeo ut Urbis Cyzici pars media corruerit. Eodem anno ingens illa ænea Columna ad Palatium posita, quæ dicitur Augusteus, absoluta est; & equestris Imperatoris Justiniani Statua in eam sublata.*

X. *S. Theophili Adanensis Ecclesiæ Oeconomi pœnitentia & mors.*

Justiniano Imperante florebat Sanctus Theophilus Ecclesiæ Adanensis in Cilicia secunda Oeconomus, cujus *Historiam pœnitentiæ & conversionis* scripsit Eutychianus, ejusdem Adanensis Ecclesiæ Clericus, qui sancto Theophilo familiaris fuit, cum se in ejus ædibus natum, ejusque perpetuum comitem fuisse testetur, eaque scripsisse, quæ ipsemet viderat & audiverat. In ea Historia narrat Eutychianus Theophilum præclare admodum & divine dispensantem res omnes & loca, quæ pertinebant ad Ecclesiam Adanensem, a quibusdam inimicis & malevolis per calumniam accusatum, ab Adanensi Episcopo suo Oeconomi officio privatum fuisse, sed Theophilum, ut pristinam dignitatem recuperaret, suadente diabolo, abnegationem Christi, ipsiusque Matris propria manu subscriptam, ceraque obsignatam Cacodæmoni tradidisse: Peracta vero deinde pænitentia, & misericordia beatæ Virginis sæpissime & instantissime implorata, nefandam suam syngrapham a Beata Virgine iterum recepisse. Qua accepta Theophilus, sequenti die, cum esset dies Dominicus, vadens ad Ecclesiam, post lectionem Sancti Evangelii, se repente projicit ad pedes Sanctissimi Episcopi, & cum singulatim ei narrasset omnia, quæ ab ipso facta fuerant, & chartam in manus tradidisset obsignatam, admirantibus omnibus, petiit, ut legeretur in ambone. Quo facto rogavit Episcopum, ut nefaria illa charta igne exureretur, quod etiam factum est. Deinde Theophilus accurrens ad templum Deiparæ, tribus post diebus, salutatis omnibus Fratribus, qui aderant, tradidit beatam animam in manus Domini. Hanc Historiam referunt Surius & Bollandus ad diem quartum mensis Februarii, & Lambecius lib. VIII. Bibliothecæ Cæsareæ, ubi plures illustres Scriptores adducit, qui mirandæ hujus conversionis meminerunt.

I. Totilas tentat litteris Senatum.

Quingentesimus quadragesimus quartus Christi annus notatus reperitur in Consularibus tabulis post Basilii Consulatum tertio, idemque a Procopio numeratus belli Gothici nonus: quo Totilas Urbem cogitans, eam prius litteris ad Senatum iterum scriptis quam armis tentare decrevit. Sed cum Joannes Præfectus, Constantinopoli olim missus, illic esset, Senatum in officio continens, illi rescribere vetuit: cujus rei causa Totilas indignatus, Romam versus ad ejus obsidionem exercitum movit; cum istis admonitus Justinianus, Belisarium e bello Persico revocans in Italiam misit. Hæc sunt quæ hoc anno nono Gothici belli accidisse Procopius tradit, additque hoc item anno factum, ut omnes qui Arianæ hæresis Romæ suspecti haberentur, ne proderent Gothis itidem Arianis Urbem, inde protinus pellerentur: id opera (ut creditur) Vigilii Papæ, a quo etiam illud procuratum fuisse videtur, ut Belisarius in Italiam mitteretur. Hæc quidem primo accipe a Procopio, qui ait (*a*): *Ipse vero cum majori & reliquo parte exercitus ad circumjecta Urbi loca ductare statim contendit. Cujus profectione cognita Imperator, etsi fortissime adhuc sibi insistentibus Persis, mittere rursum in Italiam Belisarium cogitur.* Hæc ipse. Quod vero de his rogatus a Vigilio Papa Justinianus Imperator annuerit, audi quæ Arator in præfatione ad ipsum Vigilium præfixa Heroico carmini, quo Acta Apostolorum cecinit, habet his versibus:

(*a*) Procop. de bello Goth. lib. 3.

Mœnibus undisonis bellorum incendia cernens, Vigilii opera Urbs liberata.
Pars ego tunc populi tela paventis eram.
Publica libertas, Vigili sanctissime Papa,
Advenit incluso solvere vincla gregi.
De gladio rapiuntur oves, Pastore ministro,
Inque humeris ferimur, te revocante, piis.
Corporeum satis est sic evasisse periclum,
At mihi plus animæ nascitur inde salus.
Ecclesiam subeo, dimissa naufragus aula.
Perfida mundani desero vela freti, &c.

Ad finem vero hæc habet:

Te duce, tyro lego, te dogmata disco magistro:
Si quid ab ore placet, laus monitoris erit.

Hæc

PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hispan. DLXXXII. A.C. 544.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6037.

☉ 21. CB. ☽ 13. P. 27. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 544.

VIGILII PAPÆ 8.

JUSTINIANI IMP. 18.

TOTILÆ REG. 4.

I. Postconsulatus.

[1] Hic annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C. III.* vel juxta modum loquendi Victorianum: *Post Consulatum Basilii V. C. anno IV.*

II. Ad num. I. & seq. Est hic annus belli Gothici *decimus*, non vero *nonus*; ideoque quæ Cardinalis doctissimus hoc anno de Sacerdotibus Arianis Roma ejectis, ex Procopio narrat, ad annum superiorem pertinent. Procopius enim lib. 3. de Bell. Goth. cap. 9. scribit, *Totilam*, cum accepisset Romanos a Cæsarianis male haberi, per Literas ad Senatum scriptas Romanorum animos tentasse, quæ *nocte intempesta in celeberrimis Urbis partibus affixa in publicam notitiam venerunt. Mox Romani Duces suspectos sibi Arianos Sacerdotes omnes Urbe exterminarunt.* His Totilas auditis cum majori parte exercitus Romam versus iter instituit. Imperator vero *Belisarium adversus Totilam mittere necesse habuit*, inquit Procopius, subdens abiisse hyemem unaque annum IX. belli Gothici. Quare ex Literæ anno superiori a *Totila* scriptæ, & Gothicus exercitus Romam properare jussus. *Belisarius* tamen currentis Christi anni initio in Italiam missus, exeunte scilicet anno IX. belli Gothici.

Annus belli Gothici X.

An-

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* V. C. III. vel secundum modum loquendi Victorianum: *Post consulatum Basilii V. C. anno IV.*

Vetus Inscriptio apud Beldettum pag. 86. n. 18.

...TER PC. FL. BASILI. V. C. CONS.

Hanc huic anno tribuit Blanchinus.

At in litteris detritis una tantum littera I deesse potest; ex quo fiet ut, ITER. Legi debeat ideoque inscriptio ad A. D. 541. sit revocanda. GEORGIUS

Hæc ad Vigilium Papam Arator: qui hoc eodem anno jam ordinatus Romanæ Ecclesiæ subdiaconus ipsum nobile elucubratum a se carmen, quo luculenter Apostolorum Acta a Luca conscripta prosecutus est, egregium opus Vigilio Papæ obtulit: nam quo die, mense & anno id factum, continet Vaticanus codex ejusdem carminis, in quo ista leguntur.

II. Arator Subdiac. carmen in Act. Apostol. Vigilii offert. *Beato Petro adjuvante, oblatus est hujusmodi codex ab Aratore subdiacono sanctæ Ecclesiæ Romanæ, & sancto & Apostolico viro Papæ Vigilio, & susceptus ab eo die VIII. Idus Aprilis in Presbyterio ante Confessionem beati Petri, cum ibidem plures Episcopi, presbyteri, diaconi, & cleri pars maxima interessent. Quem cum ibidem legi pro aliqua parte fecisset, Surgentius vir venerabilis Primicerius scholæ Notariorum in scrinio dedit Ecclesiæ collocandum. Cujus * beatitudinem litterati omnes doctissimique continuo rogaverunt, ut eum juberet publice recitari. Quod cum fieri præcepisset, in ecclesia beati Petri, quæ vocatur, Ad Vincula, religiosorum turba convenit; atque eodem Aratore recitante, distinctis diebus, ambo libri, septem vicibus, sunt auditi, cum unius medietas libri tantummodo legeretur propter repetitiones assiduas, quas cum favore multiplici postulabant. Eadem hæc repetitio facta est his diebus: Prima Idibus Aprilis, secunda decimoquinto Kalendas Maii, quarta vero tertio Kalendas Junii, tertio anno post Consulatum Basilii V. C. Indictione VII.* Hæc ibi. Porro de eodem Aratore poeta, qui Apostolorum Acta metro cecinit, hos habet versus Venantius Fortunatus (*a*):

* Cum ejus.

(*a*) *Fortun. carm. de vita S. Martini l.1.*

Sortis Apostolicæ quæ Gesta vocantur & Actus,
Facundo eloquio vates sulcavit Arator.

At de ipso satis.

Ann. Eccl. Tom. IX.

III. Quod autem ad Orientales res pertinet, hoc anno a Procopio (*b*) bellum Persicum scriptis prosequente tertia ponitur Cosrhois in Romanorum ditionem irruptio, cum Sergiopolim tentavit civitatem, quæ præsidio S. Sergii munita, ejusque patrocinio defensa, illæsa permansit: de qua primum quid idem Procopius tradat, audiamus: *Vere* (inquit) *postea ineunte, Cosrhoes tertiam in Romanorum regionem irruptionem maximo fecit exercitu, Euphratem dextrorsus habens. Candidus autem Sergiopolis Præsul postquam Persarum exercitum prope mœnia perspexit, timens & sibi & civitati quod pacta inter eos priora non servaverit, sese ultro excusans, Cosrhoi occurrit, ac rogans, ne propterea civitati sit iratus: nam ei pactam pecuniam numquam fuisse, quam ei pro redemptis Surenis (uti supra commemoravimus) debebat. Cosrhoes autem ipsum in custodiam duci, atque corpus ejus probris omnibus affici, pecuniam deinde duplam atque prius convenerat exsolvi jussit. Ille vero Sergiopolim aliquos mitti rogavit, qui omnem pretiosam templi supellectilem auferrent, cum quibus etiam alios ipse misit. His Sergiopolitani quæcumque sunt jussa tradidere, sibi nihil aliud relictum dicentes. Cumque Cosrhoes non satis hoc esse diceret, aliaque expeteret adhuc alios de bonis eorum nomine quidem vestigatum misit, re autem vera ut urbem caperet.*

(*b*) *Procop. de bello Pers. lib. 2.*

Tertia Cosrhois in Romanos expeditio.

IV. *Sed quando divinitus datum non erat ut ea potiretur, quidam e Sarracenis Christianus, alioquin sub Alamundaro militans, Ambrus nomine, nocte per muros ascendens, omne consilium civibus nunciavit, suasitque nullatenus Persas in urbem recipiendos. Sic igitur a Cosrhoe missi, sine effectu reverterunt. Quamobrem idem urbem evertere statuit; protinusque exercitu sex millium misso, mœnia obsidere atque oppugnare cœpit. Sergiopolitani autem fortiter ab initio resistentes, deinde* pe-

Sergiopolis divinitus defensa.

PAGIUS III. Anno superiori exercitum Gothicum Romam propius accessisse, certum faciunt Versus, quos *Arator* S. R. E. Subdiaconus præfixit Carmini heroico, quo Acta Apostolorum cecinit:

Anno superiori Totilas cum exercitu Romam accessit.

Mœnibus undisonis bellorum incendia cernens,
Pars ego tunc populi tela paventis eram.

Vide alia Carmina a Baronio recitata, qui probat ex Codice Vaticano *Aratoris* Librum Romæ susceptum fuisse a Vigilio Papa *VIII. Idus April. tertio anno post Consulatum Basilii V. C. Indict. VII.* ideoque præsenti, postquam anno superiori adventante exercitu Gothico Romæ trepidatum fuisset, quod etiam illud adverbium *Tunc* satis innuit. Sirmondus in Notis ad Ennodium eandem annotationem ad Carmina Aratoris, quam Baronius exhibet, ex MSS. Codicibus auctiorem dedit; eaque etiam legitur Tomo I. Novæ Bibliothecæ Labbei. Ex ea discimus, *Aratorem* Virum fuisse illustrem ex Comite Privatorum, & ex Comite Domesticorum. Hinc cum Trithemius illam annotationem legisset, ait: *Ubi nunc his temporibus tale studium Literarum? Ubi amor scientiæ Salutaris? Religiosi nostri & Nobiles, Clerici quoque & Pontifices, non Libros, sed census audiunt; non Literas, sed avaritiam colunt. Jam legit Antimachus plura Carmina, & recedentibus singulis, vix unicus Plato invenitur, & remanet. Sed de his importune jam loquimur.* Ita Trithemius in lib. de Script. Ecclesiast. qui usque ad initium sæculi XVI. vitam protraxit.

IV. A num. III. ad VII. Tertia *Chosrois* Persarum Regis in Romanorum Ditiones irruptio, de qua Baronius hoc anno, pertinet ad annum DXLII. de qua ibidem egimus. *Quarta* vero, de qua ipse anno sequenti, ad præsentem revocanda, ut ibidem ostendemus.

Tertia Chosrois in Romanos expeditio.

A num.

periculum metuentes, civitatem hosti dedere decreverunt: milites enim non plus quam ducenti erant. Sed Ambrus rursus ad mœnia noctu veniens, duorum tantum spatio dierum Persarum obsidionem duraturam dixit, aqua eis deficiente. Quapropter illi nullatenus in sermonem cum hoste venerunt. Interim vero barbari, premente siti, inde discedentes ad Regem venerunt, qui Candidum adhuc non dimiserat: oportebat enim (existimo) illum tamquam perjurum a sacerdotio deici. Et hæc quidem sic se habuere. Hucusque de his Procopius, qui subdit in fine: *At Belisarius rursus ab Imperatore accersitur Byzantium, ut in Italiam iterum mitteretur, rebus jam Imperii collabentibus.*

V. *(a) Evagr. l.4. c.27.* Ecclesiæ Thesauri ad Cosrh. delati.

De rebus autem sacris ad ipsum Cosrhoem asportatis e templo hæc addit Evagrius (*a*): *Simul ut mœnia aggreditur, fit utrinque sermo & colloquium de servanda civitate: convenitque inter eos, ut sacris thesauris ac monumentis (inter quæ Crux a Justiniano & Theodora missa fuit) urbs redimeretur. Ubi ista fuere ad Cosrhoem apportata; percunctatur a sacerdote & Persis qui cum eo ad eam rem missi erant, ecquæ alia superessent? Cui quidam eorum, qui verum dicere minime consueverat, respondet, alia etiam adhuc monumenta restare a paucis quibusdam civibus occultata. Relinquebatur autem ab his qui thesauros & monumenta attulerant, auri, argentique prorsus nihil, sed alterius cujusdam materiæ multo præstabilioris, quæ Deo omnino dicata fuit; sanctissimas dico reliquias Sergii invicti Christi martyris, quæ in capsa erant oblonga argentoque obducta repositæ.*

VI. Cosrhoes divinitus ab Urbe repulsus.

Itaque postquam Cosrhoes his verbis persuasus totum exercitum ad urbem excidendam dimiserat, derepente in ipsis mœnibus magna hominum multitudo clypeis munita visa est civitatem propugnare. Quam qui erant a Cosrhoe missi conspicati, reverterunt; ac tum multitudinem, tum armaturam admirati, ad Cosrhoem rem referunt. Ubi autem rursus certior factus est, paucos admodum in urbe remanere, eosque vel ætate exacta esse vel tenera & immatura (quippe omnes qui firma fuere ætate & robusta, e medio sublati erant) pro certo novit illud miraculum a sancto martyre editum; & propterea metu perculsus, admiratusque Christianorum fidem, domum revertitur: quem ferunt sub extremum ætatis tempus divino regenerationis lavacro tinctum fuisse. Hæc Evagrius & ipse sui temporis res gestas scribens, eaque addens quæ a Procopio præterita sciret. Subdit his vero ipse Procopius: *In animo quoque Cosrhoes habuit, recta in Palæstinam tendere, ut tum alia, tum Hierosolymitani templi sacram ac pretiosam supellectilem prædaretur.* Quo minus autem id perfecerit, inde accidit quod Belisarius rursus hoc anno adversus eum missus occurrit, egitque ut Cosrhoes pacem cum Imperatore denuo juramento firmaret. Cujus rei causa percommode evenit, ut Belisarius iterum in Italiam mitteretur (sicuti dictum est) ut periclitanti ibi Imperio præsto esset.

Hoc eodem anno lues magna in Oriente grassari cœpit, de qua ista admiratione digna Procopius (*b*): *Fuit insuper iisdem temporibus ingens pestilentia, cui remedium nullum inventum, præterquam ex Deo, unde venit: quamquam multi arrogantes phisiologiæ causas commentari contendant, vanas quidem omnes & investigabiles, tantumque sermone decipientes. Hic enim morbus nulli, neque ætati, neque sexui, neque loco parcebat. Unde vero initium habuerit; aut quomodo perimebat, referam. Cœpit enim ab Ægyptiis, qui apud Pelusium sunt: hinc universam terram comprehendit, itinere sem-* VII.

(b) Procop. de bello Perf. l.2. Pestis immissa per Angelos malos.

PAGIUS V. *Pestis generalis.*

A num. VII. ad XI. Procopius lib. 2. de Bell. Perf. cap. 22. postquam præcedentibus capitibus de secunda & tertia Cosrhois in Romanos expeditione disseruit, agit de pestilentia illa gravissima, quæ annos quinquaginta & amplius grassata est, aitque: *Sub idem tempus orta est pestilentia, qua cultum & genus humanum tantum non abolevit omnino*, &c. *ab Ægyptiis orta, Pelusii incolis: indeque hac Alexandriam, & reliquam Ægyptum pervasit, illac in Palæstinam Ægypto conterminam diffusa, inde totum Orbem occupavit, semper progrediens cursu certis temporis spatiis definito*, &c. *Altero demum anno, adulto vere, Byzantium pervenit: ubi forte eodem ego, quo illa, tempore versatus sum.* Tum cap. 23. *Menses quatuor exegit pestis Byzantii; per tres admodum viguit*, &c. *Ita demum quæ ad pestilentiam attinent, cum Byzantii, tum in reliquo Romano Imperio se habuerunt.*

Cum vero Procopius hæc referat post narrata, quæ in bello Persico annis DXLI. & DXLII. gesta sunt, in obscuro est, an initium hujus pestilentiæ ad priorem vel posteriorem annum referat. Nec clarius loquitur Evagrius lib. 4. cap. 29. qui ait, eam sævire cœpisse, *biennio post captam a Persis Antiochiam*: hæc enim Urbs anno DXL. a Persis occupata, & biennium illud tam de anno insequenti, quam de anno DXLII. explicari potest. Ait ibidem Evagrius: *Duobus jam & quinquaginta annis, quod nunquam antea accidisse dicitur, grassata est, & universum prope terrarum Orbem devastat*, &c. Evagrius autem Opus suum absolvit exeunte anno DXCIII. vel potius anno DXCIV. ut hoc ultimo anno exponemus. Quare annorum illorum LII. initium ab anno Christi DXLI. aut insequenti proficiscitur. Ad hæc Victor Tunonensis post Consulatum Basilii anno II. qua formula annum DXLII. ipse designat, inquit: *Horum exordia malorum generalis Orbis terrarum* VI.

Anno DXLI. aut insequenti grassari cœpta.

semper procedens, nullas reliquit locorum latebras, nec bis eadem corpora repetebat. Incipiebat autem hoc modo. Phantasmata dæmonum multis humana specie visa sunt; quot enim in ipsa inciderent, percuti se ab aliquo viro putabant, morbusque subito irruebat.

VIII. Pestis effectus mirandi. *Nonnulli ab initio verbis sanctis ac aliis (ut poterant) supplicationibus eum avertere frustra quærebant; ac tamquam lymphati, seu spiritu maligno agitati amicos vocantes minime audiebant: in locis quoque angustis coercebantur. Nonnullis vero in somnis hæc eadem accidebant. Corripiebantur enim statim febre, calore coloreque pariter corporis nusquam mutatis; neque ulla item inflammatio (uti febricitantibus solet) sed tussis quædam ab initio, usque ad vesperam febris erat; adeo ut nullo adhibito medicamento,* * *nullius opinionem periculi præberent. Eodem vero die, nonnullis sequenti, aliis non multo post tuber succrescebat, aliis alibi. Præterea quibusdam somnus inerat profundus, nonnullis acuta quædam stultitia, & primum quidem omnium obliti rerum, etiam cibum negligentes moriebantur. In stultitia vero corripi sibi visi, aut invadi clamabant, avertentesque fugiebant: quorum curatores & ministri dira atque intoleranda patiebantur, adeo ut non minus ipsi quam ægroti misericordia digni fuerint, non quod morbo & ipsi afficerentur (non enim is contagione nocebat) sed quod furentes, aut e lecto se præcipitare, aut ad flumina ob sitim properare volentes, vix retinebant. Peribant aliqui eodem die, nonnulli multis post diebus. Tribus igitur mensibus hujuscemodi lues Constantinopoli prævaluit, & ab initio quidem pauci, deinde in singulos dies quinque, sæpius etiam decem millia efferebantur: adeo ut plures etiam divites, ministris jam omnibus extinctis, curatorum penuria magis quam morbo perirent, & insepulti manerent.* Subdit his Procopius de navata opera ab Imp. per Theodorum Referendarium, ut afflictæ civitati subsidio esset.

* medico.

IX. Meminit ejusdem pestis Evagrius (a), pluraque addit a Procopio prætermissa, diversaque narrat, corrigendus in eo, dum ait biennio post captam a Persis Antiochiam eam cœpisse; cum ex Procopio evidenter appareat tum contigisse, cum Belisarius e bello Persico in Italiam missus est; cujus potius fidem sectandam putamus, quam Evagrii, quem post quinquaginta annos ea scriptis mandasse, idem ipse testatur. Porro ætatem Procopii longe morbum ipsum prætergressum esse oportuit, cum scribat Evagrius annos quinquagintaduos inter homines grassatum esse, neque Orientem solum, sed universum ferme terrarum orbem ab eodem fuisse depastum: nonnullasque urbes omnibus fuisse habitatoribus per eamdem pestilentiam orbatas; atque in illa ipsa loca, quæ antea invasisset, sæpe reversam; plura insuper symptomata in ægrotantibus accidisse, ac plane diversa ab eis quæ idem Procopius tradit, de quibus tu ipsum consulas.

(a) Evag. l. 4. c. 28.

Pestis ad annos plurimos propagata.

X. Quod vero non amplius quam tribus mensibus civitatem Constantinopolitanam occuparit, miraculo tribuitur. Quod licet neque a Procopio vel Evagrio recenseatur, haud tamen oblivione sepultum penitus relictum est: nam tantum beneficium solemni die festo in honorem Dei genitricis Mariæ instituto, anniversariaque die in Ecclesia repetendo, remansit posteris perpetua memoria consignatum, cum videlicet idem Hypapanti est nominatus; nempe humilis occursus Simeonis, cum Deipara suum filium Dominum nostrum Jesum Christum in templum intulit: cujus festi diei in Occidente Gelasium Papam fundamenta jecisse, cum Lupercalia penitus abstulit, in Notis ad Romanum Martyrologium di-

Dei Genitrix pestem sedat Constantinop.

PAGIUS *rum mortalitas sequitur, & inguinum percussione major pars populorum necatur.* Contra vero Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DXXXIV. Kalendis Septemb. anni Christi DXLI. inchoato, inquit: *Hoc anno, mense Octobri, Indict. quinta mortalitas horrenda Byzantii incubuit. Eodem quoque anno Hypapante, sive Occursus Domini mensis Februarii die II. celebrari cœpit.* Non dubium tamen, quin Theophanes in anni tempestate hallucinetur; cum Procopius Byzantii verno tempore sævire cœpisse tradat, seque hujus rei testem oculatum fuisse asserat. Ex quibus tandem omnibus concludo pestem hanc anno DXLI. vel sequenti cœpisse. Vide quæ dicam anno DLII. num. VII.

VII. Non satis etiam certum, an Festum *Purificationis Beatæ Virginis*, sive Occursus Domini, die secunda Februarii anni DXLII. celebrari cœperit; an vero antea a fidelibus neglectum *Justinianus* Imp. in pristinum restituerit. Nam, ut ostendit Henschenius ad diem III. Februarii Purificationi B. Virginis sacrum, Festum istud jam diu in variis Orientis partibus celebrabatur, in Palæstina scilicet, Phœnicia, Syria, Cypro, & in Ecclesia Ægyptiorum Cophtica. *Amphilochius* Iconii in Lycaonia Episcopus scripsit orationem *de Occursu D. N. Jesu Christi, deque Deipara, & de Anna & Simeone*, & Chrysostomus, Nyssenus, aliique Antiqui de eadem Solemnitate Homilias reliquere. Quare non audiendus Baronius in Not. ad Martyrologium Rom. qui affirmat, nullum vel Latinorum vel Græcorum Patrum, qui ante Justinianum Imp. vixere, sermonem de Festo die Occursus Domini reliquisse scriptum, & *Gelasium* Papam, qui annis triginta ante *Justinianum* Romanæ Ecclesiæ præfuit, hujusmodi celebrandæ in Occidentali Ecclesia aperuisse viam. Nam ex mox dictis constat, hoc Fe-

Occasione hujus pestis Festum B. Virginis dicitur institutum.

diximus. Porro de hac festivitate Dei genitricis, præter publicis tabulis commendatam testificationem, quam Græci in Menologiis habent, alii (*a*) tum Græci tum Latini auctores meminere. Sed & ex his quæ dicta sunt, corrigas necesse est, quod pestem istam alii decimo Imperatoris Justiniani anno, alii nono, vel alii alio contigisse dixere: nullam enim insignioris nominis pestem sub ejus Imperio accidisse præter istam de qua dictum est, ipse significat. Cum vero Imperator Justinianus accepisset Persas laborare peste, misit adversus eos exercitum, qui ab illis ignominiose fugatur & trucidatur. Rem gestam pluribus Procopius narrat.

(*a*) *Nicep. l.17. c.28. Cedren. in compend. Miscel. an. 15. Justin. Sigebert. in Chron. ann. 542.*

XI. ☞ Hoc anno defuncto S. Cæsario Episcopo Arelatensi, in locum ejus Auxanius substituitur; cujus audita promotione Vigilius Papa per legatos ipsius Romam missos ad petendum pallium, has ad eum litteras dedit:

Dilectissimo fratri Auxanio Vigilius.

Scripta de ordinatione charitatis vestræ, Joanne filio nostro præsbytero, sed & Terentio diacono deferentibus, cum animi spirituali gratulatione suscepimus, Domino gratias referentes, quia hoc in Ecclesia Arelatensi factum est, quod & canonibus & decessorum nostrorum regulis conveniret, quatenus ex sequenti ordine sacerdotii tua fraternitas ad Pontificalis proveheretur apicem dignitatis, & divina in te electionis judicium compleretur, sicut scriptum est (b): Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Et iterum Doctor Gentium Apostolus Paulus dicit: (c) Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron. Superest, ut Deus, qui nos immeritos ineffabili misericordia honorem miserans Pontificalem habere pro sua pietate concedit, donet & præmium: ut illud in nobis compleatur, quod Christi Dei & Salvatoris nostri verba testantur, dicentis: (d) Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Et iterum (e): Quis, putas, est fidelis servus & prudens, quem constituit do-

Vigilii Papæ lit. ad Auxan. Arelat. Episc.

(*b*) *Jacob. 1.*
(*c*) *Heb. 5.*
(*d*) *Matt. 25.*
(*e*) *Matt. 24.*

PAGIUS Festum, non Orientales ab Occidentalibus sed hos ab illis accepisse. Verba, quæ ex Sigeberti Chronico Baronius citat, desumpta sunt ex Anastasio, sed desunt in exemplaribus emendatioribus.

VIII. *S. Cæsarius Episc. Arelatensis anno DXLII. mortuus.* Ad num. XI. & seq. Sanctus *Cæsarius* Episcopus Arelatensis ordinatus fuit anno quingentesimo secundo, ut suo loco ostendimus. Messianus autem Presbyter & Stephanus Diaconus in libro secundo Vitæ ejus tradunt, eum obiisse, *cum septuagesimum tertium gereret totius Vitæ tramitis annum, e quibus quadragesimum in Pontificatu verteret circulus gyrum*, ac *tertia die post Sancti Genesii Festum, idest, VI. Kal. Septemb. ante diem Depositionis Sancti Augustini, & post diem Dedicationis Monasterii sui*, ideoque anno Christi DXLII. Aiunt enim Messianus & Stephanus: *Erat constitutio ipsius Monasterii eo tempore annis plenariis XXX.* Monasterium autem Arelatense Sancti Cæsarii dedicatum fuerat anno quingentesimo duodecimo, die XXVI. Augusti, quare hæc Epocha certissima. Anno DXLIII. *Auxanius* Sancti Cæsarii successor usum Pallii, aliaque multa a Vigilio Papa per Legatos suos petiit, quæ *Vigilius* concedere noluit, donec Imperatorem Justinianum ea de re certiorem fecisset. Epistolæ initium tale est: *Scripta de ordinatione Charitatis Vestræ*, &c. finis vero: *data XV. Kalend. Novembres, iterum P. C. Basilii U. C.* Ideoque anno DXLIII. dieque XVIII. mensis Octobris. Recitat eas Literas Baronius, sed ex corrupto exemplari, in quo habetur; *Datum XV. Kal. Novemb. P. C. Basilii V. C. III.* ubi III. ponitur loco, *iter*, ideft, *iterum*. Extat Vita Sancti Cæsarii sæculo I. Benedictino, duobus Libris descripta. Prioris Auctor est Sanctus *Cyprianus* Episcopus Tolonensis, ut constat ex num. XXX. posterioris *Messianus* Presbyter, & *Stephanus* Diaconus, ut liquet ex fine lib. 1. & lib. 2. initio. Dedicata est ea *Cæsariæ*, non quidem Seniori, quæ ipsius Cæsarii soror extitit, eoque superstite decessit; sed *Cæsariæ Juniori*, quæ alteri in Abbatiam Monasterii Arelatensis successit, ut patet ex priori libro num. XXXII. & ex Fortunato in lib. 8. cap. 4. In priori Libro num. XI. de Cæsario dicitur: *Adjecit etiam atque compulit, ut Laicorum popularitas Psalmos & Hymnos pararet, altaque & modulata voce instar Clericorum, alii Græce, alii Latine Prosas, Antiphonasque cantarent, ut non haberent spatium in Ecclesia fabulis occupari.* Quibus ex verbis, liquet, linguæ Græcæ usum ad sextum usque sæculum apud Arelatenses, etiam apud Laicos & plebeios, remansisse, ac in Sacris fuisse Officiis usurpatum. Baronius Tomo V. Annal. anno CDLIII. *Cæsarii* res gestas narraverat, sed acceptis postea Cæsarii Epistolis in antiquo Ecclesiæ Arelatensis Codice descriptis priorem sententiam in Appendice ad Tomum X. & in editione Coloniensi ad eum Christi annum retractavit. Is tamen Arelatensis Codex, quoad annum datæ a *Vigilio* Papa ad Auxanium Cæsarii successorem Epistolæ, mendosus erat, ut demonstrant ii, quibus Sirmondus, Bollandus & Usserius usi sunt. Quod hic monendum duxi, ut ejusdem Codicis similis erroris correctio, de qua infra, minus mira Lectori accidat.

IX. *S. Mauro mors S. Benedicti revelatur.* Hoc anno Regula Sancti *Benedicti* in Gallia recepta, quæ brevi tantam eo in Regno obtinuit auctoritatem, ut alias omnes longo post se reliquerit intervallo. Sanctus *Maurus* egressus *Casino* recta contendit in Galliam cum quatuor sociis, ac *Flodegario* Archidiacono, & *Harderado* Vicedomino, a Cenomanensi Episcopo ad Sanctum Benedictum directis. Hanc peregrinationem descripsit *Faustus*, unus ex Sancti *Mauri* comitibus, in ejus Vita, ex qua quæ ad rem nostram facere videbuntur, summarie excerpemus: *Igitur*, inquit Faustus, *nos quinta Epi-*

dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus invenerit ita facientem.

XII. *Sunt etiam quæ per Dei gratiam super fraternitate vestra ad facienda bona hortentur exempla. Si enim decessoris tui illa, quæ a sede Apostolica de fundamento petræ Dominicæ doctrinæ bona suscipiens actibus exæquavit, imitari volueris, & a sedis Apostolicæ in nullo deviaveris constitutis; sicut scriptum est,* (a) Jaco. 1. *(a) coronam sine dubitatione percipies, quam dedit Dominus diligentibus se. De his vero, quæ charitas vestra tam de usu pallii, quam de aliis sibi a nobis petiit debere concedi, libenti hoc animo etiam in præsenti facere sine dilatione potuimus, nisi cum Christianissimi domini filii nostri Imperatoris, hoc (sicut ratio postulat) voluissemus perficere notitia, Deo auctore: ut & vobis gratior præstitorum causa reddatur, dum quæ postulastis cum consensu Christianissimi Principis conferuntur, & nos honorem fidei ejus servasse cum competenti reverentia judicemur. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. XV. Kalend. Novembris. P. C. Basilii V. C. III.*

Ad postremum hic tibi subiicimus epitaphium nobilis monumenti, quod in citeriori Hispania haud admodum longe ab Hispali, in loco qui vulgo dicitur, Alcala del rio, positum est in ecclesia dicta S. Gregorii: XIII.

✠ IN HOC TUMULO
JACET FAMULUS DEI
GREGORIUS QUI VIXIT ANNOS PL. MIN.
L —— RECESSIT IN PACE
Δ II. NONAS FEBR.
ERA DLXXXII.

Est is præsens annus. Ferunt coli ab accolis atque vicinis populis eum qui in hoc

PAGIUS *Epiphaniorum Sabbati iter arripientes*, (idest, prima die tantum itineris conficientes, quantum Judæis Sabbato licebat. *Sabbato* autem *juxta Legem plus quam mille passus incedere non licebat*, inquit Beda in Act. cap. 1. ut observat Mabillonius in Notis ad Vitam Sancti Mauri) *primam mansionem in possessione nostri Monasterii habuimus in villa, quæ Enchelia nuncupabatur*, &c. *Cœptum iter carpentes, quinquagesimo quinto die Vercellis advenimus* (legendum, *quadragesimo quinto die*. Maurus enim quinto Epiphaniorum die, idest, Januarii decimo, itineri se commisit, & die vicesima quarta mensis Martii Autissiodorum pervenit, postquam dies quatuordecim Vercellis moratus fuisset.) *Quinto decimo demum die, Urbem illam relinquentes* (die scilicet decima mensis Martii) &c. *Nos itaque, cum jam appropinquante solemnitate Paschali, quotidie profectionem acceleraremus, eo die quo Dominica celebratur Cœna, in pagum devenimus Autisiodorensem* (feria quinta in Cœna Domini hoc anno in diem vicesimum quartum ejusdem mensis incidit.) *Audiens autem Beatus Maurus opinionem Sancti Romani Monachi, &c. quique per revelationem Gallias petens Cœnobium in eodem pago, in loco, qui Fons-Rogi nuncupatur, ædificabat* (Monasterium Montifrogi, Gallice, *Font-Rouge*, sex leucis Autissiodoro distabat,) *petivit duces itineris nostri, ut eo divertentes ibidem Sacrosanctum Pascha celebraremus*, &c. *die vero Parasceve hora illic sexta pervenientes* (die scilicet vicesima quinta Martii) *Vir Dei Sanctus Maurus Beato Romano dixit: Crastina die Beatissimus Pater noster Benedictus terreni deposito corporis onere Cœlibem gaudens & hilaris scandet ad Patriam*, &c.

X. *Post mortem S. Benedicti fundatur Monasterium Glannafoliense.* *Noctem illam, quæ duodecimo Kalendas Aprilis, habebatur*, (legendum, *septimo Kalendas Aprilis*, ut mox ostendam) *& quæ sacratissimum Vigiliarum Pascha illucescebat Sabbatum*, &c. *jejuni pervigilem duximus*, &c. (Hic Faustus, uti supra, Scripturæ loquendi modum usurpat, & Judæorum more), quem Ecclesia in Festis inchoandis secuta est, sicuti & alii qui Scriptores in Vitis Sanctorum describendis, (a vespere incipit noctem illam, quæ Vigiliarum Paschæ illucescebat Sabbatum. Illo inquam vespere ingrediuntur Ecclesiam, & totam noctem jejuni traducunt) *diem illam, & sequentem Dominicam, quæ specialiter Resurrectionis Dominicæ colitur dies, solemnem & celebrem omni gaudio & lætitiæ peregimus*, diem scilicet vicesimum septimum mensis Martii, in quem hoc anno Pascha cadebat. Narrat postea Faustus, Maurum *Aureliam* venisse, indeque in Andegavensem ditionem evocatum esse, ubi *Florus* Vir nobilis, potens ac pius, *Theodeberto* Francorum Rege probante, ei Monasterium ædificavit, in prædio possessionis suæ, *quod Glannafolium dicitur*, ad Ligerim positum, quod nunc dicitur Monasterium Sancti Mauri. vulgo *S. Maur sur Loire*. Glannafolium *Theodebertus* Rex cum multis Optimatibus postea venit, & non solum a *Floro* donata confirmavit; sed etiam multa Monasterio largitus est. Hoc Celeberrimi Ordinis in Gallia initium, quod ab hoc anno removeri non potest, sicuti nec obitus Sancti Benedicti; cum unum ab altero pendeat.

XI. *In Vita S. Mauri aliqua erranda corrigenda.* Nunc emendationum nostrarum amplior ratio reddenda. Nec *Faustus*, nec *Odo*, scribere potuere, *Maurum* die quinquagesimo quinto a suo e Monasterio Casinensi discessu *Vercellas* pervenisse, ibi dies XIV. moratum esse, ac feria quinta in Cœna Domini *Autisiodorum* pervenisse, si Divus Benedictus e vivis abiit in Vigilia Paschatis, mense Martio, & Theodeberto regnante. Certum enim est, Sanctum *Benedictum* mortuum esse post annum DXLII. & ante annum DXLVII. quo *Theodebertus* vitam cum morte commutavit, & intra quatuor illos annos Pascha in mensem Martium, præterquam currenti, celebratum non esse. Quare certa etiam nostra emendatio; pronumque fuit Librariis denario numero omisso, loco XLV. scribere LV. Nec tanto temporis spatio opus est, ut iter Casino Vercellas conficiatur. Præterea decem illi dies addititii desunt itineri, quod Vercellis residuum erat ad Urbem Autissiodorensem. Ad hæc *Faustus* primarius Vitæ Sancti Mauri Auctor scripserat: *Noctem illam, quæ se-*

hoc sepulcro conditus habetur Gregorius, eumdemque pluribus coruscare miraculis, multaque inesse tum in ipso sepulcro signa, tum in parietibus antiquæ picturæ, quibus viri sanctitas possit intelligi.

XIV. Verum quod absque scripti alicujus monumentis, Gregorii istius ob Gothorum & aliorum barbarorum Hispanias vastantium illata damna obscura prorsus memoria remansit; consultum fuisse videtur ut Magnus ibidem Gregorius Pontifex Maximus coleretur duodecima mensis Martii, qua ejusdem Pontificis natalis dies celebrari consuevit, secundum illud Domini ad Samaritanam (*a*): *Nos adoramus quod scimus*. Eodem quoque modo visus est consuluisse ipse S. Gregorius (*b*) Papa, cum ab Augustino accepisset, coli in Anglia quemdam incognitum Sixtum martyrem: dum ut conservaretur illic memoria Sixti martyris, & populus quem certo sciret esse martyrem Sixtum coleret, misit illuc certas reliquias Sixti martyris: cum tamen ibidem S. Gregorius tradere videatur, satis esse posse ad sanctitatem viri indicandam & cultum eidem impendendum, si corpus incognitum quod creditur Sancti, miraculis coruscet.

(*a*) Joan. 4.

(*b*) Greg. l. 12. ep. ad August. Resp. c. 9.

Habet Ambrosius in Chronicis suis ex Resendio ejusdem anni duo hæc epitaphia exarata eodem ferme modo his verbis (*c*): XV.

(*c*) Ambr. Mor. Chron. Hisp. l. 11.

PAULA. CLARISSIMA. FEMINA. FAMULA. CHRISTI. VIXIT. ANNOS
XXIV. MENSES. DUOS. RECESSIT IN. PACE. XVI. KAL. FEBRUARIAS. ERA DLXXXII.

Itemque aliud ejusdem anni sic scriptum: DE-

PAGIUS *septimo Kalendas Aprilis habebatur*. Verum Odo animadvertens, Sanctum Benedictum coli XII. Kalendas Aprilis, eoque etiam die in Martyrologiis memorari, existimavit, locum illum mendosum esse, & loco, *VII. Kalendas Aprilis*, scripsit, *XII. Kalendas Aprilis*, sensimque error ille propagatus est. Quia suo tempore, uti antea, Sanctus Benedictus XII. Kalend. Aprilis colebatur.

XII. *S. Benedictus Abbas moritur.* Mors itaque Sancti *Benedicti* Abbatis, monachorum in Occidente Patris ac Legislatoris, contigit hoc anno *VII. Kalendas Aprilis*, seu die vicesima sexta mensis Martii, quamvis Festum ejus die vicesima prima ejusdem mensis in Martyrologiis celebretur, & Officio Ecclesiastico cohonestetur. Annum notarunt Auctores duo, Scriptor nempe Anonymus Benedictinus, Monachus Asceterii Sancti Medardi Suessionensis, qui in Chronico Sancti Medardi nuncupato, (ab anno CDXCVII. ad MCCLXIX. deducto) ad annum DXLIV. scribit *Sanctus Pater Benedictus obiit*. Extat illud Chronicon Tomo II. Spicilegii Dacheriani. Idem habet Auctor Anonymus, sine dubio Benedictinus, in Chronico Fiscanensis in Caletensi pago celeberrimi Monasterii, ab anno primo Christi ad annum MCCXX. perducto. Extat illud Tomo I. Biblioth. Labbeanæ, ubi ad annum DXLIV. legitur: *Obiit S. Benedictus Pater Monachorum*. Diem nos edocet *Faustus* in Vita Sancti Mauri, cujus verba mox recitavimus, quæ ita manifesta sunt, ut alio modo, quam a nobis factum, explicari non possint.

XIII. *Mors ejus in annum præcedentem communiter confertur.* Dies tamen emortualis S. Benedicti aliquorum veterum Scriptorum animos adeo torsit, ut *Sigebertus* in Chronico mortem hujus Sancti ad annum DIX. *Marianus Scotus* in Chronico ad annum DCIII. & *Abbo* Floriacensis Abbas correctis Dionysii Cyclis ad annum DXXXI. retulerint; quod tribus illis annis, & non aliis Sancti Benedicti temporibus proximis Vigilia Paschatis in XII. Kalend. April. convenerit. (Sed in Mariani Chronico loco, *anno DCIII.* legendum, *anno DCIV.* quo Pascha die XXII. Martii habitum). Temporis character, de quo controvertitur, Sigeberto adeo inextricabilis visus est, ut de Fausto scripserit: *Quia ergo ille scripsit quæ viderat, quomodo hoc consequentia Historiarum conveniat, qui valet advertat, qui adverterit, exponat*. Ex Recentioribus vero, qui magis hanc difficultatem examinarunt, *diem XII. Kalend. April.* seu diem XXI. Martii retinendum esse censuere: quod in veteribus quibusque Martyrologiis Bedæ, Wandelberti, Usuardi, Adonis, cæterisque Natalis Sancti Benedicti ad eum diem inscribatur: ac autumarunt, *Odonem* Faustum eo in loco depravasse. Faustus enim, inquiunt, in vita Sancti Mauri forsan scripserat, Sanctum Benedictum in Vigilia Resurrectionis Dominicæ, hoc est in Sabbato, (cum Dominicum diem Veteres non raro diem Resurrectionis Dominicæ appellarint, (excessisse: quod de Sabbato Sancto *Odo* interpretatus est; ideoque Sanctus *Benedictus XII. Kalend. April.* Sabbato ante Dominicam Passionis anno DXLIII. mortalitatem explevit: eo enim anno dies XXI. Martii incidit in Vigiliam Dominicæ quæ Passionis dicitur. Hæc Viri doctissimi.

Sed Martyrologiorum Scriptores viam, quam in diebus Sanctorum obitualibus e tenebris eruendis inire debeamus, nobis monstrare non possunt; cum ipsimet ejus inscii fuerint, aliisque quam quibus ad Deum migrarint diebus, Sancti plerumque colantur, ut passim in hoc Opere demonstravi. Ex Martyrologiis manifeste patet, *Odonem* Vitam Sancti Mauri a Fausto scriptam interpolasse ac fœdasse; cum varii Martyrologi ex quibus ansam sumsit Odo mortem S. Benedicti cum die XXI. Martii alligandi eo antiquiores sint, uti *Beda*, cujus nunc genuinum Martyrologium habemus, *Vvandelbertus*, qui anno DCCCXLII. suum Opus composuit, & *Usuardus* in cujus pervetustis Codicibus MSS. Sancti Benedicti nomen legitur ad diem XXI. Martii, & tunc communis opinio ferret, Sanctos iis diebus vita functos, qui eorum memoriæ Sacri sunt. Quo fundamento innumeris exemplis a nobis everso vulgaris de anno & die mortis S. Benedicti opinio se ipsa corruit, & nostra indubitata remanet. Denique *Odo* Vir doctus & verax, Dominicam Passionis pro Dominica Resurrectionis, feriam quintam cujusque hebdomadis pro die Cœnæ Dominicæ, & Sabbatum quodlibet pro Vigilia Resurrectionis sumere non potuit; crassiores enim hujuscemodi

XIV. *Ea opinio refellitur.*

DEPOSITIO. PAULI. FAMUL. DEI VIXIT. ANNOS. L. ET. UNO. REQUIEVIT. IN. PACE. D. IV. IDUS MARTIAS. ERA. DLXXXII.
Ann. Eccl. Tom. IX.

Habes quod & ex his discas, nullum penes illos antiquos Christianos nobiliorem fuisse titulum, quam dici famulum Dei.

Nnnn Qui

PAGIUS XV. *Alia hoc anno gesta.* di errores, quam ut ei attribui possint. Quarta expeditio *Chosrois* in Romanum Imperium, & *Edessæ* Urbis obsidio, ut anno sequenti num. V. legere est. *Justinianus* Edictum adversus Tria Capitula promulgat, de quo anno DXLVI, illudque mittit ad Vigilium Papam, qui in Siciliam venit, ut ibidem ostendi. Moritur *Ephremius* Episcopus Antiochenus ibidem. Moritur etiam *Petrus* Episcopus Hierosolymitanus, ibidem.

I. QUi sequitur ordine temporum Christi annus quingentesimus quadragesimus-quintus, post Basilii Consulatum quartus, idem belli Gothici decimus a Procopio numeratur: cujus initio Belisarius revocatus a bello Persico (quod male pacis velamento compressum adhuc vigebat) in Italiam veniens, Romam se contulit. Hæc pluribus Procopius cum agit de bello Gothico (*a*), ac etiam in historia de bello Persico (*b*). Quo tempore Totilas ad Tiburis obsidionem conversus, eo per proditionem potito cives omnes una cum civitatis Præsule internecioni subjecit, summæ crudelitatis edens exemplum. Belisarius vero in Aemilia constitutus; quod non tantum sibi virium esse sciret ut collatis signis cum Gothis decerneret, impedimento esse Totilæ conatus est, ne munitionibus a Romanis detentis potiretur, misitque Romam ex suis qui Urbem pro viribus tutarentur. Hæc summatim ex eodem Procopio de rebus bellicis dicta sunto. Quod autem in Miscella legitur, Belisarium ipsum se Romam contulisse, atque crucem auream sancti Petri basilicæ obtulisse, id quidem per suos factum oportuit: siquidem eum minime esse Urbem ingressum, ex Procopio res singulas exactissime prosequente colligi potest. Referri poterat ejusmodi oblatio, cum Vvandalis devictis Romam Belisarius venit: verum cum sub Vigilio Papa id factum tradant, nihil est quod ad ea tempora reduci valeat. Sed ejus verba reddamus, ubi sic ait (*c*):

(*a*) *Procop. de bello Goth. l.* 3.
(*b*) *Procop. de bello Pers. l* 2.
Tibure capto, in Tiburtinos Totilas sævit.

II. *Belisarius victor Romam venit, aureamque crucem centum librarum, pretiosissimis gemmis exornatam, in qua suas victorias descripserat, beato Petro per manus Vigilii Papæ obtulit.* Hæc ibi; licet addatur id præstitum, cùm iterum Vvandalos subjecisset: sed (ut diximus) nequaquam Vigilius tunc Romanæ præerat Ecclesiæ. De eadem cruce aurea apud Anastasium ista leguntur: *Obtulit beato Petro Apostolo per manus Vigilii Papæ crucem auream cum gemmis pensantem libras centum, in qua scripsit victorias suas; cerostrata argentea deaurata maxima duo, quæ sunt usque hodie ante corpus beati Petri Apostoli; sed & multa alia dona & eleemosynas pauperum elargitus est: fecit etiam Belisarius Patricius xenodochia in via Lata & in Flaminia, juxta civitatem Ortas monasterium sancti Juvenalis, ubi & possessiones & dona multa largitus est.* Hæc ibi: sed de his quæ ad structuras ædium pertinent, hæc olim cum primo in Italiam venit, ab ipso facta esse, omnes æque puto consentient, qui res ipsius a Procopio scriptis mandatas exploratas habent.

(*c*) *Miscel. l.* 16.
Dona oblata S. Petro a Belisario.

III. ☞ Eodem quoque anno, nempe quarto post Consulatum Basilii, Vigilius Papa, petente etiam Childeberto Rege Francorum, pallium dedit Auxanio Episcopo Are-

---

PAGIUS SÆC. VI. Olymp. 331. Anno Æræ Hisp. DLXXXIII. A.C. 545.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6038.

☉ 22. A. ☽ 14. P. 16. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 545.

VIGILII PAPÆ 9.

JUSTINIANI IMP. 19.

TOTILÆ REG. 5.

I. [1] HIc annus ista formula notatus: *Post Consulatum Basilii V. C. IV.* vel secundum modum loquendi Victoris Tunnunensis: *Post Consulatum Basilii V. C. anno V.* In hunc annum incidunt *Vicennalia* Justiniani post Justinum imperantis.

Vicennalia Justiniani.

II. Ad num. I. & seq. Est hic annus belli Gothici XI. non vero, X. ut perperam in Annal. Ecclesiast. legitur. Quare anno superiori *Belisarius* in Italiam cum paucis admodum copiis missus est, & Totilas *Tibur* oppidum Isaurorum præsidio munitum, proditione cepit. *Occupato etiam a Gothis Tiberi, Romanis nulla amplius potestas fuit, ex Tuscia invehendorum eo fluvio commeatuum*, inquit Procopius lib. 3. de Bell. Goth. cap. 10. loquens de Gestis anno X. Belli Gothici, quæ ideo ad superiorem annum pertinent.

Gesta anno superiori in bello Gothico.

III. A num. III. ad XI. *Auxanius* Episcopus Arelatensis, in cujus gratiam *Childebertus* Francorum Rex scripserat, accepit a *Vigilio* Papa usum Pallii, qui & ei vices suas delegavit, ut liquet ex Vigilii ad eum Litteris datis XI. *Kalend. Junias IV.* P. C. *Basilii V.* C. a Baronio recitatis, quibus & eum *Vigilius* admonet, ut pro

Vigilius PP. ad Primatem Arelaten. sem scribit.

NOTÆ [1] P. C. *Basilii* IV. vel an. V.
Vetus inscriptio Ravennæ in Ecclesia S. Michaelis apud Benedictum Bacchinium in Agnellum Ravennatem pag. 94. Item alia apud Muratorium pag. CDXXVI. 1.

OBIIT IN XPO
SEX. K. MAJ. POST. C. IV.
BASILI VV. CC. SS. CNS. GEORGIUS

Arelatensi, eidemque cum suas vices delegasset, commonitorias ejusmodi litteras scripsit his verbis:

Dilectissimo fratri Auxanio Vigilius.

IV. Vigilii Papæ ad Auxan. Arelat. Episc. Ep. commonitoria. *Sicut nos pro tuæ charitatis affectu, & pro gloriosissimi filii nostri Regis Childeberti Christiana devotione mandatis, vices nostras libentissima voluntate contulimus : ita fraternitatem tuam convenit Deo placitis operibus tantæ sedis auctoritate digna conversatione uti atque disponere; ut bonis actibus innotescens, rectum circa charitatem tuam judicium nostræ dilectionis ostendas. Convenit enim nos Doctoris Gentium mandata recolere, quibus Timotheum discipulum suum structionibus sanctis hortatur, dicens:* (a) 1.Tim. 4. *(a) Exemplum esto Fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate. Et sicut item Apostolorum primus saluberrima admonitione præcipiens* (b) 1.Petr. 5. *(b), Pascite qui in vobis est gregem Dei, consequenti adhortatione subjungit : Forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.*

V. *Si quæ ergo inter fratres & Coepiscopos nostros in locis charitati vestræ præsenti auctoritate commissis, seminante illo auctore ex antiquitate* * *zizaniæ, dissensiones emerserint : adhibitis vobiscum sacerdotibus numero competenti, causas canonica & Apostolica æquitate discutite : ea modis omnibus prælato judicio finituri, quæ Deo placitis decessorum nostrorum possint regulis convenire.*

* iniquitate.

Si qua vero certamina aut de religione fidei (quod Deus auferat) aut de quolibet negotio, quod ibi pro sui magnitudine terminari non possit, evenerint : totius veritatis indagine diligenti ratione discussa, relationis ad nos seriem destinantes, Apostolicæ sedi terminanda servate; ut universis a fraternitate vestra competenti ratione dispositis, pax, quæ * *voce collata est Ecclesiæ Dei, quæ una est in toto Orbe diffusa, stabili firmitate servetur, ne antiqui hostis possit quassatione vexari; in illius petræ Christi Dei Domini & Salvatoris nostri erectione firmata stabilitate persistens. Quæ cuncta ut fraternitas vestra melius per Dei gratiam possit implere, universis Episcopis, quibus te præesse voluimus, auctoritatis nostræ est serie declaratum. Nullus ergo de Pontificibus tuæ per has vices ordinationi commissis (sicut & ad eos data loquitur nostra præscriptio) in longinquis quibuslibet locis audeat proficisci, nisi solemni more (sicut decessore nostro prædecessori vestro similiter concedente, consueverant) Formatam vestræ charitatis acceperit.*

* Salvatoris

Oportet ergo fraternitatem vestram incessantibus supplicationibus Deo nostro preces effundere, ut dominos filios nostros clementissimos Principes Justinianum atque Theodoram sua semper protectione custodiat, qui pro his nobis vestræ charitati mandandis, suggerente gloriosissimo & excellentissimo filio nostro Patricio Belisario, pro quo item vos convenit exorare, pia præbuerunt devotione consensum. Hortamur quoque ut sacerdotali opera inter gloriosissimum virum Childebertum Regem, sed & antedictum clementissimum Principem conceptæ gratiæ documenta paterna adhortatione servetis. Bene enim Domini & Salvatoris nostri, quæ populis prædicamus mandata ante oculos retinemus, quibus ait (c): Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. (c) Matt. 5. *Et quia digna credimus ratione compleri, ut agenti vices nostras pallii non desit ornatus : usum tibi ejus (sicut decessori tuo prædecessor noster sanctæ recordationi Symmachus legitur contulisse) beati Petri functa auctoritate concedimus. Ea vero quæ de præsenti ordinatione nostra directa præceptione signavimus, ad universos Episcopos per charitatem tuam volumus pervenire. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. XI. Kalen. Jun. Quarto P. C. Basilii V. C.* Quo etiam die idem Vigilius ad eumdem Auxanium de cognoscenda causa Prætextati Episcopi has litteras dedit: VI.

PAGIUS pro Imperatore Deum oret, pacemque inter ipsum & *Childebertum* Regem conservare studeat. Eodem quoque die *Vigilius* ad Episcopos, quos sub Potestate Primatis Arelatensis esse vellet, litteras dedit, quæ extant apud Baronium. Ex quibus liquet, eum duplicis generis Episcopos Arelatensi Primati subiicere, eos sc. qui de Regno sunt *Childeberti*, & eos, qui ab ipso solent consecrari, sive Childeberto, sive aliis Francorum Regibus *Clotario* & *Theodoberto* subdantur. Cum autem Primatum Arelatensem adeo exacte describit, palam ostendit ei non obnoxios fuisse cæteros Galliarum Episcopos, quorum Diœceses erant extra Regnum *Childeberti*, & extra Provincias, in quas Episcopus Arelatensis, Metropolita primi Ordinis, jus Metropolicum exercebat. In illis literis munus *Vicarii* per partes exponit, declaratque, quibus in rebus Episcopos ei parere velit.

IV. *Causa Prætextati Episc. commissa Primati Arelatensi.* *Vigilius* eodem die tertiam Epistolam scripsit ad *Auxanium* de cognoscenda causa *Prætexati* Episcopi, qui laicum ante convenientem probationem Sacris ordinibus initiarat. Recitat easdem litteras Baronius, incertus quis fuerit ille *Prætextatus*. Verum Cointius hoc anno num. V. recte asserit, eum fuisse Episcopum Cabellicum in Provincia Viennensi secunda sive Arelatensi; cum ejus nomine *Optatus* Abbas Concilio Aurelianensis V. post quadriennium subscripserit.

Dilectissimo fratri Auxanio Vigilius.

VII. Vigilii Papæ epi. ad Auxanium Ep. de Prætextato Episcopo. *Licet fraternitati vestræ Apostolicæ sedis vicibus attributis, quas directa auctoritate commisimus, generaliter emergentium causarum sit discutienda licentia: tamen quia filii nostri Joannis presbyteri, sed & Terentii diaconi, qui ad nos a tua charitate directi sunt, de Prætextati excessu est porrecta petitio, necessarium valde credimus specialiter memorati negotii examinationem præsenti vobis auctoritate mandare. Quapropter charitati, qua in Christo jungimur, reddentes fraternæ alloquia visitationis, hortamur, ut adhibitis vobiscum fratribus & Coepiscopis nostris numero competente, discussa ratione canonica veritate, & * sapienti ordinatione disponat, quæ decessorum nostrorum conveniant statutis, charitas vestra * ratione prospiciens ne aliquem facile ex laicis ad sacratos ordines saltu præcipiti cuiquam sacerdotum liceat aggregare. Dominus te incolumem custodiat, frater carissime. Dat. XI. Kal. Jun. P. C. Basilii. V. C. IV.* Porro de causa Prætextati sæpe ad judicium revocata pluribus agit Gregorius Turonensis. ☞ Verum alium a Prætextato Rothomagensi hunc existimo: nam ille non spectat ad tempora Vigilii Papæ: quamobrem intelligendum existimo de Prætextato Episcopo Aptensis civitatis, quæ est in Gallia Narbonensi, qui subscriptus reperitur Conciliis Epaunensi & Aurelianensi quarto ☜. Sed quas eodem die & anno idem Romanus Pontifex litteras dederit ad Episcopos Galliæ subjectos Arelatensi, accipe:

*ea

VIII. Ep. Vigilii Pap. ad Epis. Galliæ. *Dilectissimis fratribus universis Episcopis provinciarum omnium per Gallias, qui sub regno vel potestate gloriosissimi filii nostri Childeberti Regis Francorum constituti sunt, sed & his qui ex antiqua consuetudine ab Arelatensi consecrati sunt vel consecrantur Episcopi, Vigilius.*

Quantum nos divina potentia Apostolorum primi sedem non pro nostris meritis, sed pro ineffabili suæ misericordiæ pietate habere constituit, tantum nos de universarum Ecclesiarum dispositione & pace & statu curam habere etiam convenit, cum Gentium dicat Apostolus (a): Instantia mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum. Quomodo ergo inter Domini sacerdotes sancta & Deo placita potest manere concordia, nisi ut, si humani generis hostis antiqua nequitia consuetam zizaniam seminare voluerit, is qui absentiam nostram sedis Apostolicæ vicibus perfruendo spirituali gratia repræsentat, auferat certamen exortum? Quapropter Auxanio fratri & Coepiscopo nostro Arelatensis civitatis Antistiti vices nostras charitas vestra nos dedisse cognoscat: ut si aliqua (quod absit) fortassis emerserit contentio, congregatis sibi fratribus & Coepiscopis nostris, causas canonica & Apostolica integritate discutiens, Deo placita æquitate diffiniat.

(a) 2. Cor. 11.

IX. *Contentiones vero si quæ (quas Dominus auferat) in fidei causa contigerint, aut tale emerserit forte negotium, quod pro magnitudine sui Apostolicæ sedis magis judicio debeat terminari: ad nostram, discussa veritate, perferat sine dilatione notitiam. Et quia necesse est, ut aptis, Deo propitiante, temporibus Arelatensis Episcopus nostris vicibus fungatur: quoties judicaverit expedire pro facienda consolatione communi, Episcoporum debeant congregari personæ. Nullus inobediens ejus forte mandatis sit: quod si fuerit, a congregatione suspendatur; nisi aut corporalis infirmitas, aut justitiæ causa eum excusatio venire prohibeat: ita tamen, ut si se quo minus occurrat rationabili potest exceptione defendere, ad Synodum pro suo presbyteri aut diaconi dirigat loco personam; quatenus quæ a nostro Vicario congregatis fratribus diffinitiva sententia fuerint terminata, ad ejus qui absens est per suos perducta notitiam, sincera & inviolabili stabilitate serventur: necesse est enim, quotiens in nomine Domini ejus famuli ad tractanda quæ ipsi sunt placita colliguntur, sancti Spiritus non deesse præsentiam. Ita enim Christi Dei Domini & Salvatoris nostri mandata nos instruunt, quibus ait: (b) Ubi fuerint duo aut tres in nomine meo congregati, ibi ero in medio eorum. Quid ergo se æstimat subiturum, qui Deo odiosa superbia in illa congregatione interesse contemnit, in qua se Dominus noster affuturum pia promissione denunciat?*

(b) Matth. 18.

X. *Illud pari auctoritate mandamus, ne quisquam Episcoporum sine prædicti fratris & Coepiscopi nostri Formata ad longinquiora loca audeat proficisci: quippe quia & decessorum nostrorum decessoribus ejus, quibus vices suas libentissime contulerunt, sanctæ sic definiunt jussiones: ut his omnibus obedientia Deo placita custoditis, pax quæ a Christo Deo Domino & Salvatore nostro Apostolis tamquam hæreditario est nomine derelicta, in Ecclesia Dei, quæ una est toto Orbe diffusa, firma stabilitate servetur. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi. Dat. XI. Kal. Jun. Quarto P. C. Basilii V. C.* Hæc quidem hoc anno, quo, vel sequenti saltem idem Auxanius videtur fuisse defunctus: nam sequenti alius ab eo diversus, nempe Aurelianus reperitur fuisse Arelatensis Episcopus, ut suo loco dicturi sumus. Scias vero citatas a nobis & recitatas epistolas acceptas esse ab Ecclesia Arelatensi, omni fide probatas.

Hoc

XI. Cofrhoes invadit Edeffam. Hoc item anno decimonono Juftiniani Imperatoris quarta a Cofrhoe adverfus Romanum Imperium expeditio facta eft, cum ipfo primo egreffu obfedit Edeffam, fed ita tamen, ut jam non contra homines, fed contra ipfum Deum Chriftianorum bellum effet, ut Procopius his verbis fignificat (*a*): *Anno infequenti Cofrhoes in Romanorum agrum rurfus incurrit, in Mefopotamiam exercitum ducens: quæ quidem irruptio non adverfus Juftinianum Imperatorem aut alium quempiam mortalium facta, fed in ipfum Deum, quem Chriftiani colunt.* Hæc quidem de Cofrhoe Procopius, quod non exercitum Romanorum adverfantem reperit, fed divinam virtutem in Chrifti imagine ejus profligantem exercitum. Quomodo autem id acciderit, cum apud ipfum Procopium non legatur, quod Evagrius hæc referens teftatur fe a Procopio accepiffe; dicere neceffe eft intercifum mutilumque locum illum Procopii.

(*a*) Procop. de bello Perf. l. 2.

XII. At vero jam audiamus quæ ex Procopio fe referre Evagrius profitetur; cum ait (*b*): *Idem porro Procopius litteris mandavit ea quæ funt de Edeffa & Abagaro a veteribus commemorata, & quemadmodum Chriftus ad Abagarum fcripferit epiftolam: deinde quo pacto Cofrhoes, altera facta incurfione, Edeffam obfidere conftituerit, ratus ea fe falfa effe convicturum, quæ de ea civitate omnium Fidelium ore ac fermone celebrantur; nempe Edeffam numquam ab hoftibus fubjugatam fore. Quæ res in epiftola a Chrifto Deo noftro ad Abagarum fcripta non ponitur illa quidem (ut ftudiofi ex hiftoria Eufebii cognomento Pamphilii, apud quem hæc epiftola ad verbum recitata eft, intelligere poffunt) fed tamen eum exitum confecuta effe, a Fidelibus non decantatur folum, fed etiam creditur, ratufque ejus eventus prædictionem illam veram effe confirmat.*

(*b*) Evagr. l. 4. c. 26.

XIII. Conatus Cofrhois in oppugnanda Edeffa. *Nam poftquam Cofrhoes urbem invadere aggreffus eft, quamquam multos in eam impetus fecit, & aggerem adeo ingentem ftruxerat, ut mœnia civitatis facile transgredi poffet, aliafque complures machinas apparavit: re tamen infecta, inde difceffit. Sed quemadmodum res gefta fit, exponam. Cofrhoes primum militibus fuis imperat, uti magnam ftruem lignorum, qualiacumque effent, ad urbem obfidendam in unum congerant. Quibus dicto fere citius in unum coacervatis, inque orbem ductis, aggerem in medium inicit, eumque verfus urbis murum recta dirigit, atque extruit pedetentim ligno & alia materiei congerie impofita. Tum ita tollit in fublime, & ejus altitudine ita mœnia fuperat, ut tela in eos qui in muro pro urbis defenfione capita fuo periculo obiiciebant, percommode jacere poffint. Ubi qui obfeffi erant, vident aggerem inftar montis urbi appropinquare, & verifimile effe hoftes in eam pedibus ingreffuros: primo mane e regione aggreffus foffam ftruere moliuntur, inque eam ignem inicere, ad eum plane finem, ut ejus flamma ligna aggeris abfumpta, ipfum aggerem folo æquarent. Qua quidem machina confecta, rogoque accenfo, neutiquam fucceffit quod intenderant: propterea quod ignis erumpere, aeremque ad fe admittere non poterat, quo ftruem lignorum occuparet.*

XIV. Divina virtute Edeffa defenditur. *Ad extremum igitur, cum defperatione debilitati fere fuccumberent, fanctiffimam imaginem divinitus fabricatam, quam non hominum manus effinxerant, fed Chriftus Deus Abagaro (quandoquidem eum videre cupiebat) miferat, proferunt: eamque in foffam, quam conftruxerant, importatam, aqua confpergunt, ex qua non parum in rogum ac ftruem lignorum immittunt; ac divina potentia fidei illorum qui ifta moliebantur, fubfidio veniente, quod ab illis ante fieri nequaquam poterat, jam facile confectum fuit. Nam extemplo ligna inferiora concepere flammam, & dicto citius in carbones redacta, ad ligna fuperiora, igne omnia undique depafcente, eum tranfmifere. Ubi vero qui obfidione premebantur, vident fumum in fublime erumpere, iftam machinam ad hoftes ludificandos excogitant: parvas inducunt lagenas, eafque fulphure & ftupa & alia id genus materie ad flammam concipiendam apta farciunt, deinde coniiciunt in aggerem: quæ fumum, igne ipfa jaciendi vi & impetu accenfo, ex fe emittunt. Qui quidem fumus erumpens ex aggere adeo penitus obfcu-*

PAGIUS V. *Induciæ Quinquennales inter Romanos & Perfas pactæ.* A num. XI. ad XVI. Quarta *Chofrois* Perfarum Regis in Romani Imperii Ditiones irruptio, quam Baronius hoc anno narrat, contigit anno fuperiori. Poftquam enim Procopius lib. 2. de Bell. Perfico retulit gefta anno DXLIII. Romanos inter & Perfas, cap. 26. ait: *Anno infequente Chofroes exercitum in Mefopotamiam ducens, quartum irrupit in Romanum Imperium.* Quare quarta ea expeditio ad annum præcedentem revocanda. Tum Chofroes *Edeffam* acceffit, eamque diuturna obfidione cinxit; qua durante colloquia, quæ de pace habita, irrita fuere; tandemque Chofroes obfidionem folvere coactus. Refert poftea Procopius cap. 28. Imperatorem iterum ad Chofroen Legatos de pace miffiffe, qui cum eum in ea Affyriæ parte, ubi Seleucia & Ctefiphon condita funt, repeririffent, *Romanos inter ac Perfas pactæ funt quinquennales Induciæ, Juftiniano Aug. Imperii annum agente XIX.* inquit Procopius. Quare quæ ad duos annos fpectant, Baronius hoc anno narravit. Quod fi ab anno XIX. Juftiniani hoc anno inchoa-

ſtruatus fuit, ut omnes qui machinæ ignari erant, exiſtimarent fumum illum non aliunde quam ab ipſis lagenis effuſum eſſe.

XV. *At vero triduo poſt flammulæ ignis e terra erumpentes viſæ ſunt: ac tum quidem Perſæ, qui in aggere pugnabant, intellexere in quod diſcrimen deveniſſent. Verum Coſrhoes quaſi divinæ virtuti ac potentiæ reluctaturus, aquæductus qui extra urbem erant, ad rogum derivat, eumque ita reſtinguere conatur. At rogus aquam veluti oleum, ſulphur, aut aliud quippiam eorum quæ facile incendi ſolent, excipiens, magis exarſit; uſque adeo, uti totum aggerem vaſtaret, inque cineres prorſus redigeret. Poſtremo igitur Coſrhoes de ſpe penitus deturbatus, cum re vera intelligeret, ſe turpem admodum dedecoris notam propterea ſubiiſſe, quod in animum induxerat, ſe Deum quem colimus omnino ſuperaturum, domum cum ignominia revertit.* Hæc Evagrius ex Procopio: ſed (ut diximus) in ipſo Procopio deſiderantur ea quæ de imagine Chriſti ipſe Evagrius narrat: in reliquis autem fuſius ea quæ ſummatim collegit Evagrius, apud Procopium leguntur, aliaque plura, quibus divina virtus in tuenda civitate enituit. Ad poſtremum vero addit, hoc ipſo anno a Juſtiniano Imperatore redemptas fuiſſe auro ab eodem Rege Perſarum quinque annorum pacis inducias, hoc videlicet anno decimonono Juſtiniani Imperatoris.

XVI. *Erratum in die Paſchatis in Oriente.*

Hoc eodem anno cum Græci tum Latini hiſtorici tradunt de Paſchatis tempore ex Juſtiniani Imperatoris edicto in Oriente erratum eſſe. Ita plane permiſit Deus, ut cum ſacris ſe immiſcent Principes, & quæ ſunt ſacerdotum ſibi uſurpant, in errorem labantur. *In Miſcella hæc ita narrantur: Anno Imperii Juſtiniani decimonono facta eſt inopia frumenti, vini, & olei, ac pluvia magna, & factus eſt terræmotus magnus Conſtantinopoli, & everſo die ſancti Paſchæ, cæpit vulgus abſtinere a carnibus menſe Februario, die quarto: Imperator autem præcepit alia hebdomada carnem apponi, & omnes carnium venditores occiderunt & appoſuerunt, & nemo emebat aut edebat. Porro Paſcha factum eſt ut Imperator juſſit, & inventus eſt populus jejunans hebdomada ſuperflua.* Hæc ibi. Eadem hoc item anno Cedrenus habet. In

PAGIUS choato ad primam Perſarum in Romanos expeditionem retrogrediaris, primam & ſubſequentes recte a nobis conſignatas fuiſſe comperies. Continuator Marcellini tam juxta editionem Onuphri, quam Sirmondi has Inducias in annum *Poſt C. Baſilii V.* ſequentem ſcilicet, confert; verum falſi convincitur a *Procopio*, qui loquens de ſecundis Induciis de quibus infra, aſſerit, has *anno XXV. Imperii Juſtiniani* compoſitas eſſe, & inter finem priorum & initium poſteriorum fuiſſe intervallum XVIII. menſium. Quare ſi ſecundæ anno DLI. qui Juſtiniani eſt XXV. ſancitæ ſint, priores anno DXLV. factas fuiſſe neceſſe eſt.

VI. *Diſſidium de Paſchate.* Ad num XVI. Popularis ſeditio, quæ contigit Conſtantinopoli ob *Quadrageſimam* ex Edicto *Juſtiniani* ultra hebdomaden contra vulgi opinionem protractam, ad annum ſequentem ſpectat, perperamque Baronius in Imperatoris Decretum invehitur; cum his juxta approbatum Eccleſiæ ritum, de quo ſcribit Divus Ambroſius in Epiſtola ad Epiſcopos Æmiliæ, jure merito non permiſerit, die prima menſis Aprilis, quæ erat terminus Lunæ decimæ quartæ Paſcha celebrari, uti populus volebat, ſed Dominica prima poſt diem termini, nempe octava die Aprilis, qua ab omnibus etiam in Occidente Paſchale Feſtum eodem anno rite peractum fuit, ut videre eſt apud Scaligerum in Iſagoge lib. 3. pag. 183.

VII. *Accurate explicatur.* Sed non tantum a Baronio; verum etiam ab aliis Viris doctiſſimis in hac difficultate explicanda erratum, ut oſtendit Emin. Card. Noriſius in Diſſert. de Synodo quinta cap. 3. Græci *Quadrageſimam* incipiunt feria ſecunda poſt Dominicam Sexageſimæ; unde hæc Dominica ab eiſdem ἀπόκρεως dicitur, quod ultima dies ſit carnis privii. Nicetas lib. 3. Alexii pag. 329. ait: *Facta ſunt iſta conjugia, cum proxima eſſet Apocreos*, ubi recte Hieronymus Wolſius interpretatur *carnis privium*. At hebdomade ſequenti Græci veſcuntur lacticiniis, & caſeo, cujus licentiæ diem ultimum habent Dominicam Quinquageſimæ, quæ *Tyrophagus* ab ipſis appellatur. Scribit Anna Comnena lib. 2. Alexiados pag. 51. *Nox erat Dominicæ diei, quam Tyrophagum nuncupant.* Unde ab eſu caſei, hebdomas, quæ eandem præcedit, eodem *Tyrophagi* nomine vocatur. Feria vero ſecunda poſt Dominicam Quinquageſimæ rigidius jejunium inchoant, non modo a carnibus; ſed etiam a lacticiniis, imo a piſcibus quoque abſtinentes. Hinc recte Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DXXXVIII. Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni inchoato ſcribit: *Terra Byzantii tremuit. Paſchalis quoque termini perverſus eſt ordo. Habuitque populus carnis privium Februarii die IV. Imperator autem carnem alia ſequenti hebdomade palam divendi ſanxit. Lanienam itaque cuncti exercuere macellarii, mactavere, & venalem expoſuere, nullus tamen pretio comparavit, aut comedit carnem. Paſchalis igitur Solemnitas, prout decreverat Imperator, celebrata eſt: ac ſimul deprehenſum, una amplius, quam debuerat hebdomade, populum jejunaſſe*, ut Theophanem interpretatur Goarus, qui in Græcia commoratus fuerat, quique hanc difficultatem, in qua Petavius in Notis ad Nicephorum & lib. 4. de doct. Temp. cap. 24. aliique viri doctiſſimi peccarunt, optime explicat. Eos in errorem induxit locus Auctoris Miſcellæ a Baronio recitatus: *Cæpit vulgus abſtinere a carnibus menſe Februario die IV. Imperator autem præcepit alia hebdomada carnes apponi.* Ubi enim Theophanes ſcribit, populum Conſtantinopolitanum die IV. Febr. habuiſſe τὴν ἀποκρεώσιμον Auctor Miſcellæ, aliique interpretati ſunt, quod ea die *cæpit abſtinere a carnibus*; cum tamen vertendum fuiſſet, *habuiſſe plebem carniſprivium*. Ea enim erat dies Domini-

XVII. Quid de Paschatis die statutum. In Occidente etiam de Paschatis die anni hujus exortam controversiam, intelligi potest ex Concilio quarto Aurelianensi his temporibus celebrato, ubi de Victoris cyclo servando statutus est canon ejusdem Concilii primus his verbis: *Placuit igitur, ut sanctum Pascha secundum laterculum Victoris ab omnibus sacerdotibus uno tempore celebretur: quæ festivitas annis singulis ab Episcopo Epiphaniorum die in ecclesiis denuncietur. De qua solemnitate quoties aliquid dubitatur, inquisita vel agnita per Metropolitanos a sede Apostolica sacra constitutio teneatur.* Hæc canon adversus Justiniani Imperatoris edictum sibi quod suum non esset arrogantis, inque ejus edictum quo una hebdomada augebatur Quadragesimæ jejunium. Sequentes enim quæ a Patribus statuta esse videntur, ista mox addiderunt: *Hoc etiam decernimus observandum, ut Quadragesima ab omnibus Ecclesiis æqualiter teneatur: neque Quinquagesimam aut Sexagesimam ante Pascha quilibet sacerdos præsumat indicere: sed neque per sabbata absque infirmitate quisquam solvat quadragesimale jejunium, nisi tantum die Dominico prandeat: quod fieri specialiter Patrum statuta sanxerunt. Si quis autem hanc sacram regulam irruperit, tamquam transgressor disciplinæ a sacerdotibus censeatur.* Hæc sanctissimi Episcopi Gallicani adversus temeritatem (ut apparet) Justiniani Imperatoris pro arbitrio sacra miscentis.

XVIII. Quod autem ad cyclum Victoris pertinet, qui ita a Synodo commendatur, ut tamen ubi aliqua emergeret ambiguitas, esset de his consulenda Apostolica sedes: auctor illius fuit Victor Episcopus Capuanus, qui his ipsis temporibus (ut Beda testatur) vixit doctrina & sanctitate celebris, cujus natalis dies in Ecclesia agitur XVI. Kalendas Novembris: scripsisseque dicit Beda cyclum suum ad confutandum cyclum Victorini Aquitani, qui scripsit tempore Hilari Papæ, ut ex Gennadio liquet: hunc autem ad tempora Justiniani Imperatoris referunt, & tunc scripsisse, Beda (*a*) testatur. Porro non hoc anno, sed post Consulatum Basilii novies, ex Victoris seu Victorini cyclo obortam esse controversiam, idem ipse Beda affirmat (*b*). ☞ Confectus tunc temporis Paschalis cyclus ad evitandos errores, anno post sequentem, Christi quingentesimo quadragesimo septimo, extat sed mutilatus ex parte inter Antiquas Inscriptiones in (*c*) Appendice ☜.

(*a*) *Beda de sex ætat. sub Justin.*
(*b*) *Beda de tempor. ration. c. 49. in fin.*
(*c*) *Antiq. Inscrip. in Append. pag. 1161. n. 5.*

XIX. Quod autem ad quartum Aurelianense Concilium pertinet, cujus duos canones recitavimus; hoc ipsum his temporibus celebratum (licet certus non ponatur

PAGIUS nica Apocrei, qua carnes comedebantur, & quidem copiosius ob vicinum in sequenti die Quadragesimalis jejunii initium.

VIII. *Contigit anno insequenti.* Hinc colligitur, seditionem a Baronio memoratam factam non esse hoc anno, quo Dominica *Apocrei* contigit die XIX. mensis Februarii, Cyclo Solis XXII. Lunæ XIV. Littera Dominicali A. Ideoque in annum sequentem protrahendam esse, quo anno cum populus Constantinopolitanus putaret, Pascha celebrandum die prima Aprilis, habuit carnisprivium die IV. mensis Februarii, quam plebs existimabat, esse Dominicam *Apocrei*, cœpitque jejunare die quinta sequenti. At *Justinianus*, cum diem Paschatis celebrandum esse *VI. Idus Aprilis* judicaret, Dominicam *Apocrei* haberi jussit *III. Idus Februarii.* Errasse vero populum, non Imperatorem, ut credit Baronius, certum est: nam terminus Lunæ XIV. Martii anno sequenti incidebat in diem primam Aprilis, Cyclo Solis XXIII. Lunæ XV. Littera Dominicali G. Porro Græci quadraginta dies a feria secunda post Dominicam Sexagesimæ usque ad Pascha jejunabant; neque enim Sabbatis, nec Dominicis jejunium peragebant, excepto tamen Sabbato Sancto, ut patet ex Canone LV. Trullano.

IX. *Concilium Aurelianense IX.* A num. XVII. ad XXI. *Concilium Aurelianense* IV. celebratum est anno quingentesimo quadragesimo primo. Leontius enim Burdigalensis Episcopus ei his verbis subscripsit: *Leontius in Christi nomine Episcopus Ecclesiæ Burdigalensis consensi, cum universis Comprovincialibus meis, Indictione IV. Basilio V. C. Consule.* Quibus ex verbis Sirmondus colligit, hanc Synodum ante autumnum habitam, quod eo Christi anno quarta Indictio cum mense Augusto finem habitura esset: cumque in Canone XXVII. dicatur, *ante hoc triennium* coactam fuisse aliam Synodum Aurelianensem, ordine nempe III. in qua scilicet diserte dicitur, congregatam esse *Childeberti* Regis anno XXVII. apparet, Synodum IV. in annum XXX. ejusdem Regis incidere, ideoque & anno DXI. Clodoveo patri successisse. Ex tripartito Franciæ Regno, Childeberti nempe, Clotarii, & Theodeberti, convenerunt Episcopi XXXVIII. cum Presbyteris XI. & Abbate uno, qui totidem Episcoporum nomine interfuere. Conditi sunt in ea Canones XXXVIII. quibus præcedentium Synodorum Decreta confirmata, & aliquot addita.

X. *Cyclus Victoris Aquitani in Gallia viget.* Canone primo decernitur, *ut sanctum Pascha secundum Laterculum Victorii ab omnibus Sacerdotibus uno tempore celebretur.* Chiffletius in Differt. de *Annis Dagoberti Regis* cap. 5. autumat, ab hoc Canone triplicem morem in Provincias Gallicanas manasse. Primum, ut anni caput a Paschale duceretur. Secundo, Indictiones in usum vocatæ: ait enim in veteri exemplari MS. ex quo Victorii Cyclum Bucherius protulit, scriptas fuisse Indictiones, quamvis triennio luxatas. Tertio, tempore per Christi annos designari cœpta: annos enim Christi Cyclo suo indidit Victorius; sed ab ejus Passione deductos. Subjungit Chiffletius, Bucherium dubitare non debuisse, essent ne illæ Indictiones ab ipsius Victorii ingenio, an ab alio quopiam recentiore, ejus Canoni adjectæ; cum *Victor Capuanus*, qui anno DLV. Victorii Canonem emendavit, apud Bedam lib. de Ratione temporum cap. 49. ipsum redarguat Victorium, quod *novies P. C. Basilii Indictione XIII.* Pascha sanciverit XV. Kalendas Maii celebrandum

De Concilio Quarto Aurelianensi. tur annus) dubium esse non debet; cum magna ex parte illi ipsi Episcopi, qui interfuerunt tertio Aurelianensi Concilio, iidem huic quarto præsentes fuisse atque subscripsisse legantur, & inter alios Gallus Episcopus Arvernensis, qui tamen superioribus Conciliis Aurelianensibus nonnisi per legatos præsto fuisse reperitur: unde fit ut in hoc potius Concilio ea accidisse putemus, quæ de ipso atque ejus diacono Gregorius (a) narrat his verbis: *Apud Aurelianensem autem urbem, incriminato ab iniquis Marco Episcopo & in exilium truso, magnus Episcoporum conventus est congregatus, Childeberto Rege jubente. In qua Synodo cognoscentes beati Episcopi hoc esse vacuum quod contra eum fuerat mussitatum, eum civitati & cathedræ suæ restituunt.*

(a) *Greg. Turon. Vit. sanct. Patr. c. 3.*

XX. De Diacono S. Galli. Sed audi quæ subdat de ejusdem sancti Galli diacono: *Denique tunc in servitio sancti Galli Valentinus diaconus, qui nunc presbyter habetur atque vocatis, abiit. Cumque Episcopo alio Missas dicente, diaconus ille propter jactantiam potius quam pro Dei timore cantare vellet, a S. Gallo probibebatur, dicente sibi: Sine, inquit, fili: quando, Domino jubente, nos celebraverimus solemnia, tunc & tu canere debes; nunc ejus clerici concinant, qui consecrat Missam. At ille, & tunc se posse, pronunciat. Cui sacerdos: Fac ut libet: nam quod volueris, non explebis. Ille quoque negligens mandatum Pontificis, abiit; & tam deformiter cecinit, ut ab omnibus irrideretur. Adveniens autem alia Dominica, dicente sæpe dicto Pontifice Gallo Missas, jussit abire: Nunc, inquit, in nomine Domini quod volueris explicabis. Quod cum fecisset, in tantum vox ejus præclara facta est, ut ab omnibus laudaretur.* Hæc Gregorius, qui alias quamplurimas de sanctissimo viro præclaras res gestas & miracula narrat.

XXI. Gontharis in Africa tyrannus. Hoc item anno Justiniani Imperatoris decimonono missus Areobindus maritus filiæ sororis Imperatoris in Africam, idem a Gontharide sibi subjecto Duce, sub quo adversus Mauros Wandali militabant, jam

PAGIUS dum, quod Venerabilium Patrum auctoritas VIII. Kalend. Maii agendum decrevisset. Indictiones ergo, subdit Chiffletius, *Victorius* cum Paschali sua methodo in Gallias invexit, quamvis illæ non statim ubique a Notariis publicis ad obsignandas tabulas, aut ab omnibus Historicis seu Chronologis ad rerum gestarum designanda tempora adhibitæ sint; sed paulatim nunc ab his, nunc ab illis in publicos usus invectæ. Ita Chiffletius.

XI. *Indictiones in Gallia tardius usurpatæ.* Verum constat ex dictis longe ante Concilium Aurelianense IV. tam Francos, quam Burgundiones annos a Paschate inchoasse, indeque in Concilio Aurelianensi III. anno DXXXVIII. celebrato mensem Majum tertium appellatum fuisse, a Martio scilicet. Quoad Indictiones non Victorius, sed Beda & Victor Episcopus Capuanus jungunt Indictionem XIII. cum ista formula *Novies P. C. Basilii*, & tam Beda, quam Victor tradunt, *Victorium* Aquitanum in Paschate Indictionis XIII. seu anni Christi DL. designando errasse, non vero Indictionem illam cum formula *Novies P. C. Basilii* conjunxisse, ut ex eorum verbis laudatis deducitur. Præterea Bucherius asserit, in MS. Canonis Paschalis Victorii annum primum ejus Cycli, qui cum anno Dionysiano XXVIII. concurrit, notatum fuisse Indictione IV. cum tamen Indictione prima signari debeat; & præterea annum Christi CDLVII. Indictionem habuisse X. & Manuscriptum illud XIII. præfuisse. At si Indictiones in eo Codice singulis annis, vulgares Indictiones superent, non dubium, quin Indictiones, quas adhibuit *Victorius*, ab alio principio deductæ sint, quam Romanæ & Constantinopolitanæ. Utitur enim *Victorius* anno mundano Septuaginta Interpretum, & Eram Incarnationis ab anno Dionysiano XXVIII. deducit. Sed cum Manuscriptum illud non viderim, & Bucherius unicum ex illo Indictionum exemplum in medium afferat, hac de re certum judicium ferre non possum.

XII. Existimo itaque consuetudinem tempora per *Indictiones* designandi derivatam esse in *Gallias*, ab ea quæ obtinebat in Italia, & in ea Galliarum parte, quæ parebat Regi Theodorico. Certum enim *Theodoricum* sua Diplomata Indictionibus signasse, ut demonstrant Epistolæ a Cassiodoro Theodorici nomine scriptæ, formulæque Dignitatum sub ejus Monarchia concedendarum, quas *Cassiodorus* exaravit. Cæterum, eo in Italia & in parte Galliarum regnante, eas paulatim in usum vocatas, liquet ex Epitaphio relato anno DXXIII. num. XX. Quoad Eram Incarnationis, eam in Italia Dionysius Exiguus anno DXXXII. publicavit, nullumque vestigium extat, ex quo eam hoc vel sequenti sæculo, nisi forsan exeunte, in Galliis a Scriptoribus in Libris suis adhibitam fuisse colligi possit. *Earum in Occidente Origo a Gothis repetenda.*

XIII. *Victor Ep. Capuanus anno DL. Cyclum suum condidit.* Baronius num. XVIII. existimat, Patres Concilii Aurelianensis IV. in laudato Canone primo locutos esse de Cyclo *Victoris Episcopi Capuani* non vero de Cyclo Victoris vel Victorii Aquitani. At *Victor Capuanus* decem post hoc Concilium annos Cyclum suum edidit. Cum enim anno Christi DL. id est annis a Victoris edita lucubratione XCIV. idem plane dubium Pascha incidisset, de quo Sanctus *Leo* Papa cum Orientalibus tantopere contenderat: & non deessent, qui ejus, Prosperique memores, Latinorum Pascha defenderent, servandumque dicerent; *Victor* Episcopus *Capuanus* in Victorii Aquitani Paschalem Canonem justo Opere scribere instituit, ut prodit Beda de ratione Temp. sub finem cap. 49. *Cujus* inquit *principium libri est: cum Paschalis veneranda solemnitas, quanam die potissimum proveniret per anni præsentis Indictionem XIII. a nobis solicite quæretur*, &c. ubi sermo est de Paschate anni DL. Opus illud Victoris Capuani, quod ad nos non pervenit, legerat Beda. De Cyclo Victoris Capuani egregie disserit Bucherius in Opere de Doct. Temp. cap. XI.

XIV. Ad num. XXI. & seq. Procopius lib. 2. de Bell. Vandal. tribus ultimis capitibus agit de *Areobindo*, qui uxorem habebat *Prajectam*, filiam Vigilantiæ sororis Justiniani Imp. misso Præ-

jam effecto tyranno, necatur sub fide præstita Reparato Episcopo Carthaginensi. Rem gestam Procopius ita narrat (a): *Deinde Gontharis Reparatum civitatis Episcopum Areobindo nunciatum mittit, ut sub fidem incolumitatis ad palatium venire maturaret* (continebat enim se Areobindus una cum conjuge in monasterio intra Carthaginem posito a Salomone Duce ædificato, quod cinctum muro arcem reddidderat munitissimam). *Quod si contempserit, sese illum expugnaturum, ac illico interfecturum minitatur. Areobindus susceptis ab Episcopo mandatis, metuens, se statim venturum dixit, si lavacro filium divino de more prius abluerit, deinde per idem juraverit spem ei certam salutis se daturum. Præsul itaque ei morem gessit. Ille evestigio redeuntem sequitur vestem indutus servilem, neque Duci neque ulli militari viro convenientem.*

(a) Procop. de bello Vvand. l. 2.

XXII. *Postquam vero prope palatium fuit, sacrum Evangelium a Præsule accipiens, in ejus conspectum venit, pronusque aliquandiu jacuit, preces & sacrum Evangelium ac parvum filium tunc sacro baptismate ablutum, per quod Præsul juraverat, protendens. Gontharis eum miseratus, ad spem quoque exhortans, surgere jussit; omnia quæ Præsul pollicitus fuerat, se præstiturum affirmando. Posteraque die ejus & uxorem & substantiam Carthaginem transferri mandavit. Deinde Præsulem missum faciens, Areobindum & Athanasium secum cœnare jussit: ac Areobindum ante omnes in summo accumbere, post cœnam vero in cubili solum dormire coegit. Ubi Ulitheus cum nonnullis aliis ab eo missus ipsum & flentem & multa obtestantem, ac misericordiam, fidemque datam implorantem interfecit, non esse immortalem dicens, in longam ejus puto senectutem cavillando.* Hæc de tyranno Gontharide & nece Areobindi Procopius, qui ad finem ejus commentarii tradit post dies triginta sex eumdem Gontharidem dolo necatum ab Artabane Duce, quem convivio exceperat: hisque diffuse narratis, idem Procopius finem imponit historiæ de bello Wandalico in hunc usque annum conscriptæ, quod feliciffime inchoatum, ac pene absolutum, denuo restauratum difficillimumque indies redditum est crebris defectionibus populorum, emergentibus novis tyrannis, postquam Imperator sive ejus ministri sacrilege agentes, in insula Romanum Pontificem mori impie coegerunt.

Areobin. occiditur.

 DE

PAGIUS Gunthbaris in Africa tyranni interitus. Præfecto in Africam, & de tyrannide, quam Gontharis affectavit, aitque *Gontharidem* occisum esse, *die tricesimo sexto post occupatam tyrannidem, anno Imperii Justiniani XIX.* hoc Christi anno inchoato. Continuator Marcellini, quem jam observavimus per hæc tempora res suis annis accurate non semper reddere, *anno V. P. C. Basilii*, sequenti scilicet, inquit; *de Africa Sergius evocatur, & Areobindus nepte Imperatoris accepta, ibi Judex dirigitur.* Tum *anno P. C. Basilii VI.* scribit, *Guntharidem* occisum, & post aliquantos dies missum in Africa *Joannem*, qui eam regeret. Verum Continuator iste *Gontharidis* tyrannidem male consignavit. Victor Tununensis ad annum VI. P. C. Basilii qui secundum ejus modum loquendi est annus Christi DXLVI. Guntharidis interitum recitat. Denique Anastasius in Vita Vigilii Papæ inter alias fabulas habet, *Belisarium* venientem in fines Africæ sub dolo pacis interfecisse *Gundarum* Vandalorum Regem, cum tamen *Guntharidus* exercitibus Italicis præesset, quando *Gunthar*is interfectus est:

DE RUTHENIS; AD COMMUNIONEM SEDIS APOSTOLICÆ RECEPTIS MONUMENTUM

SANCTISSIMO D. N. CLEMENTI VIII. PONTIFICI MAXIMO

CÆSAR BARONIUS S. R. E. PROTONOTARIUS sempiternam felicitatem.

I. UM omnes prædecessores tuos Pontifices Maximos omni studio, Beatissime Pater, imitandos susceperis, eorumdemque insistere semper vestigiis propensiori solicitudine laboraveris: Clementis tamen Petri discipuli & successoris, tu ipse Clementis nomen referens, Petrique doctrinam cum cathedra consecutus, exempla sectari, vigilantius solicitiusque curasti. Nam ut omittentes alia, illud dumtaxat, cujus causa hujusmodi est instituta oratio, pertingamus: sicuti ille Ecclesiæ Catholicæ utilitati consulens, ad conscribendas res gestas sanctorum martyrum, & alia Ecclesiæ monumenta scriptis consignanda tradendaque posteris, Notarios septem primus instituit: ita ad hoc ipsum præstandum tu ipse invigilans, inter cæteros ejusdem primi ordinis præclarissimos viros eidem operi mancipatos, me licet indignum penitus atque immeritum cooptasti. At quanto id animi ardore perfeceris, neminem latet: enim Domini (*a*) sententia, quod factum est in cubiculo, prædicatum est in tectis: sciunt omnes vim tunc illatam, cum juxta Propheticum illud (*b*), *Velociter spolia detrahe*, adversum me magno impetu actum est: cum vero tunc duos vidisses uni succumbere renitenti; divina putasti ad perficiendum quod volebas opus esse potentia, nempe Apostolica auctoritate, qua tibi datum est non terram tantum, sed & cælum posse subigere. Vicisti tandem animum refractarium, atque flexisti cervicem ferream, sed fateor, non domuisti, ut impositum honoris jugum æquo animo ferrem, quod ad singula ferme momenta (scit Deus) a me excussissem, si licuisset.

(*a*) *Lu.* 12.
(*b*) *Isai.* 8.

Una tamen fuit in his asperis consolatio illa, quod esset omnium una sententia, Sanctitatem tuam hac actione jam gravi ante expensa judicio demonstrasse, non tam probare qui res Ecclesiasticas scribere voluisset, quam ea quæ a me scripta essent, insigni hac collata dignitate veluti amplissimis exarata notis subscriptione & probasse, & veluti sigillo munisse. Quis enim operam ab aliquo præstandam requireret solicitudine tanta, si eamdem jam diu ante ab eodem exhibitam non grato animo recepisset? Quo nomine sicuti plurimas a me tibi gratiarum actiones semper reddendas fore profiteor; ita mihi in susceptum opus solicitius incumbendum, nervosque omnes ad illud perficiendum tendendos, intelligo. II.

Dum autem totus in his essem, ut collatæ dignitatis omni studio munus obirem, ejusque partes omnes quam diligentissime explere satagerem; peropportune accidit, ut vix elapso a suscepta eadem dignitate mense, digna oblata occasio fuerit, qua ejus primitias nobili scriptione Domino consecrarem, legationis videlicet honorificæ Ruthenorum Ecclesiæ ad Apostolicam Sedem, qua abolito diro schismate, sanctæ Romanæ Ecclesiæ communionem Catholicam est feliciter consecuta. Ad hoc vero præstandum, non laciniosa oratione per ambitum ad pompam (ut assolet) circumducta mihi utendum existimavi, sed more majorum simplici stylo & veritatis candore nitente cuncta quæ gesta sunt referenda, ipsaque edita atque publice recitata scripta, suis locis (ut hactenus factum est) in Annalibus Ecclesiasticis intexenda. Tu vero, Sanctissime Pater, jucundo lætoque animo satis amplum ex semente lacrymarum tua- III.

tuarum collectum manipulum accipe, ac Deo consecra cum multiplici gratiarum actione, qua veluti nova satione conversionem reliquorum Borealium populorum suo tempore metas: quod Deus bonorum omnium largitor concedat. Vale.

Quæ de Ruthenis a diversis auctoribus, præsertim vero ab iis qui res Polonicas prosecuti sunt, scripta reperiantur.

IV. Ruthenos eosdem antiquo vocabulo dictos esse Russos, in confesso est apud scriptores (*a*) omnes: sed & quod Rutheni pariter sint in Gallia Aquitanica populi, visum est recentioribus scriptoribus eos Russos vocare potius, quam Ruthenos. Sed unde Russi? non aliunde, quam a veteris vocis usu, qua iidem populi vocati sunt Roxolani. Verum ex quo asperitas litteræ X, duplici in SS. leniri cæpta est; hinc accidit, ut Roxolani dicti sint Rossolani, sive Rossi (veluti a Græcis sæpe usurpatum invenies) vel unica syllaba Rhos, a Latinis Russi, & provincia Russia, quæ Roxolania dicebatur, cæpta sit nominari. Meminit & Plinius (*b*) de Roxolanis in Sarmatia populis, & eos ad latus Mæotidis paludis collocat, qui fines postea dilatarunt. Patentem quidem latamque fuisse Roxolanorum sive Russorum regionem, rerum Polonicarum scriptores produnt, nempe quæ contineret ambitu suo universam illam Sarmatici orbis partem, quæ ab Oriente Mæotide, taurica Chersoneso & Tanai, a Meridie Carpatiis montibus, ab Occidente Poloniæ, Lituaniæque finibus clauderetur, sic Sarmatiæ Europeæ maximam continens partem: quæ & a Chromerio ita ponitur (*c*): *Complectitur* (inquit) *fere quicquid terrarum est inter sinum Venedicum, Livoniam, Sueciam, Oceanum glacialem, Rha, sive Volgam, Mæotim, mare Ponticum, Sarmaticos montes, Poloniam, Lituaniam, & Samagitiam.* Moschoviam quoque ad Russiam pertinere, eosdemque primum Russos dictos, Moschos a flumine, sive oppido Mosqua denominatos, æque fatentur omnes (*d*) conveniuntque simul pariter in eam sententiam, ut hi populi Evangelium acceperint ab Episcopo Constantinopolitano tempore Basilii & ejus filii Constantini, uno omnibus dato Metropolitano Kioviensi. Quæ autem postea contigerunt de divisione Moschovitarum Ecclesiæ a Russis, hæc nos ab ipsis legatis Ruthenis Episcopis accepimus verbis istis:

(*a*) Matth. Mich. rer. Polon. l. 2. c. 1. Chron. l. 1. c. 10.

(*b*) Plin. hist. l. 3. c. 5

(*c*) Chron. Polon. rer. l. 1. c. 10. 12. 14.

(*d*) Chron. & Matt. l. 2. c. 3. & alii.

V. *Aliquanto post autem Moschoviæ Principes sive ob aditum Kioviensium difficilem, longinquitatemque itineris, sive quod timerent, ne consuetudine exterorum, qua maxime suos etiam nunc prohibent, Respublica illorum detrimenti aliquid pateretur, alium sibi Metropolitanum institui a Constantinopolitanis Patriarchis petierunt: quin & Patriarcham ante paucos annos, qui in Moschovia assiduus esset, impetrarunt. Solique nunc septem in Russia Polonis subjecta ex numero viginti & aliquot amplius Episcoporum restant, qui Metropolitano Kioviensi subsunt: reliqui etsi sæpe mittendis ad eum donariis jus & auctoritatem ejus recognoscunt, Moschovitico tamen parent Episcopo Patriarchæ.* Hæc de his illi, quibus ista subiiciunt:

Isti ergo septem una cum Metropolitano suo cupientes iterum uniri Ecclesiæ, a quo multo tempore alieni erant, ablegarunt huc duos ex medio sui reverendos dominos Hypatium Pociei Protothronium Vulodimiriensem, Brestensemque & Cyrillum Terleczki Exarcham, Luceoriensem, Ostrosiensemque, Episcopos, primos consilii istius auctores: qui id contenderent a sancta hac Sede, obedientiamque illi suo & ipsorum nomine deferrent. Quo non exigua facta est profecto, & futura adhuc major ad Ecclesiam Dei speratur accessio. Etsi enim paucæ, latissime tamen patent diœceses illorum, extenduntur que permixtæ Latinis per aliquas integras provincias, Podoliam scilicet, Russiam, Voliniam, Podlachiam, & magnum Ducatum Lituaniæ, insignes monasteriorum frequentia & Ecclesiarum prope duodecim millium numero. Quin & Moschovitas ejusdem & linguæ & religionis homines, non modica spes est, cogitaturos idem aliquando exemplo ipsorum; præsertim cum ritus & cærimonias omnes Orientalis Ecclesiæ, quarum sunt tenacissimi, permissas illis esse servari inviolate, a sancta Sede cognoverint. Hactenus ipsorum legatorum scriptio de Russorum Ecclesia. VI.

Quoniam vero de eadem Russorum Ecclesia aliqua a scriptoribus vidimus prætermissa, vel perperam asserta; hic de his paulo fusius agere, haud putamus lectori fore fastidio: atque in primis quæ rerum Polonicarum scriptor (*e*) de antiquitate religionis Russorum his verbis habet: *Inter sanctos* (inquit) *Russi colunt plus Thaddæum Apostolum, asserentes quod eos converterit, & fidem Christi docuerit: deinde & Bartholomæum sanctum Dei Apostolum venerantur, per quem multos articulos* (*ut asserunt*) *de fide acceperunt.* Hæc ipse ex traditione populi accepta. Cui, fateor, magis assentior, quam iis qui Ruthenorum Christianitatem cæpisse tradunt circa annum Domini nongentesimum nonagesimum, quos errare omnino, proxime dicturi sumus: etenim reperitur interfuisse generali Concilio Antiocheno sub Joviano Imperatore Antipater Episcopus Rhossos, seu Rhos, vel Rhossi, translatione Latina (quo sane nomine a Græcis dictos esse Ruthenos, nuper demonstratum est) idemque Episcopus cum reliquis subscriptus legitur VII.

(*e*) Matt. Mich. l. 2. c. 1.

tur in Synodali epistola data ad eumdem Jovianum Imperatorem, quæ extat apud Socratem (*a*):

(a) Socrat. l. 3. c. 21.

VIII. Verum etsi aliquando ea gens Christianam religionem suscepit, sicut ex culturæ defectu silvescit ager, ac si numquam ante cultus fuisset; ita apud ipsos eadem religio penitus esse desiit: repastinatam vero ipsam, cultamque fuisse tradunt (*b*) anno Domini nongentesimo nonagesimo, vel nongentesimo octogesimo, sub Basilio atque Constantino Imperatoribus. Sed in his iidem auctores hæc asserentes errasse noscuntur: etenim non sub Basilio Juniore, qui imperavit cum Constantino, sed sub Seniore Basilio Macedone dicto, qui post Michaelem solus regnare cœpit anno Domini octingentesimo sexagesimoseptimo, id contigisse, testificatione Græcorum certum est. Id quidem Joannes Curopalates, id Zonaras, Nicephorusque testantur; licet Nicephori prolixior de his narratio desideretur, quam libro vigesimotertio historiarum tractasse, ejusdem libri quod extat compendium docet. Sed audi ex Curopalate (*c*) nobilissimo historico, Russorum conversionem opera ejusdem Basilii Macedonis Imperatoris factam:

(b) Matt. Mic. l. 1. c. 13. & Chr. l. 3. in pri.

(c) Joan. Curop. in Basil.

IX. *Rhos* (ita Russos vocat) *percusso cum illis*, Græcis videlicet, *fœdere, ut salutaris baptismi participes essent, auctor fuit Basilius Imperator, misso ad eos Archiepiscopo. Verum miraculum illud quod accidit, operæpretium est enarrare. Nam cum adhuc superstitione detinerentur, & ipse Princeps & proceres illius, atque adeo omnis natio, suumque pristinum cultum examinarent, & Christianorum fidem: Archiepiscopum illum, qui ad eos nuper venerat, accersitum Princeps interrogavit, quænam essent ea quæ ille annunciaret, quæque ipsum docere possent. Qui cum sacrum divini Evangelii librum protulisset, & quædam miracula recenseret a Deo, quando humana forma assumpta, apud homines erat, facta. Nisi aliquod, Rhos multitudo respondit, simile nos conspiciamus, & maxime quale asseris trium puerorum in fornace; nequaquam tibi credituri sumus.*

X. *Ille vero numquam mentienti fide habita verbo illius, qui dixit: Quodcumque petieritis in nomine meo, accipietis: &: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & majora his faciet. Etsi, inquit, haud licet tentare Dominum Deum: attamen si ex animo decrevistis ad eum accedere, petite quodcumque vultis, & hoc faciet omnino propter fidem vestram Deus, quamvis nos minimi simus & indigni. Ipsi autem petierunt, divini Evangelii volumen in ignem a se incensum projici: quod si illæsum servaretur, ad eum se accessuros Deum, qui ab ipso prædicaretur. Visum est id faciendum. Et cum sacerdos, sublatis ad Deum oculis ac manibus dixisset: Ostende gloriosum sanctum nomen tuum, Jesu Christe Deus noster, in oculis nationis hujus: in fornacem projectus est Evangelii liber: incensaque fornace ad horas aliquot, deinde penitus extincto & consumpto igne; sacrum illud volumen inventum est permansisse inviolatum atque illæsum, nullo ab igne accepto detrimento. Quod conspicati barbari, & miraculi magnitudine perculsi, sine ulla controversia ad baptismum confugere.* Hactenus Curopalates. Recenset eamdem absque aliqua dubitatione historiam Zonoras (*d*); quosque Curopalates Rhos, ipse Rhossicos nominat, Russos vero Cedrenus, ac Nicephorus Ruthenos, ne quis putet de aliis quam de Ruthenis, eamdem historiam enarratam. At tanta hæc prætermissa ab jis qui in rebus Polonicis sunt prosecuti Russorum historiam, quis non miretur? sicut, & illud de iisdem nobile monumentum, cum Russorum regnum Romanæ est donatum Ecclesiæ, a qua illud Russorum Rex Demetrius voluit accepisse. Extat de his epistola Gregorii Papæ Septimi, quam integram tibi ad tantæ rei fidem declarandam, hic describendam putavi: sic enim se habet (*e*):

(d) Zonar. Annal. t. 3. in Basil. Maced.

(e) Greg. l. 2. ep. 74.

XI. *Gregorius Episcopus servus servorum Dei Demetrio Regi Russorum, & Reginæ uxori ejus salutem & Apostolicam benedictionem.*

Filius vester limina Apostolorum visitans ad nos venit: & quod regnum illud dono S. Petri per manus nostras vellet obtinere, eidem beato Petro Apostolorum Principi debita fidelitate exibita, devotis precibus postulavit, indubitanter asseverans illam suam petitionem vestro consensu ratam fore ac stabilem, si Apostolicæ auctoritatis gratia ac munimine donaretur. Cujus votis & petitionibus, quia justa videbantur, tum ex consensu vestro tum ex devotione poscentis, tandem assensum præbuimus, & regni vestri gubernacula tibi ex parte beati Petri tradidimus, ea videlicet intentione atque desiderio charitatis, ut beatus Petrus vos & regnum vestrum, omniaque vestra bona, sua apud Deum intercessione custodiat, & cum omni pace, honore quoque & gloria idem regnum usque ad finem vitæ vestræ tenere vos faciat, & hujus militiæ finito cursu impetret vobis apud supernum Regem gloriam sempiternam.

XII. *Quinetiam nos paratissimos esse, noverit vestræ nobilitatis serenitas, ut ad quæcumque justa negotia hujus sedis auctoritatem pro sua necessitate petierit, proculdubio continuo petitionum suarum consequatur effectum. Præterea ut hæc, & alia multa, quæ litteris non continentur, cordibus vestris arctius infigantur; misimus hos nuncios nostros, quorum unus vester notus est & fidus amicus; qui & ea quæ in litteris sunt, diligenter vobis exponent; & quæ minus sunt, viva voce explebunt. Quibus pro reverentia beati Petri, cujus legati sunt, vos mites*

tes

tes & affabiles praebeatis; & quicquid vobis dixerint ex parte nostra, patienter audiatis, atque indubitanter credatis. Et quae ibi ex auctoritate Apostolicae sedis negotia tractare voluerint & statuere, nullorum malo ingenio turbare permittatis, sed potius eos sincera charitate favendo juvetis. Omnipotens Deus mentes vestras illuminet, atque per temporalia bona faciat vos transire ad gloriam sempiternam. Data Romae decimoquinto Kalend. Maji, Indictione decimatertia. Hactenus Gregorii Papae litterae, datae (ut apparet) anno ejus Pontificatus secundo, eodemque Domini millesimo septuagesimo quarto. Porro inter haec qui regno potiebatur Demetrius, expulsus statim fuit a fratre tyranno: quamobrem idem ipse Rex, ut illud recuperaret, adiit Henricum Imperatorem anno sequenti, prout his verbis Lambertus sui temporis res gestas singulis annis reddens testatur anno Domini millesimo septuagesimoquinto:

XIII. *Paucis post diebus Imperator Moguntiam venit, ibique occurrit ei Ruthenorum Rex Demetrius nomine, deferens ei inestimabiles divitias in vasis aureis & argenteis & vestibus valde pretiosis; petiitque ut auxilio sibi foret contra fratrem suum, qui se per vim regno expulisset, & regnum tyrannica immanitate occupasset. Missus est protinus a Rege Burchardus Treverensis Ecclesiae Praepositus agere cum illo de injuriis quas fratri intulerat, & commonere, ut regno quod injuste invasisset, ultro decederet; alioquin auctoritatem, & arma Theutonici regni propediem experturum fore. Is legationi huic propterea opportunus videbatur, quod ille ad quem mittebatur, sororem ejus in conjugium habebat, & ipse hac de causa apud Regem, ne quid in illum interim gravius decerneretur, summis precibus obtinuerat. Ruthenorum Rex Dedi Marchioni Saxonico, cujus ductu eo advenerat, a Rege commissus est servandus, donec legati reverterentur.* Hucusque Lambertus. Quid post haec actum sit, idem auctor inferius tradit, nempe missum legatum ab invasore pretiosissima munera detulisse ad Imperatorem, quibus animum ejus flecteret ne praeberet fratri ex regno pulso auxilium: quod & absque muneribus Imperator concessurus erat, cum obortis domesticis bellis, vix satis ipsi esset ut propria tueri posset. Eadem habet Sigebertus, & ipse suae aetatis res gestas scriptis prosecutus: de quibus omnibus altum est silentium apud eos qui res Ruthenorum cum Polonicis conscripsere; quae vel hic saltem voluimus in lucem prodiisse, ut ex his appareat Russiam aliquando a legitimo Rege oblatam fuisse sancto Petro Apostolorum Principi, & ejus nomine traditam Regi Demetrio a Gregorio Septimo Pontifice Maximo. *Ann. Eccl. Tom. IX.*

Porro etsi donatum Romanae Ecclesiae & ab ea acceptum regnum invasum, & occupatum a tyranno fuit; perseveravit tamen ejusdem populi erga eamdem Romanam Ecclesiam propensio haud mediocris, quae Graecis aemulationem movit: adeo ut omni semper studio laborarint eosdem Ruthenos ab ipsa revocare, cum facti sunt ipsi schismatici. Caeterum etsi ad tempus aliquod obtorto collo ab eisdem in errorem abducti sunt; in matrem semper respicere non desierunt, ut iterum in sinum maternum accurrerent, eodemque foveri semper optarent. Quam autem fuerint Rutheni semper Romanae Ecclesiae cupidissimi, & Catholicae communionis amantissimi, ipsorum Archiepiscopus Isidorus in totius Christianae religionis theatro, in ipso oecumenico Concilio Florentino haud vulgare, sed plane egregium specimen dedit, dum una cum Bessarione Trapezuntio Nicaeno Archiepiscopo Graecorum omnium cum Latinis concordiae auctor extitit: cujus rei gratia meruit una cum eodem memorato collega in S. Romanae Ecclesiae Cardinalium ordine cooptari. XIV.

Relabens autem misere rursum Ecclesia Graecorum in schisma, in eamdem secum praecipitem traxit ruinam Ruthenorum Ecclesiam: sed dormientibus illis adhuc, post centum & quinquaginta annos ex oblivionis sopore haec tandem expergefacta, vigilans suam erubescens ignominiam, non ad consuenda ficus folia, excusando excusationes in peccatis conversa est; sed peccati confessione, & detestatione ad redintegrandam scissam schismate tunicam inconsutilem, quam citissime missa Romam ad Apostolicam sedem legatione cucurrit, quam sacris comitiis habitis ante biennium, anno videlicet Domini millesimo quingentesimo nonagesimoquarto, communibus suffragiis, votis paribus ejus provinciae Episcopi decreverunt, hisque scriptis significarunt. XV.

Decretum deliberationis & conclusionis reverendissimorum dominorum Archiepiscopi & Episcoporum Ruthenorum de recipienda & suscipienda communione sanctae Romanae Ecclesiae, factum die secunda mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimoquarto.

In nomine sanctae vivificantis & individuae Trinitatis Patris & Filii & Spiritus sancti.

Nos infra nominatae personae, quae huic scripto nostro subscripsimus, notum facimus, quod introspicientes diligenter vocationem & officium nostrum, quod est hujusmodi, ut nosmetipsos, & hominum Christianorum gregem ovium Christi nobis a Christo commissum, ad concordiam & unionem promoveremus, prout nos Salvator noster Christus Jesus edocuit, eamque doctrinam sanguine suo obsignavit. Ac XVI.

potissimum his infelicissimis temporibus nostris, quibus multæ ac variæ hæreses inter homines grassantur, ob quas plurimi recedentes a vera & Orthodoxa fide Christiana, legem nostram deserunt, & ab Ecclesia Dei, veroque in Trinitate illius cultu se ipsos separant. Quod non alia de causa accidit, quam ob dissensionem nostram cum dominis Romanis, cum quibus cum simus unius Dei homines, & tamquam unius matris sanctæ Ecclesiæ Catholicæ filii, ab iis divisi sumus: unde mutuo auxilio præsidioque invicem nobis prodesse nequimus. Et quamvis assidue Deum pro unione in fide orationibus nostris precemur: nihilominus quonam pacto hæc unio inter nos stabiliatur, aliquando numquam nobis serio curæ fuit, spectando semper Superiores nostros, & expectando si de hac ipsa unione inciperent esse soliciti.

XVII. *Verum cum nostra spes hac in re, ut hoc eorum cura, & studio perfici possit, in dies minuatur, non ob aliam rem, quam quod isti servitute Paganorum * oppressi, etiamsi fortaße vellent, non possunt. Igitur ex inspiratione Spiritus sancti, cujus hæc sunt opera, & non hominum, considerantes cum ingenti dolore nostro quanta impedimenta homines habeant ad salutem absque hac unione Ecclesiarum Dei, in qua incipiendo a Christo Salvatore nostro & sanctis illius Apostolis prædeceßores nostri perstiterunt, ac unum summum Pastorem primumque Antistitem in Ecclesia Dei hic in terris (prout ea de re Concilia & canones manifestos habemus), & non quempiam alium præter sanctissimum Papam Romanum profitebantur, illique parebant in omnibus: ac quamdiu id uniformiter in suo robore permansit; semper in Ecclesia Dei ordo, cultusque divini incrementum fuit: inde consecutum est, ut difficillimum foret hæreticis sua disseminare prava dogmata. Postquam autem multi Superiores eße cœperunt, eam sibi auctoritatem potestatemque arrogantes: nunc clare cernimus, ad quantas discordias & schismata ob pluralitatem Superiorum Ecclesia Dei devenit: ex quo fit, ut hæretici tantas sumant vires.*

* Turcarum.

XVIII. *Itaque nolentes ut conscientiæ nostræ tanto pondere aggravarentur, si animarum salus multarum ob eas in religione discordias diutius periclitaretur (licet hac ipsa de re nos prædecessoresque nostri meditati fuerint, idque tentaverint) videntes institutum consilium intermißum esse, proposuimus, auxiliante Deo, mutuo isto vinculo nos ipsos ad prosequendum hoc negotium excitare & confirmare; ut quemadmodum antea, eodem labio & eodem corde possemus laudare & glorificare venerandum & magnificum nomen Patris & Flii & Spiritus sancti cum fratribus nostris charissimis dominis Romanis, permanentes sub eodem Pastore visibilis Ecclesiæ Dei, cui hæc præeminentia semper debebatur.*

Quocirca id nobis mutuo promittentes coram Deo, quantum in nobis fuerit, corde sincero & candido ac diligentia in hujusmodi negotio necessaria ac debita, nos omnem daturos operam spondemus in communi, & quilibet per se, adhibitis mediis convenientibus, ut fratribus nostris Ecclesiasticis, communique plebi ad ineundam unionem & concordiam simus auctores, idque divina adjuvante gratia perficiamus. XIX.

Ut autem majus incitamentum ad finiendum habeamus, quoque major a nobis cura & solicitudo impendatur: scriptum præsens conficimus, quo sinceram promptamque voluntatem nostram ad amplectendam cum Ecclesia Romana unionem & consensum testamur. Et Deus omnipotens largitor omnium bonorum, auctorque ad con concordiam sit dux, & protector tam sancti negotii hujus: cui uti corda nostra, ita & eam voluntatem præsenti scripto testantes, manu propia subscribimus: salvis tamen & in integrum observatis cærimoniis & ritibus cultus divini peragendi & sanctorum sacramentorum juxta consuetudinem Ecclesiæ Orientalis, correctis tantummodo iis articulis, qui ipsam unionem impedirent, ut more antiquo fierent omnia, sicut olim, unione durante, fuerunt. Datum anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimoquarto, die secunda Decembris. XX.

locus sigillorum.

Deinde sequuntur subscriptiones, videlicet:

Michael Metropolita Kioviensis, Haliciensis, & totius Russiæ, manu propria.

Ipation Dei gratia Protothronius Episcopus Vulodimiriensis, Brestensisque manu propria.

Cyrillus Terleczki Exarcha Metropolitæ Kiovien. Episcopus Luceoriensis, Ostroriensisque manu propria.

Gregorius nominatus Archiepiscopus Vladika Polocensis, Vitebscensisque manu propria.

Dionysius Zbiruiski Episcopus Chelmensis, Belsensisque manu propia.

Leontius Peleziczki Episcopus Pinscensis Turoviensisque manu propria.

Jonas Hobol Archimandrita Kobrinensis Ecclesiæ S. Salvatoris, manu propria.

Idem Jonas nominatus Episcopus Pinscensis, Turoviensisque manu propria hanc concordiam fratrum meorum subscripsi.

Cum hæc statuissent, in sequentem annum, ubi primum per temporis opportunitatem licuit, honorificam ad Romanum Pontificem decernunt legationem, duobus ad id muneris obeundum delectis legatis Episcopis, quibus ad eumdem ejusmodi litteras dederunt: XXI.

Litteræ dominorum Archiepiscopi Kioviensis & aliorum Episcoporum Ruthenorum ad Sanctiss. D. N. Clementem Papam VIII. super eorum unione cum san-

sancta Ecclesia Romana, datæ die xii. Junii, anno Domini MDXCV. Latine versæ.

XXII. *Sanctissime Pater, Domine, & Pastor supreme Ecclesiæ Christi, Domine clementissime.*

Repetentes memoria consensum in omnibus atque unionem Orientalis, & Occidentalis Ecclesiæ quam majores nostri sub obedientia & regimine sanctæ Sedis Apostolicæ Romanæ coluerunt: ex altera vero parte perpendentes animis dissensiones & schismata, quæ hodie invaluerunt; non potuimus propterea non maximo dolore affici: deprecabamurque assidue Dominum, ut nos aliquando in unitatem fidei aggregaret; expectantes si forte Superiores & pastores nostri Orientalis Ecclesiæ, sub quorum obedientia hucusque fuimus, de ineunda unitate & concordia quam in liturgiis quotidie a Deo efflagitant, cogitare serio, atque diligenter in eam rem & curam incumbere vellent. Sed cum videremus frustra tale quippiam sperari ab illis, non tam malevolentia & temeritate fortasse eorum, quam quod sub gravissimo servitutis jugo crudelissimi tyranni & a religione Christiana alieni gemant, tentare id quod maxime vellent, nullo modo possunt: nos nihilominus, qui in his partibus sub dominio Serenissimi Poloniæ & Sueciæ Regis & Magni Ducis Lituaniæ constituti sumus, liberisque nobis propterea esse licet, attendentes officium nostrum, neque nobis ipsis & ovibus gregis Christi, quarum cura ad nos spectat, obesse, conscientiasque hac in parte nostras tot animarum interitu, qui ex dissensionibus his provenit, gravare volentes, adjuvante Domino, ad unionem quæ antea inter Orientalem & Occidentalem Ecclesiam viguit, inque Florentina Synodo ab antecessoribus nostris constituta est, accedere decrevimus: ut vinculo hujus unionis adstricti, sub obedientia atque regimine Sanctitatis vestræ, uno ore & corde glorificemus & laudemus omnes divinissimum & sanctissimum nomen Patris & Filii & Spiritus sancti.

XXIII. *Ac proinde sciente volenteque domino nostro Sigismundo Tertio Dei gratia Poloniæ & Sueciæ Rege, Magnoque Duce Lituaniæ, cujus etiam singulare ac sapientissimum studium in hac re enituit: mittimus ad Sanctitatem vestram charissimos fratres nostros reverendos in Christo Hypatium Pociei Protothronium atque Episcopum Vulodimiriensem, Brestensemque, & Cyrillum Terleczki Exarcham atque Episcopum Luceoriensem, Ostrosiensemque: quibus mandavimus, ut Sanctitatem vestram adeant, ac (si quidem Sanctitas vestra administrationem sacramentorum, ritusque & cærimonias Orientalis Ecclesiæ integre, inviolabiliter, atque eo modo quo tempore unionis illis utebamur, nobis conservare, confirmareque pro se & successoribus suis, nihil in hac parte innovaturis umquam dignetur) suo & omnium nostrum Archiepiscopi & Episcoporum, totiusque Ecclesiastici nostri status, & ovium commissarum nobis divinitus nomine Sedi S. Petri & Sanctitati vestræ uti summo Pastori Ecclesiæ Christi debitam obedientiamm deferant.*

Quæ omnia petita a nobis si obtinuerimus, Sanctitati vestræ cum omnibus successoribus suis nos & successores nostri dicto audientes, subque regimine Sanctitatis vestræ semper esse volumus. In quorum majorem fidem litteras præsentes manibus nostris subscripsimus, atque munivimus sigillis. Data ex Regno Poloniæ & magno Ducatu Lituaniæ die XII. Junii, anno Domini MDXCV. juxta Kalendarium vetus. XXIV.

Sanctitatis vestræ
humillimi apud Deum oratores
& servi

subscriptiones cum sigillis.

Michael Dei gratia Archiepiscopus Metropolita Kioviensis, Haliciensisque ac totius Russiæ, manu propria.

Ipation Dei gratia Protothronius Episcopus Vulodimiriensis, Brestensisque manu propria.

Cyrillus Terleczki Dei gratia Exarcha Episcopus Luceoriensis, Ostrosiensisque manu propria.

Gregorius nominatus Archiepiscopus Vladika Polocensis, Vitebscensisque manu propria.

Michael Kopistenski Episcopus Præmisliensis, Samborensisque manu propria.

Gedeon Boloban Episcopus Leopoliensis manu propria.

Dionysius Zbiruiski Episcopus Chelmensis manu propria.

Leontius Peleziczki Episcopus Pinscensis, Turoviensisque manu propria.

Jonas Hohol Archimandrita Kobrinensis ecclesiæ S. Salvatoris manu propria subscripsit.

Idem Jonas Hohol nominatus Episcopus Pinscensis, Turoviensisque manu propria.

Qui igitur missi sunt Episcopi legati, perveneruut Romam eodem anno, mense Novembri, honorifice excepti a Summo Pontifice, a quo domus ad habitandum, & quæ ad victum & alia quæ opus essent, ipsis munificentissime, quamdiu morari contigit in Urbe, sunt exhibita. Statuta autem die, videlicet vigesimatertia mensis Decembris ejusdem anni MDXCV. Sabbato jejunii quatuor temporum, in aula Constantiniana Palatii Vaticani coram ipso Summo Pontifice & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aliisque diversi ordinis diversarumque dignitatum insignibus proceribus in publicum auditorium sunt admissi, legationis munus quod obirent publice expostituri. Tum igitur ingressi, ut a longe conspicati sunt ipsum Romanum Pontificem, venerationis ergo, prostraverunt se in terram XXV.

ram; surgereque jussi atque accedere ad thronum Pontificis, ad ejusdem pedes rursum eodem humillimo cultu & reverentia strati eos sunt deosculati: hisque peractis, cum quod peterent significassent, litteras quas ferrent ipsi Summo Pontifici legendas obtulerunt, quæ Ruthenice primum (uti scriptæ erant) perlectæ, eædem rursus Latinitate donatæ ex scripto sunt repetitæ.

XXVI. His auditis, Silvius Antonianus Præfectus cubiculi Pontificii, atque inhærens ipsi Summo Pontifici a secretis, ad eos conversus, ejusmodi ejusdem Pontificis jussu habuit orationem:

Ad petram fidei supra quam Christus Dominus Ecclesiam suam ædificavit, ad montem sanctum in quo habitare beneplacitum est Deo, ad matrem & magistram omnium Ecclesiarum sanctam Romanam Ecclesiam reditis, Rutheni Episcopi, post annos centum & quinquaginta, magno quidem & singulari Dei beneficio erga vos & gentem vestram, tanto vero cum gaudio Sanctissimi Domini nostri, quantum nulla orationis copia, nulla dicendi vis exprimere satis potest. Exultat spiritus Sanctitatis suæ in Deo, & Sapientiam illam agnoscit, quæ attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. Et vos quoque jure optimo divitias bonitatis Dei agnoscitis & prædicatis, qui corda vestra divino suo lumine collustravit, ut intelligeretis non esse in corpore membra illa, quæ capiti non cohærent, divulsum a vite palmitem fructum nullum afferre posse, rivos arescere qui fonti non sunt conjuncti, denique Deum patrem non habere, qui Ecclesiam matrem non habet, quæ una est Catholica & Apostolica sub uno visibili capite Romano Pontifice, qui est Pater Patrum, & Pastor Pastorum: cui in beato Petro Apostolorum principe & agni & oves Christi sunt creditæ: & cui a Domino mandatum est, ut fratres suos Episcopos confirmet.

XXVII. *Recte igitur & prudenter & pie venerabilis Metropolita vester & vos & collegæ vestri fecistis qui unitatem Ecclesiæ Catholicæ, extra quam non est salus, tanto studio appetistis, & ex tam longinquis regionibus huc ad sacra Apostolorum limina venistis, ut beati Petri legitimo successori, vero in terris Christi Vicario debitam obedientiam præstaretis, & veteribus in fide erroribus rejectis, incorruptæ fidei integritatem ab eo reciperetis. Ergo quia corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem: agite venerabiles Episcopi, implete gaudium Sanctitatis suæ & hujus sacri atque amplissimi collegii, & fidei Catholicæ professionem jam facite. Paratus est Sanctissimus Dominus noster paterna benignitate vos & Metropolitam vestrum & Coepiscopos vestros & nationem vestram Ruthenam aperto charitatis sinu ad communionem admittere, & obedientiam vestram una cum his venerabilibus fratribus suis S. R. E. Cardinalibus recipere; speratque Sanctitas sua in eo qui potens est, & qui facit mirabilia magna solus a sæculo, quod exemplum fidei vestræ alios etiam ad salutarem æmulationem provocabit, ut & ipsi depulsis tenebris, lumen quærant, sectentur unitatem & pacem, & fiat unum ovile & unus pastor.* Hactenus Antonianus.

XXVIII. Cui istæc Pontificis nomine peroranti legati parentes, singuli mox fidei Catholicæ professionem scriptis editam, suaque manu subscriptam coram ipso Summo Pontifice recitarunt: quam quidem Hypatius primum Latinis verbis conceptam, quod eam linguam calleret, edidit atque emisit in hunc modum:

Sanctissime ac Beatissime Pater.

XXIX. *Ego humilis Hypatius Pociei Dei gratia Protothronius Vulodimiriensis & Brestensis Episcopus in Russia, nationis Russorum seu Ruthenorum, unus ex procuratoribus reverendorum in Christo Patrum dominorum Prælatorum ejusdem nationis, videlicet Michaelis Rahosa Archiepiscopi Metropolitæ Kioviensis & Haliciensis, ac totius Russiæ, & Gregorii Archiepiscopi denominati, electi in Episcopum Polocensem & Vitepscensem, & Jonæ Hohol electi in Episcopum Pinscensem & Turoviensem &, Michaelis Kopistenski Episcopi Præmisliensis & Samboriensis, & Gedeonis Bolobam Episcopi Leopoliensis, & Dionysii Zbiruiski Episcopi Chelmensis, ab eis specialiter constitutus & missus una cum reverendo in Chisto Patre domino Cyrillo Terlezki Exarcha Episcopo Luceoriensi & Ostrosiensi ejusdem nationis, altero ex procuratoribus dictorum dominorum Prælatorum, & collega meo ad ineundam & suscipiendam unionem Sanctitatis vestræ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, atque ad deferendam debitam obedientiam ipsorum omnium & totius Ecclesiastici eorum status & ovium eis commissarum nomine hic sanctæ Sedi beati Petri, & Sanctitati vestræ uti summo Pastori universalis Ecclesiæ, ad pedes ejusdem Sanctitatis vestræ positus, ac infrascriptam sanctæ Orthodoxæ fidei professionem juxta formam Græcis ad unitatem dictæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ redeuntibus præscriptam facturus & emissurus, tam procuratorio nomine prædictorum dominorum Archiepiscopi & Episcoporum Ruthenorum meorum principalium, quam etiam meo proprio, simul cum prædicto domino Cyrillo Exarcha Episcopo Luceoriensi & Ostrosiensi procuratore & collega meo, polliceor & promitto, quod ipsi domini Archiepiscopus & Episcopi illam ratam & gratam habebunt, ac suscipient & acceptabunt, & intra tempus competens ratificabunt & confirmabunt, atque de novo juxta prædictam*

ctam formam de verbo ad verbum facient, & mittent, & eorum manu subscriptam & sigillo obsignatam ad Sanctitatem vestram & hanc sanctam Apostolicam Sedem transmittent, prout sequitur:

XXX. *Firma fide credo & profiteor omnia & singula quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet:*

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in cælum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos, & mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem: qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi Amen.

XXXI. *Credo etiam, suscipio, atque profiteor ea omnia, quæ sacra Oecumenica Synodus Florentina super unione Occidentalis & Orientalis Ecclesiæ definivit & declaravit, videlicet; quod Spiritus sanctus a Patre & Filio æternaliter est; & essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul & Filio: & ex utroque æternaliter, tamquam ab uno principio, & unica spiratione procedit. Cum id quod sancti Doctores & Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendat, ut per hoc significetur Filium quoque esse, secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus sancti, sicut & Patrem. Cumque omnia quæ Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dederit, præter esse Patrem; hoc ipsum quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre æternaliter habet, a quo æternaliter etiam genitus est. Illamque verborum illorum, Filioque, explicationem veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc necessitate, licite, ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.*

XXXII. *Item in azymo sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ, sive Occidentalis, sive Orientalis consuetudinem.*

Item si vere pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint & omissis, eorum animas pœnis purgatorii post mortem purgari: & ut a pœnis hujusmodi releventur, prodesse eis Fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, & eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ a Fidelibus pro aliis Fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiæ instituta. Illorumque animas qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus (prout superius dictum est) sunt purgatæ, in cælum mox recipi, & intueri clare ipsum Deum trinum & unum sicuti est, meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas. XXXIII.

Item sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in universum Orbem tenere primatum; & ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem ac doctorem existere; & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse; quemadmodum etiam in Actis Oecumenicorum Conciliorum, & in sacris canonibus continetur. XXXIV.

Insuper profiteor ac recipio alia omnia, quæ ex decretis sacræ Oecumenicæ Generalis Synodi Tridentinæ sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia, etiam ultra contenta in supradicto fidei Symbolo, profitenda ac recipienda proposuit atque præscripsit, ut sequitur. XXXV.

Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiæ observationes & constitutiones firmissime admitto & amplector.

Item sacram Scripturam juxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam umquam nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam & interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere & proprie sacramenta novæ legis a Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam confer- XXXVI.

ferre: & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium sacramentorum solemni administratione recipio & admitto.

Omnia & singula, quæ de peccato originali, & de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio.

XXXVII. *Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro vivis & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse vere, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem una cum anima & divinitate Domini nostri Jesu Christi; fierique conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat.*

XXXVIII. *Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque sacramentum sumi.*

Constanter teneo purgatorium esse, animasque ibi detentas Fidelium suffragiis juvari. Similiter & Sanctos una cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas.

XXXIX. *Firmissime assero, imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impartiendam.*

Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco, Romanoque Pontifici beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac juro.

XL. *Cætera item omnia a sacris Canonibus & Oecumenicis Conciliis, ac præcipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio atque profiteor: simulque contraria omnia, & schismata, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas & rejectas & anathematizatas, ego pariter damno, reiicio, & anathematizo:*

XLI. *Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram & inviolatam usque ad extremum vitæ spiritum constantissime, Deo adjuvante, retinere & confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem Hypatius Pociei Protothronius Episcopus Valadimiriensis, & Breslensis, procurator supradictorum dominorum Archiepiscopi & Episcoporum Ruthenorum, procuratorio eorum nomine, & meo proprio, ut supra, spondeo, voveo, ac juro: Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.*

Hanc a se editam fidei Catholicæ professionem Hypatius Ruthenorum legatus, rite sacris Evangeliis tactis, juramento ac subscriptione firmavit, eamdemque in Ruthenicam linguam fideliter translatam, suoque chirographo consignatam ac publice recitari factam simili jurejurando comprobavit. Moxque ab altero legato Cyrillo eadem professione tum Ruthenica lingua per se, tum Latina per interpretem publice ex more facta ac recitata, repetitisque juramentis ac subscriptionibus confirmata, atque omnibus denique solemni ritu ex sacrorum Canonum præscripto peractis & absolutis (prout publica monumenta, quæ a sanctæ Inquisitionis Officii publicis ministris publice sunt confecta, significant) iterum ad pedes Sanctissimi accesserunt, eosque deosculati sunt. Tum ipsos Summus Pontifex Clemens, voce submissiore, quæ a propinquis exaudiretur, in hanc fere sententiam est allocutus: XLII.

Gaudium cordis nostri, quod hodierna die capimus ex vestro ad Romanam Catholicam Ecclesiam reditu, nullis verbis exprimere satis possumus. Gratias immortali Deo singulares agimus qui per Spiritum sanctum suum hanc vobis mentem dedit, ut ad vestram & omnium Fidelium matrem, sanctam Ecclesiam Romanam confugeretis, quæ aperto charitatis gremio vos recipit; & nos sincero cordis affectu vos, Metropolitanum vestrum, & Coepiscopos vestros, totamque Ruthenam nationem excipimus; ita plane de vobis persuasi, quod vere & ex animo coram Deo, qui scrutatur cor, ad nos venistis, & fidem Catholicam professi estis. Agnoscite, fratres, gratiam Dei & donum divinæ misericordiæ conservate. Estote obedientes huic matri vestræ charissimæ, quæ animarum vestrarum salutem ardenter expetit, & nihil terrenum a vobis quærit: estote humiles, & nolite abundare in sensu vestro. Deus enim (ut scitis) humilibus dat gratiam, superbis autem resistit: & misera Græcia, cujus calamitatem assidue lugemus, propter superbiam suam, lucem veritatis amisit & durissimo servitutis jugo opprimitur. Humilitatem igitur colite, & Ecclesiæ Catholicæ firmiter adhærete. Nos vestris commodis, quantum cum Domino poterimus, nullo loco deerimus; & vos præsentes, cæterosque absentes ex vestris paterne benedicimus. XLIII.

Impertita igitur a Sanctissimo Pontifice ejusmodi benedictione, facta est dimissio sacri conventus.

Li-

Libuit autem hic ad poſtremum formam eorum quæ rei præclare geſtæ inſignibus aurea & argentea ſunt cuſa numiſmata, & in Apoſtolorum natali die hoc anno, more majorum, ab ipſo Summo Pontifice diſtributa, hic tibi expreſſam reddere, dignum poſteris monumentum, quod huic noſtræ ſcriptioni veluti ſigillum accedat.





Mu.

Mutata vel adiecta a BARONIO hoc Tomo his signis ☞ ☜ notantur : reiecta hic vides.

Ann. Chr. 518. §. Mortuus est igitur, *ubi nunc legitur*, & dies tres, *legebatur*, dies viginti tres.

Ann. Chr. 523. §. Degebat, *ubi nunc legitur*, Florentii, *legebatur*, Fratrum.

Ann. Chr. 526. §. Quod autem, *pro* Amalarico, *legebatur*, Alaricum.

Ann. Chr. 530. §. At non hic finis, *ubi modo legitur*, anno decimoquinto, *legebatur*, vigesimo quinto.

Ann. Chr. 534. *in princip. ubi nunc legitur*, Paulinum, *legebatur*, Paulinum juniorem.

Ann. Chr. 537. §. Quonam, *ubi nunc legitur*, anno quadragesimo quarto, *legebatur*, trigesimo quarto.

Eodem Anno §. Posthæc, *ubi nunc legitur*, post annos tredecim, *legebatur*, post annos tres.

Ann. Chr. 539. §. Sed quid post, *pro his verbis*, quod qui octavo Kalendas Julii, *usque ad hæc verba*, sed sequenti, *legebatur*, quod qui mense Junio hoc anno (ut diximus) literas ad Vigilium dedisse reperitur, & Anastasii testificatione Mense Majo obiisse diem ponitur : non hoc utique anno.

Ann. Chr. 541. §. Hoc eodem anno, *pro* Childeberti, *legebatur*, Theodoberti.

Ann. Chr. 542. §. Verum, *ubi nunc legitur*, quinto Concilio, *legebatur*, quarto Concilio. *Et paulo post*, *ubi legitur* Saphoracus, *legebatur*, Simplicius.

INDEX
IN TOMUM NONUM ANNALIUM ECCLESIASTICORUM BARONII.

Nota numeralis communis, Annum Christi: *Romana vero* Numerum Marginalem *significat*.

A



in

Artha-

Au-

B

C

Con-

Ebrie-

E

Epi-

EPISTOLÆ.

ad

EPITAPHIA.

F

H

Ja-

I

In-

K

L

M

Ma-

Dei

N

O

Or-

P

Pro

Præ-



Q



R

S

T

Si-

X

Z

IN-

INDEX CRITICÆ HISTORICO-CHRONOLOGICÆ P. ANTONII PAGII QUÆ HOC TOMO CONTINETUR.

A

D

E

F

G

H

I

L

M

V

Z

INDEX
ANIMADVERSIONUM
In quo Consules annorum, cætera vero paginarum numero indicantur.

Asteriscus ad Consules indicat novas in Pagium emendationes.

A

B

C

Hor-

H

I

O

P

R

S

V

FINIS.